D. FERNANDI


VASQVII PINCIANI MENCHACENSIS IVRISCONSVLTI HISPANI,

In summo dominicæ rei Philippi Hispaniarum Regis Cathol. potentissimi prætorio senatoris.

DE SVCCESSIONVM CREATIONE, PROGRESSV, ET RESOLVTIONE, TRACTATVS PRIMÆ PARTIS.

LIBRI TRES.

Cum Indice copiosissimo, & cum nouis ipsiusmet Authoris annotationibus, & emendationibus.



VENETIIS,
APVD HIERONYMVM SCOTVM,
M D LXXIII.

INDEX COPIOSISSIMVS EORVM OMNIVM, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

a 2 Adulterij

Capta-

Consensus

D

F

Ex.ff.veteri.

Ex infortiato.

Ex ff. nouo.

Ex Codice.

Ex tribus libris.C.

Ex institutionibus.

Ex authenticis.

Ex decretalibus.

Ex libro Hispaniarum fori.

Ex partita 2.Hispaniarum legum.

Ex partita 3.earundem legum.

Ex partita 4.

Ex partita 5.Hisp.legum.

Ex partita 6.Hisp.legum.

Intel.l.4

Index

Ex partita 7.Hiſp.legum.

Ex libro ordi.Hiſp.legum.

Intel.

Index

Ex Legibus Tauri Hispanijs.

L

legitima

M

Maioratus

Index

Morti

Q

R

S

Succes-

T

Teftam

titul.

FINIS.

D. FERNANDI VASQVII MENCHACENSIS,

Iurisconsulti Hispani, in summo Dominicæ rei potentiss. C. Hispaniarum regis Philippi prætorio, Senatoris clarissimi.

De Successionum creatione, progressu, & resolutione Tractatus primæ partis,

LIBER PRIMVS.

PRÆFATIO.

1 OMNES ferè † res corporeas occulta quadam ratione hunc ordinem, hũcq; progressum tenuisse sæpe animaduerti, vt in sui creatione paruo quidem initio, orum traxisse, deinde paulatim augescentes eo perueniant vt summum gradum attigisse tãtum fas sit, quo postquã peruẽtum est, referri rursum ac relabi quasi senescentes videantur, atq; ita sensim minui, vt ad interitũ vsq; reflectãtur iamq; culmẽ cuiusq; rei ipsius declinationẽ, ac subinde ruinam nõ incertã (quæ rerum humanarũ infelicitas est) minari videatur. Idq; in omni animantium genere, siue illa rationalia sint, siue rationis experti, in cunctisq; stirpibus è terra natis intueri licet, quæ imbecilla in lucẽ exeunt, deinde vigescũt, mox debilitantur atq; ita senio conficiuntur. Quod in vltimarũ dispositionum plerisq; euenire intelligens, vt post sui creationem suum habuerint progressum & effectum, deq; rerũ corporaliũ more interitum sui non semper effugiant, conducibile existimaui in huiuscemodi parteis tres opus nostrum diuidere, naturæ ordinem sequutus, quã & nostrũ ius mirum in modum imitatur. quo ordine omnia quæ ad successiones seu vltimas voluntates spectant, & integerrimè & miro nouoq; ordine complectemur.

2 Verùm cùm totum ius ciuile † opinionum aduersis frontibus inter se pugnantiũ refertum sit, vt non tam ferueat ęstu pelagus, cum flamma inter nubes coruscat aut cœlum tonitru contremit, quam ius ciuile conturbat variarum opinionũ strepitus (quæ tot sunt vt & olim ineunte adolescẽtia Salmanticæ plura quàm 700 paradoxa contra receptas ĩterpretũ traditiones tueremur & ĩ prima huius operis parte longe plura adiecerimus, alia innumera

in duabus partibus sequentibus collocaturi) ideò in questionibus controuersis & arduis plerunq; versari nobis po tissimũ curæ fuit: si forte tenui, angustaq; hac nostra supellectili supremis defunctorum voluntatibus turbinibus pugnantiũ inuicem opinionũ sedatis eo potissimũ nomine opẽ ferre possemus quod & sententiarũ inter se dissidentium eas plerunq;, quę legibus regijs inhærẽt, quasq; vsus forensis amplectitur, delegerimus, & nostra inuenta non admodũ rara addiderimus quo magis in posterũ hæc iuris pars elaborata, aliqua ex parte & perspicua fiat, cum antea, iners, & inculta esset, vt nõ obscura sit eorũ imperitia, qui hunc nostrũ laborẽ ius ciuile interpretantium (quasi actũ ageremus) otiosum putãt, non animaduertẽtes eã esse negotiorũ varietatẽ, vt nulli vnquã mortalium ad perfectã huius rei, similiumve cognitionẽ, & traditionem peruenire, aut etiã proxime accedere à superis datũ fuerit.
3 Pręsertim quo ad morientiũ † successiones de qbus nostrates, & si multa disseruerũt lõgè sanè plura prętermiserũt.

Opus igitur nostrum tribus constabit partibus.

Prima in successionũ creatione. Altera in earũ progressu effectuq;. Vltima in interitu atq; resolutione versabitur.
4 Rursus pars prima † in libros tres diuisa est. Primus vniuersalia quædã pręsertim ad potestatẽ, & voluntatẽ testatorũ spectantia continebit. Alter requisita testamẽtorũ. Vltimus limitationes seu modificationes requisitorum.

Acturus ergo de successionũ creatione progressu, & resolutione præfari operæpreciũ esse duximus vocẽ illã successionũ stricte accipiẽdã esse pro illis successionũ speciebus, quæ contingunt, cũ quis in locũ bonaq; defuncti succedit, non autẽ large tunc.n. sermo ille † successionũ om-
5 nes omnino res, quæ in mari, quæ in terra cœloq; continẽtur, cõprehenderet qualia sunt volatilia homines, & bruta & pisces, cum enim vniuersa, quę in rerũ natura sunt, mortalia sunt & caduca, sed pereuntiũ & deficientiũ loco alia renascantur sufficiãtur & succedant, vt testatur Comicus Terentius in Eunucho, dũ ait, esse omniũ rerum vicissitudinem, & Ouidius ad Pisonem cecinit his verbis.

Ipsa natura vices subit variataq; cursus Ordinat
Et rursus ibidem.
Cessat hyems, madidos & siccat vere capillos.
Ver fugit æstates, æstatum terga lacessit
Pomifer autumnus nubibus cessurus, & vndis.

Et Propertius elegia.9.lib.2.
Omnia vertuntur.

Et Horatius Oda.7.lib.4.
Diffugere niues, redeunt iam gramina campis
Arboribusq; comæ
Mutat terra vices: & decrescentia ripas
Flumina prætereunt.

Id quod eleganter depingit Ouid. Metamor. lib.15.
Cuncta fluunt omnisq; vagans formatur imago,
Ipsa quoq; assiduo labuntur tempora motu,
Non secus ac flumen, neq; enim consistere flumen,
Nec leuis hora potest. sed vt vnda impellitur vnda,
Vrgeturq; eadem veniens, vrgetq; priorem:
Tempora sic fugiunt pariterq; sequuntur.
Et noua sunt semper, nam quod fuit ante relictum est
Fitq; quod haud fuerat, momentaq; cuncta nouantur.

Vnde Terentius in Andria sic ait.
Nunc hic dies aliam vitam affert, alios mores postulat.

Quasi sentiat non solũ corporea sed etiã incorporea & inuisibilia quotidie mutari, & deficientium loca alia succedere. Et Ouid. lib.5. de tristibus.
Nos quoq; floruimus, sed flos fuit ille caducus.

Cùm inquam cuncta sint in orbe mortalia, & peritura, & pereuntium loco alia continuo succedant, neq; animus sit nobis, aut mortalium cuiquam esse possit de vniuersis agere; necessum fuit admonere, vt verbũ illud, successio, à
6 nobis accipiatur, nã & alibi illud verbum, † successio, pro omni facto accipitur, vnde Ouid. epist. 1. careat inquit suc-
7 cessibus opto quisquis ab euẽtu facta notãda putat, † factũ autem omnia etiam comprehendit, vt à iureconsulto edocemur in l. in facto. ff. de condi. & demonst. vox ergo successionum eo angustanda est vt suprà disseruimus, secũdũ quæ videndũ est: Primum quid sit, successio, deinde quotuplex sit. Tertio, quo iure reperta fuerit, postremo, quare
8 inuenta fuisse intelligatur, & quia omnis † definitio est in iure periculosa teste iureconsulto, in l. omnis definitio. de reg. iur. ff. Et successionis definitionẽ tradidit, vel saltim
9 † proxime accessit iurecõsultus in l. hæreditas nihil aliud est. ff. de regulis iuris, ideo circa hanc rem nihil moror ad idem tex. in l. nihil aliud. ff. de verb. sig. facit l. 3. §. bonorũ ff. de bonorum possess. tradunt plene Bar. Areti. Alex. Iason & reliqui in rubrica. ff. de acquir. hered. Alciatus in d. l. nihil, Decius, & Cagnolus, in d. l. hæreditas. idẽ Decius, consilio 438. columna secunda, facit, l. hæreditatis appellatio, & in l. pecuniæ verbum. ff. de verb. signi. tradit Hiero. Cagnol. in rubrica, C. qui admitti, & in l. prætor bonorum ff. de verb. significa. Andreas Tiraquellus de morte, in præfatione, declaratione tertia.

Illud autem dubium est an definitionẽ sufficiat aptari
10 ad regulam & † communiter accidentia, id quod negant glo. in l. 1. ff. de vsufruct. Alci. in lib 6. parado. ca. 9. Decius in rub. de iudi. columna 3. post Imol. ibi quem ipse refert Paul. paris. in rubri. de præscri. Cagnolus in d. l. omnis definitio, num. 49. vbi hãc partem receptam esse existimat. Contrariam tamen partem, vt sufficiat aptari ad regulam & communiter accidẽtia tenent glossa, & Albericus in d. l. omnis definitio. Baldus Nouellus, de dote, columna 2. Iason. Decius, & Orosius, in l. imperium. ff. de iuris. omni. iudi. vbi aliquid per Castallium, post Alciat. & Duarenum, quos ipse refert Abb. & Areti. in dicta rubrica de iudi. Salice. in l. precibus, columna secunda, C. de impube. Alexan. in rub. columna quinta, ff. soluto matrimonio, & alij plures, vt plenius docemur infra libro quinto sub titulo de legatis, vnde quæ hic desunt petenda sunt.

Quo ad secundum, nempe quotuplex sit successio, sciẽ-
11 dum est multiplicẽ esse, est enim † successio ex testamẽto, altera quidem est successio, ab intestato quam vulgo legitimam appellamus. Tertia est quæ neque ex testamẽto nec ab intestato defertur qualis est illa de qua, per totum titulũ insti. de eo cui liber. caus. bona addicuntur, & in alijs non paucis iuris speciebus, vt plenius edocemur infra §. decimoseptimo, numero 109. versicu. item præmitte. per l. cũ antiquioribus, verbo, vel aliter vbi glossa, in verbo. fuisse
12 vbi communi, dd. C. de iure deliberan. nam & † hæres in pluribus iuris speciebus anormalus, & irregularis esse videtur, vt disseruimus infrà, §. decimosexto, numero quinto, cum pluribus, sequen. & tunc non propriè ex testamẽto, aut ab intestato, hęreditas delata intelligitur, vt ibi plenius docemur, & verbum successio per prius nõ per posterius intelligitur, Baldus, consilio 296. libro quarto, consilio 48. columna quarta. Tiraquellus de morte parte secunda, declaratione nona, numero 6.

Illud autem notandũ est testamentariam successionem longe recentiorẽ esse quàm legitimã. Prius enim sola legi-
13 tima † successio in vsu esse cœpit, postea vero testamentaria denuo accessit, Solonq; primus eam apud Athenienses introduxit, vt docent Corrasius, in l. filium quem habentẽ C. famil. ercis. Andreas Tiraquellus, in l. si vnquam verbo. libertis, numero 89. Co. de reuocan. donatio. verum quia
14 testamentaria † successio fortior est successione legitima eamq; excludit, & veluti exulare cogit, le. quamdiu. ff. de acquirend. hæred. ideo de testamentaria successione prius disserere cõstitui post deinde legitima de successione acturus. nam de tertia successionum specie quam aliter quàm ab intestato, vel ex testamento deferri, & veluti anormalam esse diximus, varijs in locis prout se occasio obtulerit agemus morẽ iurisconsultorũ sequuti, qui primũ de testamẽtaria, ac postea de legitima & passim, ac sine ordine de annor-

anormalis successionibus differuerunt. Et omnis successio est de iure positiuo, vt dixi, in §. 1. in pr. & plenius §. 20. nume. 298. sed potestas.

Quo ad tertium, & quartũ nẽpe quo iure successiones inuentæ fuerunt, ac subinde quare admissę fuissent, rursus continuo dicemus cum isthæc circa testamentũ quo iure, & quare fuerit inuentum egerimus. Illud autem admonẽdi sumus generaliter nos acturos, quæ ad creationẽ successionum spectant, & similiter quæ ad earum progressum, & effectum pertinent. Cæterum quę ad earum resolutionẽ attineant circa vnamquamq; dispositionẽ agemus, tam in prima quàm in secunda parte istius operis, pręterquam de testamento cuius de resolutione, & interitu potissimũ agemus in tertia & vltima istius operis parte per totam. Illud autem non est prætermittendum nostrorũ plerosque
15 existimasse † successionis legitimæ appellatione legitimã tantũ non etiam testamentariã comprehendi, hoc est successionẽ ab intestato comprehendi non eã, quæ ex testamento defertur arg. l. 3. §. de illo. ff. pro soci. ita glo. verbo. ad legitimã. vbi Fulgosius. sentit glo. in le. legitimam. ff. de peti. hæred. Alex. consi. 56. col. 2. lib. 2. Ias. in l. 1. col. 1. vbi Decius in prin. C. quando non peten. partes. Abb. consi. 3. col. 3. lib. 2. Alc. in l. lege obuenire. ff. de ver. sig. Guliel. bene. in c. Rainutius, verbo, & vxorẽ nomine, num. 74, de testam. per Alber. in d. l. lege obuenire. Alciatus lib. 4. Paradox. c. 7. sentit Acursius in d. l. lege obuenire, Barto. in d. §. de illo, Curcius Iun. & Cagnolus post Deciũ. ibi in vtraq; lectura, in d. l. vnica, Pinelus in l. 2. num. 5. C. de bon. mater Orosius in l. libertini. ff. de stat. homi. Budeus, & Castalius in d. §. de illo. Couarru. de test. in prin. num. 5. Ripa in l. ex facto §. fin. num. 10. ff. ad trebel. Andre. Tarq. de morte parte 2. declar. vi numero octauo. Contrariã tamen partẽ vt hæreditatis appellatione, vel iuste, vel etiã legitime hæreditatis appellatione contineatur etiã testamentaria, tenent plures nostrorũ relati in locis, suprà citatis id quod vt nobis videtur probatur in d. le. hæreditas nihil aliud. ff. de reg. iur. & in l. nihil aliud est. ff. de verb. sig. l. hæreditatis appellatio. & l. pecuniæ, verbũ, eodẽ tit. l. quandiu. 1. & 2. & 3. ff. de acq. hæred. d. l. lege obuenire. ff. de ver. sig. l. fi. C. de ædito. diui Adria. l. vnica. C. quando non pete. partes l. antequã, iuncta, rubr. C. cõmu. de success. l. 1. in prin. & §. 1. ff. ad l. falcid. & in prin. insti. eodẽ tit. l. verbis legis. ff. de verb.
16 signi. id quod regulare est inspecta vi & † proprietate verborũ, fallit tamen interdũ ex legis interpretatione, quæ interpretationes varijs ex causis contra vim & proprietatẽ verborũ à lege fieri solent, l. hęredis mei, §. cum ita. ff. ad trebel. l. quibus diebus §. fi. & §. dominus. ff. de cond. & demon. l. fi. ff. de fundo instruct. l. stipulatio ista §. ij qui & §. hæc quoq;. ff. de verb, oblig. l. ita stipulatus, in magna. versic. Sabinus, vbi notant Paul. & Ias. ff. de verb. oblig. l. 1. & l. iam hoc iure. ff. de vulgari, & in prin. institu. de pupill. & vtrobiq; not. dd. l. 2. & l. quamuis, & l. pen. verbo cogitasse, C. de impub. & plene & per dd. in dictis locis, l. si quando, in prin. iuncta sua gl. vbi plenissime dixi, C. de inof. testa.
17 Et ita ex † legis interpretatione contra vim & proprietatẽ verborũ procedit d. §. de illo, vt plene exposuimus infra §. 2. nume. 41. cũ pluribus sequentibus vbi aperuimus quibus ex causis, l. moueretur ad illã interpretationẽ cõtra sermonis proprietatẽ faciendã. Stat ergo hæreditatis siue legitimæ, siue iustæ appellatione cõprehendi testamẽtariam non aliter atq; legitimã. verbũ autem, iustum, quid significet plene exposuimus infra, §. 2. numer. 42. quid autem in
18 voce † iustę, vel legitimę successiones, nam hactenus de legitima hæreditate verba fecimus, & adhuc idem, vt in iuribus, rationibus, & authoritatibus suprà relatis. Enim ve-
19 rò, † successionis verbum cum non adijcitur iusta, vel legitima, & similia an sola successio ab intestato an & ex testamento contineatur dubium est, nam solam legitimam non etiam testamentariam comprehendi scripsit Bart. Socinus, consi. 30. quamuis ex his, columna nona, lib. 1. cuius sententia merito a plerisque damnata est existimantibus vtramque successionis speciem comprehendi, l. finali. vbi Decius, post glossa, & alios, C. vnde legiti. Andr. Tiraq. vbi suprà numero septimo, Socinus, sibi cõtrarius, consi. 102. numero sexto libri 3. & alij, non pauci eorum quos suprà retulimus per iura suprà allegata, & per l. flumina. §. adijcitur ff. de damno infect. l. 1. §. illud tenendum, ff. quorũ legatorum id quod facilius admittendũ est quã in speciebus suprà memoratis. Verùm si quis emphyteosim pro se, &
20 suis † legitimis hęredibus receperit intelligitur de venientibus ab intestato non etiam de testamentarijs nisi, & illi legitimi sint ita Alexand. consi. 96. columna secunda, li. 2. Paul. paris. consilio 20, concessio, columna secunda, libr. 1. Decius consilio 32. an fœmina, idem Decius, in d. l. vnica columna prima, & in consi 39. viso puncto, columna secũda, quæ sententia vera, & recepta est & vt nouæ aduertimus non tam descendit ex vi sermonis quam ex legis interpretatione, quæ contra vim sermonis fit ex mente cõtrahentium quasi iam ex communi vsu loquendi hæredis legitimi appellatione cum profertur à contrahentibus sola hæreditas ab intestato non etiam ex testamento prolata intelligatur, vt ex superioribus apparet.

Illud autẽ controuersum est an in quibus casibus ex lege noua, aut statuto valido, vel cõsuetudine introductũ es-
21 set, vt hæreditatis † possessio ipso iure continuo post mortẽ defuncti transiret in hęredẽ, an tũc transferetur ipso iure sine hominis ministerio in hęredẽ testamentariũ nõ secus q̃ in legitimũ: & sunt qui velint in legitimũ quidẽ transire in testamentariũ verò non vtiq;, ita Bal. consi 181. lib. 1. Masuerius in consuetudinibus Gallicis, ti. de possessorio §. item hæres, & Guiliel. Brohius, & Casaneus, & Boherius, quos refert, & sequi videtur Andre. Tiraq. de morte, parte secunda, declar. 7. num. 3. Barba. consi. 58. sapiẽter columna secũda, lib. 2. sentiuntq; non pauci eorũ quos supra retulimus. Contrariam tamen partẽ vt talis possessio transferatur in hæredẽ testamentarium non secus quã in legitimum tenet ipsemet Bal. consi. 141. pręmissis libr. 1. Benedictus in c. Rainutius, de testa. verbo mortuo, itaque el 2. numero 78. & numero 83. Alex. consilio 24. attentis in princ. lib. 3. Bald. consilio 454. libro primo Ias. in l. fi. C. de edito. diui Adria. Decius consilio 74. columna prima, & consilio 466. eadem columna prima, & alij non pauci eorum quos supra retulimus, vt per Iaso. consilio 147. columna sexta, libro secundo, & consilio 146. columna prima. libro 4. sentit. Bald. in rubric. de caus. posse. & proprieta. Alex. consilio 337. columna tertia, liber primus. Et hæc posterior pars, vt nobis videtur verior est per omnia iura & rationes, & authoritates relatas suprà in illa quæstione qua conclusimus hæreditatis etiam legitimę, vel iustę appellatione cõprehendi testamentariã non minus quã legitimam. Nec ad rem pertinet d. l. 3. §. de illo ff. pro socio, in qua repositũ est vnicum fundamentum eorum, qui contrariam partem tuentur, quia illius text. verus sensus est quem suprà signauimus secundum quem nihil oberit. Nec ad rem pertinet q̃ non fuerit citatus ille ad quem ab intestato ea hæreditas pertinere poterat iuxta l. 1. §. denuntiari, ff. de ventre, inspicien. c. quoniã contra, de probat. nam
22 illud desiderat ad hoc vt † hæres scriptus à iudice & si ab homine mittatur in possessionem, quia iudex de veritate istorũ aliter fieri certus nõ potest diuersum est in missione in possessionẽ, quæ fit ab ipsa lege hoc est in possessionis acquisitione, quæ fit ipso iure sine hominis ministerio
23 tunc. n. citatione opus non est, quia quicquid † certũ est in rerum natura, quale est illum hęredem legitimè scriptum fuisse de eo. l. præsumitur, quinimo fingitur esse certa, vt sic citatio ociosa, & inanis foret l. antiqui. ff. si pars hæred. petatur, l. si pater, ff. de solutione l. cum ad præsens, ff. si certum petatur. Licet isthæc non videatur percipisse Andr. Tiraq. vbi supra, numero secũdo, & numero decimoseptimo, vbi ait hoc opus, hic labor est nam labor certe nullus est vt dd. ll. & l. is, cui ff. de legat. 2. vbi per doct. proinde
24 colligitur, quòd si † maioratus esset factus in perpetuum,

ita tamen vt non ad maiorem natu pertineret,ſed ad eum ex liberis quem primum nominatus eligere voluiſſet iuxta l.vnum ex familia.per totã.ff.de lega.2.quo caſu eo non eligente ad omnes filios æque pertineret tunc poſt mortẽ primi nominati poſſeſſio ipſo iure,ſine vllius citatione trãſiret vbi ex forma ſtatuti cautum eſſet poſſeſſionem ipſo iure transferri,& ita poteſt & debet intelligi text.in l.taurina 45.cuius vi poſſeſſionem transferre intelligo, ſiue talis maioratus,vel fideicommiſſum familię relictum deſcẽdere intelligatur,ex teſtamẽto,ſiue ab inteſtato ſiue etiam ex actu inter viuos,d.l.45.iuncta l.44.eodem volu.

Hactenus in maioratu antiquo, quid autem in maioratu nouo , qualis eſſet ſi maioratũ denuo creaſti & deceſsiſti an ſtatim poſt mortẽ tuam ſine hominis miniſterio trãſeat poſſeſſio in eũ qui ad talem maioratũ inuitaſti. moueret quæſtionem, ꝙ illius qui ad talem maioratum inuitatus fuit fratres,vel alij,qui maioratu non creato ad tuã hereditatẽ à lege inuitarentur videbantur citandi, cũ eorum interſit.vt in ſimili noluerunt Bald.d.conſi.181.Maſurius & Gulielmus.Brohius,& Caſaneus,& Tiraqu . vbi ſupra numero tertio,dũ hac ratione in hæredem teſtamentariũ talem poſſeſſionẽ transferri negarunt quos omnes in ſpecie noſtra idẽ reſponſuros veri ſimilimũ eſt,verum contrariũ reſponſuros eos veriſimilimũ eſt , qui defendũt talem poſſeſſionem in teſtamentarium etiam hæredem transferri quos ſuprà retulimus quorumq; ſententiam etiã in hac ſpecie maioratus denuo creati, aut fideicomiſſi familiæ in perpetuum relicti veriſſimã puto per iura, & rationes ſuprà adductas,quas repetere non expedit quod intelligo. Primum quando is maioratus in vltima voluntate,deinde etiam ſi inter viuos inſtitutus fuiſſet, & ita non parum vtiliter ampliabuntur,d.l.45.& d.l.44.

Agnoſco tamen faciendorum maioratuum vſum moremq; homines allicere ad diuitias,& opes comparandas, quæ res humano generi pernitioſiſſima eſt, vt prope edocebimur ſicq; in re dubia,vt nobis videtur contra maioratum pronunciandum eſt.Sicq; cum mos ille inualuerit,& paulatim irrepſerit,vt Cæſaris conſiliarij nomine regio facile licentiam,ſeu facultatem ad maioratus faciendos concedant eos longe aberrare non ſemel admonui dum contenderem conſultius fore tales facultates raro, aut nunquã concedi . Cumq; ſimiliter ad alicuius maioratus antiqui res alienandas licentia regis difficulter concedatur dicebã, vt facilime concederetur reipu.noſtræ longe vtilius eſſe , ſcimus enim vſu venire,vt multo auidius ardentiusque ad opes pecuniasq; comparandas homines impellantur, atq; adducantur quando ex his Illuſtres,in æternumq; duraturos maioratus ſe ſperant facturos, quàm adducerentur ſi ſimul cum vita ſua illam opum auri argẽtiq; magnam vim eorumq; memoriam perituram exiſtimarent, nec obſcura eſt huius rei differentia,cum illo caſu quaſi per interuẽtum talis maioratus perq; eius durationem quiſque ſuum nomen celebre in æternumque duraturunt ſperet non ita futurum ſi talis maioratus faciendi facultas non eſſet ergo,vel eo nomine huiuſcemodi maioratuũ nouas creationes laudandas minime exiſtimarum,quòd per eas auidius diligentiusq; ad diuitias opesq; conquirendas homines mouentur in eisq; cõquirendis ferè ſemper iniurij exiſtunt,dumq; eis ſic congeſtis abutuntur iniuſtiores pernicioſioresq; non raro ſunt qua de re alibi latius.

His ergo ſic prælibatis in primis,videndum eſt,quid ſit teſtamentum.Deinde vnde dicatur.Tertiò,quare fuerit inuentum.Quarto,quo iure teſtandi ordo,& poteſtas fuerit inuenta,data & conceſſa.Quintò,quotuplex ſit teſtamentum.Sexto,an teſtamenti factio,ex gratia deſcendat, an verò ex iuſtitia.Septimo quare fuerit tanta tamq; exacta ſolennitas inducta in teſtamentis . Poſtremo,agendum erit de comparatione inter voluntatem, & poteſtatem teſtatoris,quæ res ad omnium vltimarum voluntatum cognitionem apprime vtilis & neceſſaria eſt , etenim regulæ loco
25 tradit um nobis eſt,in ſupremis iuditijs † Principem locũ tenere teſtatoris voluntatem. Rurſus per contrarium edocemur neminem efficere poſſe,quin leges locum habeant in ſuo teſtamento. Harum ergo regularum inter ſeſe tam luculenter deſſidentium pugnam componere conducibilius eſt,quàm longa demonſtratione egeat , cũ certi quippiam in totius operis progreſſu tenere hac controuerſia pretermiſſa non poſſemus.

26 Ergo quò ad primum ſciendum eſt, ꝙ † teſtamentum eſt voluptatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit , ita ſcripſit Vlpianus,in l.1. ff.de teſtamen.Quam diffinitionẽ in diſcrimen adducere, otioſum eſſet cum ſit iureconſulti , ſed eius verũ ſenſum perquirere,non abs re erit,cũ hac in re elaborauerint,Barto, Alber.Goffre.Bald.Angel.Imola.Paul.Areti.& alij, in d. l.1.Bal.Angel.Nicol.de Neapol.Ioa.Fab.Chriſtoph.Portius,Viglius,Marcus Antonius.Ioa.Ferr.Aemilius,& alij in princ.inſtit.eodẽ tit.nouiſſime inſignis.Couarru.in rubrica,num.3.extra de teſtamentorũ.Alciatus,in l.lege obuenire.ff.de verb.ſigni.idem Alciatus,in l.verbis legis,eodem titu.& lib. quarto,parodoxorum,cap.7.non nihil per Theophilum in princ.inſtit.quibus modis,teſtamen.infirme.per eundem in princ.inſtit.de hæred.quæ ab inteſt. defer.& in §.fin.inſtit.de codicil.& in princ.inſtitut.de teſtamen.Guiiel.Bene.in cap.Rainutius,de teſtamen.in part. 1. in verbo teſtamentum 1 . numero quarto, verſicul. eſt enim teſtamentum,folio 169.& ibidem in verbo condidit.1.numero ſeptimo,Rolandinus,in tractatu,teſtamen, rubrica prima,& Decius. conſilio 660 . numero decimo firmat teſtamentum ſpeciem quandam habere contractus Sicq; non ſatis tuta vel non ſatis intellecta,aut controuerſia carere videtur huiuſmodi definitio,vt in le.eadem,vbi bona glo.ff.de duobus,res.Adde Benincaſium in præfact. inſtituti. de actio.numero 169.ripam in rubr.de cau. poſ. numero 35.

Contra ſuperiorem definitionem eorum, quos retulimus,plerique argumentãntur, ꝙ legatum ſit volũtatis noſtræ iuſta ſententia non ſecus quàm teſtamentum,vt in l. verbis,legis.ff.de verbo.ſignifi.per totum.ff.de leg.1.cum pluribus titul.ſequentibus,§.legatum,inſtit.de legat.le.legatum.ff.de lega.1

Varij varia dicunt,nos autẽ negamus contrarium licet illud fateantur.Bartolus,& dd.ſuprà relati . Etenim iuſta ſententia pro plena,perfecta,intacta,illibataq; ſumitur argu.l.cum filio §.fin.in verb.iuſtæ ætatis.ff.de leg.3.iuncta l.3.§.de illo.ff.pro ſocio . Sed legatum non eſt perfecta & pleniſſima ſententia,qui per modum legati de vniuerſis bonis,diuitijs,opibus, facultatibusq; noſtris diſponere nõ poſſumus.vt in le.prima & per totum.ff.ad legem Falcidiã per totum Inſtit.& C.eodem titulo.Nec ad rem pertinet, ꝙ falcidiæ legis detractionem teſtator vetare poſſit, nam illud iure nouiſſimo authenticorum receptum eſt , quod olim non erat.vt in authent.Sed cum teſtator.cum ibi notatis per glo.& doct.C.ad leg.fal.

Hinc deducitur parum ſimiliter obeſſe,quod huic definitioni a noſtris obijcitur,codicillum iuſtã ſententiam ſimiliter eſſe non aliter atq; ipſum teſtamentum.vt per totum.ff.de iure cod i.per totum Inſtit.& C.de codicill.Nã cum codicillis hereditas directo dari non poſſit,ſed tantũ per fideicommiſſum.vt in l.2.C.de codicillis.& in §.fina. Inſtitut.eodem titulo deq; fideicomiſſo vniuerſali deducatur quarta trebellianica.vt per totum.ff.& C.ad Trebel. & Inſtit.de fideico.hæredit. ſupereſt vt voluntas codicillantis non ſatis plena,integra,intacta , illibataq; intelligatur,non magis,quàm volũtas legantis. Idemq; in reliquis omnibus diſpoſitionibus,quę teſtamento fiunt,quarũ nulla eſt,inſpecto iure.ff.quæ ad vniuerſas opes,fortunasque teſtatoris pertineat,præter teſtamentũ, & hæredis inſtitutionẽ,vt ſuis in locis opportunè differimus:eſtq;,ſi aduertis,longè melior defenſio Iureconſulti,eiusq; definitionis quã ille,quæ paſſim a noſtris obijciuntur.Sed & iuſta ſententia in hac re capiẽ quaſi legitima & omni ex parte à lege approbata

approbata. Vnde iusta vxor appellatur: quã de more, & palàm: non occultò duximus l. si vxor. ff. de adulterijs. Et iustum filiũ appellamus eũ, qui ex nuptijs ritè celebratis descendit l. 2. ff. de adopt. l. Paul. ff. de stat. hom. facit l. cũ quis C. de na. lib. l. Stichum. §. naturalis ff de soluti.

Cùm ergo earum dispositionũ, quæ testamẽto fieri & solent & possunt, nulla sit, per quam omni ex parte possimus in quẽ velimus omnia nostra cõferre pręter testamẽtũ institutionem ve hæredis, quæ caput testamẽti est. §. ante hęredis. Inst. de leg. reliquũ est iure ff. verissimũ esse, solum testamentũ videri iustam sentẽtiã, per quam de rebus nostris possimus ex integro post mortẽ nostrã disponere.

27 Verùm contra hanc definitionẽ nouissimè arguo, ꝙ † testamentum etiã ad actus inter viuos pertinere videatur. arg. tex. singularis in l. eandẽ. in princi. ff. de duobus reis. in verbo, contractibus. iuncto verbo, testamẽto, vbi postquã Iureconsultus dixit, ꝙ in omni contractuum genere duo rei debendi constitui possunt, cumq; id exẽplis mõstrare cœpisset, inter reliqua contractuũ genera etiam testamentum adiecit. Vnde Decius consi. 660. nu. 10. post glo. in c. 1. in §. Itẽ sacramenta puberum. de pace iuramento firmãda. tenet contractus appellatione, largo modo testamentũ contineri. Et consequenter vetãte, inquit, statuto, ne vllo contractuũ genere immobilia in forenses alienentur, etiã alienatio per vltimã voluntatem vetita videtur. Facit l. fi. C. de rebus alie. non alie. & l. si quis prioris §. cæterũ. C. de secun. nupt. & §. aliena. in authen. de non alien. & ca. nulli. de rebus ecclesię non alien. Cuius rei illa ratio est, ꝙ olim testamentũ fiebat per imaginẽ quandã contractus vẽditionis. vt in prin. Inst. de testam. declarat Alcia. in l. verba gesserunt. ff. de verb. signi. Et testamentũ videtur quoddã negotium contractui simile, quod inter testatorẽ & hęredẽ agitur. §. se neque. vbi optimus tex. Inst. de testa. Vnde solitus sum improbare illã communem opin. quam tradunt omnes per tex. ibi. in §. hæres quoq;. Inst. de oblig. ex quasi contractu. & Alc. in d. l. verba gesserunt. dum cõtendunt hæredem creditoribus hęreditarijs ex quasi cõtractu obligari per dict. §. hæres. & l. ex maleficijs §. hæres. ff. de acti. & obli. quinimò creditoribus tenetur ex verò contractu non secus quã ipse defunctus tenebatur, licet legatarijs ex quasi contractu tantùm teneatur. vt. d. §. hæres. Redeũdo ad oppositionem respond. ꝙ licet testam. videretur cõtractus, tamen intelligeretur cõtractus celebratus ita, vt eius effectus post mortem testantis conferatur.

Ex superioribus apparet verã esse, absolutamq; Iureconsulti definitionẽ, nec egere illa suppletione. s. cùm hæredis institutione, quam addunt glo. & Paul. in d. le. 1. ff. de test. & glo. in prin. Inst. eod. tit. Apparet etiã illud argumẽtum, quo Viglius, Couarru. & pleriq; eorũ quos supra retulimus, vtuntur, etiã in se tutum non esse, dũ contendũt
28 † legatum, fideicommissum donationẽ causa mortis, & similes dispositiones vltimarũ voluntatum perfectas videri in suo genere non secus quã ipsa hæredis institutio. Nec enim musca in sua specie desinit esse perfectũ animal, eo ꝙ corporis magnitudine & proceritate superetur ab elephanto: neq; ranã in sua specie animal imperfectũ ideo dicemus ꝙ similiter dũ corporis proceritate bouẽ superare contendebat, crepuit. vt apud Aesopi fabellas legitur.

Verùm hæc argumentatio: qua nostrorum pleriq; omnes vbi suprà vtuntur, infirma est: quia ꝙ est conditionale, non est simpliciter tale l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obligat. & quod profertur cum aliqua adiectione sui demonstrandi gratia, nõ est propriè & simpliciter tale l. hoc legatũ. ff. de legato tertio. Tradunt Socin. & alij nouissimi in rub. ff. de vulg. & eleganter Ias. in l. hac consultissima §. ex imperfecto. columna penultima. C. de testamen. Ergo cùm legatum, fideicommiss. donatione causa mortis quatenus excedunt dodrantem regulariter à lege non approbentur & si approbentur à lege non simpliciter, sed secundum quid, reliquum est, vt non possint dici perfectę voluntates, iustæ, legitimę, teretes, rotundę, omniq; ex parte absolutæ dispositiones: Id enim perfectum est, quod ex omnibus suis partibus constat l. 1. ff. de origin. iur. & nihil actum esse intelligimus. cùm aliquid superest agẽdũ le. fin. C. ad Sillania. Vnde legata, fideicommiss. similesq; dispositiones cùm à lege non ex toto & simpliciter approbẽtur semper, sed aliqua ex parte resecentur, quando lædunt dodrantem, perfectæ dispositiones dici non possunt, cũ non semper ex omnibus suis partibus cõstent. Et cũ sensus Vlpiani in d. l. 1. de testa. dum ait de eo quod quis post mortem suam fieri velit, intelligẽdus sit de omni eo quod quis post mortem, &c. nam indefinita oratio æquipollet vniuersali l. 2. ff. de libe. & posth. §. nominatim Inst. de exhib. lib. & per modum & titulum legati vel fideicommiss. vel similium dispositionum omne id, quod quis post mortem suam fieri velit, consequi non possit, sed tantùm per modum testamenti & institutionis herædis: superest, vt ad effectum illum sola testamenti hęredisq; instituti dispositio iusta & perfecta intelligatur.

Quo ad secundum regulariter traditum est, testamentum inde dictum esse, quòd quasi mentis testatio sit. text. est in princ. Institut. de testamen. Quam etymologiã ore lebero ridet Laurentius Vallensis libr. elegant. 6. capitulo trigesimosexto. Non enim inquit à duabus vocibus seu dictionibus, nempè testatio & mens, testamentũ componitur & deriuatur, sed magis ab vnã tantum voce, nempè testamen. & addita syllaba, tum, dicitur testamentum. Nã & vestimen, addita syllaba, tum dicitur vestimentum. Sic & gestamen gestamentum, velamen velamentum, dictamen dictamentum, nutrimen nutrimentum, regimen regimentum, & cætera id genus innumera. Quod sentit & Vigli. in pri Instit. de testam. & Fabius libro nono, capitulo tertio. Alciat. libro quarto de verborum significatione. Clau. Can, in pri. Institu. de testamen. quos refert & sequitur insignis Couarru. in pri. de testam. Licet in cõtrarium se habeat communis sensus doctorum in pri. Institut. de testamen. & Rolandinus in tracta. testamen. rubri. 2. dum intelligunt Iustinianum sensisse à duabus vocibus, quales sunt, testor & mens, compositum esse verbum illud, testamentum. Quod & tradunt interpretum plerique in l. 1. ff de testa. & ibidem in rubr.

Hac ergo in re duo sunt videnda. Primum, an Iustinianus senserit ab illis duabus vocibus suprà memoratis testamentum componi, an verò non tam de huius verbi compositione, quàm de ipsius vi & significatione intellexerit: id quod nullus certò scit, nisi Iustinianũ consulat, & alloquatur. Alterum est, vt si malis intelligere Iustinianum sensisse testamentum à duabus supra relatis vocibus componi, an rectè senserit, id quod quasi otiosum & inane prętermittendum duximus. Ita tamẽ expressim intellexit l. 1. titulo primo, parte sexta, quæ dirimit hanc quæstionem. Illud autem ab omnibus non dubiè receptũ est, testamentum descendere à testor testaris &c. quod significat vehementer affirmare. Vnde Virg. lib. 2. Aeneidos.

Vos æterni ignes & non violabile vestrum Testor numen.

Et rursus ibidem lib. 3.

Per sydera testor.

Et rursus ibidem lib. 4.

Testatur moritura deos.

Qua de re multa vt adsolet Tiraq. de vtroq; retract. §. 15. pag. 154. nu. 2.

29 Quo ad tertium, nostrorum pleriq; ita aiunt. Testamẽtum † inuentũ fuit, vt post mortem. cuiusq; res suæ iuxta eius arbitriũ moderarentur, atq; disponerentur. vt in d. le. prima. ff. de testamen. Ratio: quia nihil tam pium, humanum, hominibusque tam debitum est, quàm vt eius, qui aliud iam velle non potest, ratum, liberumque sit arbitrium. vt in l. prima. C. de sacr. ecclesi. Item potest intelligi inuentum fuisse ad insidias vitandas, quæ à legitimis successoribus moliri poterant, & solebant, dũ consanguineorum hęreditates captabant, quas ad se certò peruenturas

intelligebant argu.§.accessit.Inst.de testam.l.captatorias. C.de testam.mil.simi.in.§.sin autem formidolosus.Instit. de pupil.Est enim testamētum in scriptis,vt Viglius edocet in princip.Instit.de testamen.ad vitandas huiuscemodi captiones vtilissimum,Docet etiam Guiliel.Bened. in c.Rainutius.de testamen.par.1.fol.169.numero sexto, in verb.testamem.1.qui vsum testandi quatuor ex causis inductum fuisse existimat.Primū propter pacem,ne incerti vagentur hæredes,neve irruptio fiat in familiam morientis,si certùm successorem sibi non elegisset.argum.le.1.ff. de vsucap.Quæ ratio parum vrget, cùm per successiones legitimas huic malo satis scitè consultum fuerit.

Altera ratio à pietate descendit: quasi nihil tam debitum sit hominibus,tamq; pia cōcessio, quàm vt ratum sit supremum animam iamiam efflantis arbitrium arg.l.1.C. de sacr.eccles.

Tertia ratio est publicæ vtilitatis.Etenim homines diligentiūs congerunt opes, diuitiasq;,de quibus post mortē disponere possunt,quā quærerent,si disponere nō possent id quod reip.interesse videtur.arg.l.1.ff.soluto matrim.le. defunctus C.arbit.tut.Per hoc.n.quodammodo à vita syluestri declinant,qua olim more ferarum degebant,secundum eundem Guiliel.vbi suprà.qui contendit ad diuitias opesq; comparandas non tam cupidos ante successiones inuentas fuisse,quā posteà, in ijs autem congerendis summa huius seculi beatitudo consistere quibusdam videtur.

Vnde Petronius Arbiter.In Satyr.

Quisquis habet nummos secura nauiget aura,
Fortunamq; suo temperet arbitrio.
Vxorem ducat Danaen, ipsumq; licebit
Acbrisium credere quod Danaen.
Carmina componat, declamet, concrepet, omneis
Et peragat caussas, sitq; Catone prior,
Iurisconsultus paret, non paret habento,
Atque esto quicquid Seruius & Labeo.
Multa loquor, quiduis nummis præsentibus opta,
Et veniet. Clausum possidet arca Iouem.

Et Horatius Satyr.2.lib.3.

Omneis enim res
Virtus, fama, decus, diuina humanaq; pulchris
30 *† Diuitijs parent: quas qui construxerit, ille*
Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, etiam rex,
Et quicquid volet, hoc veluti virtute paratum
Sperabit magnæ laudi fore.

Quinimò amici,cognatiq; omnes,serui,liberti,ipsa deniq; familia rem ipsam potiùs quàm personā sequuntur.

Vnde Plautus in Sticho.

Nam hoc tu facito, cogites vt cuiq; homini res parata est
Firmi amici sunt, si res lassæ labant, itidem amici collabascunt,
31 *† Res amicos inuenit.*

Sed neq; alijs obsequium præstare necesse habet is, qui fortunis,facultatibusq; abundat.

Vnde Martial.lib.3.epigrammatum.

32 *† Sunt tibi, confiteor, diffusi iugera campi,*
Vrbaniq; tenent prædia multa lares,
Et seruit dominæ numerosus debitor arcæ,
Sustentatq; tuas aurea mensa dapes,
Fastidire tamen noli Ruffine minores,
Plus habuit Didymus, plus Philomelus habet.

Denique vel illud in confesso est, diuitiarum cupidos omnem ignauiam pellere.

Vnde Horat.lib.2.epist.ad Florum.

33 *Et laris & fundi † paupertas impulit audax*
Vt uersus facerem.

Et Manilius lib.1.astron.

Sed cùm longa dies acuit mortalia corda,
Et labor ingenium miseris dedit, & sua quenque
Aduigilare sibi iussit fortuna premendo,
34 *Seducta in varias certarūnt pectora † curas,*
Et quodcunque sagax tentando reperit vsus.

Aduigilare etenim curat studetq; quisque,intelligēs vt ignauia,socordiaq; homines fiant ridiculi,

Vnde Iuuenal.Satyr.3.

Nil habet infelix paupertas durius in se,
35 *† Quàm quòd ridiculos homines facit.*

Quibus etiam concinit,quod à comicis simili in re traditum fuit.

Nam & Plautus in Sticho.

Iam inde à pauxillo puero ridiculus fui,
Eò, quia paupertas fecit ridiculus forem.

Quinimò nobilissima quęq; familia per ignauiam,socordiam,diuitiarumq; abscessum vilescit.

Vnde Horatius lib.2.Satyr.5.

36 *Et genus, & virtus, nisi cum re, † vilior alga est.*

Et eodem quoq; pertinere videtur id quod ait Iuuenalis Satyr.3.

Haud facile emergunt, quarum virtutibus obstat
Res angusta domi.

Et præterea quòd re vera vilescunt, & à reliquis flocci fiunt, ipsi quoque longè abiectiores sese putant, quàm re vera sint.

Vnde Terentius in Adelph.

Omnes, quibus res sunt minus secundæ, magis sunt nescio quomodo.
Suspiciosi, ad contumeliam omnia accipiunt, magis
Propter suam impotentiam se semper credunt negligi.

Verùm licet opum, diuitiarumq; multa bona enumerauerimus,tamen secum ferunt longe grauiora mala, vt testandi facultas,quę homines ad opes comparandas proniores,cupidioresq; reddidit, longe plus hac in re mali quàm boni attulisse visa omnibus ferè sit.

Vnde Horatius lib.1.epist.ad Lollium.

37 *Non domus, & fundus, non † æris aceruus, & auri*
Aegroto domino deduxit corpore febres,
Non animo curas. Valeat possessor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitet vti.

Quinimò diuitiarum opumq; causa nō solùm cura,labor,& solicitudo creuit,sed etiam boni æterni nobis obliuio successit.

Vnde Boetius metr.2.lib.1.

Heu quàm præcipiti mersa profundo
Mens habet: & propria luce relicta,
Tendit in externas ire tenebras?
Terrenis quoties flatibus acta
Crescit immensum noxia cura.
Hic quondam cœlo liber aperto,
Suetus in ęthereos ire meatus,
Cernebat rosei lumina solis,
Visebat gelidę sydera lunæ,
Et quæcuuque vagos stella recursus
Exercet varios flexa per orbes,
Compressam numeris victor habebat.

Quibus concinit quod in eandem rem.

Idem metro.10.lib.3.ait.

Non quicquid Tagus aureis arenis
Donat, aut Hermus rutilante ripa,
Aut indus calido propinquus orbi,
Candidis miscens virides lapillos
Illustrant aciem, magisq; cæcos
In suas condunt animos tenebras.

Et sanè cura nostra,vigilia, sumptaq; solicitudo rerum comparādarum causa,quas nobiscum ferre nō possumus, inanis est.

Vnde Ausonius in epigram.

38 *† Effigiem rex Cræse tuam ditissime regum*

Vidit

Vidit apud manes Diogenes Cynicus.
Constitit, vtq. procul solito maiore cachinno
Concussus dixit, Quid tibi diuitiæ
Nunc prosunt regum rex ò ditissime, cùm sis
Sicut ego solus, me quoque pauperior?
Nam quæcunque habui, mecum fero, cùm nihil ipse
Ex tantis tecum Crœse feras opibus.

Ex Silius Italicus lib.5.bel.pun.

Ditissimus agri
Occumbis generose Volunx, nec clausa repostis,
Prefulgens ebore, & possessa mapalia soli
Profuerint. Quid rapta iuuant? quid gentibus auri
Nunquam extincta sitis? modo quem Fortuna fouēdo
Congestis opibus, donisq; refersit opimis,
39 † *Nudum tartarea portauit nauita cymba.*

Quibus etiam concinit, & illud quod ait Proper. libr.3 eleg.ad amicam iratam.

Nunc maris in tantum ventis iactamur, & hostem
Quærimus, atque armis nectimus arma noua.
Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas,
Nudus ad infernas stulte vehere rates.
Victor cum victis pariter miscebitur vmbris.
Consule cum Mario capte Iugurtha sedes.
Lydus Dulichio non distat Crœsus ab Iro,
Optima mors parca quæ venit apta die.

Nam vt latet anguis sub herba, ita & malũ sub diuitijs.

Vnde Tibullus elegia.9.lib.1.

Sæpè solent auro multa subesse mala.

Neque admodum est vtilis, aut necessarius diuitiarum comparandarum labor, cùm vt Lucretius, libro.5.de natur.rerum ait.

Quod si quis vera vitam ratione gubernat,
Diuitiæ grandes homini sunt, viuere parce
Aequo animo, neque enim est vsquam penuria parui.

Quinimò non solùm cura, & solicitudo nos in diuitijs comparandis fatigat, sed etiam in eis custodiendis.

Vnde Cornelius Gallus.

Quid mihi diuitiæ, quarum si demeris vsum,
Quanuis largus opum, semper egenus ero?
Immò etiam pœna est, partis incumbere rebus,
Quas cùm possideas est violare nefas.
40 † *Non aliter sitiens vicinas Tantalus vndas*
Captat, & appositis abstinet ora cibis.

Et rei semel partæ videre abscessum, cruciatus est.

Vnde Plautus in Aulul.

Heu me miserum, miserũ, perij malè perditus, pessime ornatus eo.
Tantum gemiti, & malæ molestię, hic dies mihi obtulit famem, & pauperem.
41 † *Perditissimus ego sum omnium in terra.*
Nam quid mihi opus vita est, qui tantum auri
Perdidi, quod custodiui sedulo? egomet me fraudaui,
Animumq; meum, geniumq; meum, nunc eo alij lætificantur meo malo & damno, pati nequeo.

Et summa miseria est in opibus custodiendis.

Vnde Iuuenal. Satyr.14.

Tantis parta malis cura maiore metuq;
42 *Seruantur, † misera est magni custodia census.*

Quinimò id dolendum est, bonis naturæ pecunia artificialis honorem abstulisse.

Vnde Lucret.5.de nat.rerum.

Posterius res inuenta est, aurumq; repertum
43 *Quod facile & † validis & pulchris dempsit honorem.*
Diuitioris enim sectam plerunq; sequuntur
Quamlibet & fortes, & pulchro corpore creti.

Et quod deterius est, omnia pecunia, & diuitijs corrumpuntur.

Vnde facetè Ouid.lib.3.eleg.de auri potentia, ait.

44 † *Iupiter admonitus nihil esse potentius auro,*
Corruptæ pretium virginis ipse fuit.
Dum merces aberat, durus pater, ipsa seuera,
Aerati postes ferrea turris erat,
Sed postquàm sapiens in munera venit adulter,
Præbuit ipsa sinus, & dare iussa dedit.

Sed & diuitiæ solent charitatem minuere. Vnde Horatius Satyra.2.lib.2.

Ego vectigalia magna,
Diuitiasque habeo tribus amplas regibus. ergo
Quod superat, non est melius quo insumere possis?
Cur eget indignus quisquam te diuite? quare
Templa ruunt antiqua deum? cur improbe charæ
Non aliquid partæ tanto emetiris aceruo?
Vni nimirum tibi rectè semper erunt res.

Et multis diuitijs opus non esse docet Horatius libr.2. epist.ad Iccium.

Tolle querelas.
Pauper enim non est, cui rerum suppetit vsus.
Si ventri, benè si lateri est pedibusq; tuis, nil
Diuitiæ poterunt regales addere maius.

Neque diuites inuidendi sunt, vt docet Iuuenal. Sat.14.

45 *Sensit † Alexander, testa cùm vidit in illa*
Magnum habitatorem quanto felicior hic, qui
Nil cuperet, quàm qui totum sibi posceret orbem,
Passurus gestis æquanda pericula rebus.

Quinimò diuitijs ingratitudo comes est. Plautus in Pseudolo.

Verùm ita sunt isti nostri diuites,
Si quid bene facias, leuior ploma est gratia, si quid peccatum est,
Plumbeas iras gerunt.

Quibus etiam concinit. Terentius in Hecyra.

Quia paulùlum vobis accessit, sublati sunt animi.

Et Seneca in Thyeste.

Stet quicunque volet potens
Aulę culmine lubrico,
Me dulcis saturet quies.
Obscuro positus loco
Leui perfruar otio.
Nullus nota Quiritibus
Aetas per tacitum fluat.
Sic cùm transierint mei
Nullo cum strepitu dies
Plebeus moriar senex.

Ibidem.

Dum excelsus steti
Nunquam pauere destiti, atque ipsummet
Ferrum itinere lateris. O quantum bonum est
Obstare nulli, carpere securas dapes?
Humi iacentem scelera non intrant casam.

Idem in Hippolyto.

Quanti casus humana rotant?
Minor in paruis fortuna fuit.
Leuiusq; ferit leuiora Deus.
Seruat placidos obscura quies
Præbetq; somnos casa securos
Admota æthereis culmina sedibus.

Cùm ergo per facultatẽ testãdi à lege positiua hominibus datã inuitemur ad opes diuitiasq; optandas, earumq; cupiditas longè grauiora mala quàm bona secum ferat, reliquum est suspectam esse illam tertiam rationem, qua docebamur, reip. interesse homines ad opes diuitiasq; cõparandas inuitari per facultatẽ testãdi à lege cõcessam, quasi quò magis homines ditescant, eò magis respublica illustretur. Quod bonum si conferatur cũ miserijs, calamitatibus excidijs

excidijs, infortunijsq́; quæ ex diuitiarum cupiditate reipublicè imminent & contingere solent, id nõ solùm bonum non est, sed magis teterrimum nefandumq́; malum.

Atq; ita Silius Italicus eleganter in hunc modũ cecinit.

——Aspice latè
Insignes quondam luxus quas verterit vrbes,
Quippe nec ira deum tantum, nec tela, nec hostes,
Quantum sola noces animis illapsa voluptas.

Vt per hoc planè intellexerit, huiusmodi res nõ ad illustrandum reip. statum, sed ad certã magis ipsius calamitatem, excidiũ, internecionemq́; pertinere. Vnde longè verior videtur illa ratio, quã in principio huius quæstionis attigimus, vt testamẽtũ fuerit inuentũ, ne hominibus insidię parẽtur ab ijs, ad quos legitima hæreditas peruentura erat arg. in §. fin aũt formidolosus. Inst. de pupill. sub. Vnde infertur decl. ad l. 17. Tauri. vbi regulariter melioratio tertij, quam parentes faciunt iuxta iura Hispanorum, potest reuocari vsq; ad mortem melioratis, ne aliter sibi insidiæ parentur ab ipso filio meliorato. etenim etiam filius patri solet insidiari. arg. §. fin. Instit. quòd cùm eo. quod in specie tenuit glo. communiter app. in l. fi. C. de pact. quàm sequuntur Bal. Sali. Paul. Fulg. Alex. nu. 2. Ias. nu. 2. Purpur. nu. 12. Decius. num. 13. Alcia. in glo. 1. ibid. Georgius Natam in c. quamuis pact. de pact. in 6. nu. 6.

46 Illud autẽ notandum est, ꝙ cũ per † l. 9. tit. 5. lib. 3. fori. iure regio nullus qui habeat liberos legitimos possit in alios conferre vltra quintã bonorum partem quasi reliqua omnia videantur esse legitima liberorũ, licet inter ipsos liberos per eandẽ legem permissum sit tertiã prælegati, aut meliorationis iure conferre: tamen qui habet filios, & nepotes superstites, potest nepotes ex filio etiã superstite in bonorum tertia parte meliorare, quasi extraneus is nepos etiã viuo patre suo hac in re non videatur, cũ talis nepos alibi reputari soleat extraneus. vt in l. Gallus. in princ. tradunt Alex. Ias. & alij nouissimi. nec talis nepos regulariter filio cõparari deberet. vt in l. si. viua matre. C. de bon. mater l. si quis filiũ C. de inoff. testa. l. si quis posthumos §. filium. ff. de lib. & posth. Deniq; licet per l. in singulis rebus hæreditarijs portio hæreditatis vel bonorũ cuiq; relicta assignetur l. si pater. & l. quæ pater ff. fami. hercis. l. quoties C. eodẽ tit. & per totum C. de hære. act. tamen testator potest melioratorem tertij vel quinti in vna vel certis rebus assignare l. 19. Tau: Quia cũ testandi & succedendi facultas sit iuris positiui, vt plenissimè docemur infrà §. 1. nu. 1. cum seq. per aliud ius positiuum id immutari potest, vel per hominem ex legis dispensatione.

Quartam rationem assignat Philippus de Casolis in tracta. vel quęstione sua testamẽtorum colum. antepen. quia coacta inquit ratione successio inuẽta fuit à lege positiua. Cũ. n. actiones sui natura essent perpetuæ. vt in prin. Insti. de perpet. & temp. acti. licet postea earũ cursus restrictus & coangustatus fuerit, vt ibidem, & l. sicut. & l. omnes C. de præsc. triginta vel quadraginta annorũ. & in l. quis ergo casus. ff. de peculio. certè futurũ erat, vt nisi qui semel obligatus esset, successores haberet, qui similiter eius loco quo ad obligationem subrogarentur, iam obligatio passiua periret contra intentionem legis positiuæ.

Quinta ratio assignatur per eundẽ nempe summa pietas. nam ad hæredis curam pertinet exonerare conscientiã defuncti, vt post alios resoluit Ias. in le. emancipata. C. qui admitti. facit tex. in authen. de hære. & fal. §. si verò expressim. Ergo cũ fauor animæ sit cunctis rebus caducis & terrenis anteponendus l. sunt personæ. ff. de reli. nec esset alius quàm successor, qui defuncti conscientiam exonerare teneretur, reliquum est hac in re esse summam pietatem.

Sexta est ratio humanitatis. Nam si nobis successores futuri non essent, tũc nullus nobis periclitantibus & egentibus subueniret: quia cũ nullus ad vesperũ se victurũ certò firmare possit, & quotidiè mors immineat, certè homines ditiores non tã intrepidè & libenter subuenirẽt egentibus, si post eorũ mortem suã repetere desperarẽt, quàm subueniunt, cũ intelligunt saluã esse rem, certamq́; fore repetitionẽ ab hęredibus beneficiũ mutuũ similéve quid accipientis. argum. l. cũ de indebito. ff. de probat. Et cum ipse qui beneficiũ contulit, quasi beneficij debitorẽ eũ qui accepit habeat, semper subest spes remunerationis accipiẽdæ. argu. l. si pignore. in prin. ff. de furtis. præsertim à morientibus, qui secum ferre nihil possunt. Iuxta illud.

Nudus ad infernas stulte vehere rates:

Et per hoc effusiùs solent elargiri, sicq́; nobis opẽ ferentibus semper superest spes remunerationis, quæ quidẽ spes magna semper multaq́; pollicetur. vt in §. in fraudẽ. Instit. quibus ex caus. manu. non licet.

Vnde Ouidius. lib. 1. de Ponto sic ait.

Spes igitur pœnæ menti Græcine leuandæ
Non est ex toto nulla relicta meæ.
Hæc dea, cùm fugerent sceleratas numina terras,
In dijs inuisa sola remansit humo.
Hæc facit, vt videat cùm terras vndiq́; nullas
Naufragus in medijs brachia iactet aquis.
Hæc facit vt viuat fossor, quoq; compede vinctus,
47 *Liberaque à ferro crura futura putet.*
Sæpe aliquem solers medicorũm curá relinquit,
Nec † spes huic vena deficiente cadit.
Carcere dicuntur clausi sperare salutem,
Atque aliquis pendens in cruce vota facit.
Hæc dea quàm multos laqueo sua colla ligantes,
Non est proposita passa perire nece
Me quoque conantem gladio finire dolorem.
Arguit, iniecta continuitq́; manu.

Tibullus Elegia vlti. lib. 2.

Iam mala finissem letho sed credula vitam
Spes fouet, & melius cras fore, semper ait.
48 *† Spes alit agricolas, spes sulcis credit aratis*
Semina, quæ magno fœnore reddat ager.

Cùm ergo spes sit, vt qui beneficium accepit, gratiam referat dum moritur, quo tempore cumulatiores, plenioresq́; fiunt remunerationes, superest, vt hac etiam ex causa testandi facultas data intelligatur, secũdum Guiliel. vbi supra. quæ ratio non multùm suadet.

Vltima ratio est, propter ingratitudinẽ vitandã secundũ Guiliel. vbi suprà. vt qui ab alijs beneficia acceperũt, saltẽ post mortẽ possint eis satisfacere, ne videamur ingrati, vel ne nobis facultas gratiã referendi saltẽ morientibus auferatur, cùm ingratitudo nefanda semper visa fuerit.

Vnde Plautus in Asinaria.

Ingrata atque irrita esse omnia intelligo,
Quæ dedi, & quod bene feci: at posthac tibi
Malè quod potero facere, faciam, meritoq́; id faciam tuo.

Et Ausonius in epigram.

49 *† Ingrato homine terra peius nil creat.*

Et Catullus.

Desine de quoquam quicquam bene velle mereri,
Aut aliquem fieri posse putare pium.
50 *Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benigne est,*
Imò etiam tædet, tædet obestq́; magis.
Vt mihi quem nemo grauius nec acerbius vrget
Quàm modo, qui me vnum, atq; vnicũ amicũ habuit.

Et Plautus in Persa.

Etenim nihil amas, cùm ingratum amas.

Et Ouid. epist. 12. Heroides.

Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas.
Hac fruar, hæc de te gaudia sola feram.

Et Iuuenalis 11. Satyra.

Ingratos ante omnia pone sodales.

Sed & hęc ratio persuasiua tantùm est, & similima superioribus rationibus: vnde rationes priore loco signatæ, efficaciores sunt.

1 TEstandi ordo & potestas est de iure positiuo, cum cõmuni opinione cõtra alteram communem opinionem.
2 Ius gentium duplex.
3 Mundum creatum fuisse.
4 Testamentum inuentione est iuris positiui, approbatione est iuris gentium, cum cõmuni contra alteram cõmunem.
5 Abstinendi facultas est de iure prætorio: cum communi, contra plures.
6 Testa. non est iuris diuini, contra Alex. & alios.
7 Testam. non esse iuris naturæ contra Alexandrum & alios.
8 Testam. non esse iuris gentium inuentione, cum cõmuni contra alteram communem.
9 Testam. esse iuris positiui inuentione, cum communi contra alteram communem.
10 Testamentum per principem quare tolli non possit, communis ratio improbata.
11 Hæreditas non potest nobis auferri cum communi.
12 Hæreditatis causa dominium quæsitũ nõ potest auferri, cum communi contra Paulum.
13 Hæreditas nondum delata tolli potest, cum communi contra quosdam.
14 Lege cauere potest, vt vasallis intestatis domini succedant, cum Guiliel. & Parisio.
15 Successio intestati vt patruo deferatur, exclusa matre, lege vel consuetudine induci potest cum communi.
16 Testamen. non valere sine insinuatione lege induci potest cum Decio.
17 Testam. mulieres vt non valeat sine interueutu duorũ consanguineorum, lege & statuto induci potest cũ Decio contra Coras.
18 Testari vt nequeat minor 25 annis lege induci potest. cum communi contra Corasium.
19 Captatoria voluntas vt valeat, lege induci potest. cũ communi contra Benedict.
20 Legitimatio per principem fieri potest etiã nullo citato, quo ad hæreditatem nondum delatam. cum Parisio.
21 Testamentum irreuocabile vt sit, lege induci potest.
22 Testamentum minus solenne nõ producit obligationem natu. cum Bal. Fulgo. Ias. & alij, contra communem.
23 Testam. minus solenne non obligat in foro conscientiæ. cum communi contra alteram communem.
24 Testamemtum minus solenne obligat in foro animæ hæredem, qui scit volũtatem defuncti. contra Didatũ de Couarum.
25 Pupillaris substitutus tutus est in foro animæ, licet pupillus haberet matrem. cum cõmuni contra alterã communem.
26 Inuentario non facto, hæres etiam vltra vires hæreditarias tenetur creditoribus. cum Cuma. Pau. & alijs, contra communem.
27 Inuentario non facto, hæres vltra vires tenetur de iure cano. cum comuni contra Bal:
28 Inuentario non facto, hæres tenetur vltra vires, licet creditores faterentur hæreditatẽ non esse soluendo. contra Alexan. & Bald.
29 Princeps non potest immutare clausulas testamentorum in maioratibus, & similibus. cum communi.
30 Princeps ad feudum non potest admittere fœminas de potestate ordinaria. contra Curtium, & Couarruuiam.
31 Id facilius, si id repugnaret conuentioni habitæ tempore quo feudum creabatur. contra Curt.
32 Princeps sine legitima causa de potestate ordinaria non potest mutare clausulas maioratus, etiam cum licentia principis facti. contra Couar.
33 Hæreditas adita nõ potest auferri. cum cõmuni contra Pau.
34 Depositum & commodatum sunt iuris gentium secundarij contra Paulum.
35 Obligatio naturalis orta ex cõtractu firmo, datur seruo contra dominum. contra Bart. & Ias.
36 Seruus est capax obligationis natur. quæ oritur ex cõtractu vtrinque obligatorio. contra Bar. Ias. & alios.
37 Seruorum corpus, non animus videtur seruire. Et est noua declaratio.
38 Intellectus. l. manumissiones.
39 Animus non seruit.
40 Animus immortalis est.
41 Ius gentium secundarium, non simul cum ipso humano genere proditum fuit. contra Fortu. & alios.
42 Mundum creatum fuisse.
43 Bellum quo iure inductum, noua declaratio.
44 Bellum ambitione illatum non esse iustum contra Paulum.
45 Bellum etiam iniustum dicitur de iure gentium.
46 Bello iniusto quæsita, an fiant capientium?
47 Princeps an posit mutare prouintiarum distinctionem, noua declaratio.
48 Sententia non transfert dominium in rei vendicatione. contra communem cum Accursio, & alijs.

QVo Ad. 4. s. quo iure fuit introductũ testamẽtum, tum dicitur quòd olim. sola intestati successio in vsu fuerat. Cora. in prelud. l. filium quem. C. fam. Tiraqu. in l. si vn quam. C. de reuo. donatio. in verb. libertis, numero 89. hoc primo tempore inductum.

Postea data fuit potestas hæredum instituendorum, id quod Solon primus apud Atheniẽses introduxit secundũ eosdem à quo Romani receperunt. l. verbis legis. de verborum g. in princ. Instit. de leg. fal. iuncta. l. 2. ff. de orig. iur. §. 2. secundum eosdem, hoc secundo tempore inductum.

Hæc potestas limitabatur (secũdum eosdem) in eo, qui filios in potestate habebat, quos hæredes facere necessum erat, nisi ob demerita exhæredarẽtur. l. cùm rati o. de bon. damn. ff. non tamẽ vniuersam filijs hæreditatem relinquere, sed solam legitimam oportebat. l. cùm quæritur. C. de inoffi. test. facit. l. non vsque. ff. si quis à par. fue. manumiss. hoc tertio tempore inductum.

Limi. 2. hæc potestas, vt nõ posset eos, qui in rerũ natura non essent (quales sunt posthumi, non solum alieni, sed etiam proprij) instituere argu. l. Gallus. §. nunc de lege. in fi. in verb. potestatem, de lib. & posth. ff. facit. l. quidam referunt, ff. de iure codic. nec hos exhæredare licebat, arg. d. l. quidam, hoc quarto tempore inductum.

Hæc tamẽ potestas posteà ampliata est, vt liceret posthumum proprium instituere, ne natus ruptum faceret testamen. dicto §. nunc de lege. §. posthumorum. Institutione, eodem. l. posthumorum. ff. de iniusto rupt. hoc quinto tempore inductum.

Deniq; sunt qui putent, quòd successio, testamentum, & hæreditas sint de iure diuino, vt Leuit. 25. cap. ibi hæreditario iure trãsmittetis ad posteros, & Numeri 27. ex presse disponitur de hæreditate mortui transmittenda. Facit Deuteronom. 2. cap. ibi. Date nobis terram hanc in hereditatem. & Hester. 7. capit. ibd. funiculo hæreditatis tuę. & Deute. capit. 4. & Psalmo. 2. ibi, dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Et hanc opinionem refert Guili. Bened. in cap. Rainuitus, de testamentis, in part. 1. in verbo, testamentũ. 1, numero 2. Alexand. consil. 1. numero 7. lib. 1.

Secunda fuit opinio existimantium testamen. successionem, hæreditatemque esse iuris naturalis. argu. l. fin. C. quorum bono. in verbo, lex naturæ fecit successiones. quod & tenet glo. & Domini. in c. ius naturale. 1. dist. & Bald. in l. qui contra. C. de incestis nupt. Facit tex. in authen. de hæredibus & falcidia. §. principium itaque. ibi, secundum naturam eis debet successio. facit tex. in l. scripto. ff. vnde lib. & in l. cùm ratio. ff. de bonis damna. Alex. cons. 1. num. 7. libr. 1.

Tertia fuit opinio existimantium, quòd hec omnia sint iuris gentium quo ad inuentionem, licet quo ad formam & solen

& solennitatem sint iuris ciuilis & positiui. Ita post multa concludit Barba.in repetitione rubr.de test.col.8. & Didacus de Couarru.variarum resolutionum lib.3.c.6.nu.7. Theophilus in.§.ius autem ciuile.Institu.de iure naturali. Bart.in l.interdum,nu.7.ff.de condict.indebiti. Fortunius in l.Gallus.§.& quid si tantum.col.133.ff.de liberis & posthu.Roma.Fulgo.& Iaso.in l.si testamentum,nu.6.C.de testa.Viglius in §.sed prędicta,nu.4.Instu.de testa.Alexã.nu.4.& Ias.nu.14.in rub.ff.de acquir.hæredit.sequitur & dicit cõmunem opin.Corne.in l.si testam.C.de testa.vbi etiam Iaso.eam dicit cõmunem opin.in nu.6.idem Iaso.in l.ex hoc iure,ff.de iusti.& iure,nu.46.cõtra Bart.& glo.ibi.& ibi Fulgo.& Anto.in rub.de testam.& Guil.Bened.vbi suprà.& iterum ibid.in verbo, & vxorem nomine,in 1.par.fo.144.nu.387.& iterum ibid.nu.226.fo.71. Alex.cons.1.nu.7.lib.1.Decius cõs.455.nu.3.Ale.con.208.Scriptis accuratè,li.2.col.3.post Calder.in disputatione incip.Bononiensi statuto.quem allegat.idem Ale.con.65.Quoniam omne bonum,col.3.lib.6. Ange.cons.88. Præmitto primò quòd solennitas.idem Ang.consi.126.Testamenti factio.Deci.cons.560.nu.6.Deci.cõ.403.nu.14.Paul.in l.testandi.C.de test.Deci.cõ.557.nu.5.idem Deci.cõs.608.nu.5.& Parisius cons.1.nu.49.li.2.& Deci.con.1.in nouis col.3.nu.13.idẽ Parisius con.46.nu.32.li.3. Et hęc opinio indubitanter est cõmunis, omnesq; eam tenẽtes fatentur, quod testam. quo ad sui formam est iuris ciuilis.Et in hoc rectè loquuntur Iaso.in l.si post diuisionem, nu.11.C.de iuris & facti igno. Deci.con.357.nu.5.Corn.in l.si testamentũ.C.de testa.qui hanc dicit communem opinionem.

Vltima fuit op.eorum,qui contendũt testam. successiones,hęreditatesq; esse de iure ciuili positiuo.Quam op.tenent Accursi.in glos.dominia.in fin. in l. ex hoc iure.ff.de iust.& iure.& ibi Bart.co.3. hanc partem sequitur & dicit cõmunem opin.Guiliel.Bened.in d.c.Rainutius.in verb.testamentum.1.nu.6.& nu.2.Christoph.Porcius in prin.& §.1.Instit.de testa.& Corn.con.137.nu.5.li.2.& Corn.idem in cons.150.lib.2.nu.5.Ang.in authen.vt factę nouę cõstitutiones.in prin.idẽ Bened.in d.c.Raynutius.in verbo.& vxorem nomine Adelasiam.fol.54.nu.43.Bal.in l.lege.12.tabularum.C.de leg.hære.vbi subdit,omnes omnino successione esse iuris ciuilis & positiui, suadente tamen ratione naturali.Idem tenet Guili.vbi supra nu.226.quod iterum ibidem repetit nu.387.Qui omnes etiã agnoscunt testamentum quo ad sui formam esse iuris ciuilis.Et hanc op. veriorem putat Corneus in l.si testamentũ.C.de testa.& Paulus in l.j.in pr.ff.ad leg.fal.

Vnde cum omnes conueniant testamentum saltẽ quo ad formam esse iuris positiui, non dubium est, quin eius forma potuerit mutari.per.l.1.ti.de los test.li.5.ord.& per l.3. Tauri, quæ leges hac in re vim legis habere non desinunt,præsertim cum iustę præsumantur.c.erit autẽ lex 4.dist.Vnde similiter, quòd successio parentũ filio nato aut posthumo,qui per.24.horas non superuixit,denegetur,similiter per.l.12.Tauri receptum fuit, quæ in hoc quia sit iuris positiui,non desinit habere vim legis.

Quid dicendum? Et sanè si sententias docentium nũc huc nuncque illuc declinantium inspexeris,res summę cõtrouersię videbitur,quæ tamẽ nobis perspicua semper uisa fuit.Olimq; inter plura quã.700.paradoxa,quæ Salmanticę publicè defendimus, hanc posteriorẽ partẽ tutati sumus,quam nunc quoq; ausim verissimã dicere, & facilioris doctrinæ gratia nonnulla præfabimur.In primis enim
2 sciendũ est,† ius gentium esse in duplici differentia.Est.n. ius gentium,quod primęuum,seu naturale dicimus, vt expressim nominatimq; Iustinianus tradidit in.§.singulorũ.Inst.de rerum diui.idq; ius simul cum ipso genere humano rerũ natura prodidit.vt in d.§.singulorũ.nuncupatim expressum ex. Ex hoc iure descẽdit pręceptum illud, vt patriæ,parentibusq; pareamus,descenditq; erga Deum Optimũ Maximũ religio. vt in l. veluti.ff.de iust.& iure. Deum enim summo studio colendum venerandumq; docemur. Vt cecinit Ouidius lib.2.de Ponto.

Dij quoque vt cunctis hilari pietate colantur,
Tristitiam poni per sua festa iubent.

Quibus etiam & illud concinis,q; ait Plautus in milite.

Quod in diuinis rebus sumas sumptus,sapienti lucro est.

Et etiam Horatius Oda.6.lib.3.sic ait.

Dij multa neglecta dederunt
Hesperiæ mala luctuosa.

Etenim re ipsa cõpertum est, simul ac deorum cultus negligitur,id in perniciem reipublicæ conuerti.

Adde quod Ouid.lib.1.Fasto.sic canit.

Prospera lux oritur,linguis animisq; fauete.
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.
Lite vacent aures,insanaq; protinus absint
Iurgia,differ opus liuida turba tuum.

Pariaq; & illis versibus docemur, quos Tibullus libr.2.eleg.1.composuit.

Luce sacra quiescat humus,requiescat arator.
Et graue suspenso vomere cesset opus.
Soluite vincla iuris,nunc ad præsepia debent.
Plena coronato stare boues capite.
Omnia sint operata deo,non audeat vlla
Lanificam pensis imposuisse manum.

Hic autem cultus quando numini gratus intelligatur docet Tibullus elegia.1.lib.2.dum ait.

Castra placent superis pura cum mente venite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.

Quibus similiter concinere videtur & illi versus,quos Virgilius lib.2.Aeneidos composuit.

Tu genitor cape sacra manu,patriosq; penates.
Me bello ex tanto digressum,& cæde recenti
Attrectare nefas,donec me flumine viuo
Abluero.

Nec minus conueniunt qui docemur per Ouid.libr.2.Fasto.dum ait.

Innocui veniant procul impius esto
Frater,& in partus mater acerba suos.
Cui pater est viuax,qui matris digerit annos,
Quæ premit inuisam socrus iniqua nurum.
Tantalidæ fratres absint & Iasonis vxor,
Et quæ ruricolis semina tosta dedit,
Et soror & Progne, Tereusq; duabus iniquus,
Et quicunque suas per scelus auget opes.

Eodem etiam pertinet, quod Cicero 2.de legibus docuit,deos impiorum piorumq; immemores non futuros.

Sit hoc a principio persuasum hominibus, dominos esse omnium rerum ac moderatores deos ea quæque gerantur,eorum geriditione atque numine eosque optimè de genere hominum mereri, & qualis quisque sit, quid agat,quid in se admittat, qua mente,qua pietate colat religionem intueri, piorumque & impiorum habere rationem.

Idq; non tam iuris naturæ, quàm gentium esse intelligẽdũ est cùm diuini numinis notitiã solus homo habeat.

Vnde Cicero.1.de legi.

Nullum est animal præter hominem, quod habeat aliquã notitiam Dei.

Et vt omnium animantium præter hominem nullum Dei notitiam habet, ita per contrariũ,hominũ nulla gens Deum ignorat. Vnde idem ait.

De hominibus nulla gens est neque tam immansueta neq; tam ferrea, quæ non etiam si ignoret qualem Deum habere deceat tamen habendum sciat.

Rursus idem Cicero primo Tuscu.sic ait.

Firmissimũ afferri videtur,cur deos esse credamus, quòd nulla gens tam fera,nemo omnium tam sit immanis,cuius mẽtem non imbuerit deorum opinio.

Cursus idem Cicero.2.de natura deorum firmat hanc Dei notitiam ad homines solos pertinere.

Sunt

Sunt ex terra homines non vt incolæ & habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum, atq; cælestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantiũ pertinet. Sensus autem interpretes ac nuntij rerum, in capite tanquam in arce mirificè ad vsus necessarios & facti, & collocati sunt.

Rursus idem Cicero.

Cùm natura cæteros animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit, & ad cæli quasi cognationis domicilijq; pristini conspectum excitauit, tum speciem ita formauit oris, vt in ea penitus reconditos mores effigeret.

Deniq; vt diuini numinis cultus a primordio ipsius humani generis ad hominum curam solicitudinemq; pertinuit sic etiã & reipeblicę obediẽtia, obsequiũ, morigeratio Vnde sic ait Horatius oda.2.lib.2.

Dulce & decorum est pro patria mori.

Quibus eleganter concinere videtur id, quod Silius Italicus lib.8.bel pu.ait.

Iamq; hoc ne dubites longęui nate parentis
Accipe & æterno fixum sub pectore serua.
Succensere nefas patriæ nec fœdior vlla
Culpa sub extremas fertur mortalibus vmbras
Sic docuere senes.

Huc quoq; pertinet & illud, quod Iuuenalis Satyra.8. de Cicerone canit.

Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit

Similia per Ouidium lib.1.de Ponto dum ait.

Rursus amor patriæ ratione valentior omni,
Quod tua fecerunt scripta retexit opus.

Ibidem.

Non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat
Fumum de patrijs posse videre focis.
Nescio quo natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.
Quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?
Huc tamen ex illa Barbarus vrbe fugit.
Cùm bene sint clausæ cauea Pandione natæ
Nititur in syluas quaque redire suas.
Assuetos tauri saltus, assueta leones,
(Ne feritas illos impedit) antra petunt.

Et similiter a primordio ipsius humani generis vt parẽtibus obedirẽt. iuxta. d l. veluti. ff. de iusti. & iure. Et etiam magistris.

Vnde Terentius in Andria.

Neq; istic, neq; alibi, vsquam erit in me mora.

Olympius Nemesianus æglоga.1.

Et parere decet iussit, & grata iubentur.

Martialis lib.1.epigram.

Læserat ingrato leo perfidus ore magistrum,
Ausus tam notas contaminare manus.
Sed dignas tanto persoluit crimine pœnas,
Et qui non tulerat verbera, tela tulit.

Ouid.lib.1. de art.amand.

Phylirides puerum cithara præfecit Achillem,
Atque animos molli contudit arte feros,
Qui toties socios, toties exterruit hostes
Creditur annosum pertimuisse senem.
Quas Hector sensurus erat poscente magistro,
Verberibus iussas præbuit ille manus.

Plautus in Sticho.

AN. *Certumne est neutram vestrarum persequi imperium patris;*
PIN. *Persequimur, nam quò dedisti nuptum abire nolumus:*
ANT. *Curate igitur familiarem, vt potestis optumè:*
PAN. *Nunc placet, cum rectè monstrans, nunc tibi auscultabimus.*

Stat ergo ex superioribus, quòd ius gẽtium primæuum proditum fuit simul cũ ipso humano genere, omnibusq; indistinctè gentibus cõmune est, ideoq; vetustissimum, & naturale appellatur: cõsistitq; in his tribus pręceptis, & ceteris similibus: vt sit erga Deum religio cultusq; diuini numinis, vt patriæ pareamus, vt parentibus similiter morem geramus: quæ omnia opportune probantur in dicto §. singulorũ. Inst. de rerum diuisione, & in l.j.§. finali, & l. veluti, cũ sequen. ff. de iust. & iure. cũ locis iam citatis. His proximum est etiam illud præceptum: vt vim atque iniuriam propulsemus: & vt quod quis ob tutelã corporis sui rerumq; suarum fecerit, is iure fecisse videatur & hominẽ homini insidiari nefas esse: & iniurium esse, alterum alterius iactura, vel iniuria locupletem fieri. l. veluti. l. vt vim, ff. de iust. & iur. l. iure naturæ, ff. de reg. iur. l. nam hoc natura. ff. de condi. indeb. Est enim vt ait Valerius Flac. li.5.arg.

Est, inquam, amor & rerum cunctis tutela suarum.

Et Terentius in Hecyra.

Offerre iniuriam me tibi immerenti iniquum est.

Et de iniuriæ propulsatione Ouidius lib. primo de arte aman. sic cecinit.

Iudice me fraus est concessa repellere fraudem,
Armaque in armatos sumere iura sinunt.

Est & aliud secundum ius gentium, quod non simul cũ ipso genere humano proditũ fuit, sed longè postea humanis necessitatibus exigentibus à gentium plerisq; pręsertim earum, quæ moribus legibusq; vtuntur, nõ simul sed varijs temporibus, modò huc, deinde illuc receptum admissumq; fuit: ex quo iure descendunt bella, captiuitates, seruitutes, manumissiones, reliquaq; id genus, quę tã lõgè absunt ab illo iure naturali, & primæuo, atque natiuo, de quo proximè mẽtionẽ habuimus, vt ei iuri hęc oĩa, quę ab isto iure gẽtiũ secundario descẽdũt, aduersari videbãtur, vt probantur hæc in l. manumissiones, & in l. ex hoc iure: ff. de iust. & iure. & Inst. de iure natu. §.1. &.2. cũ sequent.

Etenim emptio & venditio vetustissimis tẽporibus in vsu non fuerat. vt in l.1. ff. de empt. & vendit. Ergo id ius gentium, quod consistit in empti. & vendi. locationibus, conductionibus, societatibus, mandatis, & similibus, de quo in d. l. ex hoc iure. & in d. § ius autẽ gentiũ. Inst. de iu. nat. ius gentiũ secũdariũ & positiuũ quodãmodo dicetur.

Neq; ideo ius gentium minus dicetur, quod nõ ab omnibus ex ęquo gentibus receptum sit, si tamen ab earum plerisq; receptũ appareat, quinimo licet nõ à plerisq; omniũ omnino gentiũ receptũ esset, si tamen à plerisq; earũ gentium, quæ legibus, aut moribus honestis regũtur, receptum sit, id sufficit, vt ius gentiũ appelletur. vt in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. & §. sed naturalia. Insti. de iur. nat.

Secundum quæ receptior illa sententia existimantium testamentum, hæreditates, successionesque à iure naturali gentium descendere, defendi non potest, si intelligatur de iure gentiũ primæuo, & naturali, quod cum ipso simul genere humano proditum fuit, & apud omnes gentes per ęquè obseruatur, licet ita sentiant pleriq; eorum, qui illam cõmunem sententiam defendunt. Neque ad rem pertinet quod veteri testamento legatur Iacob institutum fuisse hęredem ab Isaac patre suo, vt notat glossa, in l. quoties, in princip. ff. de hæred. institu. refert Iason. in d. l. ex hoc iure. numero 46. referuntq; pleriq; eorum, quos supra retulimus. Nam neq; ambiguum est ante Iacobi tempora innumera mũdi secula pręterijsse, neq; mox ille, quo vsus fuit Iacob, probatur ab omnibus reliquis gentibus ex æquo receptus, & custoditus: & pręsertim secundũ opinionem eorum, qui mundum ingenitum esse, ab æternoq; creatũ intelligunt. & contendunt: cuius op. fuisse videtur Manilius lib.1. astron. dum sic cecinit. Manilius libro 1. astrono.

Hæc æterna manet, diuisq; similima forma,
Cui neque principium est vsquam. nec finis in ipso,
Sed similis toto remanet, perq; omnia par est.

Rursus ibidem idem Manil.

At manet incolumis mundus, suaq; omnia versat,
Quę nec longa dies auget, minuitque senectus,

Nec

Nec motus puncto currit, cursuq; fatigat:
Idem semper erit, quoniam semper fuit idem.
Non alium videre patres, aliumue nepotes
Aspicient.

Et Manilius lib.1.Astronom.

Sed facies quęcunque tamen sub origine rerum
Conuenit, & certo digestum est ordine corpus.

Ibidem.

Quicquid subduxit flammis natura pepercit:
Succubitura oneri formas disiungere tantum
Contenta, vt stellis ostendere sydera certis.
Linea designat species, atque ignibus ignes
Respondent, media extremis, atque vltima summis.

Et Manlius lib.1.Astronom.

Est igitur tellus mediam sortita cauernam
Aeris, & toto pariter sublata profundo.
Nec patulas distenta plagas, sed conditas in orbem
Vndique surgentem pariter, pariterq; cadentem
Hæc est naturæ facies: sic mundus & ipse
In conuexa volans, teretes facit esse figuras
Stellarum, solisq; orbem lunæq; rotundum.

Superior tamen sententia, vt mundus ab æterno fuerit, in eternumque duraturus sit, vera non est: sicque cretum fuisse & sui resolutioni subiectum, docemur sequentibus authoritatibus.

Lucanus lib.1.bel.ciuil.

Sic cum compage soluta
Secula tot mundi suprema coegerit hora.
Antiquum repetens iterum chaos, omnia mixti.
Sydera syderibus concurrent, ignea pontum
Astra petunt tellusque extendere littora nolet,
Excutietq; fretum fratri contraria Phebæ.
Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem
Indignata diem poscet sibi, totaq; discors
Machina diuulsi turbabit fœdera mundi.

Seneca in Octauiam,

Qui sese nescit tantum in cæcum chaos
Casurus iterum.

Itaq; quod de Iacobi temporibus retulimus, necessario intelligendum est procedere, ortumq; habuisse non à iure gentium primæuo, sed post multa secula præt rita in vsu esse cepisse. Nam cum primùm humanum genus proditũ fuit, nulla erat distinctio mei, & tui, vt his versibus testaſ.

Horatius Satyr.2.lib.2.

Nam propriè telluris herum natura, neque illum,
Nec me, nec quenquam statuit, nos expulit ille
Illum aut nequities, aut vafri inscitia iuris
Postremò expellet certè viuacior hæres.

Seneca in Hyppolito.

Hoc equidem reor.
Vixisse ritu, prima quos mistos dies
Profundis: nulla his auri fuit.
Cæcus cupido, nullos in campo sacer
Diuisit agros arbiter populis lapis.
Nondum secabant credula pontusn rates.

Vergil.lib.2.Georg.

Ante Iouem nulli subigebant arua coloni,
Nec nesignare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quærebant. &c.

Ergo cũ a primordio humani generis omnia essent cõmunia, & longè posteà successiuis vicibus atque temporibus infelix, calamitosum, perniciosum, infaustumq; nomẽ illud, mei & tui, seu meum & tuum, in vsu esse cœperit, reliquum est, vt a tempore Iacobi iam distinctum esset tempus antiquissimum primordij generis humani, vtq; Iacobi temporibus in vsu erant, non possint dici de iure gentium primęuo, quod cum ipso humano genere proditum fuit non magis, quàm quæ hodie vigent.

Cum ergo a creatione & origine mundi omnia essent communia neque appareat testamenta fuisse inuenta, aut successiones aut hæreditates, dicendũ est hæc omnia non descendere ex iure gentium primæuo, quod ideo naturale appellamus, quòd cum ipso genere humano simul proditum fuit. Et cum secundum Philosophum quærere legem vbi naturaliter sentimus nihil aliud sit, quàm infirmitas intellectus, & nullus modò sanus erit, vt puto, qui non ita sentiat, otiosum erit hac de re amplius disputare.

Est etiam ius gentium, vt diximus secundarium, & veluti positiuum, quod in hominum commercijs & contractibus consistit, nõ simul cum ipso genere humano proditum, sed longe postea paulatim receptũ: non quòd ab omnibus gentibus ex æquo vsitatum fuerit, sed tantum ab earum plerisque, presertim quę legibus, moribusq; regunturi, in cœtumq; conueniunt, & ab ijs non vno eodemq; tempore id ius admissum, sed uarijs successiuisq; vicibus atque temporibus. vt. d.l.prima ff.de contrah.emp.iuncta. d.l.ex hoc iure.&.d.§. ius autem gentium.&.§.sed naturalia.Insti.de iure nat. Et successiones reuera atque testamẽta ex hoc iure descẽdere intelligi possunt. Omnes enim illæ rationes propter quas superius diximus inuentas fuisse successiones, cogunt nos vehementer credere a gentium plerisque presertim earum, quæ legibus & moribus regũtur vsum successionum receptum esse, ne in familiam cuiusque morientis vacantem violentæ irruptionesque fierent, & cętera id genus, quę iam supra in præcedente quæstione enumerauimus. Et vt ex hoc iure gentium hęc descendisse intelligãtur, sufficit a gentium pluerisque, saltem earum, quę legibus, moribus, rationeque gubernantur, isthęc in vsu fuisse. vt.d.l.omnes populi.&.d.§. ius autem gẽtium.&.d.§.sed naturalia. Cùm ergo vsum tam successionum quàm testamentorum atq; hæreditatum inspecta sui tam inuentione quàm admissione, receptione, & veluti hospitio neque ab omnibus peræque gentibus, nec etiam ab earum plerisque pariter admissum receptumque fuerit, sed veluti hospitio quodam nunc istę nunc illę gentes has successiones legibus, cõstitutis positiuisq; receperint vicibus temporibusque successiuis, certè quo tempore in prima regione vel prouincia id successionũ ius admissum legibus vel moribus fuit, tunc id ius positiuum, nõ autem naturale vel gentium intelligi potuit, cum ab alijs gẽtibus, prouincijs, regionibus nõ itidem receptum fuisset. Vnde similiter licet ab alijs nationibus, regionibus, & prouincijs paulatim & successiuè receptum fuerit legibus latis, & ad hoc constitutis, vel etiam moribus, tamen magis est, vt ta-
4 le ius quo ad sui † inuentionem, creationem, receptionem, & hospitalitatem ciuile & positiuum esse videatur, licet sit iuris gentium, quæ legibus & moribus vtuntur quo ad approbationem.

Stant ergo tres conclusiones. Prima, quòd successiones testamenta hęreditates non sunt de iure gẽtium primęuo, quod simul cum ipso genere humano proditum fuit. Altera, quod hęc omnia inuentione sunt iuris ciuilis positiui Tertia, ꝙ approbatione, receptione, & hospitio sunt iuris gentium secundarij, quod non pariter ab omnibus gentibus receptum est, sed paulatim, & successiuis temporibus ab earum plerisque, præsertim earum, quę legibus & moribus gubernantur, receptum fuit, quæ omnia sunt cõtra magis communem opinionem.

5 Simile in facultate, & iure † abstinendi. Nam licet mille legibus ciuilibus approbata sit. vt in.§.sui. Insti.de hæ.abinte.& in §.sui.Insti.de hæ.qual. & in l.necess.& in l.cum hęre.ff.de acq.hær.& in l.Cor.& in l. iam dubitari. & in l. suus quoq; per totam.ff.de hæ.inst.& in l.si filius qui patri. ff.de vulg.& in l.verba hæc.& in l.si.ff.de cond. inst.& in l.cõditionibus pupillius.ff. de cõd.& de &in.l.suus hęres & in l.fin.C de rep.hær. tamen quia primordialiter non lege ciuili, sed tantum prætoria fuit inuenta & admissa, abstinendi facultas de iure prætorio esse dicitur, non autem de iure ciuili secundum veram, & communem opinionẽ quam

quàm tenet latè Ias.nume.26.in l.vn.C.quando non pot. part.post glos.ibi.quam perpendit Ias. & glos.1.in l.qui se patris.C.vnde lib.vbi etiam late resoluit Alex.nu.15.Romanus.in d.l.necessarijs.Imola.in l.ventre ff.de acqui.hær. Bald.in cap.1.an agnatus vel filius.Paul.in l.1.C. si minor ab hær.se absti.Licet contrarium & malè tenuerint Bald. & Butriga.in d.l.vn. C. quando non pet.par.Bal.in d.l.qui se patris.col.7.& in l.vn.C.qui ante aper.tab.Bal.& Alex. nu.3.in l.fi.§ fin vero postquam.C. de iure delib. Cuius tamen controuersiæ vera concordia est.quod inuẽtione est de iure prætorio, approbatione vero est de iure tam prætorio,quã ciuili,& ita procedunt iura superis adducta,quo ad effectum vero iuris tantum prętorij naturam sortitur & idem etiam post abstensionem filius nudo nomine remanet hęres,quod prodest ad multa, vt probatur in l.cum quasi.§.sed.& si quis.ff.de fideic.hære.& declarat Iaso. vbi supra & Bart.in l.cum filio.col. 3.ff.de l.1. Et tamen si ex dispositione legis ciuilis filius qui abstinuit, videret hæres esse desinere, non etiam quo ad nudum nomen amplius hæres non videretur, quia qui semel hæres fuit, potest ex dispositione legis ciuilis hæres esse desinere ex toto.gl. cõmuniter app.vbi traditur per omnes in l. in substitutione. ff.de vulg.Sic ergo & in proposito, cùm usus successionũ tam legitimarum, quàm earum quę ex testamento descẽdunt,primordialiter fuerit lege ciuili, & positiua,vel peculiari consuetudine vnius aut alterius regionis receptus, licet postea is mos & vsus ab omnibus vel plerisque gentiũ fuerit similiter receptus & propagatus, non tam iuris gentiũ q̃ positiui esse videbitur vel saltem positiui iuris esse videbitur inuentione,iuris autem gentium approbatione tantum, & quò ad effectus similiter iuri positiuo potius quàm iuri naturali vel gentium assimilabitur. Denique vltra superiores authoritates, leges.& rationes,& tertio loco probatur per l.fin.C.quorum bonorum.ibi,cum prudentium omnia responsa.iuncto.§.responsa.Institu.de iure nat. vbi prudentiam responsis successionem admissam receptamque dicimus,sicque de iure positiuo,non de iure gentium natiuo.Quarto probatur in l.lege obuenire.ff.de verb.sig.Quinto in l.verbis legis.ff.de ver.sig. Sexto in auth.vt cùm de appell.cog.§.aliud quoque. ibi,legibus debitam.collatione.8.Septimo in auth.de hęr.& faci.§.primũ itaq; collatione.1.Octauo in authen.nouissima.C.de inofsi.testamento.in verb.lege.iuncto verbo.debeatur. Nono per text.in rub.& fere per totum.ff.de suis & legiti.hęred. Decimo & vndecimo per text. in rubr. & ferè per totum C.eod.titu.de legiti.hæred.& Inst.de leg.agn. successione Duodecimo.Deportatus est capax eorum quæ sunt iuris naturalis, vel gentium.text.est in l.quidam.ff. de pœnis & tamen non est capax successionis, ergo successio non est iuris naturalis,vel gentium.Neque ad rem pertinet, quod ex testamento militis capere possit.l. neq; enim.§. 1.ff.de milit.testa.l.si deportati.§ miles.ff. deleg.3. vbi probatur, quod deportatus, qui regulariter incapax est successionis. vt in l.prima C.de hę.inst.l.prima.§.deportatos.ff.de bon. pos.contra tab.potest tamen capere ex testamento militis Nam respondetur,eo casu, quo capit ex testamento militis ex lege ciuili eum cœpisse videri, non secus,quàm si ea lege permittente caperet ex testamento pagani.Postremò probatur in c.ius Quiritũ.1.distinctione. & per tex expressum.in §.fi.Insti.de vsu & habi.& in l.1 in pr.ff.ad le.falci. vbi notat Paul. Cast. Ex superiorioris multa inferũtur,quibus docebimur, quanta sit huius inuestigationis vtilitas.

In primis enim infertur veram non esse illam sententiam,quam suprà retulimus,existimantiũ † testam.successiones,hæreditatesq; esse iuris diuini,cum vt probauimus sint iuris ciuilis quo ad inuentionem & effectũ, licet approbatione dici possint esse iuris gentium secundarij.

6

Deinde infertur veram non esse sentẽtiam eorũ, quos
7 suprà retulimus, qui contendunt isthæc † omnia esse iuris naturalis.

Tertiò infertur veram non esse eorum sententiam receptiorem,qui tuentur isthęc omnia iuris gentiũ esse,nam iuris gentium saltem primæui non sunt, cum illud ius simul cum ipso genere humano proditum fuerit, isthæc autem longè postea recepta fuerint.

Quartò infertur veram non esse receptam illam senten
8 tiam existimantium isthæc † esse iuris gẽtium inuentione iuris autem ciuilis approbatione, quinimo quoad inuẽtionem iuris gentium non sunt.

9 Quinto infertur hæc omnia esse iuris ciuilis † inuentione iuris autem gentium secundarij (quod positiuum non inscitè dici potest) approbatione.Vt enim contractus emphyteuticus est merè iuris ciuilis secundum glo.Bar.Fulg. Ias.& alios indifferenter.in.l.ex hoc iure.ff.de iusti. & iur. & tamen si is contractus ab gentium plerisque in vsu esse cœpisset, adhuc iuris ciuilis esse nõ desineret, licet quoad approbationem receptionem,& hospitium iuris etiã gentium non ineptè diceretur, ita quoq; & vsus successionũ, testamentorum, hereditatum cùm iure ciuili & positiuo primordialiter inductus receptusque sit,licet posteà à gentium plerisque admissus fuerit, non tamen desinit esse iuris ciuilis positiui inuentione,effectu, & approbatione,licet iuris quoq; gentium approbatione non immerito aut ineptè dici possit.Quo ad sui tamen formam testamentũ indubitanter est iuris ciuilis positiui, vt superius diximus. Et similiter hereditas,prout sumitur à Iuresconsulto in l. l.hæreditas.ff.de pet.hær.& in l.nihil aliud.ff. de verb.sig. & tradunt Bar.Alex.& Ias.num.3.post Bal.Areti. & alios in rubr.ff.de acqu.hær.Bart.in l.3.in pri.ff. de bo.poss.vbi omnes conueniunt, quòd hæreditas est quædã veluti persona imaginaria,subdititiaque, atque intellectualis quæ vicem sustinet defuncti.vt in pri. Instit.de stip.seruorum.l. hęreditas in multis.ff.de acqu.rerum dominio.quæ similiter sustinet omnes actiones,tam actiuas,quàm passiuas & tunc hæreditas indubitanter est iuris ciuilis, & ita ab omnibus,quos proximè retulimus receptum est,estque vera & communis sententia.Et superiores sententias, quas cõtra magis commu.op. esse diximus olim Salmáticæ inter plura quam.700.paradoxa tuebamur, quas etiã hodie verissima ausim dicere, & in vsu forensi seruandas & sequẽdas,cum sint ex mente & sententia tot virorum, vt tam communiter ferè receptæ, quàm contrariæ sententiæ nõ temere dici possint.Stat ergo testamentum esse iuris positiui inuẽtione, vnde per ipsum ius positiuum variè restricta & coangustata fuit testandi facultas, vt docuimus supra hoc.§.nu.1.& similiter hodie per l.6. Tauri.nouã recipit restrictionem,vt licet in terminis iuris communis liberis,quo casu test.facere possunt,liberum sit parẽtes pręterire quo ad primordialem testamenti validitatem, licet id testamentum querela resolui rescindiq; possit,si ea pręteritio non recte fiat, vt plenè docebimur infra libr.8.super.l.omni modo.&.l.quoniam in prioribus.C.de in offi. testamẽt.tamen hodie per. d.l.6.Tauri videtur exæquata conditio liberorum & parentum ex testamento non secus quàm ab intestato.Nam illa verba illius.l.6. Los ascendientes legitimos porsu orden y linea derecha succedam ex testamẽto & ab intestato a sus descendiẽtes,& les seam legitimos herederos como lo son los descendientes a ellos.verbum.n.legitimus hæres,intelligitur.i.necessarius.l. fi.vers.qui si.neminẽ.ff.de cõdi.inst.presertim cũ refertur ad liberos.vt ibi.& cũ vna determinatio respiciẽs plura determinabilia debeat ea pariformiter determinare. vt in.l. 2.& in l.quamuis.C.de impu.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& sub eadem verborum conceptione.in.d.l.6.legitimi hęredes appellentur tam liberi,quàm parentes,superest, vt parentes necessarij hęredes videantur non secus quàm ipsi liberi.An autem etiam suitatem non aliter atque liberi parentes per d.l.6.habere videãtur,dubitari potest cuius suitatis effectus plures quàm. 30.numerauimus infrà. §. 19. nu.47.sed magis est vt non habeant.arg.eorũ, quę notant Corneus & alij in.l.fi.C.de repud.vel abst.hære.

Deniq; cum per d.l.6.in successione ab intestato ascendente

dentes equiparentur descendentibus, sequitur ꝙ vt olim caput vnde liberi excludebat caput trãsuersorum vnde legitimi, & vnde cognati. vt per totũ. ff. & C. vnde liberi. & vnde leg. & §. sunt autem. cum pluri. §§. seq. Insti. de bon. poss. ita etiam hodie per dict. l. 6. quandiu supersunt ascendentes intestati morientis excludentur transuersi, etiam si sint fratres, non secus quam excluderentur, si superessent liberi eius, de cuius successione agebatur. Quod expressius inductum fuit per. l. 7. Tauri dum ait. El hermano para heredar ab intestato a su hermano, no pueda concurrir con los padres, o ascendientes del defuncto.

Verum tamen est, ꝙ si parẽtes eius, cuius de successione agebantur, repudiassent hereditatem expressim, vel tẽpore, vel alia ratione à capite tantum parentum seu liberorũ exclusi essent, tunc superesset, integrumq; sibi maneret caput vnde legitimi, in quo capite concurrere possent cũ fratribus eius, cuius de successione agebatur, nec procederet d. l. 7. dum ait fratres in successione intestati cũ parentibus defuncti non posse concurrere. Ita est nouissime temperanda dict. l. 7. arg. tex. in l. 1. §. sed videndum. ff. de succ. edict. tradit Ias. in simili in l. 1. nu. 7. & nu. 26. C. qui admitti.

Denique cum vt diximus, testandi facultas sit lege positiua non etiã naturali inducta, ideo recepit, & recipere potuit aliam restrictionem per l. 9. Tauri vbi licet quisq; possit legitima portione liberis suis relicta in reliqua hæreditatis parte extraneum heredem scribere. vt in l. apud Iuli. §. idẽ Iulianus. ff. ad Treb. l. cum hereditate. ff. de acqu. he. l. cum quæritur. C. de inof. testa. §. si. Instit. eod. l. Papini. §. quarta. &. § quoniam autem quarta. ff. eod. titu. tamen per d. l. 9. contrariũ videtur, vt licet alimentorũ nomine quintam bonorum partem capere possit, iure legati tamen nõ poterit capere titulo institutionis, quia verba legis ita habẽt. Los hijos bastardos illegitimos de qual quier calidad que seam no puenam heredar a sus madres ex testamento ni ab intestato, en casu que tengam sus madres descendiẽtes legitimos, pero bien permittimos, queles puedã sus madres mandar en vida, o en muerte fasta la quinta parte de sus bienes. Quorum verborũ is sensus esse videtur, vt stantibus filijs legitimis, mater filijs naturalibus ex testamento nullã hereditatis partem titulo institutionis relinquere possit, licet titulo legati quintã eis partem relinquere non prohibeatur. Verum is sensus non tam menti, quàm litere illius. l. 9. adheret. Vnde magis est, vt quintam bonorũ partẽ eis relinquere possit titulo institutionis, non secus, quã titulo legati, ne liberi naturales deterioris sint conditionis quàm omnino extranei, quod ab omni ratione alienum esset. Præterea vt stantibus etiã filijs legitimis possem animam meam, id est, pauperes, aut pium locum instituere in quinta bonorum parte, vt ibid. ita quoq; possem tales filios naturales, qui per d. l. 9. exequantur pio loco. Deinde & tertiò per d. l. 9. post legitimos filios admittuntur naturales, tam ex testamento, quam abintestato, etiam ad exclusionem parentũ. Ergo vt parẽtes possent etiã stantibus legitimis in d. quinta bonorũ parte institui, poterunt similiter & facilius institui naturales liberis. Quartò idem etiã probatur in l. 10. Tauri, & ita tenendũ est, ꝙ licet filius naturalis non sit hæres necessarius patris ex testamẽto. vt in l. 8. tit. 13. par. 6. & pater sit necessarius hæres filio testanti, qui liberos nõ habebat. vt in. d. l. 6. Tauri tamẽ si supersint liberi naturales eius, cuius de successione agebatur & etiã parentes poterit testator impunè eos liberos naturales ex toto hæredes scribere, nihilo penitus parẽtibus relicto, cũ tñ ab intestato parentes longe potioris conditionis essent, quã filius naturalis. vt hæc probatur in d. l. 10. Tauri iuncta d. l. 8. tit. 13. par. 6. vt sic pater eius, cuius de successione agitur, qui est necessarius hæres tam ex testamento, ꝙ ab intestato, cũ desunt liberi legitimi, is per interuentũ filij naturalis (qui necessarius non est) necessarius esse desinat.

Illud autem notandum est, quod in. l. 12. Tauri. filium naturalem per principis rescriptum legitimatum legitimũ fieri patris sui cognatis statutum fuit, & tamen ipsimet patri legitimus non videtur quoad hoc, vt concurreret possit cum reliquis filijs legitimis, quod variè ibi intelligitur. Primum quando legitimi nati erant ante ipsam legitimationem. Deinde quãdo etiam post illius legitimationẽ illi nascerentur. Postremo etiam, si hi legitimi non nascerẽtur, sed legitimati forent per subsequens matrimonium.

In summa licet per. l. non amplius. §. si. ff. de leg. 1. cum. l. seq. liberũ sit heredi legatum partis bonorum prestare in pecunia numerata, seu æstimatione, vel in ipsis rebus hereditarijs, tamẽ per. l. 20. Tauri, hec libertas adempta est, nouẽq; sancitũ, vt in ipsis rebus hæreditarijs prestetur, non aliter, atq; si esset portio hæreditaria. quod intellige, quando fuit legatum seu melioratio tertij vel quinti. Idq; inde descendit, quòd successiones, vt tradidimus, a iure positiuo descendunt, vnde alio iure positiuo quotidie mutari & possunt, & solent. quod nõ liceret, si iure naturæ essent (vt quidam falso opinantur) inductę: & licet hac in parte talis melioratio magis quotę hereditatis ꝙ bonorũ ęquiparet, tamen in alio per contrariũ magis quotæ bonorũ quã hæreditatis assimilat: quia possum talẽ tertij aut quinti meliorationem agnoscere, & reliquũ hæreditatis repudiare, quod regulariter in portionib. hereditatis fieri nõ põt;. vt in. l. apud Iulianũ. in prin. ff. ad Trebel. iuncta. l. 21. Tauri.

10 Sextò infertur ex superioribus, an † testamẽtũ per principem tolli possit, hoc est, per scriptũ principis. Et quidẽ de potestate ordinaria tolli non posse, omnes vbiq; tenẽt, per text. in. l. si testamentum. C. de testamen. ita docent ibi Fulgo. Alex. & Ias. post alios. idẽ Iason. in. l. ex hoc iure. nu. 46. ff. de iust. iure. Romanus in. l. si nõ speciali. eo. ti. Quod intelligendum est absq; causa vehementi, & regulariter, vt etiam tradunt ferè in terminis Parisius consi. 1. nu. 50. lib. 2. idem Parisius cons. 46. lib. 3. num. 30. cũ plu. seq. expressius per Philip. Decium consi. 557. nume. 4. Alex. consi. 2. num. 8. lib. 2. idem Decius consi. 403. nu. 13. Etenim princeps, & respublica est supra oẽs leges, quia eas potest tollere, & mutare: tamen illud intelligitur ritè, & solenniter, & interea legibus latis de potestate ordinaria uiuere debet. Licet enim inquit imperator legibus soluti simus, legibus tamen viuimus. §. fin. Instit. quibus. mo. testa. infir. l. digna vox. C. de legibus. Neque ad rem pertinet, quòd testamentum sit iuris positiui: nam id ius positiuũ princeps, vt modo dicebamus, tollere potest legibus ritè, & solenniter latis aliter enim nõ potest, nisi ex vrgente & magna causa. per omnes in. l. fin. C. si contra ius vel vtili. pub. per omnes in cap. quæ in ecclesiarum. extra. de constit. Agnosco tamen, quòd ratio, qua pleriq; vtuntur eorum, quos modò retulimus, nullius momenti est dum ita arguunt. Testamentum (inquiunt) inuentione est iurisgentium: ea autem, quæ ad nos de iure gentium pertinẽt per principem tolli non possunt: sed certè data paritate terminorum, nulla diff. est, vtrum ex iuri ciuili, an ex iure gentium ad nos aliquid pertineat quãtũ ad hoc, vt per principẽ tolli possit vel nõ possit, nam per modũ legis ferendæ nobis possunt tolli quæ ad nos pertinent, siue pertineant de iure gentiũ, siue de iure positiuo. Per rescriptũ vero, & alios actus similes nisi ex magna & vrgenti causa tolli regulariter non possunt quę ad nos pertinent, siue pertineant de iure gentium, siue de iure positiuo: vt dictis iuribus.

11 Septimò infertur, an † hæreditas possit nobis auferri. Nam cum successio sit inuentione iuris gentium videtur non posse tolli ex mente doctorum, existimantiũ successiones inuentione esse de iure gentium. Sed licet secundũ nos successiones sint iuris ciuilis etiam inuentione, effectu, & approbatione, licet quoad approbationem similiter iuris gentium esse intelligantur: tamẽ adhuc tenemus quòd hæreditas iam delata nobis per legem vel principem, de potestate ordinaria absq; vrgenti & magna causa regulariter tolli nõ potest: quia quod nostrũ est, id a nobis auelli non potest. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. & iure naturæ iniquum est altero alterius iniuria & iactura locupletari. l. iure naturæ. ff. de reg. iur. l. nam hoc. ff. de cond. indeb-

deb. & quod aliquid sit meum vel tuũ, vita quòd ad alios non pertineat, & per hoc segregetur ab aliorum hominũ cõmunione, id est de iure gentium. vt in. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. & in. §. ius autem gentiũ. Insti. de iure nat. Vnde eorũ, quæ nostra sunt, cõseruatio tuitio, & defensio est de iure gentium. vt per glossa. ab omnibus receptam in l. vt vim. ff. de iust. & iur. Quibus iuribus nulla distinctio fit, vtrum illud, quod ad nos pertinet, profectũ fuerit ex dispositione iuris positiui, an verò ex dispositione iuris gẽtiũ, vel naturalis. Nam vtroq; casu pariter postquàm iá ad nos pertinere cœpit, proprietas, iusq; illud iure gentiũ nostrum esse videtur distinctum & separatum ab aliorũ hominum cõmunione, iureq; gentium eis desentio, tuitio, & conseruatio nobis competit. Et ita post alios tenet (licet inermis, & absq; fundamentis (Guilielmus Bened. in capit. Raynutius. in verb. & vxorem nomine Adelasiã. nu. 43. de testam. Et intelligitur hoc multis modis.

Primò ꝙ tolli non posset per legẽ, vt nostra argumẽta suadẽt: & quia lex esse debet iusta, & vniuersaliis, & absq; cuiusquàm iniuria. c. erit aũt lex. 4. distinctione, debetque dare formã futuris negotijs, ne ius alteri quęsitum auferat.

Secundò intelligitur in consuetudine. argu. eorum, quæ modò diximus, iuncta. l. de quibus. cum seq. & ibi latè per omnes scribentes traditur. ff. de legibus.

Tertiò in statuto. arg. l. ius autẽ ciuile. ff. de iust. & iu. & eorũ, quę tradunt Bart. & alij in l. oẽs populi. ff, de. iu. & iu. & eorũ, quæ tradũt Ale. & alij in l. 1. §. lex falc. ff. ad. l. falc.

Quarto intelligitᷣ etiã de principe. arg. l. 1. cũ. ibi latè traditis per modernos. ff. de consti. principum. Et vid. text. mirabilem in l. 2. iuncta. l. penult. & fina. ff. de crim exp. hære.

Octauo infertur, toto, quod aiunt, cœlo erasse Paulum Castren. in l. cùm hæredes. in prin. ff. de acq. pos. dũ cõten-

12 dit, † dominium nobis ex causa hęreditaria quęsitũ tolli posse: quęsitum aũt causa contractus tolli non posse, quasi illud dominiũ sit iuris ciuilis, istud autẽ si iuris gẽtium. Sed errat vehemẽter, quia tam in dominio, quàm in possessione quęrenda sunt multi modi inuenti, quidã de iure ciuili, quidam de iure gentium, vt latè per text. gloss. & docto. in d. l. ex hoc iure. & l. prima in princ. ff. de acq. pos. ipsum tamen dominium & possessio semper iuris gentium vt iam probauimus, & sic licet in sui creatione differãt tamẽ postquàm sunt in esse producta, quo ad effectũ, vim, & efficaciam nihil differt, vtrum ex dispositione iuris ciuilis, an verò ex dispositione iuris naturalis vel gentium aliquid nobis quæsitum fuerit. Et contra Paulum tene, siue ageretur de iure nobis ex causa hęreditaria quęsito, auferẽdo per principem, siue etiam per legem. Tertio idem in statuto. Quarto idem in consuetudine, vt iam disseruimus licet idem tenuerit ipse Paul. in l. 3. ff. de testam. quem reprobat Areti. ib. & Alexan. in. d. l. cum hęredes.

13 Nono infertur, quòd † hæreditas nobis nõdum delata tolli potest. Quod Guilie. Bene. in d. c. Rainutius. in verb. & vxorẽ nomine. post alios, multis tamen repugnantibus defendit, & iure. Nam cum secundum veram sententiam, quam tuemur, succesiones sint iuris positiui, superest, vt iure positiuo possint tolli, non aliter atq; iure positiuo fuerint receptę. vt in. l. nihil tã naturale. ff. de re. iur. c. oĩ res. de reg. iur. in decret. Primò intellige tolli posse ꝑ principem. Secũdo ꝑ legẽ: Tertio, ꝑ consuetudinẽ. Vltimo, ꝑ statutũ. Vt tñ tollantur per modũ legitimũ, id est, lege lata, quæ ciues vniuersos comprehendat. iuxta. d. c. erit autem lex. 4. distinctione. Etenim si princeps, vel respublica citra vllã causam vrgentem faceret legem, qua caueretur, vt ego solus cognatis meis non succederem, neq; ipsi mihi, tunc licet ageretur de hæreditatibus deferendis, talis lex non valeret. verum si generalites statutum esset, vt successiones infra secundũ tantũ gradum deferrentur, valeret, & facit l. vni. in princ. c. de cad. toll. Et quia statutũ semper pręsumitur esse iustum, & reip. fructuosum atq; conducibile. l. prospexit. ff. qui & à quibus l. 1. §. initium. ibi, quia moderatã hanc ætatem Pretor ratus est. ff. de postul. quã rationẽ gl. ibi mirabilẽ appellat latè Tiraq. de vtroq; retracta. in prin. nu. 75. quod pleniùs edocemur infrà. §. 2. nu. 8. Vnde amare, vehementerq; condolendũ est de tã imperita iudicum turba, qui vix prima iuris elementa summis (quod aiunt) labellis attigerunt, & tamen causis decidendis pręsunt, seseq; ingenti animarũ suarũ periculo exponunt: cũ per l. secunda. Tauri id iudicandi munus obire nequeant, nisi perlectis iam pridem partitarum, fori, ordinamenti, pragmaticarũq; libris, quorum nomina vix auribus perceperunt: quæ quidem lex. 2. cũ iusta præsumatur, sancta honestaq; sint, quin obliget in foro conscientiæ negari non potest.

14 Decimò infertur valere † legẽ consuetudinemq; inducentẽ, vt rusticis, inquilinis, vasallis, & similibus post liberos parentes suos domini succederent, exclusis eorũ agnatis, vel cognatis. Ita post alios (licet quibusdam repugnantibus (tenet Guil. Bened. in. d. c. Rainutius. in verb. & vxorem nomine. nu. 386. & in simili per Parisium li. 3. cõs. 46. nu. 30. cũ seq. Quę sententia vera est secundũ verã sententiã, quam tuemur, successione esse iuris positiui, inuentione, effectu, & approbatione: licet etiã iure gentiũ secundario similiter approbatæ nõ iniuria dici possint. Pręsertim, quia etiã secundũ oẽs, forma, & gradus succedẽdi iure positiuo designata est: nec dubiũ est, quin plures gradus succedẽdi hodie sint, q̃ olim fuissent, & sæpissimè hæc res varietatẽ recepit. & in simili per Corneũ cõs. 150. li. 1. col. 2.

15 Vndecimò infertur valere legẽ, consuetudinem, statutumq;, vt in † successione ab intestato patruus eius, cuius de successione agitur, pręferatur matri ipsius, secũdũ Corneũ cõs. 150. li. 2. nu. 5. Mouetur quia successiones sunt de iure ciuili, quarũ mutandarũ facultas subiacet legibus positiuis. Cuius opinionem verissimã puto. Et probatur etiã per totum ferè Inst. C. &. ff. ad senat. consul. Tertull. & Orfi. & in. §. fin. Instit. de leg. agna. succeß. & argum. in princ. ff. si quis à par. fuer. manu. Per principem autem id fieri nõ posset, nisi lege lata, vt superius in simili disseruimus.

16 Duodecimo infertur, posse per legem, consuetudinem vel statutũ mutari formã testandi: cũ † testamẽtũ, inuẽtione, effectu, & approbatione sit iuris positiui: licet & iuris gentium similiter quo ad approbationẽ esse videatur. Vnde valeret statutum, quo caueretur, nõ valere testamentũ quod insinuatũ non esset, secundum Decium consi. 445.

Deniq; licet pactum, quo futura successio restringitur, improbatum sit & contra bonos mores reputetur libertatem testandi coarctari. vt in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. l. pactum quod dotali. l. fi. & l. 1. ibi, non iniquis rationibus. C. de pact. l. de fideic. C. de transact. l. pactum dotali. C. de collati. l. fi. ff. de suis & legiti. tamen tale pactum, quo parentum quispiam liberos se melioraturũ in tertia, aut quinta bonorum parte promisit aut, promisit se non melioraturum, iure regio firmũ est, vt in l. 22. Tauri. Quod illinc descendit: quia successiones sunt iuris positiui, quod quotidiè immutari & potest, & solet. Et huiusmodi innouatio non abs re mihi facta visa est: quia licet etiam liberi parentibus insidiari, dum eius hęreditates captant, contingere possit & soleat. vt in. §. fi. Instit. quod cũ eo. vnde pactum de fur. succ. etiam in liberis dum agitur de successione parentum vetitũ sit. vt tenet glos. in. l. si quã ibi sequuntur Bald. Sali. Paul. Fulg. Ale. nu. 1. Ias. nu. 2. Decius. nu. 13. Curt. Iunior. nu. 9. Purp. nu. 32. & nu. 18. C. de pact. Georgius natanus in c. quãuis pactum, nu. 6. de pact. in 6. tamen hęc sinistra suspicio non tam Hispaniæ nostræ probabilis est, vbi morum laudabilium probitas, inculpatæq; vitę integritas magis viget, quàm in alijs regionibus, & prouincijs. Vnde non immerito talis conuentio à nostris recepta est, licet ab exteris gentibus & nationibus nõ sic facilè recipienda esset. Illud autem certum, est ꝙ quantitas, mensuraque meliorationis tertij & quinti inspicitur, habita ratione bonorum, quę erant tempore mortis eius cuius de successione agebatur, nõ tempore, quo illa melioratio fiebat, cum fiebat inter viuos, vt in l. 23. Tauri. Vnde ex mente & sententia illius. l. 23. videtur approbata opi:

existimantiu

existimantiū quantitatē legitimę inspiciendā tēpore mortis nō tempore traditionis, licet inter viuos tradita fuerit. Qua de re plenè per Ias. in l. cū quæritur, & in l. si quando. §. illud, & in auth. nouissima. C. de inof. testa. Diximus plenè in materia legis cū queritur. C. de inof. testa. infrà. licèt quāplures teneāt cōtrariū. Ea autē tertij & quinti melioratio nō tā portioni hęreditatis, q̃ bonorū assimilari videtur in eo, ꝙ rupto ex causa exhæredationis aut præteritionis testamēto, talis melioratio sustinetur, vt in l. 24. Tauri.

Illud autem prætermittendum non est, esse sic quosdā imperitos vt putēt eas tertiæ, aut quintę partis meliorationes, de quibus mentionem habuimus, probatas non esse in foro animæ propter ęqualitatem. quam lex inter liberos desiderat, & laudat. vt in l. cum oportet. in princ. C. de bon. quę li. & l. illud. C. de collati. licet. tales meliorationes legitimæ sint in foro contentioso. vt in d. l. 9. tit. 5. lib. 3. fori. & l. 27. & l. 28. Tauri. Sed errant perniciosissimè: quia cū (secūdum nostrā sententiā quā tuemur) successiones sint iuris positiui, superest, vt per legē mutari quotidiè & possint, & soleāt. nec iustior videri debet lex quę iussit legitimam hæreditatem parentum ad liberos viriliter pertinere, quàm quæ iussit testamentariā hęreditatem dispariter ad eos pertinere posse. facit quod docemur infrà num. 25.

17 Decimotertiò infertur, ꝙ valebit similiter statutū, † ꝙ mulier testari non possit citra interuentū duorū coniunctorum, secundū Deciū consi. 435. Cùm enim testandi facultas nobis lege positiua competat. per eandē legā positiuā potest nobis auferri, & longè faciliùs moderari. Licet contrariū nouissimè parū feliciter tentauerit Corasius in l. si testamento nu. 5. C. de impuberū motus. quia cōtra bonos mores esse videatur auferre liberā testamenti factionē. l. stipulatio hoc modo concepta. vbi oēs. ff. de. verborū obligatione. Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. at secūdū eū per tale statutū aufertur libera testamēti factio, & quodāmodo coangustatur, restringitur, atque impeditur. Sed priorē sententiā ausim verissimā dicere, cū secundū verā sententiā, q̃ defendimus, testamentū inuentione, effectu, & approbatione sit iuris positiui, licèt etiam iuris gentiū quod ad approbationē non immeritò dici possit. nihil n. impedit plura iura eandē rē approbare, non secus, q̃ plures personę. vt nominatim probat text. in prin. Instit. de bon. poss. & cum sit iuris positiui testamentum, potest per ipsum ius quotidiè mutari. l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur. §. sed. naturalia. Instit. de iure nat. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Nec me mouet, quòd contra bonos mores sit auferre libertatem testandi: nam illud de bonis moribus iuris ciuilis, qui facilè mutari possunt per legē: vel illi sunt boni mores, inspecta legis censura, qui contraria lege lata similiter boni mores, inspecta legis censura, esse desinunt: præsertim quia in d. le. stipulatio concurrebat improbitas præsumpta eius, qui hæreditatē alienā captabat, quæ ratio cessat in lege lata. Et quòd tales boni mores ciuiles nō sint in consideratione, tenet simili magis cōmuniter doct. quibusdā tamen repugnātibus, vt disseruimus plenè suo loco.

Denique ridendum nobis videtur putare, quòd sit contra bonos mores augere cautelam & solennitatum testandi, præsertim per legem: quia licet per priuatum impedire libertatem testandi dum captat hæreditatem eius, qui impediebatur, sit cōtra bonos mores, quia hęreditaris hominis superstitis captatio sola de per se videtur contra bonos mores. l. ij. §. interdum. ff. de vulga. l. fi. C. de pact. l. quidam in iure §. fi. cū. l. seq. ff. de donat. l. ij. in. fi. ff. quib. vt indig. tamen quòd id impedimentum fiat à lege citra hęreditatis captandæ votum, præsertim tutioris cautelę & solennitatis causa, id contra bonos mores esse nullibi probatur: aliàs enim etiā possemus reprehēdere nimiam exactamq; diligentiam & solennitatem, quam optimo, maturoq; cōsilio leges testamentis accommodarunt. vt testatur Iustinianus in l. si quando. in princ. C. de inof. testamento.

18 Decimoquarto infertur valere legem dicentem † minorem vigintiquinque annis testari non posse, cum etiā maioribus vigintiquinq; annis hæc testandi facultas secundū veram sententiam, quam defendimus. nisi ex legis positiuæ permissione non competeret: vnde talis testandi facultas per legem positiuam posset ex toto adimi, & longè facilius moderari. Et licet in specie nouissimè satis tamen inermis tenuerit cōtrariū Corasius in l. si testamento. nu. 5. C. de impuber. tamen nostra opi. tenenda est, quę videtur ex mēte cōmunis opi. doctorū. in l. 2. in pr. ff. de vulg.

Decimoquintò infertur veram nō esse illam opinionē, quā post alios plures tenet Guil. Bened. in. d. c. Rainutius. in verb. cond. 1. nu. 5. dum contendit non valere legem di-
19 centem & admittentem † captatoriam voluntatē. Mouetur, quia testamentū est voluntatis nostræ iusta sententia l. j. ff. de testa. Iusta autem sententia, secundùm eum, nō est illa, quæ pendet ex arbitrio alieno.

Sed cōtrariam partem ausim verissimam dicere: quia cum secundum verā sententiā, q̃ defendimus, testamentū inuentione, effectu, & approbatione sit iuris positiui, licèt etiā ab omnibus ferè gentibus, quæ legibus & moribus reguntur, receptū quoq; sit superest, vt testādi facultas licētiaq; possit augeri. Et testamentū sit voluntatis nostræ iusta sententia tamen cū is, qui per aliū facit, per seipsum ex legis interpretatione regulariter fecisse videatur. vt per totum. C. & ff. & Instit. de procuratoribus. nō est cur hac in re non similiter, is qui per aliū testatur per seipsum ex legis interpretatione testatus intelligatur. Nec est cur similiter ex legis interpretatione iusta sententia desinat videri, quæ per alium declaratur, non secus, q̃ si per ipsum, cuius de successione agitur, declarata fuisset. Nam & iusta testantis sententia illa demū videtur, inspecta legis censura, quę septē testiū signis, subscriptionibus, præsentia, testimonio firmata est, & tamen nullus sanus abnegauit quin valeat, lex dicens testam. corā minore numero testiū celebratū.

20 Decimosexto infertur valere † legitimationem factam per principē absq; alicuius citatione antequā deferatur hæreditas illa qua de agitur, secundū Parisium cons. 1. nu. 50. lib. 2. Vnde si iam hęreditas delata esset, nō valeret talis legitimatio in præiudicium eorum, quibus iā ius delatū fuerat. Itaq; si post mortē patris legitimos filios relinquentis alter filius naturalis legitimetur; is patri intestato cū reliquis fratribus non succedet: quia illis per mortem patris iā ius erat delatum, quibus suum ius minui per interuentum legitimati iniurium esset. Quod intelligo, etiam si in rescripto expressum esset, ꝙ legitimatio valeret etiam in præiudicium legitimorum, quibus ius iam delatum erat, nā adhuc talis legitimatio in eorum præiudicium non valeret secundum, eundum Parisium vbi suprà. Quod intelligitur primò quādo legitimis, & naturalibus ante legitimationē factā erat hæreditas ex suo facto & aditione quæsita. quia fortius ius est quod nobis ex facto nostro quæritur, quàm si quereretur ex legis dispositione. argumēto. l. si quid bello. ff. de capt. & in l. iam dubitari. ff. de hær. inst. & in l. si filius qui patri. ff. de vulg. Secundò intelligitur, etiam si hęreditas non esset adita, si tamen erat quæsita iure suitatis. vt in terminis. §. fuit. Inst. de hær. qu. §. sui. Instit. de hær. ab. l. in suis. ff. de liber. & posth. l. cū ratio. ff. de bo. dan. Tertiò intelligit, etiā si nec iure suitatis quęsita esset, sed tantū delata: quod accidit in multis casibus, quos enumerāt Alex. & Ias. in l. si filius qui patri. ff. de vulg. Ang. de Periglis in l. suis. ff. de li. & post. vbi ꝑ modernos. Quę oīa planè procedūt in comite Palatino legitimāte, secūdū eūd. Paris. Quartò intellige, ēt si sub cōditione hęreditas esset delata (licet tūc impropriè dicat delata) nā & illa spes est in cōsideratione cū sit ex causa iā existēti secundū Bar. & oēs in l. qui Romæ. §. duo fratres. in pr. ff. de verb. oblig. Quę oīa vera sunt, licèt in principe legitimante contrariū & malè velit Ale. cons. 2. nu. 8. lib. 2. quādo in principis rescripto expressum fuerat, ꝙ valeret legitimatio etiā in pręiudiciū verè legitimorum. Sed illa expressio nihil prodest. quia potestas de iure ordinario deficit in principe in præiudiciū iuris nobis iam delati, vel quęsiti. vt probaui supra in 7. illatione.

Decimooctauo

21 Decimooctauò infertur, an per legē fieri posset, vt † testamentum esset irreuocabile. Et cùm secundū veram sententiam, quam tuemur, testamentum sit iuris positiui, nō dubito quin possit. Quod expressum est in princ. Instit. de test. vbi olim testamēta per modū venditionis fiebant, in qua venditione pœnitētię locus non erat. l. sicut ab initio. C. de act. & obli. An aūt per priuatum sit reperiri modus, quo testamentū fiat irreuocabile, tradit post alios Guiliel. Bened. in d. c. Rainutius. in verb. testam. 2. nu. 25.

22 Decimonono infertur, an ex † minus solenni testamento oriatur obligatio naturalis? Qua in re cōis opi. esse videtur, obligationem naturalem oriri. Ita latè disserit Couarr. in c. cùm esses. de testamentis. num. 5. Hanc tenet & dicit communem opi. Ias. in l. interdū. nu. 4. ff. de condi. indeb. Philip. Cor. consi. 137. nu. 3. lib. 2. tenet gl. in l. j. ff. de cond. indeb. gl. in l. si post diuisionem. C. de iuris & fact. ign. glo. Iaco. Butri. Bart. Ang. & alij. licet Bal. ib variet in l. cū quis. C. eo. tit. etsi ibi Fulg. & Pau. in cōtrarium inclinent. Imol. in c. si. de soluti. Bal. in l. fin. C. ad leg. falci. Et Ias. in d. l. cum quis. nu. 13. firmat hāc esse communē opi. Faciunt quæ traduntur per Abbatem in c. quia pleriq;. de immunit. eccles. & per eundem in c. j. de in integr. rest. Bar. in tract. minoricarum. c. 3. Ias. in l. si non sortem. in princ. ff. de cond. indebiti. nu. 4. Ias. in l. si pacto quo pęnā. nu. 6. C. de pact. vbi firmat hanc esse cōmunem opi. Sequitur & dicit cōmunem opi. Corn. in l. 2. post Bald. Bened. de Plumb. Fulg. & Paul. ibi. C. de fideicom. idem Corneus in l. si veritas. eod. tit.

Contrariam partem, vt naturalis obligatio non oriatur, tenent Couarru. vbi suprà. nu. 9. Bal. in d. l. cùm quis Fulgosius & Ias. nu. 16. in l. j. ff. de cond. indebi. idem Ias. in l. si veritas. C. de fideicom. sentit. Corneus in d. consil. 137. nu. 3. lib. 2. idem Ias. in l. si creditori. C. de fideicom. Petrus Loriotus de iuris arte. tract. 11. c. 12.

Et hanc partem verissimam puto contra magis cōmunem. Moueor: quia testamētum secundum nostrā veram sententiā, quam tuemur, inuentione, effectu, & approbatione est iuris positiui, quo iure remoto, defunctus post mortem suā de rebus suis disponere non posset, cū eo tempore earum rerum dominus futurus non esset. arg. l. j. & l. quod sponsæ. C. de dona. ante nupt. & quę latè diximus suprà. q. 3. Vnde si ius positiuum remoueas (prout remouere videris qn̄ eius formam negligis) certè remanebis in terminis iuris naturalis, quo iure inspecto, testandi facultas non erat non magis, quàm hodie est facultas de rebus alienis disponendi, quarum olim dn̄ium habuimus: cum hodie qn̄ de eis disponere volumus, earum dominium nō haberemus. Præterea obligatio naturalis nisi ex consensu oriri non potest, l. cōsensu, in prin. ff. de act. & obli. & in prin. Insti. de oblig. ex consensu, l. sub specie. C. de postulando. l. in contractibus. in prin. & l. fin. C. de non num. pecun. in prin. Insti. de liter. oblig. l. j. ff. de noua. l. non minorem, C. de transa. sed hic cessat consensus, ergo nulla obligatio naturalis est. Quòd cōsensus cesset, patet: quia hæres cū adit hæreditatē, videtur quasi contrahere, & ex illo quasi contractu obligatur. l. ex maleficijs, §. hæres. ff. de act. oblig. §. hæres quoq;. Insti. de oblig. ex quasi contractu. & cum nullus præsumatur velle iactare suum. l. cū de indebito, ff. de proba. impossibile est ꝙ videatur cùm adit hæres consensum præstitisse de relictis indebitis, & minus solēniter datis præstandis. Neq; ad rem pertinet, ꝙ postquam talia relicta minus solennia præstiterit, amplius repetere nō possit, vt in l. 2. & in l. si veritas, C. de fideicō. l. fi. C. ad leg. fal. l. fi. ff. de rebus eorum. Nam illud procedit, quando scienter soluit, quo casu tempore solutionis præstitit consensum, qui tunc produxit naturalem obligationem, quę antea orta non fuerat, & consequenter impeditur repetitio.

Præterea nulla est probatio, quæ concludat, & persuadeat certo, & indubitanter, vt docet Bar. in l. admonendi, col. 2. quem oēs ibi sequuntur, ff. de iureiur. Etenim multi testes, multa solenniaq; instrumenta, omne deniq; genus probationis potest mētiri, decipere, fallere iudicem, sed tn̄ ex certis proba tionū generibus statutum est sufficientem oriri veritatis præsumptionē, & persuasionē: & longè diuersę distinctæq; probationū species alijs in rebus, & negotijs q̄ in alijs desiderantur, vt late per Bar. & omnes nouissimi in leg. admonendi, supra allegata. vt pro batio, quæ iusta legitimaq; est ad nostri persuasionē in alijs rebus, in ali js quidē rebus nō sit iusta, legitima, perfecta, sufficiens. Ergo si secundū subiectam materiam est defectus in probatione qn̄ duo tantum testes deponūt de eo, quod alicui relictū fuisse dicebatur, cùm in testamentis regulariter septem testes ad legitimā probationē desiderētur nonne absurdum esset, longeq; iniquū dicere eum qui intestati hæreditatē adiuit, & per hoc sese creditoribus tm̄ non etiam legatarijs obligatum voluit, obnoxiū etiā legatarijs videri præter intentionem suam, & præter oēm æquitatem, quę dictat, tam tenui probationi fidē non adhiberi, pręsertim in re sui natura suspecta, & periculosa? vnde negari nō potest, quin talis hęres legitimus dubius sit, an illa legata, quę relicta dicebantur, minus solenniter minusq; rite reuera relicta fuerint: & consequenter cùm dubius sit ignoranti æquiparatur, l. fi. C. de condi. ind. vnde naturaliter obligari non potest, non magis, quàm si reuera id ignorarert.

23 Vicesimò infertur, an valeat & procedat opinio existimantium quē in foro aīę † obligari ex minus solenni testamento. Quā opinionē tenuerunt Abb. in c. quia pleriq;. de immu. eccle. col. pe. & ibi Ant. & Bart. tract. minoricarū. c. 3. Ias. in l. si non sortē. in prin. nu. 4. ff. de condi. indeb. Abb. in c. j. in fi. de in integrum restitutio. idem Abb. nu. 10. in c. Raynutius, in prin. de testa. Ancha. in regula. possessor. de regu. iur. Hadrianus quolibet. 6. conclusione, 2. illatione, 2. Syluester in ver. hæreditas. 3. §. 7. Alcia. de quinq; pedum pręscriptione, fol. 4. Albertus Brunus in tract. de potentia, & effect. formę fol. 57. col. 3. Ang. in l. quidam, §. illo, C. de seruis neces. hæred. inst. Et hanc dicit communem opi. Didacus de Couar. vbi suprà. in d. c. cùm esses, nu. 5. de testa.

Contrariam sententiam, vt nō teneatur hæres in foro animæ præstare legata relicta in minus solenni testamēto tenet idem Didacus de Couarr. vbi suprà, nu. 8. quàm latè tenet Corneus consi. 137. lib. 2. nu. 5. Bal. in l. 1. nu. 55. C. de sacrosan. eccle. Ias. in l. post diuisionem, col. 2. C. de iuris, & fact. ignor. vbi hanc partem receptiorem appellat. tenet Fortunius in tracta. de vltimo fine, illatione. 15. Imola, & Alex. col. 10. in l. nemo potest, ff. de leg. j.

Et hæc posterior opin. iudice me lōgè verior est. Nam cum secundum nostrā veram opi. quā tuemur, testamentum sit iuris positiui inuētione, effectu, forma, & approbatione: licet etiā & à iure gentium approbatū fuerit, necesse est vt testamenti forma omissa, testamentū esse non videatur vt docent Bart. & cōiter doct. in l. si quis pro eod. col. pe. ff. de fideius. Bart. & cōmuniter doct. in l. j. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. & cùm cesset virtus testamenti, relinquimur in dispositione iuris naturæ, quo iure admissum nunquam fuit, vt qui testari posset. Quia licet iuri naturæ congruat, ꝙ quis possit de rebus suis disponere, §. per traditionem. Insti. de rerū diui. l. traditionibus, C. de pact. iuncto, §. singulorum. Instit. de rer. diuis. tamen non congruit iuri naturę, ꝙ possim de rebus quondā meis disponere eo tempore, quo iam dominus esse desieram, vel eo tempore, quo dominus sum, & effectum conferam in tempus, quo dominus futurus nō sum, arg. l. j. & l. quod spōsæ, C. de donationib. ante nupt. vt probaui in superiore illatione. Præterea impossibile est habere suam conscientiam lęsam qui non credit: & vt credere non teneor regulariter vnius testis testimonio, qui contra me deponeret, l. vbi numerus, ff. de testib. ita quoq; duobus testibus credere non teneor in ijs, quæ pendent ex testamento, in quo septem testes regulariter desiderantur: & cùm dubius, & incertus æquiparentur, neq; vllus vnquam sanus negauerit, quin is, qui hęreditatem adit ab intestato, iustè dubitet, an verū sit testimonium duorum testium deponētium aliquid legatum, vel per fideicomissum à testatore relictum fuisse, superest

vt hęc dubietas ignorantiæ par sit, vt in l.fin. C.de condit. indebi.& consequenter in foro animæ is hæres non teneatur non magis, quàm si reuera id relictũ esse ex toto ignoraret. Deniq; totum fundamẽtum communis opinio.est ꝙ ex minus solenni testamento oriatur obligatio naturalis:idq; ex professo confutauimus in superiore illatione & consequenter ex toto cessat illa cõmunis opi. & etiã ista.

Hæ autem procedunt in re dubia. Quid autẽ si hæres
24 certò sciret defunctum voluisse ea legata minus † solẽnia præstari eo fortè, ꝙ ipse testator cum ipso hęrede id colloquutus fuerit? Et Couar.vbi suprà,nu.4.adhuc tenet idẽ. Cuius cõtrarium probatur expresſim, in l.fi.C.de fideicõ. & in §.fi.insti.de fideicom.hære.secundum verum intellectum,& communem. Nostram ergo opinionem tene,cũ dubius vel est vel esse potest hæres. Cæterùm si certus sit de voluntate testantis, contrariũ hæredi ob animæ salutẽ consulerem,vt ipse penitiſsimè suam conscientiam scrutetur: & hac in re id faciat,quod sua conscientia dictat,quæ conscium pectus premere nunquam desinit.

Vnde Iuuenalis.13.Satyr.

Exemplo quodcunque malo committitur,ipsi
Displicet authori,prima hæc est vltio,quòd se
Iudice nemo nocens absoluitur,improba quamuis
Gratia fallacis prætoris vicerit vrnam.
Quid sentire putas omnes Caluine recenti
De scelere,& fidei violatæ crimine?

Ibidem.

Nullane periuri capitis fraudisq; nefandæ
Pœna erit? abreptum crede hunc grauiore catena
Protinus,& nostro(quid plus velit ira?)necari
Arbitrio. Ibidem.

Cur tamen hos tu.
Euasisse putes,quos dixi conscia facti
Mens habet attonitos? & surdo verbere cædit.
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Pœna autem vehemens,ac multo sæuior illis,
Quas & Seditius grauis inuenit & Rhadamanthus,
Nocte dieq; suum gestare in pectore testem.

Et Lucanus lib.7.bel.ciuil.

Omnes in Cæsare manes
Hunc omnes gladij,quos aut Pharsalia vidit,
Aut vltrix visura dies stringente Senatu.
Illa nocte premunt: hunc infera monstra flagellant.
Heu quantum misero pœnæ mens conscia donat.

Seneca in Hippolyto.

Quid pœna præsens,consciæ mentis pauor
Animusq; culpa plenus,& gemet timens?
Scelus aliqua tutum nulla securum tulit.

Plautus in milite.

At hoc me facinus miserum macerat,
Meumq; cor corpusq; cruciat.

Terentius in Andria.

Vix sum apud me,ita animus commotus est metu.

Statius.lib.3.Thebaid.

Inuigilant animo,scelerisq; parati
Supplicium exercent curæ.Tunc plurima versat
Pessimus in dubijs timor.

Plautus in Mustellaria.

Nihil est miserius,quàm animus hominis conscius.

Et Horatius.

Hic murus aheneus esto.
Nil conscire sibi,nulla pallescere culpa.

Ouid.lib.4.Fastor.

Conscia mens recti famæ mendacia ridet,
Sed nos in vitium credula turba sumus.

Ouid.lib.1.de Ponto.

Estur vt occulta vitiata putredine nauis,
Aequoreos scopulos vt cauat vnda salis,

Idem lib.1.Fasto.

Roditur vt scabra positum rubigine ferrum,
Conditus vt tineæ carpitur ore liber.
Sic me perpetuos curarum pectora morsus
Fine quibus nullo conficiantur habent.
Nec prius hi mentem stimuli,quàm vita relinquent.
Quique dolet,citius,quàm dolor ipse,cadet.

Idem lib.1.Fasto.

Conscia mens vt cuique sua est,ita concipit intra
Pectora,pro facto spemq;,metumq; suo.

Itaq; verior in puncto iuris tutiorq; quò ad aĩarum salutẽ hæc opinio est,eo casu,quo hæres de volũtate testantis certus esset. Nã oẽs solennitates,quę certioris probationis causa desiderantur,cessant,qñ ea res, qua de agitur,certa,& indubitata est.l.certum.ff.si cer.pe.l.j.§.fin.ff.de dote præleg.Ergo si voluntas testantis,de qua explenda agitur, apud hęredem indubitata est,nihil aliud in foro aĩę desideratur.licet Couarr.vbi supra contrariũ tenuerit.& iterum in d.c.cũ esses.nu.10.versi.ex hac. & nobiscũ tenet Ripa. nu.100.in l.nemo põt ff.de leg.j.Ergo regulariter qui impugnat testamen.minus solenne, non peccat vt ibid.tenet Couarr.contra Abb.in d.c.cũ esses.notabili.9. licet nobiscum teneat Ias.consi.67.li.3.& in d.l.nemo.lec.2.nu.102.

25 Infertur vicesimoprimo, an substitutus † pupillaris tutus sit in foro aĩæ eo casu, quo pupillus decedens matrẽ habebat.Cùm.n.expressa pupillaris matrem excludat,vt est non solùm cõis,sed etiam receptiſsima ſñia,quam probat tex.in l.Papinianus.§.si quis impuberis.& §.j.ff.de inoffi. testa.& etiã tacita secundũ nostram sententiã,quam cõtra magis cõem opi.late defendimus in materia pupillaris substitutionis infrà libr.5.videtur durum has legũ traditiones in foro animæ procedere contra æquitatem.de qua in l.4. C.de institu.& substitu.& in l.vnica, C.qui ante aper.tab.

Deniq; hac in re communis opin.esse videtur,ꝙ sit tutus in foro aĩæ substitutus. Ita tenent Soci.in l.2.nu.21.ff. de vulg.Franc.in c.si pater de testa.lib.6.col.fi.Lancelotus Decius in l.precibus.C.de impur.vbi Curt.Iunior nu.14. & Cor.col.2.Lancelotus Galiaula in l.Centurio.col.70.ff. de vulg.Crotus in c.2.de consti.in 6.notabi.j.Alc.in c.nouit.de iudi.in princ. Sequitur hanc partem tanquam cõem Zasius in tracta.de substit.in substi.pupil.nu.22. Ripa, qui hanc dicit cõem opin.in l.moribus.nu.45.ff.de vulg.Hanc sequitur & dicit communem Didacus de Couarr. in c.cũ esses.de test.nu.10.ver.nouo.& Ant.Rubeus consil.69.vt eos refert ipse Didacus, vbi suprà.

Contrariã ſñiam,vt non sit tutus in foro conscientię,tenent Domi.& Archi.in d.c.si pater.Corasius.nu.29.in d.l. precibus.C.de impur.& ibi Philip. Deci.col.4.& Alcia.de quinq; pedũ præscriptione.in princ.& Gomesius in d.c.2. nu.19.de const.post alios plures.& Didac. de Couar. ait se non putare hanc partẽ minus receptã esse, q̃ superiorem.

Quid dicendum? Et sanè longè verior est prior sententia existimantium substitutũ pupilli tutũ esse in foro animę non secus,quàm in foro contentioso Moueor,quia secundum nostram veram sententiam,quã tuemur,succesſiones iuris & hæreditatum iure tantùm positiuo inuẽtæ, & concessæ fuerunt,cùm antiquis temporibus in vsu non essent.Vnde vt iure positiuo bona filij moriẽtis matri delata fuerunt,ita quoq; iure positiuo eidẽ matri auferri possunt. pręsertim cùm olim mater filio non succederet, sed per agnatorum quemlibet etiam remotiſsimũ excluderetur.vt per totum.ff.ad Tertul.& per totum. C.& Insti.eo. tit.& cũ olim mater à legitimis filij hæredibus excluderetur, iustius excludi potest à testamẽtarijs.vt in l.quandiu. ff.de acqui.hær.l.quandiu.ff.de reg.iur.

Vnde secundum hanc nostram ſñiam tenendũ esset,ꝙ hodie cum per l.5.Tauri.filius qui est in ptãte patris possit testari,hęres ab eo scriptus tutus erit in foro cõscientię authoritate.d.l.5.non secus, quàm in foro contentioso, licet parentes suos ritè præteritos, aut exhæredatos relinquat.

Illud

Illud aût dubitari posset, an facultas testandi, quæ per d. l. 5. liberis in potestate patris constitutis data est, ita intelligēda sit, vt parētes impunè, & temerè præteritos relinquere possint. Et magis est vt non possint. argu. l. si quando. in princ. cũ gl. vbi omnes, C. de inof. test. vbi plenius dicetur.

Deniq; licet per l. fœminæ. C. de secun. nupt. transiẽs ad secunda vota teneatur reseruare quęsita durãte primo matrimonio liberis illius primi matrimonij. vt per Io. Fab. in auth. donatione. eo. tit. tamen id hodie immutatũ est per l. 13. Tauri. vt quisq; libere possit disponere de quęsitis constante primo matrimonio in pręiudiciũ liberorũ, quos ex illo primo matrimonio suscepit. Et licet authoritate illius l. 13. liberi primi matrimonij hoc lucro fraudati videantur, tñ is, in quem tale lucrum, aut alia bona cõferuntur, tutus est in foro animę, non secus, quàm in foro contentioso, cũ hæc oĩa sint iuris positiui, quæ quotidiè mutari, & possunt, & solent, & lex posterior iustior priore præsumatur arg. c. erit aũt lex. 4. dist. licet contrariũ fortè dicerent Domi. Arch. Cora. Gomez. Dec. & alij, quos supra retulimus.

26 Infertur vicesimosecundò, an † hæres non cõficiens inuentariũ, teneatur in foro aĩæ vltra vires hæreditatis. Qua in re cõis opinio est, hæredẽ ipsum non teneri in foro aĩæ vltra vires hereditatis, etiam creditoribus. Ita tenet Bar. in rub. nu. 3. ff. de acq. hęr. post Host. in summa, de test. §. pen. ver. quid si bona. & Io. And. in c. quanquã. de vsuris. lib. 6. in nouellis, quos refert Bar. qui ait ita teneri per Theolgos quorum firmat plures hac de re snĩas se vidisse. tenet gl. in c. parrochiano, de sepul. Bal. in l. fi. in prin. 6. q. C. de iure delib. Feder. de Senis consi. 20. Bal. & Ang. in rubr. ff. de acq. hæred. Io. Andr. in tit. de instr. edit. §. nunc verò aliqua. in addi. incip. An in foro cõscientiæ, Bar. in l. more. ff. de acq. hære. Ang. in l. ex testamento. 2. ff. de testa. mil. Bal. in l. filiũ quem habentem, col 17. C. fam. hercis. Bar. Ang. & Bal. in l. gerit, ff. de acq. hæred. Ang. in l. fi. in prin. C. de iur. delibe. Imol. in l. j. §. hæc stipulatio, ff. si cui plus quàm per legem Falc. Anto. de Butr. in cap. quia plerique. de immunit. ecclesiarum, & in c. in literis de raptorib. Ancha. in c. Raynutius, de testa. Abb. in c. tua nos, de vsur. Lauren. de Rodul. in rep. c. consuluit, de vsuris, q. 24. & Alex. in rub. nu. 5. vbi Ias. colum. 2. ff. de acquiren. hæredita. Abb. in cap. Rainaldus, colum. 9. de testamen.

Contrarium tenet Cumanus, & Pau. in rub. ff. de acqui. hæred. & Imo. in l. gerit, ff. de acq. hære. qui sibi ipsi contrarius est, & Aret. in d. rubr.

Quid dicendum? Teneo hanc posteriorẽ partem. Moueor: quia lex positiua condita ab habente potestatẽ legis condẽdæ, obligat in foro cõnscientiæ non secus, q̃ in foro contentioso. vt tenet Bart. & cõiter alij in l. si quis pro eo. col. 4. ff. de fideiussori. Paul. Alex. & Ias. in d. rubr. ff. de acq. hære. c. suam, & c. calumniam. cũ ibi notatis per Innocentium. de pœnis. 2. Et fortius: quia hæres regulariter tenetur creditoribus vltra vires hæreditatis proportione hereditaria. l. j. §. si hæres percepto. vbi oẽs. ff. ad treb. leg. j. C. si cer. pet. l. j. l. pro hæreditarijs. & per totũ. C. de hære. actio.

Ab ista autẽ obligatione beneficij loco excipitur vnus casus. s. cùm hæres fecerit inuentarium: vnde si inuentariũ non fiat, exceptio cessat, eaq; cessante, relinquimur in terminis regulæ, quæ obligat vltra vires hæreditatis, vt dd. iuribus. & l. fi. C. de iure delib. per totam. Prætereà secũdum naturam est commoda cuiusq; rei eum sequuti, quem sequuntur incommoda. regula. Secundùm naturam de regu. iur. Vnde cum additio hæreditatis habeat se ad commodum, & incommodum regulariter. vt in l. quia poterat, ff. ad Treb. l. si hæreditatẽ. ff. mand. §. sed neq;. Insti. de auth. tutorum. hæres adeundo hęreditatẽ, huic periculo se committere videtur, & ex natura rei cõsensisse videtur, vt sentiat damnum, si hęreditas non sit soluendo, non aliter, atq; sentiret commodum, & lucrum faceret, si hæreditas opulenta foret. argu. l. eum qui. ff. de iureiur. l. vni. §. his ita. C. de cad. tollen. c. qui sentit. de reg. iur. in 6. Per quod cessant omnia fundamenta cõmunis opinionis quæ eo nituntur, ꝙ hæres abeundo hæreditatem, animum habuerit lucri faciendi, non aũt amittẽdi: nam imò vtrunq; cogitauit, vel cogitare presumitur: aliter. n. existimantibus necessariò fatendum agnoscendumq; foret, ꝙ contrahentes nũquam in foro animę inter se tenerentur ad obseruationem contractuum, quasi vniuscuiusq; animus eò tendat, vt lucrum faciat, nõ vt amittat, l. si voluntate. C. de resciden. vend. & per hoc qui aliquid amitteret, posset dicere, se in hoc non consensisse: quod amittere, nescio an non modò perniciosum reipublicæ esset, sed potius ridendũ, & stultum, per qđ oĩa commercia iure gentiũ inuenta, & necessaria. vt in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. cessarent. contra. d. l. si voluntate. & l. sicut ab initio. C. de act. & obli. & l. sicut maior. C. de rep. hær. Et hanc partem olim Salamanticæ inter plura quàm 700 paradoxa tuebamur. Vnde sponsa quod sibi ab sponso donatum fuit, retinere potest etiã in foro animæ, iuxta forma. l. 52. Tauri. licet sponsus nunquam cogitasset matrimonio illibato se moriturũ. Et interim mirandũ est insigne illud exemplum argumentumq; honestatis pudicitiæq; Hispanæ, quæ solum osculũ aut basium tanto præmio dignũ putauerit. Prætereà tex. in auth. de hære. & falc. §. sancimus, non eo se fundat, ꝙ hæres non conficiens inuẽtarium aliquid subtraxisse videatur, sed eò se fundat, ꝙ beneficiũ illud, ne hæres vltra vires hęreditatis creditoribus teneatur, à lege cõcessum sit sub hac demũ cõditione, si inuentariũ fecerit: quod beneficiũ iure denegatur ijs hęredibus, qui inuentariũ facere neglexerint: quæ denegatio eo iustificatur, non ꝙ aliquid subtraxisse præsumatur, sed quod id fecisse possibile sit, vnde etiã si constaret id non fecisse, adhuc idem foret. Nam & similiter facilimè amittitur beneficium abstendi, quod prætor suis hæredibus pollicetur. vt in l. iam dubitari. in fi. ff. de hære. instituend. & in l. si filius qui patri. ff. de vul. Facit etiam: quia sufficit ꝙ hæres adeundo hæreditatem de damno cogitare potuerit, vt talis cogitatio sibi noceat, non secus, quàm si id cogitasset in specie. arg. ff. de mil. testa. l. qui iure militari.

Deniq; hoc casu hæres creditoribus insolidum tenetur etiam vltra vires hæreditatis, non aliter, atq; olim teneretur antequam beneficium inuentarij repertum esset: quo casu nullus vnquam sanus negaret, quin vltra vires in foro animæ teneretur non aliter atq; in foro contentioso.

27 Illud autem indubitanter verum non est, quod Bald. in d. rubr. ff. de acquir. hæred. firmat, ꝙ † hæres vltra vires hęreditarias etiã in foro contentioso canonico per non confectionem inuentarij non tenebitur: ideoq; meritò improbatur per doctor. communiter. vt patet ex Alexan. ibi colum. 1. in fin. & Angelus, & etiam Bald. in hoc sibi contrarius in l. fin. in princip. C. de iure deliberand. Angel. in l. prima, §. hæc stipulatio, ff. si cui plusquam per legem fal. Imol. in d. rubr. ff. de acq. hære.

28 Vnde subinfertur, ꝙ etiam si constaret per confessionem creditoris, ꝙ hæreditas non erat soluenndo, adhuc tamen vltra vires teneretur † hæres non secus quàm teneretur vltra vires antequam inuentarium in vsu esset: quia ex suo quasi contractu hæres ad commodum & incommodũ se obligasse, seq; obiecisse & exposuisse videtur, vt iam probatum est. licet contrarium teneant Alex. & Bald. per eum relatus in d. rub. ff. de acq. hær. col. 2. in fin.

29 Infertur vicesimotertio, an princeps possit † derogare, & mutare clausulas testamentorũ, quæ frequentissime solent per testatores in maioratibus, primogenijs, vel primatibus apponi. Qua in re cõmunis opinio est, regulariter tales clausulas citra vrgentẽ causam per principem de potestate ordinaria mutari non posse. Ita late differit insignis Didacus de Couarru. variar. resol. libro. 3. c. 6. & Decius in consil. 557. nu. 5. & idem Dec. consil. 357. nu. 5. idem Dec. consi. 403. nu. 13. idem Dec. consil. 519. nu. 5. Fulgo. Paul. & Corneus in l. si testamentum. C. de testa. Archidia. in c. episcopus. 87. distinct. Martinus Laudens. in tract. de priuileg. §. 22. Roman. in d. l. si testamentum. Aymon. consilio 296. libro 2. & hanc dicunt communem opinionem

Corneus,& Couarru.vbi ſupra. Et in hanc partẽ inclinãt
pleriq; eorum,quos ſuprà retulimus,tenere teſtamentum
eſſe iuris gentium inuentione, ſed iuris ciuilis forma,& ap
probatione. Mouentur.quia,inquiunt,teſtamentũ inuen-
tione,& ſubſtantia eſt de iure gentium,licet forma,& ap-
probatione ſit iuris ciuilis:princeps autẽ ea quæ ſunt iuris
gentium, tollere non poteſt.§.ſed naturaliá.Inſtit.de iure
natu.l.eas cauſas,ff.de capi.diminutio. Decius in l.iura ſan
guinis.ff.de reg.iur. Quod fundamẽtum nullum eſt : cum
vt plus ſatis probauimus, teſtamentum inuentione ſit, &
effectu, & approbatione iuris poſitiui : licet quodãmodo
approbatum eſſe à iure gentium paulatim videatur.

Deinde adducitur tex.in l.ſi fundamentũ. C.de teſtam.
vbi Imperator ait,Si teſtamentũ iure factum ſit, & hęres
ſit capax, authoritate reſcripti noſtri reſcindi nõ oportet.
Nec dicitur ibi nõ probari id per principẽ fieri nõ poſſe,
ſed tm̃ fieri non decere,quia imò probatur fieri nõ poſſe :
nam verbũ oportet, denotat neceſsitatẽ præciſam : vt ex
cõi opinione reſoluit Iaſ.nu.21.in l.admonendi.ff.de iure
iuran.per nouiſsi.in l.Gallus.in prin.ff.de liber. & poſthu.

Tertiò adducitur tex.in l.ſi donationẽ. C.de reuoc.do-
na.cuius verba ita habent, Si donationem rite feciſti, hãc
authoritate noſtri reſcripti reſcindi non oportet.

Quartò probatur viua ratione. Nam dominiũ dicitur
cuiuſq; rei vel iuris,etiã ſi ſit incorporei, & inuiſibilis,nõ
ſecus,q̃ ſi viſibile eſſet & corporeũ.vt in l.qui vſumfructũ
ff.de vſufr.petatur.facit tex.in prin. Inſti.de rebus corpor.
& incorpor.Dominium aũt ad nos pertinens,princeps ci
tra magnam,& vrgentẽ cauſam auferre non poteſt,regu-
lariter de poteſtate ordinaria l.itẽ ſi verberatum. §.j.ff.de
rei vẽdi. notatur per Bar.oẽs in l.fi.C.ſi cõtra ius vel vtilit.
publicam.Latè per Fortuniũ & alios in l.Gallus.§.& quid
ſi tantum.col.138.ff.de libe.& poſthu.per oẽs in c.quæ in
eccleſiarũ.de conſtit.per Paul.& alios in l.cum hæredes,ff.
de acqui.poſ.per Iaſ.in l.ex hoc iure,nu.46.ff.de iuſt.& iu-
re. Ratio, quia dominium eſt de iure gentium.d.l.ex hoc
iure.ibi,dominia diſtincta.& §.ius aũt gentiũ.inſti.de iur.
nat.§.ſingulorum.inſti.de rer.diui. Quod autem eſt iuris
gentium,id per principem non poteſt auferri.vt probatur
in §.ſed naturalia.Inſti.de iure nat.cum vulgatis:ergo,&c.
Deniq; hæc pars probatur etiã ex ijs, quæ diximus.s.in 7.
limi.quę repetere non expedit.Et iſta ſunt intelligenda nõ
ſolùm reſpectu eius, qui habet iam ius quæſitũ re & ſpe,
ſed etiã ſi in ſpe tantùm conſiderabili ius haberet.vt eſt in
eo,qui vocatus eſt ad maioricatũ poſt poſſeſſorem ipſius.
Itaq; ſi facultas alienandi rem maioricatus,quæ per teſta-
torem alienari vetita fuit,per principẽ concedatur poſſeſ-
ſori ipſius maioricatus,tunc ipſe poſſeſſor efficere nõ po-
terit, quin illi, qui poſt eum ad talẽ maioricatum ſequenti
gradu,vel etiã remotiori inuitati per teſtatorẽ fuerant,poſ
ſint,quaſi præiudiciũ conſiderabile eis ingeratur,cõqueri:
habent.n.probabilẽ ſpem ex cauſa de præſenti.vt in ſimili
notant Bart. & alij in l.qui Romę.§. duo fratres.nu.20.q.
7.ff.de verb.obli.Cuius opinio communis eſt,vt patet per
Iaſ.ibi in ead.q.7.& q.8.vbi ꝓbabilis eſt ſpes illius, qui ſub
conditione. & poſt mortẽ alterius vocatus eſt à teſtatore,
ideò de eo poteſt diſponere etiã viuẽte eo, poſt cuius mor
tem inuitatus fuit, nec per hoc improbus, aut ſolicitus de
morte illius videbitur. vt probatur argu.l.2.ff.de ſtatu libe
ris.& argu.d.§.duo fratres.& arg.l.j.C.de pac.l.poſt mor-
tem.C.de fideic.l.de fideicommiſſo.C.de tranſac. Deniq;
ꝙ princeps legibus ſolutus ſit,ignorat nemo,eum tñ legi-
bus viuere decet.vt eſt tex.elegans in §.fi.Inſt.quib.mod.
teſtam.infir.l.ex imperfecto. ff.de leg.3.l. ex imperfecto.
C.de teſta.l.princeps.ff. de legib.l.quod princip. cum lege
ſequen.ff.de leg.2.l.j.ff.de conſt.principum §.ſed & quod
principi. Inſti.de iure nat. Itaque clauſulas maioratus (vt
ita loquar) princeps indubitanter põt mutare de plenitu-
dine poteſtatis, vt iuribus proximè allegatis,tam in pręiu
dicium eorũ, qui de præſenti tales maioricatus habent, q̃
in præiudicium eorũ, qui poſtea ſequenti, vel remotiori
gradu inuitati ſunt.Idemq́; poſſet princeps etiã de poteſta
te ordinaria ex cauſa legitima & vrgentis, vt dicti legibus.
& d.l.item ſi verberatum.cum ſimilib.s.citatis. Citra cau
ſam autem legitimã de iure ordinario id non poſſet, neq;
in præiudicium eius ad quẽ inſpecto præſenti ſtatu is ma-
ioricatus pertineret, neq; etiam in præiudicium eorũ, qui
poſt eum inuitati eſſent, vt iam probauimus:niſi per mo-
dum legis condendæ,vel per alterum modũ,qui legi con-
ditæ par eſſet,vt iam pluries admonuimus.

Vnde vtiliter & opportune infertur,verũ nõ eſſe,quod
Curt.iunior conſ.j.nu.23.tentauit:vt licet fœminæ regula
riter ſint feudorũ incapaces, & huic prohibitioni acceſſe-
rit etiã prohibitio eius, qui feudũ conſtituit, & conceſsit,
30 adhuc per principẽ poſsit † fœmina ad feudũ admitti con
tra prohibitionem conſtituentis, & naturã feudorum, de
qua in c.j.§. hoc aũt notandum, qui feudum dare poſſ.&
c.j.§.filia.de feudi ſucceſsione.& c.j.§.ꝓfecto.de lege cor
radi.& alijs feudorũ moribus. Mouetur,quia per conſue-
tudinẽ,inquit,recipi poſſet,vt fœmina ad fœudũ admitte-
retur,vt dictis iuribus probatur.& probatur late per Zaſiũ
in tit.de feudi ſucceſsione.§.ſuper prima parti.Frãciſ.Cur.
de feudis.parte 1.q.j.Iacobinus in gl.ſuper verb.& fœmi-
nis.in tit.de feudi ſucceſsio.Quæ ratio parum vrget.Quia
hæc fœminarũ incapacitas vt lege poſitiua inducta inuen
taq́; fuit contra rõnem legis naturæ.vt in l.fin.C.de liber.
præter.§.pe.& fi.Inſti.de hær.quæ ab inteſt.def.ita quoq;
contrà lege,vel conſuetudine,quę legis vim obtineat,mu
tari poteſt.l.nihil tã naturale.ff.de reg.iur.c.oĩs res. de reg.
iur..in decret.princeps autẽ, qui regulariter vtitur legibus
moribusq́; reipu.id regulariter non poſſet,non magis quã
ſi priuatus eſſet.arg.l.ex imperfecto.ff.de leg.3.l.ex imper
fecto.C.de teſta.§.fi.Inſti.quibus modis teſtamentũ infir.
l.Papinianus.§.Imperator.ff.de inoffi.teſta.l. ſi hæredum.
C.eod.tit.niſi id faciat de plenitudine poteſtatis,quod po-
teſt, vt dictis legib.& l.princeps.ff.de legi.l.j.ff.de conſtit.
princ.vbi ita notant Bar.in prin.& ibi Pau.& Iaſ.& alij cõ
muniter Bal.in l.ſi teſtamentum. C.de teſta. vel niſi id fa-
ciat animo legis condendæ. vt docent Bart.Paul.& Iaſ.&
alij communiter in d.l.j.ff.de conſt.princip.in prin.vel ex
magna & vrgẽti cauſa.vt d.l.item ſi verberatum. Itaq; de
conſuetudine ad principẽ arguere, ineptũ eſt.licet Curtiũ
ſequatur inſignis Couarru.lib.3.variar.reſol.c.6.nu.3.

Quibus rõnibus ſimiliter apparet verũ nõ eſſe,qđ ipſe
Curt.iunior & inſignis Couarru.vbi ſuprà firmãt:nempè
31 poſſe † principẽ fœminas ad feudũ admittere,quãuis tpe,
quo de creatione, & cõſtitutione feudi ageret, expreſsim
inter concedentẽ, & accipientẽ contrariũ cautũ eſſet.licet
ab hoc vltimo ipſemet Couarr.poſtea declinare videatur.

Quibus etiã rõnibus euincitur ſuſpectũ eſſe, quod ipſe
inſignis Didacus de Couarr.in d.c.6.in princ.firmat nẽpè
32 poſſe † principẽ eas maioricatus clauſulas liberè mutare,
qui quidẽ maioricatus principis licentia conſtitutus eſſet.
Quale eſt, cũ paterſam.qui plures liberos haberet,maiori
(prout fieri aſſolet) natu oĩa ferè bona in legitimarũ alio-
rum filiorũ pręiudiciũ contuliſſet,ita vt maioricatus titu-
lo haberentur,nec poſſet diuidi aut alienari,&c.Mouetur,
quia liberum eſt principi ſecundũ cões opiniones priuile-
gium,quod ſubdito cõceſsit, moderare.tex.in c.in noſtra.
de iniur.lib.6.Abb.Card.Imol.Fely.& Dec.in c.nouit.de
iudi.ſuper gl.in verbo.quicunq;. Fely.in c.quæ in eccleſia
rum.de conſti.nu.48.Soc.conſi.87.lib.3.eſtq́; receptiſsima
ſententia. Vnde cũ is maioricatus ſit priuilegio principis
conſtitutus,ſupereſt,vt per eundẽ principẽ poſsit tolli,vel
moderari.Sed belliſsimè defendi poſſet,nõ poſſe per prin
cipẽ tolli,aut moderari.Nam vt non ſemel admonuimus,
princeps ius alterius regulariter de poteſtate ordinaria,&
citra vrgentẽ, & legitimã cauſam nulla ex parte minuere
põt:vnde principis licentia maioratus vni filio cũ præiu-
dicio legitimarũ aliorum filiorũ conferri non potuit, niſi
ex iuſta,legitima,& vrgenti cã:& cũ ex tali cauſa is maio-
ratus conſtitutus fuerit à principe, iam nõ tam priuilegio
quàm

quàm iure communi factus intelligitur: quandoquidē factum à principe, cū iusta, & legitima causæ cognitione ab ipsa lege cōi factum intelligitur, habetq; vim legis. vt est text.in l.j.vbi tradunt cōiter doct.ff.de const.prin.& in §. sed & quod principi.Instit.de iure nat. Vnde is maioratus cùm perinde habeatur, ac si lege permittente constitutus esset per principē mutari non poterit, nisi ex iusta cā.Itaq; maioratus principe, vel ēt lege permittente si factus esset, nō poterit per principē reuocari, tolli, aut aliqua ex parte mutari, vel moderari citra legitimā causam de potestate ordinaria, non magis, q̄ si lege permittente factus esset. Confirmatur viua rōne. Nā solēnitas, quæ desideratur in actus creatione, eadē quoq; solennitas desideratur in eius mutatione.l.hæredes palā.§.j.& §.2.ff.de testa. vbi cōiter traditur per doct. vnde cùm maioratus in persona vnius ex filijs collocatus cū præiudicio, & diminutione legitimarū aliorum filiorum desiderauerit legitimam istamq; causam eiusq; cognitionem in sui creatione, similiter in eius mutatione eandē solennitatē causamq; intelligitur desiderare. Et ita consulerem, & iudicarē, estq; tutius quo ad aīe salutem: & ita etiam obseruat consuetudo: & ita cùm consuleremur, sæpisimè respondimus. Nam data paritate terminorum hac in re, quæ in vsu forensi frequentisima est, nulla est differentia, vtrū maioricatus, primatusve, seu primogenium ex principis indulgentia, & dispensatione, quæ iusta, & legitima causa interfuerit, constituatur, an verò iure communi. Nam constitutio primatus facta de indulgentia, dispensatione, & beneficio principis cū iustæ, & legitimæ causæ interuentu, parem vim & potestatē quo ad sui tam effectum quàm duratione, & resolutionem habet, atque si temere, & absq; vllius iustæ causæ interuentu fieret per patrem citra licentiam principis, sed de iure cōmuni.

Is autem maioratus aliquando fit per vltimam volūtatem, aliqñ per actum inter viuos. Primo casu indubitanter semel & pluries mutari potest.l.4. de adimen.legat.c.cum Marthæ.de celebra.missa.l.fin. C.de pact. Secundò casu si quidē fiat per contractū onerosum, mutari non pōt.l.44. Tauri. Idē si fiat per contractū lucratiuū donationis, si quidem interfuit rerū traditio, quę maioratu continebantur, vt d.l.44.secus si earū possesio tradita non fuisset. vt ibid. Quæ procedunt in foro contentioso tam canonico, q̄ ciuili. Sed in foro aīæ non ita expeditum quasi quo ad id oīs conuentio etiā gratuita, firma, stabilis, inuiolabilisque esse debeat c.j.de pact.cū ibi traditis per nouissi. Nam nihil tā naturali equitati conuenit, q̄ fidei obseruatio l.j.ff.de constit.pec.l.j.ff.de pact.l.nō minorē, C.de transa. Nisi respondeas nihil obesse, quasi mens sensusq; maioratū per modū donationis constituentis, licet ea donatio ab aduerso acceptata fuerit, hanc habeat tacitā conditionem ex natura rei, & ex eo ꝙ ab vtraq; pater mentaliter agebatur, nisi pœnituerit is, qui maioratū faciebat, vel diuersum ēt temere libitum ei fuerit. Nec dubiū est, quin etiā iure naturæ, & diuino liberum sit cuiq; voluntatē mutare, l.si quis in principio testamenti.ff.de lega.3.l.si iure.eo.tit.l.si mihi, §.fi.de leg.j. dummodo non sit in præiudiciū iuris alicui quæsiti re vel spe considerabili: hic autē ex natura rei apparet ius considerabile quæsitū, aut re aut spe considerabili nō esse. vt in simili per Bar.& oēs in l.j.C.de pact.per nos infra libro 6.in expositione, l.si qñ, §.illud ad fin.C.de inoffi.test. Ergo cùm is qui obtulit & pollicetur suum maioratū mihi per donationem gratuitam, quā ego agnoui, id videatur egisse, vt pœnitere posit, & ego agnouerim hoc aīo, vt ipsi pœnitere liceat: superest, vt liberè, & impunè, etiā quo ad forū poli, pœnitere posit: cū tam oblatio quā agnitio, vel acceptatio sub illa conditione resolutiua intersuisse videantur. Quid si qui obtulit nō cogitauit de reuocatione, sed simpliciter consensit? Adhuc idē, quia acceptans præsumitur cogitasse de libera pœnitentia offerentis sicq; nullum ius quæsiuit re aut spe firma: vnde vt qui per vltimam voluntatē concedit mihi ignoranti suā hæredi. vel legatū, etiā iure poli pōt liberè, & impunè pœnitere, vt dictis iuribus. Ita etiā hoc casu, quo acceptatio fieri intelligitur sub cōditione resolutiua, nisi pęnituerit is qui offerebat. Quid si neuter cogitauit de pęnitētia aut variatione? Adhuc idē puto, quasi oblatio maioratus ex natura rei per.d.l.44.licet fiat per actū inter viuos asimiletur vltimæ voluntati. Vnde vt si ad preces petitionemq; tuam te hæredē facerē, licet vterq; nostrū de variatione non cogitasset, adhuc tñ pœnitere liberè impuneq; liceret iure tam fori q̄ poli.arg. d.l.4.& d.c.cum Marthæ.d.l.si quis in prin.testa. iuncta.l. fi.C.si quis aliquē testari prohibuerit. Ita quoq; hoc casu pœnitere licebit, licet fiat per actū inter viuos, qui sui natura ex legis dispositione asimilatur vltimæ voluntati, non secus, q̄ si reuera per vltimam voluntatem fieret, cùm natura tam vltimarum volūtatum quàm actuū inter viuos à lege positiua effluxerit: & vt per legē positiuam differūt regulariter, ita quoq; per legem positiuam in casibus exæquari posunt, vt §.sed naturalia.insti.de iure natu.

Illud autem notandum est, ꝙ per.l.45. Tauri sancitum est, vt statim post abscessum veri dñi alicuius maioratus, illius maioratus possesio trāsit in eū, qui post defunctū ad talem maioratū inuitatus erat, quod obtinet in possesione tam ciuili q̄ naturali, licet res illius maioratus ab illo detinerentur. Et licet imposibile sit possesionē cuiusq; rei naturaliter aut ciuiliter penes duos esse insolidū. l.3.§. ex cōtrario.ff.de acq.pos.tñ intelligimus, ꝙ licet naturalis detentatio aut possesio sit penes alterū corporaliter, tñ apud illius primatus successorē erit posesio tam naturalis q̄ ciuilis quo ad oēs effectus iuris, vel licet apud illum tertiū esset possesio corporea, apud istum erūt oēs effectus, quos lex positiua accommodauit vtriq; possesioni tam naturali q̄ ciuili. Et consequenter cū sine possesione præscriptio nō procedat c.sine possesione.de reg.iu.in 6.ille tertius detentator nullo tpe præscribet, quia quo ad omnes effectus iuris, qualis est præscriptio, ille tertius pro non possessore habetur. Sic & in simili ex stipulatione, quæ fit lege resistente secundū nos oritur obligatio naturalis, ea tñ nat.obligatio caret oībus iuris effectibus, quos regulariter lex positiua obligationibus naturalibus accōmodauit. vt pene docuimus in §.30.nu.31.cū sequē. Si ergo & in proposito licet possesio corporea negari non posit quin sit apud illū tertium, tñ ex d.l.45.dispositione ea possesio caret oībus effectibus iuris positiui, omnesq; illi effectus ab eo abscedentes migrant transuolantq; in eum, qui ad talē primatum inuitatus erat, tam respectu possesionis ciuilis quàm naturalis. estq; noua declaratio nouaq; similitudo.

Quod autem diximus de maioratu, sanè intelligēdum est, dūmodò ex parte rerū sit habilitas, seu facultas disponendi. Nā cū hodie per, l.69. Tauri, nullus posit donationem vniuersorū bonorum etiā præsentium facere, si quis facere vellet maioratū per actum inter viuos, iuxta.d.l.44. Tauri, fortè de vniuersis bonis etiā præsentibus tm nedū futuris non posset, ne quasi donator oīum bonorum præsentium videatur. contra.d.l.69. sed magis est, vt de vniuersis bonis tam præsentibus quàm futuris posit maioratū facere. Nec oberit.d.l.69. quia siue maioratū faciat per actum inter viuos gratuitū, & lucratiuum, illum reuocare pōt vsq; ad vltimum vitæ spiritum, variareq;, sicq; asimilatur is actus vltimę voluntati. argum.l.4.ff.de adimen.legat.l.si quis princ.testamenti.ff.de legat.3.c.cum Marthæ. de celebratio.missar.non autem asimilatur contractui, in quo pœnitere non licet. l.sicut. C.de actio.& oblig.l.sicut C.de repud.hæred. Per vltimam autem voluntatem nulli dubiū, qui de vniuersis bonis nostris disponere posimus. l.ius nostrum.ff.de regu.iuris.l.1.ff.ad legem falcid.in prin. institu.eod.l.j.ff.de testamen. Siue etiam maioratum faciat per actum inter viuos onerosum, tunc nullibi vetitū quin posimus de vniuersis bonis nostris disponere. ergo cessat d.l.69. quando disponimus per actum & inter viuos, & irreuocabilem, & gratuitum.

Vnde infertur declaratio ad l.68. Tauri. quę ait, ꝙ si quisquā super bonis suis onus illud imposuerit (qđ Hispanè,

Censo appellatur) sub hac pena,vt si pẽsio illa,seu cẽsus illę prę̄standus suo die exolutus nõ fuerit,tunc in cõmissum res obligatæ cadãt, percantq;:talis conuentio firma est,peneq; appositio tenet,videturq; legitima,etiã si sit enormis & ingens,quia contractus ille onerosus est. Vnde etiã si super oĩbus bonis suis præsentibus pensio illa,seu cẽsus impositus esset sub illa pœna amissionis est causa pensionis non solutæ, similiter teneret ea conuentio:quia non tã donatione oĩum bonorum,quàm contractui oneroso oĩum bonorum assimilaretur.estq; vtilis,& frequens declaratio.

Infertur vicesimoquarto verã non esse opinionẽ Pauli Castrens.in l.3.ff.de testam.& in l.cùm hæredes.in prin.ff. de acquir.poss.qui tenet † hereditatẽ delatam,& etiam aditam, sicq; eius dominio quæsito.vt in l.cũ hæredes.suprà alleg.posse nobis per principẽ auferri, nisi præter aditionẽ superueniat etiam possessionis apprehensio, quia secundũ eum dñium de iure gentium per naturalem possessionem acquiritur, sed per aditionẽ hæreditatis acquiritur dñium de iure etiã ciuili:inde cùm princeps possit tollere ea tm̃, quæ sunt de iure ciuili,non tm̃ ea quę sunt de iure gentiũ: superest vt licet auferat nobis hæreditatem tantùm aditã, non etiam vera naturaliq; possessione apprehensam, non videatur ea quæ sunt iuris gẽtium nobis abstulisse, secus si eam auferret post naturalem possessionem iam apprehensam.Sed erat quia vtroq; casu dñium dicitur esse iuris gentium,licet modus acquirendi aliquãdo sit de iure ciuili,aliquando verò de iure gentium.Et ita contra Paulum tenet & dicit communiter teneri Areti.in l.3.ff.de testament.& Alex.in l.cum hæredes.in princ.ff.de acqui.pos.Et fundamenta potest sumere plenius ex ijs,quæ diximus supra illatione.7.in illa.quęst.vt id, quod nostrũ est, citra factum nostrũ auferri nobis possit.de quo latissimè per Iaso.in l.si emancipati.nu.4.C.de colla.Et pro Pau.6.tex.mirabilem, quem nullus allegat, in l.2.iũcta lege pe.& fi.ff.de cri.exp. hær.sed non recidas à communi sententia.

33

Quid autem in dominio quæsito ex causa cõtractu, an possit auferri per principẽ:quod pẽdet ab illo articulo, ex quonam iure contractus descendant.Et Pau.in l.ex hoc iure,ff.de iust.& iure nu.29.vult esse differentiã inter † depositum,& cõmodatum ex vna parte,& emptionẽ,locationem,similesq; contractus ex alia. Etenim vult Paul.ꝙ de iure gentiũ primæuo sit depositum, & cõmodatum, licet alij contractus sint iuris gen.secũdarij. Quod non placet, quia primo est cõtra tex.in d.l.ex hoc iure, & ibi gl.quam oẽs sequuntur in verbo,cõmercia.vbi appellatione cõmerciorum, oẽs cõtractus intelligũtur.ergo oẽs contractus ex eodẽ iure nõ diuerso oriũtur.Sed dato ꝙ oriantur ex eodẽ iure cõtra Pau.an oriantur ex iure gentiũ primæuo, an secundario? Dic ꝙ ex secundario.Nã d.l.ex hoc iure.loquit̃ in oĩbus exẽplis de iure gent.secũdario.Patet ẽt rõne,quia cõstat oẽs contractus introductos esse humanis necessitatibus exigentibus, vt in §.ius aũt gentiũ.Inst.de iur.nat.& facit.l.j.ff.de contrah.emp.quæ necessitas non cũ primùm genus humanũ proditũ fuit,obuenit,sed posteà. Nec obstat.d.c.ius naturale.j.dist. Nam ibi non dr̃ ꝙ cõtractus celebratio vel inuẽtio sit iuris naturalis.i.gentiũ primęui,sed ꝙ contractus iam celebrati obseruatio est iuris naturalis.i. gentiũ primæui. Quia nil ita naturali rõni,& fidei humanæ congruit,q̃ quæ placuerunt custodiri, & fidẽ seruare.l.j.ff.de pact.l.j.ff.de const.pec.l.nõ minorẽ,C.de transa.Vnde dic,ꝙ oẽs contractus pariformiter procedunt. Nã quo ad celebrationẽ, & inuentionem, oẽs sunt iuris gentiũ secundarij, sed quo ad obseruationẽ,& custodiã (postquam sunt in esse producti)oẽs sunt iuris gentiũ primęui.Quod nota. Et collige,ꝙ ex quolibet cõtractu,attento iure gentium secundario,duæ obligationes oriebãtur:altera naturalis.i.ex instinctu rõnis,& naturæ hoĩbus peculiaris:altera ex ipso cõtractu,vt d.l.ex hoc iure. Et licet prima esset inefficax,tñ secunda erat efficax,quia per manum regiam ad effectum producebatur,l.2.circa prin.ff.de orig.iur.Prima ergo obligatio & hodie viget,secunda vero recessit, &

34

eius loco successit obligatio ciuilis.vt in prin. Inst.de obli. quæ nõ per manum Regiam,vt antea,sed per actiones ad effectũ producitur, vt d.l.2.de orig.iur.§.deinde.& §.seq. & §.augescente.Et quod dixi.l.ꝙ recessit obl.iuris gentiũ secundarij, de qua in d.l.2.§.j.de orig.iur.ff.& ꝙ eius loco successit obligatio ciuilis, intellige, ꝙ illã obligationẽ ius ciuile approbauit, & ideo dr̃ ciuilis, sumpto nomine à cõfirmante.iuxta.l.legitima.ff.de pact.Ideo aũt à cõfirmante nomen sumitur,ꝙ fortius,& dignius est confirmans,q̃ confirmatum.l.illa institutio.ff.de condi.insti.Quod nota, quia contrariũ tenet Ias.post Bar.in l.si id quod.ff.de cõdi. 35 indeb.col.fin.vbi vult, ꝙ † obligatio naturalis,quæ oritur ex nuda promissione per dñum seruo facto,quæratur seruo contra dñum,at obligatio naturalis,quæ oritur ex contractu firmo,& vestito non quęratur seruo contra dñum, quasi alia sit obligatio naturalis,quæ ex nuda promissione oritur (nam illa est iuris gen.primæui) alia quæ oritur ex cõtractu vestito(quasi illa sit iuris gẽtiũ secũdarij) ideoq; illius seruus capax non sit,quod est euidenter falsum. Nã siue contractus sit nudus,siue vestitus,obligatio naturalis .i.iuris gentium primæui,ad eius obseruationẽ oritur,quę vtrobique eadem est,& per hoc pariter seruo contra dñm acquiritur.Imo si inter se differrent,potius dicendũ esset, obligationem naturalẽ ex contractu vestito seruo contra dñum acquiri,quàm ex contractu nudo, arg.l.qui vsumfr. ff.si vsusfr.pet. Errauit ergo Ias.dũ putauit,ꝙ obligatio naturalis,quæ(vt tradi solet)ex contractibus oritur,illa sit iuris gen.secundarij.vt in terminis,d.l.ex hoc iure.nam imo est primæui. vt d.c. ius naturale j.dist. Itaq; vt distat ortus & creatio cuiusq; rei ab effectu ipsius atq; executione, ita distat sensus dicti capit.ius naturale.j.distinc.à sensu.d.l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iure.Nam ꝙ fides conuentionũ seruetur, quòdq; talis conuentio hoĩes obliget inter se,naturaliter id descendit à iure gentium primæuo, quod simul cũ ipso genere humano proditum fuit, vt in §.singulorũ. Insti.de rerum diuisi.iuncto.§.per traditionem eod.tit.& ita procedit d.c.ius naturale. Quod aũt ea obligatio naturalis ex ipsa conuẽtione iure gentiũ primæuo orta exequatur effectumq; sortiatur per manũ regiam,id descendit ex iure gentium secũdario. & ita procedit.d.l. ex hoc iure.& §.ius aũt gentium.Instit.de iure natur.iuncta.l.2.§.j.& §. deinde.& §.augescente.ff.de orig.iur. Et sic licet Bar.in l. frater à fratre.1.q.extra glos.idem teneat quod tenuit in d. l.ex hoc iure. tamen Ias.sibi contrarijs in l.si id quod.ff.de cond.indeb.col.fi.illum reprehendit. Illa tamen executio, quę olim fiebat manu regia,hodie fit iure actionis, vt iam admonuimus.Et dum in d.l.ex hoc iure.nu.20. Pau.vult, ꝙ dominium rerum immobilium sit de iure gentium secundario,videtur ꝙ imo sit de iure gentium primęuo.per §.per traditionem. Insti.de rerum diuisi.ibi,iure naturali. iuncto verbo,cuiuscunq; generis.vbi dicitur,ꝙ iure naturali acquiritur dominium rei, cuiuscunq; generis sit.i.siue mobilis(secundum gl.ibi)siue soli.Nec obest.l.quod in litore.de acqui.rerum.dom.nam dominia litorum non mirum si olim iure gentium primęuo non fuerunt distincta, cũ nec hodie sint,vt ibid.hodie aũt ideo non sunt,ꝙ sunt cõia,sicut & aer,& aqua.l.quædam.ff.de rer.diuisi.Ita etiã intelligo §.litorum. Inst.eod.vbi constat etiam hodie nullius in bonis esse litora, ergo non mirum si olim idẽ esset. Præterea §.feræ.insti.de rer.diuis.& l.3.de acq.rer.domin. generaliter dicunt per occupationem acquiri dominiũ, ergo,& mobilium,& soli. Præterea id videtur probari ibi, Quicquid calcauerit pes tuus,tuum erit.Breuiter puto tenendam opini. Pauli per d.c. ius naturale j.dist. Nam licet cum ipso humano genere proditum fuit,vt dñium mobilium occupanti concederetur,puta si cepi volatilẽ, vel feram,vel piscẽ.d.§.ferę.d.l.3.& licet cum ipso humano genere proditum fuerit, vt dñium soli esset in cõi:tamẽ cum ipso humano genere nõ fuit prodita terrarum diuisio, vel ear ũ distinctio,sed longe postea.Nec obest,quod ab initio orbis terrarum erat in cõmuni. nam erat in cõmuni vsu, non

non in communi dominio, sicut hodie aer, aqua, mare, & litus maris sunt in communi vsu, non in cōi dominio d.l. quædam.§.& quidem cum plur.seq.inst.de rer.diuisi. Nec obest illud, Quicquid calcauerit pes tuus, tuum erit. Nā & verbum, habere, regulariter importat dn̄ium.l.possessio, de acq.pos.& tamē interdum secus.l. stipulatio ista.§.hæc quoq; cum seq.ff.de verb. sic licet verb.tuū erit, videatur dominium significare, ar.l.2.de relig. & sump.fu. tn̄ interdum aliud significat. vt in illa autho. & in d.§. hæc quoq;. cū seq. Præterea pro Paul.facit. Nam quod ait.d.§.feræ & d.l.3.quod nullius est, id naturali rōne occupanti concedi. licet in rebus mobilibus iure procedet, tn̄ in immobilibus non naturali rōni congruum, sed iniquum vr̄. Quid.n.si vnus homo ab initio vnā prouinciā ingrederetur, & per hoc ea sibi vendicare vellet, alijs vbi habitarent nō habentibus, quod durū esset. Tenendo hanc partē, ad.§.per traditionē.respon.dū ait, iure naturali.i.rōne naturali, quę vertitur in obseruatione contractus, vt iā non semel admonui mus. Et ita tene contra oēs doc.in l.si id qđ de condit.ind. maxime Iaso.ibi in fin.dū loquuntur indistinctè.& in d.l. ex hoc iure.ff.de iust.& iur.dū volunt, ꝙ dn̄ium etiā immobilium sit distinctū etiā iure gen.primęuo, quod simul cum ipso genere humano proditū fuit.quod etiam voluit Fortun.in l.j.§.ius naturale.col.13.ff.de iust.& iur.Sed lōge verior est opi. Pauli contra eorū magis receptā sn̄iam. Et pro nobis non ineleganter induci pōt.d.l. ex hoc iure. ibi, dominia distincta. Nam acquisitio dn̄ij in rebus mobilibus, vel se mouentibus, per earū apprehensionē contingere dr̄.vt inst.de rer.di.§.feræ.l.j.& 2.& 3.ff.de acq.rer.do. acquisitio verò dominij in rebus soli, contingit per distinctionem, & separationē terrarum. vt d.l.ex hoc iure.ibi, dn̄ia distincta, agris termini impositi. Itaq; acquisitio dominij in rebus mobilibus, & se mouentibus, quę cęlo, terra, mariq; capiuntur, indubitāter statim cum ipso genere humano prodita fuit, & in vsu esse cœpit, d.l.j.2.& 3.ff.de acq.rer.domin.§.singulorum.iuncto, §.feræ. Insti.de rer. diuisi. Sed acquisitio dn̄ij in rebus soli, non statim cū ipso genere humano in vsu esse cępit, sed longè posteà labētibus annis, cum & contractus, & commercia in vsu esse cęperunt, vt d.l.ex hoc iure, vt etiam ex authoritate poetarum, quos suprà retulimus, satis apparet. Et ꝙ d.l.ex hoc iure.loquatur de illo iure gentium secundario, quod nō simul cum ipso genere humano in vsu esse cœpit, sed longè posteà, in specie tenent Bar.& Ias.col.fin.vbi etiam reliqui in l.interdum, ff.de cond.indeb.

36 Vnde ipsi inferunt, vt iam etiā relatū fuit, ꝙ † licet seruus sit capax obligationis naturalis, quę oritur ex nuda cōuentione, non tn̄ est capax obligationis naturalis, quę oritur ex contractu vltro citroq; obligatorio, qualis est emptio, locatio societas, depositū, & similia, quæ nō simul cū ipso genere humano inuenta fuerunt, sed longè posteà: licet in hoc vltimo eorū receptam sn̄iam suprà improbaue rim, neq; quicquā à veritate, & mente iuris remotius, alienius, & magis abhorrens dici potuit. Nā si hodie fiat nuda conuentio, ex qua descendit naturalis obligatio, cuius etiā seruus capax est, is seruus non desinit hmōi obligationis naturalis capax esse, ꝙ hodie conuentio, non autē in primordio mundi celebrata fuit, obligatur.n.& obligat naturaliter: quia vt in ista conuentione hodie est vtrinq; consensus, ita & in primordio mundi similiter erat consensus in similibus cōuentionibus, quę à primordio mundi inter hoēs fiebant. Sic & in proposito qn̄ hodie fit contractus emptionis, locationis, depositi, societatis, & similiū, sub talium contractuū forma necessariò subest, & cōprehenditur conuentio, ex qua conuentione, & cōsensu ibi interueniēte oritur naturalis obligatio, cuius capax seruus est tam actiuè q̄ passiuè. Cum.n.obligatio naturalis ex consensu oriatur, l.sub specie, C.de postul.obligationū substantia, l. consensu.in princ.ff.de actio.& oblig.l.non minorē, C.de transa.l.j.ff.de cōsti.pecu.l.j.ff.de pac.l.an inutilis, ff.de act. & oblig.isq; consensus interuenire intelligat in omni conuentione, vt dictis legibus, & l.conuentionū.cum duabus legib.seq.ff.de pact.necesse est, vt ex contractu vestito & iure gentiū secūdario inducto oriatur obligatio naturalis, non secus, q̄ ex contractu, & conuētione nuda: nam vestimentū, quod tali cōtractui vestito accessit, non remouit, vel fugauit consensum ipsius conuentionis, ex quo oritur obli.natur.sed præterea adiecit formā, videlicet vestimentum. cumulatiuè.n.non priuatiue accessit. Sic & in simili oīs obligatio contrahitur re, verbis, literis, aut cōsensu, vt in prin.cū.§.seq.& per totum. Inst.de oblig.l.consensu, ff. de act.& obl. & tn̄ in omni obligatione consensus interuenire debet, & per eius abscessum nulla esset obligatio, etiā si interueniret solennitas verborū, vel scripturæ, & similia.vt expressum est in d.l.obligationū substātia, ff.de act. & obli.quasi in omni contractu ipse cōsensus sit loco materiæ, sine qua fieri nihil pōt: quia secundū philosophum, Ex nihilo nihil fit. vt solennitas vel interuentus scripturæ verborū, rerum, & similiū loco formę habeantur: vt si posito contrahentiū consensu accesserit solennitas verborū, contrahatur stipulatio, & verborū obligatio: si accesserit scriptura, contrahatur literarū obligatio: quarū solennitatū interuentus non remouit, nec fugauit, repulit ve ipsum cōsensum, qui loco materiæ est, sine qua nihil fieri posset. Sic & in proposito forma, quæ à lege, & iure gentiū secundario accessit contractibus, qui noīati appellantur de quibus loquitur.d.l.ex hoc iure, non fugauit ipsam conuentionē ipsumq; consensum, qui loco materię est, & ex eo naturalis obligatio oritur, non magis, q̄ fugatur, repellitur, remouetur, abijcitur cōsensus per interuentū solēnitatis verborū, aut literarū: quinimo is cōsensus firmior, euidētior, probatiorq; est: sicq; indubitabilius, iustiusq; inde oritur obligatio naturalis. Et ita debet intelligi.d.l.si id qđ.cū simil.ff.de cōd.indeb.l.naturaliter.eo.tit.§.j.insti.de fideius.

Neq; ad rem pertinet, ꝙ seruus quod attinet ad ius ciuile pro nihilo reputetur.l.quod attinet, ff.de reg.iur.& consequenter videat incapax vtriusq; obligationis: q̄a si nihil est, nihil pōt ei accedere, l.sed & si manere, ff.de pred.† Nā
38 rn̄deo, corpus suū pro nihilo haberi, seruūq; esse, aīum aūt liberū habet, non secus, q̄ reliqui ingenui hoēs quo ad ius diuinū, & naturale, ideoq; ex meritis suis saluabit: vel ex demeritis condēnabit, nō aliter, atq; homo liber. Neq;.n. potuit lex ciuilis isthæc immutare, cū sint iuris diuini, & naturalis, vt in l.eas causas, ff.de cap.di.§.pe.Inst.de iur.natur.l.iura sanguinis, ff.de reg.iur. Et demq; licet corpus seruum esse possit, aīus aūt liber erit in æternum, vt in l.cum proponas, C.de hær.inst. Vnde illud. Velle suum cuiq; est.
39 Vnde infert † verus sensus ad l.manumissiones, in verb. datio.ff.de iust.& iure, dum dicitur ibi, ꝙ manumissio est libertatis datio. Cōtra quod arguitur sic. Libertas est iuris naturalis, vt in d.l.manumissiones, & in §.seruitus. Inst.de iur.perso.ea aūt quę sunt iuris naturæ mutari nō possunt, sed in æternū permanere, l.oēs populi, ff.de iust.& iu.& §. sed naturalia. Inst.de iur.nat.vn̄ talis libertas cū sit iuris naturę, videtur, ꝙ per seruitutē quæ iuris gentium est, adimi nō posset. Et timore huius difficultatis varij varia dicunt.

Nam prima fuit opinio existimantium, ꝙ seruus semper intelligatur esse liber, licet eius libertas sit obumbratā, & obcæcata, quæ tamen detegitur per manumissionē, vt in d.l.manumissiones, & ita tenuerunt Accur.in d.l.manumissiones, & nonnulli antiquorum.

Hanc opinio.reprehendit Pau.in d.l.manumissiones.in medio, tum quia est contra d.l.manumissiones.cui fit violentia, si verbum, datio, exponatur.i.detectio. Cum.n.ibi dicatur, ꝙ per manumissionem datur libertas, sequitur ꝙ durante seruitute, libertas non erat, & dare est transferre, non autem detegere, l. vbi autē.§.fi.ff.de verb. obli.& ibi per moder.§.sic itaq;.Insti.de act.vbi similiter per moder nos. Præterà hæc expositio esset contra.d.l.manumissiones.in fi.vbi dicitur, seruitutem cōtrariam esse libertati: at duo contraria non possunt esse in eodē subiecto.l.Mutius ff.pro soc.ergo vbi est seruitus, ibi libertas esse non potest.

Altera fuit opi.existimantium, ꝙ durante seruitute seruus libertatem non habeat existenter,sed tñ potentialiter, sicq; non in actu , sed tantum in habitu , sicut dñs cuiusq; rei in ea habet vsumfructū causalem , nō aūt formalem in actu,sed tm̄ in habitu,& potētia. Nec secundū eos in conuenit, ꝙ ius gentiū tollat ius naturale in parte.j.in quibusdam hominibus, non in totum.i.in omnibus hominibus. Ita tenet Paul.in d.l.manumissiones. & est ex mente Bald. Ang.& Ias.ibid.col.fi.super gl.in verbo,datio,& idē Paul. nu.33.in d.l.ex hoc iure.& in d.l.manumissiones. vbi Fortunius variat adeò lubricus,vt vix comprehendit posit.

Quid dicendum? Mihi non placet opi.gl.quatenus exponit,datio.i.detectio.Nec placet reprehēsio Pauli. Nam ꝙ Paulus ait duo contraria esse nō posse in eodē subiecto , l.Mutius.ff.pro soc.hoc fallit in hoīe,qui duabus cōtrarijs partibus constat, corpore.s.mortali, & animo immortali. Vnde siue per captiuitatē seruus fiat,siue per natiuitatē iuxta.§.fi.insti.de iure personarum.vtroq; casu,quo ad corpus seruus est,quo ad aīum liber.sicut & fera per captiuitatem fit serua,& si manus capientis euaserit,recepit suā laxitatem.iuxta.§.fere.cū seq.plur.Insti.de rerū diuisio. Hinc est,ꝙ seruus naturaliter obligatur, §.j.Instit.de fidei.l.naturaliter,l.si id quod.de condit.inde.l.quod attinet.de reg. iur.quod facere nō posset, nisi quo ad animum liber esset. Hinc est,ꝙ potest peccare, & habet liberum arbitriū propter quod iure damnantur mali,quod liberum arbitrium non haberet,si quo ad animum liber nō esset.Adde,quòd corpus hominis poterat adeò seruum esse,vt vel illud occidere dominus posset.Institu.de his qui sunt sui,vel ali.iur. in principio aīus autem hominis, adeò liber semper est,vt à domino seruus non posit compelli ad volendū, vel nolēdum,l.cùm proponas,C.de hęredib.instituen.Item corpus meuum seruum facere ipse possum.§.fin. Inst.de iure personarum.aīum autem non possum,l.si quis in princ.testamenti,ff.de leg.3.Hinc est,ꝙ eorum,quorum homines sunt natura capaces,& seruus capax est : eorum vero,quæ iure ciuili sunt capaces, seruus capax nō est,l.quod attinet. de reg. iur. Vnde obligationis naturalis tam actiuæ quàm passiuæ capax est.vt ll.suprà alleg.& l.qui hæredi.§.dominus,de condit.& demonstr.dominij autem capax non est l.placet de acquir.hæred.l.acquiritur de acquirend.rerum dominio. Quia licet dominium dum est in fieri, sit iuris gentium, vt d.l.ex hoc iure.tamen postquam est quæsitū, est iuris ciuilis.vt per Bart.& omnes in l.si quis vi.§.differentia.& in l.naturaliter.§.nil commune in prin.de acqui. posse.Sed & si iuris gentiū esset,adhuc acquiri non posset. Sic & possessio dum est in fieri , est facti , ideo potest per seruum acquiri.l.j.de acquir.posse.§.per seruum.sed postquam est quęsita,est iuris,vt per Bar.in l.j.eodem.ideo seruus posidere non potest , l.stipulatio ista.§.hi qui.§.hæc quoq;.de verborum oblig.ff.

Deniq; vtcunq; seruo dempta sit potestas propter cor
39 poris sui captiuitatem,tamen eius † animus & voluntas capi,aut apprehendi,aut serua effici non potest.

Vnde Ouid.lib.3.de Ponto.

Vt desint vires,tamen est laudanda voluntas ,
Hac ego contentos auguror esse deos
Et facit vt veniat pauper quoq; gratus ad aras ,
Et placeat cæso non minus agna boue .

Ibidem lib.4.de Ponto.

Vt iam nil præstes animi sum factus amici
Debitor,& meritum velle iuuare voco .
Parua quidem,fateor pro magnis munera reddi .
Cùm pro concessa verba salute damus .
Sed qui quàm potuit dat maxima,gratus abundè est ,
Et finem pietas contigit illa suum .
Nec quæ de parua pauper dijs libat acerra ,
Thura minus grandi quàm data lance valent .
Agnaque tam lactens quàm gramine pasta phalisco ,
Victima Tarpeios inficit ista focos

Idem ad Pisonem.

Quòd si digna minus est mea pagina laude ,
At voluisse sat est,animum non carmina iacto .

Et Iuue.satyra.13.

Has patitur pœnas peccandi sola voluntas ,
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum
Facti crimen habet .

Et Propertius lib.2.ad Musam.

Quòd si deficiant vires,audacia certè .
Laus erit,in magnis & voluisse sat est .

Præterea cū serui facti fuerimus,id tantùm quod mortale est.seruire intelligitur, non secus quàm in iumentis.argumento per totum Institu.C.& ff.si quadrupes pauperiē vbi noxalis actio non aliter ratione seruorum,quàm ratione iumentorum datur.

40 Vnde apparet,ꝙ immortale est nō seruire,†animus aūt noster immortalis est,vt eleganter poetæ modulati sunt.

Iuuenalis Satyra.15.

Sensum an cælesti demissum traximus arce ,
Cuius egent prona & terram spectantia mundi .
Principio indulsit communis conditor illis ,
Tantùm animas nobis animum quoque mutuus vt nos
Affectus petere auxilium & præstare iuberet ,
Dispersos trahere in populum migrare vetusto .
De nemore & proauis habitatas linquere syluas .

Et Manilius lib.4.astronomic.

Iam nusquam natura latet peruidimus omnem ,
Et capto potimur mundo nostrumq; parentem
Pars sua conspicuus,genitiq; accedimus astris
An dubium est habitare Deum sub pectore nostro?
In cælumq; redire animas,cæloq; venire ?
Vtq; sit ex omni constructus corpore mundus ,
AEtheris atq; ignis summi terraq; marisq;
Spiritum,& in toto rapidum qui iussa gubernat ,
Sic esse in nobis terrenæ corpora sortis ,
Sanguineasq; animas animi qui cuncta gubernat ,
Dispensatq; hominem quid mirum noscere mundum
Si possunt homines quibus est & mundus in ipsis ,
Exemplumq; Dei quisq; est, & in imagine parua?
An quoquam genitos nisi cælo credere fas est
Esse homines ?

Et Vergil.6.AEneid.

Igneus est ollis vigor,& cælestis origo .

Et Ouid.lib.j.de Ponto.

Viuimus vt nunquam sensu careamus amaro ,
Et grauor longa sit mea pœna mora ,
Sic inconsumptum Tityi semperq; renascens ,
Non perit, vt possit semper perire iecur .
Siue dies igitur caput hoc miserabile cernit ,
Siue pruinosæ noctis aguntur equi ,
Sic mea perpetuis liquescunt pectora curis ,
Ignibus admotis vt noua cera solet .

Ouid.2.de Ponto.

Omnia deficiunt,animus tamen omnia vincit ,
Ille etiam vires corpus habere facit .

Et idem Ouid.lib.15.Metamor.

Morte carent animæ,semperq; priore relictæ
Sede,nouis domibus viuunt,habitantq; recepta .

Ergo quod mortale est, id tantùm seruire intelligitur, quale est corpus seruorum:nō sic in ipsorum animo, quia liber permanet,non aliter,atque si corpus re vera captum non esset. Vnde cùm naturalis obligatio ex animo,& consensu nostro descēdat, oportet intelligere huius obligationis seruos esse capaces, non aliter,atq; si re vera serui nunquam fuissent,& nullibi ita tactum inuenies.

Illud autem,quod Fortunius in d.l.j.§.ius naturale,col. 13.de instit.& iure.ff.post alios,quos suprà retulimus, negat,scilicet,ius gentiū esse in duplici differentia,& omnia,

†quæ

41 † quæ iuris gẽtium esse dicuntur, statim cum ipso genere humano prodita fuisse, id (inquã) nullo colore defendi potest, inspecta mẽte iureconsultorũ, qui infideles erãt. Nam ipsi in hoc erant errore, & cæcitate, vt putarent mundum ingenitũ fuisse, & nihilominus erga Deũ religio, fidei obseruatio, in patriã & parẽtes obediẽtia nõ fuerũt introducta, sed fuerũt ingenita hæc oĩa, non secus q̃ mundus ipse, secundum eos, qui oĩa hæc à primordio generis humani fuisse, sicq; sine vllo principio putabãt vt ducebat Iurecõsultus in d.l.1.ff.de acquir. rerũ dominio. Sed ꝙ bella, contractus, seruitutes, & similia principium habuerint, tenent omnes, & probat.d.l.ex hoc iure.ibi, introducta. & d.l.manumissiones, ff.de iusti. & iure & d.§.ius autem gentium. ibi, introducta. Institut.de iure nat. & per totum Institut. de iur.perso.ergo, & cætera.

Quòd autẽ infideles & pagani intellexerint mundum fuisse ingenitũ, foreq; irresolubilẽ, & infinitũ, æternũ, patet authoritate poetarũ, quos suprà iam retulimus: licèt & inter ipsos infideles nõ deessent, qui præsenserint, vaticinatiq; fuerint id, quod veritas, religioq; Christiana docet,
42 nempe † mũdum principiũ habuisse, finemq; habiturũ: id quod viua, naturaliq; ratione patefit. Nã Deũ esse omnipotentẽ, gẽtiũ nulla fuit vnquam tã immanis, trux, barbara, fera, quæ hoc negaret. Vnde Ouid.lib.4.de tristibus sic ait.

Nil ita sublime est, supraq; pericula tendit,
Non sit vt inferius, suppositumq; Deo.

Et Lucanus lib.9.bellorum ciui.

Hæremus cuncti superis temploq; tacente,
Nil agimus nisi sponte Dei.

Et Claudianus lib.1.in Ruffinum.

Signa quidem ò sociæ diuos attollere contra
Nec fas est, nec posse reor.

Et Boetius Metro.9.lib.3.

Tu requies tranquilla pijs, te cernere finis,
Principium, vector, dux, semita, terminus idem.

Ausonius in Epigramma.

Et cum fata volunt bina venena iuuant.

Vnde Cicero.

Deus est qui viget, qui sentit, qui meminit, qui præuidet, qui regit, & moderatur, & est æternus Secundùm Scipionem.

Et Cicero de natura deorum.

In mundo Deus est aliquis, qui regit, qui gubernat, qui cursum astrorum, qui mutationes temporum, rerum vicissitudines, ordinesq; conseruat, terras, & maria contemplans, hominum commoda vitasq; tuetur.

De natu.deorum idem Cicero.

Sit hoc à principio persuasum hominibus, dominos esse omnium rerum, ac moderatores Deos eaq; quæ gerantur, eorum geri ditione atq; numine, eosq; optimè de genere in hominum mereri & qualis quisq; sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat religionem intueri, piorumq; & impiorum habere rationem.

Idem.2.de leg.

Deorum prouidentia mundus administratur, idemq; consulunt rebus humanis, neq; solùm vniuersis, verùm singulis.

Cùm ergo non solũ catholici, verũ infideles quoq; planè agnoscerent Dei omnipotentiã & æternitatẽ, inde necessariò sequitur mundũ æternũ nõ esse. Nã si ęternus esset & irresolubilis, iã quo ad sui resolutionẽ nõ subiaceret Dei omnipotẽtiæ. Ergo cũ sit ius gentiũ, quod cum ipso genere humano simul proditũ fuit, vt iã docuimus: quod ius secundũ cæcitatẽ erroremq; infideliũ ingenitũ, & ab æterno fuit, nullũ habẽs principiũ: cũq; fuerit ius gẽtium, quod secundũ eodẽ introductũ fuit, & principiũ habuit: superest, vt ipsi Iurecõsulti intellexerint ius gentiũ esse in duplici differentia: alterũ vetustissimũ & natiuũ: alterum verò datiuum seu introductum, non tam vetustum.

Redeundo ad rerũ acquisitiones, vidimus ea quæ ex testamẽto capiuntur, quo iure capi intelligãtur, & an nobis possint auferri: modò superest, vt videamus ea, quæ ex bello capiuntur, quo iure acquiri intelligãtur, & an nobis pos-
43 sint auferri. Et patet † bella iure gentiũ fuisse introducta. vt in d.l.ex hoc iure.& l.manumissiones.ff.de iust.& iure. §.ius autem gentium.Inst.de iure natu. Quod verum secundùm glo.in d.l.ex hoc iure.quando bellũ erat iustum, secùs si iniustũ, ne inde iniuriarũ nascatur occasio, vnde iura nascuntur.l.meminerint.C.vnde vi. Hæc opin.glo.cõiniter reprobaẽ, quia vehemẽter restringit illa iura, & quia plerunq; bellum, saltem ex altera parte, iniustũ fuit. Ergo bellum, aut vtrinq; iustũ est (quod raro accidit) & tunc dicitur de iure gentium, vt dictis iuribus secundùm oẽs. Aut ex altera parte iustum, & ex altera iniustum est, vel etiam vtrinq; iniustũ, & tunc cõmunis opi.est, ꝙ ad huc sit de iure gentium. Ita tenent Odofredus, Butrius, Bart.Bal.Paul. col.3.Ias.nu.23.in d.l. ex hoc iure. per generalitatẽ dictorum iurium. Et ad oppositionem respondent, ꝙ bellũ iustum est de iure gẽtium dispositiuè: bellũ autem iniustum similiter est de iure gentium, nõ dispositiuè, sed occasionaliter. Quod reprobant ibi Richar.& Salic.in d.l.ex hoc iure, quia à iure non solùm delictũ immediatè non debet descendere, sed nec etiam occasio delinquendi. arg.l.scire. cum sua glo.ibi communiter approbata.C.vt in poss.leg.l.fi.C.de pact.& l. de fideicommisso. C.de transact.l.2.in fi. ff.quib.vt indig.l.quidã in iure.§.fi.ff. de dona.c.constitutus.& c.fi.de conces.præben.& c.ne captãdę.& c.detestãda.de conces.præbend.in 6.l.2.§.interdũ.ff.de vulg.Vnde ipsi Richar.& Sali.vbi supra intelligunt, ꝙ bellũ licitum à iure gentium descendit, sed illicitũ descendit ab iniuria iure gentium proueniente ex natura nostra, quæ ad malum prona est, vt in auth.de monach.§.si verò is, & in l.1.§.1. & §.cũ arietes.ff.si quadr.paup.feci.dicatur. Vnde Terent.

Ingenium oĩum hominũ est à labore procliue ad libidinẽ.

Ouid.lib.4. Fastorum.

Sed nos in vitium credula turba sumus.

Horatius lib.1.epist.ad Lollium.

Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones,
Vt teipsum serues non expergisceris

Iuue. satyra.6.

Paucæ adeò Cereris vittas contingere dignæ.

Idem Satyra 13.

Mobilis & varia est ferme natura malorum.
Cùm scelus admittunt, superest constantia, quid fas
Atq; nefas tandem incipiunt sentire peractis
Criminibus, tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa & mutari nescia. Nam quis
Peccandi finem posuit sibi, quando recepit
Eiectum semel attrita de fronte ruborem?
Quisnam hominũ est, quẽ tu contentũ videris vno flagitio.

Terent.in Adel.

Nam tu quid agas,
Vbi si quid bene præcipies, nemo obtemperet?

Claudianus libr.2.in Eutrop.

Paruę poterunt impellere causæ
In scelus, ad mores faciles natura reuerti.

Plautus in Asinaria.

Lupus est homo homini, non homo, quũ qualis sit, nõ nouit.

Ausonius in Biæ Prienei sententijs.

Pernicies hominum quę maxima, solus homo alter.

Et quod summè dolẽdum est, adeo sunt proxima vitia virtutibus, vt bellũ excitatum dominãdi libidine sint qui iustũ appellent, quasi hæc oĩum perniciosa libido illustriũ virorum certissima pestis excelsum animum, optimamq; indolem præ se ferat. Nam & Cicero.libr. de officijs ait.

In maximis animis, excelsis, splendidissimisq; ingenijs plerunq; existere imperij, honoris, potentiæ, & gloriæ cupiditates.

Et ita tenet Paulus in d.l.ex hoc iure.nu.10. iustum esse bellum

bellum honoris gloriæq; ambitione, libidineq; susceptū. Ergo vult Pau. ꝙ instinctus domināndi, qui hominibus peculiaris est, nec cū brutis cōis, sit iure gētium approbatus, quod est falsum, nā non est ius gentiū, nisi quod est rōnabile. vt no. in c. ius naturale. 1. dist. & Paul. sepe sibi contrarius in d. l. ex hoc iure, sed iste instinctus est irrationabilis, vt probabo, ergo &c. Quod sit irrationabilis, patet. Primo, quia cognationē, & æqualitatē quandam inter nos natura constituit. vt ff. de iust. & iure. l. vt vim, ergo qui alterū se inferiorē facere vult, non seruat illā cognationem, & equalitata natura datā. Preterea æqualitas inter homines commendatur in toto titu. ff. quod quisq; iur. & in ca. 1. disti. 1. Tertiò ius gentium primæuū dictat, vt oībus hominibus cōis sit libertas. vt c. ius naturale. dist. 1. ergo qui me subiectum vult, adimit libertatē iure gētium mihi datam. Item quartò reges fuerūt creati, non vt dominarētur, sed vt homines equaliter regerentur, & æqua lance metirentur. l. 2. de orig. iur. post pri. & §. post originem. Quintò appetitus dominandi est improbatus, vt d. c. quid culpatur, ergo est irrationabilis, nā à Deo id demū reprobatur quod irrationabile est, vt d. c. 1. dist. si ergo est irrationabilis, ergo de iure gentiū esse non potest, vt dictū est. Non obest, quod ait Tullius. Nam fateor, ꝙ cupiditas honoris, & imperij, reperitur naturaliter in hominibus, nō tamen ipse approbat talis appetitus executionē, imò expressim reprobatur in d. c. quid culpatur, & per glo. in l. 1. §. ius nat. eod. & Paul. vbi suprà, col. 2. in fi. Et aduerte, nā homines natura ducuntur ad tales appetitus & delicta irrationalia. vt d. glo. & tex. in auth. de monachis. §. si verò is. Sed ideo homines sunt rōne præditi, vt armis rōnis possint vincere bellū appetitus naturalis (quæ victoria summa est) vt vincentes, gloriam mereantur paradisi: at cætera animalia licēt sint rōnis expertia, tñ semper vtuntur ratione & natura, nō ad delicta, sed ad rationem (quam ignorāt) vtendam ducuntur, eaq; fere semper vtuntur, secundū Plutarchum in libro, an bruti ratio insit. Nā cū eis vincentibus præmiū paradisi propositū non fuerit, ideo nullū bellum eis propositum natura fuit. Tene ergo, ꝙ bellum imperandi libidine illatum (quale fuit bellum à Pyrrho Epirotarū rege Romanis illatum) non est iure gentium approbatum, imò est iniuria, & nefas, vt d. l. vt vim. Quod etiam patet: quia ius gētium illud dicitur, quod ex necessitate receptum est. §. ius autē gentium. ibi, humanis necessitatibus. Institut. de iur. natur. gent. & ciui. sed necessarium non est bellum imperandi libidine illatum, ergo, &c. Cùm ergo bellum plerunq; imperandi libidine vtraq; ex parte inferatur, sepissimeq; etiā prædandi, rapiendiq; cupiditate.

Nam secundùm Lucanum,

Nulla fides pietasq; viris, qui castra sequuntur.
Venalesq; manus ibi fas vbi maxima merces.

Vnde Alexāder magnus, vt in Plutarchi apotphthegm. relatū est, dicere solebat, eos sibi milites maximè placere, qui diuitiarū, opū, gloriæ, honorisq; auidissimi, appetētissimiq; essent, quasi illi demū aptiores ad belligerādū essēt.

Lucanus lib. 1. bel. ciuil.

Hinc vsura vorax, auidumq; in fænore tempus,
Et concussa fides, & multis vtile bellum.

Tibullus Eleg. 10. lib. 1.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?
Quàm ferus, & verè ferreus ille fuit?
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,
Tunc breuior diræ mortis aperta via est.
At nihil ille miser meruit, ad nos mala nostra
Vertimus, in sæuas quod dedit ille feras.
Diuitis hoc vitium est auri, nec bella fuerunt
Faginus astabat cùm cyphus ante dapes.
Non arces, non vallus erat, somnumq; petebat
Securus varias dux gregis inter oues.

Verg. lib. 1. Georg.

Quippe vbi fas versum, atq; nefas, tot bella per orbem
Tam multæ scelerum facies, non vllus aratro
Dignus honos: squalent abductis arua colonis:
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.

Lucanus lib. 2. bel. ciuil.

Stat cruor in templis, multaq; rubentia cæde
Lubrica saxa madent, nulli sua profuit ætas,
Non senis extremum piguit feruentibus annis
Præcipitasse diem, nec primo in limine vitæ
Infantis miseri nascentia rumpere fata.
Crimine quo parui cædem potuere mereri?
Sed satis est iam posse mori.

Cum ergo bellum ipsum & impiū sit, & ab hominibus impijssimis impurisq; plerunq; excitetur & inferatur, superest, vt iniquū vtraq; ex parte ferè semper sit, & consequenter cùm leges ad communiter accidentia aptentur. l. nam ad ea. ff. de legibus, dicendum est, ꝙ leges nostræ tra-
45 dunt, † bellū à iure gētium descendere, in id bello iniusto intelligēdum esse, non secus, q̄ in bello iusto. Et tunc dum arguitur, quòd ex iure iniuria nasci non deberet, respondendum dupliciter. Vel hac re in ius gentium appellari, ꝙ induxit vsus gētium, siue id bonum sit siue nequam vt in §. ius autem gentium. Insti. de iure natu. ibi, vsu exigente. Vel bellum ideo à iure gentiū descendere, ꝙ iniuriæ propulsandæ causa necessarium sit, quando iniuria illata est ab ijs, qui imperio, & ditioni nostræ non subiacent. Neq; ad rem pertinet, ꝙ belligerantes sæpe iniurij existant. Nam vt Sallustius ait, ex bonis initijs omnia mala orta sunt. Et licet quo casu impiè bellum geratur, non propterea minùs dicitur bellum à iure gentium descendisse: nam & omnes penè contractus, qui descendunt à iure gentium, vt in d. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. & d. §. ius autem gētium, nullus ignorat, qnin sæpissimè fiant per fraudem, captionem, & machinationem, & nihilominus sunt iuris gentiū: quia lex non cessat, licèt ratio legis cesset in particulari, nisi etiā cesset in communi. vt docemur ex latè traditis per Didacū de Couarru. vbi supra. Et probatur in l. prospexit. ff. qui & à quibus, tradit latè in simili Rodericus Suarez in l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam. ampliatione prima.

Vnde licet vnum aut alterum bellū, aut etiā bellorum pleraq; iniusta sint, vel iniustè exerceantur, adhuc ratio legis non cessat in communi, & consequenter sustinetur ipsa lex generalis, vt & bellum iure gētium esse intelligatur, non secùs, quàm si omnia bella iusta forent.

46 Illud autē vehementer controuersum est, an † quæsita ex bello iniusto, fiant iure optimo capientiū. Quod tangit Ias. in d. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. num. 23. cū seq. quē vide Et cōis op. esse videtur, multis repugnantibus, ꝙ fiant accipientiū, vel capientiū etiā ea, quæ bello iniusto acquirūtur, dūmodo bellū sit indictū ab habēte potestatē bellū indicendi, & inferēdi. Quod sanè procedit quo ad ea, quę capiuntur à militibus, & reliquis, qui principi bellū inferēti parere necesse habent. Simile videtur in represalijs, quarum iniquitatem nullus non videt, & tamen iniuriæ propulsandæ causa, quæ ab ijs, qui imperio nostro non subsunt, inferuntur, admittuntur, vt alibi plene disseruimus.

Et vt princeps secūdùm nonnullos eorum, quos supra retulimus, non potest nobis auferre ea, quæ ex testamēto descendunt & proficiscuntur, quasi hæc sint iuris gentiū, non magis q̄ reliqua potest immutare, quæ similiter sunt iuris gentium: ita quoq; secundum eosdem & prouinciarum separationem & contractus naturam immutare non potest. Sed de hoc vltimo latiùs suo loco disseremus.

47 Illud aūt dubiū est, an † prouinciarū distinctio, quæ iure gentiū facta fuit, vt in d. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. & in d. §. ius aūt gentiū. Insti. de iure natu. possit immutari? Et videtur non posse. arg. §. pen. Insti. de iure natu. & l. ius aūt ciuile, & l. oēs populi. ff. de iust. & iur. Sed cōtrariū videtur expressum in authē. vt iudices sine quoquo suffragio. §. illud. tñ & de vna prouincia facit duas prouincias. ff. de assessori.

sessori. l. si eadē notatur. C. de metropo. lib. 11. l. vni. & notatur in c. 1. extra, ne sede vacāte, ergo talis prouinciarum diuisio cùm per Imperatorem vel Papā fieri posśit, videtur esse de iure ciuili. Qua in re Bart. in d. l. ex hoc iure. nu. 4. resp. negando consequentiam. Nam licèt prouincias diuidat princeps, non propterea sequitur, ꝙ talis diuisio sit iuris ciuilis, & desinat esse iuris gentium, non magis, quàm si princeps faceret cōtractum, is contractus con diceretur esse iuris ciuilis, nec desineret esse iuris gentium. Sed Paul. ibi. nu. 12. hoc negat, dicens, ꝙ si princeps posset prouincias diuidere, bene sequeretur, eā diuisionem esse iuris ciuilis, qua in re Ias. & reliqui nil ibi aiunt. Et aduerte, ꝙ simile quod adducit Bart. de contractu per principem celebrato, quod non iuris ciuilis sed gentiū est, parum vrget, nam id concludit, ꝙ ius gentium non minuitur: nec mirū, quia contractus sunt iuris gentium quo ad potentiam cōtrahendi (vt ait Bart. nu. 8.) in d. l. ex hoc iure. vnde licèt illa potentia homines contrahendo vtantur, non ideo minuitur ius gentiū, nam eadē potentia est post multos contractus factos, quæ futura esset, licèt nullus contractus factus esset, sed discretio gentiū & prouinciarum, cū sit iure gentiū non in potentia, sed in actu inducta, si quidē mutetur de vna prouincia, faciendo duas, vel contrà, certè mutatur ius gentium, quia nō seruatur discretio gentiū, & prouinciarum, quas ius gentiū statuit, quod est cōtra d. §. sed naturalia. Inst. de iure nat. l. eas. de capit. dimi. §. fin. Inst. de leg. ag. tut. le. iura sanguinis. de regu. iur. ff. Sed aduerte. nam quidā putant contra mentem omnium docto. ꝙ ius gentium secundariū posśit per principem: vel leges ciuiles immutari. nā tale ius nō cum ipso humano genere proditum fuit, sed postea humanis necesśitatibus exigentibus receptū fuit. §. ius autem gentium. Inst. eod. Vnde sicut tēporis cursu ista humana necesśitas obuenit, vt ibi: ita & temporis cursu potest abire. Nam in ædificatione Babylonis linguæ hominum fuerunt variatæ, vnde oportuit homines separari, quia omnes inuicē se non intelligebāt, vt qui eandem linguam sortiti fuerant, alias habitarent, qui verò alteram linguam diuersam, alias essent, & tamen illam necesśitatē cessare posse certum est: veluti si diuersarū prouinciarum diuersarumq; linguarū homines finitimi eandē linguam addiscerent: tunc. n. putant, ꝙ princeps posset de duabus prouincijs vnā facere, quod foret, si vnus præses duabus prouincijs præfectus esset, vt per glos. l. fi. C. de præs. long. tem. Itē posset econtra, si qui vnā linguam sortiti fuerunt, variè loqui cœperint, de vna plures facere, plures præponendo præsides: & idē si ex alia causa coniungere vel diuidere prouincias princeps voluerit. Ita ipsi intelligunt tex. in d. le. si ead. & d. §. illud. Tn̄ hoc etiam innuit. c. ius gentium. 1. dist. dum ait, quod ius gentiū omnes ferè gentes custodiūt. Nā sunt aliquæ fortè gētes, quæ ius illud gentiū secundariū non seruant: nec. n. constat eandem necesśitatē oēs gentes ab initio constrinxisse: & si oēs ab initio constringeret, adhuc tn̄ posset in aliquibus gētibus ex pòst facto cessare. Vt hodie videmus inter Christianos diuersarū prouinciarum, ꝙ captiui non efficiuntur serui capientiū, & sic in hac parte iuri gentium secundario derogatum est, vt patet. ff. de iust. & iur. l. manumisśiones, & Inst. eod. §. ius autem gentium, & de capti. & post. le. hostes. cū. l. seq. & ex isto iure gentiū secundario loquitur. d. l. ex hoc iure. in omnib. ferè exemplis. Nec obest d. §. sed naturalia. cum simi. nā illa iura loquuntur de iure gentiū primæuo, quod fateor esse immutabile, vt ibid. Ita etiā intelligitur c. ius naturale. 1. dist. dū ait, ius illud nulla constitutione cautū esse, sed ipsam naturā homines oēs illud docuisse simul ac hoīes esse cœperunt: ergo non docuit, vel introduxit illa humana necesśitas posteà obueniens. Sed fortiter obest l. ius autē. ff. de iusti. & iure vbi ius ciuile, ius gentiū, etiam secundariū per totū abrogare non potest. Respondetur, ꝙ licèt quo ad prouinciarum gentiumq; discretionē derogaretur, non tn̄ per hoc derogatur quo ad alias iuris gētium partes, puta ꝙ sint contractus, ꝙ sint dominia, obligationes, bella, ędificia, & similia. Adhuc tn̄ ipsi putant, ꝙ principes non posśint ius gentium secund. etiam quo ad vnam generaliter partē, (puta ne fiat contractus, néue fiant ędificia, néue separentur gentes) immutare nisi ex causa, causa autem sufficiens erit, si fortè cesset ratio, propter quam ius gentium in illa parte inductum fuit, vt supra exemplificaui. Ita potest intelligi. leg. ius ciuile. ff. de iustit. & iure.

Deniq; vt res euidentior sit, nonnulla præfabimur. In primis. n. quo ad principis potestatem ordinariā nulla est differentia inter ea quæ sunt iuris gentium, & ea quæ sunt iuris positiui: nam sine causa ius alterius lædere non pōt, siue illud à iure positiuo descendat, siue à iure naturali, vel gentium, vt in §. fin. Insti. quib. mod. testa. infirmi. l. Papinianus. §. Imperator. ff. de inof. testa. l. ex imperfecto. ff. de lega. 3. & l. ex imperfecto. C. de testa. l. digna vox. C. de legib. l. nec auus. C. de emancipatione liberorū. Quòd si loquamur de potestate principis absoluta, tūc aut loquimur de ptāte facti, qualis est cū violentia, vi, & armis, & quod princeps consequitur, inhonestum, turpe, flagitiosum. indecorū: & tunc etiam ea, quæ sunt iuris naturæ, solēt peruerti, nam & priuatus id aliqn̄ potest. Sed ista, inspecta legis censura, non est potestas, nec de ea acturi sumus: quia id tantū possumus quod honestè possumus. l. nepos Proculo. ff. de verbor. sign. l. filiusfamil. ff. de condi. insti. Quòd si quod princeps vult de potestate absoluta nō cōtineat turpe quid, aut flagitiosum, tūc iuri tertij potest ex causa derogare: veluti cū rem nostram nobis modico dato abstulit titulo fortè emptionis le. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vendica. Quæ autē sunt iuris gentiū, saltē ptimæui, etiā de hac potestate absoluta interuertere non posset: veluti si juberet, ne filius patri obediret, aut ciuis patriæ. contra le. veluti. ff. de iusti. & iur. Sed quæ sunt iuris gentiū secundarij, posset interuertere. arg. l. item si verberatum, suprà allegata. iuncta d. le. ex hoc iure. & cùm iubet, vt seruus pro præmio libertatem inuito dn̄o accipiat vt C. in qui. caus. serui. pro pr. libera. Ergo similiter poterit facere de vna ꝓuincia plures prouincias, vel vnā de pluribus, vt iam probauimus, nec ius gentiū per hoc læsum videbitur, quia iure gentiū est, vt gentes sint discretæ, vt d. l. ex hoc iure, nō autem vt in eadē forma discretionis & separationis perpetuò permaneant. Licet Paulus vbi suprà, satis insulse tenuerit contrarium. Sed & si id ius gentium per hoc aliqua ex parte vitiatum videretur, adhuc valeret, arg. d. le. ius ciuile. ff. de iustit. & iure. & quod iam diximus.

Deniq; data paritate terminorū si rectè aduertis, nulla differentia est inter ea quæ sunt iuris gentiū, & ea quę sunt iuris positiui, nā cū causa potest princeps nobis auferrè ea quæ sunt quæsita iure gentiū, non secùs, q̄ quæ iure tantū positiuo quæsita essent. d. l. item si verberatum, cum similibus supra citatis. At sine causa nobis auferre non pōt quę sunt quæsita iure positiuo, non magis, quā si iure gentium quæsita essent. d. §. fi. Instit. quib. mo. testa. infir. cū similib. suprà allegatis, quod intelligēdum de potestate ordinaria.

Vnde infertur declaratio ad l. 1. Tauri, dū ait, E porque al rey pertenece hazer fueros, è leyes, e de las interpretar declarar, y emendar, &c. Quorū verborum sensus est, soli principi fas esse legē male sanā emendare, & corrigere, nō secùs, q̄ eam cùm dubia est, interpretari. Verùm quod de interpretatione dicitur, expeditū est, vt ibi. & l. fi. C. de leg. Quod aūt de emēdatione iactat. caute, parceq; intelligēdū est, vt nō aliter fiat, q̄ adhibita solēni obseruatione, quę in legibus ferendis desideratur, de qua in le. humanū. C. de legib. vt sic ea lex, quæ emēdatione digna uisa est, nō tam ab ipso principe emendata, quā ab alia posteriore lege videatur: quia princeps ius, quod ex legib. publice latis nobis cōpetit, auferre sine causa nō potest, nisi per modū legis ferēdæ. Sine vlla tn̄ causa puto posse principē legē trāgredi, cuius trāgresśio nulli noceret: veluti si pragmaticam, quæ iusśit, ne quisquā in mulabus equitaretur trāsgrederetur, aut quæ iubet ne quisquā vestimentū auro, argēto, ostroue intextū gestaret. huius. n. legis trangresśio nulli in particulari

ticulari damnũ infert. reipublicæ aũt, aut non infertur dãnũ. aut si infertur, cõsiderabile non est. Nõ sic in terminis. d.l. ex imperfecto, cum simi. vbi si princeps ex imperfecto testamento capere vellet, id hęredi legitimo iniuriũ esset.

Iuxta superiora videndũ est, an quod capitur ex sentẽtia, videatur iure gentiũ quæsitũ, & an iure gentiũ ex ipsa sñia vel saltẽ iure ciuili transeat dominium in actione reali: veluti si rei vendicatione contra te egi, & per iniuriã iudicis dñs declaratus sum, an tũc in me transeat dominium eius rei, qua de agitur. Et in hac re cõis op. est dominium transire. Ita tenent. gl. in d.l. ex hoc iure. & gl. in §. fi. Instit. de offi. iud. gl. fi. in l. sunt & aliæ. ff. de publici. gl. in l. Pomponius. §. si iussu. ff. de acquir. possess. sequuntur Dinus, Iacobus de Arena, Guliel. Rainerius, & Oldraldus in d.l. ex hoc iure. Bar. Imo. Alex. Ang. & alij in d. §. si iussu. Iacob. de Arena, Bald. & alij in l. 3. §. item quæri potest. ff. de reb. eorũ. Calderi. & Cardin. in c. proposuit per tex. ibi de consess. prębẽ. Cinus & Iacob. de Arena in l. 1. C. com. vtriusq; iudi. Ias. nu. 43. in d.l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. per text. in l. statu liberi à cæteris. §. quintus. ff. de statu liberis. & d. §. fina. Insti. de officio iud. l. si per errorem. ff. de vsucapio. & ff. de publi. l. eum qui. §. si petenti. & le. cũm putarem. ff. fam. her. & per d. §. si iussu, & per l. Põponius. §. sed si is. ff. de procu. leg. sunt & aliæ. in fi. ff. de publi.

Contrarium tenet gl. in l. exceptio. ff. de except. rei iud. & gl. fi. in l. inter officium. ff. de rei vendi. Brutrig. in d.l. ex hoc iure. Petrus de Bellaper. & Cinus in l. 1. C. com. vtriusque iud. Rainerius & Odofredus in l. possessiões. ff. de ꝓba. Signorolus & Compostellanus in cap. ꝙ sicut. de elect.

Et pro hac vltima parte cõtra cõem facit: quia in actione reali solũ agitur ad declarandũ, non ad transferendũ. le. & ex diuerso. ff. de rei vendica. in §. 1. Et in hunc modum fertur sñia declaratoria. l. Põponius. §. sed & is. ff. de procu. l. sicuti. §. si quæratur. in fi. ff. si serui. vend. sed qui declarat, nil trãsfert, nihilq; agit. le. hæredes palã. §. sed & si notã. ff. de test. ergo ex tali sñia dominiũ nõ transfertur. Secũdò facit quia actus agentiũ nõ debent operari vltra eorũ intentionẽ. l. non oĩs. ff. si cert. pet. sed intẽtio iudicis est declarare, nõ inducere, vel trãsferre, ergo nil transf. arg. l. nunquã nuda. ff. de acq. rer. dom. Tertiò facit, quia qui declarat, nihil dat, sed detegit, & aperit. vt notatur per gl. singularem. in l. manumissiones, vbi per oẽs. ff. de iusti. & iur. l. adeò. §. cùm quis ex aliena. ff. de acqu. rer. domi. §. cũ quis ex aliena. Inst. de rer. diui. ergo iudex in causa rei vẽdicationis dominiũ nõ dat, vel trãsfert, sed tantũ detegit. Quartò facit: quia per traditionẽ, ẽt titulo intercedente, non transfertur dominiũ, qñ ille titulus non est destinatus ad translationẽ dominij, vt plene declarat Bar. in l. 2. in princ. vbi oẽs. ff. si cert. petat. & patet ferè per totũ Institu. quib. modis re cõtrahẽ. obl. & & per totũ. C. & ff. cõmodati & depositi, sed titulus sñiæ non est destinatus ad trãsferendũ dominium, sed tantũ ad declarandũ, ergo per illũ non transfertur dominium. Quintò facit l. 3. §. subtilius. ff. de cond. caus. data. vt inducit Iaso vbi suprà. Sextò facit. le. 1. ff. de arbitris. vbi habetur, quòd arbitria sunt redacta ad similitudinem iudiciorum: sed ex arbitri sententia nunquam transfertur dominium. vt in ca. Rainaldus, extrà. de testamentis, ergo similiter non transfertur ex sententia iudicis.

Rursus pro cõi opinione facit: quia quoties traditione & titulo acquiro dominium qñ non possidebã, toties solo titulo dominiũ acquiro si possideo. §. interdum. Instit. de rer. diuisione. l. qua rõne. §. interdũ. ff. de acq. rer. dominio. Vnde sicut si pronũciatur rẽ esse actoris per sñiam, sequuta traditione vel restitutione rei, actor acquirit dominiũ, ita si pronuntietur reũ esse dñm (cũ possessio sit iã penes eum) debet dominiũ acquirere. Ad difficultatẽ Bar. dic, ꝙ eadẽ etiã difficultas vertitur in actore, & ad vtranq; difficulta. responde. vt per Ias. in d.l. ex hoc iure. nu. 45. Ex cuius sol. infertur, ꝙ verè non transfertur dominiũ per sententiam, sed nec etiã fictè: est tamen pro victore pręsumptio iuris, & de iure, contra quã non admittitur probatio. Vnde victus per iniuriam iudicis adhuc remanet dñs, licèt se dñm probare non possit. na oĩs probationis authoritatem vincit authoritas sententiæ, quæ est pro victore: victus ergo dominium habet, licèt dominij probationem nõ habeat. arg. l. duo sunt Titij, de testa. tut. Hinc infertur, ꝙ cùm cõtra præsumptionem iuris, & de iure admittatur probatio per confessionẽ partis (gl. vbi per docto. in l. siue possidetis. C. de prob. & gl. app. in l. in contractib. in prin. C. de non nu. pecu.) si victor confiteretur rem victi fuisse, statim rei vendicatio victo cõpeteret, at si dominiũ esset apud victorem, certè per talẽ confessionem non cõpeteret victo rei vendicatio, nec. n. sufficiens esset ad re transferendũ dominiũ in victũ. vt le. traditionib. C. de pact. & sic vides, ꝙ tenendo Ias. istam sol. tenet contra cõem opi. Sed retenta cõi, ad oppositionem respon. secundum Alexã. in loco suprà allegato. s. ꝙ etiam ex sententia declaratoria potest transferri dominiũ, & licèt ipse non probet, ego probabo. Et premitte, ꝙ licèt actus agentiũ non debent operari vltra eorũ intentionem. d.l. non oĩs, si cert. pet. fallit tamen, qñ etiam secundum intentionem agentiũ non posset quicquã operari, nisi & vltra operaretur. l. illud. de acq. hær. ff. Item actus agentium nõ potest operari contra eorum intentionem. i. contrarium effectum eius, quod intẽditur. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. fallit tñ, qñ non possunt contra contrahentis voluntatem operari, nisi & contrariũ operentur & sic inducta ad diminutionẽ, operantur augmentum, qñ diminutionem operari non possunt, nisi & augmentum operentur. le. deniq;. §. interdum. ff. de pecul. leg. Modò sic qñ iudex declarat rem ad petitorem pertinere, vt talis declaratio vera sit, prout esse debet. iuxta. leg. res iudicata. de reg. iur. ff. oportet ꝙ dominium in petitorem sit translatũ: nam aliàs non esset vera declaratio iudicis dicentis rem ad petitorem pertinere, nisi in cũ esset dominium translatũ. Licèt ergo eius. s. iudicis intentio principaliter fuerit declarare, tñ in necessariam cõsequentiam (vt eius declaratio vera sit iuxta. d. le. res iudicata.) oportet disponere. i. dominium trãsferri: vnde actus agentium vltra eorum intentionem extenditur ad id, quod est necessarium, vt in quæstione nostra, & in d. le. illud. Nec mirũ, cũ non modo vltra intentionem, sed & contra intentionem agentis qñ aliàs dispositio nil operaretur extẽdatur actus, vt d. §. interdum. Et sic vides, ꝙ (prout Alexan. aiebat) nil repugnat, quin ex sententia declaratoria dominiũ trãseat, imò est necessarium ad veritatem declarationis, quã verã esse necesse est. d.l. res iudicata. Præterea lex potest facere, vt acquirã dominium sine traditione. l. fin. C. de sacrosan. eccles. l. à Titio. ff. de furtis. l. cùm hæredes. ff. de acqui. pos. at sentẽtia iudicis, quæ transiuit in rem iudicatã, habetur pro lege, & ius facit ĩter partes. l. res iudicata, de reg. iu. modò sic lex vult, vt sententia iudicis. i. iudicis declaratio, sit ipsa veritas l. res iudicata. vera autem sñia vel declaratio esse non potest, nisi prius transeat dominium. ergo prius (saltim attento ordine intellectus, & pariter attenta veritate) transibit: quia qui vult consequens) scilicet veram esse declarationem,) videtur velle antecedens necessarium, scilicet translatum esse dominium in eum, ad quẽ rẽ petitam pertinere declaratum est) nam nisi dominium pariter trãseat in victorem (& prius attento ordine intellectus) declaratio vera esse non poterit, ergo, &c. arg. d.l. illud. Vnde ad rationem illam, actus agentiũ non potest operari vltra eorũ intentionẽ. Respon. ꝙ illã operationẽ inducit lex in necessariã consequentiã præter intentionẽ iudicis. Vnde infertur, ꝙ si pronunciaui ad petitorem rem petitã pertinere, statim in eũ transit dominium, etiã ante restitutionẽ. At si pronuntiaui ad possessorẽ pertinere, in eũ statim trãsit dominiũ rei ad petitorem pertinentis duplici rõne, vel ꝙ iam habebat possessionem, & modo accedit titulus: vel ꝙ licèt possessionẽ non haberet, adhuc dominiũ transferretur ad veritatem declarationis, ꝙ si reus simpliciter absolueretur, in eum (vt ait Ias.) non trãsiret dominium. per l. si pro fundo. C. de transact. Aduerte tamen, nam attenta huiusmodi

huiusmodi opinione dum dixi, sententiā pro petitore lata in eum (vt vera sit declaratio iudicis) transire dominium, nam secundū hoc idē esset dicendum, etiā si res ad possessorem non pertineret, sed ad alterum, quod est contra.le. Pompo.§.si iussu.de acq.pos.l.sunt & aliæ, de publi.in rem act.vbi non transit dominium, sed vsucapiendi, cond.Respon.ꝙ tenet & procedit opin.inter eos, inter quos sentētia facit ius, & habet vim legis: secus inter eos, quos non ligat, vt sunt alij præter litigatores, quia inter eos non facit ius & per hoc eis auferre suum non potest.l. non debet, de iureiu.per totum.C.res inter alios acta. Facit tamen quale quale præiudicium: quia si ante sententiam res mea sine titulo possidebatur, modò incipit titulo possideri, & potest præscribi.d.§.si iussu.d.le.sunt & aliæ. Quod sententia faciat ius inter partes, adde le.pen.ff.eod.titu.de iust. & iure.

Præterea pro cōi faciunt oēs leges, quas in princi.huius quæstionis adduximus, præsertim.d.le.statu liberi à cæteris.§.quintus.ff.de statu libe.licèt re vera ille tex.sit corruptus, vt eius sensum satis certū nullus vnquā cōprehendere possit: licèt videatur velle, ꝙ is cui libertas sub conditione, si decē hæredi dederit, relicta est, licèt hæredi testamētario dare iussus videatur, tñ pōt dando hæredi legitimo, pro quo snīa lata esset, libertatē consequi, quasi conditionem implesse videatur, quia hæres idē significat, quod dñs.§.fi.Inst.de hær.qua.Nec refert hęres quis sit ex testamento, an vero ab intestato, quia vtroq; casu hæres videtur dñs hæreditatis, & hunc sensum testator habuisse videtur, vt dño hęreditatis daretur. Sed & si per iniuriā iudicis pro legitimo hærede cōtra hæredē scriptum snīa dicta esset, adhuc in eius persona, qui vicit, cōditio impleri posset, vt innuit ille text.rectè intuenti, quo casu, vt ego interpretor, conditio reuera impleta non est, licèt impleta videatur ex legis interpretatione: sicq; ibi sententia reuera dominiū nō trāstulit, licèt trāstulisse quidā falso putauerint: & quo ad iuris effectū perinde habeatur, ac si translatum fuisset dominiū. Neq; ad rem pertinet, ꝙ regulariter cōditio sit implenda in specifica forma.l.Mæuius.l.qui hæredi.ff.de condi.& demon. vnde videtur non posse impleri, nisi in persona veri hæredis, qualis est ille, qui obtinuit, & pro quo snīa dicta fuit. Nā certè etiam æquipollentur impletur sæpe conditio. vt si relinquatur pupillo, satisfiat dādo tutori: si furioso, satisfiat dādo curatori ipsius, & sic de similibus, vt latè habentur per Bart.& oēs in le. Gallus.§. & quid si tantum col.2.ff. de libe.& posthu.

Et deniq; hanc sequor partem, vt putem per sentētiam in rei vendicatione non transferri dominium.

Retenta tamen communi opinione, quæ habet, dominium transferri, tunc id dominium sit iuris gentiū, an verò iuris ciuilis, & per hoc an nobis possit auferri, dic, vt in similibus casibus superius disseruimus.

1 *Testamentum duplex.*
2 *Testium numerus qualis in testamento esse debeat, & an sit de solennitate formali, an probatoria tantum, noua opi. & declaratio.*
3 *Consensus in contractibus & vltimis vol. pro substantia vel materia est, cui forma accedit.*
4 *Forma deficiente, dispositio etiam iurata non valet eo modo, quo agebatur, cum communi.*
5 *Formæ amissio vitiat omnem dispositionem.*
5 *Forma omissa, valet actus eo modo, quo potest de voluntate agentium.*
6 *Testamentum minus solenne potest impugnari sine peccato, cum Ias. & communi contra Abb.*
7 *Leges inducentes testamentorum solennitates iustæ sunt, cum communi.*
8 *Lex iusta præsumitur, cum communi.*
9 *Testamentum minus solenne obligat in foro animæ hæredem, qui certò scit volun. defuncti, cum Ripa contra Couarru.*
10 *Hæres scriptus in minus solenni testamento si possideat, tenetur bona restituere legitimis etiā in foro animæ, cū cōi.*
11 *Hæres scriptus in minus solenni testamento, qui certò scit illam fuisse testantis voluntatem, nō tenetur ea bona restituere legitimis in foro animæ, contra communem.*
12 *Hæres non conficiens inuētarium non tenetur legatarijs vltra vires in foro animæ, cum communi.*
13 *Legatarius non potest retinere legatum relictum in minus solenni testamento, cum Couarru. contra communem.*
14 *Minus solenne testa. non patrocinatur legatarijs non magis, quàm hæredibus. cum Couarru. contra communem.*
15 *Hæres scriptus in minus solenni testamento etiam in foro animæ non potest hæreditatem retinere, cum communi contra alteram communem.*
16 *Legatarius qui furatur rem, quæ minus solenni testamento relicta dicitur non est tutus in foro animæ, cum Couarru. contra Bald. & alios.*
17 *Legatarius rem, quæ minus solenni testamento dicitur legata, per denunciationem euangelicam consequi non potest, cum Couarru. contra communem.*
18 *Testamento minus solenni reperto, potest esse tutus in foro conscientiæ tam legitimus hæres, quàm etiam scriptus, contra Couarru.*
19 *Conscientiæ foro tutus est legitimus retinens hæreditatem relictam testamento, quod licèt erat solenne inspecto iure communi, non tamen habebat solennitatem à sua ciuitate additam, cum communi.*
20 *Testamentum tribus tantùm testibus vt valeat statuto edito etiam à ciuitate, quæ recognoscit superiorem induci potest, cum communi, contra quàm plures.*

1 QVo ad quintū dicendū ēt est, ꝙ testamentū est † duplex: quoddā.s.est testamentū nuncupatiuū, quoddā in scriptis de quibus propè disserimus. Sed & quodāmodo tertiū genus testamēti possemus cōsiderare, de quo loquitur.l.licet.C.de pact. Qua rōne quartū quoq; genus testamenti possemus intelligere, de quo traditur in l.fi.C.fam.her. & in l. hac cōsultissima.§.ex imperfecto.C.de testa. Sed hæc oīa mō prętermittēda sūt suo loco examināda, quia plurimū habet specialitatis. & vid.l.1.tit. delos testamētos.6. parti.

Quo ad sextū, nēpe vnde descendat testamenti factio, hoc ē, vtrū ex gratia, an ex iustitia facultas testādi lege positiua hominibus data sit, verior est snīa existimantiū, non tā ex iustitia & iure debito coactoq;, q̄ ex gratia, indulgētia, & benignitate, seu humanitate id quasi beneficij loco datū fuisse. Ita firmāt Guliel. Bened.in c.Rainutius, de testa.in verb.testamētū.1.nu.5. Ita ēt sentit gl.secundū eundē in l.illa institutio.ff.de hær.inst. Tenet expressim Abb. in rub.de testamētis, per Rolādi.& eius additiones in trac. de testa.in prin. Paul.Cast.in l.1.in princ.ff.ad leg.falci.per text.ibi Christophorus & Ias.in prin.Inst.de testamentis. Mouētur: quia mors oīa soluit.in auth.de nup.§.deinceps. Nec refert, vtrū actus fiat tempore prohibito, an verò hat tēpore permisso, si eius effectus in tēpus vetitū cōfert.l.1. l.quod spōsæ.C.de donat.ante nup. Vnde cū effectus testamēti cōferatur post mortē testantis, eoq; demū moriēte cōfirmetur testa.c.cū Marthæ.de celebra. missarum.le.4. ff.de adim.leg.l.filiū.§. sed cū exhæredatio.ff.de bon.poss. cōtra tab.reliquū est, vt inspecta stricta & coacta ratione, non debere valere concessio rerū suarū, quā testator confert post tēpus vitæ suæ, quo tēpore carū rerū dñs futurus non erat: non magis q̄ valeret concessio, quā quisq; de rebus alienis faceret, quarū olim dominium habuisset. Hinc dixit gl.not.in §.his omnibus. 8.q.1. ꝙ Papa successorem sibi eligere non potest, quia electio talis conferretur in tēpus, quo Papa iam esse desijsset.

Vnde mirari soleo, cur per le.4.Tauri.vltimo etiā sup-

plicio

plicio damnatis data fuerit testandi facultas. Nã si hæc facultas competit ex gratia & beneficio legis meritò negãda esset hominibus impuris,perfidis, facinorosis: præsertim cũ supersint hæredes legitimi,quorum successio iusta est.l.3.§.fin.ff.pro socio.sed adhuc.d.le.4.habet vim legis: quia potuit habere honestum finem, vt afflictis nõ addatur afflictio.arg.eorum quæ docemur in §.2. numer.8.

Hinc etiam defendimus,successionẽ nostrã liberis non deberi iure naturæ cum cõi opinione cõtra alteram communem, vt disseruimus in §.20. nu.293. quod iure regio expeditũ est, vt in l.2.& l.4.tit.1.lib.5.ordi. secundũ quod nos interpretamur vbi suprà.ad idem.l.1.titu.6.lib.5.ord.

Deniq; si parentum quispiam in quempiam liberorum immensam dotem, aut donationem simplicẽ,vel propter nuptias contulerit, redigitur ad suã mensurã, habita rõne temporũ,de quib.in l.29. Tauri. ꝙ si ex causa vltimæ voluntatis inofficiosus extiterit, similiter ad legitimũ modũ mensuramq; ea dispositio reducitur,vt in l.quoniã in prioribus.& in l.omni modo.& in le.scimus.§.cùm autem.C. de inoffi.testa. idq; inspecto iure & foro contentioso.Sed quo ad forum conscientiæ dubiũ esse solet, an tutus si parens,qui talẽ donationem, dotem, institutionẽve inofficiosam fecerit cũ effectu: quia reliqui liberi,quibus iniuria illata fuit,imperitia fortè,aut impotentia tacuerunt.Et magis est,vt talis parens tutus nõ sit in foro aïæ, quia cùm (secundũ nostrã sñiam quam tuemur) testandi facultas veluti ex gratia & dispẽsatione morietib.data fuerit,legis formã hac in re nõ trãsgredi possunt, quin iniurij extitisse videantur ijs, quibus ea bona lex pollicetur & si gratia & dispensatione à lege data iuxta ipsius legis concessionẽ non vtantur,superest,vt reperiantur in terminis & casu prohibitionis, sicq; nullo iure vni concesserint id, quod lex alteri pollicebatur,nec dubiũ est, quin iustior potientiorq; sit concesso legis hoc in casu,quã hominis.arg.le.3.§. de illo. ff.pro socio.præsertim cũ lex iusta præsumatur.c.erit autẽ lex.4.dist. dixi plenè suprà.§.1.nu.8.legisq; sit summa potestas.l.prospexit.ff.qui & à quib.dixi in §.3.num.1. legiq; oẽs obedire teneantur.l.1.& 2.ff.de legib. obligatq; in foro aïæ secundum Bar.& alios in l.si quis pro eo.col.4.ff.de fideiuss.dixi suprà.§.1.nu.26.Ergo qui legẽ transgreditur, præsertim in re sui natura vetita,& quę infert damnũ tertio,is in foro aïæ tutus esse non potest. Vnde in terminis d.l.29.vix est vt parens peccasse non videatur, cũ ex proposito inofficiosus fuit. Vnde miror, & doleo,ꝙ tã temerè id parentes admittunt in certum indubitatumq; animarum suarum periculum cogita,quia non firmo.

In summa licèt dispositio testatoris pro lege habeatur. auth.de nup.§.disponat.l.in conditionib.primum locum. ff.de cond.& dem.vnde in casibus innumeris recedimus à legis dispositione ex voluntate testantis,siue illa tacita sit, siue expressa,tñ testator,qui liberos habet,pro aïa expendere,aut in extraneos prҽter quintam bonorum suorũ partẽ nihil potest: quod adeò verũ est,vt licèt expressim contrarium iusserit,id præceptum seruandũ non sit.l.30.Tauri. Quod inde effluxisse intelligo(& hoc expendimus)ꝙ testandi facultas ex gratia & dispensatione legis positiuæ descẽdit,quę dispensatio cũ hac in re sit limitata,vltra terminos dispẽsationis prosilire nulli licet,cum sit de genere eorum, quę olim vetita erant, cũ sola legitima,non etiam testamentaria successio in vsu erat secundum nostras sententias, quas tuemur.

Vnde si à defuncto cuiq; testandi facultas data sit, quæ quidẽ facultas per l.31.Tauri variè restricta est, isq; egrediatur terminos permissionis legalis, nõ dubito, quin si is huius legis non ignarus id fecerit, peccasse videatur tunc, ꝙ legibus,principibusq; non obedire nefas est le.1.& 2.ff. de legi.l.veluti.ff.de iust.& iur.c.2. de maio.& ob.Bar.in l. si quis pro eo.col.4.ff.de fideiuss. tum ꝙ iniurius existit erga eum, cui adimit, quod in aliũ nullius iuris authoritate, quinimò lege reluctãte transfert tum etiam,ꝙ facultas testandi est de genere prohibitorum per mediam personã.l. captatorias.C.de mil.testam.le. captatoriæ.ff.de leg.1. nisi in casibus dispensatis, vt d.le.31.Tauri.cuius terminos qui egreditur, remanet in terminis prohibitionis præsertim cùm secundum sententiam quam tuemur, testandi facultas ex gratia & dispensatione descendat,quæ cessat hoc casu. Et ita etiam intellige.l.32. Tauri.

Cũ ergo veluti ex gratia & dispensatione id concessum fuerit hominibus,admonendi sumus,id beneficiũ hoïbus meritò cõcessum fuisse. Nã cũ olim post mortem cuiusq; eius bona vacare cepissẽt, essentq; nullius in bonis,& per hoc occupanti cõcederentur, inde vero simile est,in familiam cuiusq; morientis,vtpote vacantẽ,multas fieri solere rapinas,violentias,tumultus,incursiones,quarũ calamitatum vitandarum causa remedij loco certi legitimiq; successores cuiq; morienti per legem designati fuerũt,prҽter quos nulli ius erat in familiã cuiusq; moriẽtis pedẽ inferre.

Vnde aliud malũ defluere cœpit,vt quisq; pessimus,impius,sceleratus vitę illius insidiaretur, cuius post mortẽ ad se pertinere hęreditatẽ iure legitimo intelligebat, vt probatur arg.tex.in princ.Inst.de testa. facit in simili tex.in §. fin autẽ quis formidolosus.Inst.de pupi.Ergo vt huic malo cõsuleretur medereturq;, remedij loco testãdi potestas à lege hominibus data fuit,sicq; hæc dispensatio nõ temerè nobis à lege,sed iustissima causa data fuit contra regulas iuris communis,quæ omnia latius disseruimus suprà in illa quæstio. quare fuerint inuentæ successiones tam legitimæ, quàm testamentariæ.

Et quia multa variaq; requisita ad testamẽti perfectionẽ & consummationẽ desiderantur, quæ infrà lib.sequẽti plenè enumerabuntur, inter quę amplus numerosusq; testiũ conuentus requiritur, varieq; in multis articulis hac in re controuersum sæpe fuit, ideo aduertẽdum est, quòd.

Imprimis requiritur in testamentis solennis testiũ nu-
2 merus,hoc est † septem testiũ interuentus,vt in l.hæredes palàm,in prin.ff. de testa.& in l. hac consultissima.C.eo.ti. & in fi.prin.Inst.eo.tit.& in l. hac consultissima.C.qui testamenta facere possunt,& in le.1.tit.1.par.6.Id quod aliqua ex parte immutatum est per l.1.tit. de los testamẽtos. lib.3.fori.& per l.3.in legib.Tauri.Idq; intelligitur dupliciter.Primò in testamento in scriptis, vt dictis legibus.Deinde etiam in testamento nuncupatiuo, vt in d.l.hac consultissima.§.per nũcupationem.C.de testa.& §.fi.Inst.eo. tit.& d.l.hæredes palàm,in prin.& d.l.1.tit.1.part. 6.& est indubitata sñia,vt tradunt oẽs doct.in dictis locis.& consuluit Corneus consi.77.nu.1.li 1. & idem Corneus consi. 161.libr.2.nu.3.& Parisi.consi.19.nu.3.libr.3.& ibidẽ nu. 4.per Dida.de Couarru.in c.Rainutius.§.1.nu.6. de testa. & per Corne.consi.266.nu.7.libr.4.& testator, qui voluit suam voluntatẽ manifestã non esse, præsumitur voluisse facere testamentũ in scriptis.Ita tenet Pau.Paris. consi.19. in prin.lib.3.& Cynus & Pau.de Cast.in l.hac consultissima.§.per nuncupationem.C.de testa. & Soci.consil.142. Reue.Pater.col.1.lib.1.& consi.173.libr.2.& Corne.in d. §.per nuncupationẽ.& Soc.in l. si ita scripsero.ff.de cond. & dem.Paul.Cast.in l.hæredes palàm,in princ.col.2.versi. cõtrarium dic.ff.de testa.quos refert Parisius vbi suprà.ex cuius relatione hæc videtur cõis opi.& traditur per Rolãdinum in tract.de testa. in rubr.34. Illud autem dubiũ est vtrum hæc solẽnitas testium probatoria esse intelligatur, an verò formalis,est.n.longa differentia inter solẽnitatem substantialem & formalem in testamentis,vt docet Alcia. c.6.lib.1.parad.& differt similiter à solẽnitate probatoria, vt per eundẽ,& per Aret.in l.1.ff.de testa.Qua in re sciendum est receptiorem esse sententiã, ꝙ testamenti solennitas, quæ consistit in interuentu & solenni testium numero,dicitur esse substantialis,& non probatoria dũtaxat.Ita tradit Bar.in l.nemo potest.ff.de leg.1.Alex.in l.1.col.2.ff. de cond.indeb.Deci.in l.2.C.de bono.pos.secundum tab. col.3.Alber.Brun. in tract.quotuplex sit forma.fol.3.col. 5.vbi firmat hãc esse cõem opinionem quam sequitur,& etiam dicit communem opinionẽ Franc. de Ripa. in d.le. nemo

nemo potest,nu.27.ff.de lega.1.Areti.in d.l.nemo potest, col.2.Ias.nu.17.in l.1.ff.de cond.indeb.Bal.in l.cum quis, col.2.C.de iuris & fact.ignor.Ias.in d.l. nemo potest.ff.de leg.1.nu.17.in lectu.1.& nu.21.in 2.lect. Contrariã sentẽtiam tenent Bar.in l.1.ff.de condi.indeb. idem Bar.in l.cũ quis.C.de iuri.& fact. ignoran.Areti.in d.l. nemo põt.Bal. in l.1.col.9.C.de sacrosf.eccle.Io.Crotus in d.l.nemo põt, co.6.ff.de leg.1.nu.11.& Ripa vbi supra, nu.27.cũ pl.seq.

Pro cõi opinione, vt sit de solẽnitate formali, in primis facit tex.in l.si quis legatum, in 2.respon.ff. de fals.vbi si testamentum non fuerit septẽ testium signatum signis, non dicitur testamentum,& ideo qui in tali testamento legatũ sibi adscripserit,non punitur pœna falsi, vnde videtur talẽ solennitatem esse substantialem,cum ea cessante testamẽtum cesset,nec possit dici testamentum. Sed ad illum tex. responderi potest, quòd ibi defuit solennitas probatoria, quæ consistit in numero testium, & defuit similiter solẽnitas substantialis, quæ consistit in voluntate testantis, vt in l.si quis cum testamentum.ff.de testa.nã remota & cessante probatione, voluntas quoq; testatoris, in qua testamenti substantia sita est,defecisse videtur,quia non existẽtia & non apparentia à pari procedunt, vt in l.duo sunt Titij.ff.de testa.tutel.& in le.ea le.ff.de contrah.empt.& in l. ita stipulatus.ff.de verbo. obliga.

Deinde pro cõi adducitur tex.in l.si vnus.C.de testam. vbi per interuentum sex testium non firmatur testamentum,non magis, q̃ si vnus testis tãtum, aut alter interfuisset,& tñ sex testes sat superq; esse videntur ad probandam testatoris volũtatem. Sed & id parum vrgere videtur,quia inspecta legis censura & interpretatione,per interuentum sex testium voluntas testatoris non videtur probata, non magis,quàm si testis vnus aut alter tantum interfuisset.

Tertiò adducit̃.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C. de testa. vbi si solennis numerus testiũ aliqua ex parte deficiat,apponitur clausula irritans & annullans ipsum testamentum, diciturq; tale testamentum fore nullius momẽti:quod non videretur dicendum,si sola probatio non etiã substantia testamẽti deficeret. Nam vt forma dat esse rei, vt in l.Iulia.§.sed si quis.ff.ad exhib.ita quoq; testium numerus formam testamento dare videtur. quandoquidem testamentum ad nihilum reducitur,solenni testium numero deficiente, non aliter, atq; si forma testamẽti deficeret. Sed & huic argumento respõderi potest parum obesse,cũ procedat ex defectu volũtatis testatoris præsumpto: nam remota probatione,voluntas quoq; testatoris presumptiuè remota intelligitur ex legis interpretatione.

Quartò pro cõi arguitur sic.Definitio demõstrat essentiã rei.l.1.§.dolo.ff.de dolo, sed testamẽtum est iusta sententia,hoc est,perfecta & solẽnis, vt in le.1.ff.de test.ergo voluntas non solennis non est iusta, & consequenter non est testamentum.Sed Fran. de Ripa facilè de hoc argumẽto expedit sese,quia verbum,iusta,positum in d.le.1.recipit varias interpretationes, vt per glo.& omnes ibi,vt latè disseruimus in definitione testamenti suprà. Nos aũt perfectius respondemus,quod etiam si ingenuè contrariũ fateremur,parum obesset: quia licèt nõ valeret testamentũ iure testamenti,sat esset, si volũtas testatoris sustineretur. Nam in terminis.d.§.ex imperfecto. & in l.fi.C.de fa.herci.vehementer cõtrouersum est,an testamentũ iure testamenti sustineatur, an vero vt vltima voluntas in genere.

Quintò adducitur tex.in prin.Inst.de hęred.ab intesta. & in le.iubemus.C.de testa.Sed responde vt suprà,ꝙ procedit ex defectu voluntatis testatoris præsumpto.

Sextò arguitur,ꝙ si cõis vera non esset, sequeretur absurdum:vt si legitimi hęredes faterentur vera esse cõtenta in minus solenni testamento,tunc excluderentur admisso hærede scripto.Sed hoc absurdum nõ esset, secundũ eos, qui contra communem contendunt permissum esse.

Postremò adducitur text.in le.dictantib.C.de testa.ibi, ad efficiendam voluntatẽ testibus adhibitis, vbi voluntas, testamentumue factũ non videtur,si deficiat testiũ solennis numerus. Sed certè sensus illorũ verborum est,quòd per interuentum testium volũtas testatoris efficiatur perspicua,certa, & indubitata.

Pro parte negatiua,& sic contra communẽ, vt solennitas testium sit probatoria,& non substantialis,facit,quia si substãtialis esset, tũc ex testamẽto minus solenni nõ proficisceretur obligatio naturalis, & tñ naturalis obligatio nascitur ex testamento etiã imperfecto, secundum cõem opinionem,quã tenent & dicunt cõem Ias.in l.interdum. nu.4.ff.de cond.indeb. & Philippus Corne.consi.137.nu. 3.lib.2.& Dida.de Couarru. in c.cum esses,de testa.nu.5. tenet gl.in l.1.ff. de cond. indeb.gl.in l.si post diuisionẽ.C. de iuris & fact.ignoran.gl.Iacob.Butri. Bart.Ange.& alij, licet Bal.ibi variet in l.cum quis.C.eo.titu.licèt ibi Fulgosius & Pau.in contrariũ inclinent. Imol.in c.fi.de solu.Bal. in l.fi.C.ad l.falcidi.& Iaso in d.l.cũ quis, nu.13.firmat hãc esse communem opinionem, faciunt quæ traduntur per Abb.in c.quia pleriq; de immunita. ecclesf.& per eundem in c.1.de in integr. resti.Bart.in tract. minoricarũ. c.3.Ias. in l.si non sortem,in prin.ff. de condi.indeb. nu.4.Ias.in l. si pacto quo pœnam,nu.6.C.de pact.vbi firmat hanc esse commu.opin. sequitur & dicit com. opin.Corneus.in l.2. post Bal.Bene.de Plumb. Fulg.& Paul.ibi.C.de fideicom. idem Corneus in l.si veritas,eod.ti.l.31.ti.4.par.5.Sed hoc fundamẽtum parum me mouet: quia illa communis opinio vera non est, vt latè disseruimus suprà in illa quæstione,Quo iure fuerit inuentum testamentum, illatione.19.

Deinde cõtra cõem adducitur tex.in le.fi.C.de fideicõ. & in §.fi.Insti.de fideicõ.hæredi.vbi expressum est,volũtatem testatoris seruãdam esse,quando per confessionem, vel iuramẽtum hæredis agnoscitur, & apparet,licèt testamentum non haberet numerum testium solennem.

Tertiò adducitur d.l.fina.C.de fideicom.& dictus.§.fi. Insti.de fideicom.hęred.quatenus expressum est,nimiam exactissimãq; solennitatẽ in testamẽtis desiderari propter euitãdas falsitates,& sic non ad substantiã, vel essentiã rei, sed tantũ ad probationẽ:sicq; non ad formã vel substantiã inducendã,sed ad id, quod inductũ est, detegendũ, declarãdũ, & aperiendũ,qui.n.declarat,nihil denuò inducit,sed id, quod inductũ est, manifestũ facit, vt in l.hæredes palã, in §.1.ff.de testa.pulcher tex.in l.adeo.§.cum quis ex aliena.ff.de acq.rer.dom.& in §.cũ ex aliena.Inst.de rer.diuis. notat glos. in simili in l.manumissiones.ff.de iusti.& iure.

Quartò adducitur vltra oẽs tex. in leg.1.ff.de liberis.& posthu.vbi pro forma exhæredationis desideratur, quod exprimatur nomẽ,prænomẽ,& cognomẽ eius,qui exhęredatur, & tñ si nomẽ tantũ exprimatur,exhęredatio valere nõ desinit, vt probat tex.ibi secũdũ cõem intellectũ, quẽ sequuntur Accursius,Alber.Gofred.Bar. Bald.Ange. Imo.Cuma.Paul.Aret.Alex.Soci.Ias.& reliqui scribentes ibi.Quia omissio solennitatis,quę desideratur ad demonstrationẽ alicuius rei,nunquam vitiat dispositionẽ, si de re illa possemus esse certi citra interuentũ illius solennitatis. Sic & in specie nostra, cũ solennitas testiũ, vt oẽs oĩno fatentur,ad solã demonstrandã testatoris voluntatẽ desideretur,si de eius volũtate aliter possimus esse certi, omissio istius solennitatis non nocet.Facit tex. in le.certũ.ff.si cert. petatur,& in le.1.§.fina.ff. de dote præleg. vbi rei satis demõstratæ frustra adijcitur altera demõstratio.Et hæc pars tenẽda est,tum ꝙ in puncto iuris sit verior: tum etiam,ꝙ longe ęquior est:postremò, quia illa pars sequenda est,per quam sustinetur testamentum.l.si pars.ff.de inoffi. testam.

Deniq; cõsidera, vt aliqua ex parte sustineatur cõis opinio,aliud esse solennitatẽ substantialem, aliud solẽnitatem formalem,aliud solennitatem probatoriã. Nã & in oĩbus
3 contractibus † consensus contrahentiũ pro substantia est. Patet,quia desideratur non solũ in contractibus,qui celebrãtur cõsensu,vt in l.cõsensu.ff.de act. & obli.& in prin. Insti.de oblig.ex cõsensu, sed ẽt desideratur in reliquis cõtractibus, qui celebrantur re, verbis, vel literis, vt nominatim probatur in l.obligationũ, substantia.ff.de act.& obli. & in

& in l. an inutilis. ff. de accep. Etenim consensus & volũtas loco substantiæ vel materiæ est, sine qua fieri nil põt: nam ex nihilo, vel ex nulla materia nihil fit, secũdũ Philoso. vt in l. sed si manente. ff. de precar. vnde in quacunq; dispositione si defuerit consensus & volũtas, nulla dispositio formari põt, non magis, quàm si vasa argentea formare contendas absq; vlla argenti materia: prius. n. esse debet materia & substãtia: deinde sic quæri, an ex illa substãtia seu materia formã aliquã effingere & conflare velis, vt sic forma accedat ipsi substantiæ & materiæ, & cum in cõtractibus consensus pro substantia sit, si consensu accedat forma & solennitas verborũ, dicemus formatam esse obligationem verborum. i. stipulationem d. l. consensu. in pri. l. 1. in prin. & §. 1. Inst. eo. Quod si accesserit forma literarum, dicemus contractã, & ex illo consensu formatam esse obligationem literarum. Et sic debet intelligi text. in leg. consensu suprà alle. ibi, nec proprietas, & in prin. Instit. de literarum oblig. & in leg. contractibus, in princip. ff. de non num. pec.

Quod si accesserit res corporea, quale est ĩ mutuo, deposito, cõmodato, & similibus, tũc dicemus formatã esse obligationẽ, quæ re cõtrahatur. Et ita intelligitur totus titulus, quibus modis re contrah. oblig. Inst. vt in omnibus his casibus deficiente cõsensu, compertum, indubitatum, expeditumq; habeamus formam accedẽtem nullius fore momenti, non magisq; prodesse, quã si re vera non interfuisset, licet isthæc pauci percipiant. Sic ergo & in specie nostra consensus & voluntas testatoris loco substãtiæ vel materię est, sine qua fieri aut formari nihil potest: non solùm si abscesserit certo & indubitanter, sed etiam si præsumptiuè. Hinc est, quod testa. quod oẽm solennitatẽ, omnemq; formã exactissimè habuit, adhuc tamẽ nihil valet, si aliud testa. pręcedat habens clausulã derogatoriam: quia pręsumptũ est in posteriore testamẽto nõ affuisse testantis voluntatem, quæ pro substantia & materia est le. si quis in principio testamẽti. cũ ibi latè traditis per Bart. & moder. ff. de leg. 3. le. si mihi & tibi. §. in legatis, vbi latè per Barto. Alex. Ias. Zasium, Imolã, Paul. Aret. Rom. & alios. ff. de le. 1. Quod & in innumeris alijs exẽplis supra probauimus. Vides ergo quæ sit solennitas substantialis. quæq; formalis. Nã similiter si forma dispositionis deficiat, actus perit. vt in l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. obli. per rõnem legis. Iulia. §. si sed si quis. ff. ad exhibendũ. Solennitas aũt probatoria qualis sit, nullus ignorat. Nam si probatio deficiat, frustra, inanè, otiosumq; fuerit adfuisse solennitatem tã substantialẽ, q̃ formalem, arg. le. duo sunt Titij. ff. de testam. tutel.

Modo sic in testamentis volũtas testatoris est pro substãtia, & materia, vel causa efficiente: institutio hęredis est
5 pro forma. l. 1. §. fi. ff. de vulg. l. 1. ff. de hær. inst. §. ante hæredis. Inst. de lega. l. proximè. ff. de his quæ in testamẽto delẽtur. numerus testiũ: & ꝙ sint masculi, nõ fœminę, & ꝙ sint puberes, non impuberes, ꝙ sint ingenui, non serui, ꝙ non sint hęredes scripti in eodẽ testamẽto, vel filij, vel parentes hæredũ: ꝙ similiter fuerint rogati, non fortuiti ꝙ subscripserint: ꝙ signauerint testamentum, ꝙ adfuerint toto tẽpore, quo testa. conficiebatur: hæc omnia ad solennitatem sapit: nisi malis dicere, quòd sapiat solennitatem formalem, non secùs, quam hæredis institutio.

Ergo in testamẽtis varię causæ considerari possunt, nẽpe causa efficiens, causa substãtialis, causa materialis, causa formalis, causa probatoria. Testator est causa efficiens. Testamentũ nõ nascitur, vel creatur, sed fit. Voluntas testatoris est causa substãtialis: nã licèt proponas testamentũ ritè factũ esse, si tamen deficiat volũtas testatoris, quia per errorem fecit, vt in l. fi. ff. de hær. inst. vel per prius protestatus fuit cum derogatione voluntatis, vt si præcesserat test. habens clausulam derogatoriam, tunc sequens testa. vt poste voluntate destitutum, nullius momenti est. Bona testatoris esse intelliguntur pro causa materiali, nam si in rebus expressim alienis te hæredem scripsi, & præterea neminem, tunc testa. nõ valet, quia nec illas res alienas habebis neq; tali institutioni rerum alienarum res vniuersæ meæ accedent iure accrescẽdi, argu. l. si Titio. ff. de vsufruct. Et de his causarũ generibus tradit Plutarchus in lib. de placitis philosophorũ. Etenim ius accrescendi eo quodãmodo tẽdere videtur, vt res, qua de agitur, perfecta reddat, suisq; numeris absoluta & consummata: ideoq; dictũ est ad similitudinẽ alluuionis ius accrescẽdi introduci, quo magis res pfecta, ĩtegra, plenaq;, & nulla ex parte diminuta reddatur, vt d. l. si Titio. ff. de vsufruct. facit. l. 1. §. interdum. ff. de vsufruct. accresc. l. inde Neratius. & l. pen. eo. tit. Ideoq; similiter dicimus, ꝙ portio accrescit portioni. le. si totã. ff. de acq. hæredi. Bar. & oẽs in rub. eod. tit. & sic etiam cùm hæreditas sit vnum integrale & perfectũ, vt in l. cũ quæstio. C. de lega. & in §. hæreditas. Insti. de hæred. insti. ideo dicimus ius nostrũ non permittere eundem testato & intestato decessisse, si modo Paganus sit, vt in l. ius nostrum. ff. de reg. iur. & consequenter hæredi rerum certarum aut partis hæreditariæ reliquum hæreditatis accrescit. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæred. instit. & le. si alterius, eod. tit. non sic si res essent oĩno diuersæ. l. huiusmodi. §. quib. ff. de leg. 1.

Causa formalis est hæredis institutio, & ꝙ testamentũ fiat vno cõtextu: quã etiã causam sapit rogitus testiũ. Numerus aũt testiũ, subscriptiones, sigilla, & reliqua id genus sunt secundũ oẽs pro causa probatoria. Et an etiã sint pro causa formali, in ambiguo est, vt iã disseruimus. Et ꝙ pro causa ẽt formali sint, fortiter facit tex. in l. codicillis. §. fi. ff. de lega. 2. quẽ nõ inuenio allegatũ ab vllo eorũ, qui cõem sententiam tuentur. Facit ẽt fortiter tex. in l. cũ pater. §. filius matrẽ. ff. de lega. 2. quẽ similiter allegatũ non inuenio.

4 Illud aũt certum est, ꝙ quando † forma alicuius dispositionis deficit, tũc actus ille non valet eo modo, quo agebatur, ẽt si interfuerit iuramentũ. Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. col. pen. idem Bar. & omnes vsq; ad nouissimos in l. 1. §. si quis ita, per tex. ibi. ff. de verb. oblig. Alciat. in c. cum contingat, de iureiurã. nu. 167. Didacus de Couarru. in c. quamuis pactum, de pact. in 6. nu. 4. parte. 2. estq; cõis sententia. Sed an alio modo valere possit. Et regulariter ẽt alio modo valere non videtur in ijs, quæ pendent ex volũtate vnius, quale est testa. vt est tex. in l. 1. ff. de iure codicillorum, tradit Bar. in d. l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. co. 1. quem omnes ibidem sequuntur, idem Barto. in l. si quis pro eo, col. pen. ff. de fideiussoribus, quem similiter omnes sequuntur, nisi adsit iuramentum. le. cùm pater. §. filius. ff. de leg. 2. Et vide infrà. §. 10. numer. 25.

Hæc limitantur, vt non procedant quo ad formã processus iudiciarij, cuius prętermisso hodie iure nostro regio non vitiat gratia litium finiendarum. l. 11. titu. 1. lib. 3. ord.

Stat ergo, ꝙ formæ prætermissio vitiat omnem dispositionem. Vnde in terminis legis. 1. tit. 1. par. 5. dicebã mutuum non contrahi, cum alter alteri trabes quasdam traderet hac lege, vt totidem reciperet, nec consensus partiũ hac in re quicquam proficeret, non magis, q̃ si quisquam vellet mutuum esse & non esse, quia mutuum regulare alterius formæ est, vt in l. 2. ff. si cert. pet. & in d. le. 1.

Et similiter in terminis legis. 1. tit. 2. part. 5. licèt cõtrahentes vellent, vt equũ non gratis, sed mercede pacta, quẽ tradidi tibi, gratis abs te reciperẽ, cõmodatumq; celebraretur, id efficere nõ possent, quia id aduersatur formę, quã lex accõmodauit contractui cõmodati, vt in §. item is qui rem. Insti. quibus modis re contrahitur obligatio. & d. l. 1.

Qua ratione idem quoq; dicendum est, ꝙ forma emptio. & vendi. quę consistit in pretij certi interuentu. vt in l. 1. tit. de las vendidas. part. 5. & in prin. Insti. de emption. & vend. partium consensu immutari non potest, nec magis proficeret, quàm si ipsi vellent, vt actus ille venditio esset, & non esset.

Vnde magis est, vt in terminis. l. 1. ti. de los condesijos, par. 5. si tecũ cõueni, vt rem certã, vel pecuniã meam numeratã depositi noĩe custodires, & sic depositi noĩe mihi obnoxius esses, ita tñ, vt re vera acciperes nihil, tunc nihil ageretur, nec vtriusq; partis cõsensus quicquã proficeret, non

non magis, quã si ipsi sibimet contrarij vellent depositum esse & non esse, & ita intelligo tex. in d.l.1.ti. de los condesijos, & in principio. Institut. quibus modis re cõtrahitur obligatio. quia vt ibi depositum desiderat rei depositiuæ interuentum.l.cum vltra.C.si cer.pet.

Vnde fit, vt si quis alteri rem suam tradidit nulla mercede pacta, sed hoc acto, vt aliquid postea reciperet, ita tamen, vt statim inter eos contractus locationis, & conductionis initus videretur, nihil ageret, non magis, quàm si vellet contractum esse locationis, & non esse, quia de natura illius contractus est & de eius forma, vt qui rei suæ vsum concedit, certum quid, non autem incertum ex conuentione recepturus sit, & ita intelligo legem. 1. titulo de los logreros, parte.5.& tex.in principio. Instit. de locati.& cond.in cuius terminis consensus partium pro dispensatione non est, vt nos ex superioribus interpretamur.

Præterea, si inter me & te conuenerit, vt ex quodã negotio omne lucrum caperes, dãni autem expers omnino esses, & sic inter nos societatis nomine teneremur, tũc nihil actũ videretur, & ita intelligo.l.4. cũ seq.tit.10. par. 5.nec consensus partium hac in re proficeret vtcunque expressus esset, non magis, quàm si vellent societatem esse & non esse cum eius formam prætermiserint.

Qua ratione idem quoque circa stipulationem intelligendum est, vt si conuenit inter nos, vt citra verborum interuentum verbis obligaremur, nihil egisse videremur, vtcunque consensus expressus esset, quia is consensus formæ huius dispositionis aduersatur. & ita intelligo l.2.tit. de las promissiones è pleitos.part.5.& l.1.ff. de verb.obli. in prin.& §.1.Inst.eod.tit in pri.

Ad hæc si actũ est inter nos, vt pro me fideiussor existeres citra interuentũ stipulationis, vel vt tenereris in plus ꝙ egomet, tũc nihil ageret, vtcunq; is cõsensus expressus esset, quia aduersat formæ satisdationis. & ita intelligo text. in l.6.& in l.7.tit.12.part.5.in prin. & §.1.Insti.de fideius.

Denique si conuenerit, vt citra interuẽtum alicuius rei actione pignoratitia tenearis, nihil agitur.vt in l.11.titu.de los peños.5.part.& in §.pen.Instit. quibus modis re cõtrahitur obligatio. Quę iura intelligo, etiam si partium cõsensus esset expressus, quia formę contractus pignoratitijs aduersatur. Horum autem omnium ratio ea est, quòd vt sub genere animantium variæ animantium species continentur, ita quoque sub genere conuentionum variæ conuentionum species comprehenduntur. vt in l. conuentionũ. & in l.legitima.& in l.iuris gentium.ff. de pact.l.1.2.& 3. ff.de præscri.verbis. Ergo vt ex boue aut asino hominem facere nequeas, ita quoque ex vna contractus specie aliam diuersam speciem contractus facere non poteris: quia ars & disciplina iuris ciuilis singulis contractibus vel conuentionibus nominatis suas formas peculiares & ab alijs distinctas & separatas accommodauit, nõ secùs quã natura singulis animãtium speciebus singulas formas peculiares, ab alijsq; distinctas & separatas condonauit. Vt hominũ nulli formas à lege positiua singulis dispositionis peculiariter accommodatas cõmutare possint, non magis, quàm possint mouere formas, quas natura singulis animantium speciebus dedit. Quod procedit etiam in vltimis volũtatibus. vt in l.codicillis.§.fi.ff.de leg.2.& in iudicijs, & in reliquis dispositionibus, vt propè docebimur.& est tex. in simili opportunus in l.si quis in fundi vocabulo. in fine principij.ff.de leg.1.sicq; forma, quã testamentis dedit.l.1.tit. de los testamẽto.lib.5.ordi.intelligo, ꝙ nulla ex parte per testatorem poterit violari.& forma similiter, quã l.3.Tauri, codicillis assignauit, per eundẽ testatorem variari nõ poterit. Quod intellige, eadem substantia & dispositionis specie perseuerãte. Solent enim dispositiones tã vltimarũ voluntatũ quã actũ inter viuos, priore forma relicta, in alias species cõuerti.vt in §.item per acceptilationem. & in §. præterea nouatione. Instit. quibus modis tollitur obligatio.& in l.1.ff.de iure codicil.facit.l.fi.C. de codicil.

Hinc intelligens illa iura vix vnquam fortè intellecta Nã cũ ars & natura nihil faciant frustrà, cumq; omnis circuitus sit vitandus, sunt qui incusent Iustinianum post veteres Iureconsultos, cur induxit, vt quòd mihi ex causa locati debebas, si velim vt quasi ex causa mutui deberi incipiat, id te etiam volente fieri non possit, permissum tamẽ sit per circuitum, vt quòd ex causa locati debebas, posit quasi ex causa mutui deberi per interuẽtum & circuitum acceptilationis & stipulationis, putà, vt acceptum feram, quod ex causa locati debebas (Sicque obligatio extinguatur. vt per totum.ff.de acceptilationis, & §.item per acceptilationem.suprà allegat.) rursusque tantundem mihi dari stipuler, quo casu priore obligatione sublata, noua obligatio nascitur, vt dictis iuribus. Sed sanè huius rei illa ratio est, ꝙ natura non permisit, vt homo viuus in vermes conuerteretur, sed demũ postquam sepultus putrefieret: etenim corruptio vnius est (secundum Philiosophum) generatio alterius: sicque animantium nullum in alterum conuertitur, nisi priùs perierit, & corruptum fuerit, sicq; ex corpore illo inanimato & corrupto, alterum diuersæ diuersæ speciei animal generatur.

Sic ergo & obligatio ex vna causa producta, in alteram obligationis speciem transformari ars ciuilis non permisit, nisi per prius occideret per interuentum acceptilationis, sicq; perempta per interuentum stipulationis renascitur, non quidem in eadem forma aut specie, sed in lõgè diuersa, quia ars ciuilis naturam imitatur.l.adoptio.ff. de adoptiõ.l.si quis posthumos.in pri.ff.de lib.& posthu. Et hęc est etiam ratio omnium casuum & legum suprà alleg.

Stat ergo formæ omissionem vitiare omnem dispositionem, nec ex ipsarum partiũ cõsensu & dispẽsatione hoc vitiũ purgari. Quinimò etiã ex dispensatione iudicis vtcunq; supremi nõ purgaret, vt diximus.in §.sexto nu. quarto. Vnde ex facto consultus respondi in terminis.l.9. titu.de los emplazamientos.libro tertio, ordi.iudicem non posse formam ab illa lege datam in citationibus causarum criminalium prætermittere: quia formę omissio, regulariter vitiat, nec summus etiã iudex cũ ea dispensare potest.

Nec ad rem pertinuit.l.final.titu.de las sentencias. libro tertio ordinal..11.tit primo, eodem libro. vbi formę omissio in ordine processus non vitiat. Nam illa iura in causis ciuilibus tantùm loquuntur: vnde reliquæ causæ (quales sunt criminales) remanent sub regula, quæ habet, formæ omissionem nocere, neque oporteret legem illam exorbitantem extendi contra omne ius.

Illud autem non est prætermittendum, ꝙ licet per d. l.fina.& dic.l.11.inductũ sit, vt omissio formæ nõ vitiet processum, tamen non procederet, si omitteretur à iudice compellere partem aduersam petente aduersario respõdere cum iuramento positionibus. tũ ꝙ in hoc consistit potissima probatio & defensio, quæ iuris est naturalis, vnde nulla lege positiua adimi potest.l.vt vim.ff.de iustitia & iure.iuncto.§.sed naturalia.Institut.de iure natural. & l.iura sanguinis.vbi nouissimè.ff. de regulis iuris.l.eas causas.ff de capitis diminutiõ.tum etiã, ꝙ id esse iuris gẽtiũ probat l.1.tit.quarto, libro tertio ordina. ibi. las quales posiciones recibio è hallo en los pleitos el vso y luenga è general cõstumbre de todo el mundo.ergo &c.vt in l.omnes populi.ff.de iustitia & iure.& in §.ius autẽ gentiũ.Insti. de iure natural. Per quod notanter ampliatur.dicta l. prima, vt in hoc iudex dispẽsare nequeat.& limitatur.dict.l.vndecima suprà allega.vt procedat in ijs, quæ sunt iure positiuo tantùm statuta, non sic in his, quæ sunt de iure gentium: qualis est responsio positionum, ꝙ not.a titulo de iur. cal.C.

Denique licet processus ordo omissus non vitiat iure regio, neq; impediat sententiã ferri.d.l.11.tamen si omissio, seu negligentia nõ tendit ad litem differendam, sed potiùs ad eam breuiùs finiendam, talis omissio esset in consideratione, nocereq; omittenti: quia in dicta.l.11.ea ratio expressa est, ne lis differatur.ibi, E assi los pleitos se aluẽgan, de que viene gran daño a las partes. Ergo si per talem negligentiam vel omissionem lis non differretur, sed potiùs breuiare-

breuiaretur, vel finiretur, tunc cessaret dispensatio illius legis, relinqueremurque in terminis iuris cõmunis, vt omissio formę noceret: quia lex debet limitari per rõnem in ea expressam etiã in correctorijs.gl.vbi per Iaso. post alios in l.quãuis.C.de fideicõ.Ias.in l.de quibus.nu.14.ff. de legib. Iaso.in auth.quas actiones.C.de sacrosan.ecclesi.Corneus Decius, Curti.iunior p tex. ibi in l. humanita.C. de ĩpub.

Vnde infertur necessaria declaratio ad l.1.titu.16.lib.3. ordina.vbi infra quinque tantũ dies iure regio potest quis appellare, vt ipsis quinq; diebus præteritis si posteà appelletur, & causam prosequatur vsq; ad sententiã secundam, illa sententia nulla sit, quia forma appellandi à lege data prætermissa fuit, quæ prætermissio nocet: quia ex ea effluxit litis dilatio, non breuior expeditio, sicq; cessat dispensatio.d.l.11.quæ ita etiam limitanda est, sicq; obseruat consuetudo, quòd not.ad titu.de appell.

Subinfertur, quòd licèt is infra legitimum tempus appellauerit, si tamen infra tempus à lege 2.tit. de las appellaciones, lib.3.ordina.non fuerit appellationẽ prosequutus, nocebit sibi: quia omissio huius ordinis pertinet ad litem serius finiendũ, sicq; cessat dispensatio dict.l.11.& ita etiã intelligo, l.3.eod.tit.quòd nota ad l. properam.C. de iudi.

Qua ratione sibi quoq; præiudicabit, qui non compa ruerit ad audiendam sententiã die à iudice designato: quia per l.5.tit.suprà allegat.sententia transit in rem iudicatam, sicq; per hoc lis breuius finitur. Id tamen plerunq; in vsu forensi obseruatũ non est: & nimirum desuetudo inde effluxit, quòd iudicum pleriq; putant in omnibus his rebus se posse dispensare per dict.l.11. sed vehementer labũtur, quia illa.l.facta est, quo breuius lites finiantur: at in casibus superioribus ex iudicis dispensatione differretur lis, tantũ abest vt breuiaret, quòd not. ad tit. de sent. ex breui.C.In summa similiter infertur declaratio ad.l.3.tit.de las appel. lib.3.ordina.vbi in appellationibus prosequendis inter reliqua datur hæc forma, vt infra annũ causa appellationis finiatur, sub hac pœna, vt anno illo præterito, sentẽtia transeat in rem iudicatam. Quæ quidẽ formæ transgresio nõ video cur nõ noceat, cum tendat ad litẽ breuius finiendã, sicq; cessat dispẽsatio, quæ vt vitetur litium dilatio per d. l.11.iudicibus permissa est. Et miror.quòd l.illa nõ ab omnibus semper iudicibus obseruet, qui eò decipiunt, quòd per d.l.11.putant dispensari cum illius legis rigore.id quod falso opinantur, vt iam diximus, & argumẽto eorum quę dicemus infrà, §.6.numero 4.Et non semel hãc rẽ in prætorio nostro controuersam vidimus. Verùm si per iudicẽ steterit, cessat illa lex, & iudex iuste punitur, vt ibi.

Illa autem forma, quæ in taxatione expẽsarum seruari iubetur per l.1.tit.fin.lib.3.ordi.similiter etiam iure regio omitti non poterit secundum regulam præmissam. Nec oberit, d.l.11.(licet iudicum nonnulli contrariũ falsò opinentur) quia cùm taxatio expensarum fiat post litem finitam, non pertinet ad d.l.11.quæ loquitur antequam finiatur, quò citius expediatur.

Hinc etiam dicebam dispensationem d.l.11. non pertinere ad l.1.tit.de las sentencias, lib.3.ordi. quæ infrà dies 60.facultatem præbet dicendi nullam sententiam: qua facultate si pars non vtatur tempore definito, posteà non audietur, cum per talem exclusionẽ citius finiatur lis. Sicq; cessat d.l.11. ex qua nonnulli iudicantium in casibus non paucis ab illa lege non cogitatis dispẽsare didicerunt, vnde lites iniuria proferuntur contra l.properandum, C.de iudici. Stat ergo formam legis in iudicijs prætermitti nõ posse, non magis, quàm in reliquis dispositionibus: præterquã in terminis dicta l.11. quę extra suos terminos trahenda non est, quæq; non leuem proferendarum litium præbuit occasionem, dum eas citius finire curauit.

Diximus, ꝙ omissa forma, dispositio in vltima volũtate non valet. Et huius rei ratio fortè illa est, ꝙ in testamentis volũtas testatoris indiuidua esse intelligitur, argumen.l. si quis cum testamentum, ff.de testamẽ. & quodam modò integralis, vt ex parte tantùm regulariter valere nõ posit, vt ibi: quasi nihil actum esse intelligamus, cùm aliquid superest agẽdum, argumen.C.ad Syllanianum.l.penul.& in integralibus ex parte actus valere, & tenere vel opus etiã non potest.argumen.ff.de rebus dubijs, l. quædam, tradũt latẽ Bartolus, & nouissimi in l. stipulationes non diuiduntur, ff.de verborum obligationibus. Qua ratione etiam videtur testamen.indiuiduũ censeri, l.furiosum, C.qui testamenta facere possunt. Neq; absurda est hæc legis interpretatio: nam sępe homines hæredem scriptum multis legatis, fideicommissis, alijsq; oneribus grauant, quæ onera fortè legitimis hæredibus non imponerẽt: vnde si id testamentum aliqua ex causa iure testamenti valere non possit, ęquum non esset, vel saltem tutum non esset interpretari, vt iure codicillorum valeret.

Hæc fallunt, quando summoperè enixa fuit volũtas testatoris, qualem constabat esse in terminis.l. codicillis, §. fina.ff. de legat.2. & qualem esse præsumebatur in terminis.l.cum pater, §.filius matrem, ff. de legat.2.his enim casibus voluntas testantis, quæ regulariter indiuidua, & integralis esse intelligitur, incipit esse diuidua, & ei à lege condonatum est vt valeat eo modo, quo potest, & consequẽter iure codicillorum, quandoquidem iure testamenti nõ potest valere. vt tradunt Bartol.& alij in l. si quis pro eod. in prin.num.14.col.pen.ff.de fideiuss.

Et quia de forma legis agendum est, ne res careat exemplis, considera, ꝙ in vlt.vol.forma legis est, de qua superiùs mentionem habuimus quo ad testamenta. forma autem codicillorum traditur per totum.C.& Insti.de codicillis:
5 & per totum.ff.de iur.eod.cuius† formæ omissio facit, vt actus non valeat regulariter eo modo, quo agebatur, neq; alio modo, nisi in casibus vt iam docuimus. In cõtractibus autem pro forma esse intelliguntur ea requisita, quorũ cõcursum lex desiderat ad perfectionem & consummationẽ illius dispositionis, de qua agebatur. quale est, vt in obliga. verb. verba interueniãt.l.1.in prin.§.si quis ita vbi Bar.& omnes.ff.de verb.obli.& in prin.Instit.de inut.stip.& in literarum obligatione sit literarum interuentus. vt in princ. Instit.de lit.oblig.& in l.in contractibus.C.de nõ nu.pec. & in obl.quæ re cõtrahuntur, sit rei interuentus.vt in l.rogasti.§.si tibi.ff.si cert.pet. & in l. cùm vltra.C.de non nu. pec. Vnde mutuum, depositum, cõmodatum pignus, & similia citra rei interuentus contrahi non possunt. vt per totum.Inst.quib.mod.re cõtrahit. obl. & in obligationibus, quæ consensu fiunt, licèt verba nõ ĩterueniant, vel scriptura, vel res corporea, seruetur tamen forma à lege data, qua is cõtractus à reliquis distinguat: quale est, vt in contractu emptionis pretium interueniat in pec.num.vt §. pretium.& §.item pretium.Insti.de emptione & venditione & in cõtractu locationis interueniat merces cert.vt in pri. Insti.de locatione.& conductione.& in mãdato vt sit gratuitum.vt in §.fi.Insti.de mand. & ꝙ intersit mandantis. vt in prin.eo.tit.& in societate, vt aliqua ex parte cõmune si vel lucrum, vel damnũ.vt in §.1.cum ibi notatis.Inst.de societate. qua forma omissa, regulariter illi contractus nõ valẽt, saltẽ eo modo, quo agebatur, licèt alio modo, ex conuentione partium valere nõ desinant.vt in l.contractus.ff. de reg.iur.in l.1.§.si conuenerit.ff.depositi. Sic & in iudicijs sentẽtia lata à nõ cõpetente iudice licèt regulariter nõ valeat, potest tamẽ cõfirmari cõsensu partiũ: quo casu nõ valet in vim sententiæ, sed in vim pacti. vt est tex.cũ gl.cõmuniter approbata in l.2. C. communia vtriusq; iudicij. Quod procedit etiã si interfuerit iuramentũ: nã adhuc dispositio nõ valet omissa forma, quã ad eius perfectionẽ & cõsummationem lex ordinauerat, licèt tunc valeat eo meliori modo. quo potest. vt tenẽt Bar. Albe. Bal. Ange. Imola, cũ Paul.& reliqui. in l.cũ pater. in §. filius matrem.ff. de leg.2.per tex.ibi.idẽ Bar.in l.1.§.si quis ita nu.9.ff.de verb. oblig. vbi Ias.nu.24. & est cõmunis opinio secundum Ripam ibi nume.27.& tenet Bar.in l. si quis pro eod. nu.14. ff.de fideiuss. Alciatus in c.cùm contingat.nu.167. de iure iur. vbi. Abb.nu.27.& Imola, in octauo casu.

Ergo

Ergo actus, & dispositio, quæ fit omissa forma legis, nõ valet regulariter. Fallit de consensu agentium, vt in contractibus vtriusque cõsensus exigatur: in vltima aũt volũ. solius testatoris: nam tunc dispositio valet, non in vim illius dispositionis de qua agebatur, sed alio meliore modo, quo poterat. vt in iuribus suprà allegatis. & in l. testandi. C. de testam. & in l. quidam decedens. in princ. ff. de administra. tutor. & in codicillis. §. fina. ff. de lega. 2. vbi gloss. stultum appellat eũ testatorem, qui putabat se posse trãsgredi formam legis. Ad idem tex. in l. 1. §. si inter magistratus. ff. de magist. conuen. & in l. 3. in prin. ff. de transa. & in l. ꝙ de bonis. §. 1. ff. ad. l. falc. & in l. si vt allegas. C. eo. tit. & in l. ius publicum. ff. de pact. & in l. cerdonem. ff. de operi. libe. & in l. fi. ff. de suis & legit. hære. & in c. requisisti. & ibi Abb. de test. & in c. tua nobis. eod. tit. & in c. sic quædam. 10. q. 1. & in c. si diligẽti. cũ ibi plenè notatis. de foro cõpet. & in c. cũ cõtingat. de sentẽtia excõmu. & l. nec ex prætore. ff. de reg. iur. vbi glo. magistra. & in l. scire debetis. C. vt in posse leg. & in l. 2. in fin. C. sine cens. vel reliqui. & in l. Neratius. post principium. ff. de relegio. & in l. iuris gentium. §. si paciscar. cum sequenti. & l. pacisci. & l. si vnus. §. illud nulla. & §. pacta quæ turpem. ff. de pact. & l. pacta quæ cõtra. C. eod. tit. & in l. hæreditas. C. de pact. conuent. & in l. cõueniri. ff. de pact. dota. & in l. 2. §. ius reipublicæ. ff. de administra. rerũ ad ciui. pertinen. & in l. stipulatio ista. §. alteri. & in l. si plagij. ff. de verbo. oblig. & in l. Titia. eo. tit. & in §. 1. & ferè per totũ Institu. & C. de inutili stipula. Vnde in terminis. l. 5. tit. 15. lib. 2. ord. sentẽtia iudicis à partibus electi nõ tã vim sentẽtiæ quã arbitrij habebit. argũ. l. priuatorũ. C. de iuris. omni. iudi. Sicq; d. l. 5. limitãda & intelligẽda est.

Ex superioribus infertur, an is, qui agit contra testamẽtum, ea sola ratione, ꝙ iuris ciuilis solennitate, id testamẽtum careat, videatur mortaliter pecasse? Qua in re Panor. in c. cùm esses. de testa. in 4. not. in hac est opinione, vt putet eum peccasse, & consequenter eum teneri ad restitutionem eius, quod per talem actionem fuerit consequutus. Cuius contrarium tenet Iaso. in l. nemo potest. ff. de lega. 1. nu. 95. in 2. lectu. & expressius in num. 102. idem Iason. consi. 97. lib. 3. & est de mente Ioan. Cald. in quæst. per eũ disputata, quæ incipit, Bononiensi statuto cauetur. vbi tenet, ꝙ hæres † legitimus potest petere etiam in foro conscientiæ hæreditatem illius, qui testamentum ritè & rectè
6 fecit, si tamen tale testamentum non fuit insinuatũ prout debuit ex forma statuti. Et videtur similiter ex mẽte Bal. in consi. 235. incipien. Si quis iuris ciuilis originem consideret. lib. 3. vbi generaliter tenet, quod omne statutum potest seruari sine interitu salutis ęternæ. Facit quod in simili tradit Bal. in l. si post diuisionem. & in l. cum quis. in 4. col. versi. Decimò probatur. C. de iuris & fact. igno.

Et horũ posterior opinio verior est. Cùm enim testamẽtorũ solennitates propter falsitates vitãdas fuerint inuẽtæ, non dubiũ est, quin iustę sint. vt in l. fi. & in l. iubemus.
7 C. de testam. & in l. fi. vbi tex. melior de iure. C. de fideicõmiss. & in §. fi. Instit. de fideicommiss. hæredi. facit gl. cõmuniter approbata in c. quæ in ecclesiarũ. extrà. de consti. Decius num. 8. in c. 1. eod. tit. post Abb. & Felin. ibi Innoc. & Abb. in c. quia pleriq;. de immunita. eccles. tex. in c. quo iure. 8. dist. Bal. in d. c. quæ in ecclesiarum. col. 1. idem. Bal. in l. vnica. col. 3. C. de confe. Andr. de Isernia. in c. 1. §. 1. ante finẽ. de pace. iuram. firman. in feud. & est cõmunis opinio secundũ Iaso. nu. 105. in l. nemo potest. in 2. lect. ff. de legat. 1. Abb. in procem. Decreta. quod incipit, Rex pacificus. & in d. c. 1. de consti. vbi dicit communem esse sententiam iustam est regulariter legẽ ciuilẽ, iustamq; præsumi, & consequẽter ligare in foro consciẽtiæ. Qua de re vt quęlibet lex & quodlibet statutum præsumatur iustũ secũdũ mores & humanam necessitatem illius regionis, vbi tale statutum editũ est, tradit plenissimè Tiraquel. de vtroq; retractu. in principio. num. 75. per text. in l. non omniũ. ff. de legib. & in l. prospexit. ff. qui & à quibus. & in l. & ideo. ff. de legib. & in l. 1, §. initium. ff. de postulando. Decius in consi. 563. duo dubia. l. quod constitutum. ff. de milit. testa. & ibi Bar. Bal. in l. Gallus. §. si eius in 2. notab. ff. de libe. & posthu. idem Bal. in l. legc. C. de legiti. hæredi. & in c. ex re scripto. col. fi. de iure iuran. & in l. non omnium. & in l. de quibus. colũ. 10. ff. de legib. versic. & primò quo ad primũ. vbi pulchrè ait, rationem non esse de substantia consuetudinis, quinimò consuetudinem valere contra omnem rationem, dummodò non sit contra ius diuinum vel natura le. Et idẽ Bal. in c. 1. in prin. col. 2. (versi. ibi prohibens) scribit, non semper exigi, vt consuetudo sit rationabilis, quinimò satis est ꝙ sit tolerabilis, & vsu approbata. & allegat Innoc. in rub. extrà. de consuetu. & idem Bald. in rubr. de consti. col. 2. versi. constit. ait constitutionem esse rationabilem, licèt eius ratio monstrari non possit, si non reperiẽ expressa prohibitio iuris diuini, vel naturalis. Et propè similia scribit Ioan. Faber. in § ex non scripto. col. 3. versi. itẽ requiritur. Instit. de iure natura. Stat ergo vera communis & receptissima sententia, legem, consuetudinem, & statuta bona & iusta præsumi. Cuius rei ratio non obscura est: nã varij mores varijs regionibus in vsu sunt: vnde quod nobis otiosum esse videtur, in alijs regionibus necessariũ est: & quę cautela in regione nostra superflueret, in alijs regionibus adprimè vtilis esse potest, & reipublicæ conducibilis. Vnde licèt solennitas testamentorum quibusdam videatur nimis exacta & abundans, vixq; toleranda, tamen non iniuria legislatori visum est secundũ mores nostrorũ temporum & regionum talem obseruationem testamẽtorum otiosam & superfluam non esse, sed reipublicæ cõducibilem & necessariam, vt per hoc testamentũ, quod omni ex parte tali solennitati nõ sit munitum, meritò suspectum iudicetur, & falsitatibus obnoxium, & consequẽter legitimus hæres contra tale testamentũ, etiã si testes quinque vel sex haberet, agere iure posset, illudq; impugnare, nõ aliter, atq; possit aduersari ei, cui vnius tantũ testis testimonio suffultus, vellet aliquid ab eo petere quasi debitum à defuncto. Vt enim non teneor credere contractui, qui vnico teste comprobatur: ita non teneor credere testamẽto, quod sex tantũ testes habet. vt in l. si vnus. C. de testa. nam probatio legitima vel illegitima iudicatur secundùm subiectam materiam. vt in l. si vno. C. locati. materia autẽ testamẽti tam destitura legitima probatione videtur, quãdo sex tantùm testes adsunt, quàm destituta videretur materia contractus, in quo vnicus testis adesset. Cuius rei illa ratio est: quia testamẽta plerunque fiunt vel fieri prēsumũtur ab ijs, qui turbati sunt mortis cogitatione. vt in l. hac consultissima. §. at cùm humana. C. qui testa. facere poss. contractus autem fiunt maturo consilio. vt in l. si voluntate. C. de rescinden. vendi. Præterea in testamento agiẽ de vniuersis copijs, opibus, diuitijs, fortunis, facultatibusque nostris. vt in l. cum hæredes. in princ. ff. de acquiren. posse. & in l. hæreditas. & in l. nihil. ff. de reg. iur. tradunt Barto. & nouissimi in rubr. ff. de acquiren. hæred. in contractibus aũt plerunque nõ tam magnis de rebus agitur, & propterea cautiùs res agitur. arg. d. l. si volũtate. & l. rẽ legatã. ff. de adimen. legat. & in l. fideicõmissa. §. si rem. ff. de leg. 3. & in l. cũ de indebito. ff. de probatio. vnde cõsultissimè statutum fuit, vt plenior probatio in testamẽtis interforet, quàm in actibus inter viuos, vt testatur Iustinianus in l. si quando. in prin. C. de inoffi. testamen. Præterea ex quadã dispensatione humanitatis gratia cõtra strictam rationem & contra regulas iuris communis hominibus permissum, fuit sub certis legibus testari: qui ergo illas leges non obseruauerit, remanet destitutus auxilio legis, reperiturque in prohibitione veteris iuris, vt latè disseruimus suprà.

Ergo vt si facultas testandi data nunquàm fuisset, legitimus hęres iure optimo caperet hæreditatem, ita quoque
8 eam capiet, si defunctus ea testandi † facultate non vtatur, vel ritè non vtatur. Nam qui actum non ritè facit, similis est ei, qui actũ minimè fecit. Vnde exhæredatio ritè non facta, pro infecta habetur. vt in l. non putauit. §. non quæuis. vbi gloss. ff. de bonorum poss. contra tabu. & institutio

non ritè factá, similiter pro infecta habetur. vt. ff. de cotra tabul. l. fin in adoptionem. §. idem puto. Vnde verissimam esse constat opinionē existimantiū legitimum hæredem absq; vlla peccati suspicione posse impugnare testamentū minus solenne, cū iustè dubitare posset de veritate contētorum in testamento: & cū dubitans & ignorans equiparentur. vt est tex. notabil. in l. fina. C. de conditio. indebi. is legitimus hæres vtpote probabiliter dubius de veritate con
9 tentorū in testamento † tutus erit in foro animæ, non aliter, atq; si re vera ex toto ignoraret veritatē eorū, quæ in testamento continent. Et hanc partē nouissimè sequutus est vno verbo Didacus de Couarru. in c. cū esses, numero decimo, de testa. quā mirabiliter ampliat vt procedat, etiā si legitimus hæres certò, indubitáterq; sciret vera esse omnia cōtēta in testamēto effluxisseque sciret vera, & penitissima, intimaq; voluntate testatoris: cuius contrariū tenet in specie Franciscus de Ripa. in l. nemo potest. nume. 101. ff. de legato primo. Cuius opinionē in hoc casu ausim verissimam dicere: nam rei satis demonstratæ frustra adijcitur altera demonstratio. l. prima. §. final. ff. de dote præleg. l. certum, ff. si certū peta: vnde hæres legitimus, qui de intima & vera testatoris voluntate certus est, amplius certiorari otiosum est. Præterea omnis probatio cōcludit præsumptiuè, nō certò & indubitanter: nā vt pōt mētiri vnus testis, ita quoq; mille testes possunt mētiri: & vt vnico testi fidē nō adhibemus, quia eius testimonium incertū esse pōt, ita quoq; etiā mille testibus testamentarijs posset hæres legitimus diffidere, vt colligit ex doctrina Bar. in l. admonendi, ff. de iureiuran. col. 2. Vnde cū hæres legitimus in foro tam contentioso qua conscientiæ teneat fidē adhibere septem testibus testamētarijs, licet illi mētiri possint & per hoc eorū testimoniū certū, & indubitatum non sit apud hæredē reuera, sed tantū ex legis presumptione: multò magis is legitimus hæres tenet fidē adhibere conscientiæ suæ quæ fallax esse nō pōt, sed certa & indubitata est. Nec ad rem pertinet, ꝙ solennitas testamentorū iusta sit, & per hoc quisq; possit se conformare cū tali legis dispositione: nā procedit quādo vt lex dubia est propter inopiā probationis, ita quoq; is hæres legitimus propter eādē probationis penuriā, & defectū similiter dubius esset. Secus est, quādo ipse de vera testatoris volūtate certus est, nā tali casu eā sequi tenet, quēadmodū ipsa quoq; lex eā sequeretur, si de veritate certa esset, & est tex. celebris & expressus, in l. fi. C. de fideicommis. & in §. fi. Insti. de fideicōmis. hæredi. Data ergo paritate terminorū, nulla differētia esse debet inter legē, & hæredē legitimū: secùs vbi terminorū paritas non est. Postremò pro nobis est text. expressus in l. 1. ff. de libe. & posthu. vbi licet in liberorū exhæredatione expressio trium nominū desideret, tamē si per expressionem vnius nominis certi esse possimus, valet exhæredatio, non secus, quàm si tria nomina expressa essent, vt per hoc omissio formæ lægalis, quæ ad solam rei, vel personæ demonstrationē desideratur, nō vitiet, quādo de re illa, vel persona possumus alio modo esse certi. & ita illū tex. communiter intelligunt docto. ibi. qualis sunt Accursius, Bar. Albe. Bald. Angelo. Imola. Cuma. Paul. Are. Alexand. Socinus, Ias. & nouissimi.

Deinde ex superioribus similiter infert, an vera sit opinio existimātiū, eū qui possideat bona testatoris ex minus
10 solenni voluntate, teneri † ea bona hæredibus legitimis restituere in foro conscientiæ. Quā opinionē tenuit Franci. de Ripa, in d. l. nemo pōt, ff. de leg. 1. nu. 97. tangit Ias. in d. l. nemo pōt, in 2. lectu. nu. 95. cum pluribus sequētibus, & Alex. in d. l. nemo pōt, nu. 23. Bal. in l. si posth. diuisionē, C. de iuris & fact. igno, idē Bal. in disputa. sua incipienti, Statuto cauetur, ꝙ fœnerator. & Angel. in disputat. sua incipi. Astēsis Miles. & Ioan. Calde. in disputa. sua incipi. Bononiēsi statuto cauetur, sequitur Didac. de Couarru. in d. c. cum esses, nu. 10. de testa. Quæ opinio vera est: Nam si in minus solenni testamēto sum hæres scriptus, vbi plura legata alijs relictā fuerūt, vel alij forte sunt cohæredes, licet ego certus sim me falsitatis nihil perpetrasse, tamen incertus sum, an alij, qui lucrū ex illo testamento percipere poterant, falsitate fecerint, vt per hoc iustior sit titulus legitimi hæredis, quā titulus meus: nā legitimus hæres ad hanc hæreditatē à lege inuitatus est, quia intestatus discedit, qui testamētū nō ritè fecit: vt in princ. Insti. de hæredi. ab intesta. & in l. 1. ff. de iniusto rupto. vnde hæres scriptus nullo iure ea bona retinere pōt, legitimus aūt optimo iure ad ea bona inuitatus est. Illud aūt dubiū est, si hæres scrip-
11 tus in minus solenni testamēto † certò, & indubitáter sciat illā esse testatoris voluntatē, an in foro conscientiæ eā retinere possit. Quod insignis Didacus de Couarru. negat vbi suprà: & est ex mente eorū, quos suprà retulimus, qui in hanc conueniūt sentētiā cōmuniter, vt existiment hæredem non posse retinere talē hæreditatem, quasi hæreditas non ritè relicta non debeatur etiā naturaliter, verū eo casu, quo hæres scriptus certò scit eā esse testatoris volūtatē, magis est, vt in foro conscientiæ non teneatur ea bona restituere, quia sententia legis eò tendit, vt velit scriptū hæredē legitimis præferri: nā quandiu locus est successioni ex testamento, cessat successio abintestato. l. quandiu. ff. de acquir. hære. & tacita voluntas testatoris excluditur per expressam voluntatē. l. cū ex filio. §. 1. ff. de vulga. & dispositio legis excluditur dispositionē testantis. l. verbis legis. ff. de verbo. signif. vnde licèt regulariter ex minus solenni testamento lex non deferat hæreditatē hæredi scripto, quia lex incerta est de veritate contentorū in testamento ex inopia probationis, tamen etiā ex minus solenni testamēto hæreditatem defert hæredi scripto, quando certa est de veritate cōtentorū in testamento. vt in l. fin. C. de fideicōmis. & in §. fi. Insti. de fideicōmiss. hære. Vnde cū hæres certus est de voluntate testatoris, nō videtur legis authoritate destitutus, & cōsequenter non nititur contra legis voluntatē sententiā, talem hæreditatem retinendo. argu. l. non dubiū. C. de legib. l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posthu. Facit: quia dispositio legis & testatoris æquiparantur. in authen. de nup. in §. disponat. in l. filiū quem habentē. in verb. sanciat. & ibi notat Ias. C. famil. hercis. Vnde vt recedimus à verbis testatoris, vt eius mentē sequamur. vt in l. cū auus. ff. de condi. & demonst. & in l. hæredes mei. §. cum ita. vbi tex. notabilis. ff. ad. Trebell. & in l. 3. C. de liber. præter. ita quoq; & à verbis legis. recedere debemus, vt legis mentē sequamur. vt per gl. cōmuniter ibi, & vbiq; approbatā. in l. tale pactū. §. fi. ff. de pact. Ergo vt si lex volūtate testatoris certa esset, omnisq; falsitatis suspicio cessaret, tūc dubiū nō esset, quin deferret hæreditatē hæredi scripto in minus solēni volūtate, exclusis legitimis hęredibus: ita quoq; hæres scriptus, qui certò, & indubitáter scit volūtatē testatoris, eā sequi optimo iure pōt, nec per hoc videbitur cōmittere in legē quinimò legis authoritate munitus videbitur.

Accedat illa communis opinio, quā tenet Bar. in rub. ff. de acquir. hære. vbi Alex. colum. 1. & Ias. num. 14. & alios
12 quāplurimos enumerauimus suprà, dū aiunt, ꝙ † hęres nō cōficiens inuentariū, quanuis à lege obligatus fuerit etiam vltra vires hæreditarias, tamē vltra vires hęreditatis in foro cōscientiæ, nō tenebitur: quod licèt respectu creditorū dubiū sit, vt diximus vbi suprà, tamē respectu legatariorū admittēdum est: nam ante inuentionē inuentarij legatarijs vltra vires hæreditatis nō tenebatur. vt in l. si vniuerse. C. de leg. & postquā inuentariū in vsu esse cœpit, ideo vltra vires hæreditatis tenetur etiā legatarijs si inuentariū nō fecit, quia præsumit subtraxisse bona hæreditaria. vt in auth. de hære. & Falci. in §. si verò expressim. vnde si lex certò sciret nihil eū subtraxisse, nō induceret vt vltra vires teneretur: & cōsequēter quādo ipse cōscius sibi est de innocentia sua, in foro conscientiæ nō tenetur vltra vires hæreditatis: nec per hoc legis dispositioni aduersari videtur, quandoquidem sequitur sententiam legis, quæ idē præciperet, si de eius innocētia certa esset. Sic & in specie nostra hęres scriptus in minus solenni testamento, qui de voluntate testatoris certus est, eam hæreditatem tutus in foro cōscientiæ retinere

tiæ retinere potest,nec eius præcepto aduersatur: quando quidem legis sententiam sequit, quæ idē præciperet, si de voluntate testatoris certa foret. Quā rationē nō viderunt insignis Didacus de Couarr.nec alij communiter quos ip se sequitur,vbi suprà.

Tertiò ex superioribus similiter infertur,an vera sit illa
13 communis opinio,quæ habet, quòd † legatū relictum in minus solenni voluntate possit legatarius retinere. Quā opinionē tenuit Bar.in l.nemo potest.ff.de lega.1. sequit & dicit communē opinione Iaso. ibidē in.2.lectu.nu.94. idem Iaso.ibidem in prima lectura,numero 70. & ibi Alexander numero 25.& Franci.de Ripa.ibidē. nu.96. quam opinionē nouissimè impugnat insignis Didac. de Couarru.in d.cap.cùm esses. num.10.extrà. de testam. Mouet: quia lex ciuilis, quæ solennitatem testamentorū induxit, iusta est,& sequenda,etiam in foro conscientiæ, vt superiùs plenè disseruimus: vnde iustè legitimi hæredes à lege ciuili inuitant ad hæreditatē eius vniuersaq; bona,qui minùs ritè testamētū fecit: & consequenter legatarij non iustè retinent res legatas,quæ iusto tit.legitimis hæredibus à lege delatæ fuerunt. Et hanc posteriorem sententiā verissimā puto quā,etiā præsensisse videt Bal.in repeti.legis primę.C.de sacrosanct.eccle.col.19.versi super primo quæsito.post alios,quos refert Alex.in d.l. nemo potest. nu.23. Nec ad rē pertinet text. in l.militis codicillis.§.veteranus. ff.de mili.test.vbi testamētū militis, quo ipse miles declarauit nolle se vt valeret quo ad institutiones, non infirmat ex nuda illa declaratione,licèt legata,& fideicoms.infirmētur ope exceptionis,& tamen talia legata, quæ ope exceptionis valere desinunt,si legatarius in eadē possessione reperiat,pōt ea retinere. Sed nimirū ille tex.nihil probat:nā ibi hæres destitutus erat voluntate testatoris, non secùs, quā legatarius,vnde si legatario objiciat defectū volūtatis idē legatarius similē volūtaais defectū ipsi hæredi objicere pōt,& sic sunt in pari causa,vnde melior est cōditio possidētis. Nec similiter ad rē pertinet tex.in l.fi.C.ad l.falcid. nam ibi testamētū erat solenne. Qua ratione parū oberit tex.in l.fideicōmissum.ff.de cond.indeb.nā ibi etiā si fideicommissum omni iure indebitū esset, cū tamen à sciente præstitū esset quasi donatū videret, & cōsequenter cessarat repetitio.vt in l.cuius per errorē.ff.de reg.iur. Vnde si in terminis illius tex. ipse fideicommissarius citra factum hæredis legitimi in possessione fideicommissi in minùs solenni testamento relicti repertus esset,non posset se tueri aduersus hæredē legitimū,presertim cū solennitas testamentorū iustissimè inducta sit ad vitandas falsitates.d.l. fin.C.de fideicommis.nec talis legatarius pro cōperto habere debeat legatum sibi verè relictum fuisse, quandoquidem non adest legitima probatio.

Quartò infert ex superioribus,an vera sit ea differentia, quam doctores cōmuniter faciunt, distinguentes inter hę
14 redem & legatariū,vt hæres scriptus in † minus solenni testamēto non possit retinere hæreditatē, legatarius autem legatū relictū in minus solēni voluntate retinere possit. Quam distinctionem tradit Alex.post alios.in l.nemo potest. nu.23.ff.de leg.1.& fatētur esse cōem Ripa ibidē. nu. 202.& Iaso.ibi.nu.75.in.1.lect.Bal.& Paul.in l.ex parte.ff. de acquir.hęre.Bal.in l.si in cōditione.§.fi.de her.inst.Ale. consi.212.Alias est collocatū in nu.70.lib.2.Quā cōmunem sententiā impugnat Didacus de Couarru. vbi suprà. nā nulla,inquit,differentiæ ratio inter hæredē & legatariū est.Sed certè negari non pōt, quin sint quamplures differentię & inter legata,& hæreditates.Et in proposito institutio fieri nō pōt,nisi in testamento solenni,legata autem etiā codicillis relinqui possunt.vt in §.pen.Instit.de codicillis.& in l.2.C.eod.tit. Vnde faciliùs legata in minus solēni testamēto relicta possēt deberi,quā institutiones. Ad huc tamē veriùs est,hac in re nullā esse differentiā inter legata & hæreditates,quia in vtrisq; deficit authoritas legis, quę cū testamētū est minus solenne, hæreditatē legitimis hæredibus defert, & consequēter eā virtualiter aufert & denegat scriptis tā hęredibus,quā legatarijs,vt patet ex nostris fundamentis suprà relatis.Prætereà negari non posset quin hæres scriptus in minus solenni volūtate non debeat credere illā hæreditatē sibi verè relictā fuisse, non magis, quā si vellet retinere rē alienā, quā vnus tantū testis dicebat sibi fuisse donatā;quia ꝙ vnus testis facit in actibus inter viuos,idē & nō plus faciūt sex testes in vltimis voluntatibus,nā vtrobiq; pariter illegitima,non idonea, & sufficiēs probatio est:nec est ferēdus aut tutus in foro animę, qui aliena retinere velit eo prætextu, ꝙ sibi à vero domino cōcessa sint,nisi ipsimet cōstet per eā probationis speciē,quę secūdū subiectā materiā legitima,hoc est,legibus recepta & approbata sit. Et ista differunt à superioribus: quia ibi loquabamur in foro contentioso, modò autem loquimur in foro conscientiæ.

Quintò ex superioribus etiā infert,verā nō esse eā opinionē,quā Ias.in d.l.nemo pōt nu.75.in.1.lect.& Francis.
15 de Ripa ibidē.nu.102.defendunt,dū firmāt,ꝙ† hæres scriptus in minus solēni testamēto pōt in foro conscientiæ retinere hæreditatē.Nā cū iusta fuerit lex ciuilis,quæ solēnitatē testamentorū induxit, & per hoc hæreditatē in minus solenni testamēto detulerit legitimis hæredibus, eāq; scriptis in minus solēni testamēto ademerit,nullo iure scriptus hæres eā retinere pōt,vt concludūt nostra fundamēta,quę suprà retulimus.Neq; ad rē pertinet,quòd testamētū secūdū Ias.& Ripā vbi suprà,sit iuris gentiū inuentione & consequenter vbi ad sit solennitas & probatio iuris gentiū nihil obsit defectus solennitatis,quæ à lege ciuili addita est.Nā respondemus id verū nō esse,quinimò testamēta iuris ciuilis esse etiā inuentione,vt docuimus suprà.§.1. Vnde ex tali testamēto neq; orit obligatio naturalis, neq; obligat in foro conscientię.Licèt cōtrariū in vtroq; teneāt Ias.& Ripa,vbi suprà. & est cōmunis op. quā tenēt Imol. & Alex.in d.l.nemo pōt.nu.23.per tex.in l. si post diuisionem.C.de iuris & facti ignorātia, vbi per Bar.Bal.Sali.Pa. Ias.& alios.Bal.& Aug. in l.in testamēto. ff. si quis omissa causa testa.Bal.& Paul.l.ex parte.ff.de acq.hęre.Ale.consi. 70.viso cōsilio.col.pen.lib.2.Quā opinionē fatent cōmunē Ripa,& Ias.vbi suprà.& Dida.de Couarru.in c.cū esses de testamentis.nu.10.versi.Quartò sequit. licèt opinionē Ias.& Ripæ tenuerit gl.in d.l.si post diuisionem.

Sextò ex superioribus etiā infert,perperā errasse Bal.in l.1.col.2.C.de testamentis.& Ias.in l.cū quis.C. de iuris &
16 facti ignorantia.tenentes,ꝙ† legatarius rē legatā in minus solenni testamento pōt furari, nec per hoc desinit esse tutus in foro cōscientiæ,quasi naturaliter ea res deberet.Sed cū ea res naturaliter nō debeat, vt probauimus suprà,superest,vt eā rē,vtpote omninò alienā,& sibi nullo iure debitā,subtrahere nō possit.vt in specie tenet Didac. de Couarru..vbi suprà. Verū Ias.& Bal.opinio defendi pōt legatarius certus esset de volūtate testatoris,licèt hoc negaret ipse Dida.de Cou.vbi.s.nu.10: vt latè disseruimus suprà.
17 Septimò ex superioribus infert,an†legatarius rem legatam in minus solenni testamento posset consequi per denuntiationē euangelicā.Et licèt cōmunis opi. esse videat, quod eā consequi possit per denuntationē euangelicam, vt etiā tradūt.Fr.de Ripa in d.l.nemo pōt.nu.98. & Abb. col.4.in c.Rainutius.de testa.& Ias.in l.cum quis.C.de iuris & fact.igno.Alciat.in c.nouit.de iudi:nu.47.tamen longè verior opi.est,vt per denuntiationē euāgelicam eā cōsequi non possit,nō magis,quā iure actionis. Cū enim minus solēne testamentū nō obliget in foro consciētiæ, nec producat obligationē naturalē, vt iā suprà admouimus, & sit indiuiduū & integrale,vt pro parte tenere nō possit, neq; expediat,neq; sit iustū testatoris volūtas vt pro parte valeat,vt similiter tradidimus, reliquū exinde legata nō deberi vllo iure vllaue æquitate,& cōsequēter cōsequi nō posse per denuntiationē euangelicā,nō magis, quam iure actionis:præsertim cùm,vt diximus,iustissimę sint leges, testamentorum.quæ solennitate inducunt. vt l.si quando in princip.C.de inoff.testamento, cùm per tales solennitates de

tis delinquendi, falſumq́; perpetrandi occaſio tollatur. d. l. ſi. C. de fideicom. l. iubemus. C. de teſtam. & per tales ſolennitates propriùs accedimus ad ius vetuſtiſsimũ, quo iure teſtari permiſſum non erat, vt docemur ex dictis ſuprà, & ſic res de facili reuertitur ad priorem ſtatũ. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. nam antiquum bonum præſumitur tam in rebus, quã in perſonis. vt de rebus tradit glo. notat. in prin. l. vniu. C. de cad. toll. in verb. quæ ait antiquũ ergo bonum. & ita in ſpecie tenent. Didacus de Couarru. in c. cùm eſſes. de teſtamen. nu. 10. verſi. Octauo cõſtat. & alij in dictis locis relati. Quo ad perſonas ꝙ antiquum bonum præſumatur, videbis per Ouidium ſic canentem.

Ardua quippe virtus maturos exigit anno.

Facit bonus tex. in l. fi. de fide inſtrum.

Octauo ex ſuperioribus ſimiliter infertur, an vera ſit il-
18 la communis opi. quæ habet † hæredem. ſcriptũ in minus ſolenni teſtamento tutũ eſſe in foro animæ ſi poſsideat, rurſusq́; ipſum legitimum hæredem ſi poſsideat ſimiliter tutũ eſſe in foro animæ. Quæ ſententia in vtroq; mẽbro communis eſt vt firmant Didacus de Couarru. vbi ſuprà. Iaſ. in l. ſi poſt diuiſionem, C. de iuri. & fact. igno. col. fina. Ripa in d. l. nemo poteſt, ff. de lega. 1. nu. 99. vbi Alexad. numero 23. & alij quamplures.

Quibus aduerſatur ipſa Dida. de Couarr. vbi ſuprà forti, vt ipſe putat, arg. Nam, inquit, hæ doctorum traditiones inuicem inter ſe aduerſari, & pugnari videntur. Nam ſi teſtam. minus ſolenne, quod tamen habui ſolennitate iuris gentium, iuſtam cauſam præbet poſsidendi, tũc hæres ſcriptus poſsidens tutus erit in foro animæ, hæres autem legitimus eo caſu poſsidens tutus nõ eſſet, cùm hæreditatem impiè & iniuria detineat, quæ ad ſcriptum iure pertinet. Per contrarium ſi tale teſtamentum non præbet iuſtã cauſam poſsidendi, tunc hæres ſcriptus ſi poſsideat, tutus non erit in foro animæ, cùm detineat rem ad hæredẽ legitimũ iure pertinentem: itaq; ſi eorum alter iuſtam cauſam habeat tretinendi, neceſſe eſt, vt alter cauſam iniuſtam iniuriusq́; ſit, ſicq́; non tutus in foro animæ Sed ſanè huiuſmodi collectio, & ratiocinatio, quam validiſimã inſignis Couarru. putabat, nobis ſatis debilis, ſatiſq́; inermis eſſe videtur: cùm notiſsimũ ſit, in pluribus cauſis quo ad retinendũ meliorẽ eſſe cauſam poſsidẽtis, ſicq́; ad apud vtrũque plenum eſſe ius retinẽdi, cum apud neutrum plenum ſit ius, vel etiam nullum ſit ius: vt in c. in pari cauſa. de regu. iur. in 6. l. militis codicillis, §. veteranus, in fin. vbi not. tex. ff. de mili. teſt. l. mercalem, C. de cond. ob. turp. Nã in hac ſpecie ius non eſt integrum hæredi legitimo, quia ſcriptus habet teſtatoris voluntatem: rurſus integrũ ius non eſt hæredi ſcripto, quia teſtam. erat minus ſolenne: & licèt hæres legitimus indubitanter in foro contentioſo obtineret, vt iam docuimus, tamen in foro animæ & legitimus hæres tutus erit ſi poſſideat, quia iuſtè putat, vel ſaltẽ dubitat, an vera ſint contenta in teſtamento: & cum veritate contentorum in teſtamẽto ſit dubius, habendus eſt perinde, ac ſi omnino eſſet ingnarus, vt in l. fi. C. de cõdi. indebi. Rurſus ſcriptus hæres cùm videat in tali teſtamẽto interfuiſſe ſolennitatem iuris gentium, & ſit conſcius ſibi ſe falſitatis nihil commiſiſſe, non eſt cur non intelligatur tutus in foro animæ, ſi de voluntate teſtatoris certus ſit, & indubitatus, quòd ſi incertus ſit, tunc dicendum eſt, vt ex ſuperioribus ſatis docemur. Itaq; harum rerum inter ſe pugna nulla eſt, licet inſigni illi viro pugna eſſe videatur, & hallucinatio. Ergo in re dubia pro legitimo iudicãdum in foro conſcientiæ, niſi ſcriptus certus eſſet de voluntate teſtantis, vt ſuprà diximus.

19 Nonò infertur ex ſuperioribus, † tutum eſſe in foro cõſcientiæ hæredem legitimũ, qui retinet hæreditatem, nec eam reſtituit hæredi ſcripto: non ſolùm ſi ille in minus ſolenni teſtamẽto ſcriptus eſſet, ſed etiam ſi in ſolenni teſtamento ſcriptus eſſet, inſpecta ſolennitate iuris cõmunis. ſi tamen erat minus ſolenne inſpecta ſolennitate ſuperaddita ab ſtatuto edito per ciuitatem non recognoſcentẽ ſuperiorem. Ita notanter tenent Iaſo. in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. nu. 102. in 2. lect. idẽ Iaſo. con. 67. lib. 3. col. pe. Ioannes Cald. in q. per eũ diſputata, quæ incipit, Bononiẽſi ſtatuto cauet. mouent & recte, quia leges inducentes ſolẽnitates teſtamẽtorũ iuſtiſsimę ſunt, & expediũt reipu. propter vitandas falſitates, & delinquẽdi occaſionẽ, vnde oẽs ligãt etiã in foro aĩę. Ego fortius arguo, quia ſecundũ noſtrã verã ſnĩam teſtandi facultas data fuit lege poſitiua, & cõſequẽter lege poſitiua potuit ex toto tolli, & longe facilius reſtringi, diſtingui, & moderari, vt late diſſeruimus ſuprà in q. illa, Quo iure facultas teſtandi eſſet inducta. Præterea quò magis reſtringitur facultas teſtandi, eò magis accedimus iuri vetuſtiſsimo, quo iure teſtandi facultas non erat, & res de facili reuertitur ad primæuum ſtatũ. d. §. pactus ne peteret in d. l. ſi vnus. qui quidem primæuus ſtatus ſemper præſumit melior. d. glo. in princi. C. de cad. toll. Et vt lex habuit iuſtã cãm ſuſpicãdi de veritate vel falſitate teſtamẽti, in quo ex toto ſolẽnitas iuris poſitiui probata nõ eſſet: ita & hęres legitimus habet iuſtã cauſã idẽ ſuſpicãdi: & qui per talẽ ſuſpicionẽ dubius eſt, ſimilis eſt ei, qui ex toto ignorat veritatẽ contentorũ in teſtamento. vt dict. l. fina. C. de condit. indebi. & qui dubitat de iure agentis, iuſtiſsimè retinet, etiã ſi certò ſciat ſe ius integrum non habere. vt in d. l. militis codicillis. §. veteranus, in fin. ff. de milit. teſtamento. quia in pari cauſa iuris deficientis melior omni iure eſſe debet conditio poſsidentis. cap. in pari. de regulis iur. in 6. §. commodum. Inſtitu. de interdictis.

20 Decimò ex ſuperioribus infertur, an valeat † ſtatutum editum ab ea ciuitate, quæ recognoſcit ſuperiorem (nam de lege aut ſtatuto edito ab ea, quæ non cognoſceret ſuperiorem, iã ſuprà tradidimus) quo caueret, vt teſta. cum tribus teſtibus valeret. Qua in re communis opinio eſt, tale ſtatutũ valere. Ita tenet Iaſ. nu. 80. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trini. & hanc dicit ibi communẽ opin. vbi idẽ etiã tenẽt Bar. Cinus, Bald. Sali. Fulgoſius, & alij Ange. & Paulus in l. 3. ff. de teſta vbi etiã reliqui communiter. Spec. in tit. de inſtru. editione. §. compendioſè. in verb. ſed nunquid de conſuetudine. Bar. in l. de quibus. col. 19. Bald. in l. ſed & ea. lect. 2. ff. de legibus.

Contrariã partem, vt tale ſtatutum non valeat, tenent Bar. ſibi contrarius, & Iacobus de Arena, quos refert Iaſ. in d. l. cuncto. nu. 71. & Iac. de Lau. conſi. 168. præſuppoſita conſuetudine. Ioan. And. in addi. ad. Secu. in d. §. compendioſè. verſi. ſed nunquid de conſuetudine. cum ſeq. Imola in d. l. 3. Abb. & Antonius in cap. 2. de probati.

Quid dicendum? Et prior ſententia, quæ cõmunis eſt, verior ſemper nobis viſa eſt. quia ſolẽnitas eximia & ſcrupuloſa teſtamentorum, quæ propter vitandas falſitates inducta fuit, ſecũdũ varios regionũ & populorũ mores iudicanda eſt vel neceſſaria, vel ſuperflua, & otioſa: vnde præſumendũ eſt in ea ciuitate, vbi tale ſtatutũ eſſet, ita mores bonos vigere, perfidiã, falſitatẽ: machinationẽ tam longè abeſſe, vt nimia illa & ſcrupuloſa ſolẽnitas, quæ in reliquis regionibus neceſſaria videtur, in regione, vel populo illo ſuperfluat, & vtilitatis nihil pręter moleſtiã, laboréq; adferat, cũ vt ſuperius latè docuimus, ſummæ rationis omne ſtatutũ in re dubia præſumatur: præſertim, quia licèt inuẽtio teſtamẽti faciẽdi quo iure emanauerit in ambiguo ſit, tamen formam ipſius teſtamenti, eiuſq́; ſolennitate nullus vnquã dubitarit, quin fuerit iuris ciuilis, vt latiſsimè probauimus (eſtq́; receptiſsi. ſentẽtia) ſuprà in quæſtione illa, Quo iure ſit teſtamentum inuentum. & cõſequenter alio iure ciuili poteſt immutari. Et licèt ciuitas, quæ recognoſcit ſuperiorem, nequeat generaliter derogare omnibus legibus latis à ſuo principe vel ſuperiore, tamẽ vni, vel alteri legi derogare ſine dubio poteſt ob publicam illius populi vtilitatem, quæ peculiariter, & particulariter adfuerit in illo populo. vt tex. in l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iur. Nam vt ius, poſitium editum vel conſtitutum à principe non recognoſcẽte ſuperiorem poteſt aliqua ex parte derogare iure diuino vel naturali ex cauſa: ita quoq; hoc ſtatutum à ciuitate

uitatē subdita aliqua ex parte potest ex causa derogare iuri communi à principe suo statuto.vt d.l.ius ciuile. Etenim ciuitas nostra principi nostro pijssimo non magis sub dita est,quā ipse sit iuri diuino & naturali, & tamē ipse aliqua ex parte potest iuri naturæ & diuino ex causa derogare.tex.vbi notant glos.& oēs in d.l.ius ciuile.ergo similiter & ciuitas nostra ex causa poterit iuri à principe suo edito derogare.Cogita tamē,quia nō firmo:quia cōdere legem, summę iurisdictionis est,quā ciuitas nō habet, quæ recognoscit superiorē:licèt statuta,id est, ius municipale cōdere possit.Bar.& oēs in l.omnes . ad princip.ff. de iustitia & iure.nouissimi in l.ius autem ciuile eodem titulo.

1 *TEstamenti solennitas quare inducta.*
2 *Legis quanta sit potestas.*
3 *Forma à lege posita,in dubio præsumitur substātialis.*
4 *Solennitas ab omni parte seruanda.*
5 *Formam testamenti non potest testator prætermittere.*
6 *Ius accrescendi per testatorem potest vetari, licèt ad ius descendat ex legis dispositione, cum communi.*
7 *Pupillaris tacita vt admittatur contra matrem pupilli,testator iubere potest,cum communi.*
8 *Præceptum testantis, quo quis inuitatur ad delinquendum, non valet,cum communi.*
9 *Testator potest vetare, ne resi hæreditariæ sint pro legatis obligatæ,cum communi.*
10 *Testator potest facere,ne dominium legati transeat ipso iure in legatarium,cum communi.*
11 *Testator potest facere, vt eadem res bis legata, bis debeatur,contra communem,cum Ias.*
12 *De voluntate etiam tacita testantis testam. minus solenne valet in vim codicillorum.*
13 *Geminationis varij effectus.*
14 *Collegij summi diui Iacobi constitutio declarata.*
15 *Priuilegium nouum non perimit antiquum.*
16 *Priuilegijs specialibus dispositio generalis derogasse nunquam videtur.*

QVo ad.7. articulum principalē sciendum est, quòd solennitas testium in 1 testamēto & introducta † fauore publico, ne falsitas committatur.l.fina. C. de fideicommis. Bal. hæc in l.non dubium. C. de testamen. Istam considerationem habuit glo. ibi, dum dixit, ꝙ si voluntas defuncti circa legata, vel fideicommissa legibus nō sit subnixa, licèt filius vel hęres expressè eā approbet, & dicat, approbo ꝙ pater meus fecit,non præiudicat sibi.l. post diuisionē. & l. cùm testam.C.de iuris & facti igno.dum tamē non soluat, vel promittat:& si vnū in totū soluit,in alijs sibi non præiudicat.Casus est in l.Lucius.§.testator.de leg.2. Ex qua glos. dicebat Paulus de Castro in d.l.non dubiū.l. ista semper allegaī, ꝙ quādo testamentū, vel codicillus non valet propter defectū publicæ solēnitatis,non potest approbari per venientes ab intestato,vel per hæredem, vt valeat iure testamenti,vel codicillorum.

Id quod ea ratione receptum esse videtur,ne delinquēdi,falsitatisq́;,perpetrandæ occasio detur.Cùm enim testator præsumaī turbatus mortis cogitatione, vt in l.hac consultissima.§.at cùm humana.C.qui testam.facere possint. facit tex.in authen.de trien.& semi.§.illud.certè si testam. minus solenne admitteretur, fraus legitimis hæredibus facilè fieret.arg.l.iubemus.C.de testam.ibi,falsitas in elogijs committitur.Neque ad rē pertinet,ꝙ testator velit dispēsare cum iuris solennitate,velitq́; etiam expressim, & ore aperto nimiam, miseramq́; diligentiam testamentorū faciendorū prętermittere.vt in l.codicillis.§.fi.ff. de lega.2. nam adhuc, legis voluntas, & eius præceptum potentius est,non modò quando iusto rectaq́; ratione procedit, sed etiā si eius ratio occulta, vel fortè subdura sit.nā lex quan-
2 tuncunque inuidiosa †, nō desinit habere vim legis.l.1. in princi.in verb.inuidiosum. de cad.toll.C. & l.vtcunque captiosa, non desinit habere vim legis.d.l. vnic.§.& cū lex. in verb.suis machinationibus. & l. quantuncunque dura, non desinit habere legis vim.l.prospexit.ff.qui, & à quib. & l.quantuncunq; inhumana & rigurosa, nō desinit habere vim legis.l.in suis.ff.de li.& posthu.§.1.Insti. de his qui sunt sui vel alie.iur.

Harum conclusionum accipe tres rationes. Prima ratio:cum leges constitutæ fuerint, non licebit iudicare de ipsis,sed opportebit iudicare secūdum ipsas. c. erit autem lex.4.distinctione.

Secunda ratio:quia nullius sensus est,qui sensum vincat principalem.l.si.C.de legibus.

Tertia ratio:quia vt lex iusta intelligatur & bona, sufficit,quòd legislatori ita visum fuerit, quodq́; potuerit habere aliquem finem non inhonestum.l.1. §. initium.ibi, quia moderatam hanc ętatem Prætor ratus est.ff.de postulan.vbi glo.hanc rationem dicit mirabilem.

Quarta ratio:quia non omnium,quę à maioribus constituta sunt,&c.l.non omnium.ff.de legibus.

Quinta ratio:quia vt respublica diutiùs consistere non posset sine legibus:ita nec cum illis,si passim,& temere de earum ratione liceret disputare.

Vnde vt Thucydides ait.

Satius consultiusque cum republica agi videtur, quæ malis moribus & legibus constanter vtitur,quàm cum ea, quæ bonis,sed inconstanter.

Vnde Lucanus lib.3.bel.ciuil.sic ait.

Perunt discrimine nullo.
Amissæ leges.

Est enim dolendum,quàm leuibus ex causis vafra mentitaq́; iudicum interpretatione leges quæque sanctissime veluti exulare cogantur,vt ipsum scopulum ridens attigisse videatur Plautus in Trinummo,dum ait.

Mores leges perduxerunt nam in potestatem suam
Subditq́; idem Plautus ibidem.
Eæ miseræ etiam
Ad parietem sunt fixæ clauis ferreis, vbi malos mores
Adfigi nimio fuerat æquius.

Horatius Oda.24.lib.3.

Quid leges sine moribus
Vanæ proficiunt? si neque feruidis
Pars inclusa caloribus
Mundi, nec boreæ finitimum latus
Durat æque solo niues
Mercatorem abigunt,horrida callidi
Vincunt æquora nauitæ?

Itaque legē testamentorū faciendorū, eiusq́; formā, & exactissimā obseruationē vel inuiti coguntur obseruare testatores,quātuncunq; eis dura & scrupulosa videaī, pro vt visa fuit ei testatori,de quo loquitur Iureconsultus in l. codicillis.§.fi.ff.de leg.2.qui dicebat, se obseruare nolle nimiā miseramq́; testamentorū faciendorum diligentiā, sed velle se eius formę derogare.Quod sibi profuit nihil:quin imò Accursius ibi ridet stultitiā ipsius testatoris volētis cōtra legis potestatē cōtēdere, testamētorūq́; solēnitati à lege multis,summisq́;vigilijs, maturoq; cōsilio excogitatę atq; inuētæ derogare.cōtra.l.si qn̄.in prin.C.de inof.testa.

Et quanta sit legis hac in re potestas, vt per hoc appareat testatorē ei derogare nō posse, videre poteris per Tiraquellū.de vtroque retract.in prin.nu.75.Bal. in l.nō omniū ff.de legib.Sed & idē Bal.in c.1.in prin. col.2. vers. ibi prohibens.tit.de feud.cogn.scribit,nō semper exigi, vt cōsuetudo sit rationabilis,sed satis est, vt sit tolerabilis,& vsu approbata.& idēBal.in rubrica extrà.de consti. colum.2. versi.cōstitutio.dixit cōstitutionē esse rationabilem eo ipso,ꝙ nō reperitur prohibitio, licèt eius ratio demonstrari non

ri non possit. Et quòd valet & tenet cõsuetudo, vel statutum irrationabile, & durum, si modò non sit cõtra fidem ius naturale vel diuinum, nec inducat occasionem peccandi, nec aliàs sit contra bonos mores.

Vnde secundũ eũ valet lex vel statutũ, aut consuetudo permittẽs, vel inducẽs, vt quisq; possit retractũ facere illius rei, quæ auorũ, maiorumq; suorũ fuerat, si obtulerit tãtũ pretij, quãtũ emptor primus dederat. estq; lex hęc tolerabilis secũdũ Tiraquellũ vbi suprà, qui quamplures de more cõicat huius rei assertores. Vnde subinfertur firmã esse legem.70. Tauri.& l.6.&.7.titu.de las vendidas. lib.5. ordin.& l.13.tit.10.lib.3. fori, quæ quidem leges hanc rẽ permittunt, nec iniquæ sunt: nam licèt cognationem quãdam inter nos natura constituerit. l. vt vim. ff. de iusti.& iure. tamen non equã, aut parem: vnde dictæ leges quasi imitãtur ordinem successionum legitimarũ, vt proximior cognatus ad hunc retractũ præferatur cæteris, deinde si plures eiusdẽ gradus concurrant, omnes pariter admittantur.

Sed & in alio modũ successionũ imitantur: quia vt in vltimis voluntatibus hęreditatem, vel legatum cuique relictum is scindere non potest, sed vel totum agnoscere, vel totum respuere. §. his ita. C. de cad. toll. l. neminem. cum sequen. ff. de leg.2. ita quoque hanc scissionem facere nõ potest, qui talem rẽ retrahere vult, & partẽ retrahere & partẽ relinquere nequit: quinimò si plures res vno pretio distractæ fuerint, id facere nõ posset, sed vel omnes retrahere, vel omnes omittere, quasi propter vnitatẽ pretij vnus idemq; duntaxat contractus non etiam plures videantur, licèt non vna, sed plures res distraherent, vt probat dicta l.71. Tauri, facit. l.73. Tauri. d. l. neminem. cum sequen.

Quo ad octauum articulum, nempe legis præceptũ, an vincat præceptum voluntatemq; testatoris, siue illa certa sit atque indubitata, siue etiam præsumpta tantũ, an verò voluntas testatoris vincat ipsius legis præceptum: quæ res adeò vaga, lubrica, incerta, controuersa, & volubilis est, vt in mille casibus vix in alterã partẽ declinare audeas, vixq; intelligas vtrã partẽ eligere expediat. Vt interim omittam huius rei varietatẽ & magnitudinẽ, quæ bonã totius iuris partẽ occupatã tenet, sicq; residuã huius.1. libri partẽ hac in re cõteremus, neq; id sat erit ad minimã huius rei particulã expediendam erit tamen vtilissimum ad faciliorẽ cognitionẽ eorũ omnium, quæ sequentibus libris acturi sumus, vt videbimus plenè infrà hoc.§. num.5.

Ergo in primis admonendi sumus, quòd forma legis omissa, quacunq; ex parte testamentum nullius nomenti

3 est: nam in† dubio omnis forma à iure tradita debet censeri forma substantialis, & de essentia actus. ita singulariter Bal. in l. comparationes. C. de fide. instru.2. col. ibi, tertiò oppono. Et est regula generalis, quòd actus factus forma non seruata, est nullus. vt in l. Iulianus. ff. ad exhibẽt. Cuius verba sunt. Nã mutata forma, propè interire substãtiã rei, Marcellus scribit: & talis matrix sterilis est, & radix infecta, nõ pariet, nec pullulabit. Ergo nec actu, nec potentia potest dici scriptura publica, vel testam. illud, quod omni ex parte non habet legum omnimodam exactissimamq; obseruationem, & formam.

4 Quia † qñ plura sunt necessaria ad alicuius actus substantiã, defectus vnius vitiat totum. l. cùm 2. §. si prætor ff. de transf.& ibi Paulus. l. i. §. præterea. ff. de tute. & rationibus distrahe. l. fi. ff. de diuor. cũ alijs. Et quãdo aliquid de substantialibus per tabellionem omittitur, quãuis fit per eius errorem, sine dubio instrumentũ est nullum, & talis imperitia nocet parti, licèt ipse possit per partem ad interesse conueniri. glo. in l. ambiguitates. C. de testa.& ibi Bar. Bald.& cæteri moderni.& idẽ indifferenter omnes in allegata. l. errore.& ita limitatur & intelligitur. glo. in l. fi. C. de fideiussoribus, scilicet quòd imperitia tabellionis non nocet parti, cũ tabellio teneatur præstare interesse propter imperitiam. quam glo. ita intelligit Pau. Alex.& Ias. in alle l. errore. in principio. Et omissio formę licèt lex dispositiuè tãtũ loquaẽ ideo vitiat actũ. iuxta. l. j. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. l. j. ff. de iure codi. l. si vnus. C. de testã. quia nemo potest facere quin leges locũ habeãt in suo testamẽto l. nemo potest. ff. de leg. j. Circa quam regulã totũ ferè ius tam cano. quam ciuile versaẽ, præsertim in vlti. volun. quę in hac sola inspectione ferè versanẽ, an voluntas testantis vincat legis præceptum, an verò à legis præcepto vincaẽ secundùm regulam prædictam.

Ergo d. regulam vt formam legis &c. ampliant vt procedat etiam in principe qui res regię coronę contra formã legis alienare non potest. c. intellecto de iureiur. est cõmunis opi. vt plene dixi. infra. §.26. nu.82. quod obtinet de iure de communi at de iure regio dubitatissimum est.

Ergo superioribus affinis & proxima est illa sat agitata quæstio, cùm oppidorum, pascuorum terminorumq; alienationes à summis nostrorum principum rationalibus de ipsorum mandato fiunt, non adhibita solennitate, de qua in l.1.2.3.4.& 5. tit. de las don. lib.5. ordin. an quasi forma legis neglecta talis alienatio valere desinat. Et præmitte, quòd Rex Castellæ videtur quòd sit dominus totius Castellæ, ita vt non solũ quo ad iurisdictionem, & protectionem dñs esse intelligatur, sed etiam quo ad verũ dominiũ omniũ rerũ, quæ in Castella sunt: qualia sunt oppida, ciuitates, pascua, montes, prædia, & reliqua oĩa id genus. arg. tex. in l.9. incipit Sobre muchas. tit.2. lib.1. ordi. ibi. E porque si esto assi pasasse, redundaria en derogaçion de nuestra Real preeminençia, por ser este derecho ganado por los Reyes por se respecto de la cõquista que hizierõ desta tierra. Quorũ verborum sensus est, regionũ Hispaniæ, seu Castellæ plerasq; ereptas fuisse à Mauris, vel Saracenis per Reges Castellę, & cõsequẽter ad eos iure dominij pertinere, nõ secus quã ea, quæ ab hostibus capiunẽ iure gentiũ pertinent ad ipsos capientes. vt in l. ex hoc iure, ff. de iustitia & iure.& in §. ius aũt gentium. Instit. de iure natu.& vtrobiq; perscribẽtes.& in §. item ea quæ ab hostibus. Instit. de rerũ diui.& in l. hostes, ff. de capti.& l. postlimi. ff. de verb. sig. Ad idẽ facit tex. in l.19. tit.3. lib.1. ordi. ibi, los quales con deuoçion feruiente è catolicos, è animosos coraçones, è con derramamiento de la sangre suya ganaron è liberarõ est tierra delos infieles moros enemigos de nuestra sancta fee catolica. Quorũ verborũ sensus est, Reges Hispaniæ regionũ plerasq;, quæ sub Hispaniæ ambitu cõtinenẽ, subiugasse, eripuisseq; à manu, ditione, potestateq; Maurorũ: sicq; ad eos iure dominij pertinere, non secus quàm reliqua omnia, quæ bello capiuntur.

Ad idem & tertiò facit, l.1. titu.3. lib.7. ordi. ibi Porque nuestra merced y voluntad es, que las ciudades, villas, è lugares sean abundadas de proprios, mandamos quæ las tiendas, boticas, alhondigas, boticas, è lonjas, è suelos, quę fueron appropriados à las dichas ciudades, villas, e lugares, los quales han tomado, y tienen entrado algunas personas cõ poder quæ tinen en las tales ciudades è villas, quæ luego sean tornadas à las tales ciudades, è villas. Ponderãda sunt illa verba, è suelos quæ fueron appropriados à las dichas ciudades. Quorũ verborũ sensus est, quòd singulis ciuitatibus, & oppidis nullum solum publicũ cõpeteret, nisi ex concessione principis, sicq; per prius ad ipsum principem tale solum pertinebat. Quartò facit tex. d. l.1. ibi. E si algunas cartas de mercedes de las tales cosas fuerõ dadas. Vbi probaẽ tale solũ publicum cõcedi posse & solere per principes Castellę. Quintò facit l.2. tit. x. par. ibi.2. Ca pues el es cabeça de todos, dolerse deue del mal quæ reçibieron, assi como de sus miembros. E quando desta guisa fiziere cõtra ellos, ser les ha como padre. Quorũ verborũ sensus, est principẽ respectu subditorũ similem esse patri respectu filiorum, & capiti respectu cæterorum membrorũ. Vnde vt ius pertinet ad caput, non ad reliqua mẽbra, & vt viuo patre ad filios olim nihil pertinebat, nisi de patris cõcessione. vt in prin.& §.1. Instit. per quas personas nobis acquiritur. ita quoq; ad ciuitates & singulas personas Castellæ nullum solum pertinere videẽ, nisi de principis consensione. Sextò facit tex. in l.3. tit.10. part.2. ibi. El Reyno es como huerta,

huerta, y el pueblo es como arboles, y el Rey es señor della. Quorũ verborũ sensus est, dominiũ, quod Rex Castellæ habet in hoc regno, assimilari illi dominio, quod habet quisq; dominus in suis hortis & prædijs. Septimò facit text. in l.3. tit.19.2. part. ibi. Que los ha assi como fijos è criados. Quorũ verborũ sensus est. Imperiũ quod habet Rex Castellæ, assimilari imperio, quod quisq; pater habet in filios, vel dominus in famulos, vel seruos. Octauo facit eadem. l.3. ibi. Regno es llamado la tierra que ha Rey por señor. Vbi significatur Regem esse dominũ totius regni. Ad idẽ. l.7. eodem tit. ibi, desamparar su señor en tierra de los enemigos. Vbi Rex appellatur dominus totius regni. Ad idẽ & decimò. l.9. eodẽ tit. ibi. Al Rey su señor. Vbi Rex appellatur dominus. Vndecimò facit text. in l.6. tit.27. par. 2. ibi. A los que le ayudarẽ a ser heredero de sus enemigos. Vbi probatur omne solum, quod Rex Castellæ ab hostibus eripuit, & debellauit ad eũ Principẽ iure dominij pertinere, nõ secus, quã ad singulos pertinet, quod iure hæreditario quæsierũt. Duodecimò facit. l.19. tit.26. par.2. ibi. E despues desso la primera cosa que deuen fazer es dar al Rey aquel lugar que ganaren. Vbi probatur, quod ab hostibus capitur, ad Regem Castellæ pleno iure pertinere, si sit immobile, qualia sunt vrbes, oppida, & similia, nobilium tamen quintam tantum partẽ ad Regẽ pertinere. Neque ad rem pertinet l.10. tit.29. part.2. nã ibi prædicta nõ negantur, licèt dicatur id quod recuperatur ab hostibus, ad pristinũ statũ redire. Decimotertiò facit. l.7. tit.20.3. part. ibi. E si fiziere puebla nueua, è les diere heredamiento de termino poblado. Vbi pro constanti & comperto habetur, quod facere nouũ populum nullus potest citra principis licẽtiam, & preterea tali populo solus Princeps potest cõcedere & assignare pascua, cãpos, & terminos, quasi hæc omnia ad eũ Principẽ ante talẽ assignationẽ pertinerent. & est expressior tex. in l.3. tit.8. lib.2. ordi. vers. otrosi porq; esta dispuesto.

Verùm si hanc potestatem Principibus nostris ideo cõpetere putamus, ꝙ legibus superioribus sic declaratum est, consequens erit, alijs legibus eandẽ potestatẽ posse ex toto adimi, & longè facilius moderari, & restringi. Vnde cũ per. d.l.2.3.4. tit. de las donaciones. lib.5. ordi. hæc alienandi facultas vetita sit nisi adhibita illarũ legũ obseruatione, superest, vt talis alienatio alio modo facta nullius momẽti sit, si fiat per modũ & titulum donationis, quod si fiat per titulũ onerosum, putà venditionis, tunc magis dubiũ, quia non semper valet argũ. de donatione ad venditionẽ, & reliquos titulos onerosos, licèt aliquando valeat, vt in terminis legis. donationes quas parentes. C. de don. inter virum & vxorem. Verùm hanc rem attigisse, non etiã diremisse fas est, propter innumeras causas, alienationesq;, que modò fiunt & pendent a summis principum nostrorum rationalibus factas. Et quòd Princeps possit oppida donare, est tex. clarus in. l.2. tiul. de los fidalgos. lib.4. quid de iure cõmuni dixi infra. §.26. nu.82.

Præmissa ergo prædicta conclusione pro vera, stat ista
5 regula, quod † nemo potest facere quin leges habeant locũ in suo testamento, vel in suis actibus, vel generaliùs, quod nemo potest iuri publico derogare. Cum ista regula concordant iura sequentia. Primo tex. vulgatus in l. testãdi. C. de testam. cuius verba &c. Secũdo tex. singula. in l. codicillis. §. fi. de leg.2. & ibi gl. dicit. audi stultum testatorẽ, stultitia tamen sua ei non prodest. Tertio text. in l. quidem decedens. in princ. ff. de admi. tuto. Quarto tex. in l.1. §. si inter. ff. de magistra. conueni. Quinto. l. quod de bonis. ff. ad. l. falci. & l. si vt allegas. C. eod. tit. Sexto tex. in l.3. in pr. ff. de trãsactio. Septimo. l. ius publicũ. ff. de pactis. Octauo. l. fina. ff. de suis & legi. hære. Nono. l. ex cerdonem. ff. de oper. liber. Decimo. cap. requisisti. & ibi notat Abb. de testã. & ibi gl. allegat istã. d. legẽ. Vndecimo c. tua nobis. eod. tit. & ibi glo. allegat istã regulã. Duodecimo. c. si. diligenti. cum ibi plenè notatis. de foro compe. & ibi glo. allegat istam. d. legẽ. Decimotertio. c. si. quidam 10. quæst.1. & ibi glo. allegat. l. ius publicũ. ff. de pactis. Decimoquarto. c. contingat de senten. excommuni. Decimoquinto. l. scire debetis. C. vt in posse. legato. Decimosexto. l. nec ex prætorio. ff. de reg. iur. vbi est gl. plena in materia. Decimoseptimo. l.2. in fin. C. sine cens. vel reliq. quã allegat gl. in d. l. ius publicũ. Decimooctauo cõcordat. l. iuris gẽtiũ. §. si paciscar. cũ sequen. & l. pacisci. & l. si vnus. §. illud nulla. & §. pacta quę turpẽ. ff. de pactis. & C. eod. l. pacta quæ cõtra Decimonono. l. Neratius. post pr. ff. de religio. & sump. fune. Vicesimo. l.2. §. ius reipublicæ. de admi. rerum ad ciui. perti. ff.

In quibus iuribus habetur, non posse testatores efficere quin leges locũ habeãt in suis testamẽtis, nec posse iuri publico, seu formæ quæ dispositionibus lex accommodauit, derogare, nõ magis, quã id possent cõtrahentes, quibus similiter id permissum nõ est. vt. d. §. si quis ita. cũ similibus iã citatis. Bonũ etenim est regulariter argumẽtũ de cõtractibus ad vltimas volũtates. l. si. diuortio. ff. de verb. oblig. §. eũ qui chirographũ. in. l. seruũ filij. ff. de leg.1. Sed ꝙ testator possit formæ testamẽtorũ derogare, & sic efficere, vt leges in suo testamẽto locũ nõ habeãt, videtur ex multis.
6 Nã certũ est, quod † inter succedentes de iure ciuili habet locũ ius accrescẽdi. C. de cadu. tollen. §. ijs ita. ff. de acqui hære. l. cũ hæreditate. & l. si duo. d. si minor. d. l. fin. & l. si solus. & C. de impu. & ali. l. testamẽto. cũ similibus. idẽ inter succedentes de iure prætorio. C. quan. nõ peten. par. l.1. ff. de bono. posse. tit. generali. l.3. §. fi. cũ leg seq. & sequ. Et circa hoc addo vnum, ꝙ videbitur scholaribus mirabile, scilicet ꝙ istud procedit, etiam si hæres in aliqua ex istis partibus haberet substitutũ extraneum. Pone, testator instituit me hæredem in diuersis partibus, deinde si hæres non ero, in tali parte substituit Gaiũ, núquid potero acceptare alias partes omissa ista, in qua habeo substitutũ? Videretur quod sic, quod testator dando substitutũ in illa parte, videtur mihi dedisse facultatẽ abstinendi ab illa parte. Cõtrariũ tamẽ est verũ. Et ita determinat tex. mirabilis in d. l. si solus. in princ. ff. de acqui. hęre. Nã per dationem substituti, intelligitur data licẽtia abstinẽdi, quando est datus substitutus vniuersaliter, secus si particulariter. tex. est ibi. cũ idẽ iuris videatur esse de parte quo ad partẽ, ꝙ est de toto quo ad totũ. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. l. qui scit. ff. de vsur. Illud autẽ quod venit alicui per ius accrescendi, dicitur venire ex dispositione legali potius, quàm ex voluntate defuncti. est tex. notabilis in l. si in testamẽto. ff. de vulgar. & pupilla. substitutio. & ibi notabiliter per Paul. Alex. & alios. Et tamẽ ego habeo, ꝙ illud ius accrescendi proueniens ex dispositione legali, potest testator prohibere, vt probatur in l. quoties. §. si duo. ff. de hæredi. insti. ibi modo si voluntas defuncti nõ refragatur. & c. & ibi Bar. notat. & est glo. ordinaria in l. dominus. §.1. ff. de vsufruct. secundũ vnam solutionem glossæ. probatur in l.1. & ibi per moder. C. de testã. mi. tenet Bal. in l.1. in pr. C. de indi. vidu. tollen. & pulchrè. C. quan. nõ petẽ. partes. 5. col. & melius. 9. q. & per Bart. in l. re coniuncti. de leg.3. 11. col. in fin. Imò ꝙ est plus, nedum expressè, sed etiã tacitè potest testator prohibere ius accrescendi, quod ad præsens non examino, sed pro hoc põdero nouissimè tex. in l. mulieri & Titio. de conditio. & demonstra. vbi ille, qui ad mittitur ad partẽ sibi relictã cõtra voluntatẽ defuncti, & ex dispositione legis, vt ibi, non accrescit portio posteà vacans. Et est ratio, quia si testator esset interrogatus, an vellet sibi accrescere aliã partẽ, clarũ est, quòd responderet quod non, cũ portionẽ principalem consequatur cõtra voluntatẽ defuncti, & sic nedũ expressè, sed etiã tacitè potest prohibere ius accrescendi. Concludẽdo ergo dico sic. Inter succedentes de iure ciuili vel pretorio habet locũ ius accrescendi, & illud accrescit ex dispositione legis potius, quã ex volũtate defuncti. Hoc autem scilicet ius accrescendi proueniẽs ex dispositione legis, potest testator prohibere, nedũ expresse, sed etiam tacite, vt dixi: ergo testator potest disponere cõtra legem, ergo potest in testamẽto suo cauere, ne leges in testamẽto suo locum habeant, & sic expressè cõtra. d. l. legẽ. nemo. cũ suis concordan. & contra nostram regulam.

Prætereа

Præterea & secundò & nouissimè in proposito arguo ;
7 sic,& præmitto,ꝙ † substitutio vulgaris expressa admitti tur cõtra matrẽ pupilli indubitáter, quia agit̃ de hæredita te testatoris.& est tex.in.l.fi.C. de insti. sub cõdi.fac.idẽ in vulgari tacita cõprehensa in pupillari expressa eadẽ, ratio- scilicet quia agit̃ de hæreditate testatoris, non pupilli.glos. est approbata in d.l.fin. Sed an pupillaris admittatur cõtra matrẽ pupilli? Aut est expressa, & admittit̃.l.precibus. de impube.c.si pater.in fi.de testamẽ.libr.6. Aut est tacita, & tũc aut cõprehensa in cõpẽdiosa.& idẽ.dict.l.precibus.cir ca finẽ.aut cõprehẽsa in breuiloqua.& idẽ.l.Lucius. de vul ga.& pupilla.notat̃ in dict.lege. precibus.& in l. in testam. de testament.mi.Ratio est,quia comprehensa in cõpẽdio- sa vel breuiloqua,est expressa,saltẽ in genere, licèt non in specie.vt per gl.& docto in dictis locis. Aut est tacita pu- pillaris cõprehẽsa in vulgari expressa, & ista nõ admittit̃ cõtra matrẽ pupilli,siue mater sit cohæres, vt dicta l.fina. C.de institution.siue nõ.vt dicta.l.precibus.Et ista est cõ- munis opinio,licèt multi teneant oppositũ, scilicet, ꝙ il- lud procedat solũ, quãdo mater est cohæres, &c. Habeo ergo ex prædictis,ꝙ substitutio pupillaris tacita cõprehen sa in vulgari expressa nõ admittit̃ cõtra matrẽ pupilli, & hoc disponit̃ à iure per suprà dicta iura: & tamen habeo, quòd testator potest cõtrariũ disponere,scilicet, ꝙ tacita pupillaris admittat̃ cõtra matrẽ pupilli.ita probat tex.in d. l.fina.& ibi expresse notat Bal.ibi tam Vlpiano, quã Papi. viris disertissimis voluntatis esse quæstionẽ scribẽtibus. Põdera,voluntatis,&c.Ergo an admittat̃ cõtra matrẽ, vel nõ,pẽdet à voluntate defuncti, & sic testator potest con- trariũ disponere.Ad idẽ est gl.ordinaria in dicta.l.precibus in verb.omnino,quę est singul.& idẽ gloss. vltima eiusdẽ legis.& nedũ expresse potest disponere ꝙ admittat̃ cõtra matrẽ,vt dixi,sed etiam tacite.ita vult glos. in dicto verb. omnino & probat̃ in l.in testamẽto in fin.de testam. mili. ibi.sed tibi probandũ est an ita frater tuus senserit. Ponde- ra,senserit.Ergo non expressit, verbi gratia, si forte vxor erat inimica testatoris, quia forte adulteriũ commiserat, isto casu ex tacita volũtate defuncti excludit̃ mater etiam per tacitã substitutionẽ. vt per Bar.& docto.in l.moribus de vulga.& pupilla.& in d.l.precibus.& per Bal. & Salice. in l.quanuis,eodẽ tit.vel quãdo testator substituit piã cau sam vulgariter,nam tunc tacita vulgaris ibi cõprehensam excluderet matrẽ,quia verisimile est,ꝙ testator plus dile- xerit animã suã,quã vxorem,cũ ordinata charitas, &c.Ita singulariter Angel.in d.l.precibus,in lectura Perusina. Er go patet ex prædictis,ꝙ testator potest disponere in testa- mẽto suo cõtra legẽ,cũ possit facere,ꝙ substitutio pupilla ris tacita,quæ secundũ ius nõ admittit̃ cõtra matrẽ,exclu- dat ipsam matrẽ,vt dixi,& sic cõtra d.legẽ, nemo. Posset & alijs modis opponi cõtra d.legẽ extra cõmunes allega- tiones,sed quid plura cõmemorẽ,cũ ea cõmemorãdo fini re nõ possũ?vt in simili dicit tex.in c.de occidẽdis.2 3.q.5.

Pro solutione ergo harũ rationũ dubitandi & istius ma teriæ cõsiderandũ est,ꝙ in proposito reperit̃ ius duplex, scilicet,publicũ & priuatũ.Iterũ publicum est multiplex. Primò publicũ,id est,naturale,vel sanguinis,vel naturæ & istud pacto non potest tolli nec minui.tex.est in l.iura san- guinis,ff.de reg.iur.& in.l.ius aũt agnationis, ff. de pactis, facit bonus tex.in l.addicatio.C.de patri.potesta.Item qui est liber,nõ potest pacto se facere seruũ l.nec si volens, di cta l.liberos 1.& 2.C.de libera.caus.d.l.interrogatum,eod. tit.Ratio primi est,ꝙ cũ illud ius sit naturale, & immuta- bile,per cõsequens pactũ,vel renuntiatio nihil operat̃.tex. est Inst.de iure natura.§. sed naturalia d.c. 1.5. distinctio- ne,& Insti.de legi.agna.tute.§. fina. Hinc dixit eleganter Bal.in l.emãcipatũ.§.fina.de sena.ff.ꝙ. prouidẽtia legis & naturæ firmior est, quã prouidẽtia partis, & allegat dictã l.ius aũt agnationis,d.l.3.ff.de interdi.& relega. Ratio aũt legis,nec si volens, cũ simi. potest esse quasi eadẽ, de qua supra,quia est ius naturale,ꝙ hoĩes sint liberi,quia ab ini- tio oẽs homines liberi nascebant̃, ideo in cõtrariũ pacisci nõ potest.Itẽ est secũda ratio: quia nemo est dominus sui ipsius,vel membrorũ suorũ,& ideo super hoc pactũ non valet,& ita dicunt ibi docto.& de isto iure publico, scili- cet naturali,nõ loquit̃ regula nostra.Secũdo modo dicitur ius publicũ,ꝙ publicã vtilitatẽ principaliter respicit,putà, ne delicta remaneant impunita.l. licitatio. §. ꝙ illicitè.ff. de publicia.l.ita vulneratus, ff.ad l.Aquili.l. eũ qui nocen- tẽ,in pri.ff.de iniur.cũ simi.& super tali iure publico pactũ interpositũ nullius est momẽti,tex. est in l. generaliter. in l.se.& in l.si stipuler.dicta.l.plagij. de verb.oblig.ff.d.l.pa- cta.l.pacta quæ cõtra.C.de pactis & ff.de pactis.l.iuris gẽ- tiũ.§.si paciscar.cũ.§. sequen. & d.l. si vnus,§. pacta quæ turpẽ,& §.illud nulla. cũ simi.Et de isto secundo iure pu- blico,quo maleficia puniunt̃, nõ etiã loquit̃ nostra regula. Tertiò modo dicit̃ ius publicũ, scilicet ꝙ tãgit ius alicuius reipublicæ:& in præiudiciũ illius iuris reipublicæ nõ po- test pacisci.Ita loquit̃ tex.in l.iuris gentiũ,§.si paciscar. cũ simi.ff.de pactis, & de isto tertio iure publico non etiã lo- quit̃ proprie regula nostra. Quarto modo dicit̃ ius publi- cum vbicunq; lex disponit, dando formã vel solẽnitatem alicui actui: verbi gratia,lex disponit ꝙ certa solẽnitas ser uetur in testamẽtis.l.hac consultissima,in prin.C.de testã. itẽ l.disponit,ꝙ seruetur certa forma, & solennitas in sen- tentijs ferendis,l.prolatã,C.de senten.& in stipula.l.1.§.si quis ita,de verb.obliga.l.contra iuris,in pri.ff.de pactis, & istud dicitur ius publicũ,l.testamenti factio.ff.de testa.quia pro publica vtilitate hæc omnia introducta sunt:in præiu- diciũ ergo istius iuris publici testator nihil disponere po- test,quia est inductũ ob publicã vtilitatẽ,vt dixi, & ad fal- sitatem euitãdã,l.fi.C.de fideicõmiss.ibi.lex enim ne quid falsitatis incurrat,&c.Quem tex.quasi in simili.allegat gl. c.in imprudentia, post principium, de offic. delegat.& c.extra conscientiã,64.dist.& in c.de quibus 20. distin.& de isto quarto iure loquit̃ regula nostra, licèt & de alijs tri bus posset intelligi.Et ex prædictis infert̃ generaliter ad l. ius publicũ,ff.de pac.& l.2.§.ius reipublicæ,ff.de admi.re- rum ad ciui.pertinen.vbi hoc extẽdit̃,ꝙ nedũ pacto priua torũ,sed nec pacto publicarũ personarum potest illud ius immutari.Infert̃ etiã ad tex.in l.testandi.C.de testa.ibi,vel iuri publico derogare cuiquã permissum est,&c. Tertiò in fero in specie,ꝙ † si testator in testamẽto suo dicit, Tuto-
8 res quos do filijs meis analogistas esse volo.1. immunes à rationibus reddendis,ꝙ hoc præceptũ est nullius momẽ- ti.Subdit tex.rationẽ nemo enim ius publicũ remittere po test huiusmodi cautionibus nec mutare formã antiquitus cõstitutã.Est & alia ratio ibi,quia si secus diceremus,inui- tarentur tutores ad delinquendũ,scientes se immunes à ra tionibus reddendis,contra legẽ: si vnus,§. illud,ff. de pa- ctis,d.l.conuenire,ff.de pact. ꝙ non est ferendũ. Quartò infero in specie,si magistratus conuenerit,vt alterius eorũ periculo tutores dent̃,talis conuentio pupillo non præiudi cat.Rationẽ subdit tex.& hoc pondero. Conuentione ius publicum mutari nõ potest.Quintò infero,ꝙ clericus nõ potest prorogare iurisdictionẽ non sui iudicis,etiã de cõ- sensu aduersarij,nec etiã si iuramẽtũ interueniat,vt in c.si. diligenti.de foro cõpeten. Rationẽ subdit tex. immemor constitutionis, qua cauetur, pacto priuatorũ iuri publico minime derogari,&c.Sextò infero,ꝙ si testator aliquid re linquat in testamẽto,& expresit,ꝙ illud esset tantũ eccle- siæ,nõ episcopi,præceptũ nõ valet, vt in c.requisisti,de te stam.Ratio est,vt dicit tex.quia priuata dispositio testato- ris non potest generalẽ constitutionem canonis immuta- re,&c.Et eadẽ ratione infero ad decisionẽ.c.tua nobis, eo dem tit.vbi gloss. allegat dict.c.requisisti: & d.l. nostram. Secũdò infero, ꝙ si clericus aliquem offendit laicũ, & se submittat illi laico,vt possit eũ fustibus castigare, vel alio modo percusiones inferre, ꝙ licet illud fiat de voluntate clerici,& etiã si de hoc sit cõsuetudo,nihilominius ille lai- cus incieit in canonẽ. Si quis suadente, & dicit̃ illa manus iniectio iniuriosa,licet nõ violenta, c.contingit,de senten excom. Viriosa contra,quia consentienti,& volenti nõ fit iniuria.

iniuria. Ad hoc respódet ille tex. & hoc est ꝙ pondero, ꝙ ille canon. s. si quis suadente non tam in fauorem clerici ordinati, quã in fauorem ordinis clericalis fuit ordinatus, & sic in fauorem publicum clericorum: nõ ergo mirũ, quod pacto vnius priuati illud ius publicum immutari non possit. est pro hoc. c. cũ desideres, cum ibi notatis, eodem tit. Facit tex. elegans in c. si is qui. 23. q. 4. qui dicit, ꝙ ea, quæ in nobis committuntur, facile possumus admittere: ea verò, quæ in Deum commissa sunt non facile, sed cũ magna distinctione debemus, vel possumus relaxare. &c. Octauo infero, ꝙ si testator corã nõ solenni numero testiũ testet, & subijciat, ꝙ non vult seruare solennitatẽ legũ, sed testari, prout sibi placet, & pro libito suæ voluntatis, ꝙ hoc dispositum est nullius momenti, saltim iure directo. quia nõ potest facere, quin leges inducẽtes solennitatem pro forma testandi seruentur. tex. est singul. in l. codicillis. §. fi. ff. de lega. Verũ est, ꝙ ibi valebit dispositio, saltim iure fideicõmissi, & sic illa dispositio incœpta regulat̃ à iure cõmuni, vt ibi declarat Bal. Nono & vltimo infero ad decisionẽ tex. in l. Neratius. in prin. ff. de relig. & sump. fune. Ratio est. vt ibi tex. quia pacto hoc publicum ius infringi nõ potest, &c. Decimò infero, ꝙ nõ obstãte pace, potest quis offendere ex bannitũ; nã ius occidẽdi est publicũ ius, cui nõ potest renuntiari pacto priuatorũ. & ita disputãdo tenuit Bar. & allegauit gl. quæ est in l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. idẽ refert & seqt̃ Bal. in l. iuris gẽtiũ. §. sed si paciscat. ff. de pact. Vndecimò inferò, ꝙ de maleficijs publicis, vel priuatis nõ potest fieri pax quantũ ad pœnã fiscalẽ, scilicet, quantũ ad plenã liberationẽ ab ipsa pœna, licèt offensus faciat pacem, tamẽ publica vindicta nõ tollit̃, secũdũ Bal. in d. l. §. sed si pacisca. Hoc tamẽ est verũ secũdũ eũ ibi quando delictũ est cõmissum in faciẽdo, secus si in negligendo, quia tunc offensus potest facere pacẽ, concordiã, remittere offensam. allegat gl. ordinariã, quã dicit non esse alibi l. 2. ff. ad Sillania. ꝙ est valde notandũ. Duodecimo infero, ꝙ quando aliquis prohibet̃ postulare causa decoris prætoris vt in l. 1. in prin. ff. de postu. vel propter improbitatẽ aduocatorũ l. moris. in prin. ff. de pœnis. non poterit postulare, etiam si aduersarius cõsentiat, ꝙ illud est inductũ in fauorẽ publicũ, saltim secundariò, scilicet, propter honorẽ iudicis conseruandũ, vel ad deprimendã improbitatẽ aduocatorum. & ita intelligit̃ tex. in l. quos prohibet. ff. de postula. Decimotertiò infero ꝙ miles nõ potest esse procurator. l. militẽ. C. de procura. nec pro patre, vel matre, vel vxore sua, vt ibi, nec etiã ex rescripto princi. vt ibi, etiã si aduersarius suus consentiat. l. filiusfam. §. veterani. ff. de procura. Ratio est: quia prohibet̃ postulare propter vtilitatẽ publicam, vt dicit expressè tex. in d. l. militẽ. in fi. quæ publica vtilitas cõsistit in hoc, scilicet, ne distrahat̃ à disciplina, vel officio militari. &c. Decimoquartò infero, ꝙ si alicui est debitus vsufructus, non potest testator ei remittere cautionem, ne vtatur, & fruat̃ arbitrio boni viri, quia per hoc inuitaret̃ ad delinquendũ, ꝙ est contra publicam vtilitatem. tex. in l. penul. C. vt in in posses. lega. & ibi glo. signat hanc rationẽ. Decimoquintò infero, ꝙ partes etiã de cõmuni assensu non possunt sibi adinuicem remittere iuramentũ de calumnia. l. 2. §. sed quia. C. de iura. calum. Ratio est, vt dicit ibi tex. quia non pro commodo priuatorũ, sed pro communi vtilitate præsentem legẽ posuimus. &c. & sic in fauorem publicũ, ergo. &c. Plura alia possent inferri, quæ gratia breuitatis omitto, & sic sum expeditus de primo membro, scilicet, de iure publico. Est aliud ius scilicet, priuatum & istud est multiplex. Quoddam enim est inductum in fauorem testatoris, & in consequentiam, in fauorẽ legatariorum, & istud potest testator remittere. vel contra illud disponere, per regulã. l. penultima cũ simi. C. de pact. Ex hoc infero sequentia. Primò, ꝙ si testator reliquit aliquid in diem, vel sub cõditione, quo casu hæres tenet̃ cauere de præstando aduenĩete die. &c. C. vt in posse. lega. ꝙ hæc cautio potest per testatorẽ remitti. l. 2. eod. tit. Ratio est. quia illa cautio præstat̃ in fauorem testatoris, scilicet, vt voluntas eius impleatur adueniente die, vt dicit tex. in dict. l. 2. & reipublicæ vtile est, ꝙ quis possit renuntiare suo fauori, vt est ibi tex. mirabilis secundũ Paul. ibi. & ideo statutũ disponens contrarium, tanquam contra publicam vtilitatem deberet restringi, secundum eum ibidem. Secundo scis quòd legatario competit hypothecaria pro legato consequendo. Insti. de leg. §. 1. C. communia de leg. l. 1. & hoc inducit̃ fauore testatoris. s. vt pluribus

9 †remedijs possit hæres constringi, & citiùs impleat̃ volũtas defuncti. Dico ergo, ꝙ istam hypothecam poterit hæres prohibere, & tollere ratione supradicta. Ista est glo. singu. in d. l. 2. quã ibi notat Bal. idẽ Bar. Iauol. & alij in d. l. nemo. & ego dico ꝙ illa glos. non est alibi. Tertiò infero, ꝙ licèt dominiũ transeat ipso iure in legatariũ à morte de-

10 functi. l. cũ pater. §. fur do. de leg. 2. l. à Titio. ff. de fur. †testator tamen poterit contrarium disponere, scilicet, ꝙ non transeat. ita tenet Bal. in d. l. 2. nihil penitus allegans. idem tenet Paul. in d. l. nemo potest. circa fin. allegat legẽ Sempronius Atalus. cum ibi notatis de vsufr. lega. Ratio est de qua suprà, quia ꝙ dominium trãseat a morte defuncti, hoc inducitur fauore testatoris, & vltimæ voluntatis, vt est notum. Quartò infero, ꝙ quemadmodũ potest disponere, quòd dominium semel translatum in legatarium reuertatur ipso iure ad hæredem, putà si legauit rem ad tempus, nam elapso tempore, ex voluntate defuncti reuerti teneat̃ ipso iure dominium in hæredem. Casus est notabilis, & fortè non alibi in l. fin. C. de lega. Quod autẽ reuertat̃ ipso iure elapso tempore, absq; retraditione, probat̃ tali ratione. Quia quando ad translationem dominij non requirit̃ traditio, sed sufficit solus titulus, illo casu ad retrãslationẽ non requirit̃ traditio, sed sufficit rescisio tituli. gl. est sing. in l. 1. C. de inofficio. dona. gl. magna. in fi. probat̃ in auth. cui relictũ. C. de indi. vidui. facit. l. 1. & . 2. C. quando li. ab emp. disce. & l. ab emptione. in pr. ff. de pact. Sed ad translationẽ dominij rei legatæ non requirit̃ traditio. d. l. à Titio. sed sufficit titulus legati, ergo resciso titulo per lapsum tẽporis apposito in legato, retransfert dominium in hæredem absque altera traditione. Et ista est ratio singu. ad d. l. fi. C. de lega. Quintò ego infero, & hic tollo primam rationẽ dubitandi, scilicet, ꝙ testator potest prohibere ius accrescendi. d. l. quoties. §. si duo. ff. de hær. insti. notat̃ in l. dominus. §. 1. ff. de vsufru. nedũ expressè, vt ibi, sed etiam tacitè, vt probat̃ in l. Lucius. §. quæ habebat. ad Treb. & in d. l. mulieri & Titio. Ratio est, & hoc pondero, ꝙ ius accrescẽdi est inductũ in fauorem testatoris. s. ne ipse discedat pro parte testatus. vt notat in l. seruus cõmunis ab extero. ff. de acq. hær. & vult glo. quã pondero in l. si solus. in pri. eod. tit. & alia, quã ego põdero in l. qui patri. glo. magna ad fin. eod. tit. & vult alia gl. in l. quoties. ff. de hær. inst. & idẽ vult alia gl. in l. si quis ita scripserit. ff. de hær. inst. & istã rationẽ sequit̃ Bar. in §. ijs ita. C. de cadu. tol. & Bald. in l. si mihi & tibi. prin. de leg. 1. & Paul. in l. si duo. de acq. hęr. & Bal. in l. 1. C. de testam. mili. & Bar. in l. re coniuncti. de leg. 3. 11. col. Cũ ergo sit inductũ in fauorẽ testatoris, conuenit quòd illud possit prohibere vt dictũ est, per regulã l. pe. cũ simi. C. de pact. Contra istas rationes ponit difficul. Iaso. in l. vnica. suprà alleg. scilicet, quando non peten. par. so. 2. col. 1, ad fin. Istã tamen rationem facit, quia etiam in contractibus habet locũ ius accrescendi. l. fundus ille. ff. de contra. emptio. plenè in l. si mihi & Titio. vbi per Bar. cõtra alios. ff. de verb. oblig. tamen in contractibus, vel actibus inter viuos non est dare causam testati, vel intestati, ergo illa ratio est falsa, scilicet, ꝙ ideo est inductũ ius accrescendi scilicet ne testator decedat pro parte testatus & pro parte intestatus. Secũdo contra eandẽ rationem facit, quia ius accrescendi habet locum, nedum inter succedentes ex testamento, sed etiam inter succedentes ab intestato. l. qui ex duabus. §. fi. ff. de acq. hær. & patet ex generalitate tex. in l. 1. C. quando non peten. partes. sed inter succedentes ab intestato non potest dari causa testati & intestati, sed semper & omni casu decedet quis intestatus, ergo falsum est dicere

est dicere ideo fuisse inductum ius accrescẽdi.s. ne quis decedat pro parte testatus & pro parte intestatus. Ad istas obiectiones, quæ satis stringunt nõ respondeo, ne videar diuertere ad extraneos actus, sed relinquo cogitandũ. Sed quo ad propositũ dico, ꝙ ratio prædicta cõmuniter assignatur a doctoribus, vt ipsi dicunt in dictis locis, per eam est satisfactum primę rationi dubitandi de qua suprà.

Sextò ex superoribus infertur, quòd licèt tacita conditio, quæ inest à lege, si exprimatur, non faciat conditionẽ in actis fauorabilibus, veluti legata, l.3.de. lega. 1.l. si dies, quando dies leg.ff.ced.ff.l.aliquádo, de condi.& dem. licet secus sit in odiosis, veluti exhæredatio, l.3.§.purè, de li.& posth.l.nonnunquam, de cond.& dem.ff.l.si quis Sempronium, de hær.inst.ff.tamen ex voluntate testa.etiam in legatis cõditio illa si exprimatur, facit cõditionem, l.in conditionibus.§.1.de cond.dem.

Septimò infertur, quòd licet expressa cond. regulariter transmissionem impediat, §.sin autẽ, sub cõditione, C.de cad.tol.l.si ita expressum.l.sub diuersis, ff.de cond.& dem. l.si penũ. quando dies leg.ced.l. si decem cũ petiero, l.qui Romę, §.Augerius.ff.de verb.tamen ex voluntate testat. transmissionem non impedit, secundum Bald.in c.Cumana.de elect.

Octauò infertur, quòd licet cõditio impossibilis reijciatur de vlt.vol.nec vitiet, l.obtinuit, de cond.& dem.l.1.de cond.inst.ff.l.si filius, eodem, l.Lucius, de cond.& dem.secundum vnum intell.licet secus in contractibus, l.non solùm, de act.& ob.ff.§.impossibilis.Inst.de inut. stip.l. impossibilis, de verb.ob.tamen etiam in vltimo vol.impossibilis cõditio vitiat ex vol.testatoris, l.seruo manumisso, ff. de cond.indeb.vbi doct.communiter ita tenent.

Nonò infertur, quòd licet tutela finiat̃ anno. 12. in fœminis, & 14.in masculis.Insti.quibus mod.tut. finitur, in pri.tamen ex vol.testa.non finitur, nisi post annũ 18.l.pater Seuerinam, §.conditionum verba, de cond.& dem.ff.

Decimò infertur etiam, quòd licet per dationem cohæredis extranei regulariter secundum communes opi. tollatur suitas, fallit tamen ex voluntate testat. secundùm Bal. in c.Cumana.de elect.

Vndecimò infertur, quòd licet per dationẽ subs. vulg. regulariter secundum con.op.tollat̃ suitas, fallit tamen ex vol.test.secundum Bal.in d.c.Cumana.de elect.

Duodecimò infert̃ etiã, ꝙ licet ius substitutionis vulg. regulariter sit potẽtius, quã ius accrescẽdi, l.2.§. si duo. de secundũ tab.ff.§.in primo, & §.pro secundo, de cad. toll. etiam si substitutio sit tacita, l.fin.C.de hære.inst.ad quod tex.ille est melior de iure secundum Ias.ibidem tamen ex præsumpta testa.vol.ius accrescendi excludit ius subs.tex. in l.quidam testamento, de vul.qui tex.est sing. secũdum Pau.cæterosque ibidem.

Decimotertiò infertur etiam, quòd licet quandiu locus esse potest successioni ex testamento cesset regulariter successio ab intestato, l.quandiu, de acq.hær.l. quãdiu, de reg. iur.tamẽ ex præsumpta test.vol.successio ab intestato præfertur successioni ex testamento.l.si quis ita hæres instituatur si legitimus, ff.de hæred.inst.

Decimoquartò infert̃ similiter ꝙ licet prius testa. ragulariter per posterius testa. solenne tollat̃, §.posteriore, & §.sed & si quis priore.Inst.quibus mod.test.infir.l. si quis priore, ff.ad Treb.tamen ex præsumpta volunt.testa.secũdum testam.per errorem facientis contrariũ disponitur, prius non tollatur, sed secundum non valeat, l.fi.ff.de hęr. inst.vbi communiter traditur per doct.

Decimoquintò infert̃, ꝙ licet testa. vel volu. etiã militis non valeat, nisi salte habeat duos testes, §.planè: vbi gl. Insti.de testa.mi.l.Lucius, vbi gloss.ff.eodem, nisi fiat in conflictu prælij, vt l.militis, C.eodem, tamen ex pręsumpta volun.etiam sine vllo teste, volun.etiam Pagani sustinetur, vtputa si Paganus confisus sit de hæredis fide.l. fin. C.de fideicom.§.fin.Inst.de fideicom.hære. secundũ magis communem intellectum.

Decimosextò infertur, quòd licet dies incertus regulariter faciat cõditionẽ, l.dies incertus, l.hæres meus de cond. & de.l. talis scriptura.de leg.1.ex vol.tñ test.cõditionẽ facere desinit, l.ambiguitatẽ: vbi Bal. notat. C. de vsufruct.

Decimoseptimo infert̃, ꝙ licet regulariter si bis eidem, ab eodem leget̃ eadem species semel tantum debeat̃, vt in l.planè.1.§.si eadẽ res sæpius, ff.de lega.1.l.si pluribus, eodem tit.ne duæ causæ lucratiuæ circa eandẽ rẽ concurrãt cõtra l.Mæuius §.duobus, ff. de leg.2.tamẽ volũtas testatoris huic legis traditioni derogare potest. Quẽ articulũ, quia vehemẽter cõtrouersus est, plenè examinare intẽdo.

Et vt conclusio nostra supposito exẽplo magis perspicua sit, talem speciẽ proponimus. Quidam cùm testamẽtum faceret: in hũc modũ legauit, Titio fundũ Seianũ do, lego. Deinde alia parte testamẽti, vel codicillis adiecit, Titio fundũ Seianũ lego: & vt bis hoc legatũ cõsequat̃, peto in qua specie semel tantũ id legatũ deberi. Doct.crebriùs cõtendũt, quales sunt domini Sali.Imo. Cuma.Paul. Are. & Alex.in l.planè.1.§.si eadẽ res, ff.de leg.1.Quã sententiã cõmuniter receptã esse testat̃ Ias.ibidẽ colũna.1.eamq; nouissime lato sermone defendit ibidẽ Zasi. quæ sentẽtia est ex mente scribentium in l.qui bis idem: de verb. ob.ff. qui partem negatiuam sequuntur.

Contrariã partẽ, nempe affirmatiuã, vt cõmemoratum legatũ bis debeat̃, ratamq; esse testatoris voluntatem, tale legatum bis deberi, vel talem rem legatã bis præstari iubẽtis, defensare contendimus: eo ꝙ non æquior modò, verũ in puncto quoque iuris probatior nobis visa sit.

In primis ergo mouemur ex nota regula, quæ habet, voluntatẽ testatoris enixè obseruandam esse, l. in cõditionibus primum locum, ff.de condi.& demon.l. filium quẽ habentem: in verbo, sanciat testator. vbi Iaso.C.fami.hercis in auth. de nuptijs.§. disponat, colla.4.l. si ita fuerit, § quæstio hæc, ff.de manu.testamen.

Quod adeò verũ est, vt solùm propter expressam, sed etiã propter tacitã testatoris voluntatẽ recedat̃ à regulis iuris: vt est text.in l.si quis ita hæres instituat̃ si legitimus, ff. de hæred.insti.l.quandiu, ff.de acqu.hære. & l.quandiu, ff. de reg.iur.vbi licet quando locus est successioni ex testamẽto cesset regulariter successio ab intestato, attamẽ à regula abstinemus etiam ex pręsumpta volũtate testatoris.

Si ergo etiam præsumpta testatoris voluntas, vel superstitiose obseruanda esset, licet per hoc cõmunes consultorũ traditiones vitio dent̃, quanto magis in specie nostra defuncti voluntati obtemperandum erit, quæ non tacita, & ambigua, sed expressa, certa, & indubitata fuit. quæq; non contra iuris regulas, sed (vt vides iuxta omnes iurisperitorum traditiones emanasse visa sit?

Neq; nos mouerit, ꝙ Zasi. iam loco citato pro cõmunis sententiæ defensione contendens ait, dispositionẽ nõ seruari morientis, quæ impossibilitatẽ cõtinet, cũ eandem rem bis præstari per naturam impossibile sit. Nam respon. quòd hęc impossibilitas saluatur à lege, vt quia idem corpus bis præstari non potest, semel species ista præstetur, de inde eiusde. speciei iusta æstimatio, l. non dubium, ff.de leg.3.l.cùm alienam rem, cum ibi notatis, C.de lega.

Deinde & 2.in hanc sentẽtiam nos impellit Vlpiani responsum, qui in l.si pluribus, ff.de leg.1.ait. Si eadem species Titio, deinde etiam Seio relicta fuerit, & solidum cuique dare voluisse testator manifeste visus sit, tunc alter integrã rẽ, alter vero totius rei æstimationẽ consequet̃. Vnde plus quã manifestũ est, id legatũ nullã cõtinere impossibilitatẽ vel si ex facie verborũ cõtinere impossibilitatẽ videat̃, eã legis consultissima interpretatione saluari. Neq; mouet, ꝙ cõmunẽ opinionẽ pertinaciter defendẽtes aiunt ibi loqui quãdo nõ eidem legatario, sed diuersis eadẽ species legata fuit. Nã respondeo, ꝙ vt impossibile est idem corpus bis eidẽ præstari, quia ꝙ semel meũ est, &c.ita non est possibile duobus præstari, l.qui cõtra.§.vni duo, ff. de re iu.l.3.§. ex contrario, ff.de acq.posses.

Adducimus tertio loco Vlpiani responsum in l. qui ergo, ...

ergo, in §. si quis duobus. ff. de leg. 1. si quis, inquit, Titio fundũ à primo hærede legauit, deinde à secũdo hærede eidẽ Titio eundẽ fundũ legauit, id legatũ bis debitur, vt semel totã rem, deinde totius rei æstimationẽ consequatur. Neq; me mouet, ꝙ Zasi. ait ibi loqui cũ à singulis heredibus eadẽ species legaẽ nos verò cũ simpliciter, nã differentiæ rationẽ nullã ipse adducit, neq; reuera adducere satis efficacem vllus vnquã posset. Et hanc nostrã sententiã per superiora fundamẽta tenuit Ia. vbi suprà. quã sententiã licèt per superiora satis ꝓbare possimus, fateri tamẽ compellimur, ꝙ nullus vnquã adduxit tex. in specie nostra loquentẽ, nos verò adducimus tex. in propria specie loquẽtes. Vnde per hoc in posterũ nullus relinquaẽ dubitationi locus.

In hãc ergo sententiã nos quarto loco adduxit decisio. l. si tibi homo. §. 1. ff. de lega. 1. vbi eadẽ species eidẽ bis legata fuit, & responsum est semel tantũ ei deberi, subdit cõsultus rationẽ, & hoc est quod perpendo: quia testator, inquit, semel legatũ ad eũ pertinere voluit, ergo si bis ad eũ pertinere voluisset, plus quam manifestũ est, bis eidẽ deberi. Neq; dicatur, ꝙ ibi nõ fuit res simpliciter legata, sed semel à primo hærede legata fuit in testamento, deinde verò in codicillis, ab omnibus heredibus legata fuit. Nã respondeo, ꝙ adhuc verũ est, eundẽ hæredẽ circa eandẽ rem bis oneratum fuisse. Nã primus hæres, qui separatim grauatus fuit, cõstat ex toto oneratũ fuisse. l. si quis eũ totũ ff. de exceptio rei iudica. l. Mæuio. in pri. in verbo totus. ff. de leg. 2. l. si separatim, in verbo, totus. ff. de condi. & demonstra. Vnde cũ postea eadẽ species ab omnibus hæredibus legata fuerit, cõstat hæredẽ, qui primo loco ex toto grauatus fuerat, iterũ ex parte hæreditaria grauari, & qua ratione potuit iterum ex parte grauari in illa re, in qua iam fuerat ex toto oneratus, eadẽ quoq; ratione dicẽdũ est, eũ posse etiã ex toto circa eãdẽ rẽ secũdo loco grauari. per arg. de toto ad partẽ. l. an pars. ff. pro derelicto. l. quæ de tota. ff. de rei vend. l. hæredes mei. §. cum ita. vbi omnes. ff. ad Treb.

Mouemur & quintò ex decisione. l. Meuius. §. eũ qui. ff. de leg. 2. in ratione decidẽdi. vbi in specie probaẽ cõclusio nostra, inducẽdo vt superius fundamentũ fuit inductũ.

Postremò in hanc sententiã coegit nos l. Lucius. §. impuberem. ff. de leg. 2. in verbo, sensisse. vbi testator, qui ab vxore dotẽ receperat, eidẽ eãdẽ dotẽ, ornamẽta, & seruos legauerat, ab impubere instituto, quod legatũ a substitutis pupilli in duplũ prestari iussit, quærebaẽ, an substituti corpora legata bis præstari deberẽt. Et Scęuola respondit semel tãtũ præstãda, eo ꝙ ita testatorẽ sensisse videaẽ. Si ergo aliud testator sensisse probabilis, quadam coniectura appareret, aliud fore satis apertè Scęuola docuit. Quanto ergo magis in specie nostra, in qua ponimus. non solum ex sensu, sed etiam expressione testatoris esse, vt eadem species bis præstaretur.

Et tenendo hanc partem, non obstat, ꝙ tenẽtes cõmunem, potissimũ fundamẽtũ faciant in l. planè. §. si eadẽ res le leg. 1. Nã responsio satis lucida, perspicuaq; colligiẽ ex dictis a Iasone ibidẽ. col. 2. cuius verba referre nolui, ne nobis arrogare, ascribereq; videremur id quod ab alijs feliciter excogitatum fuit, quod nostri moris non est.

In summa & decimoseptimò infertur, ꝙ quãuis regulariter testa. minus solenne nõ habeat vim codicillorũ, vt
12 in l. 1. ff. de iure codicil. tamẽ† testator potest facere vt vim codicillorũ habeat, non solũ expressim & nominatim id præcipiendo, quod indubitatũ esset. vt. d. l. 1. & l. fina. §. illud. C. eod. tit. & l. cohæredi. §. cũ. filiæ. ff. de vulg. sed etiã si id tacitè ab ipso cautũ intelligatur, quale esset cũ faceret
13 geminatã dispositionẽ. nã † geminatio enixã voluntatem significat. vt in l. si mulier. C. ad Velle. & per hoc habet in iuramẽti. vt tenet gl. singularis in c. cũ contingat. de iureiu. & ibi Abbas col. 2. at iuramentũ facit, vt testa. quod iure testamenti valere non potest, valeat saltẽ iure codicillorũ. l. cũ pater. §. filius matrẽ. vbi Bar. & omnes. ff. de leg. 2. Bar in l. si quis pro eo. col. pe. ff. de fideiuss. Sicq; testator efficere põt, vt regula. d. l. 1. ff. de iure codi. per actũ geminatum cesset, & licèt geminatio in multis casibus nihil operet, vt per Ial. in l. pe. col. fin. C. de pac. tex. vbi omnes. in l. qui bis. ff. de verb. oblig. tamen in alijs multis casibus ex vi geminationis receditur à regulis iuris, vt in specie nostra. & in d. l. si mulier. vbi etiã ponitur no. effectus geminationis, de quo vltra doct. ibi & in locis cõmunibus vi. Bar. in l. Cęsa. oppositione. 7. ff. de publica. & in l. eũ qui certatũ. §. fi. ad fi. ff. de verb. oblig. Et ne in specie nostra is effectus geminationis suspectus videaẽ, alios quamplures enumerabo.

Ergo secũdus effectus est, quem colligo ex verbis Bar. in l. stipulationes non diuidũtur. 11. oppositione. de verb. obli. vbi allegat. l. istam si mulier.

Tertius effectus colligitur ex. l. si non singuli. C. si cert. pet. & ibi Bal. 2. notabili. ꝙ si vna simulatio nostat, putà de persona ad personam. quia quod vnus recipit, est ab alio confessatum, multo fortius idẽ operantur duæ simulationes, & duo vitia, scilicet de persona ad personã, & de re ad rem. & est expedita. & communis opinio.

Quartus effectus est, quem colligo ex verbis Bar. in l. si insulã. 1. quæst. ff. de verb. oblig. dum quærit, quare post litis contestationem non habet locũ purgatio moræ. Et dicit quod ideo est, quia ibi est mora geminata, vna ante litis cõtestationem, alia quæ committitur in contestatione, vel post cõtestationẽ, & sic duplex mora, & sic geminata plus debet nocere, quã vnica tãtũ. Ex quo infert, ꝙ si ante litis contestationẽ non fuisset contracta mora, tunc liceret eã purgare post litis contestationẽ. Sed de veritate huius rationis vide ibi Paul. & Alexan. qui videntur reprobare.

Quintus effectus est. Scis ꝙ quãdo est dies & pœna in obligatione, non habet locum purgatio moræ secundum communem sententiam, tamen si actum est, ꝙ ante diẽ debitor debeat interpellari, vel debitum sibi ad memoriã reduci, tunc certũ est, ꝙ priùs debet interpellari, aliàs nõ dicitur in mora. Sed an tunc posset eam purgare. si est sibi denunciatum? Dicas quod non, quia geminata interpellatio plùs debet operari, quã simplex. Declaro: quando est vnica interpellatio, putà per lapsum diei nõ habet locum purgatio morę, si est apposita pœna, vt dixi: ergo à fortiori si est geminata, putà per interpellationẽ expressam, itẽ per lapsum diei. ita Alexander post Imol. ibi in d. l. si insulam. 3. colu. in princi. vbi allegat istam legem, si mulier. licèt Angel. ibi conttà. quem videas.

Sextum effectum colligo ex tex. notabili in c. in presentia. de probationibus ibi, quare cum constet. & ibi in summario illud ponderatur.

ti sustinetur; vt in c.significante, de pignoribus secundũ ve
rũ intellectũ quẽ tradidimus infra suo loco. Et similiter li
cet minor impubes citra tutoris authoritatẽ,& decretum
iudicis immobilia nõ possit alienare, vt per totũ ff.de re-
bus eorũ,& per totũ, C.de pręd.minorũ quod sine dubio
procedit etiã de iure canonico, vt in d.c.1. & 2.cũ ibi nota
tis, de noui ope.nuncia.tamen ius canonicũ vltra procedit
limitando,& declarando, vt per interuentũ iuramenti cõ-
tra vtriusq; iuris regulas sustineatur, quod præcepit etiã, l.
ciuilis, vt in auth.sacramenta puberum, C.si aduer.vend.

Et similiter licet ad perfectionẽ, consummationẽ,& va
7 lidationẽ † exhęredationis desideretur, vt exprimãtur nõ
men, prænomẽ,& cognomen filij exhæredati, vt in l.1.in
primo respon.ff.de liber.& posth.tamen ipsa, l.ciuilis vltra
procedit limitando,& declarando, ꝙ licet illa tria nomina
in exhæredatione cõprehensa non fuerint, exhæredatio
valere non desinat per expressionẽ vnius nominis, nõ ma
gis, quã valere desineret, si illa tria nomina in ipsa exhære-
datione cõprehensa fuissent, vt probat tex.in d.l.1. in secũ
do respon.dũmodò per expressionẽ vnius nominis, certi,
& indubitati simus, de persona filij exhęredati, vt nomina
tim tenent Recurs.ibi in gl.sufficere. quẽ sequuntur Bart.
Gofred.Alber.Bal.Ang.Saly.Imo.Cuma.Paul.Are.Alex.
Socy.Ias.nu.27.& Alcia.& reliqui omnes in d.l.1.arg.tex.
in l.certũ, ff.si certũ peta.cũ vulg. Verũ is intellectus vitiat
literã,& etiã mentẽ,& sententiã illius legis. Nam postquã
tex.ille dixerat tria nomina exprimi debere in exhęreda-
tione, subijcit hæc verba, an sufficit vnũ ex his,& constat,
inquit, sufficere. Quibus verbis planè ostenditur exhære-
dationis substantiã & formã per expressionẽ vnius nomi-
nis non defuisse, non magis quã si tria illa, nomen, pręno-
men, & cognomẽ in exhęredatione cõprehensa fuissent;
talemq; exhęredationẽ ritè & solenniter factã videri. Nec
ad rẽ pertinuit quod aliquando ex ambiguitate, & incerti-
tudine talis exhæredatio effectu carere possit per defectũ
probationis, nam tunc non ius deficeret, sed probatio, vt
in l.duo sunt Titij, ff.de testamen.tutel. Quibus oportunè
accedit tex.in l.Titius in prin.ff.de liber.& posth. vbi testa
tor qui vnicũ filiũ habebat, ita exhæredationẽ proposuit,
Cæteri omnes filij filięq; mei exhęredes sunto. Et Iurecõ
sultus ait eũ filiũ nominatim exhæredatũ videri, etiã si te-
stator eũ decessisse putaret. nec ad rẽ pertinere, ꝙ testator
errasset nã filius nominatim exhęredatus fuit ex proprieta
te,& vniuersalitate verborũ, licet probato errore testato-
ris, testamentũ possit infirmari, aliud enim est quærere, in
quit ibi Iuriscõsultus, an testamẽtũ ab initio & in sui crea-
tione valuerit, aliud autẽ est quærere, an ex post facto in-
firmari,& resolui possit. Sic & in specie nostra aliud est
quærere, an exhęredatio filij per vnius nominis expressio
nẽ ritè, solẽniter,& nominatim facta fuerit,& per hoc ab
initio,& in sui creatione semel valuerit, aliud autẽ est quæ
rere, an ex post facto infirmari possit,& effectu carere,
propter ambiguitatẽ,& incertitudinẽ,& veluti probatio-
nis defectũ. Itaq; sit firma contra omnes doctores indubi
tataq; cõclusio, vt exhęredatio per vnius nominis expres
sioni ritè ab initio solẽniter,& nominatim facta, intelliga
tur, non secus, quàm si in tali exhæredatione illa tria, no-
men, prænomen,& cognomẽ comprehensa fuissent, licet
per talem vnius nominis expressionem non possimus es-
se certi de persona filij exhęredati.

8 Vnde contra mentẽ & sententiam omniũ omnino do
ctorũ nouissimè infero id, quod nullibi vnquã dictũ, scri
ptũ, aut relatum inueniẽs, vt † si testator, qui plures filios
habebat, quorũ duo Titij appellabantur, ita testatus est, Ti
tius filius meus exhæres esto, cæteri omnes filij, filięq; hę
redes ęquis ex partibus sunto. tunc licet ea exhæredatio
omnino ambigua sit,& incerta, quia vter ex illis duobus
filijs, qui Titij appellabantur, exhæredatus fuerit, nõ appa
reat, adhuc tamen talis exhæredatio valebit, testamẽtumq;
firmũ erit. Vnde vtilissimè infertur, ꝙ si ambo illi filij, qui
Titij appellabantur, viuo testatore decessissent, tunc testa-
mentũ non solùm ab initio valuisse videretur, sed etiam
ex pòst facto,& semper firmum esset, haberetq; suũ effe-
ctum,& ex eo hæreditas adiri possit per reliquos cohære
des, licet regulariter per præteritionem filijfamilias vitie
tur testamẽtũ patris, etiã si is filius viuo testatore decedat,
vt in l.si filius qui in potestate, ff.de liber.& posth.

9 Vnde nouissimè infertur, ꝙ licet † exhæredatio non ri
tè facta habeatur pro pręteritione, vt in l.non putauit. in
§.non quæuis, ff.de bonorũ possessio.contra tab.tamen ex
hæredatio per vnius nominis expressionẽ facta, licet per
hoc ambigua reperiatur, nõ habetur pro pręteritione, nec
desinit valere,& firmũ reddere testamentum ab initio,&
in sui creatione.

Quartus casus principalis est, quando post suã dispositionẽ lex vltrà processit, actũ contra factum nõ annullan
do ex toto, nec etiã ex parte, nec etiam limitando sed dan
do,& cõcedendo facultatẽ impugnandi, quo casu disposi
tio non solũ ab initio valet, sed etiam ex pòst facto, nisi is,
cui facultas impugnandi data fuit, ea vtatur, vt est tex.in.§.
eadẽ.Institu.de hæredita.quæ ab intesta.deferuntur,& in
l.vt liberis.in verbo, rescisso, C.de colla.vbi notat Ias.& in
l.prima in princ.ff.de lega.præstan.tradunt Paul.Aret.Cor
nel.Alex.Decius,& Ias.num.30. in l.posthumo nato, C.
de bonorum possession.contra tabul.

10 Quintus casus principalis est, quando post suã † disposi
tionẽ lex vltrà non processit, quo casu si lex loquatur pro
hibitiue, per eius transgressionem actus, infirmatur ex to
to, vt in d.non dubium, C.de legib. Idẽq; iuris est, etiam si
lex loquatur dispositiuè, vt est tex.in l.prima, C. de iure co
dicill.in l.fi.§.illud.C.eodem titu.in l.si vnus, C. de testa-
men.in l.hac consultissima.§.ex imperfecto.& §. nõ sub
scriptum.C.de testam.& in l.1.in princi. iuncto, §.si quis
ita.ff.de verb.obligatio.& in l.prima.§.eũ qui.ff.de consti.
pecun.cum multis similibus suprà citatis. hoc enim casu
quasi ad formam, ordinem, vel solennitatem illius disposi
tionis requisita legis desiderari videntur, ex eo ꝙ lex vltra
non processit dispensando, moderando, vel limitando,&
consequenter ea dispositio, neq; valet in vim illius disposi
tionis, de qua agebatur, si aliquid ex solẽnibus defuerit, nec
etiam in vim alterius dispositionis, vt dictis iuribus proba
tur,& plenius infra nu.17.

11 Vltimus casus principalis, quando post suã † dispositio
nem lex vltra processit, actũ contra factum non annullã-
do ex toto, neq; etiam ex parte, neq; limitando, neq; con
cedendo facultatẽ impugnandi, neq; stetit in puris termi-
nis conuentionis,& præcepti, sed vltra processit generali
ter dispensando,& concedendo vt actus aliter fieri posse
vt per hoc apparet, quòd illa lex non tam vim præcepti,&
formę haberet, quàm vim consilij,& tunc actus contra fa
ctus valet ex toto, vt in d.l.prima, ff.de libe.& posth.secun
dum nostrum intellectum suprà relatum,& idem est in
dispositione testatoris, vt in l.filiusfamilias.§.diui.ff.de le
ga.primo.& in l.pater filium §.Iulius Agrippa.ff.de leg.
& in l.Titio centum.in princ.ff.de conditio.& demo.& in
l.cùm pater.§.mando.ff.de leg.2.

Superior

Superiora procedũt intantum, vt non solũ omisſio formæ vitiet diſpoſitionẽ, ſed etiam implementum, vt proximè dicemus, non aliter ſufficiat, quã ſi fiat in forma ſpecificè, & licet diſpoſitiuè tantum non etiã prohibitiuè loquatur, vt iam docemus infrà, nu 16. & nu. 17. cũ pluribus ſequentibus. Vnde ſcribentium pleroſq; erraſſe apparebit.

Et exinde in ſumma, ꝙ omiſſio formę vitiet in l. etiã diſpoſitiuè tantũ loquẽte adeò verum eſt receptumq;, vt
12 quę requirũtur pro † forma cuiuſq; diſpoſitionis nõ poſſint impleri ęquipollenter. Iſta eſt vera, & cõis opi. quã tenent Iaſ. nu. 14. in l. 1. ff. de lib. & poſt. Alex. conſi. 96. lib. 4 Viſo, & conſiderato, col. fi. idẽ Alex. in d. l. 1. nu. 3. ff. de liber. & poſth. qui quãplures citat huius ſentẽtiæ authores, idẽ Decius in l. hac conſultiſſima, col. 2. C. qui teſta. facere poſſunt. idẽ Dec. conſi. 612. num. 3. Bald. Ang. Paul. Soc. & alij cõmuniter in d. l. 1. Bal. in l. ambiguitatis, C. de teſtam. idem Bal. in l. ſi inſtitorẽ, in fi. ff. ſi cert. peta. Decius conſil. 466. nu. 19. Bal. in l. ceſſante, C. quomodo & quãdo iudex, & eſt de mẽte Bal. Paul. Imo. Alex. Cuma. Are. in l. hac cõſultiſſima, col. 2. ſupra allegat, Bal. in c. ex literis, col. fin. de conſt. idẽ Bald. in c. 1. col. 2. de milite vaſallo, qui cõtumax eſt, Pariſius cõſi. 46. li. 3. col. 1. Alex. conſ. 137. In cauſ. col. 4. Pariſius. conſi. 33. num. 24. lib. 2. cum pluribus ſequentibus, idem Pariſ. conſi. 97. lib: 4. num. 25.

Pro hac cõi ſententia allegatur tex. in l. Iulianus. §. ſed ſi quis. ff. ad exhibendũ, vbi forma eſt quæ dat eſſe rei, & vt in rebus, quæ formã ſuã natura ſortitæ ſunt, ea forma per hominũ diſpoſitionẽ immutari non poteſt, vt in le. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. ita quoq;, & forma à lege poſitiua ſtatuta immutari non põt, vt in l. cũ hi, §. ſi prætor, ff. de tranſactio. quia ars imitatur naturam, vt in l. adoptio. ff. de adoptionibus, & in l. ſi filio quem. ff. de lib. & poſth. Hinc eſt, quòd licet conueniat inter partes, vt dicendo, a, intelligatur, promittis & reſpondendo, b. intelligatur, promitto, adhuc tamen non videtur contracta ſtipulatio, ſeu verb. oblig. vt tenet glo. fi. in §. 1, Inſt. de verb. obli. quã ibi ſequuntur Ang. Ioannes faber, Nicolaus, Criſtoph. Iaſ. & reliqui omnes ibidem, Alex. Socy. Iaſ. Ripa, & reliqui omnes in l. 1. in prin. ff. de ver. obl. Quia forma à lege data, per fictionẽ, vel ſimulationem, vel imaginẽ ab homine fictã, vel delinitam nõ immutatur. Quod adeò verũ eſt, vt procedat etiam ſi interfuerit iuramẽtũ, vt eſt communis opi. quam tenet Bart. nu. 14. in l. ſi quis pro eo, ff. de fidei. cuius opi. communis eſt, & latè reſoluit Alciatus in c. cũ contingat, nu. 167. de iureiuran. & ibi Abb. nu. 27. & Imo. in 8. caſu princi. & Marcus Antonius in tractatu de virtute iuramenti, in princ. Corne. in authen. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus venditionem. idem Bar. in l. 1. §. ſi quis ita, nu. 9 ff de verb. obli. vbi Iaſ. nu. 24. & Ripa nu. 27.

13 Cuius rei illa ratio eſt, qui † negligit formã ſeruare, is videtur voluiſſe actũ inanem facere. vt docet Pariſius conſil. 19. lib. 2. nu. 61. vt probat tex. in l. an inutilis. ff. de acceptilationibus. Nã licet regulariter nullus præſumatur actũ otioſum, & inanẽ facere velle, fallit tamen quando forma legis neglecta eſt, vt in d. l. an inutilis, tex. optimus in l. nõ ſolum. ff. de actionibus & obli. Et ita limitatur l. 3. ff. de militari teſtament. & le. ſi quando, in princip. ff de legatis primo, & lex, ſi quando. in princip. C. de inoſſicioſo teſtamẽto. Et quòd ęquipollenter forma legis impleri non poſſit, probat tex. in l. ſi vnus, C. de teſtamen. & in l. 1. §. eũ qui ff. de conſtituta pecu.

Contrariam partem, vt forma legis æquipollẽter poſſit impleri, tenet Alex. ſibi contrarius in l. fi. col. 1. C. de procuratoribus, poſt alios, quos ipſe refert. Sed opi. communis regulariter verior eſt, licet op. Alex. in quibuſdam caſibus exceptis, & ſingularibus poſſit ſaluari.

Retenta ergo cõi ſentẽtia, vt forma legis æquipollẽter impleri non poſſit, eã variè intelligere debemus. In primis
14 enim intelligitur, qñ † lex primũ vetuit, ſeu prohibuit, deinde vltra proceſſit annullãdo. Ita probat tex. in l. non dubiũ, C. de legib. & in l. fi. de legitimis hæredib. & in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. & in l. ſi quis inquilinos §. fi. eo. tit. & in l. conueniri, ff. de pact. dot. & in l. iuris gentiũ. §. ſi paciſcar & in l. ſi vnus §. illud nulla, & §. pacta quę turpẽ. ff. de pac. & in l. ſi plagij, ff. de ver. obli. & in l. inter ſtipulantẽ. §. ſacram, eo. ti. & in §. 1. Inſti. de inutil. ſtipu. Et iſta eſt cõis, & indubitata concluſio, vt tenẽt Iaſ. in l. 1. col. 2. in fi. ff. de lib. & poſth. Bar. in d. l. non dubiũ, tertio notabili. Alex. conſi. 24. col 1. li. 4. Saly. in l. fi. C. de ſentẽtijs ex breuiculo Dec. in l. hac conſultiſſima, col. 2. C. qui teſt. facere poſſunt. Iaſ. in d. l. non dubiũ, nu. 17. vbi Bart. nu. 20. & Bald. notabili, 4. & Fulgo. in 4. notabili, & Pariſius conſi. 19. nu. 187. li. 2. Romanus conſi. 402. In propoſita, Ange. & Imol. in l. quoties §. ſi quis nomen. ff. de hære. inſti. Romanus in d. l. hac conſultiſſima. in prin. Ancharanus in ca. canonum ſtatuta, de conſtitutionibus, Alex. conſi. 96. lib. 4. Viſo. col. fi. Bal. Paul. Imol. Alex. Cuma. Aret. & alij, in d. l. hac conſultiſſima, vbi Iaſ. nu. 11. Bal. & Saly. in d. l. fi. C. de ſententijs, Decius in c. 2. de teſtibus, & ita procedit tex. in l. 42. Tauri.

Secundò intellige vt procedat communi opi. exiſtimã
15 tiũ † formam legis æquipollenter impleri non poſſe etiã ſi non præceſſerit legis prohibitio, & ſequatur annullatio ſed præceſſerit duntaxat pręceptum legis diſponentis, & deinde ſequatur annullatio actus in contrarium facti. vt ſic, quando poſt ſuam diſpoſitionem lex vltra proceſſit annullando actũ aduerſus legis diſpoſitionẽ factũ, tũc actus ille non valeat, non magis, quã ſi poſt expreſſam legis prohibitionem ſequeretur ipſius legis annullatio. Iſta eſt vera cõmunis, receptiſſimaq; ſententia, quam tenẽt omnes docto. ſuprà allegati. per tex. in l. ſi vnus, C. de teſtamen, & in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, & §. non. ſubſcriptũ & l. iubemus, C. de teſtamen. & lex 1. ff. de iure codi. l. fi. § illud C. de codicil. l. 1. in prin. iuncto §. ſi quis ita, ff. de ver. obli. l. 1. §. eum qui, ff. de conſti. pecu.

16 Tertiò cõis opi. intelligitur, vt procedat, quãdo † lex aliquid fieri prohibuit, etiã ſi vltra non proceſſerit actũ annullando. Iſta eſt vera & cõis opi. quam tenent Bar. in d. l. non dubiũ, in tertio notabili, & in nu. 20. per tex. ibi, & ibi Fulg. in 4. notabili, & Bal. ibidem, in 4. notabili, & Iaſ. nu. 17. poſt Sal. Ang. & alios ibi. idẽ Iaſ. in l. 1. ff. de lib. & poſth. col. 2. in. fi. vbi. latè Alex. Socy. & Alcia. nu. 10. poſt alios, Dec. in d. l. hac conſultiſſima, col. 2. C. qui teſta. facere poſ. Saly. in d. l. fi. C. de ſenten. ex breuic. Alex. conſi. 24. col. 1. lib. 4. idem Dec. in c. 2. de teſtibus, Pariſius conſi. 19. lib. 2. nu. 187. Romanus conſi. 402. In propoſita.

Quartò intellige vt procedat cõis opi. non ſolùm quando lex prohibuit, licet vltra nõ proceſſerit annullando, ſed
17 etiã quando † diſpoſuit, neq; vltra proceſſit annullãdo, vt ſic diſpoſitio legis aliquid certo modo, forma, & ordine fieri iubentis, nullum efficiat eum actum, qui aduerſus formam legis factus fuerit. Ita tenent glo. & Bar. in le. 1. C. ne fideiuſſores dotium dentur, idem Bar. in l. de his, ff. de trãſac. Dec. in c. 2. de teſt. col. 2. Ang. in l. 1. ff. de lib. & poſth. idem Ang. & Ioan. de Imo. in l. quoties §. ſi. quis nomẽ, ff. de hær. inſti. Ancha. in c. canonum ſtatuta, de conſt. Rom. in d. l. hac cdnſultiſſima, in prin. C. qui teſta. face. poſ. Alex. conſi. 96. Viſo, lib. 4. colum. fi.

Contrariam ſentẽtiam, vt qñ lex diſpoſuit, neque vltra proceſſit annullando, tunc tranſgreſſio legis non vitiet diſpoſitionẽ, tenẽt comuniter doct. quales ſunt Ale. nu. 8. & Iaſ. nu. 10. in d. l. 1. ff. de lib. & poſth. Bart. in d. l. non dubiũ, 3. notabili, & nu. 20. & ibi Fulgo. notabili, 4. Bald. in 4. not. & Iaſ. nu. 17. & Sal. in d. l. fi. C. de ſenten. ex breui. Pariſ. cõſil. 19. lib. 2. nu. 187. Roma. conſ. 402. In propoſita.

Sed prior ſñia affirmatiua lõgè verior eſt. Nã lex in diſponẽdo, ſeu imperãdo parẽ, æquamq; virtutẽ habet, non aliter, atq; in prohibendo. vt in le. legis virtus, ff. de legi. Et hæc concluſio probatur apertè in l. cũ hi, §. ſi prætor. ff. de tranſ. & in l. 1. in prin. iũcto, §. ſi quis ita. ff. de ver. obl. & in l. 1. §. eũ qui, ff. de conſt. pecu. & in l. 1. ff. de iur. codic. & in l. fi. §. illud, C. de cod. & in l. teſtãdi, & in l. iubemus, & in l. ſi vnus, & in l. hac cõſultiſſ. §. nõ ſubſcriptũ, & §. ex imperfecto

fecto,C.de testa.& in §.pretium,& §.item pretium,Inst. de emptio.& vendi.& in prin.insti.de locatione, & cōductione,& in l.rogasti.§.si tibi decē.ff.si cer.peta.& in le.cū vltra,C.de non numerata pecu.& in l. obligationum substantia.§.fi.de actionibus,& obligationib.& in.§.fi.Inst.de mandato.In quibus iuribus habetur, ꝙ actus contra legis formam,& dispositionem initus,nullius momēti est,etiā si lex non esset prohibitiua,sed tantum dispositiua. Et satis ridiculum esset,otiosum, & inane præceptum legis, si eius trangresio efficax esset,aut impunita,vt suprà nu.10 Vnde infertur necessaria declaratio ad l.47. Tauri. dū ait. Elhijo o hija casado y velado sea auido por emancipado, en todas las cosas para siempre.

Nam matrimonium contractū per verba de præsenti non sufficeret, nisi præterea missa benedictionis in facie ecclesię diceretur,vt ibid.tenent Mich.Cifont.& reliqui. Quia licet lex illa dispositiuè tantùm non etiā prohibitiue loquatur adhuc tamen eius formę transgressio eneruat virtutē, & dispositionē premiss. Vnde similiter infertur, quod in l.48.Tauri.dum dicitur,ꝙ talis filius etiā viuo patre habebit vsumfructū aduentitiorum procedit,quando ex toto forma legis fuit seruata, quia vltra matrimonium per verba de præsenti cōtractū accessit missa benedictionis in facie ecclesiæ, alias secus.Et his casibus puto,ꝙ soluto etiam matrimonio is filius non recidit in patris potestatem per d.l.47.ibi,para siempre,& quia illa conditio,si nupserit, sub qua illa liberatio à lege pollicetur, sufficit per momentū impleri,nec eius perduratio necessaria est text. solennis in l.si quis hęredem,C.de insti.& substi.

18 Quintò intelligitur vt procedat, etiā si † forma legis in minima parte obseruari desierit.Ista est vera & cōis opin. quàm late defendit Ias.in l.si vnus,per tex.ibi, qui optimè probat,C.de testa.Bal.in l.1.ff.de lib.& posthu.Dec.consi. 466.nu.14.Ancharanus consi.35.Visis,col.fi.Bal.in l.humanū,C.de legib.Decius nu.9.& cōsi.11.& Bal.cons.11. lib.1.col.fi.idē Bald.cons.324.Punctus,li.2.idem Decius consi.533.nu.5.& Parisius consi.19.nu.187.li.2.& Romanus in d.consi.402.In proposita. Cuius rei ratio est, quia cū forma desideretur ad eius rei,de qua agitur perfectionē & consummationē,ea res formata, seu perfecta non erit, si quacunq; ex parte ea forma defuerit, nā id perfectū est, quod ex omnibus suis partibus cōstat,vt in l.1.ff.de orig. iur.& nihil actū esse intelligimus,cū aliquid superest agendum,vt in l.pe.C.ad Sillan.& in l.quædam. ff.de reb.dub. Vnde si forma probationis,quę per l.41.Tauri desideratur in maioratu, per tēpus, cuius initij memoria non stat probando,aliqua ex parte etiam minima deficiat, tunc ea probatio nullius momenti erit, vel saltem minus sufficiēs, quia omissio formæ etiam in minima parte vitiat. quod not.à dicta leg.41.

Fallit in iudicijs de expressa tamen legis dispensatione iure regio l.11.ti.1.lib.3.ordi.

19 Sextò intelligitur,vt ꝓcedat etiā in ijs, quæ sunt † leuissimæ solennitatis, si id voluit testator, vel voluisse aliqua probabili coniectura intelligi possit. Ista est vera, & cōis conclusio vt latè resoluūt Paris.consi.19.lib.2.nu.186. & Alex.in l.fi.in princ.C.de iure delib.secūdum quē hęc est cōis conclusio Bal.Imol.& Pau.in l.1.ff.de liber.& posth. per Deciū in l.hac cōsultissima,C.qui testa.facere possunt col.1.vbi Ias.col.2.& per Emanuelem de Acosta in l. Gallus,§.& quid.si tantum.ff.de libe.& posth. Cuius rei illa ratio est, ꝙ etiā si cum quibusdā agnosceremus,ꝙ omissio leuis solennitatis regulariter non vitiet dispositionem, vt in l.1.§.fi.ff.de ventre inspicien. tamen de voluntate testatoris ab illa regula facile recederemus, cū ex tacita vel expressa,vel presumpta volūtate testatoris recedatur a regulis iuris, vt per plura quā viginti exempla probauimus suprà in §.suprà proximo.Et inter hanc & superiorē declarationem hoc interest,quòd hic loquimur,quando leuis solennitas omissa fuit.ibi autem agebamus, quādo magna solennitas aliqua ex parte prætermissa fuit.

Septimò intelligitur vt procedat in forma rescripti,quę si aliqua ex parte pretermissa fuerit,vitiat dispositionē,nō aliter,atq; si forma legis prætermissa esset, vt traditur per Dec.consi.60?.nu.10.per tex.in c.venerabili,de offi.delega.& in c.Pisanis,de rest.spol.vbi Anto.in 7.notab. Cuius rei illa ratio est,ꝙ rescriptum editum cum causę cognitione habet vim legis,vt in l.1.cū ibi plene not.per glo.Bart. & Ias.ff.de const.principum,& in §.sed & quod princip. Insti.de iure natu.vbi similiter hæc est communis opi.

Octauo cōis conclusio intelligitur etiā in stylo.Nam si
20 † forma styli prætermissa fuerit,vitiatur dispositio,nō secus,quā si legis forma omissa fuisset,& resoluit Dec.consi. 16.Bal.in l.fi.C.quæ sit lōga cōsue.Nā qñ à cōi stylo receditur excitatur falsitatis præsumptio,c.ꝗ graue,de cri.falsi.

Nonò hęc cōis conclusio intelligitur,vt procedat, etiā
21 † in forma cōsuetudinis. Nam cū lex,& cōsuetudo à pari procedāt,necesse est, vt pretermissio formæ cōsuetudinariæ vitiet dispositionē, non secus,quàm prætermissio formæ legalis,arg.tex. in lege de quibus.ff.de legib.& in specie,argumen.text.qui loquitur de consuetudin.circa testamenta,in l.fi.C.de testa.& in §.accessit.& in §.sed cū paulatim,Insti.de testam.Decius in dicto consi.16.

22 Decimò cōis cōclusio intelligitur vt procedat,etiā si † forma à lege tradita est à lege prætoria tradita,nō ciuili,nā adhuc eius prætermissio vitiat dispositionē, secūdū quosdā,arg.tex.in d.§.sed cū paulatim,Insti.de testa.vbi solēnitas à pretore inducta est in cōsideratione,nō secus,ꝗ solēnitas inducta à lege ciuili,& sic pretermissio solēnitatis ꝓtoriæ vitiat testa.nō aliter,atq; prætermissio solēnitatis ciuilis.Cōfirmatur per tex.in princ.Instit.de bo.pos.vbi ius prætoriū habet vim nō solū cōfirmandi,sed etiā supplēdi, & corrigendi iuris ciuilis. Et hanc sententiā arbitror verissimā,licet cōtrariā partē in specie tenuerint Paul.& Ias. nu.22.in l.non dubiū,C.de legib.Vnde infero verū nō es-
23 se,quod Ias.ibidē firmat,vt † prætermissio formæ traditę ab episcopis,Comitibus,Marchionibus & Ducibus nō vitiet dispositionē,quia taliū statuta habent vim legis prætoriæ,nō etiā ciuilis,vt not.Bar.in l.5.in prin.& ibi latè Ale. & Ias.& nouissimi.ff.de ver.obl.Et cōsequēter,vt pretermissio formæ traditæ à prætore nō vitiaret dispositionē secundū eundē, ita quoq; prætermissio formę traditę ab hmōi ꝑsonis.Sed id sanè verum nō est, quia cū in statutis prætoris,si prætermissa sit eorū forma, vitietur dispositio ita quoq; idē etiā secundū nos in statutis hmōi personarū.

24 Vndecimò,cōis conclusio intelligitur,etiā si † prætermissa sit forma statuti editi ab ijs,qui recognoscūt superiorē.Nā etiā omissio eius vitiat dispositionē,quia in regione vel ciuitate sua tale statutū habet vim legis: Nā vt lex Imperatoris legi diuinæ vel naturali aliqua ex parte derogare potest,ita quoq; lex ciuitatis,quę recognoscit superiorem pōt derogare legi Imperatoris aliqua ex parte,vt in l.Ius ciuile,cū ibi plenè notatis,ff.de iustitia,& iure.Cogita tamē.

25 Duodecimò intelligitur etiā in † l.canonica,cuius legis prætermissio eadē ratione vitiat dispositionē,arg. text. in c.cùm esses,cū ibi plene notatis,extrà de test.Quod procedit in terris ecclesiæ in materia cōmuni, in materia verò spirituali procedit etiam in terris Imperij,arg.text.in c. cum cōtingat,de iureiur.& arg.tex in c.licet mulieres,co. ti.in 6.& in c.quāuis pactum,de pact.lib.6.

26 Decimotertiò intelligitur vt procedat in forma,quæ † inducitur per cōditionē,quia talis formæ omissio semper vitiat dispositionē.Ista est vera,& cōis opin.quā tenet Bal in authen.matri.& auiæ,C. qñ mulier tutelæ officio fung posit.Decius consi.11.nu.9.Parisius consi.19.nu.183.li 2.Ias.in l.vniuersa.col.3.C.de precibus imperatori offeren dis.Felynus in cap.cum dilecta,de rescriptis,colum.6.argumen.tex.in l.qui hæredi.in princ.& in le. Mæuius.ff.d conditi.& demonst.& ꝙ latè tradit Bart.in l.Gallus,§.& quid si tantùm col.2.ff.de liber.& posthu. vbi Emanu de Acosta in 5.parte,nu.2.& Ias.nume.10.& num.18.cu seq.& Crotus numero 20.& Ruinus numero 16. Deciu in Ri

in Rubrica de probationibus.& in l.3.in princ.C.de insti. & substitu. sicq; semper forma inducitur per conditionẽ.

Illud tamen notandũ est, ꝙ quando, le. formã dedit, & vltra processit actũ contra factũ expressim annullando, tunc actus contra factus adeò non valet, vt inde etiã naturalis obligatio non oriatur, saltem cũ effectu, vt per Bart. Alex. Iaſ. & alios in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de ver. obli. Diximus plenè infrà, §.30.nu.32.cũ pluribus sequen. Vnde infertur necessaria declaratio ad l. seu conditionem.35. En el quaderno del Encabeza miẽto, vbi habetur, ꝙ cum illud beneficiũ (quod encabeza miento de alcaualas vocatur) duret per annos decẽ, & regulariter diuisio oneris seu pretij prẽstãdi cuiq; populorũ imponatur pro illis decem annis: tamẽ quia ineunte hoc decẽnio, populorũ alij augẽtur, alij minuuntur, vnde diuisio illius oneris, quę ab initio iusta fuerat, incipit esse iniqua: ideo per d.l.35.cõcessũ fuit, vt per trienniũ tantũ, vel quadrienniũ, vel illũ annorũ numerũ talis diuisio onerisq; impositio fieret, qui commodior illis videretur, ad quos ea res pertinebat: ita tamen vt vbi secũda oneris diuisio, aut impositio fieret, ibi ea noua oneris impositione nõ liceret vti, donec à summis regis rationalibus cõprobata, & cõfirmata esset. subdit. l. hæc verba (& hoc est quod expẽdimus) porque lo que de otra manera se vsare, ò hiziere, no estando mandado, o aprouado, ò cõfirmado por sus magestades, da de ser y sera ninguno y de ningũ valor y affecto. Quæ verba cũ planè inducãt decretũ irritãs, & annullãs, efficiũt, vt quod aduersus illius legis formã factũ fuerit, sit ipso iure nullũ, & nullo mõ cõtribuẽtes obligent etiã naturaliter, quasi id fiat le. resistẽte.

Decimoquartò cõmunis cõclusio intelligitur vt procedat in re dubia, & regulariter. Nã forma legis, vel statuti re-
27 gulariter semper † prẽsumitur substãtialis, vt eius omissio vitiet dispositionẽ. Ista est vera & cõmunis cõclusio quã tenet Decius consi.466.nu.13.Bald.in le.cõparationes, C. de fide instrumẽto. Bald.consi.11.præmissis, col.fi.li.1.idẽ Bald.consi.324.Punctus li.2. Decius consi.612.nu.3.idẽ Decius, consi.603.nu.10.& consi.11.num.16.arg.text. in l. si vnus, C.de testa.cum multis similibus suprà allegatis.

Decimoquintò cõmunis conclusio procedit, & intelli-
28 gitur, vt quemadmodũ formæ † detrahi nõ potest, ita etiã neq; addi. Ista est vera, & communis opin. vt latè resoluũt Parisius consi.19.nu.188.li.2.Bal.in l.fi.col.2. C.de suis & legi. Iaſ.in l.hæc verba, col.1.ff.de leg.1.idem Iaſ.in l.1.nu.25.ff.de liber.& posthu.Bal.in l.quoties, C. de suis, & legi. Iaſ.in l.nemo potest.le.2.nu.15.ff.de le.1.vbi Hanniba.nu.13.Decius nu.12.in l.hac consultissima, C.qui test.facere possunt, & si hæc est cõmunis sententia. Et hæc communis opin. iure regio probatur in l.3.Tauri, ibi interuengan alomenos siete testigos. Cuius sensus est, quòd etiam si plures testes, aut tabelliones testator accersiri iusserit, adhuc tamen testamen. valebit, licet legitimus tantũ numerus interfuerit. nõ etiam illi, quos tunc præterea addere testator destinauit, facit l.3.ff.de mil. testam.

Decimosextò communis conclusio potest etiã intelli-
29 gi, vt procedat, etiã † forma, vel solẽnitas legis fauore alicuius priuati inducta fuerit. nam adhuc prętermissio illius formæ fauore etiã priuatorũ introductæ vitiat dispositionem. Qua in re sciendũ est communem esse sententiam, vt talis formæ prætermissio non vitiet dispositionẽ, quando priuatorum fauore introducta est de voluntate ipsorũ priuatorũ, vt contendunt Decius in c.2.de testib.colum.2. idem Dec.in l.hac consultissima, col.2.C.qui testamen.facere possunt Bar.in l.filio præterito.per tex. ibi.ff.de iniusto rup. Abb.in c.fi.§.his autem de offic.deleg.notabili.2. sentit Bar.in l.1.§.Sed si filius, ff.de leg.3.& Aret.in rubri. ff.de libe.& posth. Quorũ sententia vnicum habet fundamentũ, quod effluxit ex d.l.filio præterito.ff.de iniuſ.rup. vbi licet testamentum, in quo prętеritus fuit filiusfamili. dicatur carere forma legis, vt in l.inter cætera.ff.de liber.& posth.& in princ.Institu.de exhæredatione liberorum.ibi, quia scilicet ab initio non constiterit testamentũ, & præter formę transgressionem adsit expressa legis annullatio, vt in d.l.inter cætera.ibi, inutile est test.& in l.pen.ff.de liber.& posth.ibi, nihil valiturum esset testam. & in l.1.de iniust.rupt.ibi, nullius momenti, & in l.si filius, qui in potestate.ff.de liber.& posth.& in princ.Insti.de exhæredatione liberorum.ibi, inutiliter testabitur, & ibi, ab initio non constiterit testamentum. & est receptissima sentẽtia in dictis locis, quod procedit etiã iure regio, vt in l.1.in titul.8. par.6.& l.10.ti.7.part.6. tñ adhuc id testam. sustinetur de expressa voluntate ipsius filij, cuius fauore & contemplatione ea solennitas à lege requisita fuit, vt sic si ipse cũ prętеritus esset, neglexerit, & abstinuerit patris hæreditate, tale testamentum valeat, nõ aliter, atq; si præteritus ipse filius nõ fuisset. Ita est tex.in l.filio præterito, ff.de iniu.rup. secundum cõmunẽ opi.docto.supra relatã. Sed licet non inueniã contradicentẽ, tamen contrariã huic cõmu.opin. sententiã ausim verissimã dicere.per tex.in ea l. filio præterito. quæ satis efficaciter nostrã sententiã probat contra cõmunem, ibi, ex bono.& æquo.per quẽ tex. communis opi.est, & vera, ꝙ filiof.præterito, nihil valet testamen.de iure ciuili à sui primordio, vt iuribus suprà allegatis. neque ex post facto conualescit. vt d.l.filio prętеrito.ibi, ex bono & æquo, quia quod ab initio non valet, ex post facto non conualescit. vt l.1.ff.de reg.cat.l.cætera.§.1.ff.de le.1. l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de verb.obli.§.1.Instit.de inut.stipu. Itaq; per filij præteriti abstensionẽ testa. quod per præteritionem ipsius filij nullum erat ipso iure ciuili, non recõualescit de iure ciuili, nõ quoq; reconualescit de iure prætorio, sed secundum nos ab initio inspecto iure prætorio firmum erat, & cõtra tale testam. dabatur bono. poss.cõtra tabu.quod remediũ erat rescissorium testamẽti validi l.1.in prin.in ver.rescindunt, ff.de leg.præstan.l.1. in princ.in verbo rescisso.C.de colla. Vel si velis tenere, ꝙ per præteritionem filijfa. testam. sit nullum ipso iure etiã prętorio ab initio, tunc oportet intelligere, vt illa reg.quę habet, Quod ab initio non valet, ex pòst facto non conualescere. procedat de iure ciuili, non etiam de iure prætorio saltem hoc casu. Itaq; tex. in d.l.filio præterito efficaciter probat testa.per filijf.præteritionem, nec ab initio valere, nec ex post facto conualescere de iure ciuili, etiã si ipse filius præteritus, huic formæ fauore suo introductæ renuntiet per hæreditatis abstensionẽ. Neq; ad rẽ pertinet, ꝙ tale testam.per ius prætorium sustineatur, nã & similiter pactum, quod ipso iure, nõ valet, quale est, cùm filius renuntiat hæreditati patris viuẽtis cum iuramẽto, sustinetur per ius canonicum per interuẽtum iuramenti. vt in ca. quãuis pactum, de pact.in 6. Neq; vllus vnquã sanus dixerit illud ex eo procedere, ꝙ ille filius posset renũtiare illi iuri, quod suo mero fauore introductum fuit, quinimo procedit ꝙ alia lex potẽtior vltra processit declarando, vel limitando quod à lege ciuili generaliter inductum fuerat. Simile in c. licet mulieres. de iureiu.lib.6.& in c.cùm cõtingat. de iureiu. Simile in l.Celsus, §.ꝙ alicuius ff.de leg.2.iuncta, le.si Titio & Męuio, §.Iulianus, eo, ti.et l.nõ iustã, C.ad Treb. secũdũ declarationẽ Pau.Cast.tã in d.l.Celsus, quàm in d. §.Iulianus vbi licet regulariter ꝑ ius ciuile legatũ ab vno ex hæredibus nominatim relicto a cohærede suo, cui portio illius accreuit, nõ deberetur, tñ hodie debetur ex permissione, & dispensatione alterius legis potẽtioris.i.legis imperialis authoritate, quæ vltra processit dispẽsando, vel limitãdo, seu declarando. Ideo suprà.nu.4.generaliter diximus, ꝙ factum contra formã alicuius legis licet regulariter, nec ab initio valeat, nec ex pòst facto cõualescit, tñ fallit, qñ eadem, vel alia lex vltrà processit declarãdo, vel dispẽsando, ꝙ illud valeret, quod procedit, siue l.illa esset ciuilis, siue prętoria, siue ĩperialis, siue statutaria, siue cõsuetudinaria, siue etiã canonica. Sic ergo sit firma ĩdubitataq; snĩa, factũ cõtra formã legis regulariter nullius fore momẽti, etiam si tali formæ renuntiet is, cuius fauore introducta fuit. ꝙ præter d.l.filio ꝑterito. ꝓbatur in l.si qñ.§.illud.C. de inof.te.& in l.fi.ff.de suis & le.& in l.stipulatio hoc mõ conce-

concepta.ff.de verb.obli.& in l.Titia eo.ti.& in l.pactū do tal.C.de col.& in l.pacta quæ contra,ff.de pact.& in l. testandi,& in l.si vnus,C.de testa.Neq; ab hac regula recedimus per dispensationem,vel renuntiationem eius,cuius fauore id inductum fuit,nisi prẹterea adsit legis ipsius,vel alterius declaratio,seu dispensatio,quæ id indulgeat agentibus vt dictis iuribus & l.2.§.sed quia veremur,C.de iuramen.cal.cum infinitis similibus suprà per me congestis.

Et quòd per d.l.filio prẹterito.ff.de iniust.rup.quatenus
30 ait,ꝙ per filijfa.præteriti abstensione † testamentum conualescat de iure tantū prætorio non etiā ciuili,est vera, & cōmunis opi.vt late per Alex.in l.si pater.C.de insti. substi.nu.12. & per Emanuelem de Acosta in le. Gallus.§.& quid si tantū.ff.de lib.& posthu.in 3.par.nu.166.pag.128. Paul.in l.filio præterito C.de bon.poss.contra tab.col.2.3. & 4.& ibi late per Ias.Alex.Cor.& Curt.Iunio.post Bart. in l.1.nu.12.ff.de cond.inst.Sicq; licet merā vtilitatē ipsius filij præteriti respiciat hæc solennitas,seu formæ vt in testamento patris filius præteritus nō relinquatur,tamen huius formę prætermissio vitiat ipso iure testamentum neq; per cōsensum ipsius filij id vitiū de iure ciuili purgaretur, qui consensus colligitur per abstensionē ipsius filij, vt probatur in d.l.filio.Neq; ad rē pertinet,quòd de iure prætorio filio abstinente id testamentum substineatur deturq; secundum tabulas hæredi scripto : nam ea solennitas non fuit inducta de iure prætorio, imò iure prætorio tale testamentum valet,vt docuimus infrà.

Deniq; ex proxime dictis circa d.l. filio præterito infertur necessaria declaratio ad l. seu ad conditionem 28. En el quaderno de la prorogacion del encabecamiēto general. Vbi earū gabellarū redituum ve regaliū(quas alcaualas vocāt)locatio vel administratio fieri iubetur sub certa forma & præsentia certarū personarū, earundēq; iuramētis,&c. Deinde subijcitur, ꝙ si omnes illi ad quos ea res pertinet voluerint vt illud pretium non diuidatur inter eos.i.quòd onus illius pretij præstandi inter eos non diuidatur secundū formā illius legis,sed potius velint ex quolibet contractu venditionis certū quid præstare,tūc ea legis forma cessat ex cōsensu eorū ad quorum vtilitatē lex illa spectabat. Vnde cū ex illa dispensatione arguatur voluntas legislatoris,qui vtilitati ipsorum contribuentium consultū voluit, non dubito nisi ꝙ ex ipsorū vtilitate, & consensu transgredi potest illius legis forma,non solū in casu expresso & excepto per ipsam met legē,sed etiā in casibus similibus,vel etiā non similibus vt ex consensu contribuentiū illius rei actores,& administratores quęcunq; modū illi elegerint, is modus sequendus sit,quasi forma legis inducta ob vtilitatē quorundā de consensu eorū impunè posit prętermitti in omnibus casibus,cū l.in vno casu dispensat.Quā rem non semel satis controuersam vidimus,vt plenius in hoc, §.num.29.Cæterū si onus illius pretij soluendi inter ipsos contribuētes iuxta solennē illius legis formā diuisum fuerit,quia ipsi ab illius legis ordine recedi noluerunt, tunc si in ea diuisione contribuentiū aliquis se nimis oneratū prẹter cẹteros alleget & cōqueratur,ea res rursus reuidenda, seu reficienda,est vt qui nimis oneratus inuentus fuerit.releuetur,& post hanc secundā illius diuisionis refectionem seu diuisionē iussit lex,vt amplius reluctari, aut calcitrari non liceret in hęc verba. Y que cada vno pague lo que le quedare repartido.Nec dubiū est, quin vera mēs sensusq; illius legis fuerit,vt omnis aditus iam occlusus fuisset ad illius rei quærelā,& iure:quia cū eadē lex peritissimos illius rei illiusq; oneris diuidendi actores accersiri iussisset,eorū iudicio standū est,arg.l.inter artifices.ff.de solu.& l.1.§.fi. cū ibi notatis per docto.ff.de verb.obl.& quod tradit Bar. in l.2.C.de rescin.vend.Et tamen(de quo miror)in vsu forensi sæpe obseruatū vidi,vt licet executio fiat iuxta dict. secundam reuissionē,seu refactionē, tamen per summos regis rationales per modū iustitiæ de eadem re denuò cognosci posit.Et simile videmus in l.20.versi.por manera. E nel quaderno dela prorogacion del Encabezamiēto general.De quo miror, cùm lex indubitanter posit cōferre iurisdictionem in iuris imperitos,l.5.tit.15.lib.2.ordi.

31 Superior conclusio,vt prætermissio formæ vitiet ipso iure dispositionē,limitatur vt procedat,quādo ea † forma à lege desideratur ad perfectionē, & cōsummationē illius dispositionis,de qua agit,vt in dictis iuribus, & ex supra relatis satis docemur.Secus,autē est, quando aliquid vel aliqua requiruntur à lege ad ambiguitatē,& incertitudinē vitandā, nā tunc dispositio non vitiatur ipso iure per defectū illius requisiti,vel requisitorū,quæ à lege iussa fuerant interuenire.Ista est vera,& cōis opi.quæ probatur in le.1. ff.de lib.& posthu.Vnde notanter infertur,quòd si statuto caueretur,vt instrumentum non valeret nisi in eo appositū esset nomen contrahentis,& patris,& aui,tūc si per nomē solius cōtrahētis satis esse certi possemus, tunc instrumētū valeret,non secus,quā si expressa essent,& descripta nomina cōtrahētis,& patris,& aui. Et similiter si caueretur statuto,vt nō valeret instrumētū,in quo expressū non esset nomē,& prænomē,& cognomē, tamen si per solius nominis expressionem satis certi esse possemus tūc instrumētū valeret nō secus,quā si expressum fuisset nomē,prænomē,& cognomē.Ista est vera,& cōmunis opi. quā latè defendūt Ias.in l.1.nu.5.ff.de lib.& posthu.& Alex.col.2. Bal.Paul.Imo.Cuma.Aret.& Alexā.in l.hac cōsultissima col.2.C.qui test.facere possunt,& est cōmunis opi.secūdū Ias.in d.l.1.num.11.& secundū Alci.ibi nu.10.Bal.Saly.in l.fi.C.de sentētijs ex breuicul.Decius in d.l.hac cōsultissima Alex.in d.l.1.nu.8.Ancha.in regula.ea quæ fiūt de regu.iur.in 6.Abbas cons.97.Quidē canonicus,Socy.in d.l. 1.nu.8.Domi.& Imo.ī c.2.de rescr.ī 6.Dec.in c. 2.de test.

Vnde forma probationis,quę per l.41.Tau.in probatione maioratus requiritur dicebā posse æquipollenter impleri,quæ res in vsu forensi satis frequens,& fructuosa est. Contrariā sententiā, vt formæ prætermissio vitiet ipso iure dispositionē etiā si requiratur ad solam ambiguitatē,& incertitudinē vitandam,tenent Ang.in l.1.ff.de lib. & posthu.idē Ang.& Imo in l.quoties §.si quis nomē. ff.de hære.inst.Roma.in d.l.hac cōsultissima,in prin.Ancha.in ca. canonum statuta,de consti.Alex.consi.66.li.4.col.fi.Viso.

Sed pro prima opi. quæ verior est,in primis facit, quia rei satis demonstratę frustra adijcitur altera demōstratio, vt in l.1.§.fi.in fi.ff.de dote prælega.& in l.certū,ff. si cer. pet.& in l.vbi autē,§.illud ff.de verb.obli. Vnde cùm per solius nominis expressionem satis certi sumus de persona qua de agitur,otiosum & inane est,aliam demonstrationē exigere,& consequenter non est cur dispositio, aut curta le instrumentum desinat valere.

Deinde facit,quia expressio vnius nominis singularis facit,vt res transeat in notorium,non secus, quā si plura nomina expressa essent,nec egemus alia demonstrationem l. emptorē,in prin.ff.de actio.emp.& vendi.l.si adulteriū,§. idem Pollionis,ff.de adulte.præsertim cū neq; lex,nec ratio legis curet de superfluis,& frustatorijs,vt in l.fi.C. qui admitti.l.verba,C.de donb.§.1.Inst.de verb.oblig.

Tertiò probatur arg.glo.notab.& cōmu.ibi appro.in l. hac cōsultissima,in verbo,indicia. C.qui testa.facere poss. quę tenet,ꝙ licet per d.l.ad validitatē testamenti cæci propria forma,vel solennitate requiratur in institutione hæredis, qui a cæco hæres scribitur,expressio facienda non solum nominis,sed etiam dignitatis,& aliorum indiciorū: tamē cum hæc omnia ad solā ambiguitatem tollendam desiderentur,sufficit expressio solius nominis,si per eā satis certi esse possumus de persona hæredis scripti.

Quartò probatur per gl.singularē & ibi comiter approbatā in le.iubemus,C.de testa.in verbo,quemadmodum quæ tenet, ꝙ licet per d.l.iubemus. pro solennitate testamenti desideretur,quòd hæres proprio ore testantis nūcupetur,vel eius nomē manu propria ipsius testatoris scribatur,tamē sufficit ad illius testamenti firmitatē, ꝙ nomē propriū hæredis ab alio exprimaē,& testator rndeat, côdo:vel ita vel sic dico.simile ī l.1.§.si quis ita.ff.de ver.ob

Quint

Quintò facit gloss.commu. approbata in le.ad testium §.conditionem,in glo.magna in fi.ibi, secus vbi veritas inquiritur.ff.de testament.vbi vult,quod solennitas, de qua ibi.remittatur,& eius omissio non noceat,quando solummodo agitur de veritate inquirenda,quasi tunc satis sit,ꝙ de veritate alio quouis modo constet.

Sexto facit doctrina Bart.in .l.libellorum,in princ.ff.de accusa.quem. videas.

Septimò facit l.final.ff.mandati l. si quis mihi bona.ff.& quid si mandauit.ff.de acqui.hęre.

Tenendo hanc partem,neminem mouere debet, ꝙ regulariter quæ pro forma alicuius dispositionis desiderantur,non possint impleri æquipollenter, vt diximus suprà. Nam illud fallit,quando non ad dispositionis perfectionē id desideratur,sed potissimum ad ambiguitatē,incertitudinemq; vitandā,vt dictis iuribus. Quod si dixeris,ꝙ parū vrgent iura superiora, cum in illis vltra processerit declarando sufficere,ꝙ ęquipollenter impleretur, vnde si vltra non procederet,non posset æquipollenter impleri.Nā replicatio,ꝙ in plerisq; eorum casuū,quos suprà enumerauimus,lex vltra non processerit, sed authoritate glossarū, & doctorum facimus illā extensionē, & declarationē.sed etsi in oībus illis casibus lex vltra procederet, adhuc nos in casibus similibus eandem parem vel similem rationem habentibus eandē faceremus interpertationē argumento. neq; leges non possunt.ff.de leg.Nam etsi exhęredatio res odiosa sit.l.cum quidā.ff.de liberis. & posth.& lex taxatiuè permittat ex.14.tantùm causis filiū exhæredari tamen non videtur exclusisse alias causas similemque rationē habentes,vt expressim tenuerunt cōmuniter doct. in l.post mo.nato. C.de bon.poss.contra tabul. & in l. maximū vitium.C.de lib.præt.& in auth.non licet,eod.tit.Itaq; licet regulariter æquipollēter impleri nō possint,quę a lege pro forma alicuius dispostitionis desiderantur,tn̄ fallit in casibus,in quibus lex vltra processit dispēsando,declarādo, vt æquipollēs implem.sufficeret,& etiā in similibus casibus.

32 Neque ad rem pertinet, ꝙ ad † vitandas falsitates septē testes in testamentis regulariter desiderent, vt in l. fi.C.de fideico.& nihilominus ęquipollenter ea solennitas impleri non possit,argumen.l.si vnus.C.de testam.Nā multum interest,vtrum aliquid desideretur non solum ad certitudinem eius rei,qua de agitur,sed etiam ad vitandam falsitatē & sic ad vitandum delictum fœdissimū, an vero desideretur solū ad vitandam ambiguitatem. Primum enim interest principaliter reipublicę,ne fiāt perpetrenturq; delicta l.1.ff.de iust.& iure. Alterum verò interest principaliter solius testatoris cuius de testamento agebatur. Si enim in testamento solenni reuera Titius hæres scriptus fuit, & quia sunt duo Titij testamentum effectu careat, iuxta.leg. duo sunt Titij.ff.de testam.tut.certe per hoc nulla ex parte lęditur respubl.,nec vllū perpetratur delictū,sed ex ambiguitate testame.effectu.caret in damnum solius testatoris

Deniq; hæc conclusio efficaciter probatur in l.1.ff. de libe.& posth. vbi licèt ad solēnitatē exhæreditionis nominatim faciendæ desideraretur expressio nominis, pręnominis & agnominis eius,qui hæredetur:tamen per expressionē solius nominis substinetur exhæredatio,vt exprimitur in.d.l.1.2.responso.vt sic licet in primo responso illius legis nominis, & prænominis, & cognominis expressio desideretur ad validitatē exhæredationis, tn̄ in 2.responso declaratur sufficere etiam solius nominis expressio.Cuius rei ratio illa est: quia quæ ad ambiguitatem tollendā desiderantur,non tā pertinent ad creationē dispositionis, quā ad effectum vt in l.duo sunt Titij.ff. de testamentaria tutel.Itaq; si duo sunt Titij,Titiusq; hęres scriptus est,id testam.in sui creatione valere non desinit,quasi hæredis institutione careat, quinimò hæredis institutionem habere intelligitur & consequenter valet. vnde fit, vt ex pòst facto possit testator citra solennem testium numerū, qui in testamentis desideratur, declarare, vter illorum esset is, quem ipse hęredem facere voluit.l.hæreder palam.§.1.ff. de testam.Neque ad rem pertinet,quod in d.l.1.ff.de libe. & posth.lex vltra processerit declarando sufficere expressionē solius nominis.Nam respondemus, quod inde docemur, quòd quando plura a lege requiruntur rei de qua agitur,demonstrandę & ambiguitatis tollendę gratia, tunc si per vnū eorū satis certi esse possumus, reliquorū interuentus non est necessarius,nec eorum defectus vitiat, nam receptissimum est de similibus ad similia procedendum ,& extensio, quæ fit de vno casu legis ad alium casum eādem paremq; rationē habētem,non tā dicitur extensio, quam eiusdem casus virtualis comprehensio. Nā quando in pluribus casibus eadem est ratio,tunc dicitur omnes casus decidere,& comprehendere, non quidem per extensionem sed per virtualem comprehensionem,vt vna eadēq; ratio omnes illos casus virtualiter comprehendere intelligatur non secus quā genus omnes species sub se cōprehendit, arg.tex.in l.his solis.C. de reuocandis donationibus, vt in specie notant Petrus & Cinus in l.iura nō in singulas.ff.de legib.& in l.quod vero cōtra eo.tit.Ancharanus consi.96. Super dicto,col.1.Pau.cons.83.Præsens casus.col.2.li. 2.late per Tiraquellū in l.si vnquam,in verbo,libertis,nu.37. C.de reuocādis donatio. per eūdē Tiraquellū in tractatu de vtroq; retractu.pagina.566.nu.2.per Bald.in auth.post fratres.2.C.de legit.hæred.per eūdem.Bald.in c.quia 5.circa finem.de iudicijs,& in l. de quibus.ff. de legib. ex quorū dictis apparet hanc esse communem opinionē.

Vnde infertur, ꝙ licet in criminalibus pro solennitate
33 & forma† libelli accusatorij desideretur locum commissi criminis comprehēdi cum suis confinijs, vt in l.libellorū. ff.de accusationibus. iuncto tex.in l.forma.ff.de censibus. tamen si per solius loci expressionē citra vlla cōfinia expressa satis certi esse possumus , id sufficit & ad validitatē accusationis, quasi cum plura requisita a lege desiderantur alicuis rei demonstrandæ & ambiguitatis tollendę causa, si per vnius tantum expressionem satis esse possumus tūc reliquorum interuentus non est necessarius:quinimo valet dispositio non secus, quam si omnia illa requisita sigillatim comprehensa fuisset. Ista est vera & communis sententia, quam late defendunt Bar. & alij communiter in d. l.libellorum.Ias.in l.1.ff.de libe.& posthu.nu.13.idē.Bart. in l.2.per tex.ibi.ff.de lib.& posthu.vbi Ias.num.14.idem Bart.& communiter docto.in l.demonstratio falsa.in 7.q. ff.de condit.& demon. & in l. cum seruo.per illum tex.ff. de contrahen.emption.late per Alex.in d.l.2. ff.de libe.& posthu.tradit Iaso.in l.de pupillo.§.qui nuntiat.ff.de noui operis nuntiatione.licet cōtrarium & male tenuerit Ang. in l.hac consultissi.suprà allegata. Vbi refert contrariū fuisse Bononiæ determinatum.

Hinc etiam secundo infertur, quò si statutum requi-
34 rat pro forma † citationem alicuius, non videtur forma prætermissa ,si ille fuit præsens in iudicio & intelligebat ea quæ agebantur.Ita tenet Ias.in l.1.num.15.ff.de libe. & posthu.idem Ias.in l.1.ff.de in ius vocando. Bald. in auth. si omnes,col.2.vbi etiam Iacobus Butrigarius.C.si minor ab hæreditate abstineat. Romanus in l.1.col.5.ff.de arbitris.Ioan.And.in c.fi.de elect.in 6.in nouella Ang.Imo.& alij in l.de vnoquoq; in verbo, pręsentibus.ff. de re iud.& est test.melior de iure secūdum Iaso. vbi supra in l. etiam. §.fin.in vers.præsente vel euocato.ff.de minoribus, & in l.causa.§.causa cognita.ff.eod.ti. & est communis opinio. vt late resoluit Ias.vbi suprà. Cuius rei illa ratio est.quia quod desideratur ad hunc finem , vt aliqua de re certi simus,eius omissio nunquam nocet, si quocunque alio modo certificemur.

Alias limitationes vidi per Ias.in d.l.non dubiū.C. de legibus,numero.18.& per Philipp.Deciū in c.2.de testib.& in di.l.hac consultissima.C. qui testamenta facere possunt.

Tertiò ex superioribus infertur,ꝙ si statuto cauetur vt
35 fiant † tres citationes,tunc nō sufficeret, vt fieret vna pro omnibus. Ita docet Ias.in d.l.1.ff.de lib.& posthu. nu.24. tenet glos.cōmuniter appro.secundū eund.in clement.1. de vi-

de vita & honestate clericorum. Bald. in l. 2. C. quomodo & quando iudex. idem Bald. in. l. non sunt liberi. ff. de statu hominum. & in. c ex literis, in fi. de consti. & in c. ex insinuatione, de rescrip. idem Bald. in c. 1. de milite vasallo qui cōtumax est, Alex. consi. 137. In causa & lite. lib. 2. Ex quorū relatione patet hanc esse communem sententiā, quā multis repugnantibus arbitror esse verissimam, quia illæ tres citationes non pro certitudine tantum, sed etiam pro forma desiderari videntur, cū certitudinem vna tantū citatio sufficeret. Vnde cū regulariter quando lex dispositiuè loquitur eius prætermissio vitiet dispositionem, nisi cū certitudinis habendę & ambiguitatis tollendę causa aliquid vel aliqua a lege requiruntur, quo casu æquipollens implementū sufficit superest vt in nostro casu, in quo non certitudinis tantum causa tres illæ citationes desiderātur, sed etiam pro forma, nō posset fieri vna citatio pro omnibus.

Quartò ex superioribus etiam infertur, ꝙ si statuto ca-
36 uetur, vt duo testes in aliquo actu pro forma † interuenire debeant, tunc æquipollens inplementum non sufficeret, & consequenter iuramentum in defectum probationis deferri non posset. Ita tenet Bald. in. l. 2. circa finem. C. de bon. poss. secundū tabu. & in l. 2. C. de constituta pecu. Ias. in d. l. 1. nume. 25. Cuius rei illa ratio est quia formæ nihil addi, vel detrahi, potest secundum Bald. in l. quoties, in in. 1. col. in fin. C. de suis, & legi. idem Bal. in. c. 1. col. 2. C de milite vasallo qui contumax est. Antonius in c. Pisanis, in. 7. notalibi, per illum tex. de restitutione spoliatorum, tenet Ias. vbi. supra. & parisius cons. 19. lib. 2. num. 188. Iaso. in l. hæc verba, col. 5. ff. de lega. 1 nam si quid additum sit id pro forma non hbetur, vt per eosdem.

Quintò ex superioribus infertur. Statuto ciuitatis Veronæ cauetur, vt nō valeat instrumentum, in quo non sit appositum nomē proprium ipsius diei, puta die lunę vel
37 die iouis, certe si ea forma † omissa fuerit specificè, nō sufceret implementum æquipollens, & consequenter nō sufficeret dictum esse, octaua die talis mensis. Ita tenent Alberic. de Rosat. q. 150. incip. Adhuc idem Dynus consuluit. Sequitur Ias. in d. l. 1. num. 22. Sed certè hæc sententia dubia est, quia negari non potest, quin hæc sollenitas desideretur ambiguitatis tollendæ gratia: quia est certior est computatio temporū, quando nomen proprium diei cōprehensum est instrumento, quam si comprehensum nō fuisset, & consequenter non est verum æquipollenter satisfactum videri in exemplo proposito.

Vnde tenenda est superior sententia. Sed negandū omnino est, ꝙ ibi esset ęquipollēs implementū, quinimò si esset ęquipollens implementum, tunc superior sententia nō procederet, quia vt diximus prætermissio eius solennitatis, quæ ad certitudinem tantum habendā desideratur, nō nocet, si alio modo satis certi esse possimus.

Et iure regio nostra opinio expeditior est per l. 9. tit. 1. lib. 4. ordinam. vbi forma, quæ probationis & certitudinis tantum causa desideratur, æquipollenter impletur, si alio modo res certior fit, vt ibi, tanto quæ verdaderamente se sepa. quæ lex ad casus similes, trahenda est l. non possunt. l. neque leges. ff. de legib.

Sexto ex superioribus etiam infertur verā esse opinionem glos. in ca. vt circa de elect. lib. 6. quæ tenet, quòd vbi exigitur iuramentum per tactum scripturæ, non sufficit iuram entum præstare verbotenus, sentit glo. in Clemen. 1. in verb. tacta de her. & illa gl. in d. c. vt circa cōmuniter ap. est secundum Ias. in di. l. 1. nu. 18. cuius opinio vera est. Sed tamen verum non est impletum esse ęquipollenter, quando iuratur verbo, cùm tactu scripturæ iubemur iurare, argu. tex. in l. qui per salutem. ff. de iureiur. & in l. properandum. §. 1. & 2. C. de iudicijs. Vnde contra Ias. tenendū est, quòd in quæstione proposita implementum non erat ęquipollens licet si ęquipollens foret eius opi. procederet.

Septimò ex superioribus infertur an in quibus casibus desideratur subscriptio scripturæ, posit impleri æquipollenter talis forma legis. Et Aretin. in l. ita stipulatus, col. 4. ff. de verb. oblig. tenet non posse, sequitur Iaso. in. l. 1. ff. de libe. & posthu. nu. 19. per tex. in l. cum antiquitas. §. cū autem. C. de testa. qui tex. recte probat contrarium. Nam cū in testamentis subscriptio testatoris desideraretur, & ibi non interfuisset subscriptio, sed tamen totum testamentū manu propria testatoris scriptū esset, lex ait tale testamentum firmū esse non secus. ꝗ si subscriptū esset a testatorib.

Ratio ex superiore nostra sententia descendit. Nam ꝙ certitudinis habend & causa desideratur, id æquipollenter impleri potest, nec dubium est, quin certitudinis habende causa ea subscrissio desideretur, & consequēter posit impleri æquipollenter. Neque ad rem pertinet, quòd ibi lex vltra processerit, declarando implementū ęquipollens sufficere in illo casu, nam inde docemur, quòd in casibus similibus paremq; rationem habentibus implementū ęquipollens admittere debemus, etiam in ijs, quæ pro forma desiderantur, vt admonuimus suprà.

Octauo ex superioribus etiam infertur, ꝙ licèt regula-
39 riter quæ † semiplenę probationes iungantur ad faciendam plenam probationem, vt tradunt late Bart. & communiter moderni post gloss. in l. admonendi. ff. de iureiur. glo. & communiter docto. in l. in bono fidei. C. de reb. cre di. tamē si testamentū fiat coram sex tantum testibus, vt in terminis. l. si vnus. C. de testa. & . hæres scriptus velit probare. duobus etiam vel tribus testibus, ꝙ testator antequā testa. facere inciperet, declarauerat velle se eum facere hęredem, quem postea in eo testamento minus solenni scripserat eademq;, legata relinquere, easdemq; omnes dispositiones facere, quę in eo testamēto minus solenni repetiuntur facte, adhuc huiusmodi probationes non coniungētur ad faciendū plenam probationē, quæ in testamentis desideratur, quia forma testamentorū æquipollenter impleri nō potest regulariter, vt superius dictis docemur. Neque vllibi scriptum, au relatum memini legisse me, id tamen arbitror esse verissimum. Neque ad rem pertinet, ꝙ quæ certitudinis tantum causa & ambiguitatis tollendæ gratia desiderantur, possint æquipollenter impleri vt pluries admonuimus: nam illud procedit, quando stante illa ambiguitate dispositio non infirmatur ipso iure, nec desinit in sui creatione valere, licet effectu careat ratione incertitudinis, quale esset in terminis. l. duo sunt Titij. ff. de testament. tut. & etiam in terminis l. 1. ff. de libe. & posth. secundum nostrum verum intellectum, quem contra cōmunem intellectum doctorum, tradidimus suprà.

Secus autem ex casu, quo ratione incertitudinis sequitur etiam ipsius dispositionis imperfectio, vt per hoc etiā in sui creatione & primordio non valeat, & pro nihilo ea dispositio sit, quale est in terminis huius nostrę quæstionis. Itaq; inter d. l. duo sunt Titij. & d. l. 1. & l. hæredes palā. §. sed si notam. ff. de testam. ex vna parte, & nostrā quæstionem ex altera parte hoc interest, quod in illis legibus ius non defuit, sed tantum probatio, dispositionesq; in sui creatione, forma consumationeq;, & perfectione non defuerunt licet ex post facto emerserit quædam incertitudo, quæ effectum dispositionis impediuit. in nostra autē quæstione etiā ipsius dispositionis forma, perfectio, & cōsummatio in sui creatione, perfectione & cōsummatione defuerat. Vnde fit, vt in illis casibus si ea incertitudo a certitudinē ex post facto posit reduci, tunc dispositio valeat, non secus, quàm si incertitudo nunquam fuisset, quia cum dispositio illa ab initio valuerit, licet eius effectus incertitudinis causa impeditus fuerit tamē ex post facto ad effectū perduci potest, verum in quęstione nostra cū dispositio ab initio non valuerit ipso iure, ex post facto conualescere, aut ad effectum perduci nō potest, vt in c. quod ab initio. de reg. iur. in 6. l. 1. ff. de reg. cat. l. cætera. §. tractari. ff. de lega. 1. l. inter stipulantē. §. sacram. ff. de verb. obl. §. 1. Insti. de inutilibus stipula. Præterea omnes testes testamenti facti tēpore adesse oportet, & sic testes alio tēpore interuenientes nō sufficiunt, quod nota, quia est nostrum inuentum.

No

Nono infertur, quod licet regulariter ex duobus imperfectis non fiat vnũ perfectũ, vt in l. spadonẽ. §. qui iura multa. ff. de excusationibus tutorũ, tñ illud procedit, quando agitur de creatione alicuius rei antequam in esse producatur, & ita procedit dictus. §. qui iura multa, vbi non poss sunt cõiungi duæ causæ excusationis, cũ agitur de creatione ipsius excusationis, hoc est, de inchoanda excusatione & in esse producẽda. Secus aũt est, quãdo ageret de probãda, seu declarãda aliqua re, vel dispositione iã creata, & in esse producta declaranda, seu probanda. Quia, vt proxime docuimus, id quod in sui creatione imperfectum fuit, ex pôst factò non conualescit, vel suppletur, quod autem in sui creatione perfectum fuit & consummatum licet ob scurum incertum, ambiguum, & id ex post facto declarari & probari potest. Pro quo optime facit tex. secundum verum intell. in l. fi. C. de hæredibus inst.

Decimò inde vtilissime & opportunè infertur declaratio ad illã quæstionem, quando ex duobus † imperfectis
40 fiat vnũ perfectum. Nã si agitur de dispositionis creatione antequàm in esse producatur, tunc ex duobus imperfectis non fit vnũ perfectum, & ita procedit tex. in d. §. qui iura multa. Cæterũ postquàm est in esse producta & agitur de sui declaratione, vel probatione, tunc ex duobus imperfectis per coniunctionẽ sui fit vnũ perfectũ, & sic duæ semiplenæ probationes coniunguntur ad faciendã plenã perfectamq; probationẽ, vt docent gl. in l. admonendi. ff. de iureiur. & est communis opinio. vt per Bart. ibi, nume. 49. cũ seq. & per Ias. nu. 253. Quia cum res illa, de qua agebatur, esset in esse producta, & de eius probatione, seu declaratione ageretur, duę imperfectę probationes cõiungi potuerunt ad vnam perfectã probationem efficiendã. Et ista est longè melior ratio, secundũ Bal. in l. si quis ex argẽtarijs. §. 1. in quarto notabili. ff. de edendo & secũdũ eundẽ Bald. in l. 2. in princ. ff. de excusationibus tutorum. & in d. §. qui iura multa, quam ea ratio, quæ redditur per Bart. in d. l. admonẽdi. ff. de iureiur. nu. 49. & per alios doct. ibi, vt patet ex relatione Ias. vbi suprà, qui communiter aiunt, ꝙ
41 ex duobus imperfectis fit vnum perfectum, quando† tẽdunt ad idem. Secus si tendũt ad diuersa. Quod in vtroq; mẽbro suspectũ est: nam duo imperfecta etiam si tendãt ad idem, cum agitur de re creanda, & in esse producenda, non faciunt vnum perfectũ, veluti si quis ab vna eadẽque tutela velit se excusare, eo quòd habeat duos filios & præterea duas tutelas. Nam cùm vtraq; causa imperfecta sit, licet tendat ad idem, hoc est, ad vnam tutelę excusationem, tamen non coniunguntur, vt dictis iuribus.

Vndecimò similiter ex superius dictis edocemur, verã
42 non esse opin. existimantium, ꝙ si vnus testis† deponat de vera numeratione & alius testis de cofessione extraiudiciali, tũc inducatur plena probatio. Quã sententiã tenet Abb. in c. fin. per text. ibi, de successionibus ab intesta. Sed in contrariũ est vera & cõmunis opin. quam tenet Ias. in l. admonendi. ff. de iureiur. nu. 260. Abb. sibi cõtrarius. in c. cũ casum. col. 3. de probationibus. Alex. in l. Gallus. §. ille casus, col. 8. ff. de libe. & posth. Dinus in l. 2. ff. de excusationibus tutorũ. Bald. in authẽ. rogati. C. de testibus idẽ Bald. in c. licet causam, de probationibus. idẽ Bald. in l. si ex cautione. q. 12. C de non num. pecu. Cinus in l. 2. C. quæ sit lõga consuetudo Bald. in l. 7. §. fi. ff. si cer. pet. & in c. fi. col. 4. de cõsuetudine. Quæ sententia vera est quia mutuũ quoddam est naturale, quoddam ciuile. Naturale est, quod contrahitur vera numeratione. Ciuile aũt, quod perficitur sola cõfessione, vt est gl. cõmunis in l. 2. §. fi. ff. si cert. pet. Vnde depositiones horum testiũ tendunt ad diuersa, cum is qui deponit de vera numeratione, arguat mutuum naturale, is autem qui deponit de confessionę, arguat mutuũ ciuile, & sic eorum depositiones tendunt ad penitus diuersa, & consequẽter nõ possunt cõiungi, secũdũ Ias. vbi suprà.

Duodecimò infertur secundũ eundẽ Iaso. vbi suprà, ꝙ
43 si vnus † testis in reliquis contractibus deponeret de ipso contractu, puta de traditione rei commodatæ vel depositæ, alius vero testis deponeret de cõfessione, tunc quia nõ tendunt ad diuersa, sed ad idẽ bene iũgerentur eorũ depositiones, & consequenter viderentur duæ semiplenæ probationes, quæ sic coniunctæ, facerent plenã & perfectam probationem. & ita tenent communiter doctores, secũdũ Ias. ibi. Cuius opin. neq;, vt puto, cõmunis est, neq; vllo colore defendi potest, quia illa confessio extraiudicialis vt faciat semiplenam probationem, oportet legitimè probatã fuisse duobus testibus, vel pluribus vt in d. c. fi. de successionibus ab intestato, ibi, alij testes dixerũt se audiuisse. Nam si vnus tantum testis deponat de illa confessione extraiudiciali, tunc illa extraiudicialis confessio probata non est, & consequenter etiam si iungeretur cũ alia semiplena probatione alterius testis deponentis de vero contractu, non induceretur plena probatio, non magis, quã si de illa extraiudiciali cõfessione nullus testis deposuisset, licet aliquod adminiculum adijciatur. Fateor tamen, ꝙ si duo testes deponerent de illa extraiudiciali confessione, tunc induceretur plena probatio per coniunctionem duarum semiplenarũ probationum. Vnde si duo testes deponerent de consanguinitate, alij duo testes de cognitione carnali, tunc incestus plene probatus intelligerẽtur vt in specie tenet Bal. in l. Gallus. §. ille casus, in tertiò notabili. ff. de libe. & posth. vbi. Ioan. de Imol. in d. l. admonendi, nu. 261.

44 Decimotertiò infertur, ꝙ si vnus† testis deponat de cõfessione facta in pręsentia partis in vno loco, & alius testis deponat de alia confessione partis reiterata in alio loco, hi testes non faciunt plenã probationẽ, vt tenet Antonius in c. licet ex quadã, col. pen. versi. & per hoc deciditur, de testibus. Facit quod. not. Cinus in l. 2. C. quæ sit lõga consuetudo, idem Antonius in c. fi. col. penul. de consuetudine. & Ias. in d. l. admonendi, nu. 256. licet cõtrariũ, & malè, secũdũ eũ tenuerit Pau. Cast. in consi. 278. Visa petitione, & in cõs. 277. Viso processu. Qua in re aduertendũ est, nõ solũ plenã probationẽ non induci, sed neq; etiam semiplenam nam harum confessionũ extraiudicialiũ neutra plene probata est, sed tantum semiplenæ probationes tunc demum coniunguntur, cùm vnaquęq; earum plenè probata fuit, aliàs non coniunguntur etiã ad faciendã semiplenã probationẽ. Vnde vtilissimè infertur, ꝙ his casibus non poterit deferri iuramentũ ad supplendã & perficiẽdã probationẽ.

Superiora limitãtur, secundũ quosdã, vt procedãt quando agitur de aliqua re probanda in specie, nam tunc duæ
45 †semiplenæ probationes non coniungũtur, nisi vtraq; plene probata fuerit. Secus aũt si ageremus de aliqua reprobãda in genere, puta, aliquẽ esse hæreticũ, vel vsurarium, vel blasphematorẽ, quia tunc testes etiã singulares iunguntur ad faciendã plenam & perfectã probationẽ, vt si vnus testis deponat, ꝙ Titius dixit Christũ non esse natũ de virgine. alius verò deponit, ꝙ Titius dixit in Trinitate non esse æqualem potentiam: nam cùm vtriusq; testis depositio tendat ad probandum Titium esss hęreticum, & sic ad idẽ, non ad diuersa, videtur ꝙ debeant coniungi, vt sic faciant plenam probationem. Ita tenent Iacobus Butrigarius per gl. ibi in l. Ariani. C. de hereticis. Inno. in c. qualiter. 2. de accusationibus. Speculator in tit. de inquisitione. §. 1. versi. quid si vnus. Bal. in l. testiũ. C. de testib. idẽ Bald. in l. 1. C. de test. Butrigarius in l. ob carmẽ. §. fi. ff. de testib.

Contrarium tenẽt Archidiaconus in c. nec mirum. 26. q. 5. Inno. in c. venerabili, vbi bonus tex. de testib. Sal. in d. l. testium. C. de testib. Antonius in c. cum oporteat, de accusationibus. Inn. in c. licet ex quadam, de testib. Host. in summa, de test. §. quæ diuersitas. versi. quid si agatur, glos. in c. nihilominus. 3. q. 8. Spec. in tit. de teste. §. iam de interrogatoris, versi. itẽ de tempore. Imo. in d. c. cum oportent. de accusat. & in d. l. inter partes, in 4. col. ff. de re iudic. Bal. post. Ricardũ in d. l. ob carmen. §. fi. in lect. antiqua. Bald. in c. licet causam, in 7. col. de probat. Alex. consi. 62. Inspecto diligenter, lib. 1. Et hęc videtur magis communis opinio, vt patet ex relatione. Ias. vbi supra. & proculdubio verior est, quia præterquam in casibus specialibus, regulariter negari

ter negari non poteſt, quin teſtes ſingulares nihil probet.
Nec refert vtrum deponet de aliqua re in ſpecie, an vero
deponent de aliqua re in genere.
An aũt ad æquipollentiã ſtatutũ correctoriũ poſſit, &
debeat extendi, dubitari ſolet. Cui proximũ etiã illud du-
46 biũ eſt, ſtante ſtatuto, ꝙ mulier† nõ poſſit cõtrahere ſine
licẽtia duorũ conſanguineorũ, an poterit adire hæredita-
tẽ ſine cõſenſu conſãguineorũ. Qua in re cõmunis opin.
eſt, ꝙ poterit adire hæreditatẽ. Ita tenent Bal. Ang. Imol.
cum Areti. Alex. & Iaſ. in l. mutũ. ff. de acqu. hæredit. Salic.
Imol. Cuma. Chriſtoph. de Caſtel. in l. more. ff. eod. tit. de
acquir. hæred. vbi hanc opinio. ſequitur. & dicit cõmunẽ
Iaſ. nu. 33. idẽ Iaſ. in l. Barb. ff. de offic. prętoris, col. 2. & in
l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. nu. 21. ff. de pact. Bar. in l. La
beo. §. cõtractũ. ff. de verb. ſign. Mateſelanus notabili. 168.
Abb. in c. qua frõte. in 1. notabili. de appellat. & hanc dicit
cõmunẽ opinionẽ Alex. in d. l. mutũ. & Alex. in d. l. apud
Iuli. §. fi. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſionẽ eatur. Abb. cõſ.
72. Qinq; dubia, idẽ Abb. in. c. cũ eccleſ. de imũnitate eccl.
Pro hac vera & cõmuni opinio. facit quia aditio hęre-
ditatis non eſt propriè contractus, ſed quaſi contractus. §.
hæres quoq; Inſt. de obligationibus, quę ex quaſi contra-
ctu naſcuntur. l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de actio. & oblig.
l. apud Iulia. §. fi. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſionẽ eatur, &
dictis, quaſi, denotat improprietatẽ, vt notat, per gloſſ. &
omnes vbi multa congerit Iaſo. in. l. ante nuptias. ff. ſoluto
matrimonio, notat Iaſ. nu. 31. in d. l. more, & in ſtatutis ver
ba ſtrictè & proprie accipienda ſunt. l. 1. §. ſi his qui ha-
bent, verſi. in re dubia. ff. de exercitoria. l. quicquid aſtrin-
gendę, in princ. ff. de verb. oblig. vnde tale ſtatutũ loquens
in contractu, non poteſt trahi & extendi ad quaſi contra-
ctũ, ne ad caſum impropriũ porrigi videatur, præſertim
cũ tale ſtatutũ ſit correctoriũ vel ſaltem exorbitãs à regu
lis iuris cõmunis, quo caſu etiã ex maioritate rationis non
recipit extenſionẽ, ſecundũ pleroſq; ſcribentiũ: & ſaltẽ ex
paritate rationis extendi non poteſt. ſecundũ alios. Id ꝙ li
cet ſatis expeditũ non ſit, tamen vbi eſt minor ratio, nul-
lus vnquã dubitauit, quin extenſio fieri nequeat, vt latè re
ſoluit Iaſ. in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ. Nec du
biũ eſt, quin in contractu ſit longe maior & vrgentior ra
tio prohibendi, ne mulieres contrahant ſine conſenſu pro
pinquorũ, quã in aditione hæreditatis, quia cũ contractus.
dicat ille demũ, qui eſt vltro citroq; obligatorius, vt in le.
Labeo. §. contractũ. ff. de verb. ſigni. in quibus contracti
bus plerunq; fit vt vterq; contrahentiũ alterum decipere
curet, ſtudeat, conetur, vt in l. ſi voluntate. C. de reſcinden
da venditione, quæ ratio ceſſat in additione hæreditatis,
quæ circa concurſum alterius contrahentis nudo animo
fit, vt l. gerit, & in l. pro herede. ff. de acquiren. hereditate.
Contrariam ſententiam, vt talis mulier hæreditatẽ adi
re non poſſet, tenent Pau. & Romanus in l. mutũ. ff. de ac-
quiren. hæred. vbi Pau. firmat hanc opinio. ſeruari in vſu
forenſi. ſequitur Ang. in d. §. hęres quoq;. Roma. cõſ. 393
Præſuppoſito. Bar. & Iaſo. nu. 33. in d. l. moræ. vbi Iaſon. ait
hanc opini. viſam ſemper fuiſſe veriorem quia quando
in ſtatuto vnica tãtum ratio reddi poteſt, illa habetur pro
expreſſa, & ex illa arguitur ad extenſionem ſtatuti, gl. cõ-
muniter app. vt patet ex relatione. Iaſ. ibidem in l. quãuis.
C. de fideicom. quam etiam cõmunem dicit Iaſ. in d. l. mo
ræ. nu. 36. l. milites agrũ. ff. de re mili. Bal. & alij in d. l. quan
uis. Sed ratio huius prohibitionis eſt, ne mulieres propter
imbecillitatẽ intellectus decipiãtur, argu. l. 1. & 2. ff. ad Vel
leianum l. tranſactione. & ibi Bart. & alij. C. de tranſactio
ni. ergo hæc ratio habetur pro expreſſa. Facit quia ſecũdũ
Bart. Bal. & cõmuniter doct. in l. ſi vnus. §. pactus ne pete
ret. ff. de pactis. hęc probitio ſtatuti licet loquatur in con-
tractu habet etiam locum in liberatione & renũciatione,
licet liberatio & renunciatio non ſit propriè cõtractus, vt
d. l. Labeo. §. contractum. ff. de verb. ſign.
Sed ſuperior opinio verior eſt, & magis cõmunis, quã
teneo, quicquid dicat Iaſ. qui in duabus rationibus princi-
paliter fundatur. Prima, ꝙ id, quod veriſimiliter ſtatuẽtes
ſtatuerent, habetur pro ſtatuto. Quæ non obeſt, quia ſta-
tuentes interrogati, id ſe ſtatuturos nunquã & minime re
ſponderẽt, vt ſtatim patebit. Secũda ratio Iaſ. ꝙ ratio ſta
tuti fuit, ne mulieres imbecillitate intellectus illaqueent
Non obeſt, nam reſpondi vt per. Alex. in l. mutũ. ff. de ac-
qui. hære. & per Iaſ. in. l. Barbarius, ad fi. col. 2. ff. de offi. prę
to. Nec obeſt impugnatio Iaſ. in d. l. Barbarius, & in l. mo-
re, ꝙ mulieres poſſunt decipi per legatarios, & creditores
dũ adeunt hæreditatem, ſicut per contrahentes dũ contra
hunt. Nam reſpond. ꝙ de natura contractus & conſuetu-
dine eorum eſt, ꝙ contrahentes inuicem ſe decipiant, vt
in l. ſi voluntate. C. de reſci. vendi. ſed extra actum contra-
hendi fraus vnquam præſumitur. l. merito. in princ. ff. pro
ſocio. l. metũ. C. de dolo. itaque in contrahendo cum ma-
chinatio & deceptio ſit impunita, nimirũ ſi pręſumatur,
at cum alijs in actibus non ſit impunita, nunquam præſu-
mitur. Vnde ſtatutũ voluit prouidere ijs captionibus, quę
frequenter mulieres capiunt non autem ijs, quæ rariſſimè
mulieribus nocent & iura ad ea, quæ frequenter accidũt,
aptantur. nã ad ea ff. de leg. vnde veriſimile non eſt, ꝙ pro
pter rariſſimas deceptiones & læſiones ſtatuentes volue-
rint ius cõmune immutare, pro quo facit. ca. erit. 4. diſtin.
Præterea, & per hoc teneo communem. Hæreditas à cõ-
muniter accidentibus eſt lucroſa, & qui habet rẽ ex cauſa
hæreditatis, dicitur eam habere titulo lucratiuo, & tenetur
ſoluere pro ea penſiones rebus lucratiuis impoſitas, quia
licet onera hęreditatis debita perſoluerit, tamen adhuc lu
crũ à communiter accidẽtibus percepiſſe præſumitur. Ita
ait l. vnica. C. de impon. lucr. deſcr. lib. 10. idẽ ſenſit l. ſi hę-
reditatem. ff. mandati. Nam ait, ꝙ interdũ hęreditas dam-
noſa eſt, quaſi plerunq; ſit proficue maximè hodie, cũ per
confectionem inuentarij tutè poſſit fieri aditio. l. fi. C. de
iure delib. Tene ergo contra Iaſ. ꝙ non obſ. q. ſtatu. poſſit
mulier adire ſine conſenſu cõſanguineorum, vel ꝙ aditio
ſit improbriè contractus ſecundum communem. argu. l.
Labeo. §. contractum. ff. de verb. ſign. vel ꝙ etiã ſi propriè
contractus eſſet, adhuc fieri poſſet ſine conſenſu cõſangui
neorum, quia in aditione ceſſat ratio, quæ militat in con-
tractu, ergo, ceſſante ratione finali ſtatuti reſtringitur, &
ceſſat ſtatutum. l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patro. Et Iaſ.
errat, dum putat, ꝙ in aditione hęredi. eſt par ratio, ſicut in
contractu, nam imò non eſt par, vt mõſtraui. Sed & ſi par
eſſet adhuc (attẽta cõmuni opinione, de qua ꝑ Iaſ. in auth.
quas actio. de ſacroſan. eccleſ. (non fieret extenſio de caſu
proprio ad caſum improprium ad legum correctionem
Deniq;, vt iã admonuimus, negari non poteſt, quin lõ-
ge minor ratio ſit in aditione hęreditatis, q̈ in reliquis con
tractibus cũ in reliquis cõtractibus ꝑ cõcursũ alterius cõ
trahẽtis facilius poſſint mulieres decipi, q̈ in aditione hęre
ditatis, in qua alterius cõtrahẽtis cõncurſus neceſſarius nõ
eſt. Neq; ad rem pertinet, ꝙ legatariorũ, & aliorũ, qui ali-
quid ex teſtamento capere poſſunt, ſuaſionibus poſſit mu
lier decipi ad hęreditatẽ adeundã, nã præterea ꝙ id veriſi-
mile non eſt. etiã hodie infructuoſum ipſis legatarijs om-
nino eſſet, cum per beneficiũ inuẽtarij oẽs tuto & ſecure
adire poſſint hereditates. l. fi. C. de iure deliberandi, & cõſe
quenter ſi ipſa mulier hæres inſtituta nollet adire hæredi-
tatẽ, non deeſſent veriſimiliter alij quorũ aditione firmare
tur text. vt ſic legatarij ſuũ conſequerentur. Prętерea hęc
conſideratio Iaſonis generalis nõ eſt, cũ in ſucceſſionibus
ab inteſtato nõ ſint legatarij, & creditorũ parũ interſit hę
reditatẽ adiri vel nõ adiri, cũ ſi nullus adiret, daret curator
bonis, qui eis ſatisfaceret, vt per totũ. ff. de curat. bo. dando
vel ipſis creditoribus bona defuncti addicerẽtur, vt ea in
ſolutũ haberent. Nec ſimiliter quicquã oberit opin. Bar. &
aliorũ in d. §. pactus ne peteret, quia illico reſpõdebimus
47 Decimoquartò infertur, an ſtãte ſtatuto quod † muli
res nequeant obligari ſine conſenſu duorũ conſanguine
rũ, poſſint adire hęreditatem abſq; eorũ cõſenſu. Cuius re
veritas illinc pendet, vtrũ ratio huius ſtatuti fuerit, ne mu

verita

lierum patrimoniú, bona facultates decrescant, & minui-
tur, an vero ne decipiantur, nam si ratio est, ne earum bo-
na decrescant tunc maior ratio est in aditione hæreditatis
quàm in quolibet alio cõtractu vltro citroq; obligatorio
secundum quosdam, cum ex aditione hęreditatis graues
pluresq; obligationes plerunq; descendat, quã ex contra
ctibus singulorum.arg.§.sed neq; Insti.de authẽ.tu.l.quia
poterat.ff.ad Trebel. Quòd si ea ratione obligari mulieres
intelligantur prohibitæ, ne decipiantur, tũc hęc.ratio cessat
in aditione hæreditatis, in qua nullius interuentus necessa
rius est, qui mulierem decipiat, vt in superiore articulo ad
monuimus. Verum cum incertum sit quænam ratio mo
uerit statuentes, non est cur prohibitionem hãc generalẽ
restringamus & coangustemus ad harum rationum alterã
tantũ vel ad alterutrum tantum horũ casuum, sed procli-
uius est, vt ad vtramq; casum & vtranque rationẽ prohibi
tionẽ trahamus. Tum, quia in re dubia a verbis recedendũ
non est, vt in l.non aliter, ff.de lega.3.§. sin autẽ ad deficiẽ
tis.C.de cadu.tol. Tũ etiam, quia id statutum mere fauora
bile est, mulierum propenso intuitu, & contẽplatione edi
tũ argum.l.Titio centum in princ.ff.de condit.& demon.
& argumen.l.2.C.de vsucap.pro emp.& per totũ. ff.de re
bus eorum & per totum.C.de prędi.minorum.& argum.
§.sed neq; Insti.de auth. tuto.l.pupillus & l.obligari.ff.eo.
tit.l.1.& 2.ff.ad Velleianum. Statuta autem fauorabilia tan
tum abest vt restringenda sint, ꝙ potius recipiũt interpre
tationem extensiuam, vt tradunt nouissimi post Bar.in l.
omnes populi.ff.de iust.& iure.& in l.fi.per tex.ibi cũ glo.
ff.de constitu.principum. Vnde fit, vt tale statutũ vt pote
fauorabile restrinctionẽ non recipiat, & consequenter cũ
verba statuti ad omnem speciẽ obligationũ sese referant,
superest vt ex vi comprehensiua omnem omnino obliga
tionem vndecunq; descendentem comprehendant, & sic
eam obligationẽ, quæ effluxit ex quasi contractu aditionis
hæreditatis non secus, q̃ si aliunde descenderet. Nã appel-
latione, obligationis, propria comprehẽditur illa que ori-
tur ex quasi contractu additionis hęreditatis, non secus,
quã illę, quæ oriũtur ex vero & proprio cõtractu. Hoc pa
tet ex definitione obligationis de qua in prin.Insti.de obl.
& per totum illum titulũ, de obligationibus quæ ex quasi
contractu nascuntur, in quibus oĩbus ex æquo obligatio-
nes verè & propriè nasci ex quasi contractibus videnrur,
non secus quàm ex ipsis veri contractibus & conuentio-
nibus, ad idem.l.ex maleficijs.§.hæres.ff.de actio. & obli
gation.le. apud Iulianum, ff. ex quibus causis in pos.eatur.
Neque ad rem pertinet, quòd tale statutum mulierum fa-
uore receptum non deberet in earum læsionem conuerti,
argum.l. legata inutiliter.ff. de lega.1.l. legata inutiliter. ff.
de adim. quod verò contra, ff.de leg.l. non ideo minus.C.
de procurat. Nam respondeo, quòd inde nulla læsio infer
tur mulieribus non magis, quam minoribus, qui similiter
citra tutorum authoritatem hæreditates adire nequeunt
§.sed neque Inst.de auth.tut.l.more.ff.de acq.hæred.l.po
tuit.C.de iure delib. Licet enim per hoc posset retardari
hæreditatis aditio, & interim decedens olim non trãsmit-
teret hæreditatem non aditam ille cui fuit delata, hodie au
tem transmittitur.l.cum antiquioribus.C.de iure deliber.
a tempore scientię, vt ibi, & pręterea vbi est impedimen-
tum, ibi datur restitutio, vt est vera & cómuni opinio do-
ctorum in l.Clodius, per text.ibi.ff. de acqu.hered.& per
Bar.& alios in l.fi.C.de long.temp.pręscriptione.

Et sic hęc videtur communis opinio, quam tenet Iaso
in l.siue apud acta, nu.5.C.de transactionibus.Paul.& Ro
manus in l.mutuũ. ff.de acq.hęred. Roma.consi.392.Prę-
supposito, quòd viua voce.Bar.in l.moræ. ff.de acq.hære.
idẽ Iaso.in l.si vnus.§.pactus ne peteret, nu..28.ff.de pact.
idem Ias.in l.Barbarius Philip.2.col.num.4.idem.Ias.in l.
moræ.ff.de acq.hære.num.16.post Bar. & ibi & Salice.&
Cuma.Bart.Bald.Ang.& alij communiter in d.l.mutuum
Ang.in §.heres.Instis.de obli. quæ ex quasi contractu, li-
cet contrariũ tenuerit Ias. in plerisq; ex locis suprà citatis.

48 Illud autem dubium est, an si per statutum † mulier nõ
possit se obligare sine consensu duorum consanguineorũ
possit tamen facere pactũ de non petendo sine consensu
ipsorum, & sic non obseruatá forma statuti. Qua in re cõ-
munis opi.est, vt mulier sine consensu illorum consangui
neorum non possit debitorem liberare non magis quã se
ipsam obligare. Ita tenet Bar.in l.Mæuia.§.1.ff.soluto ma
trimonio quẽ sequuntur doct.cõmuniter ibi.tenent Bar.
& Paul.col.pẽ.& Fulgo.& Ias.nu.21.in l.si vnus.§. pactus
ne peteret.ff.de pact.vbi Ias.firmat hanc esse communem
opinionẽ, sequitur Fulgo.cons.39. Ad id de quo quæritur,
col.fi. Mouetur, quia cũ tale statutũ inductũ esse videatur
propenso mulierum fauore ne propter earũ imbecillitatẽ
intellectus bona, facultatesq; suæ decrescant, reliquũ est,
vt tale statutũ, vtpote fauorabile, recipiat interpretationẽ
extensiuam, argu.tex.in auth.sacramenta puberũ C.si ad-
uersus venditionẽ, vbi est ius correctoriũ, & vtitur verbo
contractibus, & tñ extenditur ad libetationẽ vt ibi notãt
doct.& est gl.sing.in l.3.§.1.ff. de cõtrario iudicio tutelæ.

Pręterea facit pro hac communi opinio quia negari nõ
potest, quin huiscemodi statutũ editũ fuerit propter. sen-
sus fragilitatem, & inconsultam facilitatẽ mulierũ, & con
sequenter quòd longe facilius procedat incerta & indubi
tata læsione, quę contingit mulieribus remitentibus ꝙ si-
bi debetur, quam in reliquis contractibus, in quibus non
tam indubitata læsio est secundum Fulgo. Aduerte, nã id
fundamentum Fulgosij probari videtur, quia quod statuẽ
tes verisimiliter statuerent, habetur pro statuto, vt per Ias.
in l.Barbarius, nu.3.de offi.pręto. Sed certe attenta cõmu-
ni sententia, argu.a maioritate rationis non sufficit, vt fiat
extensio ad correctionẽ iuris, secundum Ias.in authẽ.quas
act.de sacro.eccles. Sed & si sufficeret, prout plures contẽ
dunt, adhuc puto, ꝙ non extenderetur tale statutum: nam
voluit prouidere non fragilitati mulierum, sed, earum lę-
sionibus resarciendis, & subueniendis, vt iam dictis edoce
mur: & licet damnum mulieres sentiant, tamẽ de eo dam
no non cogitauerunt statuẽtes nec si de tali læsione memi
nissent, eam statuto comprehendissent, nã iura ad ea quæ
frequenter accidunt, aptantur.l.nam ad ea.cũ seq. de legi-
bus donationes autem nunquã presumuntur.l.cum de in
debito.ff.de probatio. quod si verũ est in masculis, in fœ-
minis (quæ auarissimę sunt, secundum gl.in l.2. C qui ve-
niam ęta.impe.(erit verissimum. Nõ est ergo verisimile,
ꝙ statuentes de tali damno, quod mulieres propter dona-
tiones (quas rarissimè faciunt) sentiũt, curassent, etiã si de
eo meminissent, cũ lex debeat fieri & statutum propter
publicam, & communem, & frequentem vtilitatẽ. Ista au
tem vtilita, licet publica videatur, tamen non est frequen
ter vtilis, & sic incidimus in c.erit, 4.dist.& cũ ad ea, quæ
frequenter accidunt, iura aptentur d.l. non ad ea.maxime
in correctoris, certe incideremus, in d.l.nã ad ea. Et sic vi-
des, ꝙ fund.de quo per Ias.vbi suprà, quod maxime strin
gere potest pro cõmuni, tollitur funditus. Item fundam.in
quo se fundat cõmunis, tollitus sufficienter per Ias. in d.§.
pactus ne peteret. Sed fundam. Fulgosij obest fortiter tenẽ
tibus partem negatiuam. Sed respon. ꝙ grauius lęduntur
muliereres propter sensus imbecillitatem & negotiorũ im
peritiam (nam iura ignorat) dum contrahunt, quã dũ do-
nant, nam dũ contrahunt, sunt faciles ad decidipiẽdũ, pro-
pter, negotiorum peritiem & imbecillitatem, cum in con
tractibus contrahentes se inuicem decipere soleãt, vt pe
Ias.vbi suprà, num.6. ait in donatione tanquam in re ape
ta non possunt decipi, maxime mulieres, quæ in hoc sunt
vt dixi, viris fortiores. Et concludo, ꝙ ratio finalis statuti
non fuit tollere liberalitatẽ, quę legibus, & generi huma-
no amica est, & a iure ciuili priuilegiata.l.si quis argẽtũ.§.
de donat.sed vuoluit efficere, ne mulieres deciperẽtur, de-
cepteq; læderentur, substantiã suam amittẽdo. Vnde licet
aliquãdo & aliqualiter parua substantia fraudentur, nõ de
ceptæ, sed volentes, nõ debẽt subueniri, quia sciẽtibus iura
non subueniũt, argum.l.si mulier.C.ad Velleia. Vnde siue

teneas

teneas cõmunem, ſcilicet ꝙ à maioritate rationis non fiat extenſio ad corrigendas leges, ſine dubio teneo, ꝙ ſtatutũ mulierem ſe obligare prohibens, non impendiet eã libera re, remittere, & pactum de non petendo facere, & etiã donare (dum modò fortè incipiat à traditione, arg. l. Papinianus. ff. de donat. inter virum (ſiue teneas cõtra cõmunem, ꝙ talis extenſio fieri poteſt, adhuc idem puto: quia ratio finalis ſtatuti mulieribus ſubſtantia ſua per deceptionẽ, non per ſcientiam defraudatis ſubuenire voluit, quia error tollit conſenſum. l. ſi per errorem. ff. de iuri. om. iudic. ſcienti aũt & conſentienti non fit fraus, vt in regula iuris in 6. & l. cum donationis. C. de tranſactio. Et mea opi. cõfirmatur per id, quod ait Iaſ. poſt alios in d. §. pactus ne peteret, nu. 24. Et ꝙ vbi mulier non decipitur, ibi ceſſet ſtatutũ, probat. l. 1. in fi. & l. 2. ad fi. ff. ad Velleia. vbi ratio finalis Velleiani ſenatuſconſulti fuit ſuccurrere mulieribus deceptis, ergo vbi non decipiuntur, reſtringitur à ceſſatione rationis finalis tam lex generalis, ꝙ ſtatutum, vt dd. legibus. & l. quanuis. ff. de in ius voc. l. adigere. §. quamuis, de iure patro. l. cũ pater. §. dulciſsimis. ff. de leg. 2. Bart. in l. demonſtration. de condi. & demon. col. fin. Et ꝙ hęc fuerit ratio finalis illius ſtatuti ait Iaſ. in l. more. de acq. hær. nu. 36. & in l. Barbarius de offi. prætori. nu. 5. & in. le. ſiue apud acta. C. de tranſact. nu. 6. & vbi mulier ſciens læſa eſt quòd nõ debeat ſuccurri, probat. l. 1. in fi. ff. de eo quod falſo. tut. auth. & l. ſi fundũ. C. de euicti. l. cum donationis. C. de tranſactio.

Prӕterea contra communem opinio. fortiter facit, quia non valet argumentum de obligatione perſonali ad traditionem rerum noſtrarum, vel remiſsionem eius, quod nobis debetur, etenim longè grauius cenſetur, ꝙ obligemur ad aliquid dandum, vel faciendum, quod noſtrum nõ erat quam ſi demus id, quod noſtrum eſt, vel remittamus id, ꝙ nobis debetur, vt eſt tex. in l. vnum ex familia. §. ſed ſi rem. ff. de leg. 2. Vnde fit, vt ſi mulier debitorem ſuũ liberet, vel rem ſuam donet, & tradat, de hac læſione ſtatutum non tã curauerit: aut intellexerit, quàm de illa læſione, quę cõtingit ex alia cauſa contractus, vel obligationis, arg. d. §. ſi rẽ.

Præterea contra communẽ ſententiam fortiter facit illa communis opin. quæ habet, ꝙ ſi mulier iurauit contractũ vltro citroq; obligatorium, qualis eſt contractus emptionis, locationis & cętera id genus, tunc ſi reperiatur læſa vltra dimidiam iuſti precij, poterit agere ad reſciſionẽ illius contractus prætextu læſionis vltra dimidiã. Quod tamen facere non poſſet, quando renuntiaſſet gratis, vel donaſſet, vel liberaſſet debitorem ſuum, vel gratis futuræ patris ſui hæreditatis renunciaſſet. Nec eſt obſcura harum rerũ differentia, quia quando pretio renuntiat, vel contractum non gratuitum facit, tunc non prȩſumitur habere animum ſuũ iactandi, vnde licet iuraſſet, ſi tamẽ immodicè læſa reperiatur, poteſt contra iuramentum & contractũ venire, quaſi defuerit conſenſus, & conſequenter ceſſauerit virtus iuramenti, l. fi. C. de non num. pecu. Non ſic quãdo cõtractus & conceſsio erat gratuita, quia tunc prætextu. læſionis vltra dimidiam reſtitui non poteſt, cùm ipſa certo ſciret nõ ſolũ ex dimidia, ſed etiã ex toto fuiſſe lęſã. Ita tenẽt Imol. Areti. & alij in l. qui ſuperſtitis. ff. de acqu. hær. Sequitur & dicit communem opi. Decius conſi. 181. nu. 4. tenent Bar. Bart. & alij in l. 2. C. de reſcind. vend. Alex. conſi. 53. lib. 3.

Sic ergo & in ſpecie noſtra, ſtatutum ſubuẽtum voluit mulieribus, quæ propter fragilitatem ſenſus, & errorẽ, vel imperitiam læduntur in ſeſe obligando, dum cõditionem ſuam meliorem facere putant, & ſtudent, non autẽ quando gratis volunt remittere, liberare, condonare, cũ hoc caſu adſit earum conſenſus, & voluntas, & liberalitas iuſtis fauoribus prouehenda illo antem caſu deficiat voluntas, & ſuccedat error, cui iuſtè ſubuenitur. Hęc ſaltem vera intelligas, quando mulier non ignorabat ſe poſſe debitũ facilè exigere: nam ſi id facilè exigere non poſſet, tunc magis dubium, arg. l. Papinianus. ff. de dona. inter virum, & quia facilius quis remittit plura, quàm donat pauca.

Superiora procedunt, quando mulier per ſtatutum ſine 49 † cõſenſu duorum cõſanguineorũ prohibebatur ſeſe obligare. Quid aũt ſi prohiberetur contrahere ſine cõſenſu eorundẽ? Et hoc caſu. Ang. & Alex. in d. §. pactus ne peteret tenent ꝙ mulier non intelligitur prohibita liberare debitorem, cũ contractus appellatione vltro citroq; obligatorius duntaxat contineatur, non etiam liberatio, quæ liberantẽ non obligat. arg. l. Labeo. §. cõtractũ. ff. de verb. ſig. Contrariũ tenet Iaſ. nu. 25. in d. §. pactus, poſt alios per eũ ibi relatos, quia, inquit, quando vnica ratio in ſtatuto aſsignari poteſt habetur pro expreſſa. gl. cõmuniter approbata in d. l. quanuis. C. de fideic. ſed vnica hæc ratio huius ſtatuti eſt, ne mulieres læderentur ſenſus imbecillitate, quæ ratio etiam militat in liberatione, non ſecus quã in contractibus vltro citroq; obligatorijs, ergo, &c. Idẽ ſentit Bal. in l. ſi. donationis. C. quod metus cauſa, & in l. 1. ad fi. C. ſi aduer. vend. & in l. tres fratres. ff. de pact. Iaſ. nu. 3. in l. ſiue apud acta. C. de tranſac. Bal. in l. pactum dotali. q. 21. C. de collat. Tene ſine dubio cõtra Iaſ. tenendo op. meã, quã tenui cõtra cõmunẽ opin. Sed et ſi cõmunem teneres, adhuc op. Iaſ. non eſſet vera: nã omnia ſua fundã. prȩſupponunt, ꝙ in pacto de non petendo ſit ead. ratio, que in contractibus, quod eſt falſum. Nã in contractibus mulieres ſubſtantia ſua fraudantur, deceptæ, & non conſentientes, at in pacto de non petẽdo, renuntiatione, liberatione, & donatione ſubſtantia ſua fraudantur, ſcientes, & conſentientes. primo aũt caſu ſtatutũ prouidere voluit, ſecundo noluit, vt ſæpius admonuimus. Et aduerte, ꝙ in noſtro caſu quãdo ſtatutum prohibet contractũ, puto ꝙ valeat donatio, etiã ſi non incipiat à traditione, quia donatio cum non obliget vtrinq;, non eſt propriè contractus. l. Labeo. §. contractũ de verb. ſig. ff. & ſic propriè nõ comprehenditur ſub ſtatuto. At ſuperiore caſu, ſiquidẽ incepit à promiſsione, ſine dubio, ſaltim hodie nõ valet, cùm promittens animo donandi, maneat obligatus. l. ſi quis argentũ. §. fi. de dona. ergo incidit in verba ſtatuti mulierem obligari prohibentis, quanuis ſi inciperet à traditione, aliud forte eſſet, quaſi tũc nunquã videretur obligata fuiſſe, arg. l. Papinianus, de dona. inter virum. ff. Sed caue, quia tenendo, ꝙ mens ſtatuti fuit impedire deceptionẽ mulierum nõ conſentientiũ certè cũ læſio, quę de donatione reſultat ſit aperta & cõtingat ex conſenſu mulieris, videtur ꝙ indiſtinctè valeat donatio, quaſi in donatione ceſſet ratio finalis ſtatuti & per conſequens ſtatutũ reſtringatur arg. l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patro. & l. quanuis. ff. de in ius vocando. l. cũ pater. §. dulciſsimis. de leg. 2. Bart. in l. demonſtratio col. fin. ff. de cond. & demon. quæ reſtrictio ſi fit in legibus communibus, quanto magis fiet in ſtatutis? Ergo ſiue mulier incipiat à traditione, ſiue à promiſsione donandi, vel a conuẽtione donandi ſemper valeat donatio, nõ obſtante tali ſtatuto licet nõ interueniant eius mulieris propinqui. & idẽ facilius in liberatione, argu. l. Arrianus. ff. de act. & obl. pro hoc, quia reſciſio cõtractus, ſiue ſimplicis, ſiue iurati, nunquã retractus pretextu immodicæ læſionis qñ erat cõtractus gratuitus, quaſi hoc caſu lex cõmunis ſubueniendũ eſſe nõ putauerit, vt ex cõmuni. op. ſecundũ Deciũ conſ. 181. nu. 4. Alex cõſ. 53. li. 3. Imo. & Aret. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acq. her. Deniq; aliud eſt quęrere, an is caſus ſtatuto cõpræhẽſus fuerit & indubitãter nõ fuit cõprehenſus aliud eſt quærere an ipſa mulier fuerit decepta. Nã ſi eſſet tũc ex iure cõi, nõ ex vi ſtatuti, ſibi per reſtitutionẽ ſubuenireẽ vt in ſimili ait cõſultus in l. Titius. ff. de libe. & poſt.

Denique in hac ſpecie mulier qui cõtra formam ſtatuti contraxit an naturaliter obligetur non leuiter cõtrouerſum eſt vt prope videbimus quando iuram. nõ interfuit ſed ſi iuram. interfuiſſet an tũc oriatur obligatio ciuilis naturalis vel ſaltem naturalis dubiũ eſt vt per Abb. in c. cum contigat de iureiu. nu. 12. Iaſ. in auth. ſacramenta puberum C. ſi aduer. vend. vbi Paul. caſt. Et Corn. nu. 54. Imo. nu. 45. Et Alciatus. num. 135. in dic. c. cum cõtingat fortuna de vltimo fine illatione. 19. & 20. Antonius in c. canonum ſtatuta de cõſtitutionibus fol. 11. col. 4. Alex. cõſ. 59. lib.

in simili per Ripam, consi. 15. lib. 3. responsorū: plene per Philipum Decium consi. 181. Paul. Castr. & Ias. in l. pacta quæ contra. C. de pact. Philippus Dec. con. 202. Felinus in c. cum. m. col. 26. de consi. Corneus con. 224. lib. 4. Dominicus Prępositus & Panormit. in c. fi. de donationibus inter virū & vxorē Ludouicus Romanus in repe. rubr. ff. de iureiu. Bar. Socin. con. 65. col. 1. lib. 1. Sed & illud quæri solet an iure nostro regio mulier magis quam fiscus priuilegiata esse videatur, quia obtinuit non posse in carcerē trudi, etiam pro debito pecuniario fiscali, vt in l. 2. tit. des los fiadores, lib. 5. ord. l. 62. Tauri rursus videmus, ꝙ licet mulieres cùm fideiubent non obligentur, vt per totū, C. & ff. ad Velleianū, tñ pro vectigalibus & reditibus fiscalibus obligari possunt. leg. 61. Tauri cogita quia habeo de facto &c. An autem mulier renūtiare possit huic beneficio, ne pro debito etiam fiscali in carcerē detrudatur. Et magis est ne possit. Patet: quia id priuilegium non tam respicit vtilitatem ipsiusmet mulieris, quę sese obligauit, q̃ honestatem omnium fœminarum, earumq; pudicitiam atq; decorem. Vnde fœminæ meretrices, impudicæ, immundęque pro debito etiam ex delicto non descendenti possunt in carcerem trudi. l. 62. Tauri. Ergo ne fiat iniuria omnium fœminarum honestarū cœtui, honestius est atq; humanius eas non posse huic beneficio renuntiare, argumento in simili in c. si diligenter, de foro compet. & quod not. tradit. Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiu. Et ita intelligo & extēdo d. l. 2. tit. de los fiadores, lib. 5. ord. Facit, quia qua facilitate se obligauit, eadem quoq; facilitate præsumitur renuntiasse. Facit etiam quia licet renūtiare regulariter quisque possit quod eius fauore inductum fuit. l. pe. C. de pac. fallit tamen in his qui sunt infirmi intellectus. l. Titio centum, in princ. ff. de condi. & dem. id quod alibi plenius edocemur.

Illud autem dubium est, an tale statutum, ꝙ mulier nequeat obligari siue consensu duorum consanguineorū, cōprehendat etiā † obligationē naturalem, vt per hoc si citra
50 formā & solennitatē statuti contrahat, etiā naturalis obligatio ex tali contractu non oriatur, non magis, quā ciuilis. Et Bart. in d. l. si vnus. §. pactus nō peteret, tenet ꝙ neque oriatur ciuilis obligatio, neq; etiā naturalis, & ita sequuntur doct. cōmuniter ibi, vt firmat. Ias. ibidem, nu. 22. Vbi Ias. contra cōmunem mouetur, quia vbicunq; in iure fit mentio de obligatione semper intelligitur de obligatione ciuili, vt est tex. quem ipse allegat in l. iuris gentium, in pr. in verb. sed si alium. ff. de pact. & in §. sed cum nulla. & in §. igitur nuda. ead. lege tex. in §. seruus Institu. de inuti. stip. iuncta. l. naturaliter, & l. si id quod ff. de cond. indeb. tex. in §. pupillus Instu. de inutil. stip. iuncta l. 1. ff. de nouati. melior tex. quem ipse non allegat in l. is cui §. Flauius. ff. de soluti. Ergo cū semper intelligatur de obligatione ciuili, superest, vt tale statutum ad ciuilem tantū obligationē, non etiā ad naturalē reduci debeat. Sed errat. nā aliquando etiā appellatione obligationis, continetur sola obligatio naturalis, vt in l. qui hęredit. §. dominus. ff. de cond. & dem. & in d. §. Flauius, & aliquando sola obligatio ciuilis, vt dictis iuribus suprà allegatis, regulariter aūt vtraq; obligatio cōtinetur vt in princ. cum ibi latè notatis per gl. & oēs Insti. de obligat. & in dictis iuribus. Ratio ea est, quia indefinita equipollet vniuersali. l. si pluribus. ff. de lega. 1. l. si plures. ff. de lega. 3. & appellatio rei simpliciter prolatæ, de integra re, & omni ex parte perfecta & absoluta intelligitur. l. Męuio, in prin. in verb. totius ff. de leg. 2. l. si separatim, in ver. totius. ff. de condit. & demon. l. 1. §. interdum, in verb. totius. l. inde Neratius, ff. de vsufruct. accres. l. si quis cùm totum. ff. de excep. rei iudic. l. qui vsumfructum. ff. de verbo. obligat. facit tex. cum sua materia in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. & verba cum effectu sunt accipienda & in plenissimo significatu. §. quoties. Inst. de iure natura.

His tamen non obstātibus, harum opinionum neutra vnquā nobis placuit, sed semper fuimus in nouissima opinione, vt non obstāte tali statuto, ex cōtractu mulieris citra illam formā inito, obligatio naturalis oriatur propter mutuum partium consensum, ea tamen obligatio carebit effectibus, quos lex ciuili obligationi naturali regulariter accōmodauit, erit tamen vtilis in foro nimæ, vt latius disseruimus infrà, nu. 32. §. 30. cum pluribus seq.

Vnde infertur necessaria & nouissima declaratio ad. le. 54. Tauri. & l. 55. ibidem. & l. 13. titulo fi. lib. 3 fori. vbi mulier prohibetur facere contractum, aut distractum, aut stare in iudicio, aut adire hæreditatem, aut eam repudiare sine licentia viri, vt si contrà fecerit, inde neq; oriatur obligatio etiam naturalis, vel rectius si oritur obligatio naturalis, ea est nudata omnibus effectibus, quos lex positiua obligationibus naturalibus accomodauit, vt ex professo attigimus infrà. §. 30. nn. 56.

Illud autem dubium est, an mulier, quę post matrimoniū solutū secundò nupsit, posit sine licentia viri secundi agnoscere lucra priore matrimonio facta. Mouet quęstionē, ꝙ mulier se obligare nō potest sine licētia mariti. l. 54. & 55. Tauri. l. 13. ti. fi. li. 3. fori. per talē aūt agnitionē obligaretur debitis à priore marito contractis, vt in l. 60. Tauri. facit, l. 14. ti. 20. lib. 3. fori. Vnde videtur hac in re licētia viri opus esse. Cogita tñ, quia apud me quæstio noua est.

Denique illud dubium est, an stāte dicto statuto, quòd mulier non possit se obligare citra consensum duorū non cōsanguineorū, & retenta prædicta cōmuni conclusione,
51 ꝙ † mulier non poterit contra formam statuti facere pactum de non petendo debitori suo, an si contra formā statuti facit debitori suo pactum de non petendo, ex tali pacto non solum impediatur naturalis obligatio cū effectu oriri sed etiam impediantur reliqui effectus obligationis naturalis. Qua in re Bar. in. d. l. si vnus, §. pactus ne peteret ff. de pactis, tenet in nu. 13. ꝙ reliqui effectus impediantur & consequenter ꝙ ex tali pacto nō dabitur exceptio, nec naturaliter ipsam mulierem obligabit, & similia. Vnde ex mente ipsius fideiussor accedere non poterit: quia conuētioni, quæ neq; ciuilem, neq; naturalē obligationem producit, fideiussor accedere non potest, vt in §. 1. Instit. de fideiussoribus, & in l. si quis pro eo. ff. eod. titu. Qua ratione etiam nouatio super tali pacto fieri non potest: quia nouatio fieri non potest super illa conuentione, quæ non producit obligationem ciuilem, aut naturalem, vt in l. 1. ff. de nouationibus, & in §. præterea. Instit. quib. mod. tollitur obligatio. Et hanc Bart. opi. sequuntur cōmuniter doc. secundum Ias. in d. §. pactus ne peteret, nu. 34. licet ipse contrarium teneat, motus, quia secundum eum glos. magna in d. §. pactus ne peteret, in 6. solutione, quam secundum eum sequuntur Bar. & communiter doct. tenuit, ꝙ licet secundum pactum tollat ipso iure naturalem obligationē ortā ex primo pacto de non petendo, tñ non potuit tollere reliquos effectus resultantes ex primo pacto. Sed certè hoc fundamentum verum non est: nàm si mihi fecisti pactū de non petendo, per quod naturalis obligatio qua mihi tenebaris, sublata fuit, & ipse obligor naturaliter nō petere, & datur tibi exceptio contra me, & eliditur, & debilitatur obligatio ciuilis quā ipse habebā contra te, & super obligatione mea qua ergo naturaliter non petere tenebar, potest accedere fideiussor, certè hi omnes effectus tolluntur per secundū pactū de non petendo: nō neq; obligationi naturali, qua ego per tale pactū de non petendo tenebar poterit accedere fideiussor: veluti si aliqui apud te fideiuberet, ꝙ ego non peterē, nec similiter cōtra me daretur vlla exceptio, neq; obligatio qua mihi tenebaris, vlla ex parte eneruata esset, sed suum robur obtineret, non secus, q̃ si pactū de non petendo factū non fuisset, vt hæc omnia probātur in d. §. pactus ne peteret & per rationem tex. in regula. nihil tam naturale, de reg. iur. & in c. omnis rex, extrà, eo. tit. & in princ. Inst. de replicationibus. Secundò mouetur Ias. per doctrinā Bart. in l. rescriptū, in §. si pact. ff. de pact. vbi Bar. circa finē tenet, ꝙ si debitori meo feci pactū de nō petendo, ꝑ quod obligor naturaliter non petere, & super tali naturali obligatione, acta fuit nouatio, tunc per talē nouationē licet sublata fuerit illa obligatio naturalis qua ego tenebar

Contrariam sñiam tenuit Fulg. in d. l. de quibus. colũ. 2. & in le. non sine. C. de bonis quæ liberis. vt simile consuetudinis vincat legẽ, & sic extendatur ad correctionẽ legis. Et hanc op. Fulgosij Iasf. vbi suprà nouã & mirabilẽ appel. Pro qua for. facit tex. in d. l. de quib. in 2. resp. vbi simile consuetudinis cuiusq; loci, vincit cõsuetudinẽ vrbis Romanæ, & consequenter excluderet ipsam legẽ scriptã, cũ consuetudo non minorẽ vim habeat, q̃ ipsa lex scripta. vt in d. l. de quibus. cum multis sequentibus. bene facit text. in d. l. non sine. Neque ad rem pertinet, ꝙ Iasf. vbi supra respõdet, illũ tex. procedere in ijs casibus, qui nulla lege cõprehẽsi fuerũt: secus aũt in casibus, qui aliqua lege expressim cõprehensi sunt: nã in illis non dubium est, inquit. Iasf. quin consuetudinis simile non extendatur ad correctionẽ legis. Et ideo inquit iurisconsultus. in d. l. de quibus. cautè dixit de quibus causis scriptis legibus non vtimur. vt sit sensus, ꝙ in quib. casib. nulla lex scripta est, in illis tãtũ casibus inspicitur consuetudo, & simile cõsuetudinis: secùs autẽ in casibus aliqua lege cõprehẽsis. Sed iste sensus nõ placet Accursio, qui in gl. 1. ibidẽ generaliter intelligit illum tex. & certè ista est magna restrictio ad tex. in d. l. de quib. vnde puto ibid. esse text. pro Fulgosi. Nã vt leges nequeũt oĩa comprehendere. l. non possunt. & l. neq; leges de legibus. ita consuetudines, & statuta oĩa comprehendere nequeunt. Vnde in cõsuetudinibus, & statutis, etiam ad legũ correctionẽ, puto ex identitate rationis (contra communẽ) procedẽdum esse, vt d. le. de quibus. ibi, nãq; primò inspicitur consuetudo, vel statutũ: deinde simile consuetudinis vel statuti: tertiò ius commune. Quod intelligo, siue ius cõe sit consuetudinariũ, siue scriptum, vt patet in eadẽ l. ibi, tunc ius quo vrbs Romana vtitur. text. n. non debet restringi ad ius consuetudinariũ cõtra l. præcipimus in fi. C. de appel. siquidẽ potest etiã de scripto intelligi vt §. sed naturalia. §. omnes populi. Inst. de iure natu. & l. oẽs populi. de iust. & iu. ff. licèt gl. & doct. in d. l. de quib. restringant illũ text. ad ius consuetudinariũ. Non obs. ꝙ dicitur illum tex. intelligendum de consuetudine Romæ particulari, nã id est falsum: quia necessariò est intelligendũ de consuetudine iuri consona, quæ facit ius vniuersale, vt ex d. tex. satis apparet. Sed si verum esset, adhuc nõ obest, vt per Iasf. ibidem. Nec obstat c. 1. de feudi cogni. nã imò facit pro me, iuncta sua gl. Præterea & si contra me faceret, adhuc non obesset: quia nõ licet arguere de iuribus feudalibus ad causas non feudales secundũ Iasf. in d. l. de quibus. nu. 26. Tene ergo contra Iasf. ꝙ d. l. de quibus. procedit, siue consuetudo sit contra ius ciuile, siue præter ius. Nec obest. l. quod non ratione. ff. de legib. nam ibi fuit error, hic certa scientia: vel ibi contra rationem naturalem, hic contra ciuilem rationem, & formam, vel ibi, ꝙ non egrediatur locũ cauetur, non ꝙ non egrediatur casum. Item ꝙ d. le. de quibus. ibi, tunc ius quo vrbs, &c. sit intelligenda de iure scripto, vel de consuetudine iuri consona. Patet: quia consuetudo, vel statutum contra ius, nõ dicitur ius, sed factum, vt c. 1. iuncta glo. in verbo, facti. de consti. in 6. sed hic dicitur (ius quo vrbs) ergo loquitur de consuetudine iuri consona, & per consequẽs generaliùs, vt iam admonuimus. Habes ergo contra cõem, ꝙ statutum, vel consuetudo contra ius, ex identitate rationis extenditur de similibus ad similia, etiam ad legũ correctionem. Nec obs. ꝙ nec ex maioritate rationis fiat legũ correctio secundum gl. cõiter app. in auth. quas actiones. C. de sacro. eccles. nam vt illud procedat, propè docebimur. Adde. le. adigere. §. quanuis. de iure patro. l. quãuis. de in ius voc. ff. Bar. in d. l. omnes populi. in prin. 6. q. pr. & adde quod notat Iasf. col. 6. in d. l. de quibus, & commu. doc. in l. his solis, per tex. ibi. C. de reuo. don. & ex l. his solis, in fi. no. ꝙ ex maioritate rõnis extensio fit, nõ ex vi extẽsiua, sed ex vi cõprehẽsiua, & sic propriùs dicitur comprehensio, vel inclusio, quàm extensio. Ex paritate autem rationis fit extẽsio etiam de casu proprio ad sum improprium secundum glo. eligatur. in cle. 1. de ele. Et Iasf. in l. si constante. in prin. col. 14. solu. matr. ff. per tex. in le. filium habeo. ad Macedo. ff. vbi de filio ad nepotes extensio, licèt filij appellatione impropriè veniat nepos secundùm Bar. in l. liberorũ de verb. sign. Hinc Bal. in l. venia. C. de in ius voc. dicit, ꝙ stante statuto, ꝙ masculo filio extante fœmina filia non succedat, etiã nepos fœminã filiã excludit. & cũ Bal. est cõis opi. ibi. & cùm valeat arg. a verbis legis ad verba testatoris, vt in l. cù quidam. §. quemodũ. C. de verb. signi. dicendũ est, ꝙ testatore iubente ꝙ extante filio masculo filia fœmina non succedat, etiam à nepote ex filio talis excludetur fœmina. Sed an à nepo... quæstionis est. Vides ergo, ꝙ statutum iuri cõi contrarium extẽditur ex maioritate, & etiam ex paritate rationis. Sed istud est falsum: nam nec ex paritate fit, nec etiam ex maioritate in correctorijs, vt per Iasf. in authẽ. quas actiones. C. ... 21. de sacr. eccl. Fallit quando vnica tantum ratio ... est in statuto, eaq; vertitur in casu simili, nam tunc ... correctione fit extensio, & altero de his casibus põt procedere quod suprà dictũ est, nõ aliter. vt per Iasf. vbi supra. Ita intellige quod ait Iasf. in l. siue apud acta. co. 2. C. de transac. & in l. 5. in prin. col. 2. ff. de verb. obl. licèt ibi per incuriam dicat contrarium, & malè. Non obst. d. l. his solis. vbi videtur probari, ꝙ in correctorijs fit extensio: nã non loquitur in correctorijs, sed in exorbitantibus, & limitatorijs. Non enim dicit propter ingratitud. donatarij, donationem reuocari nõ posse absolutè, sed nõ posse in casu isto, & sic limitat, non corrigit. Et isto etiam modo potest intelligi quod supra dictum est. Adde, ꝙ in correctorijs quando ratio est expressa in lege, licita est extensio. Iasf. in l. si ita stipul. §. Chrysogonus. col. 11. in prin. de verb. obl. at in limitatorijs etiam si ratio non sit expressa, ex identitate rationis est licita extensio. Iasf. Ibid. colũ. 12. in prin.

Et ad d. l. his solis. vi. Soci. consi. 295. In causa. Iasf. cõs. 125. Circa libr. 1. Oldr. consi. 236. Cùm mulier. Ro. consi. 269. Non est dubiũ. Oldr. consi. 273. Quidã habens. Bar. consi. 210. Omne illud. Dec. consi. 240. Et diligenter. Oldra. consi. 278. Licèt quantum. Dec. consi. 399. Conclusionem. & 366. Pro declaratione. & consi. 20. In causa. & cõs. 151. Satis nota. & consi. 175. Consului. Dec. consi. 363. Viso. Bar. consi. 135. Lapus. Fulg. consi. 65. Titius.

10 Infertur ex superioribus ad decisionẽ illius quæstionis an stante statuto, vel consuetudine, ꝙ † filius masculus excludat fœminã in successione ab intest. an nepos masculus fœminam excludat, non secus q̃ ipse filius, quali simile statuti, vel consuetudinis extendatur ad correctionẽ iuris communis, quo iure pariter succedunt masculus & fœmina. vt in l. maximum vitium. C. de lib. præt. & in §. 1. & Instit. de hæredibus abintest. Qua in re Fulg. vbi suprà, Bal. Sal. & omnes doct. in l. venia. C. de in ius vocando. tenent, ꝙ etiam nepos fœminã excludat. Idem tenet Iasf. in l. de quibus. ff. de legib. nu. 16. & Paul. in l. maximum vitium. C. de lib. præt. & Ancharanus in c. canonũ statuta. de constitutionibus. prout eos refert Iasf. vbi supra.

Mouetur, quia tale statutum est fauorabile respectu filiorum, & agnationis, & consequenter extendendum est vt in c. odia. de reg. iur. in 6. & l. cũ quidam. ff. de lib. & po... Sed id fundamentum reuera nihil est: quia beneficiũ principis latissi. latiusq;, q̃ vlla alia dispositio est interpretandum, vt est gl. communiter recepta. vt per Iasf. ibi post alios ... fi. ff. de constitutionibus prin. & tamen per hoc non extenditur in præiudicium, & lęsionem tertij. vt in l. cum au... C. de emancip. liberorum & in le. si testamentum. vbi omnes doct. C. de testamentis. & in l. ex facto. in prin. latè per Bar. Alex. Iasf. Ripam. & nouissimos. ff. de vulg. Sic ergo & in specie nostra, beneficium illius statuti licèt sic fauorabile ex parte masculorum, non tamẽ potest, nec debet extendi in præiudicium fœminarum.

Mouentur & secundò tenẽtes cõem sñiam: quia quando vi...

do vnica tantũ ratio reddi potest, ea habetur pro expressa. Ita tenet gl.singularis in l.quãuis.vbi Bald.Pau.& latè.Ias. C.de fideic.Bald.in d.l.maximũ vitiũ col.4.C.de lib.pręt. Ias.in d.l.de quibus nu.18.sed quãdo statuto ratio expressa est, tunc fit extensio, etiam in correctorij, vt est cõis op. de qua late per Ias.in auth.quas actiones, C.de sacr.eccles. & in d.le.de quibus, nu.18.ergo dictum statutum recipit extensionem, non secus, quàm si ratio in eo expressa esset. Sed certe nos fatemur, ꝙ tale statutum, vtpote fauorabile, ex parte masculorum posit recipere alias extẽsiones: hãc tamen extensionem, de qua loquimur, recipere nunquam poterit propter præiudicium fœminarũ: quia lõge minor ratio est in nepotibus, q̃ in filijs, vt est text.in l.si viua matre, circa medium.C.de bonis maternis.Et hęc op.præterea, quòd verior est in puncto iuris, longè quoq; æquior est, & ita consulerem, & iudicarem.

Quid autem si esset statutum, vel consuetudo, ꝙ frater eius, cuius de succesione agitur, excludat matrẽ ipsius defuncti, an similiter excludet auiã ipsius? Et hac in re cõis opin.est, ꝙ auia excludatur. Quam opi.verã puto propter maioritatem rõnis: & ita tenẽt Fulg.in d.l.de quibus Bart. post Richardum in l.2.§.fi.ff.ad Tertu.Bald. in l.illam, C. de collat.& ibi late Alex.Idem Bal.in l.quicunq;, in 4.col. C.de seruis fugitiuis, & latius in l.si defunctus.C.de suis & legit.Io.An.in additione Speculatoris in ti.de succesione ab intesta.in rubr.Ias.in d.l.de quibus, nu.21.licet contrarium, & male tenuerit Bal. sibi contrarius in le.quod verò, ff.de legibus vbi etiam Butrigarius. Præterea in tali statuto vnica tantum ratio reddi posset, nempe fauor masculorum, ergo talis ratio habetur pro expressa, glo.communiter app.per Iason.post alios ibi in l.quamuis, C.de fideicõ. idem Ias.in auth.quas actiones, nu.21, cum seq.C.de sacr. eccle.in d.l.de quibus, nu.14.cum seq.Sed si ratio esset expressa, tunc etiam in correctorijs fieret extensio ad casus eandem rationem habentes, ergo idem si expressa nõ sit, vt est communis op.quam nos retulimus.

Illud tamen prætermittendum non est, ꝙ simile legis facilius deberet vincere legem veterem, q̃ simile consuetudinis: quia negari non potest, quin licet leges debeant esse nimis iustæ & rationabiles, c.erit autem lex 4. dist. non tñ sic in consuetudine, quã tolerabilem esse sat est, vt eleganter per Tiraquel.de vtroq; retr.in præfatione, nu.75.ergo consuetudo non tam facile q̃ lex recipit extensionem. Vnde licet per l.4.tit.de las vendidas, lib.5.ordi.rescisio prætextu læsionis vltra dimidiã in omnibus contractibus admittatur, si tamen per consuetudinem inductum præscriptumq; esset, vt in contractu venditionis talis rescisio nõ admitteretur, nihilominus dicerem in reliquis contractibus admittendam non secus, q̃ si id in contractu vẽditionis moribus præscriptum non esset, ne cõsuetudo illa vix tolerabilis, quæ legem iustisimã in parte præscripsit, extenderetur ad correctionem alterius partis eiusdem legis. Verùm si lege scripta statutum esset, ne rescisio prætextu læsionis vltra dimidiam in contractu venditionis admitteretur propter lites vitandas, tunc facilius admitterem vt idem eadẽ ratione procederet etiam in reliquis contractibus, argu.l.neq; leges, l.non possunt, ff.de legib. Verũ licet rescisio cõtractus locationis prætextu læsionis vltra dimidiã cesset in vectigalib.regijs per l.1.in quaterno alcaua.tñ in contractu emptionis rescisio daretur, quia in eo cessat ratio d.l.1.nisi fieret emptio illa in publica subhastatione, per l.5.tit.de las vendidas, libr.5. ordinamen.

Decimooctauò infertur principaliter, an si per stipulationẽ à me centũ petas, & ipse recesi, & te absente ea cẽtũ iuramento tibi absenti promisi, valeat dispositio ex vi
21 iuramenti? Et quidẽ citra interuentum † iuramenti constat talem stipulationẽ nullius fore momenti propter formæ trãsgresionem, vt in l.1.§.1.ff.de verb. oblig.vt neq; in vim pacti nudi valeat, vt ibi, iuncto, §.si quis ita, eadem lege. Sed interposito iuramento licet adhuc non valeat in vim stipulationis propter formæ trangresionem, quę per interuentum iuramenti non suppletur, vt tenet Barto.nu. 13.& communiter docto.in l. si quis pro eo.ff.de fideiuss. cum quo est cõis opi. vt per Alciatum in c. cum cõtingat, de iureiur.nu.167.vbi Abbas, nu.27.& Imol.in 8.mẽbro. per Marcum Ant.in tract.de virt.iur.in prin. per Corneũ in auth.sacramenta puberum, C.si aduer.vend.nu.64.per Bart.in le.1.§.si quis ita, suprà allegato, nu.9.vbi Ripa nu. 27.& Alcia.nu.50. & Ias.nu.24. per Couarru.de testamẽtis.c.Rainaldus.§.3.nu.10.per eundem latius in c.quanuis pactum. de pact. in 6.id quod nos quoq; alibi diximus plenè, tamen per interuentum iuramenti ea stipulatio, quæ in vim stipulationis valere non potuit, incipit valere in vim pacti nudi.Ista est communis op.quam tenent oẽs authores, quos modò retulimus.Mouetur per text.in l.cũ pater, §.filius matrem.ff.de legat.2.cuius verba ita habent. Filius matrẽ hęredẽ scripserat, & fideicõmissa tabulis data cũ iurisiurandi religione præstari rogauerat, cũ testa. nullo iure factum esset, nihilominus matrem legitimã hęredem cogendam fideicommissum præstare respondi.nam obnixè voluntatis preces ad oẽm succesionis speciẽ porrectæ videbantur.Ex quo tex.illud in primis dubium est, vtrũ ipsemet testator iurasset se velle illa fideicommissa præstari, an verò ipsam matrẽ hæredem scriptam iuberet iuramẽtum de fideicõmissis pręstandis pręstare.Et Bar.gl.& cõiter doct.vbi vtroq; casu tex. procedere intelligunt. Quod similiter admittunt Crotus cõclusione.9.in d.§.si quis ita. Alciatus.nu.163.in d.c.cùm cõtingat.gl.in le.2.C.com.de leg.Benedict.in c.Rainaldus.in verb. testamẽtum.3.de testamentis nu.20.& Couarru.in d.c.Rainutius.§.3. nu.10. versi.2.Qui sensus licèt congruat verbis illius text. tamen quia ibi constat testatorem vnã tantùm, non etiã duas dispositiones fecisse, nõ dubium est, quin licet vterq; sensus in se verus esse posit, tñ ille tex.cum altero tantum sensu factus fuerit, vnde vidẽdum est vter horum sensuũ nobis eligendus sit: & cùm vnusquisq; præsumatur velle actum vtilem & firmũ facere.l.3.ff.de milit.testa.non dubitarim, quin testator in terminis illius tex. putasset actũ testamentũq; firmũ fecisse se: & consequenter cũ non posset ignorare, quin ex testamento firmo deberentur legata citra vllũ iuramentũ, & vanũ esset ipsum testatorem iurare velle se illa fideicommissa præstari, cùm absq; vllo ipsius iuramento per solam ipsius dispositionem satis liqueret se voluisse, vt fideicõmissa pręstarẽtur quãdo ea reliquit, super est, vt probabilius sit eum voluisse & disposuisse, vt hęres iurasset se fideicommissa præstaturũ, quo citius, & expeditius ea fideicõmissa præstarentur.argu.l. qui sub conditione.in prin.ff.de condi.insti. Itaq; cùm iuram.interponendum nulla alia ratione testator curare verisimiliter potuerit, quàm vt fideicõmissa & magis in tuto essent, & citiùs præstarentur, & isthæc testator nõ tam per suũ proprium iura.quàm per iura.hæredis assequuturus esset, vero similius est ibi iura.ab ipso hærede præstari iusisse.

Secundùm quæ ille text. non probat communem opi. vt stipulatio inutilis ratione formæ valeat per interuẽtum iuramenti ipsius promittentis in vim pacti nudi. Nec vt puto, ea communis opin.in se vera est, vt rectè perpendit Ripa.nu.27.in d.§.si quis ita.Nam aut constat contrahentes ad stipulationem tantum respexisse, aut etiam ad pactum nudum, aut dubitatur. Primo casu si stipulatio non valuit in vim stipulationis, non quoq; valebit in vim pacti nudi ex defectu consensus stipulantium, qui defectus per interuentum iuramenti non suppletur.l.fin.C. de non numera.pecu.Bartol.in d.le.si quis pro eo. numer.13.cum quo est non solùm communis, sed etiam indifferens opi. eorum, quos suprà retulimus. Secundo casu, quando contrahentes volebant, vt si dispositio non valeret in vim stipulationis, valeret in vim pacti nudi, tũc valebit in vim pacti nudi, non ex vi iuramenti, sed ex vi consensus & voluntatis agentium.leg.si tam angust.ff. de seruit.l.viam. cum gloss.ff.de seruitu.rusti.præd.Bartol. & omnes in.dic. §.si quis ita. numero nono. Tertio casu, quando dubitatur

tatur. iura. promittentis non efficit, vt talis stipulatio inutilis ratione formæ valeat in vim pacti nudi, quia iuramentum non egreditur personam iurantis, nec potest augere voluntatē, & consensum alterius, c. veritatis, de iureiur. sed ille qui per stipulationem aliquid sibi dari stipulatur, incertum est, an per pactum nudum sibi promitti voluerit, quinimò in re dubia id voluisse non creditur, argu. l. an inutilis, ff. de acceptil. l. obligationum substantia. §. fin. & l. nō solum, ff. de act. & oblig. Si enim quod mihi ex alia causa satis efficaciter debebas, animo nouandi stipulatus sum abs te, iuxta. §. preterea. Insti. quib. mod. tollitur obliga. nōne ridiculum esset dicere, voluisse me te obligari per pactum nudum, sicq; inefficaciter? ergo, &c. Ergo id iuramen. non facit, vt in vim pacti ea stipulatio valeat. Hinc etiam dicebam, ꝙ in terminis, l. 12. titu. de los vasollas, lib. 4. ordina. vbi vasallus iubetur sui præsentiam cum equo & armis facere sub longa forma, & obseruatione, is si solennium quicquam omiserit tempore illius actus, tunc is defectus per interuentum iuramenti non supplebitur, vnde incurret pœnam legis. 10. & legis, 11. eod. titul.

Qua ratione in terminis, l. 4. tit. 3. lib. 7. ordina. vbi longa obseruatio in rerum ciuitatis locatione desideratur, dicebat similiter, si solennium quicquam prætermissum fuerit, per interuentum iuramenti non suppleri. Et ita intelligebam dict. l. 4. Nec decurionum etiam nomine ciuitatis iurantium sacramentum proficeret, argu. eorum quæ diximus infrà. §. 6. numero 4. per quod satisfiet authē. sacramenta, C. si adu. vendit.

12 Illud autem receptū cōiter est, vt si forma † stipulationis seruata sit, tunc valeat stipulatio, etiam si contrahentes aliud principaliter agerent: quale est, cum sic interrogatus sum, Vendis mihi domū pro centū? & tu respondes, Vēdo: nam hoc casu cōstat contrahentes contractū emptionis, & venditionis principaliter agere voluisse. Sed licet id principaliter agant, nihilominus, quia interfuit forma apta ad stipulationē contrahendam, quę consistit in interrogatione, & responsione, contracta videtur stipulatio. Ista est cōis opi. secundum Ripam in rubri. ff. de verb. obli. nu. 10. tenent Cinus & Albe. & Iacobus de Arena in l. hac cōsultiss. §. per nuncupationem. C. de testamentis, Roma. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. Cuma. in le. si stipuler. eod. tit. & ibi Alex. Ioa. Faber in §. sed cum aliquis. Insti. de testamentis. Soci. in d. rub. ff. de verb. oblig. per dictam, l. si stipuler. in §. fi. vbi dicitur, si in locando & vendendo ad interrogationes quis non responderit, valet tamen contractus venditionis, & locationis.

Sed ille tex. re vera non probat cōem sniam. Nam sensus ipsius est monstrare differentiā, quæ est inter contractus bonę fidei, & contractus stricti iuris, qualis est stipulatio, vt licet in cōtractibus bonæ fidei, qualis est emptio, locatio, & similes, ad interrogationem emere, vel conducere volentis quis non respondeat verbis expressis, adhuc tamen contractus emptionis, & venditionis ritè, & vtiliter celebratus videatur, si alio quouis modo appareat consensus dñi vendere, vel locare rē suam volentis, vt sic ille text. eo nomine eáve occasione ad illum titulum pertinere videatur, ꝙ per illum doceamur, quemadmodum differunt inter se contractus bonæ fidei, & contractus stipulationis in sui creatione, & productione: quinimò tantum abest, vt in d. l. si stipuler. §. finali probetur cōis sententia, quod potius probatur contrariū, quia is tex. præsupponit, ꝙ omnes contractus fiunt per interrogationē, & responsionē (nec. n. aliter in vnum conuenire possemus) sed si ex qualitate actus colligatur venditio, quia pretium fuit certum, & in pecunia numerata, vēditio erit: ꝙ si merces certa erit locatio, & sic de singulis. Quòd si post contractum celebratum adijciatur, Hæc oīa ita fieri promittis? & respōdeatur, Promitto, tūc qui promisit, ex parte sua verbis obligatus intelligetur: alter verò non verbis, sed tantū secundum formam contractus præambuli. Quòd si rursus qui promisit, ab aduersario stipuletur omnia ita vt conuenerāt fieri, erit & ille verbis obligatus. Quòd si à tabellione dicatur, Hæc omnia ita fieri inuicem promiserunt, tūc vterq; verbis obligatus intelligatur. Ita intelligo. leg. iuris gent. §. quod ferè. ff. de pact. facit. le. lecta. ff. si cert. peta. in verb. conuenit. & le. qui Romæ. §. Chrysogonus. in verb. cōuenit, iuncto fine illius. §. de verb. obli. ff. facit. §. fi. Inst. eod. & in l. si is qui. §. vtrum de reb. dub. Ita conc. hæc opi.

Contrariam sententiā, vt illo casu stipulatio contracta non videatur, tenent expressè Franciscus de Ripa vbi suprà. & Bal. nouellus in rub. ff. de verb. oblig. & Alex. in l. 2. in prin. ff. si cert. peta. Quæ opi. contra magis communem probatur. in primis in d. l. si stipuler. §. fi. inducendo vt suprà. Quam opi. contra communem veriorem puto: quia magis propriè sunt specificæ dispositiones, q̄ genericæ: at interrogatio & resp. est quid genericū, & informe, at vēditio est quid specificum. Itaque vt conuentio, quæ potest transire in aliā speciem cōtractus, egreditur generales terminos conuentionis, & assumit sibi nomen speciei. l. iuris gent. in princ. de pact. ita interrogatio & resp. quando pōt transire in aliā speciem contractus, eius nomen suo omisso assumere debet. argu. le. hoc legatum. ff. de lega. 3. & in l. conuentionum. iuncta, l. iuris gentium, in prin. ff. de pact. Et licèt fateamur, ꝙ hic sit interrogatio & resp. tñ responsio non est obligatoria in futurum: quia dicendo, Vendo, statim vendidi, & consequenter obligatus ex stipulatione non remaneo: quia eod. momento, quo verborum obligatione oritur, eod. finitur. argu. le. Titio cùm morietur. ff. de vsufru. Nec obs. ꝙ obligatus maneam ad traditionē & euictionem: nam illud non ex causa promissionis fit, sed venditionis. Et in specie meam opin. tenet gl. in l. 5. §. stipulatio. de verb. facit in simi. le. Paulus aliàs per procuratorem. ff. de acq. hære. & quod docet Ias. in l. 5. §. pen. vel fi. de leg. 1. dum quærit, an qui dicit, volo adire, statim adeat.

13 Deniq; cùm † plura requisita à lege desiderentur ad creationem stipulationis, plura, inquā, requisita præter interrogationem & respōsionem, ineptū est putare, vel arguere, ꝙ in specie nostra sit stipulatio propterea ꝙ interfuerit interrogatio, & respōsio: nā plura alia desiderātur ad creationem stipulationis. vt per Alexā. in rub. nu. 13. ff. de verb. oblig. In primis. n. verba desiderantur. vt in l. 1. in princ. ff. de verbo. oblig. Deinde ꝙ interueniat interrogatio, & responsio, vt in prin. Insti. de verb. oblig. & l. 1. in prin. & §. 1. ff. eod. Tertiò ꝙ præcedat interrogatio, & sequatur resp. nec conuertatur ordo. le. 1. C. de contrah. stipul. Ripa in rub. col. 1. vbi Pau. & Alex. nu. 13. de verb. oblig. ratio dubitandi. vt. §. ante hæredis. Insti. de leg. l. ambiguitatis. leg. præposteri. de testam. C. vi. le. 2. §. prius. de vulg. vbi Areti. Alex. & Ias. & Deci. in le. hac consultiss. C. qui testamenta fac. pos. Quartò ꝙ fiat inter pręsentes l. 1. ff. eod. l. vt inter C. de inutilib. stip. §. mutum. Inst. eod. Quintò ꝙ interroganti respondeatur in continenti, vel ex modico interuallo. l. continuus. de verbo. oblig. ff. Sextò ꝙ tam interrogatio q̄ respōsio fiat inter præsentes. l. 1. §. 1. secundū verum intell. de quo per Ripā ibi in prin. qui plures intell. refert de verbor. oblig. ff. Septimò, quòd non sit diuersitas inter interrogationes & resp. quo ad rem in stipulationē deductam. §. præterea. Instit. de inut. stip. l. 1. §. pen. de verbo. obliga. ff. Octauò, ꝙ non sit diuersitas qualitatis inter interrogationem & resp. l. 1. §. si quis simpliciter. de verbo. oblig. ff. Nonò, ꝙ verba exaudiantur à contrahentibus. l. 1. in princ. de verb. oblig. ff. l. 1. §. pen. de acti. & oblig. Decimò, quod intelligantur. l. 1. §. fi. de verb. oblig. ff. §. 1. Institu. eod. titu. Vndecimò, ꝙ interueniat verborum geminatio, quod iure veteri procedebat, hodie tamen opus est vt in §. 1. Instit. de verb. oblig. & eadem ferè requisita exiguntur per l. 1. & 2. & 3. titul. 11. parti. 5.

Cùm ergo ad creationem stipulationis vt ritè formata videatur non sufficiat sola interrogatio & responsio, sed multa alia, de quibus mentionem habuimus, præterea desiderentur, constabit ineptum esse argumentum existimantium in specie nostra stipulationem esse, eo quòd interroga-

interrogatio & responsio. Præsertim cũ licet hæc omnia interfuissent, adhuc stipulatio contracta non videretur, si voluntas,& animus agentiũ non adesset,nec eò tenderet, vt stipulatio,sed aliud genus contractus celebrarent. vt ex pressum est in l.obligationum substantia.§.fi.ff. de acti.& obli. Vnde cum in proposito negari non posit,quin con trahentes contractum emptionis non etiam stipulationis contrahere & celebrare voluerint,& semper id inspiciendũ sit, quod principaliter agitur.l.si quis nec causam.ff. si cer.pet. nec cõtractus quicquã debeat operari vltra intentionẽ contrahentium, vt ibid.superest,vt hic nõ esset contractus stipulationis, sed tantũ emptionis & vendi. Et ita ab ineunte pueritia tenuimus,dũ hanc partem inter plura quam.700. paradoxa olim Salamãticę publicè tuebamur.

Redeundo ad illum articulũ de potestate testatoris circa legis transgresionem, illud non parũ vtiliter quæri potest, an licet per Tauri.l.46.oĩa melioramenta, incrementa,& accesiones,quæ in rebus maioratus contingunt,expensisq; illius, qui maioratũ posidet, fiunt,cedere debeãt vtilitati,& cõmodo sequentis in gradu,qui ad talẽ maioratum post eum expensorem inuitatus erat, id tñ immutari posit ex dispositione illius, qui talẽ maioratum cõstituit. Qua in re,quæ à nemine eorum, quos mihi legere contigit,tacta fuit,dicendum vř, vt ex testatoris maioratũ constituentis dispositione d.l.46.transgredi posit. Quia quæ respiciunt tenorẽ dispositionis, oĩa subiacens potestati & arbitrio testatoris,vt ex cõi & vera opi.resoluimus in §.sequenti.in prin. Quod potisimum hac in re admittendum est,cũ decisio.d.l.46.sit nimis dura, vt firmat ibi Pala.rubi.quod & repetit in rub.de donat.inter virũ.§.62.nu.16. licet eam legẽ quasi tolerabilem & rationabilem reddere conentur Ant.Gomezi.& Castellus ibidẽ. Regulariter.n. expensæ, quæ fiunt in rebus restitutioni subiectis,ad perpetuã rei illius vtilitatẽ debent prẽstari,restitui,& persolui ab eo,cui res illa restituenda est, vt per Bal.in auth.excipitur.nu.4.Pau.in l.fi.§.vbi autem nume.7.C.de bo.quę lib. Alex.in l.1.in addi.ad Bar.C.de bo.mater.Castellus Tauri. l.46.Bal.in l.fi.§.emptor.C.communia de lega. Crotus in l.frater à fratre.nu.124.ff.de condi.indebi.

Nam & cũ nomen debitoris vxor viro suo in dotẽ dedit, expensas in debiti exactione factas mulier satisfacere tenetur,vel in dotẽ eas imputare sol.matrimonio. Ita Bar. in l.j.C.de bo.mater. Verũ contrariũ tenet glo.in l.j.verb. nõ sint.ff.de impẽsis in rebus. qua de re per Bal. in d.l.j.C. de bo.ma.Ias.in l.si in area.nu.3.ff.de cond.indeb.Bal.in l. 2.C.de act.& obli.Cassanæus in cõsuetudinibus Burgun. rub.4.§.17.col.4.Albe.Ang.& Corn.in l.1. C.de bo.mat. vbi Fulg.& alij.Bal.in l.3.nu.2.C.de falsa causa adiecta legato.Pinel.in d.l.j.par.2.nu.70. Bald.in l.per diuersas.nu. 10.C.manda. Bar.Pau.& alij in l.nupta.§.quoties.ff.solut. matrimo.Matth.de Affl.lib.3.consti.rub.13.nu.6.

Illud autem certum est,dict.l.46.non tam durã esse, vt nostrorum plerisque visa fuit. Nam longè durum est,vt in possesionem nostrã alter inserat pedem,etiam si eam meliorem reddere velit,si modò nõ esset refectio necessaria. arg.tex.in l.vnũ ex familia.§.si rem.ff.de leg.2. Vnde vsufructuarius, cui multũ asimilatur possessor maioratus, vt per Rode.xuarex allegatione.9.& per Gomez.Ari.in d.l. 46.non potest parietibus tectoriũ imponere,licet per hoc meliorem faceret rem, in qua vsumfructũ habebat.l.vsufructuarius.j.ff.de vsufr.ibi,quia tametsi excolendo ædificium domini causam facturus esset meliorem,non tamen id suo iure facere potest. Ad idem l.vsufructuarius.2.ff.de vsufr.ibi,vsumfructuarium ędificium inchoatũ consumare non posse. Sic ergo & in proposito si possessor maioratus rem suis expẽsis meliorẽ reddiderit,iniquum esset successorem in eo onerari, vt expensas reficeret, quam rem nostrates suprà relati non videntur percepisse.

Qua ratione etiam seruitutem rebus maioratus acquirere videtur non posse possessor primatus seu maioratus, arg.tex.in l.sed & si quid.§.fi.ff.de vsufru. vbi vsufructuarius seruitutẽ fundo acquirere non potest, verũ id ad possessorem maioratus, quem dominũ esse aliàs ostendimus. & probat Ant. Gomezi. Tauri.l.4.nu.75. trahere tutũ nõ esset, cum vsufructuarius non dicatur dominus, vt in §. seruus.1.2.& 3.Insti.de hęre.insti.l.qui vsumfructum.vbi per Alex.Ias.& alios.ff.de verb.oblig.

Illud autem circa dict.l.46. nõ in ciuile esse videtur, vt expensas litis,quæ mota est circa rem maioratus, quisque maioratus possessor per totum tempus vitæ suæ facere teneatur,vel quatenus lis durauerit.argu.text.in l.j.C.de bo. mat.ibi,sumptus ex fructibus facere. Nam & pater,qui habet vsumfructum tantum in bonis filij sui aduentitijs, eas expensas facere tenetur,licet reliqui fructuarij non teneantur,vt ex communi opi.resoluunt Bal.in l.1.§.1.in prin.ff. de vsufr.Gozan.consil.94.nu.37.Ant.Gomez.de contract.c.15.num.7.notant Bart.Bal.Ang.Corne.Pinellus par. 2.num.68.vbi alij.C.de bonis mater. In simili per Alex.in l.si vir.ff.ad leg.falc.Bald.in l.2.C.de liberali cau.Alex.in l. vsufructu.ff.ad leg.falci. ergo huiusmodi expensas multo magis facere tenetur possessor maioratus, quem verum dominum esse ostendimus.

1 *Testator potest immutare quæ respiciunt tenorem testamenti, non quæ eius formam & perfectionem respiciunt, cum communi.*

Declaratio.l.7.& 8.tit.12.lib.3.ordin.

2 *Testator non potest vti clausula, non obstantibus, cum cõi.*

3 *Iudicum nulli possunt vti clausula, non obstante, cum cõi.*

4 *Iudicibus princeps quæ sunt potestatis ordinariæ non absolutè concessisse videtur.*

L.2.tit.12.lib.3.ordin.

Princeps Hispanus an possit legibus derogare.

5 *Legatus de latere non põt cõmittere causam simpliciter & de plano cognoscendam, cum cõi contra Hannibalem.*

Intellectus.l.formam.

6 *Statutum contra legem inferior facere non potest, cum cõi.*

Declaratio.l.1.Tauri.

L.11.tit.1.lib.3.ordin.

7 *Clausula, appellatione remota, testator, vel alius inferior vti non potest, cum communi.*

8 *Intellectus.l.fin.C.de sententijs.*

9 *Clausula, appellatione remota, inferior etiam in præiudiciũ suum vti non potest, contra Fulgo.& Ripam.*

10 *Clausula, ex certa scientia, inferior vti non potest, cum Ripa & alijs.*

11 *Clausula, de plenitudine potestatis, inferior vti non potest, nisi ex magna causa, cum communi.*

12 *Clausula, simpliciter & de plano, vti nõ potest inferior, cum communi.*

13 *Clausula, motu proprio, inferior vti non potest.*

14 *Duces, Comites, & Marchiones superioribus clausulis vti possunt, cum communi.*

15 *Statuta præter legem populus inferior facere potest, non contra legem, nisi principis permissu.*

L.1.Tauri.

16 *Duces, Comites, & Marchiones Castellæ nequeunt facere statuta contra legem.*

Declaratio.l.5.tit.4.ordin.lib.1.& l.1.Tauri.

Declaratio.l.7.tit.3.lib.1.ordi.& l.4.tit.1.lib.3.ordinã.

Iudex laicus reum sententia iudicis ecclesiastici damnatũ, sibiq; ad necẽ traditum, vltimo supplicio afficere non debet, nisi constito sibi de iustitia sententiæ, cũ communi legistarum, contra communem cano.iure, regio, & cõmuni.

17 *Regnum non debetur primogenito iure diuino, cum Ripa contra magis communem.*

18 *Princeps potest primogenito regnum auferre, & secundo genito transferre, si ille sit dementia, vel improbitate insignis, noua opinio.*

19 Testator

19 *Testator, qui centum mihi legauit, & donec ab hærede non præstarentur, iussit, certam summam annuam mihi, id iubere potuit, cum multis contra communem.*

20 *Vsura committitur in solo contractu mutui, cum communi.*

21 *Vsuram accipere pōt, qui mutuat cōpulsus, cū Pau.& alijs.*

23 *Vsuram percipere potuerunt illi quibus inuitis, iussu Principum aurum & argentum, quod ab Indorum regionibus reportarant, ablatum fuit.*

24 *Vsura debetur legatario, qui ab inuito hærede summam legatam petere non poterat, cum Ripa & alijs contra Crotū, Ias.& alios.*

25 *De eadem re.*

26 *De eadem re.*

27 *Forma iudicij potest immutari de partiū cōsensu, ita vt simpliciter, & de plano procedatur cū Accursio cōtra cōem.*

L.11.tit.1.lib.3.ord.

Declaratio.l.5.tit.de los Alcal.lib.2.ordin.

L.11.tit.1.lib.3.ordin.

28 *Maioratus successori non nocet sñia lata contra possessorem, de cuius consensu processum fuit simpliciter, & de plano.*

29 *Arbiter de consensu partium potest cognoscere simpliciter, & de plano, cum communi.*

30 *De eadem re.*

31 *Arbiter etiā non sponte electus, potest de cōsensu partiū simpliciter, & de plano procedere, cōtra Crotū, & Hannib.*

32 *Statuto etiam superiorem recognoscentis induci potest, vt procedatur simpliciter, & de plano, cum communi.*

33 *Pactum, vt debitor capiatur propria authoritate creditoris, an valeat, quòd non, cum communi.*

34 *Pactum, vt debitor à iudice capi possit, omisso iuris ordine, valet, contra Alex. Crotum, & alios.*

L.4.tit.2.lib.4.ordin.

L.3.in paterno Alcau.

35 *Accessorium sequitur principale.*

36 *Hæres eius, qui propria authoritate creditoris capi poterat, ex legis dispositione poterit similiter capi propria authoritate, cum communi opinione. Idem si ex conuentione partium capi posset, contra communem.*

37 *Hæres debitoris fiscalis in vinculis est detinendus vt detineretur defunctus, licet fideiussores dederit, nisi fecerit inuentarium.*

Intellectus.l.8.tit.quarti, lib.6.ordina.& l.130.in quaterno Alcau.

38 *Mulier, quæ fuit hæres fisci debitoris, an sit vinculis detinēda*

L.62.Tauri.

L.62.Tauri.

L.2.tit.10.lib.5.ordina.

39 *Instrumentum vt contra debitorem, ita contra eius hæredē potest exequi, cum communi.*

40 *Instrumentum vt exequi potest in fauorem creditoris, ita et in fauorem hæredis ipsius, cum communi.*

41 *Idem in successione singulari, cum communi.*

42 *Idem si statuto diceretur instrumentum habere exequutionem paratam contra debitorem scriptū in ipso instrumento, cum communi.*

43 *Idem si statutum diceret instrumentum exequi contra promissorem, contra Alexan. Decium, & alios.*

44 *Statutum, quòd frater à fratre rōne debiti non capiatur, non extenditur ad hæredem fratris debitoris, contra Alex.*

45 *Hæres, qui fecit inuentarium, non potest pro debito defuncti incarcerari, cum communi.*

46 *Hæres debitoris fiscalis si inuentarium fecit, non potest incarcerari, cum Bald.& Alexand.*

Intellect.l.130.in quaterno Alcau.

L.8.tit.4.lib.6.ordinam.

Maioratus possessor inuentarium an facere teneatur?

Et quid in fructua. & vxore bona mariti pro dotis restitutione detinente?

Inuentarium an pater facere teneatur vel accusatus de crimine?

Inuentarij confectio non impedit actiones pro parte hæreditaria confundi.

47 *Amplia etiam si defunctus, in mora non fuisset, cōtra Alex.*

Intell.l.8.tit.4.lib.6.ordi.

L.130.in quaterno Alcau.

48 *Instrumentum exequi non potest contra hæredem debitoris, nisi precedat citatio, cum communi.*

Intell.l.4.tit.de las excepcio.lib.3.ordinament.

49 *Cessio bonorum, liberat à vinculis, cum communi.*

Intell.l.8.tit.4.lib.6.ordina.

L.130.in quaterno Alcau.

50 *Amplia vt procedat etiam in fisci debitore.*

51 *Cessio bonorum licet liberet à Vinculis, non tamen habetur pro solutione, cum communi.*

52 *Decima debetur executori, etiam si contra hæredem fiat executio, contra Decium, & Bald.*

Intell.l.22.tit.de los Alguazi.& l.1.2.& 3.tit.fin.lib.5. ordina.

53 *Ratio in lege expressa operatur vt fiat extensio etiam in correctorijs cum communi.*

Instrumentum an propria manu Tabellionis oporteat esse descriptum?

Tabellio videtur rogatus de clausulis consuetis.

Pater in maternis non potest agere sine filij consensu requisito saltem, non sic in aduentitijs.

Pater potest procuratorem sine filij consensu constituere.

REDEVNDO ad illum articulum de potestate testatoris circa formæ transgressionem, infertur.

Decimononò & principaliter longā esse differentiā inter ea, quę pro forma testamenti desiderātur, nā hæc immutari non possunt per testatorē, & ea, quæ à lege inducta fuerunt, quo magis volūtas testatoris obseruetur, & sic eius volūtatis tuēdæ gratia, hæc.n.de volūtate testatoris immutari possunt, vt in auth.de nup.§. disponat.& in l.in cōditionibus primū locū.ff.de condi.& dem.& in l.filiū quē.in verbo.sanciat.vbi notāt Ias.& Corasi.post alios.C.fam.hercis. Ratio differētiæ: quia ea, quæ
1 pro forma † dispositionis inducta sunt, si immutentur per testatorē, qui etiā velit adhuc eam dispositionē valere non secus q̃ si eius forma immutata nō esset, tūc ea dispositio in vim illius dispositionis, de qua agebat, valere nō posset, & testator, qui contrariū vellet, sibi ipsi pugnaret, contrariusq; esset, nō secus, q̃ si vellet suam dispositionem testm̃ esse, & testm̃ non esse. Nam cū forma sit quæ dat esse rei qua de agitur.l.Iulianus.§.sed & si quis.ff.ad exhiben. forma omissa, eas res suum esse habere desinit: & licet possemus testatori cōdonare, vt ea dispositio aliquo modo valeret, tñ vt valeret ī vim illius dispositionis, cuius forma prætermissa fuit, concedere nō possemus, quasi harū rerū inter se naturaliter pugna esset, vt in regula. vbi repugnātia. reg.iur. Ita sentit gl.j.in l.nemo pōt.ff.de leg.j.& sequūtur cōiter Bar.ibi ī prin.Bal.Ang.Imo.Cuma. Pau.Are.Alex. Ias.nu.3.lectu.j.& nu.j.in 2. lectu. Ripa nu.j.cū seq.Crot. nu.10. Hanni.nu.44. cū plu.seq. Alia ratio est secundū Ias. in d.l.nemo pōt.col.2.lect.j.quia inferior, qualis est testator, non pōt tollere legē superioris.c.cū inferior. de ma. obed.l.3.ff.de alie.iudi.mut.c.fact.cum oīs creatura præter principē sit superioribus ptātibus subdita.l. digna vox. de legib.c.2.de mai.& obe.c.j.de consti.l.princeps.ff.de legib. Sed hanc rōnem impugnat Ripa in d.l.nemo pōt. prin.& bene: quia attēta hac rōne, sequeretur testatorē posse legis prouisionem, seu dispositiones prætermitte-

qu

quod verum non esse, innumeris legibus, rationibus, & exéplis docemur, quæ suprà. §.3.nu.3. adduximus, & retulimus. Vnde superior ratio tenéda est, & generaliter intelligendum est, oĩbus legibus circa successiones loquentibus posse testatorẽ derogare, preterquã legibus, quæ formã, solennemq; obseruationẽ inducũt, vel in alijs casibus, in quibus lex post suũ preceptum vltra processit, declarando testatorẽ nõ posse illud immutare. Ita tenet Ripa vbi suprà. Bal. in l.2. C. vt in poss. leg. Alex. in l.j. col.12. ff. de leg. j. Deniq; testator vetare põt in suo testamento, ne pia loca quicquam ferant, etiã si ea solita sint, vt in l.7. & 8. tit.12. lib.3. ordi. quia hæc tenorem contentorum in testamento non etiam formam legis respiciunt, idq; etiam in preiudicium priuilegiorum ipsorum piorum locorum, vt ibidem.

Infertur vicesimo, & principaliter testatorẽ non posse vti † clausula illa non obstãtibus legibus &c. vt expressim tenent Fran. de Ripa in d.l. nemo põt, nu.8. post Bal. Ang. Imo. & alios cõiter ibi. vbi Alex. nu.2. Bal. in l. rescripta. C. de precibus Imper. offer. idẽ Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. trin. & fide cath. col.10. l. formã. C. de officio præfect. pretorio. Io. And. in c. fi. de appel. in 6. in nouella. & in addi. Spec. in rub. de elect. Bald. in l. omnes populi. col.5. ff. de iusti. & iur. & est communis opi. secundum Ripam vbi suprà. Ias. in d.l. nemo potest, nu.5. lectu. j. idem Iaso. nu.5. ibidẽ vbi idẽ similiter tenet Io. Crot. nu.4. col.3. versi. infertur tertiò, & ibidẽ per Ioannem Hannib. nu.44. versi. ex præmisso. per eundem Ias. in d.l. rescripta. & per Felinum in c. nonnulli, col.28. de rescriptis.

Quod primò intelligitur, vt procedat per modũ directum secundum cõem opinionẽ suprà relatam. Secundò etiã intelligitur, vt procedat etiã per indirectũ, secundum Ias. in d.l. nemo potest. lectu.2. nu.1. Bar. & alij cõmuniter in l. Seius & Augerius. per tex. ibi. ff. ad l. falc. l. qui testamentum. ff. de probati. l. cum quis decedens, §. Titia. ff. de leg. 3. & est ex mente eorum quos modo retulimus.

Tertiò intelligitur, vt procedat in testatore priuato vt in l. testandi, C. de testa. & in l. si testamentũ, eo. tit. & in d. l. nemo potest, & in l. quidã decedens, ff. de admit. tut. & in l. fi. ff. de leg. hære. & in c. requisisti. & in c. tua nos. de testa. & ita intelligunt docto. communiter suprà relati.

3 Quartò intelligitur etiã in † summis magistratibus, qualis est præfectus prætorio, vt in d.l. formã. Ratio, quia isti ponuntur ad reddendũ ius, & sic contra formã iuris disponere non possũt, vt in l.2. §. post originẽ. ff. de orig. iuris. iũcta. l. illicitas. §. vniuersas. ff. de officio præsidis. Et ista est vera & cõis opi. vt per Alex. Ias. Ripã, Crotũ Hannibalẽ, & omnes alios cõiter, quos suprà retulimus. Facit quod ait Bar. nu.8. in l. oẽs populi. ff. de iust. & iur. Roma. cons.218. Presens. plenè & notabiliter per Deciũ cons.403. Quãuis. col. j. Vnde apparet perniciosissimè errasse oẽs † iudices supremos, qui existimant posse se iudicare præter formã & solennẽ legum obseruationẽ, sola, vt ipsi aiunt, veritate inspecta, quã ipsi colligunt & inuestigant peculiaribus quibusdã suspicionibus, coniecturis, & probationibus nõ sat legitimis, in certissimum aĩarum suarum interitũ, & perditionẽ. Et cũ exercitus, versatusq; sim in varijs summisque prætorijs cum alijs senatoribus, quamplures hac temeritate vtentes vidimus, non intelligentes in generali iurisdictionis concessione, quæ à summis principibus supremis iudicibus & magistratibus condonatur, & commendatur, non comprehendi ea, quæ principibus reseruata sunt, vel quibus princeps vti potest de plenitudine potestatis, sed ea tantũ, quæ principi competunt de potestate ordinaria, & legib. allegata secundũ Decium vbi suprà, nu.3. & plerosq; eorum, quos iam retulimus. per cap. quod translationem. de offic. legat. & in Clem. ne Romani. de elect. & d.l. formã c. cum inferior. de mai. & obe. c. cũ inferior. 21. dist. Et ita nos intelligimus pulchrã. l.2. tit.12. lib.3. ord. quę secundũ nostrã interpretationẽ idẽ probat. quinimò etiã in l.2. tit.12. lib.3. ordi. apertius probatur quã alibi. Hoc amplius etiã in ipsomet principe idẽ probare videtur, vt plenè attigimus in §.17. nu.37. cũ sequen. quod intellige iure regio, non sic iure cõmuni, cũ declaratione, de qua ibi.

5 Quintò intelligitur, vt procedat etiã in † legato de latere, qui per rescriptũ committere non potest causam summariè cognoscendã simpliciter & de plano, iuris ordine non seruato. Ita tenet gl. in c. fi. in gl. magna. de hæreti. lib. 6. quam sequuntur & dicunt cõiter recepta Alex. & Iaso. vbi suprà. est similis gl. in Clem. sæpe. in verbo, mãdamus. de verb. signi. Spec. in tit. de lega. §. superest versi. sed nunquid legatum. Guiliel. de Cug. in l. nec quidquam. §. de plano. ff. de offic. procons. Bal. in d.l. nec quidquã in §. fi. Ang. in quæstione sua incipiente, Astensis miles, post medium. Ant. in c. dilecti. de iudic. per tex. ibi Fel. & Dec. post alios in c. j. de rescrip. idem Feli. post Panor. in cap. mandata. de præsum. Ias. in §. in bonæ fideic. Insti. de actio. Ripa in d.l. nemo nu.9. gl. in c. indennitatibus. in verbo, sine strepitu. de elect. lib.6. & in Clem.2. in gl. fi. in fi. de rescr. Spe. in tit. de proba. §. superest versi. sed nunquid potest cognoscere Abb. cons.66. Quanquam multa lib.2. idem Spe. in tit. de locato. §. superest in versic. sed nunquid possit instituere. Abb. in c. dilecti. col.2. de iudi. tex. in c. dilect. 1. iuncta glo. de præben. facit gl. notabilis in c. illorum in verbo, autem de præbẽ. in 6. Ias. in d.l. nemo nu.6. lectur.1. idem Ias. ibidem lectur.2. nu.6. Io. Hannib. nu.44. in d.l. nemo potest, & in nu.110. Io. Cro. ibidem nu.4. Et ista est vera & communis opi. licet cõtrarium velit Io. Hannib. vbi suprà. cuius opi. excluditur per d.l. formã cuius verba ita habent, Formam à præfecto prætorio datã si generalis sit & minimè legibus, vel constitutionibus cõtraria, si nihil postea ex authoritate mea innouatum est, seruari æquum est. Quorũ verborum sensus est, vt statuta præfecti prætorio tunc demum sint seruanda, si sint præter legem, non autem si sint contra legem. Facit text. in princip. Institut. de offic. iudicis dum ait. In primis illud obseruare debet iudex, ne aliter iudicet, quàm quod legibus, aut moribus, aut constitutionibus introductum est.

Sextò intelligitur vt procedat etiam in statutis conden-
6 dis: nã † inferior à principe licet posset facere statutũ præter legẽ, vt in l. ius ciuile. vbi latè Ias. post alios. ff. de iust. & iur. tñ statutum contra legem superioris regulariter facere non potest, per dictã l. formam. Ista est vera & communis opinio, quã tenet Alex. in d.l. nemo. nu.4. Bal. & Imol. in l. ex duobus. §. fi. ff. de vulg. Ant. & Imo. in c. fi. extrà. de transactionibus. latè per Hannibalem in d.l. nemo. nu.44. cum pluribus seq. Ias. ibidem. num.13. in secunda lectura. Bar. in l. cunctos populos. de summa trinita. vbi Iaso. post alios. tradunt communiter doct. in l. fi. per tex. ibi. C. de testamentis. Vnde infertur vera declaratio ad l.1. Tauri ibi, E no fuеren contrarias a las dichas nuestras leyes. vbi statutum municipale nõ aliter obseruatur, aut vim legis habet, quàm si legibus huius regni non directò aduersetur. & dicam infrà. nu.15. Fallit tamen in iudicio causa litiũ finiendarum de iure regio. argu. l.11. tit.1. libr.3. ordi. vbi forma iudicij omissa, non vitiatur iudicium, etiã si sit de substantialibus iudiciorum. Per quam legem not. limitatur. tex. in princip. Insti. de offi. iudi. dum ait, iudicem imperitum facere litem suam, vt procedat, quando nocuit circa sententiam, non sic si processus ordinem prætermisit.

7 Septimò etiã intellige vt procedat in † illa clausula, appellatione remota. Nam licet princeps, qui non recognoscit superiorem, possit cõmittere causam appellatione remota, tñ nullus alius potest, qui sit inferior sommo principe. Ita tenet gl. in c. quod translationem. in fi. gl. magna de offi. legati. Ang. & alij in l.1. §. fi. ff. à quibus appellare non licet. Abb. & alij in c. pastoralis. col.2. de appellationibus. Bal. in l.2. C. eo. tit. Dec. consil.403. quanuis. col.1. Ripa in d.l. nemo potest. nu.13. Ias. ibid. in 1. lectu. nu.7. Imo. in d. l.1. §. fi. ff. à quibus appellare non licet. idem Ias. in d.l. nemo potest. nu.8. in 2. lectu. vbi Ioan. Hannib. nu.56. & ibi Crot. nu.4. Et ista est vera & communis opi. quæ intelligitur dupliciter. Primò quando ille inferior nõ habebat potestatem

testatem iudicandi appellatione remota. Secundò etiam si appellatione remota iudicare posset. vt in c. super quæstionum. §. si verò. de offi. delegati. Cuius rei prima ratio est: quia nõ licet inferiori tollere ius tertij, l. si priuatus. ff. qui & à quibus. Secunda ratio colligitur ex tex. in c. quæ in ecclesiarum. de constitutionibus. Tertia ratio, quia inferior nõ potest nocere vel detrahere authoritati sui superioris. c. venientes. de iureiurando. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebel. Vltima ratio: quia non potest inferior tollere legem superioris, vt iam admonuimus.

Sed contra hanc veram & cõem sententiam fortiter fa-
8 cit tex. in † l. fi. C. de sentẽtijs & interlocutionibus oĩum iudicium. ibi, vt non liceat partibus ante diffinitiuam sñiam ad appellationis vel recusationis venire auxiliũ. vbi probatur, ꝙ iudices ordinarij solẽt causas, vel causarũ aliquos articulos delegare, ita vt delegatus ante diffinitiuã sñiam nõ
9 recipiat † appellationem, vel recusationẽ. & sic videtur per illum tex. ꝙ tales iudices possint cõmittere causam, appellatione remota. Quod Fulgosius ibi admittit eo casu, quo iudex id faceret in præiudiciũ suijpsius, non aũt in præiudicium superioris, quasi ibi ita causa delegata fuerit, vt à delegato appellari non possit ad ipsum delegatũ, possit tamẽ appellari ad superiorem, cui nocere non potuit ipse delegãs. Et hũc intellectũ nouiss. sequitur Ripa vbi suprà. Qui intellectus nullo modo placet. Nam vt inferior delegans non potuit præiudicare superiori, ita quoq; sibijpsi præiudicare non potuit. argu. tex. in l. ille à quo. §. tẽpestiuum. ff. ad Trebel. & in l. si quis in prin. testam. ff. de legat. 3. Facit, quia iurisdictio est potestas de publico introducta cũ necessitate iuris dicendi. vnde hanc necessitatẽ à se abdicare non potest ipse, qui causam delegauit. non magis, ꝙ̃ se subducere à reliquis publicis muneribus, vt per totum. ff. de muner. & honorib. Vnde tenenda est hæc cõclusio contra Ripã & Fulgosiũ, vt inferior principe nõ possit cõmittere causam, appellatione remota, in præiudiciũ suijpsius, nõ magis, ꝙ̃ in prçiudiciũ superioris. Et verus sensus illius l. fi. est, ꝙ iudex ibi voluit delegare causam, vel causæ aliquem articulũ, remota ea appellatione, quæ de iure interponi non potuit: qualis est appellatio, quæ interponitur à sententia interlocutoria, quæ appellatio de iure ciuili regulariter non admittitur: vnde illa expressio cum tacitè inesset, nihil operatur, vt in l. 3. ff. de lega. j. & in l. si non rectè. C. de fideiuss. Et de intellectu illius text. vide Ias. in l. si quis ita, nu. 5. de verb. oblig.

10 Octauò intellige, vt procedat etiam in illa † clausula, ex certa scĩa: quia talis clausula habet vim clausulæ, nõ obstante. secundũ gl. in clem. & si principalis. in gl. fi. de rescri. De quo latè per Felinũ in c. nõ satis. in prin. col. j. de rescri. per Curtium in consi. 66. col. 7. quinimò etiã habet vim illius clausulæ, de plenitudine potestatis, secundũ Abbatem in c. ad hæc. de rescrip. plenè per Felinũ in c. cùm inter. de exceptionibus. Vnde inferior non potest vti clausula, ex certa scientia, non magis, quàm illa clausula, non obstantibus legibus in contrarium latis. quod similiter tenet Francisc. de Ripa in d. c. nemo potest. col. 3. in princip.

11 Nonò intelligitur etiã in illa † clausula, de plenitudine potestatis. qua solus Papa, vel Imperator vti põt, inferior aũt non potest tali clausula vti, non magis, ꝙ̃ illa clausula, non obstantibus legibus in contrariũ latis. Ita tenet Spe. in tit. de leg. §. nunc ostendendum. versi. 18. Ripa. in d. l. nemo. nu. 13. Abb. in c. j. de transact. Curti. consi. 50. col. 3. & consi. 66. col. 10. & Aret. in d. l. nemo põt. Limita primò, vt non procedat subsistente necessaria, seu euidenti causa rescribẽdi contra ius, tunc. n. ex tali causa recedimus à regula superiore, vt etiam inferiores hmõi clausulis vt possint. Ita tenent Anto. & Imo. in c. fi. de transactio. quia ex iusta causa potest inferior mutare iuris dispositionem, secundũ Bal. & Ias. col. 3. in l. oẽs populi. ff. de iustit. & iure, per Felinum in c. 1. col. 12. de constitutionibus, arg. tex. in l. si hominẽ. ff. mandati. Alex. in d. l. nemo potest. nu. 5. idẽ Alex. consi. 248. Perspectis. lib. 2. Abb. in c. studuisti de offi. legati. & in c. at si clerici. §. de adulterijs. col. 5. de iudicijs. Ripa in d. l. nemo potest. nu. 15. vbi Ias. nu. 8. in 2. lectu. & iterũ in prima lectura, nu. 8. idem Ias. in d. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Crotus in d. l. nemo. nu. 5. qui alleg. tex. in l. vtilitatẽ & in l. confirmando. ff. de confir. tut. vbi iudex ex causa non cognita à testatore, eius voluntatem alterare & immutare potest, licet regulariter testatoris voluntas religiosissimè obseruanda sit. vt in l. in conditionibus primũ locum. ff. de condi. & demonst. & in auth. de nuptijs. §. dispo nat. facit gl. in c. tempora pœnitudinis. 26. q. 7. & in c. latorem. 33. q. 2. quæ dicunt, ꝙ inferior pœnitentiam iniunctam à superiore ex causa minuere potest. & hanc cõmunem opinionem sequitur Io. Hannibalis in d. l. nemo. nu. 58. post Carolum Ruinum & alios ibi. Abb. in c. 2. de probationibus. Francis. de Crema in singulari. 152. dixit, ꝙ si mandatum fuisset per Principem Capitaneo armorum ꝙ non præliaretur cum hostibus, & si spreto mandato, præliatus fuisset, & res bene successisset, vt quia hostes deuicit, tamen, hoc non obstante, licet res bene successerit, pro præmio debet decapitari. l. 3. §. in bello. ff. de re mil. Tamẽ si ex aliqua noua causa superueniente, vel etiã veteri, quæ Principi latebat, licet tunc talis Capitaneus contrauenerit, puniri non debet. d. l. si hoĩem. ff. mand. facit tex. in c. dilecti filij. & c. suggestum. extrà de decim. Ratio: quia quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. c. si sæpe. de in integ. rest. & l. oratio. ff. de fer. & ideo alteratur de necessitate, quia lex cessat de per se, nec attendi debet. leg. 1. C. de oper. liber. & l. 1. ff. de offic. Consul. & l. fi. ff. de milit. testa. Et facit, nam baptismus solùm à sacerdotibus est tradendus. c. constat. de pœnit. dist. 4. tamen subsistente necessitate laicus baptizare poterit. vt per gl. 1. d. c. constat. & est. tex. cum gl. in c. sanctũ. de consecra. dist. 4. Item, subsistente necessitate, furtum permittitur, imò (quod est plus) subsistente necessitate, omnia sunt communia. c. 4. extrà. de fur. cum gl. Item propter necessitatem potest actus expediri sine consensu eius, qui aliàs debet cõsentire. vt est tex. in l. tutor qui repertorio. ff. de admi. tuto. vbi ex cau. necessaria tutor potest administrare bona pupilli, nullo inuentario confecto, qui aliàs, ea cessante, nõ põt. & Abb. per illũ text. in c. fi. col. 2. extrà. de ecclesi. ædifi. infert ad casum de alienatione fiẽda de bonis ecclesiæ cathedralis, de qua ibi.

Decimò intelligitur conclusio vt procedat etiam in illa
12 † clausula, simpliciter & de plano. Nam inferior non põt rescribere, vel dispensare, ꝙ simpliciter & de plano in aliqua causa procedatur, & si talis inferior causam cõmittat cognoscẽdam, vel decidendã simpliciter & de plano, talis clausula ex defectu potestatis habetur pro nõ apposita: vnde processus citra solennẽ iudiciorũ obseruationẽ factus non valeret, nec sñia lata, non magis, ꝙ̃ si in tali causæ commissione talis clausula apposita non fuisset, ne inferior videatur tollere legem superioris, aut ius publicũ lædere, aut iuri alterius tertij non consentientis prçiudicare, contra d. l. fi. ff. de suis & leg. l. ius publicum. ff. de pact. l. testãdi. C. de testa. c. requisisti. & c. tua nos. de testamentis. Et ita in specie est communis opi. quam tenent in prin. d. l. nemo potest. Alex. Ripa, Crotus, Ruinus, Io. Hannibalis, & Iason in vtraq; lectura. gl. in clem. sæpe. de verb. sign. in verbo, mandamus glo. in c. fin. in glo. mag. de hæreti. in sexto. Guiliel. de Cugn. in l. neq; quicquam. §. de plano. de offic. procon. ff. Bal. in d. l. neq; quicquam. §. fi. Ang. in qu. sua, incipiente Miles Astensis, cum alijs suprà citatis. Deci. in c. j. de rescri. Feli. in c. mandata. de præsump.

Postremò intelligitur ex mente eorũdem etiam in illa
13 † clausula, motu proprio, qua inferiores vti nõ possunt, non magis, ꝙ̃ superioribus clausulis, quæ summis principibus reseruantur, & si tali clausula inferiores vtãtur, nullius momenti eius adiectio est. arg. l. codicillis. §. fi. ff. de legat. 2.

Quæ omnia limitantur, vt non procedant, quando est euidens, & coacta necessitas, vt proximè admonuimus, quia per vrgentem necessitatem hæc oĩa dispensantur, permittuntur ad oĩum legum transgessionem, non secus quã

quàm si ipsa lex vltrà procederet hac in re aliqua ex causa dispensando.argum.l.si fideiussor.§.si necessaria.ff.qui satisdare cogantur.l.iam dubitari.in fi.ff.de hæred.inst.l.con ditionibus pupillus.ff.de condit.& demon. vbi per Socin. col.pen.l.si filius qui patri.ff.de vulg.ibi, etenim ius dicētis propositū est liberos oneribus hæreditarijs nō spōte susce ptis liberare,nō inuitos ab hereditate remouere.vbi multa per modernos,& latè Ias.in d.l.fideiuss.§.si necessaria.

Deinde limitatur,vt procedant in iudicibus ecclesiasticis,& regulariter etiam in iudicibus facultatibus,seu profanis,secus autē est in † ducibus,Comitibus,& Marchioni-
24 bus.Ista est communis opi.quam in prin.d.l.nemo potest. per tex.ibi,tenent Alex.Francisc.de Ripa.Ioan.Hannibalis nu.110.post Carolum Ruinum, & Crotum in princ.d. legis.vbi similiter Ias.in princi.vtriusque lecturæ. Romanus consilio 58. Ad discussionem.quinto & sexto dubio. Alex.consil.primo, libro quinto column.decima. Bald.in fi.capitulo quorum appel.non recip.qui intelligunt, quòd Reges,Comites,Duces,Marchiones,qui pro se suaq; pro genie perpetuam habent iurisdictionem, possunt omnibus clausulis superioribus vti.

Iaso.tamen in d.l.nemo, nu.10.secunda lectura,dubitat de hac limitatione, & Ripa ibi.col.3.Quam limitationem apertiùs damnant Crotus ibi.nume.5.& Ruinus column. 4.& Hannibal variat, vbi suprà.Vnde Ripa distinguit inter eos Duces, Comites, Marchiones, qui pro se & sua progenie habent perpetuam iurisdictionem, vt hi huiusmodi clausulis vti posint,nō ita si pro se tantùm,non etiā pro sua progenie habeant perpetuam iurisdictionem.

Illud ergo à plerisque omnibus suprà relatis communiter receptum est, vt si pro se,& sua progenie perpetu ā iurisdictionem nulli principi superiori subditā non habeant, tūc huiusmodi clausulis vti nō posint. Constat.n.talibus clausulis vti non posse Præfectum Prætorio. vt in d.l.formam.C.de offi.præ.prætorio.& tamen is æquiparatur regibus.per gl.in l.1.ff.de offic.Præfecti prætor.tradit Crotus in d.nu.5.ergo Duces, Comites, Marchiones lōgè minus huiusmodi clausulis vti poterunt. Neq; ad rem pertinet, ꝙ Duces, Comites, Marchiones, & similes possunt condere statuta.vt per Bart.in l.5.in princ.vbi per moder. ff.de verb.oblig.Ias.in l.non dubium.nu.22.C.de legibus. nam in intelligitur in statutis, quæ non aduersantur legi superioris,sed sunt præter legem: nam si legi superioris aduersarentur, tunc ad sui firmitatem ipsius superioris con-
25 firmatione egerent. Et ita etiam sustinentur † statuta cuiusq; populi superiorem recognoscentis,vt si legibus superioris non aduersentur,teneant citra superioris confirmationem,sinautem aduersentur,tunc non valeant, nisi con firmati fuerint per superiorem.vt latè per Bart.& moder. in d.l.omnes populi.ff.de iusti.& iure, & in l.ius ciuile.per tex.ibi eo.tit. Nam & episcopus potest condere statuta secundum Ias.nu.22.in d.l.non dubium.& per moder.in d. l.5.in prin.post Bar.ibi.ff.de verb.obli.& tamen huiusmodi clausulis vti non potest,vt nominatim tenent omnes suprà citati.facit.l.j. Tauri ibi, Et si no fueren cōtrarias a las dichas leyes y ordinamientos.Vbi huiusmodi statuta sustinentur, si sint declaratoria, nō sic quādo sunt correctoria.

26 Qui autem in terris non † habent pro se & sua progenie perpetuam iurisdictionem, sed tantùm temporalem, hoc est,pro se,non pro sua progenie,hi nō possunt vti huiusmodi clausulis,secundum omnes,per fundamenta superiora. Sed si pro se & sua progenie perpetuam habeant iurisdictionem,tunc secundū Ripam vbi suprà possunt huiusmodi clausulis vti:quia ipsi in sua ditione possunt leges condere,etiam iuri communi contrarias,vt tenet gl.Bart. & moder.in l.5.in princip.ff.de verbo. oblig.glo.in l.neq; pignus.ff.de regulis iuris.glo.in l.1.§. qui magistratum.ff. quod quisque iuris.Ergo similiter, & faciliùs poterunt in casibus quibusdam vti huiusmodi clausulis,licet aduersentur iuri communi.Quod planè procedit ijs Ducibus,Comitibus,& Marchionibus,& Baronibus, & Regibus, qui summam iurisdictionis habent, & merum imperium in suis terris, & regionibus, non solùm si imperio non subsint,sed etiam si imperio subsint.Secus autem est in Ducibus, Comitibus, & Marchionibus Hispaniæ, qui merum imperium nō habent,hi etiam statuta iuri communi contraria nequeūt facere, & similiter huiusmodi clausulis vti non poterunt, per quas legi superioris aduersatur.argum. d.l.formam. C.de offic.Præfect.Prætorio.& d.l.1. Tauri expresiùs in lege quinta, titulo de las leyes. libro primo ordinam.vbi leges regum.Hispaniarum seruādę sunt,etiā in terris Ducum,Comitum,& Marchionum,quasi illi legum condendarum ius non habeant,sed vti debeant legibus conditis à principibus nostris,ergo ipsis eas violare fas non est,non magis,quàm reliquis.

Illud autem queri posset,an huiusmodi clausulis ecclesia in laicos iure regio vti posset? Mouet quæstionem, ꝙ licet ecclesię summum imperium sit,tamen etiam quādo ecclesia habet iurisdictionem(quod in quibusdam casibus accidit)in laicos.vt in l.7.tit.3.libr.1.ordinam.illa iurisdictio limitata,restrictaque est ad solam cognitionem, non etiam ad executionem, vt ibidem,& in lege quarta,titulo primo,libro tertio ordinam. Neq; sat æquum videretur, vt iudex laicus executioni mandaret sententiam iudicis ecclesiastici latam contra laicum, omisso ordine iudiciario,quale esset,cùm ecclesiastico iudici ecclesia causam,ap pellatione remota,aut simpliciter, & de plano cognoscendam committeret:præsertim cum per d.l.7.ibi,justamen te les es mandado y sentenciado. expressum sit,non aliter tales iudicum ecclesiasticorum sententias per iudices laicos exequi debere,quàm si tales sententiæ iustę sint.Ergo hæc res temperanda sic est,vt si iusta causa interfuit procedēdi appellatione remota vel simpliciter & de plano (propter tenuitatem fortè causæ vel iustitiæ euidentiam, aut notorietatem) tunc sententia illa exequatur,& non aliter, vnde potestas ecclesiæ non deest, sed de rectitudine agendum erit.facit.leg.11.tit.1.lib.3.ordi.vbi iuris ordo omissus in iudicijs non nocet.

Deniq; per d.l.4.& per d.l.7.ibi, justamente les es mandado y sentenciado.appell.est illa communis opin.legistarum,quæ habet, quòd quando clericus curię secularis gradatus traditur vltimo supplicio afficiendus per iudicem ecclesiasticum condemnatus,tunc iudex laicus non tenetur executionem facere,nisi viso processo iudicis ecclesiastici,eoq; iusto inuento,vel alio processu denuò facto,quod etiam in terminis iuris communis tenuit Bart.Ang. Fulg. Paul.& ali communiter in l.magistratibus.ff. de iurisdict. omnium iudicum.Bar.in l.non dubium.& in l.diuus.ff.de custo.reorum. est communis opin. legistarum secundum Imolam,in cap.primo,de offic.ordi.vbi Alciatus,nu.centesimo, communis est secundum Felinum, in capitulo ad audientiam.de hæreti.per Simancas de inst.catho.cap.36. num.3.per Carrerium de hæreti.nume.63.Bernard. Diaz in practica crimina cap.141.per text.in authent. de sanct. episc.§.si verò crimen.& capitulo cùm non ab homine.de iudicijs. dum iubet clericum degradatum puniri per iudicem secularem, vel exilio, vel alia legitima pœna, cuius electio cùm per illum textum detur iudici laico, qui iubetur legitimam pœnam imponere, ipsius laici iudicis erit de iure inspicere quænam legitima pœna pro criminis immanitate imponenda videatur, vel per inspectionem processus à iudice ecclesiastico facti, vel per alium processum denuò factum. Nam & Alciatus vbi suprà firmat vidisse se ex inspectione processus sententiam iudicis ecclesiastici iniustam fuisse deprehensam, & sic per iudicem secularē non fuisse executioni mandatam, qua de re per Barb.in d. capitu.cum non ab homine, in simili per Couarru.libr.2. resolutio,cap.20.numero 7.

Contrariam opin. vt processu non viso, aliove denuò facto secularis iudex clericum sibi traditum teneatur punire per solius sentētiæ iudicis ecclesiastici inspectionem, tenent.Inno.& Abb.in dict.cap.1.num.11.de offic.ordi.

per

per text. in cap. vt inquisitionis. §. prohibemus, de hæreti. in 6. communis videtur ex relatione Simanc. vbi suprà, per Alciat. in dict. cap. 1. nume. 100. per Villam Diego de hæreticis, q. 19. colum. 2. Ignæus in l. 1. §. cum dominus, nume. 41. ff. ad Syllan. argum. cap. pastora. §. quia verò, de officio deleg. vt declarat Alciat. vbi suprà, nume. 119. Verùm prior sententia & iure regio per dict. l. 7. indubitata est, & iure communi longè probabilior: quia par in parē non habet imperium, l. ille à quo, §. tempestiuum, vbi per omnes, ff. ad Trebel. Nec dubium est, quin iudex secularis non subiaceat potestati iudicis ecclesiastici, nō magis, quā iudex ecclesiasticus potestati ipsius iudicis laici, vnde neuter eorum alterius mandata exequi tenetur, nisi quatenus deposcit salus Reipublicę, incolumitasq; animarum, sicq; vterque alteri opem ferre debet, argum. legis, vt vim, ff. de iusti. & iur. ibi, cognationem quandam constito priùs sibi de iustitia opem poscentis. Sic enim in vsu forensi similiter quotidie faciunt iudices laici inter se, & etiam ecclesiastici inter se, dum delinquentem alibi agentem petunt per literas requisitorias ad locum commissi criminis remitti: id quod iudex requisitus facere non debet, nisi viso processu de crimine illo facto ab eo iudice, qui reum remitti postulat. Qua de re alibi. Sic ergo & in proposito, &c. Idemq; intelligo, cum iudex ecclesiasticus laicos hæresis damnatos tradit iudici laico vlt. supplicio afficiēdos. Qua etiam de re alibi latiùs. Ad d. cap. pastoralis, resp. quòd procedit in executore subdito iudici ecclesiastico, nos loquimur in iudice laico, quia subditus non.

17 Infertur vicesimò & principaliter † Regem non posse filium suum priuare regno vi naturalis pręeminentiæ sibi quasi debito, & instituere secundo genitum: quia primogenitus succedit in regno de iure diuino, canonico, & consuetudinario secundum Ioan. Andr. in capit. licet, de voto. Felin. in c. prouidentiam, in princ. col. 2. de offic. delega. Martinus Laudensis in tractatu de principibus, versic. 22. Abb. cons. 3. Nitar. in 2. parte. Curt. senior. cons. 77. Sapienter. col. 10. Ias. in d. l. nemo potest, ff. de leg. 1. in 1. lect. nu. 3. & in 2. lectu. num. 2. Quam communem sententiam sequitur Ripa ibidem nu. 3. qui negat modum & solennem illam obseruationem à iure diuino effluxisse, quinimo à iure cōsuetudinario secundum eundem descendit. Nam inter septē species iuris primogen ituræ, de quibus per glossam, & Archidiaconū in capitulo quam periculosum. 7. q. prima non inuenitur ius succedendi in regno, quod aduersus reliquos verissimum puto: quia constat, quod olim nō successione, sed electione regna referebantur, argum. tex. in l. 1. ff. de constitu. principum.

Limi. hanc conclusionē, nisi is primogenitus esset mente captus, furiosus, vel stultus, vel alias insufficiens ad suscipiendas Reipublicæ habenas, nam hoc † casu pater potest
18 relinquere Regnum secundo genito secundum Felinum & Marti. Laudensem in locis suprà allegatis. Bald. in auth. hoc amplius, colum. 2. C. de fideicomis. idem Bal. in prooemio decretalium, licet aliter sentire videatur in titul. de successione feudi. in fin. principij, & est communis sententia, quam sequuntur Ripa in d. l. nemo potest, nume. 4. vbi Iaso. nume. 4. in 2. lect. & in lect. 3. in princip. Qua ratione idem quoque tentari potest in primogenito, qui esset prodigus, vel malè morigeratus, vt is possit per patrem regni successione priuari, & secundò genito posset talis successio regni concedi, non secus, quàm si is primogenitus esset mente captus: quia furiosus, mente captus, & prodigus ęquiparantur quo ad adimendam eis suarum rerum administrationem, & longè faciliùs quo ad adimendam eis administrationem rerum alienarum, vel status Reipublicę. argum. tex. in l. 1. & ferè per totum. ff. de curatore furiosi. & in l. & mulieri. eo. tit. & ferè per totum. C. eod. Vnde Claudianus de 4. Honorij consulatu sic ait.

Tunc omnia iura tenebis,
Cùm poteris rex esse tui.

Et Seneca in Thyeste.

Vbi non est pudor,
Nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides
Instabile regnum est.

Et Horatius. lib. 1. epist. ad Mecœnatem.

At pueri ludentes, rex eris aiunt,
Si rectè facies: hic murus aheneus esto.
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.
Roscia dic sodes melior lex, an puerorum
Nænia? Quæ regnum rectè facientibus offert,
Et maribus Curijs, & decantata Camillis.

Et Ausonius in Monosyl.

Qui rectè faciet, non qui dominatur erit rex.

Horatius Oda. 2. lib. 2.

Latiùs regnes auidum domando
Spiritum, quàm si Libyam remotis
Gadibus iungas, & vterque Pœnus.

Et Seneca in Thyeste.

Regem non faciunt opes,
Non vestis Tyriæ color,
Non frontis nota regiæ,
Non auro nitidæ trabes.
Rex est, qui posuit metus
Et diri mala pectoris,
Quem non ambitio impotens,
Et nunquam stabilis fauor
Vulgi præcipitis mouet:
Qui tuto positus loco
Infrà se videt omnia,
Occurritq; suo libens
Fato, nec quæritur mori
Mens regnum bona possidet.
Rex est, qui metuit nihil,
Hoc regnum quisque sibi dat.

Et similiter Seneca in Troade.

Et regis alti spiritum dare regi.

Seneca in Herc. furente.

Victima aut vlla amplior
Potest magisq; opima mactari Ioui,
Quàm rex iniquus.

Cùm ergo is qui seipsum regere non potest, sed perditis moribus deditus sit, principalem, regalemq; dignitatē demereatur, reliquum est, vt pater, qui filium dementem, vel aliàs insufficientem potest regni successione priuare, possit similiter regni successione eum filium priuare, qui perditissimorum morum ratione sit non modò ad regni administrationem insufficiens, sed etiam portētum quoddam videatur.

Infertur vicesimoprimò & principaliter, quòd cùm testator non possit formam legis prætermittere, aut ius pu-
19 blicum lædere, non quoque poterit efficere, quòd si † centum mihi legauit, certa summa annua ab hærede mihi præstetur vsurarum nomine, donec illa centum parsoluantur. Ista est communis opinio, quam tenent Bartolus in l. tertia. §. finali, per text. ibi. ff. de annuis legatis. idem Bartolus in l. secunda. ff. de his quæ pœnæ nomine. idem Bartolus in leg. Iulianus. §. idem Papinianus. ff. de actione emptione. Romanus & Alexander columna penultima, in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verborum obligatione. Cro-tus in dicta leg. nemo potest. ff. de legato primo, column. prima. vbi Ripa. nume. vicesimosecundò. Abb. & communiter doct. in capitulo salubriter. de vsuris. Ias. in l. de quibus. de leg. Alex. consi. 27. lib. 4. col. 2.

Contrariam tamen partem tenent Bald. in l. j. q. 3. C. de his quæ pœnæ nomine. & Paulus in leg. cunctos popul. col. pen. C. de summa Trinit. Mouentur per l. 1. C. de h[is] quæ pœnæ nomine. vbi testator potest aliquid præcipe[re] sub pœna, vnde hoc casu pœnæ loco habenda est vsura

præstatio

præstatio,quam testator fieri iussit, eo casu, quo hæres esset in mora soluendi illam quantitatem legatam. Neq; ad rem pertinet text.singularis in d.l.3.§.fi.ff.de annuis legatis.vbi talis vsurarum præstatio de iure etiam ciuili non admittebatur vltra legitimum vsurarum modum: vnde de iure canonico, quo iure ex toto sunt prohibitæ vsuræ, videtur, quòd tales vsuræ nullo modo debeantur.vt in cap. quia in omnibus,& per totum titulum de vsuris.Nam respondetur longam esse differentiam inter prohibitionem vsurarum de iure ciuili, & inter prohibitionem vsurarum de iure canonico. De iure enim ciuili regulariter non prohibentur,sed permissæ sunt,non secus quàm reliquę omnes pręstationes,vt per totum.C.&.ff.de vsuris.& si quando prohibentur, id est propter immensam, immoderatamq́ue quantitatem vsurarum, quæ legitimum modum excedunt,atque egrediuntur.vt in l.eos.in princ.& §.1.C. de vsuris.sicq; eo casu nõ propter peccatum, sed propter duritiem, austeritatem, & molem vix tolerabilem damnantur,vt expressim probatur in d.l.eos.§.1.in prin.C.de vsuris.vt in simili dicimus in pacto legis commissoriæ. vt in l.fi.C. de pactis.pig. Sed de iure canonico principaliter vsuræ prohibentur, propter vitandum peccatum.vt in c. in ciuitate.& in c.cõsuluit.& ferè per totum de vsuris.vnde in specie nostra ratio prohibitionis vtriusq; iuris cessat, & consequenter vsurarum regularis prohibitio cessare intelligitur. Quod cesset ratio vtriusq; iuris,patet: nam ratio iuris ciuilis cessat, quia ponimus vsuras quandiu legati solutio differebatur præstandas non excedere legitimum modum vsurarum, & consequenter de iure ciuili valere, deberiq; tales vsuras.vt in l.3.§.fi.ff.de annuis legatis.Ratio similiter prohibendi, quæ mouit ius canoni.nempè ratio vitandi peccata, vt expressum est in d.c.in ciuitate.similiter cessat:quia hæc vsurarum præstatio non descendit ex prouisione,vel iussione,cura,opera, diligentia,& solicitudine ipsius legatarij vsuras recipientis, sed ex prouisione,cura,opera,solicitudine ipsius testatoris vsuras pręstari iubentis: vnde ex parte legatarij cessat peccatum,cuius animus hac in re inquinatus non fuit,vt in d.c.in ciuitate.Cessat quoq; peccatum ex parte testatoris vsuras præstari iubentis:quia ipsum hæredem,siue per modum pręstandarum vsurarum, siue per alium quencunq; modum potest onerare, non solùm in rebus ipsius testatoris præstandis, sed etiam in rebus ipsius legatarij tradendis, vt est text.in l.vnum ex familia.§.sed & si rem.ff.de leg.2.& Institu.de leg.§. si quis rem. dummodo tale onus non excedat vires patrimonij testatoris. vt in l.si vniuersæ.C.de lega.vel nõ excedat dodrantem bonorum testantis.vt in l.1.in prin.ff. ad leg.falc.& in prin.Inst.eo.tit.Itaq; cùm neq; ex parte legatarij vllum sit peccatum, neq; etiam ex parte testantis, cessat prohibitio iuris canonici, quæ in peccato vitando fundatur.& cùm vsurarum præstatio legitimum modum non excedat,de quo in d.l.eos.§.j.C.de vsuris.cessat etiam vtriusq; iuris,vel iuris tantùm ciuilis prohibitio,quæ inde effluxisse videtur, vt molem immensam, intolerabilemq́; vsurarum præstandarum vitaret,vt d.l.eos.§.1.

Confirmatur:quia licet regulariter pactum futurę successionis acquirendæ vetitum sit propter improbũ & detestabile votum captandæ mortis,sitq́; tale pactũ exosum, punibile,& contra bo.mo.vt in l.1.C.de pact.& in l.stipu. hoc modo concepta.ff.de verb.oblig.& in leg.2.in fi.ff.de his quibus vt indignis.& in l.quidam in iure.§.fi.ff.de donatio.& in l.qui superstitis.ff.de acqui.hæred.& in leg.pactum dotale.C.de colla.& licet improbus esse dicatur,qui solicitus est de hæreditate viuentis. & in l.2. §. interdum. ff.de vulg.tamen illud procedit regulariter,sed fallit,quando ex dispositione alterius quis est solicitus de bonis viuentis. Hinc est,ꝙ vnusquisq; potest esse solicitus de hæreditate, quæ iussu testatoris sibi restituenda est post mortẽ hæredis,& potest petere,vt talis hæres pręstet sibi cautionem de hæreditate sibi restituenda post mortem suã. vt in l.cùm Archimedoram. C.vt in poss.legatorũ. & per totum.C.& ff.vt in possessionem lagatorum. Et licet qui talem petit cautione solicitus sit de legato, vel fideicom. sibi ab hærede præstando post mortem ipsius hæredis,nõ tamen per hoc improbus esse intelligitur:quia hæc petitio habuit originẽ à prouisione & præcepto testatoris,vt per hoc ipse petens non videatur mortem hęredis captare,sed dispositionem testatoris exequi curare. Et ideo si hæres rogatus sit post mortem suam hereditatem mihi restituere,possum ab eo viuente petere cautionem de post mortem suam restituenda mihi hęreditate,nec per hoc improbus esse videor:quia mea solicitudo ex prouisione,& iussione testatoris originem traxit, vt dictis iuribus probatur.Et licet pactum de futura successione etiam omittenda regulariter non valeat, vt in d.l.pactum dotali.& in l.si quando.§.illud.C.de inoffi.test.tamen fallit,quãdo habeo spem & ius ad bona viuentis ex dispositione alterius,putà testatoris,nam tunc valet pactum de illa futura successione omittenda,vt in l.j.& in l.cùm proponas.C.de pact. & in l.de fideicom.C.de transact.& in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.oblig. Sic ergo & in specie nostra legatarius,qui petit vsuras ineunte mora legati pręstandi,easq́ue petit ex prouisione & dispositione testatoris,non videtur improbum lucrum captare,cùm ex dispositione alterius, scilicet testatoris,illud petat.

20 Confirmatur:quia † vsura,quę improba sit,propriè nõ committitur,nisi duntaxat in contractu mutui,nõ autem in reliquis contractibus,& longè minus in vltimis voluntatibus. Ita tenet nouiss.nostræ tempestatis theologorum disertissimus frater Dominicus de Soto in tract.de iust.& iur.lib.6.q.1.art.1.& Laurentius de Rodulphis in tract.de vsuris.par.3.q.1.col.2. & est vera & communis opi.secundùm Hieronymum de Luca.in tractatu de cambijs.q.vlt. nu.48.idemq́; firmat idem Rodulphus in d.tract. in prin. nu.10.post Rofredum.Io.Andr.& Rainerium, quos ipse alleg.Idem tenet Ambr.de Vigna.in tract. de vsu.in prin. post Rofredum, & Rainerium, & sanctum Thom.quos ipse allegat.& glo.in c.conquestus. de vsuris. quam sequitur totus mundus secundum Soci.qui eam sequitur consi. 88.nu.9.lib.2.& illam gl.omnes sequuntur secundum Decium,qui similiter eam sequitur,cons.119.nu.3.Et ista est communis opin.secundum eund. Soci.consi.176.lib.2.& hanc dicit communem opi.idem Soci.in d.consi.88.nu.6. & iterum ibidem.nu.16.sequitur Abb.in rub.de vsuris.& idem Abb.in c.fi.eo.tit.Quæ communis conclusio planè probatur ex communi vsuræ definitione, quæ secundum Dominicũ de Soto vbi suprà post alios ibi relatos ita definitur, Vsura est vsus pretium mutuatæ rei. Pretium aũt rei non mutuatæ,sed in aliam, quàm mutui contractus dispositionem deductæ vsura non esset secundum hanc definitionẽ,quæ demonstrat veram essentiam rei qua de agitur.vt in l.j.§.dolum.ff.de dolo.Vnde in specie nostra longè abest vsuræ vitium, cùm non loquamur in contractu mutui,nec etiã in reliquis contractibus,sed in vltimis voluntatibus.Neq; ad rem pertinet,ꝙ quãdo vnum venit in consequentiam alterius, tunc primo sublato,censeatur & alterum immutatũ. vt in l.alteri.ff. de adimendis legatis.c. à multis.de æta.& qualita.gl.& ibi Abb.de consang.& affinit.c.miramur. de seruis non ordinandis.gl.in c. quia intantum.de præben: Vnde cùm ex toto per ius canonicum vsuræ vetitæ sint.d.c. quia in omnibus. &.c. in ciuitate.& per totum de vsuris.videbatur,ꝙ etiam in vltimis vol.vsura vetita esset,non secus,quàm in contractibus. Sed certè vsura vtroq; iure permissa est,vbi legitimis vsurarum modus non transgreditur, nec vlla est peccati suspicio, quale est in specie nostra.Quod etiam in actibus inter viuos admittendum esset,si modò fraus nulla argueretur de persona ad personam. Vnde si fundum meum possidebas,fortè conductionis causa,& Titio, cui illum fundum donatum re vera volebam, iussi te fundum illum dare, & quandiu non dares certam summam vsurarum nomine præstare, tunc talis vsura permissa esset vtroque iure. argum. suprà dictorum,

dictorum, si legitimum modum vsurarũ non excederet.
Confirmatur conclusio nostra in vtroq; casu, tã in con
tractu, quàm in vlti. vol. per glo. notabilem in c. consuluit.
de vsuris, quæ voluit, quod etiam in cõtractu mutui pos-
sum citra vsuræ vitium aliquid vltra sortẽ recipere, quan-
do ab initio gratis mutuaui, & citra vllam spem aliquid vl
tra sortem accipiẽdi. Vnde cùm tempore dispositionis is
qui vsuram recepit, non habuerit animum aliquid vltra
sortem accipiendi, quinimò neque ipsi dispositioni inter-
fuit, eiusq; rei, quæ gerebatur, ignarus esset, superest, vt vi
tium vsuræ incidisse non videatur.
Præterea facit egregia doctrina Pauli in l. si quis neque
causam, in fi. principij, ff. si cert. peta. vbi vult, quod si ciues
22 † inuiti cogũtur reipublicę vel principi mutuare pecunias,
possunt aliquid vltra sortem vsurarum nomine recipere,
& vsura hoc casu vtroque iure permissa, & inculpata est.
Idem tenuit Pau. consi. 19. & Laurentius de Rodulphis in
d. c. consuluit, in 1. q. tertiæ quęstionis principalis, sequitur
Crotus in l. nemo potest, ff. de lega. j. nu. 3. Quia qui ad mu
tuandum non mouetur improba spe vsuræ percipiendæ,
sed inuitus, & compulsus mutuat, is vsuram vtroque iure
permissam, & inculpatam recipere potest.
Vnde ex facto interrogatus olim in mille casibus idẽ
23 ipse respondi. Nam cum magnam vim † auri & argenti in
felicissimam nostrã Hispaniam nostrorũ quamplures ab
Indorũ regionibus reportarent, cuius auri & argẽti maxi-
mam partẽ sępissimè auferri iussit primum inuictissimus
Cæsar atq; Imperator Carolus. V. Hispaniarũ Rex, dein-
de pijssimus, atq; felicissimus Philippus eius filius, Hispa-
niarum & Anglię Rex, idq; tam pater quã filius auferri ius
sisset, vt saluti publicæ consulerent, ad hostiũ grassantium
impetum sustinendum, & repellendũ, tunc vehementer
controuersum fuit, an hoĩes illi, qui compulsi, & inuiti ne
cessitate coacta & præcisa pecunias, opes, aurũ, argentũq;
suum concedebant, possent aliquid vltra sortẽ recipere. Et
tñ obtentum fuisse, sicq; hominibus, qui erant mercato-
res, atq; negociatores duodecim pro centum, seu pro quo
libet centenario vsurarum nomine præstabatur, & præsta
ri iussum fuit: reliquis autem hoĩbus, qui negociatores nõ
erant, reditus annuus consignatus fuit ex patrimonio rega
li, quia in his non tam res expedita visa fuit, vt in reliquis,
qui mercatores erant, atq; negociatores. Nos aũt semper
respondimus talem vsuram in hominibus mercatoribus
atq; negociatoribus permissam vtroq; iure, atq; inculpatã
esse, & ita obtẽtum fuit: in reliquis autem hominibus, qui
mercatores & negociatores non essent, similiter permis-
sam esse, atq; inculpatam, cum non vltro, sed inuiti atq; co
acti aurum, argentumq́; suum concederent: & quia ibi mi
nimè erat contractus mutui, cum deficeret consensus, &
cessarent omnia requisita ad formã mutui contractus ne-
cessaria. Sed tamen his aliter rem Cæsaris agẽtibus visum
fuit: quæ autem ratio eos mouerit, in comperto non est.
Postremo redeundo ad nostrum principalem articulũ
in fauorẽ legatarij, vt donec sibi legatum præstetur posit
vsuras moderatas percipere ex iussu testatoris, adducebam
doctrinã Bar. & aliorũ in l. in insulã. §. vsuras, ff. sol. mat. dũ
volunt, ꝙ sol. ma. vxor infra annũ ab hęredibus mariti vsu
ras pro dote, quę restitui differtur, licet percipere põt, quia
infra annum ab hæredibus inuitis dotẽ suam exigere non
potest, sed post annum tales vsuras capere nõ posset, quia
tunc ab ipsis inuitis dotem suam recipere posset. Sic & in
specie nostra, is legatarius interea dum sibi legatũ non præ
statur, vsuras licitè percipere potest: quia in potestate sua
non est legatũ ab inuito hęrede extorquere, cũ ex permis
sione testatoris hæres donec vsuræ pręstarentur, compelli
non posset præcise ad legatũ præstandum. Sicq; teneo par
tem affirmatiuam contra magis cõem opinionem, quam
ab ineunte pueritia semper defendimus, & publicè inter
plura quam 700. paradoxa olim Salamãticę sustinuimus.
Ex superioribus infertur decisio illius quæstionis, quã
Romę vehementer controuersam fuisse nostrorũ quãplu
res attestantur. Quidam. n. testator Titio mille legauit, &
24 iussit, vt per spatium decem annorum ab † inuito hære[de]
ea mille extorqueri non possent, si ipse singulis annis cer[tam]
summam vsurarũ nomine legatario præstaret: deinde h[æ]
res illam summam vsurarũ nomine per decẽ annos pręs[ti]
tit: & posteà cũ legatarius mille sibi legata peteret, hæ[res]
volebat recompensare quantitatẽ, quam vsurarũ nomi[ne]
sibi per decennium pręstiterat, vt ea summa de sorte prin
cipali deduceretur. Et tandẽ cum hac in re Aret. consi. 15.
Viso testamento consuluerit talem summã vsurarum n[o]
mine pręstita sorti principali detrahẽdam. quẽ nouissim[è]
sequitur Crot. in l. nemo potest. nu. 3. ff. de lega. j. tamẽ co[n]
trarium in curia Romana obtentũ & iudicatum fuit, vt t[a]
lis summa vsurarũ nomine præstita, sorti principali nõ d[e]
trahatur, sed vtra illas vsuras integras præterea sors deb[e]
tur. Et ita aiunt consuluisse Ioannem Bapt. de S. Seuerin[o]
sequitur Soci. in l. 2. ff. de his quæ pœnæ nomine. Moue[]
tur: quia qui à principio gratis pecuniam mutuò dedit, [nõ]
prohibetur ex post facto aliquid vltra sortem recipere, [vt]
per gl. in d. c. consuluit, deinde quia qui inuitus detinet[ur]
suum repetere, is licitè aliquid vltra sortem recipere po
test. vt per Pau. in d. l. si quis neq; causam. & ꝑ Bart. & ali[j]
in d. l. in insulam. §. vsuras. ff. sol. matr. & per alia fundame[n]
ta superiùs relata. & hanc partem verissimam puto. Ne[c]
ad rem pertinet tex. in l. 3. §. fin. ff. de annuis legatis. in q[uo]
iacet fundamentum eorum, qui tenent contrariam part[em]
nam procedit, quando vsura legitimum modum exced[e]
bat: sin autem legitimum modum non excedat, tunc il[le]
tex. expressim nostram potiùs, quàm contrariam senten
tiam probat. Quod & de iure canonico procedit, cũ in tu[]
vsura recipienda nullum sit animæ vitiũ ex parte recipie[n]
tis, vt ex superioribus satis docemur. Nec me similiter m[o]
uet, quod Ancha. consil. 92. incipiente, Verba testamen[ti]
consuluerit. ꝙ si testator damnat hæredem ad soluendu[m]
decẽ vxori singulis annis pro vsufructu, seu alimentis do
tis suæ quandiu ipsa dotem petere distulerit, tunc mulier [il]
la decem petere non poterit. Nam mouetur per text. in d.
l. 3. §. fi. qui sufficienter probat contrariũ, quando illa dec[em]
non excedebant legitimũ vsurarum modum. Et longè m[i]
nùs oberit quod voluit Io. And. in c. in ciuitate. de vsur[is di]
cẽs, ꝙ si emo certum annuum reditum pro pecunia vsq;
ad certũ tempus, puta vsq; ad decem annos, tunc iste con
tractus est fœneratitius, & consequenter quantitas illa i[n]
sortem principalẽ imputabitur. Nam ille casus longè di[f]
fert à casu nostro, cũ ibi dispositio, & contractus celebra
tus fuerit ab eo ipso, qui vsuras petebat, in casu verò no
stro ipse non interfuerit dispositioni, de qua agebatur. E[t]
hanc nostram sententiã tenet etiam Ripa in d. l. nemo po
test. ff. de leg. 1. nu. 23. & Soci. consi. 41. In præsenti co[n]
tatione. lib. 4. licet contrarium tenuerit Iaso. in l. 1. col.
C. de summa Trinitate. & fide catholica.
Infertur ex superioribus veram non esse opi. Croti, q[ui]
in d. l. nemo potest. nu. 4. ff. de leg. 1. tenuit, ꝙ si testator [iu]
sit, vt quandiu quantitas legata legatario per hæredem [non]
25 præstaretur, tandiu singulis † annis certa summa nom[ine]
vsurarum ei præstaretur, tunc nihil, inquit, valeret tale p[ræ]
ceptum, neq; vsura deberetur secundum eum, etiam [si ex]
pressum esset, ꝙ alimentorum nomine talis summa in[te]
rea pręstaretur, quasi lex rebus, non verbis sit imponen[da]
l. 2. C. comm. de legat. Sed longè & grauiter errat: quia
ex superioribus docemur, talis vsura, siue alimentorũ [no]
mine, siue etiam vsurarum nomine petatur, permissa [&]
inculpata est vtroq; iure, cùm testator de rebus hęredi[s]
disponere posit, non secùs, quàm de suis proprijs re[bus]
& per hoc legatum augeatur, quod indubitanter subi[ectum]
potestati testatoris. l. verbis legis. ff. de verb. sig. l. 1. in p[rin.]
ff. ad leg. falc. in prin. Inst. eod. titu. nec ex parte legata[rij]
vllum animi vitium, vt suprà satis docemur.
Subinfero verũ non esse, quod ipsemet Crot. in d. l. [ne]
26 mo põt. nu. 4. ait, huic casui † similem esse illũ casum, [mu]
tuaui Titio centũ hac lege, vt post decem annos, vel

mortem meam teneretur filio vltra sortem certum quid restituere. tunc enim, inquit, etiam filius petere non potetit, non magis, quàm ipsemet, qui mutuauit, quod verissimũ est. Sed casui nostro est longè absimile, quia illo casu vsura est culpabilis, & damnata, nam de pecunia accipiẽtis mutuum vltra ipsam sortem illa vsura præstanda erat. secus autem est in casu nostro, vbi de hæreditate ipsius testatoris præstanda erat vsura, vsq; ad cuius hæreditatis vires testator per quemcunq; modum potest heredem onerare præsertim hodie, quo tempore potest etiam Falcidiæ detractionem prohibere. authẽ. sed cum testator. C. ad l. Fal.

27 Infertur vicesimosecundò, & principaliter, an † partes possint cõueniri, vt simpliciter, & de plano procedatur in causa? Qua in re cõis opi. esse videtur, vt non possint. Ita tenet Crotus in d. l. nemo potest. nu. 6. & ibi Hanniba. nu. 124. ff. de leg. 1. sentit Bart. in auth. offera. nu. 13. C. de litis contest. tangitur per Alex. nu. 8. in d. l. nemo. gl. in clemen. sæpe, in ver. necessario, de ver. sig. & in c. fi. de senten. & re iudi. li. 6. & in c. de causis de offi. deleg. quas gl. allegat Alexã. vbi suprà, Io. And. & alij in c. 1 de libelli oblatione, Bar. in l. societatẽ, in §. arbitrorũ, ff. pro socio. in illa quæst. quãdo est data potestas procedendi, Abb. in d. c. 1. de libelli oblatio. vbi etiã Antonius ꝑ tex. in l. diẽ proferri. in §. si quis litigatorũ, ff. de arbit. & in l. quoties de priuil. schol. li. 12. in verbo, sed si talis sit negotij vilitas, vt etiã sine scriptis cõsẽtiẽtib. videlicet partib. super ea possit cognosci spectato sine scriptis habẽdæ cognitionis euẽtu, & per auth. nisi breuiores C. de sen. ex breuic. reci. & ꝑ l. nemo põt, ff. de leg. 1.

Contrariam partẽ, vt de consensu partiũ possit procedi simpliciter, & de plano, tenet glo. fi. in d. l. quoties. quam op. veriorẽ puto per tex. in §. fi. Inst. de perpetuis & tẽporalibus actionibus. vbi ex facto, & consensu partiũ est iuxta eorũ arbitrium sententia ferenda, deinde quia omnis solẽnitas iudiciorũ introducta est principaliter propter ipsorum litigantium vtilitatẽ, quò magis res, de qua agitur manifestior fiat, vt in l. properandũ, per totã, l. C. de iudic. Vnde succedit illa cõis opi. quæ habet, quòd solẽnitas inducta principaliter ob priuatã vtilitatẽ, de mutuo partium consensu potest prætermitti, vt in l. filio. præterito. ff. de iniust. rupt. tradit Aret. in rub. ff. de lib. & posth. Dec. in ca. 2. de testa. col. 2. & in l. hac consultis. col. 2. qui testa. fac. poss. Abb. in c. fi. §. is autem, in 2. notab. de offi. delega. Bar. in le. 1. §. sed si filius, ff. de leg. 3. Bene facit tex. in l. 11. tit. 1. lib. 3. ordina. vbi iure regio ordo iudiciorũ non est necessarius, nec vitiat eius omissio.

Præterea cum solennitas iudiciorũ sit introducta, quò magis ius partium detegatur, & iustitia eis administretur succedit illa cõi sententia, quæ habet, ꝙ ea quæ requiruntur quò magis res, de qua agitur, certior, & euidentior sit, possunt per partes prætermitti, vt nominatim probat text. in l. 1. ff. de liber. & posth. & in l. hæredes palã. §. sed si notã ff. de test. Si enim per talem solennitatis omissionẽ res obscurior fiat, tunc ius non deficit, sed probatio, vt in le. duo sunt Titij, ff. de testa. tute. & priuatus læditur, nõ ius publicum, neque actus redditur nullus, licet effectu carere possit propter defectum probationis, vt per Bald. Paul. Imol. Ale. Aret. Cuma. in d. l. hac consultissima, & in d. l. 1. ff. de libe. & posth. vbi hanc dicit cõmunem opi. Ias. nu. 11. & Saly. in l. fi. C. de sentent. ex breui. Alc. in d. l. 1. ff. de lib. & posthu. nu. 10. vbi sequitur, & dicit cõmu. opi. Alex. nu. 8. Decius. in d. l. hac consultissima, C. qui testa. facere pos. col. 2. Ancha. in reg. Ea quę fiunt, de reg. iur. in 6. Soc. in d. l. 1 nu. 9. Domi. & Imo. in cap. 2. de rescriptis lib. sexto.

Quartò pro nobis est tex. per locum ab speciali, vel a cõtrario sensu, in l. 2. §. sed quia veremur, C. de iura. calum.

Quintò licet partes dubiũ sit an possint proferre terminum instantię, tamen nulli dubium est, quin illũ terminũ possint breuiorẽ facere. Etenim vt interest reipublicæ, ne lites proferantur, & ferè fiant immortales, vt in l. properandum, in prin. C. de iud. ita quoq; interest reipublicę, vt breuiores fiant, & sic ratio, quæ mouit legẽ ad statuendum ne lites vltra terminũ possent proferri, eadem ratio cogit nos fateri, quòd de partium consensu poterunt breuiores fieri, & coarctari, & cõsequenter poterunt partes conuenire, vt simpliciter, & de plano procedatur, per quod ipsi reipublicę consultum videtur, tantum abest, vt ei præiudicium fiat aut ius publicum lædi intelligatur.

Sextò induco, d. §. sed qa veremur. alio modo. Nã iuramẽto calũniæ, ideo cõsensu partiũ prætermitti nõ põt, vt ibi, ne lõgior fiat lis ꝗ religionis, & diuini numinis timore breuior esse ꝑ interuẽtũ iuramẽti de calũnia posset, vt in simili ait tex. in l. quæ sub cõditione. in pri. ff. de cõd. inst.

Septimò induco pro nobis tex. in d. authẽ. nisi breuiores, C. de sen. ex breui. reci. Nam si simpliciter & de plano potest procedi in causis tenuioribus, vt ibi, ergo apparet, ꝙ solẽnitas iudiciorum nõ reipublicę contẽplatione, aut fauore, sed magis ipsorum litigãtiũ causa desideratur regulariter, quo magis eorum ius patefiat, detegatur, & cõprehendatur, quę solennis obseruatio in causis tenuioribus negligitur, & paruipenditur, quasi id intersit ipsorum litigatorum, ne plus expensarum nomine absumatur, quã si quãtitas, de qua certabatur.

Octauò induco text. in d. l. quoties, de priuileg. schol. li. 12. ibi consentientibus, vt ibi opportunè aduertit Accur. olim quo ad hoc vt simpliciter & de plano procederetur in causis, nulla differẽtia erat inter causas tenuiores, vel opimas, nam in vtrisq; regulariter iudices non poterant procedere, nisi seruato iudiciorum ordine. Vnde cum in d. l. quoties, dicatur, ꝙ de consensu partiũ potest procedi simpliciter, & de plano, intelligendum est id procedere, & obtinere, nõ solũ in causis tenuioribus, sed etiã in causis opimis, & ingẽtibus. Nec ad rẽ pertinet, ꝙ ibi loquatur in causis leuis paruęq; quãtitatis, nã illo tꝑe citra partiũ cõsensum simpliciter, & de plano iudex procedere nõ poterat, de partiũ verò cõsensu indistinctè poterat, vt ibi. Qui tex. licet loquaẽ in causis tenuioribus, nõ excludit, quin idẽ foret per interuẽtũ partiũ cõsensus etiam in reliquis causis.

Tenendo hanc partẽ, quã ab ineũte pueritia veriorem semper existimauimus, quamq; olim inter plura paradoxa publicè defendimus, tũc ad d. l. nemo põt. respõde nihil obesse, cũ procedat in his, quæ pro forma ad sui pfectionẽ & cõsummationẽ desiderãtur, secus est in ijs, quę desiderãtur ad priuatam litigãtiũ vtilitatẽ, quæ de ipsorũ voluntate prætermitti possunt, vt ex superioribus satis docemur. Et ad d. l. quoties, respõde, nihil obesse, cũ nostrã potius, quã cõem sẽtẽtiã probet, vt iã induximus. Nã & similiter d. authẽ. nisi breuiores, quæ pro cõmuni sẽtẽtia allegabatur nostrã sñiam probat, & cõtrariũ eius quod cõis docet, reflectitur. Et hæc pars in vsu forẽsi obseruaẽ, & sic est iudicandũ, & cõsulendũ. Et nostra opi. iure regio intrepidè tenenda est ꝑ l. 5. ti. de los alcaldes, li. 2. ord. ibi, o a plazer de las partes quello tomẽ por auenẽcia para iuzgar algũ pley to. Quorũ verborũ sensus est, priuatos posse mutuo cõsensu iurisdictionẽ cõferre in eo, qui nulli præest iurisdictioni. Per ꝙ limitatur, l. priuatorũ, C. de iu. om. Ergo multo facilius poterũt quo ad instãtiã disponere, & dispẽsare. Cõfirmaẽ, ꝑ l. 11. ti. j. lib. 3. ord. vbi nõ vitiaẽ ꝓcessus, licet forma iudicij citra partis cõsensum, iudicis fortè imꝑitia, vel etiã data opera desinat obseruari: ergo lõge magis, si partium consensus accesserit, & d. l. suprà alleg. ti. de los alcaldes. non firmo sic simpliciter vt iacet intelligẽdam, nã alibi ex professo attigimus, an ad terminos iuris communis sit retrahenda, & secundum ius commune interpretanda.

28 Hãc cõclusionẽ nr̃am limitat, vt nõ procedat in rebus † maioratus, vel subiectis restitũtioni, in quib. licet ꝑ sñiam latã cõtra possessorẽ fiat præiudiciũ sequentibus in gradu, qui post eũ fuerãt inuitati, vt l. peto, §. prędiũ, ff. de le. 2. qa sñia reddiẽ in inuitũ, l. inter stipulãtẽ, §. j. ff. de ver. ob. tñ illud ꝓcedit ĩ sñia lata à iudice ordinario, & iuris ordine obseruato secus ĩ sñia lata à iudice cõpromissario, vel ẽt ab ordinario, q. simplr̃ & de plano, & sic iuris ordĩe ꝑtermisso sñiam ferret, nã istius sñia licet noceat ipsi maioratus possessori,

contra quem lata est, non tamē nocebit succedentibus in
gradu, qui post eū fuerant ad talem maioratū inuitati. Ra
tio differentiæ, quia qñ sentētia fertur iuris ordine obserua
to, tūc dicitur reddi in inuitū, & consequenter ipse posses
sor maioratus, qui victus fuit, non videtur res illas maiora
tus, vel restitutioni subiectas alienasse, dissipasse, vel pro-
degisse, cęterū qñ lata fuit sententia iuris ordine pretermis
so, quia ipse maioratus possessor cōsensum præbuit, vt iu-
ris ordine prętermisso simpliciter & de plano res iudicare
tur, tunc non tā in inuitū, quàm in volentē iudiciū reddi-
tū intelligitur, sicq; is si damnatus fuerit, sponte sua rē ma
ioricatus amisisse & prodegisse videtur, sponte autē sequē
tibus in gradu, qui post eum inuitati erant ipse nocere non
potuit, vt in d.l.peto §.fratre.ibi, nec ideo sequentium cau
sa propter priores in posterum lædi debet, ff.de leg.2.
Confirmatur optimo & opportuno simili. Nā licet re-
gulariter liberi sint parētibus in quorū erant potestate hæ
redes necessarij, vt in §.1.insti.de hære.& qualita. & in §.
sui.Insti.de her.quæ abintes.defe.& in l.Cornelius,& in l.
iā dubitari.& in l.suus quoq; in princ.& §.1.ff.de hær.in-
sti.& in l.verba hęc.& in l.fi.ff.de condi,insti.& in l.cōdi-
tionibus pupillus, ff.de cond.& demonst.hi tamen benefi-
cio Prætoris possunt abstinere patris hæreditate, vt in d.§
sui.Insti.de her.quæ ab intest.deferun.& §.sed his permit
tit Pretor.Inst.de hęre.quali.& in d.l.iā dubitari, quo bene
ficio vtuntur & gaudent quando inuiti hæredes patri exi
stunt, vt dictis iuribus, secus si sponte sua patri hæredes ex
titerunt, nā tunc ius, & beneficiū abstinendi nō habēt, nō
magis, quā reliqui heredes extranei, qui si semel spōte adie
rint abstinere ab hæreditate semel sponte quæsita, pœnite
req; non possunt. vt in l.sicut maior, C.de repud. hæredi.
quia quę ab initio sunt voluntatis, ex pòst facto sunt neces
sitatis, vt in l.sicut ab initio, C.de action.& obli. Ita in spe
cie probat tex.in l.si filius qui patri, ff.de vulga.ibi, etenim
ius dicentis propositū est liberos oneribus hereditarijs nō
sponte susceptis liberare, nō inuitos ab herereditate remo
uere. Vbi probatur, ꝙ quando filius semel sponte heres ex
titit, amplius ius abstinendi nō habebit. Idē expressius pro
batur in d.l.iam dubitari. in fine, quia necessitate coactis
subuenitur, non sponte facientibus. vt dictis iuribus, & l.si
fideiussor, §.si necessaria ff.qui sat.cogan. vbi late Ias.& So
cy.in l.conditionibus pupillus, col.pen.supra alleg. Sic er-
go & ī proposito possessor maioricatus, qui necessitate coa
cta, & iuris ordine seruato condemnatus fuit, nil prodegis
se videtur secus autem si sponte sua damnatus fuit. Spōte
autē sua damnatus intelligitur, quando ex facto volūtario
suo incidit in necessitatem, veluti si sponte consensit iuris
ordinem prætermitti. arg. tex in d.l.iam dubitari.in fine.
Superiora procedūt in sententia lata à iudice ordinario
29 cæterū si ab † arbitro res iudicata fuerit, tunc expeditior,
planiorq; res erit, quia ab omnibus receptū est, arbitrū ex
consensu partiū electū, posse sententiā fere simpliciter &
de plano, iurisq; ordine neglecto, & prætermisso, si id par
tes permiserint, & voluerint. Ita tenet Bar.in auth. offera
tur, in fi.C.de litis cōtest.Ioa.Cro.in d.l.nemo potest ff.de
leg.1.nu.6.vbi idē sequitur Hannib.nu.128.& Abb.in c.1.
de libelli oblatione.& est vera & cōis opi.quæ planè pro-
batur in l.diē proferri, §. si quis litigatores, ff.de arbit. vbi
planè propatur, arbitratorē posse de voluntate litigātium
procedere simpliciter, & de plano, iuris ordine ṗtermisso.
Qudd vltimū limitatur vt procedat, quando † arbiter a
30 partibus sponte electus fuit, secus si ex forma statuti par-
tes possent compelli ad cōpromittendū, tunc.n.tales † ar-
31 bitri, etiā de consensu partium non possent simpliciter &
de plano procedere, nō magis, quàm iudices ordinarij, se-
cundū Ioa.Hanni.in d.l.nemo potest.nu.129.& Io.Cro.
ibi.nu.6. Et ratio est, quia licet electio arbitrorū fiat ab ip
sis litigatoribus, attamen ab ipsa lege iurisdictionē habere
intelliguntur, vt in l.vnū ex familia §.si de Falci. ff.de leg.
2.& in l.vtrū.§.cū quidam.ff.de reb.dub. Sed horū opi. ve
ra esse nō potest, retēta nostra opi.quā tuemur ꝙ de cōsen
su partiū iudex etiā ordinarius pōt, procedere simplicitet
& de plano, vt multis suprà probauimus argumētis quę re
petere nō expedit. Vnde subinfero, ꝙ in quib.casib.partes
de iure cōi cogūtur còpromittere, & arbitros eligere, de
quib.in c.ab arbitris.de off.deleg.li.6.& in ca.si clericus.11
q.1.& in casu, quē ponunt Bar.& docto.in l.fi.C.de iudi.
in illis etiā casib. tales arbitri possunt de cōsēsu partiū pro
2 *Pactum de bonis non diuidendis non firmatur iuramento, cum communi contra Ias.*

3 *Testator potest iubere, vt hæredes ad tempus sint in cõmunione, cum communi.*

4 *Testator non potest facere, quòd hæredes etiam iurantes, sint in perpetua communione, cum communi.*

5 *Testator potest iubere,vt quispiam videat libros suos,& restitui faciat, quod restitutione dignum inuenerit,contra Ripam & Gemi.*

6 *Testator non potest actiones facere breuioris aut longioris vitæ ipso iure, cum communi.*

7 *Testator potest coarctare tempus datum à lege ad adeundũ, cum communi contra Ias.*

8 *Testator relinquere potest certam summã promissis celebrandis nec est simonia, cum Ripa & alijs, contra Inno.*

9 *Testator iubere non potest sepeliri se cum gemmis,cum communi.*

10 *Testator potest iubere, vt corpus suum sepulturæ traditum aliò transferatur, cum Aretin. & Croto contra Paul. & alios.*

11 *Testator potest pręcipere vt valeant legata hæreditate non adita, cum communi contra plures.*

12 *Testamentum valet, licet hæres qui veritus fuit Falcidiam detrahere, repudiet hæreditatem, cum communi.*

13 *Testator potest iubere, vt Falcidia deducatur de legatis ad pias causas, cum communi.*

14 *Testator potest prorogare annum datum ad exequendum testamentum, cum Ripa contra Bal. & alios.*

L.8. ti. 12. lib. 3. ord.

15 *Testator non potest facere, vt institutio præsentati ad capellam non pertineat ad episcopum, cum communi.*

16 *Testator non potest auferre regimen suæ capellæ Episcopo cum communi.*

17 *Testator vetãs regimen Episcopo in capella sua,si vltra procedit,iubens.vt si id assequi nequeat, capella sit infecta valet hæc reuocatio contra communem.*

18 *Forma inducitur per clausulam annullatiuam,cũ communi.*

Diff. inter legata & hæreditates.

Hæreditas differt à legatis variè.

19 *Testamenti executores possunt diem à testante assignatum præuenire contra communem.*

20 *Eleemosynam pro captiuorũ redemptione à principibus nostris designatam posse præueniri.*

21 *Episcopus potest commutare pia relicta,quæ vt testator disposuit nequeunt impleri, cum communi.*

22 Testatur nõ potest remittere cautionem de vtendo & fruendo arbitrio bo. viri, cum communi.
Et communi ratio defensa contra nouissi.
Nobilis & mulier pro delicto etiam iure regio vinculis cõtinentur.
L. 79. Tauri.
Declaratio l. 82. Tauri, & l. 2. titu. de los adult. lib. 8. ordi. cum alijs.
Adulteros vt occidere liceat priuatis, noua ratio.
Intell. ad pr. cum. §. 1. 2. 3. & 4. Instit. de publi. iudi. & ff. eod. titu per totum.
L. 2. ff. de publ. iud.
Iudex, carnifex, & accusator data paritate terminorum in delictis persequendis non differunt, noua traditio.
Adulterum aut bannitum. l. permittente occidens non peccat in re dubia, contra communem.
Declaratio. l. 80. 81. & 82. Tauri. l. 2. titul. de los adult. lib. 8. ordin.
Declaratio. l. 1. tit. de los adul. 6. par.
Intell. ad plures leges & titulos.
Declaratio ad tit. ff. & C. ad Sillani.
Adulterum an hodie pater occidere possit.
Declaratio. l. 14. tit. 17. par. 7.
23 Hæres potest remittere cautionem de vtendo & fruendo arbitrio bo. viri, cum communi contra Iaso. & nouiss.
24 Testator potest remittere cautionem de vtendo & fruendo arbitrio bo. viri in vsufruct. improprio, cum Petro contra communem.
25 Cautio de tantundem reddendo, non est de substantia vsusfructus, contra communem.
26 Dominium vsusfructus earum rerum, quæ vsu consumuntur, non transit ante traditionem, cum communi contra Accurs. & alios.
Vsumfructum habet pater in rebus, quæ vsu consumuntur, vt tamen finito vsufructu fiat restitutio ritè, cum nouissi. contra mentem cæterorum.
Vsusfructus, quem pater habet in aduentitijs propria authorit. poss. capere potest, cum communi.
Vsusfructus regularis dominiũ transit in legatariũ à morte testantis, cum communi. Aliud in vsufructu irregulari.
27 Cautio de vtendo salua rerum substantia, non est de substantia vsusfructus, contra communem. Idem in cautione de tantundem reddendo, contra communem.
28 Forma inducitur per conditionem, cum communi.
29 Vsufruct. ei cui omnia bona sua retenta vsufructu donauit, non tenetur cauere, cum communi.
30 Testator cautionem vsufructuario etiã tacitè remittere non potest, contra Iaso. & Ripam.
31 Testator non potest iubere, vt pauper sit fideius. fructuarij, cum Hannib. contra Ias. Ripam & Ange.
32 Vsufructu vt cauere debeat in rebus mobilibus, vel se mouentibus, triplex distinctio cum communi.
33 Testator vsufructuario cautionem remittere non potest per modum dispositionis, vel conditionis, vel pœnalitatis, vel translationis, cum communi.
34 Vsufructu inter viuos constituto cautio remitti potest, cum communi contra nouissi.
Vsufructuarius si nec possidet, nec cautionem præstat, fructus suos non facit, cum communi contra nonnullos.
Vsufruct. qui vitiosè poss. arripuit, fructus suos non facit, cum communi.
Vsufr. etiam irregularis pertinet ad fructuarium ante præstitam cautionem contra communem.
Vsufr. qui mihi omnia bona donauit, an satisdare teneatur.
35 Spurius vt instituì possit statuto etiam per modũ pœnæ induci non potest, cum communi.
36 Statutum vt puniantur qui taliter matrimonium contraherent, non valet, quando matrimonium impediri non potuit, cum Alex. & Bar. Bal. & alijs.
37 Matrimonium filijfa. non potest impediri per statut. pœnale, cum communi contra Roma.
38 Matrimonium potest retardari spe lucri, non metu pœnæ.
Intell. l. 2 tit. 1. lib. 5. ordin.
Intell. l. 4. tit. 1. & l. 1. tit. 6. lib. 5. ordin.
L. 49. Tauri.
39 Testator, vel contrahentes efficere nõ possunt, vt vltra triennium lites proferantur, cum communi.
40 Lis vltra triennium proferri non potest de consensu partiũ, etiam iurato, cum communi contra nonnullos.
Intell. l. 4. tit. 16 lib. 3. ordin.
Intell. l. 11. tit. 1. lib. 3. ordin.
Intell. l. 2 tit. 15. lib. 3. ordin.
Intell. l. 1. tit. de las appell lib. 3. ordin.
Intell. l. 2. tit. 16. lib. 3. ordin.
Intell. l. 2. tit. de las prueu. lib. 3. ordi.
Intell. l. pen. tit. de las prueu. lib. 3. ordin.
Intell. l. 1. & 2. tit. de las dil. & l. 1. tit. de las excep. lib. 3. ordinat.
L. 1. tit. 3. lib. 3. ordin.
Intell. §. fi. Instit. de perpet.
Intell. l. 1. tit. 1. lib. 3. ordi.
Vsufru. consensus non firmat seruitutem à proprietario non ritè impositam, cum communi contra nouissi.
Intell. l. sed & si quid. §. fi. ff. de vsufr.
Vsufructuarius alienare non potest, cum communi.
41 Lis vltra triennium prorogetur, si per partes conuentum sit & iuratum, iudex non ligatur, cum communi opinione. Nec etiam ipsæ partes contra Alex. & Imol.
42 Infamis vt dignitatem habeat, per statutum pœnale fieri non potest, cum communi.
43 Arbitrari non potest vt denuo compromittatur, vel compromissum prorogetur per modum dispositionis, vel pœnæ, vel absolutionis, cum communi.

REDEVNDO ad illum articulum de potestate testatoris, infertur vicesimoquartò principaliter an valeat præceptũ testatoris iubentis † heredes stare in perpetua cõmunione? Qua in re cõmunis opi. esse videtur non valere tale præceptũ. Ita tenent Ripa nu. 20. in d. l. nemo potest. ff. de lega. 1. vbi Crotus, nu. 55. Ale. cõs. 110. Circa primum, lib. 3. idem Alex. consi. 46. lib. 1. col. fi. Paulus & Ias. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de cond. in deb. per l. in hoc iudicio. §. si conuenerit, ff. cõmuni diuid. Felinus in cap. si diligenti. col. 6. de foro compet. & Paulus in dict. §. si centum.

1 Mouentur per textum in l. hoc iudicio. §. si conueniat. ff. cõmuni. diuid. vbi simile pactũ nõ valeret, ergo similiter non valebit similis prohibitio, seu iussio testãtis. Deinde mouentur, quia talis iussio, ex qua descẽdit alienationis, seu diuisionis prohibitio habet vim præcepti de non alienãdo, vt in l. si pupillorũ, ff. de rebus eorum, sed præceptũ de non alienando non valeret nisi alterius tertij vtilitatẽ respiceret, vt in l. filiusfa. §. diui. cũ sua materia, ff. de legat. 1. ergo id pręceptũ de permanẽdo in perpetua cõmunione valere non debet, cùm per illud inducatur præceptum de non alienãdo, respiciens vtilitatẽ tantum prohibitorũ. Tertiò mouetur, quia communio parit discordias. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. 2. quas euitari & repelli interest reipublicę, etiam principaliter, l. ęquissimũ, in prin. ff. de vsufru. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus, ff. de captiuis Cùm ergo testator non possit tacere, quin leges locũ habeant in suo testamento, nec possit formã legis prętermittere, præsertim in his, quæ reipublicæ commodum principaliter

paliter respiciunt, superest, vt tale preceptũ in vltimis voluntatibus factum non valeat nõ magis, q̃ ualeret inter viuos, cùm de contractibus ad vltimas voluntates regulariter bonum sit argumentum, l. si diuortio, ff. de verb. oblg. l. seruum filij. §. cum qui chirographum, ff. de lega. 1. Latè Ias. in l. quæ de legato, ff. de lega. 1. vbi enumerat quamplures differentias inter contractus & vltimas voluntates.

Ijs tamen non obstantibus, cõtrarium tenet Alex. in d. l. si non sortem. §. si centum, nu. 5. ff. de cond. indebi. Mouetur, quia præceptum de permanẽdo in perpetua cõmunione, habet vim præcepti de non alienãdo. d. l. si pupillorũ, & cõsequenter firmũ est, non secus, q̃ firmũ foret præceptũ de non alienando factũ à testatore, per d. §. diui. Sed certè id fundamentũ reflectitur cõtra ipsum Alex. quia ẽt tale per pręceptũ de non alienando non valeret, qñ prohibitorũ duntaxat vtilitatem respiceret, sed tale pręceptũ de perseuerando in perpetua communione ipsorum tãtùm sociorum vtilitatem respiceret, vt proximè diximus, & consequẽter nõ valet, non magis, quã simile præceptũ de nõ alienando, & sic hoc casu verior est cõmunis sentẽtia.

2 Illud aut dubiũ est, an si interfuit iuramentũ † pactioni de bonis non diuidendis, per interuentum huiusmodi iuramẽti firmum reddatur pactũ. Qua in re Crotinus in d. l. nemo potest, nu. 56. tenet per interuẽtũ etiã iuramenti tale pactum non firmari, non magis, q̃ si iuramentum non interfuisset. Mouetur quia ad iuramentum non firmat dispositionem, quod quidem iuramentũ lædit ius publicũ, vel nocet reipublicę, c. nõ est obligatorium de reg. iur. lib. 6. expressius in c. cũ contingant, de iureiur. & in c. quãuis, de pact. lib. 6. c. si diligenti de foro comp. vnde cũ tale præceptum vetitum sit propter q̃ interest reipublicæ etiam principaliter ob rixas, discordias, seditiones, tumultusq́; vitandos, vt iam docuimus, superest, vt per interuentũ iuramenti non firmetur. Tenet etiam Alex. cons. 18. Visis capitulis, lib. 2. per gl. in c. fi. in verbo, reuocatus, de procura. in 6. Quę glos. est communiter appro. secundũ Alex. ibid. dum vult, quòd si iurauit non reuocare procuratorem, nihilominus potero eũ reuocare, licet p hoc sim periurus.

In contrariã tñ partẽ inclinet Ias. in d. §. si centum, nu. 7. motus. quia omne iuramentũ, quod citra interitũ salutis æternæ seruari põt, seruandũ est d. c. cùm contingat, & d. c. quanuis pactũ, sed id iuramentũ seruari potest à paciscentibus sine interitu salutis æternę, ergo seruandum est. Sed certè si ex tali communione oritur inter ipsos rixa discordia, tumultus, seditio, inimicitia nũ erit verũ tale iuramẽtũ sine interitu salutis ęternæ posse seruari. Vnde cũ ea quæ prohibẽtur principalitet propter publicã vtilitatẽ non firmẽtur iuramẽto secundum verã & cõmunem opi. quam tenent Bart. col. 3. & ibi do. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. Alciatus in c. cùm contingat de iureiu. nu. 88. vbi Abb. nu. 22. & Imol. nu. 35. & nu. 36. tutius est tenere tale iura. non firmare hanc dispositionẽ. Cogita tamen, quia nihil firmo.

3 Hæc procedunt, qñ † testator iussit, vt in perpetua cõmunione manerent, nã ad tempus tantùm, non perpetuò indubitãter posset. Ista est vera & cõmunis opi. quã tenẽt Alex. d. cons. 110. lib. 3. nu. 10. idẽ Alex. in d. §. si centũ, idẽ etiam Alex. in d. consi. 118. nu. 1. lib. 2. Ias. nu. 6. & 7. in d. §. si centum, vbi etiam Paulus & Crotus in d. l. nemo potest, nu. 55. per tex. in l. 4. ff. de cond. inst. vbi hanc etiam partẽ tenent Bal. & Ang. & Bart. in l. quintus, in princ. ff. de annis legatis, & ita hęc pars in vsu forensi receptissima est.

4 Illud autẽ notandũ est, q̃ etiã si pater † iusserit fundum in perpetua fratrũ cõmunione permanere, & præterea fecerit, vt filij id iurassent, adhuc tñ non prohibebit, quin de ipsorũ mutuo consensu diuisio fieri posit. Ista videtur cõmunis op. quã tenẽt. Crotus, nu. 56. in d. l. nemo põt. Alex. cõs. 29. Perspectis, nu. 20. lib. 5. Oldra. cõsil. 242. Factũ tale post alios, ipsi referunt, quorũ sententia firmatur per tex. in l. de fideicommisso. C. de transact. & in l. 1. C. de pact. & in l. qui Romæ, §. duo fratres. ff. de verb. oblg. vbi fideicõmissum reciprocę fratribus iniũctũ, ita vt qui eorũ prior decederet, alteri portionẽ suã restitueret potest de consensu ipsorum remitti, quasi tale reciprocum fideicõmissum in ipsorummet fideicõmissariorum vtilitatem factũ intelligat, & consequenter ex eorundẽ volũtate remitti possit.

5 Vicesimoquintò & principaliter infertur, an † testator possit iubere vt quispiam videat libros suos, & si quid restitutione dignũ inuenerit, illud restitui faciat? Qua in re Ripa in d. l. nemo põt. ff. de lega. 1. nu. 21. post Geminianũ consil. 20. incipiente. Mihi videtur, tenet tale preceptum testatoris non valere, pręsertim si iusserit, vt quod restitutione dignum inuenerit, illud restituti faciat personis, & locis, quę sibi videbuntur. Mouentur quia istorũ cognitio pertinet non ad laicum, sed ad diœcesanum, cuius iuri derogare testator non põt, vt c. cùm in diœcesi vsuris, ... nostrã de iureiu. Sed hæc sententia nobis suspecta semper visa est. In primis. n. contra doctrinam esse videtur, quam tradit Bar. in d. l. nemo potest, in prin. dũ ait, q̃ in his, quæ tenorẽ testamenti respiciunt, seruanda est testatoris volũtas licet per eam à regulis iuris recedatur. Et ita Bar. ibidẽ sequunt̃ Ripa ibi. nu. 1. & nu. 3. cum 20. seq. Ias. nu. 3. cum pluribus sequentibus in 1. lectura. nu. 1. & 2. cũ pluribus sequentibus Crotus, ibi. in prin. vsque ad numerũ. 10. vbi Hannibalis, nu. 44. cũ pluribus sequẽtibus probat̃ in auth. de nupt. §. disponat, & suprà innumera tradidimus exempla. Neq; ad rem pertinet, q̃ istorũ cognitio pertineat ad diœcesanũ: nam & similiter quod à me peti potest corã iudice ordinario, possum cõsenti e vt coram arbitrio petatur, vt per totum, C. & ff. de arbitris. Si. n. is cui hanc curam, ac diligentiam cõmisit & delegauit testator, ex parte fortè restitui iusserit quod ex toto restituendum erat, vel alteri iusserit, quam cui restitui iuberi debebat, non propterea læditur ius illius, cui restitutio facienda erat: itaq; is illius cõditionem meliorem facere poterit, deteriorem autem eo inuito non poterit, & ita consulerem & iudicarem. Neque fortè id negassent Geminianus & Ripa. Pro nobis facit, l. 3. tit. da los alcaldes, lib. 2. ord.

6 Infertur Vicesimosextò & principaliter, an † testator iubere possit, vt contra formam legis obligatio breuiore, aut citeriore tempore finiatur, q̃ sit à lege definitum. Qua in re cõmunis opi. est, testatorem id cauere non posse. Ita tenent cõmuniter doct. quales sunt Ang. in l. si quis ita hæres scriptus fuerit. ff. de acq. hęr. Bar. nu. 17. & nu. 23. in d. l. nemo põt, vbi Cuma. Areti. & Alex. col. fi. & Ias. nu. 10. lectu. 1. nu. 16. in lect. 2. vbi Franci. de Ripa, nu. 24. Hannib. nu. 242. & Crotus, nu. 10. Mouentur per tex. in d. l. nemo põt dũ ait, quia nec tẽpore nec loco, nec conditione finiri obligatio hæredis legatorũ nomine põt. Confirmatur ratione, nam obligatio semel nata & creata, immortalis est, nec vllo tẽpore finitur, resoluitur, euanescit, aut extinguitur, nisi per certos, definitosq́; modos, qui per legem sunt inuenti, atq; enumerati per totũ titulũ Inst. quibus modis tollitur obligat. ita vt pręter illos modos nullus sit modus nulla forma, nullus ordo quo extinguatur, aut resoluatur obligatio, quinimò perpetua manet, atq; iugis, & immortalis, vt nominatim ait text. in prin. Insti. de perpet. & tẽp. act. Vnde cõsultus in le. obligationum fere, §. placet ff. de act. & oblig. opportunè, ait, quod semel deberi cœpit, &c. hoc est, obligatio semel nata, non extinguitur vllo modo, nisi, tãtũ per modos, quos lex definiuit ad sui resolutionẽ, optimus tex. in §. item per accep. Inst. quib. mod. toll. obli.

7 Limita secundum oẽs doct. vbi suprà vt procedat in iure quęsito secus aũt in quærendo, quod † coarctari potest per testatorem in tempore, vt licet ius adeũdi regulariter perpetuum sit, tamen teneatur hęres citeriore, breuioreq; tempore adire, aliàs ad adeundum nõ admittatur, vt in d. l. si quis ita hæres. Ista est vera & commu. opi. quam per illum tex. tenẽt omnes doctores, quos proxime retulimus præter Ias. qui sibi contrarius, in d. l. nemo põt, lectura. 2. nu. 16. tenet contra cõmunem receptamq; sententiam, q̃ etiam si agatur de iure quærendo, adhuc testator formã legis immutare non posit, nec efficere, vt breuiore, citeriore ...

req; tempore actiones, seu obligationes finiantur, nam legatarius, inquit tempore quo testamentum fit, non habet ius quęsitum, sed etiam ius quærendum, l. prętia rerum, ff. ad leg. fal. l. qui superstitis. ff. de acq. hęred. & tamen etiã eo tempore obligatio, quam legatarius contra hæredẽ habiturus sit, breuius, quam à iure statutũ sit, finiri non potest, Quid dicendum?

Considera multùm interesse, vtrum agatur de acquisitione inchoanda, & in esse producenda, an verò agatur de acquisitione iam inchoata, & in esse producta, resoluẽda, seu extinguenda. Testator. n. primo casu poterit (si voluerit) efficere, vt hæres ad adeundã hæreditatem non admittatur, nisi fortè infra annum à tẽpore mortis ipsius, licet si nihil iussisset, tunc is etiam longè vlteriore tẽpore & perpetuo adire posset, nam & id tempus per iudicem potest breuiari, l. quandiu. la vltima. ff. de acq. hære. l. 1. ff. de succ. edicto, ita procedit, d. l. si quis ita hæres. Secundò verò casu, quando per aditionem hæreditatis obligatio nata, & in esse producta est, vt in §. hæres quoq; Inst. de obli. ex quasi contractu, l. ex maleficijs, §. hæres quoque, ff. de act. & oblig. eaq; obligatio qua hæres legatarijs tenetur, ex legis forma immortalis, & perpetua est, non poterit per testatorem fieri mortalis seu temporaria, nam & in potestate cuiusq; est liberos non procreare quos tamẽ semel procreauerit, occidere non poterit: at antequã hæreditas adeatur, nullus rectã dicet obligationem vllam natam fuisse.

8 Infertur vicesimoseptimò & principaliter, an testator possit iubere † certam summam sacerdotibus pro missis celebrãdis singulis annis præstari, quæ res vsitatissima est vt vix vllum testamentum hominis ditioris inuenias, qui simile quidpiã nõ statuat. Et hac in re, ꝙ testator nõ possit huiusmodi relictum facere tenent in specie Innocentius in c. 3. ne prælati vices suas, Ioan. de Imo. in c. significatũ, de pręb. quia sacerdotes pro missis celebrãdis, etiã ab spõte soluentibus, quidquã recipere non possunt, vt in c. eos, & in c. emẽdari, 1. q. 1. & tradit Ripa in tracta. de peste, in vlt. li. in 3. remedio versic. Tertiò quęro, quia testator turpe quid iubere non potest, l. turpia. ff. de leg. 1.

Contrariam partem, imò ꝙ testator possit huiusmodi relictum facere, tenent Card. & Panorm. & Ioan. And. in d. c. significatum, de præb. Quia secundũ eos ita demũ cõtrahit simonia, si ex pacto detur pecunia pro missis celebrandis, secus si testator absq; vllo pacto onus adijciat rei sui per tex. in d. c. significatũ, quod probat tex. in signis in c. fi. de testamentis. Quod procedit, dummodò sacerdotes ad tale onus missarum celebrandarum non se obligẽt, nã cessante pacto ex pacto testaroris, nõ est simonia: quia nihil dat sacerdotibus, sed rẽ suã cũ onere transfert in ecclesiam, c. ex litteris de pignoribus, c. cum dilectus de donatio. Non etiam est simonia ex parte sacerdotum, quia si nolunt celebrare, non tenentur. Si tamen sacerdotes celebrant ea intensione, vt pecuniã recipiant pro missis celebrandis alias non celabraturi, tunc videntur simoniam incurrere, arg. gl. in c. vnico, de clericis nõ residẽtibus, lib. 9. Qua de re plene ꝑ Ripã in d. l. nemo potest, in fi. Id quod hodie nũquã nõ fit, cũ sacerdotes sese ꝓ missis celebrãdis cõducũt, aliter minime celebraturi. Quod not. quia pauperes sacerdotes quoridie faciũt cõtrarium, fame vrgẽte.

9 Quid autem si testator iussit† sepeliri se, & duci corpus suum ad funus cum cantibus, & sonis, vel iussi corpus suũ indui purpureis vestibus & manus suas gẽmis ornari, quę secum sepeliantur, an eius voluntati parendum sit? Et magis est vt non pareatur secundum Paul. in le. non oporter. C. de his quibus vt indignis. Romanus in l. 1. in princi. ff. de verb. oblig. Alex. in l. si cum dotem, §. si maritus, ff. sol. matr. Crotus. in d. l. nemo, nu. 58. Ratio quia talis volũtas inepta est, inepta autem voluntas seruari nõ debet, l. seruo legato, §. fi. ff. de lega. 1. l. quidam in suo. ff. de cond. insti. l. fi. §. fi. & ibi notat Bar. ff. de auro & argento legato. facit, l. aqud Iulianum, §. constat. ibi, furiosi est, ff. de lega. 1. Ias. in d. l. aqud Iuli. §. constat, ff. de lega. 1. nu. 6.

10 Illud autem dubiũ est, si testator iussit hæredibus suis, vt postquàm † corpus suum sepulturæ traditum esset, tũc à tempore illus funeris vsq; ad vnum annum corpus suũ transferrent, & reportarent in patriam suam, an eius volũtati parendum sit, aliàs hęredes incurrant pœnam à testatore impositam? Et Paulus de Castro, in l. 1. C. de religiosis, & in d. §. constat tenet. ꝙ talis testatoris dispositio non est necesse ꝙ obseruertur, quia cadauer semel sepultũ, nõ potest alio transferri, nisi de licentia & permissione principis: ea autem, quæ pendet à solius principis voluntate, reputantur impossibilia, & hæredes non obligant, vt probat tex. in d. §. constat, & refert Paul. cõtrariũ consuluisse Fulgosiũ, cuius cõsilio Bononiẽsiũ doct. nullus se subscripsit.

Contrariam partem tenet Aret. in d. §. constat, & Crotus in d. l. nemo potest, col. pen. Quia quæ pendent a volũtate principis si solita sunt concedi, non reputantur impossibilia, nec reijciuntur de testamẽto, sed implẽda sunt per heredes. Ista est vera & cõmu. opi. quã tenet Areti. Cuma. Alex. & Ias. nu. 13. in d. §. constat Paul. Cuma. & Aret. in l. continuus. §. cum quis. ff. de verbo. obliga. Roma. in l. 2. in prin. col. fi. ff. de verb. oblig. per tex. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidiana, & in l. quidam relegatus, in princ. ff. de reb. dub. Vnde cum corpus semel sepultum, præsertim cũ custodiæ causa humatum sit, atq; depositũ, solitus sit princeps permittere, vt aliò tranrferatur sepeliẽdum, superest, vt id & testator possit præcipere, & hæredes teneãtur, parere. Et ita obseruat consuetudo.

11 Infert vicesimooctauò & principaliter, an testator † possit pręcipere, vt valeant legata etiam hereditate non adita? Qua in re Alexã. in le. nemo potest, num. 11. & Oldradus consi. 108. Titius ad mortem veniens, & Io. And. in addit. Specu. in titu. de instrumentorum editione. §. nunc verò, aliqua col. pen. tenent testatorem non posse id præcipere Mouẽtur, quia ius publicum & formam legis prætermittere, vel lędere non põt, testator, vt in l. nemo põt, & quia regulariter testamentum non valet, nisi hęreditas adita sit vt in l. si nemo. ff. de reg. iu. & in l. si nemo, ff. de testa. tute. & in l. eam quã. C. de fideicom. nec repetitur expressum, quòd testator possit hoc immutare. Sed hac in re est secunda opi. existimantium valere huiusmodi pręceptum testatoris. Ita tenent Roma. in authen. similiter, C. ad legẽ Falcidiã, in 20. & 21. speciali enumerato inter specilia piæ causæ, & Paulus de Castro, conf. 380. quos refert Alexan. vbi suprà. Mouentur pet tex. in auth. de hæredibus & Falci. in §. sil verò expressim, iuncto, ff. si quis autem non implens. collatione. 1. vbi si testator prohibuit Falcidiam detrahi, & hæres repudiat hæreditatem, tunc ius adeundi defertur primò substitutis, deinde cohæredibus, tertiò legatarijs, quartò seruis libertate donatis. Vnde cũ in terminis illius text. quando per dispositionem testatoris Falcidia detrahi prohibetur si hęreditas repudiatur, dispensetur per legem, vt testamentũ valeat, & confirmetur per aditionem hæreditatis factã a personis proximè enumeratis, non secus, quã valeret, si per ipsummet hæredem scriptum hæreditas adita esset: superest, vt similiter in specie nostra testamentum valeat ex præcepto testatoris quo ad legata, & fideicomis. etiã si hæreditas per heredem scriptũ non fuerit adita. Sed ab hac opinio. recedunt Alexã. vbi supra, & Crotus in d. l. nemo potest, col. fi. quia in correctorijs etiam ex maioritate rationis non fit extensio legis secundum cõmunem sententiam, de qua latè per Ias. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. post gl. & doct. ibi idem Iaso. in l. de quibus, nu. 14. ff. de legib. & in l. quanuis. C. de fideicom. idem Ias. in l. humanitatis, C. de imb. nu. 6. vbi Corn. nu. 15. & Alex. nu. 5. & Curtius Iuni. num. 15. & Purpuratus in l. fin. C. de pact. nu. 23. vbi Curt. Iuni. nu. 9. & Decius nu. 15. & Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta, nu. 12. ff. de verb. obliga. Præsertim, quia non solum nõ est maior vel par ratio, sed etiam est longe minor. Nã in d. §. si verò expressim, ęquũ fuit vt testatori subueniretur, qui prohibuit detractionem Falcidiæ, per quam prohibitionem hęres impius, & ingra

tus

tus noluit hæreditatẽ adire, vt ibi expressum est. Non sic in specie nostra, vbi Falcidia vetita non fuit, sed heres ex alijs multis causis, quæ eum mouere potuerunt, iuxta.l. quia poterat.ff.ad Trebell.iam hæreditatem omisit. Nam tunc pia illa ratio propter quam subuenitur testatori in terminis, d.§.si verò expressim, non vendicat sibi locum, & consequenter cessat illius, §.dispositio, & dispensatio.

Vnde est tertia opi.existimantium, quòd præceptum testatoris iubentis, vt hereditate nõ adita, legata debeantur ex testamento, regulariter nõ valeat, quòd si iusserit, vt legata debeantur simpliciter, vel expresserit, vt debeantur ab hæredibus ab intestato, tunc tale præceptũ valebit vt in l. 1.ff.de iure codicillorum, & in l.fi.C.eod. Ergo præceptũ testatoris iubentis vt hereditate non adita legata debeantur cũ queritur an valeat, sunt tres casus considerandi. Nã aut iussit expressim, ꝙ debeantur ex testamẽto, & tũc nõ valet. Aut & secundò iussit, ꝙ debeantur ab intestato, & tunc valet indubitanter. Aut & tertiò simpliciter iussit, quod hæreditate etiam non adita legata præstareẽur, neq; expresit, ꝙ præstarentur ex testamento, vel ab intestato, & tunc similiter legata debẽtur, per d.l.1.ff.de iure codicil. & per d.l.fi.C.de codicillis. Quod vltra doct.suprà relatos euidentius probatur in l.cum pater.§.filius matrẽ.ff.de leg. 2.vbi qui iussit, vt hæres suus iuraret legata se præstaturũ intellexisse, videtur, vt legata præstentur non solũ ex testamento, si hæreditas adita sit, sed etiam ab intestato, si ea sit repudiata, & ita illũ tex.intelligunt Bar. & cõmu.doct. ibi Bart.& oẽs in l.si quis pro eo.col.pen.ff.de fidei. Ergo tacita voluntas hoc ibi operatur, idem facilius erit in proposito, vbi ponimus expressam fuisse voluntatẽ testrntis.

12 Illud aũt quod proximè diximus incidente † valere testamentum, in quo heres scriptus repudiauit hereditatem quia Falcidiam detrahere per testatorẽ vetitus fuit, tenet in specie Bar.nu.4.in d.l.nemo potest, ff.de leg.1.sequitur & dicit communẽ opi.Alex.ibi.num.10.idem Bart.in l.1. in princ.ff.si quis omissa causa testamẽti, & in repetitione legis.1.C.de sacros.eccl.versi.Quarto quęro, idem Bar.in l.eã quã.C.de fideic.& in auth.sed cùm testator.C.ad legẽ Falci.Bal.in l.filiũ quẽ, col.16.C.fami.herc.& Hannibalis in d.l.nemo, nu.228.& est vera & receptissima sententia.

Infertur vicesimonono, ꝙ licet regulariter Falcidia nõ detrahatur de legatis ad pias causas, vt in auth.similiter.C.
13 ad legem Falcid. tamẽ testator potest †disponere, vt Falcidia ẽt de legatis pijs deducatur. Ita tenet. Frãciscus de Ripa in l.nemo põt, col.fi.ff.de lega. Socinus consil.48.lib.2. col.2. Cuius rei illa ratio est, quia in ijs, quę respiciũt tenorem contentorum in testamento, testator potest ad libitũ disponere vt in §.disponat, in authen.de nup.& docemur ex dictis per Bar.in d.l.nemo potest, in princ.vbi per.Ias. in vtraq; lect.Ripam, Crotũ, & alios, & est cõmunis opi.

14 Inferẽ trigesimò & principaliter, an testator possit †prorogare terminum anni datum executoribus ad exequendum legatũ, fideicom.& reliquas pias dispositiones, vt sic anno elapso, episcopus se intromittere non possit donec prætereat, & percurrat dilatio à testatore cõcessa? Qua in re sunt qui putent testatorẽ nõ posse talẽ dilationẽ cõcedere. Ita tenet.Bal.in auth.licet, C. de episcop.& cleri.idẽ tenet Alex.ibi in apostillis ad Bal.Sentit etiã Salicetus ibi, dicens, ꝙ Episcopus potest se intromittere huiusmodi executionibus inuito testatore, facit text. in c.requisisti, de testa.& in l.nulli, C.de episcopis & cleri.& in c.nos quidẽ & in c.si hæredes, de testa.& c.cũ dilectus, de consuetudine.

Contrariam partẽ, vt testator possit huiusmodi dilationem concedere, tenent Ripa in d.l.nemo potest, ff.de lega. 1.col.fin.& Bal.consi.301.Constitutio parochialis, libr.2. Quorum opinionem ausim verissimam, atque indubitatam dicere. Primò quia in ijs, quę respiciunt tenorẽ eorũ, quę in testamento continentur, voluntas testatoris pro lege habetur authen.de nupt.§.disponat, & tradunt Bart.in d.l.nemo, in prin.vbi Ias.in vtraq; lectura, & Ripa, & Crotus, & Hannibalis, & innumeris suprà abundè docuimus exemplis. Deinde, quia cuius est cõcedere, eius longe facilius est modificare vt per totũ, C.de donat. quæ sub modo, & l.fi.C.de lega. Tertiò, quia qui põt officiũ dare põt illud ampliare & prorogare, l.vel in perpetuum, ff.de proc. Quartò quia testator potest in locum alterius negligentis executoris alterum substituere, & per hunc modum Episcopũ excludere. Pau.in d.l.nulli. Bald.in l.vni.in princ.per tex.ibi.C.de cadu.tollen. Deniq; in re sua quilibet est moderator & arbiter.l.in re manda. C.manda.& longè magis in vltimis voluntatibus, l.1.C.de sacrosanc.eccl. Vnde hac de re disputare & cõtendere otiosum mihi semper visum fuit. Et hanc materiam latiùs repetemus infra nu.44. Et iure regio expressius nobis videtur argu.l.8.tit.12.lib.3.ord.

15 Inferẽ trigesimoprimò & principaliter, an testator possit pręcipue, vt † institutio præsentati pertineat nõ ad Episcopum, sed ad alium inferiorem in præiudiciũ Episcopi? Qua in re communis opi.esse videtur vt non possit, vt resoluunt Panor.& alij in c.nobis, de iure patro. Quod procedit etiã si testator disponeret, ꝙ eo casu, quo Episcopus sese intromittere vellet, capella haberetur, pro nõ instituta, neq; creata fundata, vel dotata: nã adhuc testatoris præceptum non valeret, nec faceret præiudiciũ Episcopo, aut ius publicum, eiusq; formam læderet. Ita tenent Domini de Rota deci.868.alias.568. Factũ tale est, in antiquis, Bar. in l.quoties, §.fi.ff.de admini.tu. Felinus in c.quoniã venerabilis, col.11.de excep. Rochus de Curte.in tracta.de iure patro.q.12.versic.absque diœcesarni consensu. Ripa in d.l.nemo potest, ff.de leg.1.nu.125. Couarru.in c.tua, in fi. de test.& in lib.4.decret.par.2.c.3.§.1.num.20. Qua in re aduertendum est, quòd regulariter in ecclesia, aut capella authoritate præsulis constructa, & deinde dotata, Episcopus habet in institutionem ministrorum curam, & omnẽ administrationẽ, tex.in c.1.16.q.5.qui tex.est.singu.secundũ Feli.in c.cum venerabilis, de exceptionibus, nu.32.tex. in c.vno, de iurę patro.li.6.& in c.nullus, 16.q.7.c.preterea & in c.relatũ, de iure patro. Abb.in c.cùm ecclesia Vulterana, col.3.de elect. Abb.in c. cum ex iniuncto, de hæreticis.

Deinde notãdum est id procedere, etiam si testator, seu
16 fundator expressim † prohibeat talem episcopi curã, regimen, & administrationem, vt est communis opin. quã tenent Abb.in c.requisisti, col.pen.de testamentis, idẽ Abb. in c.nobis, de iure patro. Bar.& Iocobus de Are. in l.quoties §.fi.per tex.ibi.ff.de admini.tuto. Feli.in.c.cùm venerabilis nu.33.de excep. Couar.in c.tua, de testa.nu.8. Ripa in l.nemo põt, ff.de lega.1. col.fi.per text.ibi. & in d.c.tua.

Illud autem dubium est, quid si testator, seu fundator
17 nõ solùm prohibeat † curam Episcopi, sed vltra procedat adijciendo pœnã priuationis & nullitatis illius dispositionis de qua agitur, an nihilominus posthabita tali prohibitione, atque priuatione, valeat ipsa ecclesię, aut capellę, seu oratorij cõstitutio? Qua in re communis opi.esse videtur vt valeat ecclesiæ, seu capellę constitutio, & pœna priuationis, seu nullitatis à testatore apposita reijciatur, & non noceat non magis, quàm si re vera apposita non esset, & nihilominus talis ecclesia, seu capella per Episcopum gubernetur, & administretur. Ita tenẽt Ripa, in d.l.nemo põt col.fin. Felinus in di.c.cũ venerabilis, nu.33. Couarru.in c.tua, col.fi.idem in lib.4.decretalium, part.2.ca.3.§.1.nu. 20. Rota in antiquis, dec.868. Rochus de Curte.in tractatu de iure patro.q.12. Quod intelligiẽ dupliciter. Primò pœna priuationis & nullitatis, quale est, cum testator postquã prohibuit ecclesiã, seu capellam per Episcopum regi, adiecit, vt si episcopus se intromitteret, aut necesse esset se intromittere, tunc ea capella insecta esset. Secundò intelligitur, quando pœna erat priuationis, seu ademptionis & præterea etiam translationis, quale est, cùm testator, seu fundator post quam regimen episcopi prohibuit, adiecit vt si aduersus ea factum, vel attentatum esset tunc capella insecta.& indotata intelligeretur, & bona illi deputata in alium vsum conuerterentur, & ita communiter intelligunt plerique eorum, quos modò retulimns.

Scilicet non inueniam contradicentem, contrariam sententiam ausim verissimam dicere quam olim ineunte pueritia inter plura, quam 700 paradoxa Salmanticæ publicè sustinuimus. Quod in primis probatur: quia nullus nūquā sanus negabit, quin nostra sententia sit testatoris voluntati longè proximior quam sententia communis, quæ non dubiò testatori voluntati pugnans aduersa, inimica, & contraria est, & consequēter reijcienda, vt in auth. de nuptijs, ind. §. disponat, & in l. cōditionibus primū locū, ff. de cōd. & demonst. Deinde per tex. expressum in l. vxorem, §. hæres, ff. de lega. 3. vbi hæres scriptus fuit iussus, & oneratur, vt aliquē adoptare. quod grauamen adoptandi nullius momenti est, & non valet, quia contra bonos mores esse reputatur, vt docent gl. Bar. & doct. per tex. ibi, & tñ innuit tex. ꝙ pœna apposita in defectū illius oneris iniuncti subeūda sit, etiā si præceptū testatoris esset à lege improbatū. Sic ergo & in specie nostra licet pręceptum testatoris, qui iussit capellā per Episcopum non regi, sit à lege improbatū, adhuc tñ pœna priuationis & annullationis in defectū illius præcepti apposita, efficax esse debet, etenim hac in re plures sunt gradus voluntatis testatoris. Primus vt capellę cōstructio firma sit, sub conditione, si episcopus eius regimē non attigerit. Secundus gradus, vt mallet capellam infectā, indotatamq; esse, quam ꝙ eius regimen Episcopus attingat, vt in simili ait tex. in princ. Institu. de donat.

Tertiò per tex. in l. paterfamilias testam. ff. de hæredib. instituen. vbi hæres scriptus, & iussus aliquid facere, licèt regulariter per defectū modi non inducatur priuatio, vel annullatio relicti, vt in l. quibus diebus, §. Termilius, cum ibi notatis per Bar. & alios, ff. de condi. & demonst. tamen si testator adiecit pœnā priuationis, seu annullationis, tūc per defectū modi inducitur ademptio, priuatio, & annullatio dispositionis, vt sic, cū testator aliquid fieri præcepit, neque vltra processit, prætermissio illius præcepti nō tantū noceat, quantū noceret, si testator vltra procederet annullando. Sic & in specie nostra quando testator non solū prohibuit regimē Episcopi, sed etiā vltra processit annullando, seu transferendo suam concessionem, tūc defectus, seu prætermissio sui pręcepti vitiat ipso iure dispositionē.

Quartò ferè in terminis probatur per doctri. Bal. in l. 1. col. pen. C. de iure fisc. lib. 10. Rodericus Xuarez. in l. quoniam in prioribus, C. de inoffi. testa. limitatione. 6. fol. 54. vbi licet omnis cōditio reijciatur de legitima liberorum, vt in d. l. quoniam, & in l. scimus. §. cui autem, C. de inoff. testa. fallit tamen, quādo testator in defectum conditionis adiecit priuationem, seu annullationem institutionis filij, tunc enim satius est, & eligibilius conditionem non reijci quàm priuationē, seu annullationem admittere. Sic ergo & in proposito si præceptū testantis de regimine capellæ per Episcopum non faciendo prætermittas necessario sequitur, & succedit pręceptum alternatiuum ademptionis priuationis, seu annullationis.

Quintò facit doctrina Bar. in l. nemo potest, ff. de lega. 1. in princip. vbi Iaso. col. 1. lectura. 2. & iterum in 1. lectur. in princ. & Ioan. Crotus, & Ripa, & omnes, qui nominatim volunt omnimodò seruandam esse testatoris dispositionem circa tenorem eorū, quæ continentur in testamēto quale est in specie nostra, in qua agitur de tenore cōtentorum in testamento, vt vel valeant secundum præceptū testatoris vel ex toto infirmentur. Neque ad rem pertinet ꝙ conditiones impossibiles, vel turpes reijciātur de testamento, nam illud procedit regulariter, quādo ex toto certum, fixum, atq; indubitatum nō est, an testator in defectū conditionis voluerit dispositionem infirmam esse, nullā, & infectam. Secus autem est in specie nostra, in qua certū est eum maluisse dispositionem esse nullam, atq; infectā, quam eius præceptum negligi, prætermitti aut transgredi.

18 Deniq, vbicunq; est clausula annullatiua, id de † forma esse intelligitur, quæ nullā admitti interpretationē, aut dispensationem. Ista est vera & commu. opi, quā tenent Bal. & oēs in l. 1. ff. de libe. & posth. resoluit Decius consi. 466. nu. 3. dixi supra, §. 4. in prin. Et quando testator conditionem improbatam à iure posuit, tunc præsumitur turbatus mortis cogitatione ideoq; reijcitur conditio, vt sustineatur eius dispositio, quasi testator maluerit dispositionem suam, reiecta neglectaq; etiam conditione seruari, quā dispositionem simul cū ipsa conditione perire, l. 3. ff. de cōd. & dem. & l. 1. ff. de cond. instit. l. si impossibilis, ff. de hęre. inst. §. si impossibilis, Inst. eod. iuncta, l. hac consultissima. §. at cum humana. C. qui testa. facere pos. §. illud, in auth. de triēte & semi. Cæterum hæc interpretatio in specie nostra admitti nō potest, cùm in certis nō sit locus coniecturis. l. cōtinuus, §. cū ita, ff. de verb. hic aūt expressim ponimus annullatā dispōnem in defectū conditionis ergo, &c. Ad l. Seius & Augerius. ff. ad leg. Falc. resp. quòd procedit, quando testator voluit institutionem infirmari, si vol. sua non impleretur, secus si relicta singularia vellet infirmari, quæ longè facilius infirmantur, q̄ hæredis institutio, vt in l. si iure, ff. de lega. 3. & C. de neces. hær. inst. l. pen. in prin. iunct. §. illo. Sunt enim alię non ignobiles differentiæ institutiones, & legata, vel reliqua relicta singularia, quæ hanc nostram opi. mirè tutiorem reddunt, firmioremq;.

Prima differentia est, quia hæreditas non adita, nō trāsmittitur l. §. in nouissimo, C. de cad. tollend. secus in legato. §. 1. eadem, l. Ratio est, & est secunda differentia, quia antequā hęreditas non adeatur, non est in bonis institut. l. pretia rerū, vbi tex. singularis, ff. ad l. Falci. ergo nō pōt trāsmitti. vt in l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. legatū autem statim acquiritur antequā acceptetur, l. à Titio. ff. de furt. l. cū pater. §. surdo, ff. de lega. 2. Quę autem sit ratio, ꝙ legatum statim acquiritur secus in hæreditate & fideicōmisso vniuersali, ponit nouissimè Ias. in l. fi. 5. notabili, de sacros. eccles. Tertia differētia est, quia à delegatis detrahitur Falci. vt. C. ff. ad l. Falcid. idem de institutione in re certa, l. quoties, C. fami. hær. secus de institutione vniuersali, vt patet.

Quarta, quia pro institutione competit remedium, l. fi. C. de edicto diui Adria. toll. secùs pro legato, vt ibi notatur. in gl. in verbo, ex parte.

Quinta quia aditione hæredis vniuersalis confirmatur testamentum, nō autem aditione legatarij, vel hæredis instituti in re certa. l. testamato manumissus, cum similibus, ff. de man. missis testa. l. si nemo. de testam. tute. l. si nemo, de reg. iur. l. eam quam. C. de fideicommissis.

Sexta, quia hæres pōt apprehendere hæreditatē, in qua est institutus, propria authoritate, secus in legatario, qui si occupat propria authoritate, incidit in edictū, quorū legatorū, vt C. & ff. quorū legatorū, & l. non dubiū. C. de leg.

Septima, quia ex causa præteritionis rumpitur testamētum quantum ad institutionem, non autem quātum ad legata, vt in auth. ex causa, C. de libe. præteritis.

Octaua, quia testator instituēdo seruum proprium, videtur ei relinquere libertatem, secus autem, quando legatum particulare sibi relinquit. l. pen. in prin. iunct. §. illo. C. de necessa. seruis hær. inst.

Nona, quia conditio apposita in legato debet impleri quàm primum. l. hæc conditio. ff. de cond. & dem. secus in ea, quæ est apposita in institut. gl. notab. & singularis in l. si quis instituatur hæres, ff. de hære. inst. in §. 1. Bar. in d. l. hęc conditio. Ratio: quia in hæreditate vertitur maius periculum quàm in legato, vt ibi per eum, & vi. gl. in l. si plures, glos. fi. ff. de cond. inst.

Decima, quia si quis instituatur purè, deinde sub conditione, valet prima institutio, non autem secunda l. si te solum, §. 1. ff. de hęre. inst. quia prima est plenior secunda. Secus in legatis, nam valet secundum conditionale, non primum, l. non ad ea, ff. de cond. & dem. & ita tenet gl. notabilis in d. l si te solum, §. 1. & ibi Bar.

Vndecima quia institutiones sunt fauorabiliores, quàm legata, gl. in l. sub conditione, ff. de hære. inst. probatur in l. pen. §. 1. C. de necessarijs seruis hære. inst. iuncto. §. illo. eadem. l. idem in l. filium, §. sed cùm portio. ff. de leg. præst.

Duodecima, quia hæres tenetur ad onera etiā supra vi-

res hæreditarias,niſi facit inuentarium,l.fin.§.1.per tot.C.de iure deliberan. ſecus in legatarijs, l.1.C. ſi cer.peta.l.ſi hæreditatem,cũ ſimilibus,ff.manda.melior tex.in l. fideicõmiſſum,ff.de lega.1.& in §.1.Inſt.de ſingulis rebus per fideicom.relict.l.ſi vniuerſę.C.de lega.

Decimatertia differentia eſt,quæ colligitur per glo.in l. extraneum,cũ ibi notatis,C.de hære.inſt.ſcilicet quòd inſtitutio facta de aliquo cum ipſe hæres morietur, valet, & reijcitur tempus,& inſtitutio remanet pura l.hęreditas ex die,ff.de hær.ſed quando alicui eſt legatum,cùm ipſe legatarius morietur,non reijcitur tempus,imò ſuſpendit legatum & facit ꝙ interim nõ debeatur,l.hęres meus,in prin. ff.de cond.& demonſt.Ratio differentiæ eſt,quia ſi in inſtitutione non reijceretur tempus decederet teſtator pro parte tẽporis teſtatus,& pro parte inteſtatus, quod ius nõ permittit,quæ ratio ceſſat in legatis,Et hanc rationem ponit Iaſ.in d.l.extraneum.1.col.poſt.medium.

Dicimaquarta differentia eſt, quia conditio appoſita in legato,quandocunque eueniat, nõ trahitur retro.l.1.§.ſerui.ff.ad Sillan. Secus in inſtitutione conditionali.l.hæres quandoq;,ff.de acqui.hære.Ratio differẽtię eſt,quia in inſtitutionibus niſi conditio traheretur retrò,teſtator reperiretur pro parte tempore teſtatus,& pro parte inteſtatus, ideo ne hoc abſurdũ reſultet,trahitur retro quæ ratio ceſſat in legatis,& fideicommiſſis particularibus.Ita declarat Bar.in l.ſi is qui pro emp.5.q. principali.ff.de vſucap.Iaſ.in l.ſi pater.C.de inſt.& ſubſti.ſub cõdi.fact.2.col.circa prin.

Decimaquinta differentia,quia licèt regula ſit ꝙ liberi poſiti in conditione nõ videant̃ tacitè ſubſtituti, iuxta gl. ſingularem in l.Lucius.ff.de hęred.inſt.& ibi allegaui ſimiles illud eſt verũ in inſtitutione,ſecùs in legatis, vnde ſi teſtator legaret fundũ Titio,& ſi decederet ſine liberis grauaret reſtituere eccleſię, iſto caſu in tali legato filij poſiti in conditione intelligerent̃ tacitè ſubſtituti. Ratio diuerſitatis eſt,quia legata poſſunt relinqui nutu.l.nutu.ff.de leg.3.Secus in inſtitutione.l.iubemus.C. de teſta.Ita ſingulariter limitat Ang.in l.in legatis,C.de lega.per gl. quã ad hoc dicit ſingularẽ in l. filiusfam.§.cũ quis, ff.de leg.1.quod in perpetuò nota,refert Iaſ.in l.1.C.de pac.1.charta in fine.

Decimaſexta differẽtia, eſt quia inſtitutus in multis rebus,vel diuerſis,non poteſt quaſdam admittere, & quaſdã repudiare l.quidã elogio. cum ſimi.C. de iure delibe. ſecus in legatis,quia poteſt vnũ admittere aliud repudiare,l.2.3.4.ff.de leg.2.vbi videas, & vi.gl.in d.l.quidã elogio.gl.magna in medio.& vi.tex.& gl.in l.1.& 2.ff.de acqui.hæredi.

Decimaſeptima differentia eſt,quia licèt valeat legatũ, rei alienæ ſcienter factum,l.cum alienam, cum ſimil.C.de lega. ſecus tamen eſt inſtitutione facta de re aliena . licèt fiat ſcienter ſecundũ. Bald.in l.ſi.per illum.tex.C.de hære. inſt.18.oppoſitione,refert & ſequitur Iaſ.in d.l.cum alienam.1.col.poſt medium.

Decimaoctaua differentia eſt,quia legata reuocãtur tacitè propter inimicitias ſuperueniẽtes,l.3.§.ſi.ff.de adimẽ. lega.ſecus in inſtitutione,l.ex parte,eod.titu. Rationẽ diuerſitatis ponit ibi gl.& in §.ex eo.Inſti.quibus mod.teſtamenta infir.l.ſancimus,D.de teſtamen.

Decimanona,quia licet ſubſtituto impuberis exhæredati non poſſit legatum relinqui.l.cum quidam, C.de legat. illud eſt verũ,qñ filio pater legaſſet tit.legati,& ſic ſingulari ſecùs ſi titulo hæreditario.Nã ſi pater filiũ impuberem exhęredauerit,& extraneũ inſtituit,deinde filio ſubſtituit pupillariter,iſto caſu poteſt legari non ſolum à filio,ſed ẽt ab eius ſubſtituto,tex.eſt ſingularis in l.qui fundum,§.qui filios ff.ad l.Falcidi.& ibi Pau.de Caſt. & per Angel.in d.l. cùm quidam,& ibi Iaſ.vltima columna.in medio.

Viceſima differentia eſt, quia licèt ſuſtitutio vulgaris facta in vnum caſum comprehendat alios, l.cum proponas,cũ ibi notatis,C.de hæredib.inſti.illud eſt verũ in ſubſtitutione facta in hæreditate, ſecùs in ſubſtitutione facta in legatis,nam tunc non habet niſi vnam expoſitionẽ factam vel expreſſam à teſtatore,caſus eſt ſingularis in l.pater Seuerinã,in prin.ff.de cond.& dem.& ibi Pau.de Caſt. de cuius veritate ꝑ Iaſ.in d.l.cũ proponat.3.col.in medio.

Viceſimaprima differentia colligitur ex tex.in l.2.C.de neceſ.ſeruis.hær.inſt.

Viceſimaſecunda differentia eſt, ſcis ꝙ quando hæres inſtitutus diſponit de hæreditate ſibi relicta,eo ipſo videtur adire,l.ſi auia.C.de iure delibe.illud tamen eſt verum, quando ſcit ſe inſtitutum vt ibi in gl.ſed in legato eo ipſo quòd de illo diſponit videtur adire,& tranſmittit,etiam ſi ignoret ſibi relictum,l.ſeruum filij,§.ſi quis rẽ,ff.de leg.1. & l.ſi fundum ſub conditione.§.ſi Titius,eod.tit.

Viceſimatertia differẽtia eſt,quia inſtitutus omnino incapax & grauatus reſtituere, non cogitur adire vt alij reſtituat,vt per gl.in l.eam quam vltima glo.C.de fideicommiſsis . Secus in legato relicto omnino incapaci,nam ille incapax cogitur accipere , vt alij reſtituat.ff.de excu. tu.l. legatarius,ff.de leg.2.l.cum ei.Rationem differentię collige ex glo.in d.l.eam quam,gl.vltima.in verſi.itẽ nec quod delegatis ſingularibus dixi,&c.

Viceſimaquarta differentia eſt , quia hæreditas pro non ſcripta accreſcit cum onere.C.de cadu.tollen. §.ijs.ita.Secus in legato pro nõ ſcripto.§.in 1.ead.l. Ratio diuerſitatis eſt,quia onus iniunctum hæredi,videtur potius iniunctum hęreditati quàm perſonę,ſed hæreditas extat, licèt perſona nõ extet,ergo,&c. Sed vnus iniunctum legatario cenſetur potius iniunctum perſonæ, quàm ipſi legato,vel rei legatę,ita dicit Pau.in d.§. in 1.circa finem vbi videas.

Stat ergo ex ſuperiorib. poſſe teſtatorẽ vetare per modum reſolutionis,ne habeat regimen capellę ſuæ Epiſcopus licet per hoc hęc diſpoſitio particularis periclitetur,licet non ſic in hæredis inſtitutione,arg.d.l.Seius & Auger. ff.ad leg.Fal.cũ ſint tot differẽtiæ inter legata & hæredita.

19 Illud autem dubiũ eſt, an † executores poſſint diẽ à teſtatore deſignatum ad ſuæ volũtatis executionem alterare,ſeu commutare?Qua in re communis opi.eſt non poſſe,per tex.in d.c.tua teſtamen.adeò,vt non ſolum nequeãt prorogare ſed ẽt peruenire non poſſint, vnde poſt annũ à morte teſtatoris ſi centũ pauperibũs diſtribuenda ſunt,ea centũ ante illũ anni finẽ diſtribui nõ poterunt.Iſta eſt cõmunis opi.quã tenent Ange.& Alex.in l. ſtipulatio iſta,§. ſi quis dolum,ff.de verb.oblig.Bar.in l.cũ pater.§.à filia.ff. de lega.2.& eſt communis opi. ſecundum Decium in l.cũ tempus,ff.de reg.iur.& ſecũdum Iaſ.in l.poſt mortem,C. de fideicõmiſ.& ſecundum Couar.in c.tua.nu.5.de teſt.

Contrariam tamen ſententiam, vt hoc caſu ea pecunia pauperibus ante finem illius anni diſtribui poſſit, tenent Abb.conſ.11.lib.2.Ancha.conſi.202.Decius in d.l.cum tempus.Couarru.vbi ſuprà.Quorum opin. contra magis cõmunem veriorem puto, quã ab ineunte pueritia inter plura quàm 700 paradoxa olim publicè defenſa Salmanticæ ſuſtinebamus.Mouemur primò per l.ſtipulatio iſta,§.inter certam.ff.de verbo.oblig. vbi qui poſt diem certũ dare tenetur,is illum diem pręuenire, & maturius præſtare non prohibetur. Deinde per l.poſt mortẽ.C. de fideicom.vbi etiam is qui poſt mortem ſuam , & ſic poſt diẽ incertum dare tenetur, non prohibetur viuus longè ante mortẽ reſtituere.Tertio per regulam generalem,quæ habet liberum eſſe cuiq; fauori ſuo renũtiare, l.pen.C. de pact.l.ſi quis in conſcribẽdo,C.de epiſcop.& cleri.Cùm ergo dilationi fauore ſuo adiectę poſſit quiſq; renuntiare,ſiue illa certa ſit ſiue incerta,ſimiliter & in ſpecie noſtra huic dilationi hæres renuntiare poterit, quandoquidem negari non poteſt quin ipſius tantũ hæredis onerari fauore appoſite ſit q magis & facilius poſſit voluntatem teſtãtis explere. Quartò facit ferè in terminis,l.vxorem,§.Scæuolæ.ff.de lega. Quintò facit, nam licet mandatum ſit in ſpecifica forma implendum,nec liceat mandatario illius fines prætermittere,aut egredi.l.diligenter,ff. mãdati.§. is qui exequitur Inſti.eod.tit.tamen non propterea abnegatur mandatario poteſtas egrediendi mandatum,dummodo plenius,& illius voluntas mandantis obſeruetur,vt d.§.is qui exec

igitur in auth.de hæredibus & Falcidia.in verbo, fideicõ.
per vniuersitatem.vbi significatur in fideicommi.vniuer-
salibus illam cõstitutionem locum habere, non secus, q̃ in
fideicommiss.singularibus,vel in legatis, & consequenter
locum habere in Trebellianica, non secus, q̃ in Falcidi.Et
hoc argumentum, quod præter omnes locupletauimus,
est reale, & vrgens secundum Ripam in d.l.nemo potest.
nu.50.& secundum Ias.in d.l.Marcellus.
Tertiò principaliter facit:quia vbi reducimur ad ius an
9 tiquum,etiam in † correctoriis extensio licita est.gl. in ca.
cõiter doct.sequuntur. vt per Ripam in d.l. nemo potest.
nu.51.vbi Ias.nu.40.in 2.lect.& in d.le.Marcellus.in prin.
facit glo.in prin.C.de caducis tollendis.quæ ait,antiquum
ergo bonum.Et Lucanus lib.8. bellorum ciuilium sic ait,

Ardua quippe fides maturos exigit annos.

Et Seneca in octa.

Teneris in annis haud satis clara est fides.

Quartò facit, quia virtus legatorum attributa est fidei-
com.& contra.lex.1.ff.de lega.1.l.1.& 2.C.communia dę
lega.§.sed olim.cum seq.Insti.de leg.Vnde lex noua,quæ
vetat legata minui contra voluntatem testatoris, etiam in
fideicommis.locum vẽdicauit.Cùm ergo tot rationes ex-
pressæ in eadem lege noua,quę loquitur de Falcidia per te-
statorem prohibenda,militent etiam in Trebellianica, re-
liquum est,vt ipsam Trebellianicam comprehendant. Nã
quando vna ratio plures casus comprehendit, tũc omnes
casus comprehensi intelliguntur, non per modum exten
sionis,sed ex vi comprehẽsiua: vt quemadmodum genus
comprehendit sub se plures species,ita quoq; generalis ra-
tio,latè per Tiraq. in l.si vnquam, in verbo,libertis.nu.37.
C.de reuocandis donat. vbi latè differit, ꝙ generalis ratio
comprehẽdit sub se diuersas species casuum emergentiũ.
Petrus,& Cinus in l. iura non in singulas.ff.de legib. Bald.
in auth.post fratres.2.C.de legit. hæredibus.& in c.quia.v.
circa finem. de iudicijs & est communis opin. vt patet ex
relatione Tiraq.de vtroq; retractu.§.20.nu.1.Sic ergo &
in specie nostra, cùm tot rationes sint expressæ in lege no
ua,& sint generales,commodæ, & aptæ tam ad Trebellia
nicam,quàm ad Falcidiam, superest, vt vtranq; compre-
hendant,licèt in altera tantùm loquantur, nõ secus,quàm
genus comprehendit sub se plures species.

Illud autem dubium est, an huiusmodi prohibitio per
testatorem fieri possit in † codicillis? Qua in re Bal. cõsi.
10 474.lib.2.consuluit fieri non posse.Idem gl.in le.2.in ver-
bo,falso.C.de codicillis.Alciatus in l.licèt.C.de pact.

Contrariam sententiam probant Areti.consi 12.col.fi.
Gualdensis de arte testandi.titu.de muta.test.c.8.Didacus
de Couarru.in c.Rainaldus. de testam.§.3.nu.6.Quorum
opin.veriorem puto per text.in §.pen.Instit.de codicillis.
& in l.Scæuola.ff.ad Trebel.in quibus iuribus habetur hę
reditatem codicillis dari, & adimi posse per fideicommis.
vt codicillis nulla alia dispositio abnegata, vetita,& inter-
dicta videatur, præter exhæredationem, & hæredis insti-
tutionem. Sed qui hæredem scriptum vetat Trebelliani-
cam,vel Falcidiam deducere,is hæreditatem neq; videtur
dedisse,neq;ademisse,vt in le. qui hæredi.§.cum hæredi-
tas,vbi per omnes.ff.de conditio.& demon. per Carolum
Ruinum in l.Gallus.§. & quid sit tantùm. col.9.ff.de libe.
& posthu. Ergo dicendum est huiusmodi prohibitionem
codicillis fieri posse, cùm ius hæredis directum remaneat
penes

penes hærede.vt in d.§.cùm hæreditas.tradunt latè Bart. & nouis.in le.cum filio.ff.de legat.1.

Enimuerò controuersum vehementer est, an hæreditate non adita per hæredem, qui † Trebellianicam deducere vetitus fuit, fideicom. vniuersale euanescat? Mouet quæstionem, ꝙ licet olim indubitanter tale fideicom.euanesceret,vt in l.ille à quo.§.si de testamento.ff.ad Trebel. & in l.non iustam.C.eod.tit.tamen hodie secundum receptam sententiam quemadmodum cùm hæres vetitus Falcidiam deducere si repudiat hæreditatem, legata,& fideicommiss.singularia nõ euanescunt,vt suprà admonuimus: ita quoq; videbatur fideicommiss. non euanescere, sed ꝙ hæreditas ab hærede repudiata fideicommi.vniuersali deferretur,vt is iure suo adire posset. Sed tandem in contrarium est communis opi.vt talis fideicom.etiam hodie hæreditatem ab hærede scripto repudiatã iure suo adire non possit, neq; vllum habeat remedium ad eam consequendam,nisi compellat hæredem adire. Ista est vera & communis opin.secundã Ripã.nu.51.in d.l.nemo potest. vbi. Alex.nu.10. Iacobus de Bellouisu. in §.si verò expressim. in auth.de hæredibus & Falcid.Bald.in l.filium quem.col. 12.C.familię hercis.Rom.in auth.similiter in 3.charta.C. ad legem Falcidi. quia imputandum est fideicommiss.qui potuit hæredem compellere adire,& id omisit.leg.si quis omissa.ff. si quis omissa causa testamen.

11 Illud autem dubium est,retenta communi sentẽtia,quę 12 habet, testatorẽ † Trebellianicã posse prohibere, an procedat etiam in filijs primi gradus? Qua in re cõmunis op. est negatiua, vt si filius à patre sit institutus, & iussus vniuersam hæreditatem restituere,nõ possit pater filio interdicere Trebellianicæ deductionem. Ita tenẽt Bal. Pau.& Salicet.in d.auth.sed cùm testator. Roma.& Ias.in l.Marcellus.ff.ad Trebellianum. Alex.consil.5. Circa primum. lib.3.Roma.consi.206.Licèt ex communi.Cuma.consil. 35.& est communis opi.secundum Decium. cons.81.col. 2.& consi.218.col.1.Corneus in d.l. iubemus.Crot.in d.l. nemo potest.nu.18.& Ripa.num.53.ibidem.Couarru. de testa.c. Rainutius.§.11.nu.7.Ias.cons.99.lib.4. Soci.iunio. consi.131.nu.58.lib.1.Ruinus cons.21. num.8.lib.3.Picus in l. in quartam,colum.111.ad leg.Falcid.

Contrariam sententiam, vt etiam hoc casu Trebellianica possit per testatorem prohiberi, tenuit Cin.in d.l. iubemus.Cuma.in l.cohæredi.§.cũ filiæ.ff.de vulgari.Alex. & Soc.in d.l.Marcellus.Bal.cõsi.340. Super eo quod quæritur,lib.3.Alex.consi.67. Consideratis.colũ.2.lib.1. idem Alex.consi.29.Perspectis.lib.8. Ange.consil.125.Hoc est testam.Hannib.in d.l.nemo potest.nu.369.& hęc est cõmunis opin.secundum Parisium consi.1.num.83.lib.3.& secundum Picum vbi suprà.Corset.in tracta. de excellentia regis.quæst.73.colum.4.Corne. consi.22.lib.2.colũ.9. Roma.sing.192.

Quid dicendum? Teneo hanc posteriorem partem,vt testator possit etiã filijs primi gradus institutis vetare Trebellianicæ detractionem.per tex.in d.auth.sed cum testator.C.ad leg.Falcid. & auth.de hær.& Fal.§.si verò expressim.iuncta vera & communi sententia quam suprà retulimus.Moueor, nam si verum est regulariter posse testatorem Trebellianicam prohibere nõ secus quàm Falcidiam eã vetare poterit liberis primi gradus non secus quàm reliquis etiam extraneis hæredibus institutis restituere iussis:quia liberi primi gradus ante nouissimum ius authenticorũ nullum habebãt peculiare priuilegium circa quartam Trebellianicam prohibendam, quasi testator Trebellianicam illis solis restituere rogatis auferre non posset,reliquis autem hæredibus restituere rogatis auferre posset: quinimò hac in re omnibus ex æquo idem ius erat, vt testator hæredibus suis restituere rogatis Trebellianicã deducere non posset prohibere,siue illi hęredes extranei essent,siue de liberis testatoris.vt in l.Titia. & in le.quod de bonis.§.fratre.& §.fina.ff.ad legem Falcidiam.Neq; ad rẽ pertinere debuit,ꝙ cùm in omnibus hæredibus par idéq; ius esset, tamen priuilegij loco datũ esset liberis primi gradus, vt in Trebellianicam ipsorum fructus percepti ante restitutionẽ non computarentur, nam illud inde effluxit, quia de iure ciuili Trebellianica,quam liberi primi gradus restituere rogati deducebãt, subrogabatur loco legitimæ, quæ eis in bonis patris debita erat:legitima autem eius debebatur integra statim post mortem parẽtum, nullo onere,nulla conditione aut dilatione diminuta, vt sic testator qui Falcidiam,vel Trebellianicam in vsufructu tãtum,vel etiam in proprietate tantùm relinquere poterat hęredibus extraneis.vt in l.vxori.ff.de vsufru.lega.glo. communiter app.in auth.nouissima.in glo.fi.C.de inoffi.testam.& similiter eandem Trebellianicam in vsufructu tantùm relinquere poterat.vt ibi. Et est communis & vera opi. vt diximus infra.§.20. in interpretatione d. auth.

Tamen is testator liberis hæredibus institutis, & restituere rogatis non poterat iubere, vt Trebellianicã in vsufructu tãtum,vel in proprietate tantum deducerẽt: quinimò tam in vsufructu quàm in proprietate deducere eam debebant, etiam inuito testatore.d.l.iubemus. in princ.C. ad Treb.Quia cùm hæc Trebellianica loco legitimè subrogaretur,vt ipsa legitima in proprietate tantũ,vel in vsufructu tantùm relinqui non poterat, sed in vtroq;.vt in authen.de triente & semisse.§.1.& §.prohibemus.collatione 3. & est vera & cõmunis sententia vt differimus in materia.l.quoniam in prio.C.de inof.test.§.10.superest,vt talis Trebellianica loco legitimæ subrogatę sequeretur naturam ipsius legitimæ.vt latissimè docet ex communi resolutione.Ias.in rub.ff.de verb.obliga. & consequenter in vsufructu tantum deduci non posset.vt in d.auth.de triẽte & semi.§.1.& §.prohibemus, & in l.quoniam in prioribus.C.de inoffi.test.expresius in l. scimus.§.cum autem, & §.repletionem.eo.tit.Hodie autem cum testator Trebellianicam liberè excludere possit, legitimam autem liberorũ nulla ex parte minuere possit, vt suprà differuimus, & in d.l.quoniam.& in d.§. cum autem.& §.repletionem si liberi sint restituere rogati, & Trebellianicam deducere vetiti,habebunt integram legitimam, tam in proprietate, quàm in vsufructu,Trebellianicam verò minimè:quia eã excludere tam liberum fuit testatori liberos hæredes instituenti,quàm si extraneos scriberet hæredes.nam correcta & infecta radice, omnia ex illa radice germinata pereunt. l.2.C.de indict.viduit.tollend. Vnde cùm radix,& fundamentum illius priuilegij liberis cõcessi, vt in eorum Trebellianicam fructus non imputarentur,qui in extraneorũ Trebellianicis imputabantur.vt in l.Papinianus.§.vnde si quis.ff.de inof.testamento.fuerit, ꝙ olim testator vt legitimam excludere non poterat.vt in l. cùm quæritur.& in l.parentibus.C.de inoffi.testa.& in §.fi.Instit.eo.& le.Papinianus.§.4.& §.quoniam autem quarta.ff. eod.titul.ita quoq; Trebellianicam excludere non poterat.d.le. Titia. d.le.quod de bonis.§.fratre. & per hoc talis Trebellianica loco legitimæ semper imputabatur illis personis, quibus legitima debebatur.Quę quidem radix & fundamentum hodie cessat, quia hodie testatori liberum est vetare Trebellianicam,superest,vt si ea vetita non fuerit,tũc gaudeat priuilegio suo, de quo in d.l. iubemus.quia subrogatur loco legitimæ.Sin aũt vetita fuerit, tũc nullo gaudeat priuilegio, cùm ex nihilo nihil supersit.l.sed & si manẽte.ff.de precario. sed is filius in restitutiõe hæreditatis deducat suã legitimam integram,intactã,illibatam, tam in vsufructu quàm in proprietate,d.l.quoniam in prioribus,d.l.scimus §.cum autem & §.repletionem.dict.authen.de triente & semi.§.1.& §. prohibemus.

Neq; ad rem pertinuit, quòd lex generaliter loquẽs,non comprehendat illas personas,quæ non solum priuilegiatæ sunt,sed etiam in illa materia, qua de agitur,peculiare priuilegium reperiuntur habere. vt tenuit gl.in l. hac consultissima.C.qui testamen. facere pos.vbi Pau.& Fulg.& Ripa in dicta l.nemo potest.num.52.ff.de lega.1. Nam præter ea quòd illud non satis tutum est,posset procedere regulariter

gulariter, aliud tamen, quando ea dispositio non tam iure suo id priuilegium habebat, quàm ratione alterius dispositionis, in cuius locum subrogabatur, vel cui accedebat. Vnde si priuilegium scholaribus, & eius socijs, vel famulis fuerit concessum, si postea scholaribus adimatur, socijs, vel famulis ademptum videtur, vt per Hannibalem in le. nemo potest. ff. de legat. 1.

Vel secundò & notabilius lex generaliter loquens, non comprehendit personas, quę in illa materia, qua de agitur, reperiuntur habere peculiare priuilegium. Id tamen procedit & intelligitur, quando talis lex esset dispositiua, secus autem si esset correctoria ex toto, vt in specie nostra. Vnde si lex diceret, Heres restituere rogatus Trebellianicam non posit deducere nisi in bonis mobilibus, puto ꝙ non cōprehenderet filios, licèt & id satis controuerti posit. Vel dixit, Si non fecerit inuentarium non deducat Trebellianicam. puto quòd non comprehendat liberos. vt latè per Corneum in d. authent. sed cum testator. col. fi. licèt & id apud me suspectum sit, qui hoc casu putarem filios etiam comprehendi, quia circa confectionem inuentarij non reperiūtur habere peculiare priuilegium, ergo comprehenduntur, argumento. l. in fraudem. §. fin. ff. de milit. testamēto, & generaliter in similibus casibus hæc videtur communis opi. vt per Decium in l. ex testamento. C. vnde liberi, & in consil. 5. Alciatus lib. 4. Paradoxo. ca. 10. Tiraq. de vtroq; retractu. glos. 14. num. 91. cum plu. sequen. Cæterùm si lex correctoria esset loquens generaliter, non dubitarim, quin comprehēdat etiam eas personas, quę in illa materia erāt priuilegiatæ: quia licèt in quibusdam ad eam materiam spectantibus speciale priuilegium reperirentur habere, & essent potioris conditionis, quàm reliqui, tamē si ea materia perit, & exulat, vt ipsi poterunt ea exulante vti, certè non video, vel (quod tutius & apertius est in specie nostra) verum non est, ꝙ liberi primi gradus reperiantur habere speciale, & peculiare priuilegium. Nam licèt tales liberi habeant priuilegium quo ad effectum, mensurā, & magnitudinem Trebellianicę, quia extraneis restringitur Trebellianica, & minuitur per fructuum perceptionem, vt in l. Papinian. in §. vnde si quis. ff. de inoffi. testam. tamē liberis primi gradus nō minuitur Trebellianica per fructuum perceptionem, nec tales fructus in eorum Trebellianicam imputantur, neq; eam diminuunt, vt in l. iubemus. in princip. iuncto. §. final. C. ad Trebellia. tamen hoc peculiare priuilegium datum liberis primi gradus quo ad effectum specialiter Trebellianicæ, non debet extendi ad creationem, neque ad resolutionem ipsius Trebellianicæ, neq; ad concessionem, vel denegationem ipsius. Nam vt aliud est hominem nasci, aliud autem est hominē natum varia opera efficere, variasq; actiones exercere, aliudq; similiter est postquā natus est, & varia opera confecit, mori, & finiri: ita quoq; aliud est liberis primi gradus Trebellianicam concedi, aliud verò postquam eis Trebellianica concessa est, eam Trebellianicam quo ad sui effectum esse maiorem, pleniorem, capaciorem, quàm sit Trebellianica, quæ conceditur extraneis. Nam & similiter longa est differentia quo ad sui effectum, plenitudinem, & capacitatē, inter legitimam, quæ debetur liberis, & legitimā, quæ debetur parentibus, vel fratribus, vel patronis: quia legitima liberorum amplior, & plenior est, quàm legitima reliquorum. vt in authen. nouissi. cum ibi plenè notatis per glo. & doct. C. de inoffic. testamento. & latè diximus infra. §. 20. & tamen propterea nullus vnquam dixerit, quòd priuilegium datum liberis, quo ad effectum & plenitudinem legitimæ extendatur quo ad priuationem, vel denegationē, vel resolutionem ipsius. Quia lex noua, quæ legitimis suis priuari omnes ingratos iuberet, nullus vnquā abnegauit, quin comprehenderet liberos, licèt sint priuilegiati in legitimæ plenitudine, & effectu, non secus, quàm reliquos, qui tale priuilegium non habēt, quod nominatim probat text. in l. si quando. §. fi. in fina. ibi. quæ omnis sanctio. & in l. quoniam in prioribus. & in l. omnimodò. C. de inoffi. testa. vbi leges illæ licèt liberis obesse videantur, quatenus eis adimunt facultatem rescindendi testa. parentum, quib. rescisis, vniuersam consequerentur hęreditatem, vt in l. Titia. & in l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoffi. testam. & non legitimam tantùm, tamen ex quo leges illæ generaliter loquuntur, comprehendunt filios, nō secus, quàm reliquos, licèt in materia legitimæ reperiantur habere peculiare priuilegium: quia illud priuilegiū est circa aliud, hoc est, circa effectum, vel plenitudinem legitimæ, non autem in indiuiduo circa illam rē, de qua agitur. Quod etiā probat d. l. in fraudem. §. fin. ff. de milita. testam. vbi licèt miles quamplura habeat priuilegia circa creationem testamentorum. vt per totum. ff. C. & institu. de testamento militis. tamen eius hæreditas adiri non potest, nisi intra tempora paganorum testamentis concessa: quia priuilegia militibus data in creatione testamentorum non extēduntur ad hūc casum, vbi agitur de effectu, & non de acquisitione. Sic ergo & in specie nostra priuilegiū liberis primi gradus concessum quo ad plenitudinem & effectum Trebellianicæ non extenditur ad creationē, seu concessionē ipsius Trebellianicæ, quinimò ex permissione le. generali. de qua in auth. de hæredib. & Fal. ī §. si verò expressim. & in d. auth. sed cū testator. potest testator liberis Trebellianicam denegare, non aliter atq; extraneis, cùm sola legitima, non ēt Trebellianica liberis ex necessitate debeatur. vt in authēt. de hæredibus & Falcid. §. primum itaq;. & in d. l. quoniam in prioribus. & in d. authen. nouissi. & in le. scimus. §. cùm autem. C. de inoffic. testa. Et hanc opinionem solitus sum tenere in iudicādo, & cōsulendo, & inter plura quàm 700 paradoxa Salmanticæ publicè tuebamur.

13 Ex superioribus infertur, an filius, qui non fecit † inuētarium, amittat Trebellianicam? Qua in re sunt qui putēt Trebellianicam amitti. Ita tenent Cinus Bald. & Sali. in d. authent. sed cùm testator. & Iacobus de Are. & Petrus de Bellaperti. & Fulgo. qui ait se ita consuluisse in magna q. & Soci. in l. Marcellus. §. quod autem. ff. de condi. & demonstratiō. sequitur & dicit communem opi. Dec. consil. 480. In casu quæ contingit. nu. 16. Bald. in le. cùm tale. §. 1. ff. de condit. & demonst. Barto. consil. 227. Lena Matarelli. Oldral. consil. 133. Satis credo. in princ. cùm consi. 141. Visis. col. 1. Fulgo. consi. 41. Casus talis, col. fin. idem Fulgo. cōsi. 87. Proponitur quòd honorabilis. colum. pen. & consi. 96. Pro decisione, col. 1. Pau. cons. 36. Super primo dubio. lib. 2. Andrea. Sicu. consi. 46. Difficile est, col. pen. Mathesilanus notabili. 158. Nota quòd hæres. Ange. §. in extraneis. de hær. qua. col. fi. idem Deci. consil. 236. Non parua difficultas, nu. 5. Parisius consi. 1. num. 88. lib. 3. quos omnes ferè refert Deci. vbi suprà. præter Parisium sequitur nouissi. Couarru. in c. Rainuti. de testam. §. 11. nu. 10.

Contrariam sententiam, vt filius non conficiens inuētarium non amittat Trebellianicam, tenet, & dicit communem Aimon Sabilli consi. 17. Corne. consil. 180. libr. 4. col. 7. Antonius Rubeus consi. 43. nu. 9. qui hanc dicit cōmunem. Et hanc sequi videtur idem Corne. in d. auth. sed cùm testat. col. fin. Guido papæ. q. 53. Iacobus de Bello. in authent. de hæredibus & Falcidia. §. hinc nobis. q. 13. Oldral. in l. fi. C. de iure delibe. Io. Andr. in additionibus Speculatoris. in tit. de instrumentorum editione. §. d. versic. de Trebellianica. Oldral. consi. 130. Bald. in le. filium quem. C. familiæ herciscun. Ang. in authent. de hæredibus & Fal. §. si verò expressim. Ang. in d. authen. sed cùm testator. & ibi Bart. prout eorum plerosque refert Corne. in d. consil. 180. num. 11. lib. 4.

Sed priorem sentētiam affirmatiuam longè veriorem puto, per omnia fundamenta, quæ suprà adduximus in illa quæstione, An testator posset prohibere Trebellianicam. Nam in authen. de hæredibus & Falcid. in §. si quis autem non implens. cum seq. & in §. hinc nobis. cùm seq. & in §. si verò expressim. nō solum vnica, sed etiam plures rōnes expressæ sunt, quæ militant in Trebellianica, non secus, q̄ in Falcidia. & in filio non secus quàm in extraneo hærede instituto:

instituto: & consequenter vt si filius non conficeret inuentarium, Falcidiam secundum omnes amitteret, ita quoq; amittet. Trebellianicam: quia de Falcidia ad Trebellianicam indubitanter fit extensio, vbi non solùm militat eadé ratio, sed præterea ea ratio in lege expressa est. Et sic inter plura quàm 700 paradoxa Salmanticæ olim publicè tuebamur, & ita consulerem & iudicarem. Vnde teneo, quòd patertam. liberis primi gradus possit Trebellianicę deductionem prohibere, & eo non prohibente, talem Trebellianicam amittat filius qui non fecit inuentarium.

14 Infertur longè facilius Trebellianicam perdere † hæredem extraneum, qui inuentariũ non fecerit. Quæ res vehementer controuersa est: quia hanc nostram sententiam tenent Cinus in auth. sed cùm testator. in 8.q.C.ad leg.Falcid.& ibi Bald. idem Bald. in l. cùm tale.§.1.ff.de cond.& demonst.& Petrus de Bellaper.& Fulg. in d.auth. sed cùm testato.& ibi Sali. in fi. Bart.consi.227. Lena Matareli. Corne.consi.303. Plura quæsita.libr.1. idem Corne.consil.22. In hac consultatione.col.pe.lib.2.& consi.168. In hac cõsultatione, in 3.dubio.col.4.lib.3. Et hanc opi. dicit cõmunem Fulgo. in d.auth. sed cùm testator. Rom. in authé. similiter. Soc. in d.l.Marcel.ff.ad Treb. Cuma.consi.141. Visis. Fulgo.consi.41. Casus talis proponitur, co.fi. vbi firmat se ita sæpe consuluisse cum clarissimis docto. idem Fulgo. consi.87. Proponitur.col.2.& consi.96. Pro decisione, col.1. quorum plerosq; refert Dec.consi.236. Non parua difficultas, nu.5. Et hæc opin. est communis secundum Soci. iuniorem. consi.132.volu.1.nu.3. Pari. consi.1.nu.88.libr.3. Deci.consi.480. nume.17.

Contrariam sententiam, vt Trebellianicam nõ perdat hæres non conficiens inuentarium, tenent Bar.& Corne. col.fi. in d.auth. sed cùm testator. Iacobus de Bello. in d.§. si verò expressim. Bar. in l. Marcellus.col.fi.ff.ad Treb. Io. Andr. in additionibus Speculatoris in tit. de instrumentorũ editione.§.d.vers. sed de Trebellianica dubitatur Alex. qui plures refert in d.l. Marcellus. Idem Alexád.consil.21. Perspectis, col.2.lib.5. qui hanc opi. dicit veriorem & magis cõmunem. idem Alex.consi.67. Visis.col.8.libr.4. Bal.consi.229. in 1.artic.lib.3. Bald.consi.354. Ad euidentiam, lib.5 Corne.consi.180. Multitudo quæsitorum, num.11. lib.4. qui hanc dicit communem, & vsu forensi receptam sententiam. Ias. Ang.& Pau. in d.l. Marcellus. vbi Claudius hanc dicit communem. Soci.iun.consi.137.nume.9.

Sed certè prior sententia longè verior est, quia in d.§. si quis autem non implens, & in d.§. hinc nobis, & in d.§. si verò expressim, non vnica tantũ, sed plures rationes expressæ sunt, quæ militãt in Trebellianica nõ secus, quàm in Falcidia, & consequenter hæres extraneus nõ conficiés inuentarium, non potest deducere Trebellianicã non magis, quàm Falcidam, quia de Falci. ad Trebellianicã fit extensio, etiã in correctorijs, quádo est eadem ratio, & præterea rõ illa in lege expressa est, vt pluries admonuimus. Præterea non solùm ex vi extensiua, sed etiam ex vi comprehensiua possemus firmare cõprehensum fuisse in Trebellianica, non secus, quàm in Falcidia, vt patet in auth. de hæredibus & Falci. in §. hinc nobis, vers. sancimus. in verbo, fideicom. sæpe repetitum, vbi hæres ad conficiendum inuentarium iubetur fideicom. nõ secus quàm legatarios citare. ad idem tex. in §. si verò non fecerit. ibi, sed compleuit legatarios, & fideico. Quæ iura mirè commendat Couar. in d.c. Rainu.§.11.num.10.& Rom. in auth. similiter, fol.pen.& Deci.consi.236.nu.5. Sed certè illa iura contrariam sententiam potiùs probare videtur, vt opportunè, & subtiliter aduertit Corneus in d.authen. sed cùm testator, colũ.3.4.& 5. Nam cũ illa iura dicant, ꝙ qui inuentarium non fecerit, compleuit legatarios & fideicommissarios citra Falcidiæ detractionem, necessariò intelligenda sunt de legatis fideicommissis singularibus, quorum relicta per Falcidiam minuuntur, non fideicom. vniuersali, quod cõplere impossibile est, si quid surripuit hæres, qui inuentarium non fecit: quia siue re vera aliquid, vel multa surripuerit, quantum id sit, incertum, & occultum est, & cõsequenter impossibile est impleri, vel suppleri per ipsum hæredem surripientem: siue nihil re vera surripuerit, tamé punitur propter inuentarij defectum in eo, quòd relicta singularia implere debet per denegationem Falcidię, sicq; re vera illa iura in relictis tantum singularibus, non etiam in vniuersalibus loquuntur: quod etiam si agnosceremus, tamen adhuc nostra sententia defendenda est, non ex vi comprehensiua illorum iurium (vt qui nostram sententiam tuentur falsò opinantur) sed magis ex vi extensiua, vt nostra fundamenta suadent. Postremò pro nobis induci bellissimè potest dict. authent. de hæred. & fal.§. si quis autem non implens.& §. inordinatum, vbi quando hęres punitur propter suam negligentiam commissam in non implendis & persoluendis à testatore relictis, tunc is priuatur hęreditate in fauorem fideicommissarij vniuersalis non secus, quàm in fauorem legatariorum, quinimò principaliter in fauorem fideico. vniuers.& sic per prius ea hęreditas hæredi adempta, defertur fideicõmissario vniuersali, deinde legatarijs. Sic ergo in §. hinc nobis. qui statim sequitur, quando hæres punitur propter suam negligentiam commissam in non faciendo inuentario consequenter intelligendum est puniri ad commodum fideicommissarij vniuersalis, nõ secus quàm ad commodum legatariorum, cùm illius intersit non secus quàm legatariorum inuentarium fieri, & res hæreditarias sibi restituendas non occultari. Et certè diminutus fuisset Iustinianus, si is casus tam necessarius non esset ab eo prouisus, vnde ex mente & sentẽtia ipsius comprehensus sanè fuit. Suadetur ex § primum itaq;. in dict. auth. cùm §. sequenti. vbi in legitima, quæ iure quasi naturæ quibusdã debetur, nihil attigit Iustinianus, vt sicut in reliquis omnibus hæredibus omni legali commodo eos priuaret, si vel voluntatem defuncti intrà annum non implerent, vel inuentarium facere prætermiserint, vel testator expressim id iuberet, itaq; in omnibus his tribus casibus mens Iustiniani fuit, vt hæredes omni commodo merè legali (quale est commodum Falcidiæ, vel Trebellianicæ) priuarentur, licet non priuarentur commodo, quod non videtur merè legale, quale est commodum legitimæ, quod quibusdam personis quasi lege naturæ deberi ipse Iustinianus prædixerat in dict.§. primum itaq;. Vnde infertur legitimam per non confectionem inuentarij non amitti. secũdum quosdam, ergo.

15 Filius † non conficiens inuentariũ, quæritur, an amittat quartam iure naturæ debitam? Et communis opinio est quòd non secundum Xuarez in le. quoniam in prioribus. fol.21.col.1. cum pluri. seq.& Decium in cons.480.nu.17 & 18. Eandem dicunt communem opi. Alex.& Iason. in l.fi.§. si autem hoc.C. de iure delibe. Sed contra communem opi. per tria fund. tenet Salicet. in le.fi.§. si quis autem temerario.C. de iure delibe. quorum vnum valde stringit nec recipit bonum resp. secundum Ias. vbi suprà. Sed certè magis videtur responso carere illud fund. quod adducit Sali. scilicet, ꝙ qui inuentarium non facit, præsumitur res hæreditarias surripuisse, taliter, ꝙ eis non subtractis, hęreditas sufficeret ad integram præstationem tam æris alieni quàm legatorum, vt §. hinc nobis.& §. si verò non fueri in authé. de hæredibus & Falcid. Stante ergo hac præsumptione (licèt in veritate aliter res se habeat) superest, ꝙ sicut integra legata præstarentur si verè sufficeret hęreditas ad integram præstationem tam legatorum quàm æris alieni, ita etiam integra legata præstari debeant, cũ inuentarium confectum non est, cum licèt hæreditas verè s[...]uendo non esset, soluendo tamen esse præsumatur. Si er[go] legata integra debentur, ergo minui non debent prętex[tu] quartæ iure naturæ debitę, nã si minuerentur, integra n[on] præstarentur. Itaq; si in hęreditate erant ducenta, & le[ga]ta sunt trecenta, filiusq; immiscuit, tunc trecenta legat[i] nomine dabit: nam præsumo, quod in tali hæreditate f[ue]runt non solùm illa trecenta, quæ legata sunt, sed q[uod] etiam vltra illa trecenta erant alia cẽtum, quæ iure nat[uræ]

debit

debitam legitimam implerent. Sed etiam aliam pœnã patietur, vt de proprio à bursa centum prestet. Confirmatur nam & aliàs qui non facit inuentarium, Falcidiam perdit, & patitur aliam pœnam, vt vltra vires etiam legatarijs teneatur, vt d.§.si verò non fecerit.& d.§.hinc nobis.idque receptum est propter doli suspicionem, vt patet vtrobiq;. Et tenendo hanc partem, non obst.authẽ.hoc amplius.C. de fideicom. Nam in quæstione nostra quando filius inuentarium non fecit, ideo effectualiter quarta iure naturæ debita priuatur, quia licèt eam verè non habeat, tamen eã habere præsumitur per modum subtractiõis: at in d.auth. hoc amplius.filius inuentarium fecerat, sicq; quartam iure naturæ debitam nec vere habebat, nec præsumptiuè, ideo eam sibi cõseruat. Non quoq; obst. ꝙ legitima sit æs alienum, es autem alienum ipso iure minuat legata secundum glos.Falcid.in §.si præfatam, in l.fin.C.de iure delib. Nam in primis nego, ꝙ legitima sit alienum æs. Idq; patet: tum, quia per es alienũ omnino cessat, vt l.Papi.§.4.ff.de inoffi. testa.tum etiã, ꝙ non debita, sed quasi debita dicitur legitima, vt not.in l.3.C. de iuris & fact.ign. Sed & si fateremur, ꝙ legitima verè deberetur, adhuc non obest. Nã æs alienum, quod ipsi hæredi debetur, non minuit legata, quando non fit inuentarium. vt probant Salic. & Ias.vbi suprà. sed loquimur in legitima ipsi filio hæredi debita, ergo.&c. Præterea etiam æs alienum alteri quàm ipsi hæredi debitum non minuit legata, quando non fit inuentarium. Patet. Nam si trecenta habebam in bonis trecentaque legaui cùm deberem centũ, tunc inuentario non facto hæres integra trecenta præstabit: nec verum æs alienũ poterit diminuere legata, eo ꝙ plus in hęreditate fuisse præsumitur. vt dict.§.si verò non fecerit.& d.§.hinc nobis, tam in decisione, q̃ in ratione decidendi. Vnde cùm verum æs alienũ legata minuere nequeat, multò minus fictum æs alienum ea diminuere poterit. Non quoq; obst. quòd patronus non priuatur legitima propter non confectum inuẽtarium, vt in auth.de hære.& Falci.§.pen. nam non sequitur illud in patrono, ergo idem in filio. Patet. Nam ad tollendam consequentiam, sufficit dari instantiam. glo.in ca. sicut vrgeri.1.q.1.& in leg.creditori.vbi Ias.de noui oper. nuntiat.ff.sed quemad.est differentia inter legitimam patroni, quæ per libertos minui non potest, & legitimã filij, quæ minui potest per patrem, vt probat glo.ap.in l.cùm à matre.C.de rei vend.ita etiam debet esse diff.in quęst.nostra inter legitimam filiorum, & patronorum: vt sicut illo casu faciliùs extinguitur vel minuitur liberorum legitima per alienationem patris, quàm patronorum per alienationem liberti, ita & in quæstione nostra per non confectionem inuentarij faciliùs extinguatur liberorum, quàm patronorũ legitima. Præterea patronis debetur legitima ex legis dispositione, & præterea libertus ad eam relinquendam tenetur per obligationẽ ab antidora, cùm præmium libertatis immensum à patrono acceperit: at pater nõ est obligatus ab antidora, nec alio iure ad legitimam filio relinquendam, licèt naturali instinctu ad filium alendũ ducatur, & ad relinquendam sibi legitimam: vnde cùm sit diuersa ratio inter legitimam filiorum, & legitimam patronorum, nimirum, si ab vna ad alteram argui nõ possit. Vel melius dic, ꝙ d.§.si.vers.non autem excipimus.in d.auth. de hære.& Falc.conc.cum d.auth. hoc amplius.& cum d. §.his igitur.& d.§.si quis autem non implens. in di.authẽ. de hæredibus & Falc.quæ iura non loquuntur, quando filius, vel patronus desijt inuentarium conficere, sed quãdo iussum testatoris, legis, & iudicis implere noluit, quo casu punitur, vt lucrũ amittat, id est, omne quod sibi vltra debitum bonorum subsidium relictũ fuit: at nos loquimur, qñ inuentarium non confecit. Ratio differentiæ: quia illo casu constat eũ nil habere præter debitum bonorũ subsid. quo lex eũ priuare non vult: at isto secundo casu præsumit lex eũ subtraxisse tot res hæreditarias, quot sufficiunt, vel trãscendũt summã legitimę, & per hoc vult eũ integra legata persoluere, licèt re vera aliter se rem habere posse lex non ignoret. Et dicta præsumptio generalis habet etiã locũ in filijs, & patronis institutis, & etiã in alijs priuilegiatis.argumento eorum quæ habentur in l.1.ff.sol.mat. Vltimò hęc pars comprobatur contra communẽ rõnẽ. Nam quando duo casus sunt æquiparati à lege antiqua, tunc lex noua loquens in vno casu, extenditur ad alterũ. ita est glo. app.in le.si quis seruo alieno.C.de furtis.& diximus suprà. sed filius institutus non cõficiens inuentariũ, per legẽ antiquam æquiparabatur extraneo inuentarium non conficienti, vt in le.fi.§.sin verò postquam, in verbo, vel immiscuerint.C.de iu.delib.ergo lex noua (scilicet, auth.de hęr. & Falci.§.si verò non fecerit) loquens in extraneo, habebit etiã locũ in filio. Stringo: nam si istud procederet (vt dixi) etiam eo casu, quo d.§.si verò non fecerit, loqueretur specificè in extraneo hærede, quãto magis id verum erit, cũ d.§. simpliciter loquatur & generaliter, vt sic nõ minus filium hæredem, q̃ extraneum cõprehendat. Vltimo in d. §.si verò nõ fecerit, datur regula generalis, & exceptio nõ est bene probata, ergo, &c. Deniq; sequenda est cõis sententia, quæ longè verior est: quia lex non pręsumit eũ qui inuentarium non fecit, aliquid surripuisse: patet in d.auth. de hær.& Falc.§.hinc nobis.ibi, fortè surripuerint, & iterũ ibi.si nihil malignati essent, non fortè competeret. Si ergo lex non præsumit hæredem, qui inuentariũ non fecit, aliquid surripuisse, vel malignatũ fuisse, duntaxat considerat possibile esse eum aliquid subtrahere, superest, filiũ inuentarium non conficientem posse legitimam consequi, non aliter, atq; si inuentarium fecisset. Præsertim cum, vt suprà admonuimus, ꝙ opportunè notat Dec. consi.480.nu.17. iura noua ea duntaxat commoda, quæ à mera legis ciuilis concessione descendunt, ademerit hæredibus inuentariũ non facientibus, non aũt ea cõmoda, quæ lege quodãmodo naturæ eis deferuntur, & sic non legitimã iure naturæ quasi debitam, sed Falcidiam tantum, vel Trebellianicam ex mera legis ciuilis dispositione emanẽtem eis ademerit, vt euidenter probatur in auth. de hær.& Falci.§.primum itaq;.iuncto §.hinc nobis. cum seq. Et sic sequẽda est cõis opi.quã vltra Alexã.Ias.Decium, & Rodericum Xuarez, alios suprà allegatos tenent.glo. in auth.hoc amplius.C.de fideic.quam sequuntur ibi doct. communiter.& glo.in d. authẽ.sed cùm testator. vbi omnes. est communis opi.secundũ Alex.in l.scimus.§.pen.C.de iure delibe.gl.in auth. de hæred.& Falci, §.si verò non fecerit. Corne.consi.180. col.1.lib.4.Ias.in d.l.scimus.in princ.l.7.tit.11.part.6.

Intellige tamen filium liberari ab illa pœna amissionis
16 legitimæ, non tamẽ liberatur ab altera pœna, vt † teneatur vltra vires hæreditarias, etiam legatarijs. Ita Bart.& Pau.in d.auth.sed cum testator. idem Pau. in d.l.scimus.§.pe. Didacus de Couar.in c. si hæredes.nu.9.de testa. per generalitatẽ tex.in auth.de hær.& Falci.in §. hinc nobis.& in §. fiat igitur.& in §.si verò non fecerit. quæ iura cum generaliter loquantur, comprehendunt liberos, non aliter atq; extraneos hæredes, cùm non reperiantur habere peculiare priuilegium in hac materia, vt in l. in fraudem.§.fi.ff.de milit.testa.Dec.in l.ex testamento.C.vnde lib.idem Dec. consi.5.Alciatus lib.4.paradoxorum, cap.10. Tiraquel.de vtroq; retractu, in glo.14.nume.91.

Illud autem dubium est, an filius, qui voluntatẽ defun-
17 cti non impleuit infra annum, † priuetur legitima? Qua in re cõis opi.esse videtur, eum legitima nõ priuari, vt per Cardinalẽ, Abb.Imol.Barb.& Didacũ de Couarr.nu.9.in c.si hæredes.de testa. Segura.in l.3.§.fin.fol.7. col.1.de libe.& posth.ff.Bernardus in d.c.si hęredes, in fi.& est cõis opi.secundum Ioan.Cirier. de primogenitura.libro.3.q.6. Quorum opi.vera est, & probatur per tex.in auth.de hæred.& Falc.in §.1.itaq;.iuncto §.si quis autem non implẽs vbi Iustinianus professus est se nullam pœnam amissionis imponere illius quartæ, quæ iure quasi naturæ debetur, sed quartæ tantùm Falcidiæ, vel Trebellianicæ, quę mero legis ciuilis beneficio debetur. Qua de re per Archidiaconum, & Dominicum in c.Syluester.11.quæst.1.Io.And.

Anton. Ancharan. & Imol. in dict. capitu. si hæredes.

Stat ergo ex superioribus primum testatorē posse Trebellianicam prohibere, non aliter atq; Falcidiam. Deinde hæredem, qui infra annū non implet voluntatem defuncti, Trebellianica priuari, non secus, quàm Falcidia. Tertiò, testatorē posse liberis primi gradus interdicere. Trebellianicæ non minus, q̃ Falcidiæ deductionem. Quartò, liberos primi gradus, qui non fecerint inuentarium, priuari Trebellianica non secùs, q̃ Falcidia. Quintò, filium qui non fecerit inuentarium legitimam portionem nō amittere. Postremò, filium qui infra annum non impleuerit voluntatem defuncti, non amittere legitimam.

Deniq; eleganter quæri potest, an hodie cùm testator
18 posit prohibere † Falcidiam, ea Falcidia detrahi videatur contra voluntatem testatoris, an verò de voluntate ipsius? Mouet quæstionem, ꝙ olim in re dubia contra voluntatē testatoris detrahi videbatur, vt in le. Titia. ff. ad leg. Falcid. quia testator etiam si vellet eam prohibere, nō poterat, vt in l. ꝙ bonis. §. fratre. & §. fi. eo. tit. sed cùm hodie testator posit eam prohibere, vt in authē. sed cū testator. C. ad leg. Falc. & in auth. de hæredibus & Falci. §. si verò expresim. superest, vt eam testator sponte concedere videatur: quia qui potest prohibere, vel adimere, & non prohibet neque adimit, concesisse videtur, vt in le. necnon. §. quod eis. ff. ex quibus causis maior, & in l. 1. §. pen. ff. de leg. 3. Per quā rōnem hanc opi. tenēt contra cōem Ripa. in l. 1. §. in filij. nu. 7. ff. ad Treb. & in d. l. 1. in prin. eod. tit. nu. 15. vbi subdit, se nunquam cōem sententiam veram putasse. Idem tenent Picus in l. in quartam. colū. 28. ff. ad leg. Falci. & Dec. consi. 257. colum. fin. incipi. Quæritur an legitimatus.

Sed in contrarium se habet vera & cōis sentētia, vt per Vincētium in l. Titia. col. 2. ff. ad leg. Fal. Ripa in l. in quartam. ff. ad leg. Falc. nu. 47. qui hanc dicit cōem sententiam, Anchar. consi. 51. Plura sunt. Bertrandus consi. 153. Circa processum, in 8. dubio. lib. 2. Imol. & Alex. in d. l. in quartā Couar. in c. Rainald. §. 3. nu. 6. de testa. sentit Bar. in d. l. nemo potest. nu. 7. Pro hac cōi & vera snīa est tex. apertus in d. c. Rainaldus. in fi. Neq; ad rem pertinet, ꝙ permisisse videatur qui nō prohibuit: nam illud verū est, si liberè prohibere potuit, secus autem si non oīno liberè, quale est in specie nostra, vbi creditur Falcidiā ideo expresè nō prohibuisse, ne hæres scriptus repudiaret non concessurus hæredi Falcidiam, si certò sciret eum aditurum hęreditatem: mallet. n. testator integra legata præstari, q̃ Falcidiā deduci: sed mauult Falcidiam deduci, q̃ hæreditatem ab hęrede scripto repudiari. Simile in prin. Insti. de dona. Neq; ad rē pertinet, ꝙ repudiata hæreditate per hæredem scriptum, qui Falcidiam detrahere vetitus fuit, tunc hęreditas deferatur reliquis in eo testamēto scriptis, siue illi legatarij sint, siue fideicom. vt tenent Bart. & cōiter docto. in d. l. nemo potest. col. 1. per tex. de hære. & Falc. §. si verò expresim. iuncto §. si quis aut non implens. Nā illud non sufficit testatori, cuius magnoperè interest ipsummet hæredē scriptū potius q̃ reliquos in eodē testamento honoratos hæreditatē adire: vt si fortè hæres scriptus vir erat probatissimæ, inculpatæ, & innocentisimæ vitæ: nā & hæres fiduciarius sæpe scribitur. vt in l. Seius Saturninus. ff. ad Treb. Ergo superest, vt Falcidiam hodie etiam concessam à testatore iudicemus ex necesitate quidem nō præcisa. vt d. auth. sed cū testator. sed tātùm causatiua, vt nostra suadēt fūdamēta, & rōnes, vt sic cōponātur opinionē varietates.

Redeundo ad potestatē testatoris circa legis transgresionē infertur, quod licèt testator in dubio nō videatur legare plus iuris q̃ habeat in re legata. l. vxor patrui. C. de leg. l. quod in rerum. §. 1. & l. si domus. in prin. ff. de leg. 1. tamen cōtrarium disponere potest ex regula quam tradidimus suprà. §. 6. in prin. quia isthæc respiciunt tenorem testamenti & voluntatis. Contrahens autem, etiam in re dubia, plus iuris q̃ habeat in re videtur alienare, quia appellatione rei simpliciter prolatæ intelligitur de tota re leg. si quis cum totum. ff. de excep. rei iud. Vnde si quis fundum mihi vendidit, qui ex parte tātum ad eum pertinebat, totum mihi vendidisse videtur. arg. d. l. si quis cum totū. præsertim cū ex parte mea præsumitur ignorantia l. verius. ff. de proba. Vnde apparet perperā errasse Alberi. in l. 1. C. de bo. mater. Couar. lib. 1. resol. c. 8. nu. 7. post plures, quos ipse refert, dū putat patrē rē simpliciter, in qua vsumfructū tātū habebat, filius aūt proprietatē, alienantē, de euictione nō teneri, quasi vsumfructū tantū, quē in re illa habebat, nō ēt proprietatē alienasse videretur, quo perniciosius ... ci nil posset, nihilq; quod magis occasione fraudādi & decipiendi daret atq; delinquēdi. Et contrariā snīam, vt totū videatur alienasse, probat expresim tex. in l. in vēditione. ff. de act. em. gl. in l. ex his prædijs. C. de euict. Secundò ... tex. in d. l. si quis cū totum, dū appellatione rei simpliciter prolatæ, ait totā rē contineri cū oībus suis partibus tā integralibus, q̃ quotitatiuis. Tertiò. l. cū quęs. C. de lega. Quartò. l. Mæuio. in prin. verb. totus. ff. de leg. 2. Quintò. l. vni. vbi aūt. C. de caduc. tollē. Sextò l. coniunctim. ff. de lega. ibi, solidā rem. Septimò. l. si plurib. ff. de leg. 1. Octauò. § eadē res. Inst. de lega. Nonò. l. si separatim. ff. de cōd. & demōstr. Decimò l. 1. §. fi. verbo. totius. ff. de vsufruc. accre. Vndecimò. l. inde. Neratius. verb. in solidū. eo. tit. Duodecimò. l. illud. ff. de ritu nupti. in quibus oībus probatur appellatione rei simpliciter prolatæ, totā, integrāq; rem contineri. Idem & decimotertiò probatur in le. qui vsumfructum. ff. de verb. oblig. ibi similis est ei qui totum stipulatus, &c. Plura per Bart. Alex. & Ias. ibi. & per Barto. Ang. Alex. Ias. & nouisi. in l. 5. §. pe. & §. fi. ff. de leg. 1. Decimoquartò, quia ignorantia ex parte emptoris regulariter præsumitur d. l. verius. ff. de proba. Decimoquintò & fortius, quia etiam si ipse venditor ignarus esset, bonaq; fide rem ex toto ad se pertinere putaret, adhuc tamē bona fides non prodesset: quia cū ex parte mea agatur de dāno vitando, bona fides illius mihi excidio esse nō debet. vt est tex. egregius in l. 1. §. causa. ff. de ædi. edic. Decimosextò per l. si fundum. C. de euic. vbi tunc tantū vēditor excusatur, si constat emptorem rei alienæ ignarū non fuisse. Decimoseptimò per totū. C. & ff. de euict. Nā qua rōne emptori tenetur vēditori, cū ex toto res aliena erat, eadē quoq; rōne cū ex parte aliena est. per arg. de toto ad partē. l. quæ de tota. ff. de rei vend. l. an pars. ff. pro dereli. l. hæredes mei. §. ita. ff. ad Trebe. Postremò delinquendi occasio vitanda. l. scire. cū gl. sua ibi & vbiq; appro. vt sępe diximus. C. ... posse. lega. Nec dubiū est, quin sæpisimè venditores emptorē deciperent, rē ex parte alienā vendentes, idq; nō declarātes, nisi de euictione hoc casu tenerētur quo ad illam partem, non secus q̃ de euictione tenentur quo ad totū, ex toto res aliena erat. Nā & ex facto hodie lis pēdet super area illa, vbi hodie Pinciæ illud hospitale collocatum est, quod Hispanè appellatur, & hospital de los viejos, quam areā simpliciter dn̄s vēdidit prius monachis Carmelitanis, cū ad vendentē ex parte tantū pertineret, qui se eo colore, eáve (vt rectius loquamur) machinatione ꝙ ius tantū, nō ēt partē alienā alienasse videretur: quod licèt in donatione, siue inter viuos siue in vltimis volūtatibus admittendum esset, tn̄ in vendente, vel in alio contractu oneroso id admitti nescio vtrū perniciosum tātum & in ciuile appellari deberet, an ēt risu, & ludibrio condignū: licèt ita ēt rei ... suros Albericū & Couar. post alios vbi suprà credibile ... Tenendum est ergo, ꝙ rem ex parte tm̄ suam ex parte alienam vendens, rē totam vendere videtur, sicq; de e... tenebitur. Quod intellige primum, qn̄ pars aliena erat integralis, contra Alberi. Cou. & alios. Deinde ēt si pars ... na erat quotitatiua, contra snīam, mentemq́ue eorum.

Tenendo hanc partē, ad le. qui tabernas. ff. de contr. emp. responde, quod procedit in eo, qui tabernas loco publico sitas vendidit, quarum proprietas rōne loci ad publicam notorium erat ꝙ pertinebat, & vsusfructus ... vēditorē, nō sic qn̄ ea notorietas cessat. Et in casu re... ita intelligūt Are. Pau. & nouiores in l. serui electio. ... de leg. 1. Ias. n. 86. i l. fi. C. de iu. emph. Gozādi. cōs. 2...

Testator dispensare non potest cum solennitate insinuationis, quę desideratur ex forma statuti, cum communi.
Iuramen. calum. etiam tacitè remitti non posse, contra communem.
Intell. l. 1. tit. 4. lib. 3. ordi.
Forma etiam respiciens priuatum commodum omitti non potest, cum communi contra alteram commu.
Intel. c. tuis. de testibus.
Iuram. non est de forma depositionis, cum Croto & alios contra communem.
Iudex tenetur sequi fidem testium qui voluntate partum iurare desinunt. aliàs tenetur in syndicatu, non opi.
Statuto vt sine licentia patri filius non contrahat, filius renuntiare non potest contra nouissi.
Declaratio l. 1. tit. 2. lib. 3 fori & l. 50. Tauri.
Testator potest facere, ne bona sua sint pro legatis obligata, cum communi contra Petrum & Cinum.
Vsufructu legato cum onere seruitutem imponendi, videtur legata proprietas, cum communi.
Vsufructu legato cum onere ne res alienetur, videtur legata proprietas, cum communi.
Exceptio auget aliquando.
9 Solennitas leuis omissa, non nocet, cum communi contra quàm plures.
Declaratio l. 48. del quaderno del encabe. vt ibi exceptio augeat regulam.
Intelle. l. 1. §. fi. ff. de vent. insp.
10 Solennitas leuis quæ dicatur, ex communi.
11 Formæ nihil addi, aut detrahi potest, cum communi. Et differunt forma & solennitas.
12 Inuentarium omisso signo crucis, vitiatur, cum multis contra communem.
Instrumentum an requirat diuini nominis inuocationem?
Intell. §. ante hæredis, Insti. de leg.
13 Testamen. cæci hodie non vitiatur, licet non incipiat ab hæredis institutione contra communem cum Emanuel.
14 Formæ omissio, etiam in minima parte, vitiat.
L. 14. tit. 1. part. 6.
15 Testamen. olim non vitiabatur ex toto, licèt non inciperet ab hæredis institutione, sed tantum quo ad eam testamenti partem quę hæredis institutionem præcedebat, cum Emanue. contra commu.
Ratio elegans.
L. 11. tit. 1. lib. 3. ord.
16 Legatarius potest de voluntate testantis capere poss. legati sua authoritate, cum communi.
17 Simulationis exceptio renunciari non potest, cum communi.
18 Simulatio etiam cum iuramento renuntiari non potest, cum communi.
19 Excep. non nu. pecu. datur contra schedulam, in qua continetur receptam fuisse pecuniam, idque iuratam. est cum quamplurimis contra communem.
20 Iuram. non impedit restitutionem prętextu læsionis in vltra dimidiam, cum communi opin.
21 Excep. non nu. pec. non habet qui iurat se non oppositurum eam excep cum communi.
Excep. non nu. pec. post biennium posse opponi, cum communi contra alteram communem
22 Excep. non nu. pec. an possit renuntiari, quòd sic, cum communi contra alteram commu.
Excep. omnis perpetua est.
23 Excep. non numera. pecun, post biennium non cessat, quasi fingatur solutum sed tantùm quasi præsumatur, contra Areti. & Castr.
24 Excep. non nu. pec. datur post biennium, licet non per confessionem creditoris, sed aliter defectus solutionis probetur, contra nouiss.
25 Excep. non nu. pec. post biennium etiam iure regio posse opponi si reus probet defectum numerationis.
Intell. 9. tit. 1. par.
Intell. d. l. 9. ti. 1. par. 5.
26 Excep. non nu. pecu. fauorabilis est cum communi.
27 Excep. non nu. pecu. datur in solo contractu mutui, cum communi contra nouis.
28 Excep. non nu. pec. datur etiam confitenti in veritate se recepisse, contra Bal. Dec. & alios.
29 Testator potest vetare hæredes excipere de non numerata pe. cum communi.
30 Testator, qui fatetur se mutuum accepisse, nec accepit, videtur donare, cum communi.
31 Simulationis excep. excluditur per iuramentum in quibus casibus excluderetur per renunciationem factam ex interuallo, contra communem.
32 Simulationis exceptio non excluditur per statut. cauens, ne contra instrumentum vlla exceptio opponi posset, cum communi.
Intell. 4. & 5. tit. 7. lib. 3. ord.
33 Excep. non nu. pec. excluditur per spontaneam partis soluti. contra communem, cum quàmplurimis.

REDEVNDO ad illum articulum de potestate testantis circa formæ transgressionem, infertur trigesimooctauò, & principaliter an
1 †testator possit renuntiare solennitati insinuationis, quæ in testamentis ex forma statuti desideraretur, & vetare, ne suum testamentum insinuetur? Qua in re communis opi. est non posse. Ita tenet Bar in d. l. nemo potest, ff. de leg. j. nu. 8. & est communis opi. vt patet ex relatione Iaso. ibi. nu. 27. in j. lectu. & in 2. lectu. nu. 41. vbi Ripa num. 56. & Cro. num. 21. & Io. Hãnib. num. 415. qui omnes sequuntur Bar. & etiã Alex. ibi. nu. 12. qui cum Bar. firmat esse communem opi. Idẽ tenet Bar. in l. Modestinus, ff. de don. Idẽ Bar. in l. Sancimus, §. fi. C. de don. Io. And. in tit. de instr. edic. §. porrò, circa fi. Bal. in l. illud, ad fi. C. de sac. sanct. eccle. idem Bal. in l. 2. C. vt in possess. legato. Bal. in l. data, C. de dona. Imo. in dict. l. Aquillius. Imo. & alij cõmuniter, in c. cum contingat. in decimo membro, de iureiuran. Ang. consi. 18. Pater. idem Angelus consi. 181. In Dei nomine. Salic. in l. pen. C. de dona. prout eorum plerosque refert Alexan. vbi suprà.

Mouentur tenentes hanc communem sñiam, quia testator non potest immutatare ea que inducuntur pro solẽnitate testamentorum, vt in d. l. nemo potest, ff. de lega. j. cum mille similibus suprà congestis. Deinde, quia tales solennitates sunt inuentæ propter euitandas falsitates, vt in l. fi. C. de fideic. & in §. fin. Insti. de fideicomm. hæred. & in l. iubemus, C. de testamentis. Vilissimum autem falsitatis delictum euitari, interest reipublicæ, non aliter, atque reliqua delicta. vt in l. congruit, ff. de officio præsid. & in l. si quis ingenuam, §. in ciuilibus, ff. de capti. & in l. j. ff. de iustit. & iure, id autem, quod principaliter respicit vtilitatem reipublicæ, prætermitti non potest per testatorem, l. ius publicum. ff. de pact. l. priuatorum, C. de iuris. om. iudi. l. fi. ff. de suis, & leg. hær. In summa, quia insinuationis omissio arguit simulationem, l. data, C. de dona. Vnde non solum potestas testatoris hac in re deficere videtur, sed etiam voluntas, quam præsumptio simulationis inducit, facit. l. cõparationes, C. de fide inst.

Sed contra istam communem sententiam fortiter facit textu. in cap. tuis. de testi. vbi iuramentum testis, quod de substantia, forma, & solẽnitate depositionis esse videt, vt C. de testib. l. iu iisiurandi religione. potest tamẽ per partes remitti, licèt ad mendacium vitandum testium depositio desideretur, quò magis veritas cuiusque rei elucescat. c. 2. de testib. c. hortamur. 3. q. 9.

Ad hanc difficultatem respondent Ias. & reliqui vbi supra in d. l. nemo pōt, ff. de lega. j. & gl. in dict. l. iurisiurandi, vbi per docto. cōmuniter, gl. in l. j. §. j. & gl. in l. 2. §. sed quia veremur, C. de iura. calum. & gl. in dic. capitul. tuis. id inde euenire, quia iuramentum testis respicit meram vtilitatem partium, & consequenter per easdem partes potest remitti, arg. l. si quis in conscribendo, C. de pact. l. si quis in conscribendo, C. de epis. & cler. Et hæc est communis responsio communis sensus, & sententia.

2 Neq; ad rem pertinet secundū eos, ꝙ † iurā. calū. quod exigi videtur ob merā partium vtilitatem, remitti per partes expresim non posit. Nam potest remitti saltem tacitè, vt in l. 2. §. sed quia veremur. de iur. cal. C. iuncto. c. j. §. j. de iurā. calū. li. 6. & sic ꝙ iurā. calūniæ tacitè posit remitti, licèt expresim remitti nequeat, tenēt gl. mag. & ibi cōmu. docto. in c. tuis de testibus suprà allegato, gl. & cōmu. docto. in d. §. sed quia veremur, gl. in c. j. §. j. de iura. calum. lib. 6. tenent Ias. Crotus, & Hannnibal vbi suprà. Qua in re vix homini sano animus vnquā cōquiesere pōt, cū licet regulariter taciti & expresi par potentia sit, l. cū quid ff. si cer. pe. l. de quibus, ff. de legibus, tamē sępe expressum facit cessare tacitū, l. cū ex filio, §. j. ff. de vulgari & certitudo excludit cōiecturas, l. cōtinuus, §. cū ita, ff. de verb. obl. Vnde à mēte iuris longe alienū esse videt̄, vt quod expresim & nominatim fieri nō pōt, id tacitè fieri posit. facit, l. de nominatim, ff. de lib. & posthu. & §. j. Insti. de exhær. liberorū. Vnde nobis hæc cōis resolutio nūquā placuit, qui ab ineunte pueritia inter plura quā 700 paradoxa olim Salmanticę tuebamur, data paritate terminorū, iurm calū. tacitè remitti nō posse, nō magis, q̄ expresim: qnimò ab ipsis litigatoribus tacitè remitti nō magis posse, q̄ expresim, & sic nec tacitè, nec expresse. Nā vt expressa litigatorū conuentio nō esset impedimēto iudici id iurm à litigatoribus ēt inuitis exigere volēti, vt d. §. sed quia veremur. ita quoq; si probata esset tacita partiū remisio, posse ipse iudex id iurā. ab inuitis litigatoribus extorquere, spreta eorū tacita remisione, vt d. §. sed quia veremur, cū ijs q̄ adduximus. Nec oberit text. in c. j. §. j. de iur. colū. lib. 6. quia procedit in tacita remisione nō solū partiū, sed ēt iudicis de causa cognoscētis. Ergo sit verisima snīa, firma, & indubitata, renūtiationem partiū tacitā nullius momēti esse, nō aliter atq; expressam quo ad alligādas (vt aiūt) manus iudicis. Sed an tacita, vel expressa ipsorū litigantiū renūciatio in hoc saltē vtilis sit, vt postquā ipsi renūtiarunt, amplius iā alter ab altero nequeat tale iuramē. exigere? Eo puto neq; in hoc prodesse, quia adhuc alter ab altero id iu. semel remissum exigere poterit, nō secus, q̄ si remissum nō fuisset, arg. l. qui supstitis, ff. de acqui. hære. l. si quādo, §. illud, C. de inoffi. test. l. pactū dotali, C. de colla. l. fin. ff. de suis & leg. nisi. interfuisset iurā. c. quāuis. de pactis, in 6. c. cū cōtingat, de iureiu. Quinimo ēt cōsensus iudicis cū expressa partium renūciatione non sufficeret, neq; impediret, quin partiū quælibet re integra posset pœnitere, vt dictis iuribus. Rem autē integrā accipere debemus antequam snīa lata sit, & causa finita, nā postea sera pęnitentia esset. Ita nominatim probat̄ ī d. c. j. §. j. ibi, in tota causa. Ergo vt iurā. calūnię vtiliter remitti posit, debent multa cōcurrere. Primū volūtas omniū litigantium. Deinde volūtas iudicis. Tertiò, eorū omniū perseueratio vsq; ad definitiuā sententiā, & in simili supra probaui, §. 7. nu. 40. Præterea id iuram. videt̄ esse quasi de iure gētiū, hodie iure regio, vt in l. j. ti. 4. lib. 3. ordi. ibi, las quales posiciones recibio y hallo en los pleytos el vso y luenga y general costūbre de todo el mūdo. Vnde iure regio quia id iuramentū de iure gentiū esse intelligatur nō subiacet pactionibus, vt in §. sed naturalia. Inst. de iure nat. sicq; nostra op. cōtra cōem iure regio certior, & in vsu forēsi seruāda est.

Redeundo ergo ad tex. in d. c. tuis, ad quem cōis intellectus est tam glossatorum, quàm doctorū quos suprà enumerauimus, ꝙ solennitas iuramenti, quæ in teste desideratur, quia † respicit priuatam, meramq; vtilitatem partium,
3 ideo per ipsas partes potest remitti, vt sic ea quæ desiderātur pro forma alicuius dispositionis, si ea forma respiciat priuatam vtilitatem, per ipsas partes posit remitti. Quam conclusionem in specie vltra docto. suprà allegatos tanquam
4 communem sequitur Decius † c. 2. de testib. col. 2. idē Dec. in l. hac cōsultisima, C. qui test. facere possunt, col. 2. Bar. in l. j. §. sed si filius, ff. de lega. 3. Aret. in rub. ff. de liber. & posth. Abb. in c. fi. §. his autem, de offic. deleg. Mouentur omnes. arg. tex. in l. filio præterito, ff. de iniusto rup.

Cōtrariam sententiam, vt solennitas cuiusq; dispositionis a lege requisita, licèt respiciat priuatam vtilitatem non posit per partes remitti, tenet glo. in cap. dispendia. in verbo, processus. de rescr. lib. 6. quā sequitur & dicit cōmuniter ap. Cro. in l. nemo potest, ff. de lega. j. nu. 23. Et hanc partem veriorem esse ostendimus supra, §. 4. nu. 29.

Vnde ad d. c. tuis, possemus respondere, multum refere, vtrum lex procedat per modum prohibitionis, an verò procedat per modū dispsitionis. Nā primo casu actus contra factus non valet. Secundo autem casu non desinit valere, & admitti dispositio ex partium voluntate. Ista est cōis opi. q̄ tenēt Ias. in l. j. ff. de liber. & posth. col. 2. in fi. Bart. in l. nō dubium, nu. 3. C. de legib. Alexā. consi. 24. col. j. lib. 4. inci. Inspecto. Saly. in l. fi. C. de sententijs ex breuiculo recitand. Decius in l. hac consultisima, col. 2. C. qui testa. facere possunt, Ias. in d. l. non dubium, nu. 17. vbi Bar. nu. 20. & Fulg. 4. notab. & Bal. in 4. no. post alios quos enumerauimus suprà. Vnde licèt in depositione testis iuramentū desideretur, tamen lex nō prohibuit testem nō iuratum recipi, sed præcepit, vt testis receptus iuraret, & per hoc non excludit, quin partes possent remittere iuramētum testis. Sed hanc communem differentiam, vtrum lex procedat per modum pręcepti, an per modum prohibitionis, verā non esse ostendimus suprà. §. 4. num. 17.

Et cōsequenter excluso hoc secūdo intellectu, Io. Cro. in d. l. nemo potest, nu. 24. tenet, quod iuramētum testis nō sit de forma depositionis, qui tamen illud non probat. Tu ergo nouisimè dic, ꝙ in d. c. tuis, lex vltra procesit, declarādo præceptum legis posse ꝑ partes remitti. Ratio autē illius declarationis est: quia tale iuramentum respicit merā priuatorū vtilitatem, vnde consequens fuit, vt de eorum voluntate posset remitti secundum communem sentētiā supra relatam, quæ quia tuta non est, adde, ꝙ iuramētum non præstari, vt per hoc occasio deierādi cesset, interest reipublicę, vt in l. 2. C. de indicta. viduitate col. Vnde his duobus concurrentibus, ꝙ solēnitas respiciat priuatā vtilitatē & præterea illius solēnitatis remisio animarū saluti accōmoda & apta sit, pōt talis solēnitas remitti per partes, quę quidē solennitas aliter remitti nō posset, nisi in quibus casibus lex vltra procederet dispensando, vt fecit in specie nostra. Et quia extēsio magistralis fieri pōt per nos ad transgresionē formæ legalis, in quibus casibus esset eadē parq; ratio, sicut erat in d. c. tuis, arg. l. nō possunt. & l. neq; leges. ff. de leg. ideo generaliter dicerem, ꝙ vbicunq; solēnitas à lege requisita respiceret priuatā vtilitatē, tunc his duobus cōcurrentibus, quod & partes talem solēnitatē remiserint, & per talem remisionē minuat̄ occasio deierandi, vel alterius delicti, vel perfidiæ, tūc etiā si lex vltra nō procedat, ea remisio admittet̄ ad trāsgresionē formæ legalis, licèt lex vltra nō procedat dispensando nō secus, quā si lex vltra procederet, & dispensaret vt fecit in d. c. tuis, vbi tria cōcurrebant. Primū ꝙ l. vltrà procesit dispensando. Secūdū, quod per talem remisionē remouetur occasio peierandi Tertiū, ꝙ ea solēnitas respiciebat meram priuati vtilitaté. Quartum, quòd per hoc lis differtur, nec vlla ex parte respubli. læditur, vt in simili suprà, §. 7. nu. 40.

5 Illud autem controuersum est, an † iuramentum in teste sit forma depositionis? Et illi qui cōem snīam tuentur, de quibus suprà mentionē habuimus, tenent quòd sit de forma depositionis. Contrariam in specie per d. c. tuis. tenent Cro. in d. l. nemo pōt, n. 24. & Bar. in l. si legatū, ff. de sal. Io. And. in c. nō est sine culpa. de reg. iu.. col. 3. Hānib. in d. l. nemo, n. 435. cōtra Rui. & alios suprà citatos, in d. l. nemo. & contra

cōtra Abb.& alios in d.c.tuis.Et hāc opi.negatiuā,vt non sit de forma,ausim verissimam dicere:quia forma est quę dat esse rei,vt in l.Iulianus,§.si quis rem,ff.ad exhibēdum,& qui vult actū facere omissa forma,similis est ei, qui vult illam dispositionē formari & nō formari,& sic sibi ipsi est aduersus pugnas cōtrarius, vt ait Bart. in d.l. nemo potest, col.1.vbi Ripa in prin.& Ias.nu.3.lect.1.& nu.1.lect.2.& Crot.nu.10.Hanniba. nu.44. Vnde etiam per interuentū iuraméti,& cōsensum partiū à forma legali recedi nō pōt ita vt salua sit in sui forma dispositio. Ista est vera & cōis sentētia,quā tenēt Bar.& cōiter docto. in si quis pro eod. col.pe.ff.de fideiusso.Bar.nu.9.& ibi omnes in l.j.§.si quis ita,ff.de verborū obliga. vtfusius disseruimus sæpe in superioribus. Vnde volūtas partiū hoc casu nō in hoc vtilis est,vt ea dispositio valeat in vim illius dispositionis, cuius forma prætermissa est,sed vt transformetur in aliā dispositioné,& valeat in vim alterius dispositionis, vt in d. locis ꝓbat.Vnde cū in dict.c.tuis,depositio valeat in vim verę depositionis nō secus quā si iuramētū interpositum, esset supereſt tale iuramentum de forma depositionis nō esse.

Vnde eleganter infertur,vt si duobus testibus iuramentum a parte remissum est, tūc† iudex fidem illorum testiū sequi teneretur,non aliter, atq; si illi adiurassent,alias.n.in syndicatu teneretur: quia illorum testium etiam non iuratorum depositio non fuit transformata in aliam dispositionem per remissionem iuramenti, & consequenter iudex eos accipere debuit,nō tanquam consultores, sed tanquā veros & idoneos testes.Quæ omnia vtiliss.sunt,& ab alijs in quorum scripta inciderim,non sic præuisa.

Illud autem,quod Ioan. Hannib. in d.l. nemo, nu.442. post Fredericum de Senis,quem ipse allegat consi.272. In nomine domini,dicit,nullo colore defendi potest:aiunt.n. per interuentum iuramētit filiumfam.obligari citra cōsen-
7 sum patris, etiā stante statuto, vt filius sine patris cōsensu obligari nō posset.Mouentur,quia tale statutū ꝑ hāc vnicam rationem factū intelligatur,vt filio cōsuleretur,& cōsequenter is filius vtilitati suæ per interuentum iuraméti posset renuntiare.Sed errant:nā magis est vt tale statutum respiciat vtilitatem,& authoritatem patris, & ipsam patriā potestatē,vt per hoc augescat obedientia, & subiectio filij erga patrē,& cōsequenter renunciatio filij etiā iurata nihil profuit,nō magis,quā si esset nuda & simplex: quia in pręiudicium alterius iuramētum nihil iuuat, vt in cap. quāuis pactum,de pact.in 6.in capitulo,cùm contingat,de iureiurand.& in cap.licet mulires,eodem titu.libro.6.

Vnde infertur declaratio,l.tit.2.lib.3.fori.& l.50. Tauri dū aiunt arrarum nomine vltra decimā partē bonorū virum vxori dare non posse,vt aduersus ea, etiā ꝑ interuentū iuraméti,fieri nō posset quasi ea prohibitio rei publicæ vtilitatem principaliter respiciat.Quod patet:quia per d.l. 50. renūciatio mariti nō admittit,ergo talis prohibitio nō tam eius fauore quā reipublicæ facta fuit, alias.n.renuntiatio admitteretur.Quod obtinuit de iure ciuili, de iure aūt canonico non tam expeditum,vt iuribus suprà allega.

8 Infert trigesimonono,& principaliter,an† testator possit efficere,ne bona sua sint ꝑ legatis tacitè obligata? Qua in re vera & communis opi.est,vt possit.Ita Bar.in d.l. nemo pōt,nu.9.& glo.in l.2.C.vt in possess. legatorum, quā simpliciter sequuntur docto.ibi. vbi Bal. eam reputat sing. & est communis opin.secundum,Alexand.nume.3.in d.l. nemo.vbi Ias.numero 32.lectu.j.& nu.44.lectu.2. Ripa, nu.55.& Crot.nume.25.& Hānibal. numero.503. & Bal. in l.j.col.8.C.de his quæ pœnę nomine. Soci.consi.75.lib. 4.Confirmatur secundum Ias.Ripam,Crot.& Hannibalem:quia testator potest disponere,quòd dominium rei legatæ non transeat ipso iure in legatarium contra,l.à Titio ff.de fur.Et late per Alexan.in l.j.ff.de leg.j.& potest efficere,vt legata conditionalia transmittantur. Et deniq; potest dispensare in ijs omnibus,quæ tenorē testaméti respiciūt, vt ostendimus suprà. licèt contrarium & male voluerint Petrus & Cyn.in d.l.2.C.vt in pos.legato.

Infertur similiter ex superioribus, ꝙ licèt regulariter appellatione vsusfructus, non contineat proprietas,l. qui vsumfructum,ff.de verbo.obliga.l.4.ff.de vsufruct.tamen testator non solum expressim,sed etiā tacitè facere potest, vt appellatione vsusfructus,contineat proprietas,tex.memorab.in l.Proculus,ff.de vsufructus. Quod variè intelligitur.Primum, quando testator domus vsumfructum legauit cum onere altius non tollēdi, vel cum onere,vt legatarius seruitutē in re legata cōstituat,tūc.n.ēt proprietas legata videt:quia altius tollere, aut seruitutē cōstituere nō pōt fructarius,sed tm̄ proprietarius: vnde qui vult cōsequens, fructuarius seruitutē imponat,quæ nisi à ꝓprietario imponi nō pōt,videt velle antecedens necessariū ad illud, nēpe vt is fructuarius etiā ꝓprietatē habeat,arg.l.illud,ff.de acq. hære,l.2.ff. de iuris. om. iudi. ita ꝓbat d.l. Proculus vbi ita tenēt Alb.Bar.Bal.Ang.& Fulg. ibi Cuma.in l.donationes, §.species,vbi etiā Romā.ff.de dona.Bar.in l.ex hac.eod.ti. Ale.in l.si cōstāte.in prin.ff.de soluto matrimonio,Ias.in l. si mihi,& tibi,§.in legatis,lectu.j.nu. 10.ff.de lega.j. Clau. Marme.in l.naturaliter,§.nihil cōmune,nu.48.ff. de acquiren.poss.Alcia.in l.rectè dicimus,ff.de verb.signi. Galiaul. in l.centurio.n.465.ff.de vulgar.post glo.in d.§. species, & in d.l.Proculus.iuncta,l.interest,C.de vsufructuarius.j. & l.nisi,& l.vsufructuarius,2.ff.de vsufruc.

Secundò intelligit vt procedat, quando testator legauit vsumfructum,& vetuit legatario alienationem rei,nā tūc etiā proprietatē legasse videtur,ne otiosa, & inanis illa prohibitio videatur, cum fructuarius proprietatem alienare non posit,quinimò neq; etiam vsumfructum, vt in §.cōstituitur.Institu.de vsufructu,iūctis d.legibus, & ita vt per talem prohibitionem proprietas etiam legata videatur ex communi opinio.resoluunt Parisi. consi.71. libro 2. Corneus consil.64.col.j.lib.4.Dec.consi.41.col.j. Ruin. cōsil. 39.colū.1.lib.2.Roma.consi.206.num.4.Cur. Iunior.cōs. 14.col.1.Bellon.consi.6.nu.8.Gratus cons.19.nu.13.lib.2. Ang.& Fulgo.post Bal.in d.l.Proculus.Alex.in l.si constāte,in princip.ff.soluto matrimo.Ias.in dict.l.si mihi & tibi, §.fina.lectu.2.Claudi.Marmo.vbi suprà.Cuma. in d.§.species.Albertus ad augmento,& diminutione,6. colum.Cuman.& Fulgos.quos refert Paris.vbi suprà. Baberi . in l.cū filio,nu.48.ff.de lega.1.Riminal.iuni.in prin.Instit.de dona.num.357.Castellus in l.10. Tauri,ad fi.Crem. nota. 27. Hippolyt.sing.561.Fernandus de Loazes in l. filiusfam.§. diui,nu.15.ff.de leg.j.Soc.cōsi.131.nu.15.lib.j.Cur senior. consi.51.nu.23.Barbat.consi.64.libro 2.col.fin. Vnde optimum simile.Nam mandatum generale non cōprehendit casus,quos desiderat speciale mandatum,capit.qui ad agēdum,de procurator.lib. sexto, & tamen si tibi dedi mandatum generale,& adieci,nisi ꝙ nō posis debita exigere,vel transactionem litium mearum facere,quibus casibus,mādatum speciale desideratur,tunc per istā exceptionē augetur ipsum mandatum, vt comprehendat oēs etiā casus mādatum speciale desiderantes,præter illos, qui specialiter excepti fuerunt,quanuis exceptione illa non facta ex vi mandati generalis procurator ille non posset facere aliquā actū qui mandatum speciale desideraret, vt d.c. qui ad agēdum. Ita tenet Deci.in l.1.nu.31.ff.de regu.iur.Domi. post Lapum in d.c.qui ad agendum,de procur.lib.6. Ale.in l.fin.ff. quod quisque iuris.Deci.in cap.consultationibus, in fi.per illum tex.de officio delega.Alex. cōsil.36. Viso themate, colum.4.versi.sed tamen his non obstat.Deci.in capi.cum dilecta.5.not.de cōfirma.vti.vel inuti.Tiraquel. de vtroq; retract.pagina.784.nu.95.Et pro hac op.nouissimorum vt illa exceptio,quæ prima facie videbatur adiecta ad restrictionem mādati,inducat ipsius mādati ampliationem, est tex.quem ipsi non allegant in d.l.Proculus,cum gloss.

Deniq; dum modò diximus,ꝙ exceptio auget regulam aliqñ,inde infertur necessaria, & noua declaratio ad l.48. en el quaderno de la prorogacion del encabeçamiento general.Nam postq̄ ibi sancitum fuit,vt gabella(quam alcauala appellamus)procedens ex venditione rerum, quæ ad victu

victum pertinet, quæ quidē vēditio facta esset in aliquo
vico,qui subesset iurisdictioni alicuius ciuitatis, ꝑtineret
ad ipsum vicū,nō aūt ad ipsam ciuitatē,dubitabat, quid si
vēditio nō esset earū rerū,quæ ad victū ꝓpriè ꝑtinerent,
sed quadrupedis fortè,vel alterius similis rei,an gabella in
de ꝓcedēs ad ipsum vicū ꝑtineret,an vero ad ipsam ciuita
tē? Et cū hac de re ingēs lis esset inter ciuitatē Abulēsem,
& vicos eius iurisdōni suppositos, rñdi talē gabellā ad vi-
cos,nō ad ciuitatē pertinere,propter illa verba, quæ in di-
cta.l.subdunt, ī hūc modū(Pero que lo cōtenido en esta
cōdicion no sentienda estienda a las rentas de las hereda-
des.)Hæc ergo verba cū excipiāt immobilia tātū,manife-
stè probāt, ꝙ victus appellatione in illa lege cōprehēdun
tur omnia mobilia,& se mouentia: tum quia casus excepti
uus firmat regulam in contrariū,l. nam quod liquidè,§.fi-
na.ff.de penu.lega.tum, quia exceptio aliquando auget re-
gulam,quale est in specie proposita,& in superiore exēplo
do mandato generali,quòd licèt regulariter nō cōprehen-
dat ea quæ requirunt speciale mandatum(qualis est facul-
tas transigendi iurandi solutionis recipiendæ)tamen si tibi
dedi generale mandatum,ita tamen,vt non posis transige
re,tunc hæc exceptio auget regulam,idest præcedens mā-
datum,sicq; poteris iurare, solutionēq; recipere,& reliqua
facere,quæ speciale mandatum desiderant.

Illud autem dubium est, an licèt testator non posit for
6 mā legis prætermittere quin dispositio vitietur, an in†leui
bus saltem omisio solēnitatis desinat vitiare dispositionē?
Nec loquimur de forma,sed tātùm de solennitate, quę le-
uiter, vel in leuibus prætermissa sit. Qua in re communis
opi.est negatiua, vt omisio leuis solennitatis non vitiet di
spositionem.Ita tenent Barto.& communiter docto.post
gl.ibi,ff.de ventre inspiciendo,in l.j.§.fin.sequitur & dicit
cōmunem opi.Alexan.in l.2.§. si prius, ff. de vulgar. post
Bar.Bal.Imol.& alios ibi idem Alex.in rub.nu.8.& nu.12.
ff.de noui operis nuntia'.idē Alex. sequitur & dicit com-
munem sententiam in l.fin.in prin.C.de iure delib. nu.10.
per Ias.in l.si vnus,C.de testamen. Decius in l. hac consul-
tisima,C.qui testamēta face.poss.colum.j.& ibi Ias. colū.
2.egregius Emanuel de Acosta.in l.Gallus,§.& quid si tā-
tū,ff.de libe.& posthu.in 3.part.nu.86.Bar.Bal.Ange.Pau.
& alij in d.l.fina.in prin.C.de iure deliber.& Bal.in procæ.
C.in prin.Bar.inl.cū hi,§. si prætor,ff. de transactionibus,
& in l.j.§.si plures,ff.de exercitoria. Fely.in ca. cū dilecta,
de rescrip.Abb.in c.j.de fide instrum.Bal.in l.iurisgētiū,§.
quod ferè,ff.de pact.& ibi Pau.& Bart.in l.si quis ex argen
tarijs,§.si initiū,ff.de edēdo.in repetitione.Ale. in dicta l.
hac cōsultisima,Hannib.in l.nemo.potest,ff.de legatis pri
mo,numero 490.latè Alexan . in dict.l. hac consultisima.

Contrariā sententiam , vt omisio leuis solennitatis vi-
tiet dispositionem,tenet Rainerius in l.fina. in princ. C.de
iure delib. Salyc. ibidem.& etiam Fulgo. & Ange.in l.j.§.
hæc stipulatio,ff.vt legatorū nomine caueatur.& ibi Imol.
post Franciscum de Raponis.& Imola.in dicto.§.si prius.
idem sentit & Ioan . Andr.in additione Speculatoris in tit.
de teste.§.fi.in additione.incip.Quod quidam.

Pro hæc posteriore opi.cōtra communem in primis ad
ducitur tex.in l.ad testium,ff.de testamentis,in §.si quis ex
testibus,vbi si quis ex testibus subscripserit testamento se-
se,non tamen signauit testamentum non valet, & perinde
habetur,atque si ille testibus adhibitus non esset, & tamen
hæc solennitas signi,seu signaculi leuis est, & potest altera-
ri . Nam testes possunt signare testamentum cum singulis
signaculis suis,quæ signacula habeāt varias formas,vel ima
gines,& possunt etiam omnes testes vno eodemq; signacu
lo testamentum signare , siue illud signaculum proprium
sit signantis,siue etiam sit alienum,vt in l.ad testium, in §.
signū,ff.de testamē.& in §.possunt.Insti.e.& in l.j.ti.j.par.
6.ergo cū hæc forma sit alterabilis,& variè cōfici posse, vi-
det esse leuis,& nihilominus eius omisio vitiat testamētū.

Deinde pro hac parte contra communem facit tex. in l.
j.§.fina.in verbo , per rusticitatem a contrario sensu,ff.de
vētre inspiciēdo , vbi omisio leuis solennitatis tunc demū
dispositionem vitiare desinit,si per rusticitatem prætermis-
sa sit,ergo in alijs quàm in rusticis semper vitiaret . Tertio
facit tex.in l.cū hi.§.si prætor,ff.de transactionibus.Quar-
tò facit tex.in procæmio digestorum.in prin.vbi dicitur In
iure nostro nihil superfluum est , quod tamen verum non
esset,si ex his,quæ à lege obseruari præcipiuntur,aliqua su-
perfluerent,quorū omisio non noceret. Quintò facit tex.
in l.heredes palàm , §.in testamentis,ff.de testamentis , vbi
fit differētia,vtrū testis, qui in testamento rogatus esse de-
bet,rogetur ad testamentum faciendum,an verò ad aliam
rē,vt si ad testamentum faciendū rogetur, valeat testamen
tum,sin aūt ad aliā rem rogatus fuerit,nō valeat , licet testa
mēto interfuerit: & tamen nullus est qui non videat,quam
parū interfuerit,vtrū ad testamēti factionē, an verò ad aliā
rem rogaretur,cùm interfuisset testamento. & Sextò facit
tex.in d.l.hæredes palā, §.fina.ff.de testamē.& in l. furiosū,
C.qui testamēta facere poss. vbi actus extraneus, & imper
tinens vitiat testamentū : ergo si omisio leuis nō vitiaret,
talis actus impertinens vitiare nō posset . Septimò facit,l.si
vnus,C.de testamētis,vbi licet testamento interfuerint sex
testes,per defectū vnius tantū testis testamentū valere desi
nit, & tamen id leue videt , cū satis superq; sint reliqui te-
stes.Octauò facit,l.j.§.si quis in appellatione,ff. de appella-
tionibus,& ibi glo.in verbo , ei nocebit . vbi si quis errore
aliū iudicē pro alio appellauerit, refert vtrū maiorem , vel
parem appellasset,vt tūc nō vitietur appellatio,sin autē mi-
norem,tūc vitietur , & tamen quā parū inter isthæc inter-
sit,nullus ignorat,præsertim cū errantibus soleat subueni-
ri,vt in dict.glo.Nonò facit tex.in §.gallinarum. cū ibi no
tatis per gl.& docto.vbi de minimis etiā curatur. Decimo
facit,l.Seio,à contrario sensu.& l.diuus,ff.de in integ.resti-
tutione, vbi ex solennibus nihil facilè mutandū est. Vnde-
cimò facit tex.in l.2.§.prius,ff.de vulga.& in §.ante hęre-
dis,Insti.de legatis,& in l.j.ff.de hæred.inst.& in l.hac con
sultisima,C.qui testamen.facere possunt.Duodecimò fa-
cit tex.in auth.vt præponatur nomen Imperatoris in pri.

Quid dicendum?Et sanè punctus huius quæstionis pen
dere videtur à vero intellectu tex.in l.j.§.fina.ff.de ventre
inspiciendo,quem à cōtrario sensu Fulgosius & reliqui par
tem affirmatiuam communi sententiæ contrariam tuētes
pro se adducunt:sed re vera,si penitisimè inspiciatur, cō-
munem sententiam probat,Nam in d.l.j.§.fi. de ventre in
spiciē.prætor edixit,ordinauitq; plura ad partus inspectio
nem, custodiam,quæ necessaria sibi,vel saltem accōmoda,
& vtilia visa fuerunt.Deinde cùm non ignoraret iure con
sultus tot ambages & requisita nō semper adhiberi posse,
vel non facilè à quibuslibet percipi & comprehendi pos-
se,& propterea nō facilè ab omnibus illa vniuersa obserua
ri posse,vel curari,adiecit,vt si quid per rusticitatem fortè,
vel etiam in curiam (sic enim illum tex.accipio)obseruari
desijsset,tunc illud,si ex leuioribus solennibus esset,nō ob-
esset.Sic ergo quod tex.ait, per rusticitatē si quid omissum
fuerit id non obesse , non quidem illum habet sensum , vt
solis rusticis ignoscatur,& cum eis dispensetur circa omis-
sionem leuis solennitatis , sed illū habet sensum , vt rusticū
appellet eum,qui per ignorantiā vel incuriā pretoris solen-
nitatem ad vnguem non obseruauerit.Quod si velis tex.il
lum intelligere vt de solis rusticis loquatur in sui decisio-
ne,& cum illis tm̄ dispensare voluerit,tunc adhuc ille text,
cōem probat sententiam in seq.respon: vbi affert hāc ratio
nem decidendi.quale,inquit,est enim si quid ex his quæ le
uiter obseruari prætor edixit, omissum sit, partui actiones
denegari,vt sit sensus,gñaliter,& in quibusuis ꝑsonis absur
dum videri partui denegari actiones ꝑꝑ omisionē illius so
lēnitatis,quę leuisima foret.Et lex spaliter loquens exten
datur per rationem gñalem in ipsamet l.expressa, vt latè ꝑ
Tiraq.tract.de vtroq; retract.§. 20. nu.j. cum pl.seq. pagi.
566.ꝑ eundem in l.si vnquam, C.de reuo. don.in gl. liber-
tis,in nu.37.per tex.in l.fina.ff.de hæred. inst. in l.cū pater,
§.dulcisimis,ff.de lega.2.in leg.illud,ff. ad l. Aquil. in l. his
solis,

ſolis,C.de reuo.don.latè per Cor.Dec.Ale.& Iaſ.in l. hu-
manitatis,C.de impub.ꝑ tex.ibi ſupereſt, vt licèt de omiſ
ſione leuis ſolẽnitatis per ruſticitatem facta lex loquatur,
tamẽ generaliter intelligẽda ſit,vt procedat,etiã ſi a non ru
ſtico ea ſolẽnitas leuis omiſſa fuerit per incuriam fortè,
vel negligẽtiam : quia ratio illius legis generalis eſt , & eo
potiſsimum nititur, quòd abſurdum,& iuriſconſultorum
ſynceritate indignum atq; alienum eſſe videatur de leui-
bus multum curare,argumen.l. ſi ſeruum,§. ſequitur,ff.de
verbo.obligatio. Vel poſſemus intelligere,vt Alex. in lo-
cis ſuprà citatis ſæpe intellexit,ſenſum illius tex. fuiſſe, ꝙ
ſi per ruſticitatem aliquid ex ſolẽnibus omiſſum fuerit,ge
neraliter ignoſcatur , etiã ſi id,ꝙ omiſſum fuit, ex leuiori-
bus nõ eſſet.cæterum ſi ex leuioribus eſſet, tunc genera-
liter omnibus ignoſceretur,vt in ruſticis propter ſuam ru-
ſticitatem & imperitiam ſit regulare, & id in reliquis ho-
minibus admittatur,ſi ex leuioribus qui omiſerint . Nam
quãdo ratio generalis eſt , & dictum legis ſpeciale & ſtri-
ctum,tũc dictum illud ſtrictum nõ tam deciſionis, quam
exempli gratia videtur expreſſum fuiſſe, & per hoc nõ re
ſtringit ipſam rationẽ generale,ſed lex generaliter proce-
dit quatenus ratio ſeſe extẽdit , nõ quidẽ per modũ extẽ-
ſionis,ſed magis ex vi cõprehenſiua,vt docẽt Bald. in l.de
quibus,col.11.verſi.item nota ꝙ nõ dicitur,ff.de legibus.
Ioãnes And.in c.ſi poſtquam,de electione , lib.6. latè per
Tiraquellum in locis ſupra citatis . Ergo cum ibi ratio ſit
generalis, tex. generaliter procedit , vt ſi quid ex leuiori-
bus omiſſum ſit.id nõ noceat.Sunt tamẽ nõnulli , qui illũ
tex.intelligũt in prætoris diſpoſitione , qui cum procedat
æquitate inſpecta,l.quod ſi Epheſi.ff.de eo quod certo lo
co,de minimis nõ curat, vt per hoc aliud eſſe velint in di-
ſpoſitionibus iuris ciuilis,quod verũ nõ eſt,nam ibi iure-
cõſultus loquitur & interpretatur ipſum prætoris edictũ,
ſed ex omnibus illius tex.intellectibus colligitur,ꝙ omiſ-
ſio leuis ſolẽnitatis nõ vitiat in diſpoſitionibus prætorijs,
hoc primo. Deinde nõ vitiat,quãdo per ruſticos ex leuio
ribus quid omiſſum fuit,hoc ſecũdo. Tertiò nõ vitiat,quã
do ex cõſuetudine omiſſum fuit,vt declarat tex.ibi,& om
nes admittũt, & hæc ꝓcedũt ſecũdũ omnes vtriuſq; par-
tis fautores. Quartò generaliter nõ vitiat prætermiſsio le-
uiores ſolẽnitatis ſecũdum magis communem ſententiã.
10 Leuis autem ſolẽnitas ſecũdum veriorem,& receptio-
rem ſentẽtiam ea eſt,quãdo id quod prætermiſſum eſt,vel
nullius,vel modici momẽti eſt,ſecũdum Iaſ.poſt alios in l.
hac cõſultiſsima,col.j.C.qui teſtam.facere poſſunt.Alex.
in rubri.ff.de operis noui nuntia.nu.12.& per Hãnibalem
vbi ſuprà,Bar.& Ang.in l.fina.§.ſin verò poſtquam.C.de
iure delib.Bart.in l.j.§. ſi plures, in 4 .q.ff. de exercitoria.
Bart.in l.cum hi,§. ſi prætor,ff. de tranſactio . Bald.in d.l.
hac conſultiſ. Vel dicitur ea leuis ſolennitas , quæ facti ſub
ſtantiam non immutat,ſecundum eoſdem .
Tenendo communem ſententiam tũc ad omnia iura,
quæ primo loco cõtra communem adduximus,reſponde
tur ꝓcedere in ijs,quæ ſunt de forma,nõ autem in ijs,quę
ſunt de ſolẽnitate,vel ordine.Sed tũc ſubeſt quæſtio, quan
do aliquid videať eſſe de forma,an vero de ſolẽnitate? Qua
in re quo ad noſtrum attinet propoſitum in hac ſumus ſen
tentia, vt quæ deſiderantur ad conſummationem,ſeu per
fectionem alicuius diſpoſitionis,ea intelligãtur eſſe de for
11 ma ipſius,cui neq; etiã ex minimis , vel leuioribus aliquid
poſsit adimi,ſalua illa,qua de agitur, diſpoſitione:nam for
mæ nihil addi vel detrahi poteſt ſecũdum cõmunem ſen-
tentiam,vt reſoluũt Pariſius conſil.19.lib.2.nu.188.Bal. in
l.fina.colum.2.C.de ſuis & legi. Iaſo . in l.hæc verba.colũ.
5.ff.de leg.j.idem Iaſ.num.25.in l.j.ff.de libe. & poſthum.
Bald.in l.quoties,C.de ſuis & legit. Iaſ.in l.nemo poteſt,ff.
de leg.j.num.15.in ſecunda lectur.& ibi Hannibal. nu.13.
Decius in l.hac conſultiſ.C.qui teſtamenta facere poſſunt,
nu.12.Bal.in c.cum adeò,col.2.de reſcrip. Roma . conſi.
402.In propoſita conſultatione: quia ijs quæ alicuius cer
tæ formæ eſſe debẽt,nihil actũ eſſe intelligimus, cum ali-
quid ſupereſt agendum,vt in l.pen.in fin.C. de his quibus
vt indignis, & qui actum eius forma neglecta facere vult
ſimilis eſt ei,qui actũ facere vult , ita vt ſit ea diſpoſitio de
qua agiť,& nõ ſit,& ſic ſibi ipſi contrarius eſt,& pugnans.
Nã;cũ mellemulsũ fiat ex vino & melle,vt in §. cũ ex alie
na.Inſti.de rerũ diui.certè ſi quis vellet mellemulſum fa-
cere ſine vino aut melle,id nõ poſſet : & cum ars imitetur
naturam,vt in §.minorem.Inſti de adoptionibus,forma,
quæ ab arte, vel à lege in aliqua diſpoſitione ad ſui perfe-
ctionem & cõſummationẽ deſideratur, nulla ex parte im
mutari poteſt,ſalua ea diſpoſitione, nõ magis, quàm ſi ab
ipſa natura ad formam,& diſpoſitionem alicuius rei aliqua
deſiderarẽtur, & omiſſa eſſent.Et in his terminis loquun-
tur iura,quæ cõtra communem adduximus , quę loquun-
tur in teſtamento formando. Cæterum in partu cuſtodiẽ
do licèt certus ordo datus ſit,is tamẽ non pertinere ad ali-
quam rem,ſeu diſpoſitionem formãdam,vt de ſe patet,&
diximus plenè in ſimili in §.12.circa fi.
Hinc & ex ſuperioribus intelligitur,an ſi in confectio-
12 ne inuentarij in capite ipſius hæres † ſignũ crucis propria
manu nõ adſcripſerit,inuentariũ vitietur? Qua in re cõis
opi.eſt inuẽtariũ nõ vitiari, quaſi leuiſ. ſolẽnitatis ea omiſ-
ſio ſit.vt late reſoluũt Alex.in l.fi.in prin. nu.10.C. de iure
delibe.poſt Bar.Bal.Ang.Paul.& alios ibi. idẽ Alexã . poſt
Bar.& alios ibi in l.2.§.ſi prius,ff.vulg.& idem Alexan.in
rub.nu.8.ff.de operis noui nũcia.Iaſo. colum.2. & Decius
colum.j.in l.hac conſultiſ.C.qui teſtamen.face.poſſunt.
Contrariam ſententiam tenẽt Fulgo . in dicta, l.fina.in
princi.C.de iure deliberãd.Ange.& Imol.in l.j.§. hæc ſti
pulatio,ff.vt legatorum nomine caueatur, Imol.in l.2.§.ſi
prius,ff.de vulga.poſt alios,quos refert Alexan.in dict.l.fi-
na.Pro quorum opi. contra magis communem fortiter fa
cit tex.in dicta.l.fina.in princip. vbi inter cætera , quæ ad
formam,& perfectionem inuentarij deſiderãtur , illud ſi-
gnum crucis ab hærede adſcribẽdum comprehẽſum fuit:
nec video vt magis diſpẽſari poſſet cũ hærede aliquid etiã
leuiſsimum ex forma inuẽtarij omittẽte , quàm diſpẽſetur
cum teſtatore aliquid leuiſsimũ ex forma teſtamẽti omit-
tente,cum quo conſtat non diſpenſari , vt in dicta,l. ad te-
ſtium,§.ſi quis ex teſtibus,ff.de teſtamen.quem tex.ſuprà
induximus cum multis ſimilibus:quinimo cum ipſo teſta
tore,qui mortis cogitatione turbatus præſumitur,longè fa
cilius diſpenſandum eſſet,quàm cũ hærede, qui mortis co
gitatione turbatus non eſt.argumento tex.in l.hac conſul-
tiſsima,§.at cũ humana.ſuprà alleg.& in authen.de trien-
te & ſemiſſ.§.illud.Hinc eſt , quòd conditio impoſsibilis,
vel turpis licet vitiet contractum , vt in l.non ſolùm,ff.de
actio.& obligatiõ.nõ tamẽ vitiat vltimam voluntatem,vt
in l.j.& in l.cõditiones,& in l.filius,ff.de conditionibus in
ſti.& in l.3.ff.de condi. & demonſtr. & in §. impoſsibilis.
Inſti.de hære.inſti. quia cũ teſtatore, qui turbatus præſumi
tur mortis cogitatione longè facilius diſpẽſatur , quã cum
hærede,qui non eſt cur turbatus intelligať. Prætereà fauo
rabiliores ſunt vltimę voluntates , quàm actus inter viuos
l.in teſtamen.ff.de reg.iur.gloſſ.& omnes in l.fina.ff. de cõ
ſti.prin.vnde non video cur omiſsio formę,etiã ex leuio-
ribus , non debeat vitiare inuentarium , non aliter atque
vitiat teſtamentum,cum teſtamentum ſit inuentario fauo
rabilius.vt in dicta,l.in teſtamen.& argumento,l.ſi pars,ff.
de inofficio.teſtamento.& perſona teſtatoris quãuis diſpẽ
ſatione & fauore dignior ſit,quã perſona hæredis. Et hanc
partẽ cõtra magis cõmunẽ ſolitus ſum inter paradoxa & in
legẽdo tueri,intelligẽdo,ꝙ inſtrumentum teſtamẽti,& in
ſtrumẽtũ inuẽtarij habẽt certã formã ad ſui perfectionem
à lege deſignatã. Verũ in cõſulẽdo, & iudicãdo nõ recedas
à cõmuni. Quia cũ dicta,l.ad teſtiũ,§.fin. aduerſetur deci-
ſioni dictæ,l.primæ.§.fi.ff.de ventre inſpiciendo,harum le
gum quælibet in ſuo caſu ſeruanda eſt , verum in reliquis
caſibus , potius ſequemur exemplum d.l.j. quàm exem-
plũ d.l.ad teſtiũ,quia illud mitius eſt.ergo, &c.vt in l.quo-
ties in ſtipulationibus , ff.de verbo.ob.l. ſi pars,ff. de teſta.

Hinc deducitur, an inuocatio diuini nominis sit de substantia instrumẽti, ita vt eius omissio, vitiet instrumentũ? De quo per Alexand. in rubrica. ff. de operis noui nũciatione, & numero septimo, post Bar. Imol. & alios ibi. Et obtinuit communis sententia existimátium ꝙ nõ vitiaret: quia omnia censentur permissa, quæ nõ reperiuntur expressim prohibita, l. necnon, §. quòd eis, ff. ex quibus caus. maior. neque vllibi expressim vetitum reperitur instrumentum fieri citra diuini nominis inuocationem, licet de consuetudine Tabellionum fieri soleat.

Hinc etiã deducitur ratio, quæ mouit Iustinianum in §. ante hæredis. Insti. de leg. & in l. ambiguitates. & in l. præposteri, C. de testa. vt licet olim vitiarentur legata, fideicõmiss. libertates, & reliqua, quæ in testamẽtis ante hæredis institutionẽ scribantur, hodie tñ nihil referat, vtrũ testm̃ incipiat ab hæredis institutione, an verò incipiat à legatis, & fideicõmissis, quasi leuis solẽnitas sit illa, q̃ in ordine versat̃.

Sed licet hodie testamẽtũ regulariter nõ sit necesse, ꝙ in
13 cipiat ab hæredis institutione, tamẽ † testamẽtũ cæci etiã hodie necesse est, ꝙ incipiat ab hæredis institutione, vt si aliter fiat ipso iure nõ valeat. Ista est communis opin. quã tenẽt Cynus, Bar. & Fulg. in l. hac cõsultissima, C. qui testa. facere possunt, & ibi Decius, numero septimo. & est cõis opi. secũdum Emanuelẽ de Acosta in l. Gallus, §. & quid si tãtum, ff. de lib. & post. in tertia parte, nu. 86. pagina. 106. & Bal. in §. ante hæredis. Insti. de leg. Angelus in §. cæcus, instit. quibus nõ est permissum facere testamentũ, Bar. verò cautela, 90. Petrus, Cynus, Butrig. Ricardus à Malumbre, & Alber. in d. l. hac consultissima.

Sed contrariam partem, vt testamentum cæci hodie nõ vitietur, licèt aliunde quàm ad hæredis institutione inciperet, tenẽt Bal. Paul. Roma. & Alexan. colum. final. & Iaso. nu. j. in d. l. hac consultissima, vt dicit se ita consuluisse apud Cremonã. & Speculator in ti. de instrumẽtorũ editione, §. vt aũt, ver. illud quoq; nõ ignorãdũ. Mouentur hãc partẽ tenẽtes: quia secundum eos omissio leuis solẽnitatis nõ vitiat, vt in l. j. §. fina. ff. de vẽtre inspi. & cõsequẽter cũ solẽnitas, quæ in ordine literæ cõsistit, nõ solũ leuis, sed etiã leuissima, sit testamentum cæci nõ vitiet, nõ magis, quã aliorũ
14 testamen. Ex quorũ ratione infertur, ꝙ † formæ omissio quæ in ordine literæ cõsistit, leuissima est, & quantũcunq; leuissima esset, olim vitiabat, & erat in consideratione, vt est indubitatum per dictũ, §. ante hæredis, & hodie etiam similiter vitiaret, & esset in consideratione, nisi expressim ius antiquũ hac in parte correctũ esset per dictum, §. ante hæredis, & per d. l. ambiguitates, & per d. l. præposteri. Vnde subinfertur indubitanter falsum esse quod ipsi ponunt pro constanti, nempe, ꝙ omissio formæ leuioris regulariter tam iure veteri. vt in l. j. §. fina. ff. de vent. inspi. quã etiã iure nouo nõ vitiet, quod omnino falsum est, cum & talis omissio, & olim vitiaret, vt in dicto, §. ante hæredis, in l. secunda, §. si prius, ff. de vulga. & similiter hodie vitiaret, nisi ea iura expressim correcta essent. Neque ad rem pertinet, ꝙ omissio leuiorũ neq; olim vitiaret, nec etiã hodie secũdum communes sententias. Nã illud procedit in ordine & solennitate, nõ aũt in forma, quę ad alicuius rei perfectionem & cõsummationẽ desideratur, & sine qua ea res, de qua agitur, esse non potest, nque cõsistere, vt iam ex superioribus plenè docemur. Sed ratio & fundamẽtum istorũ licèt verùm non sit tamẽ eorum principalem opiniõ. noua ratione ausim verissimam dicere, quam & sequitur egregius Emanuel de Acost. in l. Gallus, §. & quid si tãtũ, ff. de liberis & posthumis pagina, 106. Nam iure veteri ante Iustinianum, qui fuit vltimus Legislatorum, testamẽtum debebat incipere ab hæredis institutione, vt in dicto, §. ante hæredis, & in dicto, §. prius, & dict. l. ambiguitates, & dicta, l. præposteri. quod regulare, & generale erat in omniũ testamentis, & consequenter in testamento cæci, nõ secus, quàm in cæterorum testamentis: & sic cùm dict. l. hac cõsultissima, facta fuerit à Iustino, qui imperauit ante Iustinianum, qui quidem Iustinianus ius antiquum correxit superest, vt in dicta, l. hac consultissima, quatenus dicitur testamẽtum debere incipere ab hæredis institutione, nõ ponatur ius speciale nõ magis quàm in eo quod dicitur ibidem septẽ testes adesse oportere, eosdemque rogatos, & reliqua solẽnia: vnde cum postea iure nouissimo generaliter inductũ sit testamẽtum posse incipere aliunde, quã ab hæredis institutione, comprehẽsum fuit hac in parte testamẽtum cæci, nõ secus, quàm cæterorum testamẽta, vt cũ hac in parte nihil specialitatis esset in testamento cæci, nõ magis, quàm in reliquorum testamẽtis, ergo, &c. vt in l. in fraudem, in §. fina. ff. de mil. testam. & quæ latè tradũt Deci. in l. ex testamẽto, C. vnde lib. idem Decius cõsil. quinto. Alciat. libro quarto paradoxorum, capit. decimo. Itaq; iura noua, vetera iura, quæ in omnium testamẽtis hæredis institutionem precedere præcipiebãt, correxerũt in testamẽto tam cęci, quàm reliquorum, & sic hodie nõ est necesse testament. cæci incipere ab hęredis institutione, nõ magis, quàm reliquorum testamenta. Vt ita olim inter plura quàm 700 paradoxa publicè defendimus. Et hæc opi. in vsu forẽsi intrepidè obseruãda est, pręsertim hodie post l. decimamquartam. tit. primi. part. sextę, quæ ꝙ testamentum cæci, incipiat ab hæredis institutione, non præcepit. Neq; ad rẽ pertinet tex. in §. cæcus. Institu. quibus nõ est per. facere testamẽtum. dũ ait cæcũ nõ posse facere testa. nisi per obseruationem, quã edixit Iustinus Imperator in dicta l. hac cõsultissima. Nam ille tex. intelligitur eas solẽnitates approbare, præterquam illas, quæ specialiter tam testamẽto cæci quàm aliorum fuerũt per eundem Iustinianum abrogatæ in dic. l. ambiguitates, & in dicta, l. præposteri, & expressius in dicto, §. ante hæredis.

Illud autem ab vtriusque partis fautoribus veluti certũ, fixum, indubitatum, atque catholicum satis incautè receptum est, vt iure † vetere putassent testamẽtum, quòd non 15
ab hæredis institutione, sed aliunde inciperet, ex toto euanẽscere, quod verum nõ est, quinimo testamentum valebat: eę autem dispositiones, quæ ante heredis institutionẽ fiebant, non etiam reliqua in testamẽto contenta valere desinebant, & idem in eis dispositionibus, quæ inter medias hęredum dispositiones fiebant, quæ similiter nullius momenti erant, vt probat dictum §. ante hæredis. in princip. & in fine. ibi, inter medias. expressius in l. secũda, §. si prius ff. de vulgari. Nam cùm patris & filij vnum sit testamentũ vt substitutio pupillaris dispositio quędam in testamento patruo contẽta intelligatur, vt in l. patris & filij, ff. de vulg. & in §. igitur. Institu. de pupill. siquidem substitutio pupillaris præcederet hæredis institutionem, & sic nõ ab hæredis institutione, sed à puppilli substitutione testm̃ patris inciperet, tunc nõ dubitatur, an vitiaretur testament. patris, quasi indubitãter valeret, sed id tãtum dubitatur, an pupillaris ipsa substitutio vitiaretur, quemadmodum legata, & fideicommissa, & etiam libertatis, quæ hæredis institutionem præcedebant, vitiabãtur. Et ibi respõdetur vitiari. Et hæc est veritas, quam pręsensit egregius Emanuel de Acosta vbi suprà. qui similiter non ineleganter aduertit errasse Accursium, quem reliqui ibi simpliciter sequuntur, & doctor. communiter in l. tertia, §. filius. versi. ante hæredis, & in l. secũda, §. si prius, ff. de vulg. dum intelligebãt iure vetere, testamentum ab exhæredationibus non posse incipere non magis, quàm ab legatis, fideicommissis, libertatibus, & reliquis singularibus dispositionibus. Sed longè falluntur: quia licèt olim legata, & reliquæ similes dispositiones in prin. testamẽti facta inutilia forent. vt in d. §. ante hæredis. in prin. tamẽ exhæredatio etiam in prin. testamẽti facta vtilis erat, l. prima, in prin. ff. de hæredibus intuendis. Et licèt olim legata inter medias hæredum institutiones facta inutilia forẽt, dicto §. ante hæredis in verbo, inter medias. à contrario sensu, tamen exhæredatio inter medias hæredum institutiones facta inutilis non erat, l. tertia. §. filius inter medias, & §. ante hæredis, ff. de liberis & posthumis, Cuius rei illa ratio esse potuit, quòd accessorium, & consequens (qualia sunt legata respectu institutionum

nű vt in l. prima, §. final. ff. de vulgar.) non debebant suum principale suumque antecedens præcedere: quæ ratio cessare videbatur in exhæredatione, quæ principalior dispositio quam legata videbatur. Patet: quia testamen. sine vllis legatis valere potest, vt patet, & docet Iason. post alios, in rub. ff. de lega. j. in illa quæstione, an legata sint pars testamẽti. sed testa. citra exhæredationẽ filij, qui institutus non esset, valere nõ potuit, l. inter cetera. ff. de liber. & posthu. l. penul. eod. tit. l. prima. ff. de iniusto rupto, in princ. Instit. de exhæredatione liberor. id quod latè iã propè disseremus.

Et considera, ꝙ in his speciebus & similibus ius vetus ad vnguem sequebatur imitationem naturæ, quæ vt induxit varias animantium species, nec permisit, vt vna in alteram conuerteretur, ita & ius ciuile suis dispositionibus formam dedit, à quibus recedere nulla ex parte licuit, ne vlla ex parte dissimilis esset imitatio, sed iura noua ab hac rigorosa, anxiaq; imitatione declinare cœperũt, quò magis dispositiones hominũ sustinerẽtur. vt in simili plenè in §. vndecimo ad princ. pulcher text. in l. 11. tit. primo, lib. 3. ord.

Quadragesimo, & principaliter infert, an testator possit facere, ꝙ † legatarius possit impunè apprehendere possessionem rei legatæ propria authoritate? Et communis, & vera sentẽtia est posse. Ita tenẽt gloss. & communiter doctor. in l. Titia cùm testamẽto, §. Lucius, ff. de lega. 2. Bart. nu. 10. in l. nemo potest, ff. de lega. j. nu. 32. in prima lect. & in secũda, nu. 44. & ibi Ripa nu. 59. & numero. 61 & Crot. nu. 26. & Hannibalis numero 54. & Ale. nu. 14. idẽ Bart. in l. creditores, in 2. quæstione, C. de pignorib. & Bal. in l. j. col. 4. C. cõmunia de lega. Romã. in anthẽ. similiter. in 20. speciali, C. ad leg. Fal. Iacob. de Are. in l. permisceri, §. species. ff. de acquir. possessiõ. Ang. in l. hoc si res, ff. de rei vẽdica. & sic poterit testator dispẽsare cõtra ꝓhibitionẽ legis nõ dubiũ, C. de legat. & cõtra totũ titulũ, ff. vt in possessionẽ legatorum, & est cõis opi. secũdum Ripam vbi suprà.

Infertur quadragesimoprimò, & principaliter, an testator, vel contrahentes possent renuntiare † exceptioni simu-
17 lationis? Qua in re cõis opi. est non posse. Ita tenet Bar. in l. nemo potest, ff. de lega. j. nu. 11. sequitur & dicit communẽ opin. Ripa. ibi nu. 6. & 4. & Ias. nu. 41. in j. lect. & num. 56. in lectu. 2. Crotus, nu. 27. & Hannibalis, nu, 546. & Alexã. nu. 16. Antonius in c. cum contingat, col. 8. de iureiurã. vbi Imo. in 7. membro, Anchara. Cardinalis, & Imol. in ca. ad nostrã, de emptione, & venditione, Rom. in l. si quis cùm aliter, ff. de verbo. obliga. Quod procedit, nisi tale pactum, vel renuntiatio fieret ex interuallo, arg. l. 2. C. quod metus causa, vbi spontanea solutio tollit metũ adhibitum in promissione, & sic spontanea renũtiatio simulationis facta ex interuallo, non videtur simulata, licèt si in cõtinẽti fieret, simulata videretur, non secus, quàm ipse cõtractus principalis, secũdum cõem sententiam doct. supra relatã. Quòd autem talis simulationis renunciatio non valeat ideo est, quia contractus simulatus nõ est cõtractus, licet imaginẽ habeat & speciem quandam. Et vt verum corpus atq; animatum differt ab eo corpore quod pictũ esset tabellis, vtque verum corpus atq; animatũ ab vmbra differt, vel etiã corpus animatũ à cadauere, ita quoq; differt verus cõtractus a contractu simulato, qui re vera nihil est, licet imaginẽ cõtractus, speciemq; quandam mentitam gerat, secundum Ias. & Fran. de Ripa vbi suprà, Bal. in l. ab Anastasio, C. mãd. Bal. in l. j. C. plus vale. quod agi. Vnde qui simulatã fortè donationẽ fecerũt, & in eodẽ cõtractu atq; instrumẽto renuntiarũt exceptioni simulationis, nihil egisse videntur, nõ magis quã si illa renũtiatio interposita non esset: nã similes esse videntur illis, qui vellent eandẽmet cõuentionem donationẽ esse & donationẽ nõ esse, vt sic sibi aduersarentur, atque repugnarent, & per hoc nihil agerent.

18 Quod adeo verum est, vt talis cõtractus † simulatus nullus sit, & nihil valeat, etiã si interfuerit iuramẽtum. Ita tenent glo. Bal. & communiter doctores ibi in l. 3. C. plus valere quod agitur, sequuntur & dicunt communem Alexã. in dicta. l. nemo potest, ff. de leg. 1. nu. 16. cum sequen. vbi Iaso. lectura prima, nu. 41. & iterum lectur. secunda, nu. 56 & ibi Crotus numero 27. cum sequen. Ripa, nume. 64. cũ pluribus sequent. Hanniba. numero 548. cum sequẽ. Paul. in lege cõtra legem, ff. de lega. Anton. in capitu. cum contingat, in octauo casu, & ibi Imo. in septimo membro. Idẽ Imo. in capi. ad nostrã, de iureiuran. Bald. in l. fi. ff. qui satis. co. Bal. Sal. & omnes in l. fi. C. de nõ nume. pecu. Quod verũ, nisi cõtrahẽtes iurarẽt omnia, & singula in instrumẽto, & cõtractu, vel cõuentione esse vera, quia tũc nõ possent cõtrahẽtes contrauenire secundum omnes suprà relatos.

19 Simile in † exceptione nõ numeratæ pecuniæ, quæ etiã per interuentum iuramẽti regulariter non excluditur, l. fin. C. de non nume. pecunia. Tamen qui iurauit mutuam illã pecuniam, de qua agebatur, se recepisse, exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere non potest, vt tenẽt cõmuniter doctores in d. l. fi. C. de non numerata pecunia. Refert ergo, vtrum quis simpliciter confessus fuerit mutuam pecuniam se recepisse, & iurauerit illam redditurũ, an verò iurauerit mutuã illã pecuniã recepisse se, iurauerítq; se illã redditurũ: nã primo casu poterit secũdũ cõem sniam opponere exceptionem nõ nume. pec. vt tenent Bal. Paul & Salice. in l. fi. C. de nõ nume. pecu. Alex. in l. Seius & Augerius, colum. fi. ff. ad leg. falcidiam. Bal. consil. 447. Cõtrahẽtes, numero 2. libro. 1. Iacobinus de sancto Georgio, in l. 2. §. appellata. finalibus verbis, ff. si certum peta. Soci. consi. 82. num. 2. lib. 3. Bal. nouellus in l. 1. num. 142. ff. solut. matrimonio. Decius in l. qui pecu. nu. 4. ff. si certum peta. Rodericus Xuarez in l. post rem iudicatam ff. de re iudic. fol. 143. Marcus Anto. in tractatu de virtute iuramenti, num. 46. versic. 31. prout refert Emanuel de Acosta in l. si ex causa tione, C. de nõ numerata pecu. qui hanc sententiam sequitur & dicit communem in 1. limitatione, & iterum in limitatione. 9. traditur per Alcia. & alios in c. cum cõtingat, de iureiu. vt diximus suprà. Secundo vero casu, quãdo iurauit mutuam pec. recepisse se, secundum eandem receptã sententiam nõ potest opponere exceptionẽ nõ nu. pecu. quia tũc directò cõtradiceret iuramẽto, suumq; periuriũ, & turpitudinem detegeret, & consequenter non esset audiẽdus, vt per totum, C. & ff. de cond. ob turp. caus.

Cõtrariam sententiam, vt etiã si iurasset se pecuniã recepisse, possit exceptionem nõ nu. pec. opponere, tenẽt Fel. in c. si cautio. de fide instr. num. 46. & 47. & Ias. in l. qui pec. nu. 3. ff. si cer. peta. latius ibi, nu. 7. Alcia. in d. ca. cũ cõtingat, nu. 176. Carolus Ruinus cõsi. 132. Visa cõfessione, nu. 15. lib. 4. Ful. in d. l. fi. C. de nõ nu. pec. Ludoui. Roma. cõsi. 44. Ex supra narrato themate. Tu plenius dic, quod exceptio nõ nu. pec. l. cõpetit, siue debitor dixerit se recepisse, nec vltrà processerit, l. in cõtractibus, in princ. nõ nu. pec. l. generaliter, eod. tit. siue dixerit se recepisse & debere, vel se tantum debere, vt vers. planè. Inst. e. ti. l. asseueratio, eo. tit. siue etiã dixerit se soluturũ, arg. l. si trãsactiones, C. de nõ num. pe. l. cũ vltra, e. ti. l. si quasi, e. ti. l. frustra. e. ti. Et tu aduerte, ꝙ in quibus casib. doct. abnegãt posse excipi, est properea, ꝙ turpiter fuisse videt̃ reus, qui primæ cõfessioni iuratæ directò nũc cõtrariatur, allegãdo se nõ recepisse, quæ ratio eo pertinet, vt nũquã ꝓcedat excep. nõ nu. pe. cũ similiter turpiter fecisse videat̃ regulariter, qui primæ cõfessioni etiam nõ iuratæ postea directò cõtrariat̃, ideoq; solet reijci regulariter à limine iudicij, l. j. C. de fur. Et vulgo dicit̃, ꝙ inter iuramẽtũ, & simplicẽ loquelã, Deus nõ facit differẽtiã, & simplex mẽdaciũ satis punibile delictũ est. 1 pri. & §. j. Inst. de pœ. tẽp. litig. Et adultus qui iurauit se restitutionẽ nõ petiturũ prætextu alicuius læsionis, põt saltẽ prætextu læsionis vltra dimidiam restõnem (secũdum communẽ) petere.

20 Et filia, quę dote cõtenta iurauit † se restõnem supplemẽti legitimæ nõ petiturã, põt tñ prætextu læsionis enormis petere supplemẽtũ secũdũ Are. & cõem, in l. qui superstitis, ff. de acq. hæ. & est cõ. op. secũdũ Dec. cõsi. l. 181, Satis no. idẽ Decius cõsi. 180. Visa renũtiatione, nu. 3. Rip. in l. fi. C. de reuoc. dona. q. 24. nu. 90. idẽ Decius consil. 349. nu. septimo, Ripa libro 3. responsorũ, cap. 15. Quæ omnia fiunt

eo prætextu, quasi non videatur consensisse, nec cogitasse de tam magna læsione. Quid ergo impedit, quin possimus similiter interpretari, ꝙ qui iurauit se recepisse, cogitauerit creditorem numeraturum, sicque non aliter se iuramẽto obligatũ voluisse, quã si re vera ille ex parte sua implesset? maximè cũ tex. sic interpretãtem habeamus in l. fi. de nõ nume. pec. C. si non destruatur. Quod si dixeris, refert iurẽ me supplemẽtũ legitimæ non petiturũ, vel me non petiturũ restitutionẽ, vt tũc si postea petã possim allegare, ꝙ futurũ speraui nõ fore tantã læsionẽ: an iurẽ me recepisse, vel debere, ꝙ iã tẽpore iuramenti falsum erat. Sed respõd. quòd vt directò cõtrariatur iuramento suo, qui cũ re vera nil recepisset, sed tãtũ recepturũ se sperasset iurauit recepisse se, ita directò cõtrariat̃ iuramẽto, qui postquã iurauit se nõ petiturũ supplemẽtũ legitimæ, vel restitutionẽ, postea petit. arg. ff. de lib. caue. l. fina. ff. de condit. instituend. l. quæ sub conditione. Et in eo solo manet differẽtia, ꝙ ille ab ipso primordio præstitit iura inspectis verbis periurus fuisse, videtur, iste autẽ posteà peierare visus est, sed re vera neuter inspecta mẽte (quæ præualet) peierauit, cum ille senserit statim recepturũ se, iste autẽ putauerit læsionem non ita magnam futuram: & longè iustior causa est excipiẽtis prætextu non sequutæ numerationis, quã excipientis prætextu magnæ læsionis, cum ille de toto, iste de parte tãtum contendat, & illo casu vertatur iustum odium contra creditores atque consuetum, isto autem casu non ita. Nec est nouum, vt quod quis in continenti futurum sperat, iam factum dicat & iuret, l. lecta, versicu. dicebam. vbi Paul. ff. si certũ petat. Ad hæc non dubitò, quin vt sensus cõfessantis in schædula recepisse se & debere ac se soluturũ cũ nil receperit, sed recepturũ se statim speraret, fuit non mendacium facere nec intelligere de tempore præsenti, cũ schædula scribebatur, sed conferre eam confessionem in tẽpus quo post numerationem à creditore conueniretur: ita & qui recepisse se iurauit, nõ uoce, sed in schædula, nõ tã iam tunc iurasse, quàm iuramentum cõtulisse in id tẽpus, quo a creditore se conuentum post factam numerationem sperabat. Et is est verissi. sensus d. l. fina. quæ non dicit iuratũ re vera fuisse, sed iuramenti in schædula mẽtionem factã, vt intellexerit, ꝙ vt numeratio re vera (, inspecta legis censura) non interfuit, ita nec iuramentum, licet vtrunq; interfuisse literis testatum fuerit. Et cũ mos omnium mercatorum, & fœneratorum sit vsitatissimus, & inuiolabiliter obseruatus, vt cùm mutuam pecuniam fœnori dant, non ante eã numerent, quã schædulã acceptæ pecuniæ recipiant, non dubitarim, quin si tales cautissimi fœneratores tales schædulas iuratas deposcant, tunc qui pecunias recepturi erant, schædulas iuratas tam facilè emittant, quã simplices emitterent, nec per hoc erũt periuri: quia qui in schædula spe futuræ numerati, iurauit se recepisse ꝙ nondũ receperat, in tẽpus pecuniæ recipiendæ iuramenti vim videt̃ cõtulisse, vt per hoc dict. l. fi. C. de nõ numera. pecunia. generaliter procedat, prout ipsa loquitur, nec miserè dilaceretur. Et ita inter paradoxa solitus sum defendere: & ita iudicarem, consulerem.

Redeundo ergo illuc vnde abieram, videndum est, an ea distinctio, quæ in exceptione nõ numeratæ pecuniæ secundũ cõmunes traditiones fiebat, vt per interuentũ iuramenti non cessaret, quando iuraui me soluturũ quod simpliciter fassus sum me recepisse, sinautem iuraui me recepisse illã pecuniã, tunc excipere nequeã, ne directò iuramẽto meo aduersari videar. Eadẽ quoq; vel similis distinctio an fieri debeat, qñ fit renũciatio exceptionis simulationis iurata: vt si iuraui vera esse quæ in contractu narrantur, tũc nõ possim cõtrauenire, sin autẽ iuraui me non oppositurum, vel allegaturum contractus simulationẽ, tunc eã nihilominus allegare possim? Et quidẽ si de periurio euitãdo agat̃, vtrobiq; eadẽ parq; ratio est: Nã vt is qui iurauit vera esse, quæ in cõtractu, & instrumẽto narrant̃, si postea simulata esse dicat, periurus fit, sibiq; ipse pugnat, & aduersat̃ directò, ita quoq; qui iurauit se nõ allegaturũ simulationẽ cõtractus, negari non potest, quin periurus fiat, simul ac allegat contractus simulationem, vt re vera inter hos casus nulla sana differentia fieri possit.

21 Quinimò etiam in ipsa † exceptione non numeratæ pecuniæ nulla differentia est, vtrũ quis iurasset se pecuniã mutuam recepisse, an verò iurasset exceptionem non numeratæ pecuniæ se non oppositurum. Nã vt illo casu secũdum communẽ sententiã suprà relatã excipere non posset, ita & isto casu nõ posset excipere ex vi ipsius renunciationis iuratæ. Ista est cõis opin. quã tenẽt Saly c. in l. 3. C. de non nu. pec. nume. 25. Bar. in l. fi. eo. tit. Fely. in cap. si cautio. nume. 50. de fide instru. Decius in l. qui pecuniã. in fi. ff. si cer. pe. egregius Emanuel de Acosta. in l. si. ex cautione. in pri. limitatione, C. de nõ numer. pecun. & idẽ tenet Corn. q. 15. in auth. sacramenta puberũ, C. si aduersus vẽ. post Imolã in d. c. cum cõtingat. prout eos refert Alciat. ibidem, numero 175. Agnosco tamẽ, ꝙ Alciatus ibidẽ nouissimè tenet cõtra cõmunẽ opi. post Ange. in §. idẽ iuris, nume. 37. Instit. de excep. motus, qui nullã satis sanã rationẽ differentiæ videt inter eũ qui iurat se soluturũ, & eũ qui iurat se non positurũ, vel allegaturũ exceptionẽ nõ nume. pecu. Sed certè harũ rerũ est nõ obscura differẽtia. Nã qui iurat se nõ allegaturũ pecuniã numeratã non fuisse, seq; exceptionẽ nõ nume. pec. non obiecturũ, is eũ casum cogitauit, quo pecunia nõ numeraretur, & sic exceptio competeret, quo etiã casu priuauit a se, seq; abdicauit à potestate excipiendi, vt iurans hũc sensum habuisse intelligat̃, ꝙ nõ excipiet, etiã eo casu, quo per ius cõmune excipere liceret, non autẽ iurauit se non abiecturũ exceptionẽ eo casu, quo etiã si iuratũ nõ esset, excipi nõ poterat, tunc enim iurã. nihil operaretur. contra, l. si quando, in princip. cum glo. C. de inoff. testa. l. si quando, in princ. ff. de leg. 1. præsertim cum iuram. interpositum cũ magna deliberatione, & magna ex causa intelligat̃, & debeat, arg. l. cum pater, §. filius matrem. ff. de leg. 2. l. 2. C. de ind. vid. l. quæ sub cõditione. in pri. ff. de cõ. & demonstr. Ergo qui iurauit se non obiecturũ exceptiõ. non nu. pec. indubitanter intellexit se eam exceptiõnẽ non obiecturũ etiã eo casu quo re vera competere: quia tantũ casu, quo non competeret talis exceptio, non intelligitur iuratum, quia sic nihil operaretur: vel si eo casu intelligatur non tamẽ iuram. generaliter præstitum ad eũ casum inutilem restringendum est, sed generaliter accipiẽdũ & sic cũ tale iuram. possit seruari sine interitu animæ iurãtis, seruandũ est licet per hoc bona eius possint periclitari. vt in ca. cũ contingat de iureiu. & ca. licet mulieres. eo. ti. lib. 6. c. quanuis, de pact. eo. lib. In quibus iuribus cũ sit expressa ratio generalis, eorũ decisio, etiã si esset correctoria ad omnes casus extendenda est, in quibus militat eadẽ ratio, gl. cõmuniter appro. in cle. 1. in verb. eligatur. de elect. latè Iaso. in auth. quas actio. nu. 22. C. de sac. sanc. eccles. & in l. quanuis. C. de fideicommis. idem Ias. nume. 14. in l. de quibus, ff. de de legib. tex. in l. his solis. C. de reuoc. dona. dixi latè suo loco. Cæterũ qui iurauit se soluturũ intellexit se per prius pecuniã pactã recepturũ, vt sic si eã postea nõ recepit, euidenter cesset causa finalis iuramenti, & consequẽter cesset virtus ipsius iuramenti, capitu. ad nostrã. & ca. quemadmodũ de iureiuran. Qui aũt iurauit se non obiecturũ exceptionẽ tantũ abest vt per prius pecuniam pactam se recepturũ intellexerit, ꝙ potiùs cogitauerit se non recepturum, & eo casu voluerit sese abdicare à potestate excipiendi.

Per simplicem aũt renũciationem expeditum est secũ-
22 dũ cõem sententiã cessare† exceptionũ nõ nu. pecuniæ. Ita tenẽt Iacob. Rau. Petrus de Bella. Bar. Cinus, Bal. Ang. Sali. Paul. & alij in l. 3. C. de nõ nu. pec. Sequit̃ & dicit cõmunẽ sentẽtiã Emanuel de Acosta. ibid. ĩ gl. cõpellit̃. Alc. cõsi. 35. Visa scriptura, lib. 1. Corneus. cõsi. 293. In hac cõsultatione lib. 4. Decius in d. l. qui pecuniã, nu. 4. Felinus in d. ca. si cautio, nu. 48. Curtius iunior in l. 2. §. fi. eo. 1. si cer. pe. Alciat. in l. pacta quæ contra, C. de pacta. prout eos refert Emanuel vbi supra. Et hæc opinio hodie iure regio comprobata est, vt in l. 9. titulo. 1. part. 5.

Con-

Contrariam sententiam, vt hoc exceptio renuntiari nō posset, tenet Alber. in d.l.3.C.de nō nu.pec. qui à toto mū do firmat hác partē obseruari, & idem tenet ibidem Balduinus, & Odofredus, & Accursius, & Azo. & sentit Ful. Bald. in l. illicitas, ff. de offic. præsid. Iacobus Butrigarius in tractatu de renunt. fol.16. Cardi. in c. fi. nu.9. de solutionib. Faber in prin. Inst. de literarum obligationib. nu.14. Bal. in l. pecuniæ, C. de solutionib. idem Bal. consi.197. Quędam mulier, lib.3. Paul. consi.64. Quæritur vtrum, col. fi. libr.1. Cuma. consi.24. Et hanc opi. æquā appellat Imo. post Nicolaum de Matarelis, quē ipse refert in c. si cautio, de fide instru. nu.25. & ibi. nu.6. firmat hác opi. ita practicari, sequitur pacti. Papi. in forma sententiæ diffinitiuæ, in verb. visa quę litis contestatione, & in forma libelli actionis. Hippo. in verb. mutuo, nu.16. quos refert Emanuel. vbi suprà. Tertia est opi. distinguentium, vt post talem renuntiationem reus videat relictus in terminis iuris cōmunis, vt per hoc hanc exceptionem possit perpetuò opponere, dum modò ipse probet pecuniam numeratam non fuisse. Cuius rei veritas illinc pendet: an exceptio nō num. pecu. possit opponi post bienniū citra priuilegiū transeat ferēdi onus probandi in aduersarium. Qua in re prima fuit opi. existimantium talem exceptionem post biēnium nō posse opponere. Ita tenet Albe. in l.3. C. de nō nume. pecu. post Odofredum, Azonem, Richardū, Oldraldum, Butrigarium, Guidonem, & Dinum, quos ipse refert, firmat hanc opin. esse in communi obseruatione. Idem tenet Placentinus in tractatu de varietate actionum, tit.19. gl. Bald. Salice. & alij in l. si nō singuli. C. si cer. pet. Speculator in tit. de restitutione in integrum. §.1. nu.25. Archidiaconus in ca. si quis episcoporum, nu.10.3. q.6. referentes ita à Clemente.4. pronūtiatum fuisse. Areti. in l. si stipulatus, §. Chrysogonus, nu.10. ff. de verb. oblig. & in l. certi conditio. §. si nummos, col. fi. ff. si cer. pet. Feli. in c. si cautio. nu.60. de fide instru. Ludouicus Bolognius in additionibus ad consilia Ioā. de Ana. cōsi.97. Hanc opi. sequitur & dicit cōmunē Curtius iuni. in l.2. §. appellata, nu.7. ff. si cer. pet. Purpuratus in l. manifestè, ff. de iureiu. nu.21. Hippolytus notabili.463. Bal. in l. cū quis, nu.22. C. de iuris & facti ignorātia. & in c. quia pleriq; col.1. de immunitate ecclesiarū. Faber. in prin. Insti. de literarū obligationibus. q.8. Florianus in l. cū de indebito, §. fin. nu.8. ff. de probationibus. Imo. in ca. fi. col. pe. de solutionib.

Contrariam sententiam, vt ꝙ post biennium admittatur debitor ad opponēdam exceptionem, dum modò ipse probet pecuniam numeratam non fuisse, tenēt Decius in l. iure naturę, nume.5. ff. de regu. iur. Claudius in l. si stipulatus fuero si Titius, §. Chrysogonus, nume.14. ff. de verb. oblig. Ias. in l.3. §. iurari, nu.8. & in l. manifestè, num.6. ff. de iureiur. gl. post. Ioā. And. ibi relatum in d.l.3. C. de non. nu. pec. & in l. in contractibus, in verb. nullo modo. eo. tit. & in prin. Inst. de literarum obliga. in verbo, obligetur. Cinus, & Petrus in l. asseueratio. Bar. Fulgo. Ange. & Sali. num.18. in l.3. C. de nō nume pecu. sequitur & dicit communē opin. Fulg. in l. si sub specie, in fi. C. de postulando. Pau. cōsil.233. Viso casu, nu.3. lib.2. Ang. in §. idē iuris. Inst. de exceptionibus, nume.4. Soci. in l.2. §. fi. nu.8. ff. de excep. & consil.68. Visa, nume.4. lib.4. Ias. in l.3. §. iurari, num.8. suprà allegata Alex. consi.148. col. pen. libr.2. prout eos refert & cōciliat egregius Emanuel in d.l. si ex cautione. C. de non nu. pec. in vltima fallentia. Namque prior opi. secundum eum procedit quātū ad exceptionē nō nu. pec. quę re vera finito biēnio continuo euanescit, finitur, extinguitur, vt probat in ll. si intra, & l. asseueratio. & in l. in contractibus, C. de nō nume. pecu. & in l. si non singulis, ff. si cert. pet. & in vers. sed ne creditores. Insti. de literarum obliga.

Cęterùm cùm omnis exceptio perpetua sit, vt in l. purè. §. fi. ff. de doli excepti. glo. in l. qui se debere, ff. de cōdictio ne causa data. superest, vt exceptio doli, quæ competit cōtra eum, qui dolo petit quòd sibi nō debetur & exceptio in factum, quæ competit cōtra eum, qui sine dolo petit ꝙ sibi nō debetur, semper integræ sint, vt his exceptionibus possit se tueri, qui per lapsum biēnij exclusus & destitutus fuit beneficio exceptionis nō nume. pecu. Nam absurdum est, vt exceptio nō nume. pecu. quæ in fauorem debitorum inuenta fuit, in eorum læsionem converteretur, cōtra l. legata inutiliter, ff. de legat.1. l. legata inutiliter, ff. de adimen. legatis. l. nō ideo minus, C. de procuratoribus. l. quod verò cōtra, ff. de legib. Etenim indubitatū est, quòd si exceptio non nume. pecu. inuenta nunquam fuisset tunc qui pecuniam mutuam se accepisse confessus fuerat, quā re vera nō receperat, tam intra biēniū, quàm post biennium posset se tueri, probando pecuniam nō fuisse numeratam, vt expressum est in l. generaliter, & in authē. cōtra quia propriā. C. de nō nume. pecu. & per totum. C. plus valere quod agitur iuncta. l. purè. §. fi. ff. de doli excepti. Ergo qui spe futuræ numerationis fatetur se recepisse quod re vera non recepit, poterit omni tempore, etiā post biēnium, defectum numerationis probādo se tueri exceptione doli, vel in factū nō secùs, quàm si exceptio non nume. pecu. inuenta nunquam fuisset, quandoquidem talis exceptio quo magis, nō quo minus subueniatur inuēta fuit, quod etiā voluit Abb. post Hostiēsem in c. fi. nu.18. de solutionibus, & ibi Ancha. nu.11. idem Abb. nume.10. & Feli. nume.66. in c. si cautio, de instru. Hippolytus singulari.277. Andreas Siculus cōsi.19. lib.2. col fi. Faber in prin. Inst. de literarum obl. q.8. Florianus in l. cū de indebito. §. fi. nume.8. ff. de prob. post Butrigarium, quē ipse refert. Licèt plerique veterum hanc distinctionē nō admiserint, vt testatur Emanuel vbi suprà, qui hanc distinctionē similiter impugnat vrgēti, vt sibi videtur, ratione. Nam si, inquit, debitor post biēnium posset doli exceptionē opponere, posset similiter opponere exceptionē nō num. pecu. & omittere doli exceptionē, vt sic honoris causa hoc condonaret creditori, vt honorabili, & honesta exceptione se potius, quàm indecora, & inhonesta tueretur, argū. in l.2. §. & generaliter. l. apud Celsum, §. aduersus, ff. de doli excep. l. nō debet, ff. de dolo. Vnde cùm post biēniū nullus neget eorum, qui primā sētētiā tuētur, quin cesset exceptio nō num. pecu. similiter cū ipsis dicēdū est cessare exceptionē doli, vel in factū. Quæ argumētatio neminē, iudice me, mouere debet. Nā nō sequitur, si nō iure conuētus sum, possum me tueri exceptione vel doli, vel in factū, vt dictis iuribus; ergo etiā potero tueri me exceptione nō numeratæ pecuniæ. Nā lex certa beneficia, & remedia nobis cōcessit, nec vltrà ꝓcessit, nec expediebat vltrà ꝓcedere, cū ea remedia satis superq; nobis futura essēt.

Vnde apparet excludēdam esse opinionem existimantiū, ꝙ†post biēniū sit a l. inducta fictio hæc, vt pecunia pacta numerata sit, ita vt nō solum probatio, sed nec etiam ipsius partis cōtraria cōfessio quicquā releuaret: Quod voluit Paul. ind. in cōtractibus, in princ. col. pen. C. de nō numerata pe. Aretinus in l. certi cōdictio. fi. col. §. si nūmos, ff. si cer. pe. Quorū opi. ex nostris fundamētis facilè euincit.

Non quoque placet ea opni. in qua residet Emanuel vbi suprà, nempè, ꝙ post biēniū†probatio ordinaria in contrariū non admittat, & sic inclinat in opinionē eorū, qui post biēniū negāt debitorē posse vllā opponere exceptionem. Mouetur per tex. in §. planè. Inst. de literarum oblig ibi, sic fit, vt hodie dum quæri nō potest scriptura obligetur, nam post biēniū obligatus erit, licèt re vera nihil receperit. Nā nō abnegamus, quin literis post biēniū obligatus intelligatur, sed vt ille, qui sese efficaciter obligauit, nulla iusta, & legitima causa præcedente cōtra actionē, qua cōuenitur, potest opponere doli exceptionem, l.2. §. circa, ff. de doli except. ita & hanc exceptionem potest opponere iste, qui ex causa legitima mutui obligatus fuit, quando illa causa vera non fuit, & ad non causam reducitur per probationem rei conuēti, argu. l. si fullo. ff. de cond. sine causa, & per totum, plus valere quod agitur. C. Et ita etiam intelligo text. in l. si non singuli. C. si cert. pet. Nam si confessus summe recepisse pecuniā, quæ alteri numerata fuit, tunc, inquit lex licèt intra biēniū possim quærelā pecuniæ nun nu. deferre, post biēniū tamē non potero, sed non excludit, quin post biennium

biénium possim gaudere beneficio d.l.generaliter, assumẽdo in me onus probationis. Ad tex. in authen. de tempo. nõ solu.pe.super dote, in prin.responde, ꝙ maritus, qui fassus est recepisse se dotem, quàm re vera nõ receperat, nec quærelam dotis nõ receptæ debito tẽpore protulit, faciliùs præsumetur illam confessionem fecisse, & taciturnitatem tanti temporis præstitisse animo donandi, quàm præsumatur extraneus debitor respectu creditoris.

Sic etiam intelligenda est l.9.tit.1.par.5.ibi. E si se callare que lo nõ muestre asi ante que los dos años passen despues que fizo la carta, dende en adelante nõ podria ponet tal querella, y si ge la demandasse despues, seria tenudo de dar le los marauedis bien asi como si los ouiesse recebidos. Nam dum lex ait post † bienniũ non posse talẽ quærelam proponi, quæ præter reliquas similes exceptiones singulari, præcipuo, peculiariq́; priuilegio gaudebat, nõ excludit quin etiã post biẽnium reliquas exceptiones non priuilegiatas possit opponere. Et dum ait tex. se post biẽniũ tueri nõ posse, nõ magis quàm si pecuniã accepisset, secũdum ius commune interpretandum est procedere rebus sic stãtibus nam inspecto præsenti statu, contra reũ stat legitima probatio nõ tamen excluditur, quin postquam probatum fuerit pecuniam numeratam non fuisse, aliud sit. Et ita procedit totus titu.C.plus valere quod agitur.

25

Redeũdo ergo ad nostram quæstionem, si exceptio nõ nume.pecu.secundũ veriorem sentẽtiam biẽnio extinguitur, & finitur, & sic tacitè ab ipso debitore remittitur per lapsum temporis, longè faciliùs expreßim poterit renũtiari. Facit tex.in l.si quis filium, in fi.C.de inoffi.testa. vbi tacita expressa renũtiatio exæquantur, vt nõ referat tempore, an expressa renuntiatione quis exclusus fuerit, sicq́; etiam in terminis iuris communis tenendum est renuntiari posse exceptionem non num.pec.nõ secus, quam tempore amitti. Et ita intelligo, d.l.9.tit.1.par.5. denuò induxisse nil, sed ius tantùm commune de more traduxisse.

26 Facit, quia hæc exceptio † fauorabilis est secũdum Claudium in l.si certis annis, C.de pact.glo.in l.quòd si maritus ff.de cõstituta pec.Bal.in sua margarita, in verb. exceptio. nu.34. sentit Emanuel in l.3.C. de nõ nume.pec. verb.seu nõ num.pec. licèt contrarium voluerit Bar. post Petrum, & Iacobum ibidem.ergo cùm sit fauorabilis, poterit renũtiari.l.qui exceptionem, ff.de cõditione indebiti. Prætereà hæc exceptio fuit inducta speciali fauore eorum, qui necessitate rei familiaris premebantur, qui plerunque cautionẽ faciebant, antequam eis pecunia numerata esset. Et ita est in vsu omnium mercatorũ, & fœneratorum, vt priùs quã mutuam pecuniam dent, recipiãt cautionem, quasi iam pecunia numerata fuisset, quæ nõdum numerata erat. Ita tenẽt Petrus & Cinus in d.l.4.Ioã.And. in regula. Sine poss. col.pe.de reg.iu.Bar.in l.in cõtractibus, num.6.§.sed quoniam.C.de nõ num.pecu. Faber in prin. Inst. de literarum oblig.nu.4. Abb.in c.fi.nu.18.de solut.Iaso.in l.in illa, col.3. ff.de verb.oblig.Cuma.in l.1.col.fin.ff.de exceptio. Cõstat autem quicquid ob necessitatem hominum receptum est, id fauorabile esse, & consequenter renuntiari posse, non solum expresse, sed etiam tacitè, argu.l.si fideiussor.§.si necessaria, ff.qui satisdare cogantur.l.iam dubitare, in fi.ff.de hęre.inst.iuncta l.si filius qui patri.versi.etenim, in quibus iuribus habetur, beneficium alicui cõcessum ob suam necessitatem, per eum posse renuntiari.

Et adeò verum est propter superiorem rationem necessitatis, qua in re familiari vrgeri præsumũtur qui mutuum

27 postulant, hanc exceptionẽ condonatam fuisse, ꝙ in † solo cõtractu mutui, nõ etiam in reliquis contractibus habet locum exceptio non nume. pecu. cum sua prærogatiua & priuilegio. Itaque si fortè ex causa mutui in chirographo confessus sum me tibi centum debere ex causa emptionis, vel conductionis, vel legati, vel alterius similis tituli, tunc etiã intra biennium nõ potero allegare spe futuræ numerationis me huiusmodi confessionem emisisse, & si meę cõfessioni aduersari velim, oportebit me exceptionem meã legitimè probare ex regula legis, generaliter, & authẽ. cõtra qui propriam, C. de nõ nume. pecu. Ita tenẽt in specie Feli.in c.si cautio, nu.54.de fide instru. Quam sentẽtiam receptißimam esse dicit Emanuel de Acosta in l.3.in 2.lim. C.de nu.pecu.post glo.ibid. Aret.col.6. & Alex.nu.35.in l.1.ff.solu.matrimo.Iaś.in l.legitima, col.3.ff.de pact.in l.1. col 4.ff.de cõd.ex l.idem Emanuel in d.l.si ex cautione. in fin.per tex.in l.generaliter.C.de nõ num.pecu. vbi expressum est cõtra propriam cõfessionem nullum admittendũ vel permittẽdum aliquid allegare. Ad idem facit tex.in l.fi. C.de nõ num.pecu.ibi, quæ talem exceptionem recipiũt. Vbi nõ obscurè significatur, nõ ex omni causa, sed tãtùm ex causa mutui hanc exceptionem competere. Ad idem facit tex.in l.Publia.§.fi.ff.de positi.per quem tex.idem repetit ipse Emanuel in d.l.si ex cautione, in 2.declaratione, pagina.9. Ad idem facit tex.in l.1.C.de nõ num.pec.ibi, pecunię nõ num.& lex 3.ibi, nõ numeratæ, & l.cùm fidem.ibi, nõ num.& authẽ.cõtra qui propriam ibi, numerationẽ, & & l.aduersus, ibi, nõ numer.& l.frustra, ibi, nõ numer & l.si quasi ibi, nume.& rursus, ibi, nõ nume.& l.si intra.ibi, nõ num.& l.asseuerato.ibi, nõ num.& l.si trãsactiones, ibi nõ num.& l.generaliter, & l. in cõtractibus, in princ. ibi, nu. vel datæ, & d.l.in cõtractibus, §.sed quoniam, ibi no nu.& d.l.in cõtractibus, §.super cæteris, ibi, nõ nume.& iterum, ibi, solutas pecunias, vel alias res, & in eadem l.§.illo, ibi, nõ nume.& eadem, l.in §.in omni.ibi, nõ num. In quibus iuribus planè significatur, & exceptionem nõ nume. pecu. planè referẽdam esse ad solam mutui causam, nõ etiam ad reliquos cõtractus, & sic oẽs leges de hac materia loquẽtes cautè loquũtur in mutuo, non etiam in reliquis contractibus. Et ita etiam expressum est in l.9.titulo.1.par.5.

Cõtrariam tamen sentẽtiam, vt non solùm ad causam mutui, sed etiam ad reliquos cõtractus hæc exceptio porrigatur, tenuerũt Butrigarius, & Vincẽtius, quos refert Albe.in d.l.generaliter, adijciẽs ita vsu forẽsi receptum esse, & Bal.in l.si expreßio.ad fi.C.si cert.peta. idem sentit, & ibi Sali.nu.10.hac in re relinquit cogitandum, quam opi. tolerabilem esse dicit Fulg.in l.cùm de indebito, col. fina. ff.de proba.& expreßiùs idem Fulg.in d.l.generaliter, col. 1.& latè defendit egregius Emanuel. in d.l. si ex cautione, in fi.per tex.in d.l.in contractibus, in prin.ibi, numeratæ, vel datæ. Sed sustinẽdo communem sentẽtiam respõ. ꝙ licèt pecuniæ appellatione omnes res cõtineãtur, vt in l.pecuniæ nomine, & in l.pecuniæ appellatione, & in l. pecuniæ verbũ.ff.de verb.sign.tamẽ appellatione pecuniæ nu. sola nu.pec.cõtinetur, quæ in cõtractu mutui dũtaxat cadit.vt in l.2.§.mutui, ff.si cer.pe.& in prin.Inst.quib. mod. re cõtrahitur obligatio. Præterea d.l.in cõtractibus, §.sed quoniã ibi, certarũ rerũ, vel pecuniarũ, & ibi, certarum rerũ, vel certæ, pecuniæ similiter nõ obest, quia mutũũ nõ solum in pec.nu.cõsistit, sed etiam in reliquis rebus, quæ pondere, numero mensurau e constant, vt in d.§.mutui, & in prin.Inst.quibus modis re cõtrahitur.obligatio. Et ideo gloss.pen. quam omnes ibi sequũtur in l.2.C. de cõstituta pec.opportunè ait pecuniam aliquãdo strictè, aliquãdo verò latè, aliquãdo etiam latißimè significari. Strictè, quãdo per solam pecu.nume.intelligitur. Latè, quãdo pro illis rebus, quæ cõstant pondere, numero, vel mẽsura, & ita accipitur in d.l.in cõtractibus, & in d.§.sed quoniam, & in d.§. super cæteris. Vel melius dic, quòd pecunia in tota illa.l. sumitur stricte pro pecu.nu.& aliæ res sumũtur pro ijs rebus duntaxat, quæ põdere, numero, vel mẽsura cõstant in quibus mutuũ cadere potest, vt in d.§. mutui, cũ ibi notatis. Neque ad rem pertinet, quòd rei appellatio sit generalis, vt in l.j.ff.si cer.pet. Nam verbum solet restringi ratione adiũcti, & ratione adiũcti receditur à regulis iuris. vt latißimè per Iaso.in l.si emãciati, nu.4.C.de colla.& sic verbum, res sæpe positum per totam illam, l. restringitur ratione illius verbi pec.nu.quod ibi adiungitur, & per hoc sumitur pro rebus, quæ consistunt in pondere, numero, vel mensura.

28 In summa illud notandum est, si quis † confiteretur in veritate

veritate se pecuniã recepisse, eo ipso, quòd vsus est eo verbo, in veritate, nõ poterit opponere exceptionem nõ nu. pec. Ita Bal. in c. ex. insinuatione, ad fi. de procuratoribus. Decius in l. qui pecuniam, num. 4. ff. si cert. pet. per l. si quis maior. C. de trãsactio. Decius in l. 2. nu. 13. C. de edẽdo. Sed cũ nos tenuerimus, quod etiã expressum, & formiter præstitum iuramẽtum nõ noceat, vt in l. fi. C. de nõ numerata pe. lõgè facilius in specie hac tuẽdum nobis est talẽ exceptionẽ cõpetere, cũ re vera nullibi hæc limitatio probetur, de quo per Alciatũ in rubr. de iureiur. nu. 12. per Emanuelem in d. l. 3. C. de non numerata pecunia, decima fallentia.

29 Infertur quadragesimosecundo & principaliter, an † testator, qui in vltima volũtate, vel etiam inter viuos confessus fuit mutuam pecuniam se recepisse, posset prohibere hæredibus suis, ne vtãtur exceptione nõ nu. pec. Et siquidem cõfessio facta fuit in vltima volũtate, tũc etiam si testator vltra nõ procedat prohibẽdo, adhuc talis exceptio nõ potest opponi, quia testator qui est in mortis cogitatione, nõ præsumitur cõfessus spe futuræ numerationis, sed magis, vt exoneraretur cõsciẽtia sua ab illo debito verè cõtracto. Ista est communis opinio secũdum Felinum in c. si cautio, de fide instru. nume. 54. tenet Hippolytus in l. 1. §. præterea, colum. 4. ff. de quæst. Iaso. in l. qui pecuniam col. 1. ff. si cer. pet. & in repeti. legis, admonẽdi, num. 158. ff. de iureiur. Sali. Petr. & Cinus in l. in cõtractibus, C. de nõ nu. pec. Albe. in l. generaliter, eo. tit. gl. in l. 1. in verb. errore. de falsa causa adiecta legato. C. quã ibi communiter doct. sequũtur. Platea in §. idem iuris. in fi. Inst. de excep. Imo. in l. si ex pluribus, in princi. ff. de solut. quos refert & sequitur Emanuel. in l. 3. C. de nõ numerata pecunia, in 12. fallẽtia.

30 Cæterùm si ea pecunia, quam † testator se debere in vltima volũtate cõfessus est, re vera indebita esset, tũc ea cõfessio habet vim fideicommissi. Ista est communis sentẽtia, quam videtur tenere Aret. in l. hæredes palàm, §. fi. in fi. ff. de testa. Cor. in l. 1. C. de falsa causa adiecta legato, colu. 2. Bald. in l. si quis ex argẽtarijs, §. ex hoc edicto, ff. de edẽdo Bar. in l. cùm quis decedẽs, §. codicillis, num. 3. ff. de leg. 1. gl. & Dinus in l. 1. §. fin. ff. de dote prælegata, Cinus, Bald. & Pau. in d. l. 1. de falsa causa adiecta legato, per tex. in l. ex hac scriptura, ff. de dona. l. vnum ex familia, §. fi. ff. de leg. 2. quod hæredibus extraneis indistinctè nocere posset, liberis autem, & reliquis personis, quibus debetur legitima, nocere nõ posset in legitima, arg. text. in authẽ. quod obtinet, cũ ibi notatis, C. de proba. An autem talis cõfessio etiã hæredibus extraneis noceret in Falci. quæstionis est. Et videtur posse nocere, argu. tex. in authẽ. sed cùm testator, C. ad leg. Falcid. Sed in cõtrarium facit tex. cum ibi notatis in d. authe. quod obtinet, & in l. rationes, C. de proba.

Redeũdo ergo illuc vnde digressi fuimus, Bar. in d. l. nemo potest, ff. de lega. 1. nu. 11. quem communiter doct. sequũtur, vt iam admonuimus, tenuit cõtractum † simulatum
31 nullum esse, & cõsequẽter renũtiatione simulationis in ipso cõtractu facta nõ firmari, nõ magis, quàm si exceptio simulationis renũtiata nõ esset, licèt secùs si ex pòst facto ex lõgo interuallo exceptio simulationis renũtiata esset, & talis cõtractus simulatus etiam iuramẽto nõ firmatur, non magis, quàm simplici exceptionis simulationis renũtiatione secũdum communiter docto. vbi supra. Quòd autem contractus simulatus nullus sit, verum est, vt in d. l. simulatè, cùm alijs suprà allegatis, ff. de ritu nup. l. 3. & ferè per totum, C. plus valere quod agitur. Quòd autem etiam per interuentum iuramenti nõ firmetur, id durum videtur: nã iuram. significat, denotatq; enixam, propensam, vehementem, deliberatamq; volũtatem. l. cùm pater, §. filius matrẽ, ff. de leg. 2. & periurium, nefandum delictum est, & punibile apud Deum, vt in l. 2. C. de rebus credit. & apud homines, l. si quis maior. C. de transactio. ideo summoperè vitandum, fugiendaq; occasio, quæ periurijs viam aperit. l. 2. C. de indi. viduita. l. quæ sub conditione, in prin. ff. de cõditionibus institut. & cùm in eius obseruatione vertatur fauor animæ, qui cunctis rebus terrenis, & caducis præferẽdus est, vt in l. sunt personæ, ff. de religiosis, expressius in cap. cùm contingat, de iureiura. c. licet mulieres, eodẽ titu. lib. 6. c. quanuis pactum, de pact. eodem lib. sane absurdum videtur, vt simplex renuntiatio simulationis ob id solum, quòd ex interuallo fiat, firmum reddat contractum simulatum, iuram. autẽ etiam in cõtinenti factum id efficere nõ possit, cùm longe magis deliberatam volũtatem denotet iuramentum, quàm renuntiatio simulationis, quãtumcunque ex interuallo fiat.

Vnde data, paritate terminorum, ego nõ puto, quod sit minor potestas iuramẽti, quam renũtiationis factæ ex interuallo: qua ratione, si dum re vera ageretur cõtractu pignoris conuẽtum fuit, vt instrumẽto, comprehenderetur & adscriberetur cõtractum vẽditionis celebratum fuisse, tunc per interuentum etiam iuramẽti non erit contractus venditionis, tam ex defectu voluntatis, quam ex defectu potestatis contrahentium, defuit enim voluntas, quia ponimus re vera celebratum fuisse contractum pignoris, nõ venditionis, & sic requisita necessaria ad contractum pignoris interfuisse, nõ autem ea quæ ad cõtractum vẽditionis necessaria sunt, & protestatio precedẽs cum sua clausula derogatoria hoc demonstrat. argu. l. si quis in principio cum ibi late traditis per Bartolum & alios, ff. de legat. 3. l. si mihi & tibi, §. in legatis, cum ibi traditis per Iaso. & alios, ff. de legat. 1. Item defuit cõtrahentiũ potestas, quia si agebatur re vera cõtractus pignoris, & interfuerũt necessaria ad talem cõtractum, de quibus in §. fi. Institut. quibus mod. re cõtrahitur obliga. neque interfuerũt necessaria ad cõtractum vẽditionis, de quibus in pri. & §. pretium, & §. item pretium. Institut. de emptiõ. & vẽditiõ. inanis esset voluntas cõtrahẽtium, quia deficeret potestas. In his ergo terminis loquitur d. l. 3. cum gloss. C. plus valere quod agitur, & in his terminis verissimum est cõtractum simulatum per interuentum iuramenti non firmari, & in his terminis similiter non iuuaret renuntiatio simulationis facta ex interuallo. Hæc quando vnus contractus re vera agebatur, & alius agi simulabatur.

Quid autem si re vera nullus cõtractus agebatur, & aliquis cõtractus agi simulabatur, quod in donationibus sæpissime cõtingit? Quando instrumẽto continetur donatio, & ex præcedẽti protestatione apparet donatum fuisse nihil, posteà autem ex interuallo simulationis renuntiatio facta est & acceptata, tũc procedit cõmunis opinio. vt donatio illa incipiat valere, si interfuerũt requisita necessaria ad talem donationem. Quid autem si iuramẽt. interfuisset ex parte donãtis, & acceptatio ipsius ex parte donatarij & tũc si ex interuallo fieret, idem longe faciliùs quàm in simplici renuntatione, sin autem in ipso contractu donationis, ad cuius donationis derogationem præcesserat protestatio simulationis, & tũc honestius & tutius esse crediderim donatorem recessisse videri à priore volũtate derogatoria, siue iurauerit vera esse quæ cõtinebãtur in instrumẽto, siue iurauerit se obseruaturum illum cõtractum, argu. d. l. cùm pater, §. filius matrem, cum ijs, quæ iam adduximus. Cùm enim hodie solo cõsensu donatio perficiatur. l. si quis argẽtum. C. de dona. & dixi cum iuramẽto me tibi fundũ donare, tuque acceptasti, hæcq; instrumẽto comprehẽsa sunt, licet postea alterum instrumẽtum proferatur quo protestabaẽ simulatam fore donationem illius fundi postea vẽturam, nõne satius est honestiusque interpretari donatorem à priore volũtate recessisse, penituisseq;, quàm perseuerãtem peierasse, arg. d. §. filius matrem, saltem cum in priore instrumẽto protestationis nõ fuit facta mentio de iuramẽto postea sequuto, neq; hic possimus interpretari iuramẽtum præstitum spe aliquid recipiẽdi quod numeratum postea nõ est, quæ interpretatio in terminis l. fi. C. de non nu. pec. remouet præsumptionem periurij.

Denique illud cõtrouersum est, an stante statuto, quòd
32 cõtra instrumẽtum nulla exceptio opponi possit, † excludatur exceptio simulationis? Quam non excludit tenuerũt nõnulli relati per modernos vbi suprà. Sed tamen in contrarium

trarium est vera & commu. opi. vt tunc etiam exceptio simulationis opponi non possit. Ita tenẽt Ripa, num. 66. in d. l. nemo põt, ff. de leg. 1. Bal. in l. si nõ virũ, C. de dona. inter virũ & vxorẽ. Abb. cõsi. 37. lib. 2. Barba. cõsi. 43. lib. 1. Feli. in c. cũ Ioãnes eremita, de fide instru. col. 10. & Ripa vbi suprà, qui eos & alios refert, & hanc dicit esse cõmunẽ sententiã. Cõprobatur viua ratione. Nã & similiter testam. in quo filiusfam. præteritus est, est ipso iure nullũ, l. inter cætera, ff. de libe. & posthũ. l. pe. l. 3. §. fi. eod. tit. l. 1. ff. de iniust. rup. in rup. in pri. Inst. de exher. liberorũ, & tamẽ testam. ꝙ nullo vitio visibili laborat, licèt re vera esset falsum, vel nullũ filij sf. præteritione, interea nõ impediretur executioni mãdari. l. 2. cũ ibi notatis. C. de edic. diui. Adria. tollẽdo, & testa. falsum tã nullũ esset, quã testa. simulatum vt diximus. Ergo cõtra instrumẽtũ, stãte tali statuto, opponi neq; posset exceptio falsitatis, neq; etiã exceptio simulationis ad impediẽdã interea instrumẽti executionẽ. Nisi dixeris post factã executionẽ talẽ exceptionẽ admittendã ad soluti indebiti repetitionẽ, quod puto verũ. Nam & ita iure regio intelligitur, l. 4. & 5. titu. 7. lib. 3. ord. quod sic in vsibus forensibus quotidie obseruatur.

33 Illud autem dubiũ est, an quemadmodũ† spõtanea renũtiatio simulationis, vt proximè cõclusimus cũ Bar. & communi sentẽtia, ita quoq; spontanea solutio illius pecuniæ, vel partis ipsius, quã quis in schædula cõfessus fuit se recepisse, tollat vitiũ, vel (vt rectius loquamur) tollat priuilegiũ ipsius cõfessionis mutui recepti, vt licèt antea videretur cautionẽ emisisse spe futuræ numerationis, modò tamen propter spontaneã solutionẽ factã etiã de parte tãtũ debiti videatur fidẽ cautionis in re dubia agnouisse, & cõsequẽter cesset exceptio nõ numeratæ pec. cũ suo priuilegio, ita vt nec partẽ solutã possit repetere, neq; à reliquæ partis exactione possit se tueri exceptione priuilegiata nõ nume. Qua in re cõmu. opi. est, ꝙ solutionẽ partis nõ videatur in re dubia fidem totius debiti agnouisse, & consequẽter ꝙ partem solutam repetere possit, & reliquam partem non solutã defendere exceptione nõ nume. pec. Ita tenẽt Salic. in d. l. cùm fidem Ange. in §. idem iuris, num. 38. Instit. de except. Sentit Bar. in d. l. cùm fidem. C. de nõ nu. pecu. dicens se putare eã legẽ procedere, quãdo quis soluit aliquã quãtitatem, se euidenter referẽdo ad maiorem summam in cautione cõtẽtam. Idem vult Butrigarius in l. 2. C. de nõ nu. pec. & Ias. in l. qui pecuni. nu. 5. ff. si cer. pet. quos refert & sequitur Emanuel in d. l. 3. C. de non nu. pec. 7. fallentia, dicens hanc esse communem sententiam.

Contrariam sententiam tenẽt Bald. & Nicolaus de Matarelis, in d. l. cùm fidem, & Felin. in capitul. si cautio, de fide instru. numero 56. Quorum opi. ausim verissimam dicere nouissimo fundamẽto tracto ex l. cum de indebito, in pri. ff. de proba. vbi qui partem debiti confessati sponte persoluit, nõ potest illam repetere, nisi probet illam indebitam: quia præsumptio veri debiti oritur contra soluẽtem, quæ etiam adiuuatur ipsa cõfessionis cautione, ergo vt pars soluta repeti nõ potest, ita quoque reliqua pars defendi non posset, nè vna, eademque res diuerso iure censeretur cõtra legem, eum qui ædes, ff. de vsucapi. §. his ita, C. de cadu. tollẽd. l. si solus, ff. de acqui. hæredi. Cõfirmatur vrgẽti ratione nam si vitium violentiæ certum & indubitatum purgatur per spõtaneam solutionem subsecutam, vt in l. 2. C. quod metus causa, lõgè faciliùs per talem spontaneam solutionem totius debiti, vel partis, purgabitur suspicio & præsumptio deficiẽtis numerationis, vt in d. l. cũ fidem, vbi hac sentẽtia probatur. Neq; ad rem pertinent illa verba illius legis, quæ ita habẽt, cum fidem cautionis agnoscẽs, nam fidem cautionis agnouisse videtur eo ipso, quòd partem debiti persoluit. Prętereà per talem solutionẽ geminatur actus, per quã geminationem similia priuilegia solẽt excludi, vt in l. mulier. C. ad Velleia. ergo, &c. Et multa, quæ hãc sentẽtiã adiuuãt, enumerauimus suprà. §. 2. & 3. dũ varios geminationis effectus retulimus. Deniq; vide multa hãc ad rẽ similia in §. 12. nu. 46. cũ 9. sequẽt.

1 *Testator potest hæredi præcipere nè appellet.*

2 *Appellatio futura potest renuntiari in ciuilibus, sicut in criminalibus, cum communi.*

3 *Appelletur vt à sententia arbitri conueniri non potest, cum communi. Et regulariter ab arbitrio non appellatur.*

4 *Appelletur vt ab arbitrio si conuenit, quid id pactum operetur? L. 5. tit. 15. lib. 2. ord.*

5 *Appellari non potest à sententia arbitri, etiam quando ea producit actiõ. cum communi contra Dinum, & Bart.*

6 *Præscriptio non potest per pactum impediri, cum communi contra quamplures.*

7 *Noua ratio.*

8 *Pactum vt non præscribatur, vtile est, contra communem.*

9 *Præscriptio non impeditur per pactum etiam iuratum cum quibusdam contra communem.*

10 *Præscriptio præterita pacto renuntiari potest, cum Feli. & alijs. Quod fallit in rebus corporeis.*

11 *Præscriptio longi temporis non impeditur per pactum de non præscribendo, contra Feli. Bart. & Ripam.*

12 *Præscriptio actionum, & seruitutum non fit cum mala fide de iure Canonico, cum communi contra Bart.*

13 *Prescriptio contingit cum bona fide orta etiam ex iusta causa, cum communi.*

14 *Præscriptio non impeditur per pactum de non præscribendo, etiam ante inchoatam præscriptionem, contra Felinum.*

15 *Vsucapio triennalis non impeditur per pactum, contra Bart. & Feli.*

16 *Præscriptioni etiam in merum fauorem præscribentis inductæ, renuntiari non potest, contra communem.*

Præscriptio actionum iure, ff. incognita, cum communi.

Intellectus legis, quod si nolit. §. penul ff. de ædil. edic.

17 *Præscribitur, vel finitur. 30. annis ius offerendi, cũ cõmuni.*

18 *Præscriptio etiam sumens originem ab ipso contractu renuntiari non potest, contra Bald. Feli. & Ripam.*

19 *Præscriptio fauorabilis non faciliùs pacto impeditur, quàm odiosa cum Alciato contra Feli. & alios.*

20 *Actio redhibitoria potest pacto coarctari, noua opi.*

21 *Præscriptio pacto potest renuntiari ex permissione legis, vel statuti, cum communi.*

22 *L. 3. in quaterno Gabellarum iustam, & validam esse.*

23 *Præscriptio virtualiter impeditur, si conuenitur, vt ea impleta, iterum actio renasceretur. cum communi.*

24 *Præscriptio per pactum prorogari non potest, cum Croto contra communem.*

25 *Forma vitiari non põt, etiã in minima sui parte, cum cõmuni.*

Declaratio. l. 1. del quaderno de Alcau. vt eius forma nequeat omitti.

Declaratio l. 2. & 3. del quaderno de Alcaual. vt eius forma nequeat omitti.

L. 11. tit. 1. lib. 3. ordi.

26 *Statutum, quòd debitum decennio præscribatur, quòd valeat, & intelligitur cum bona fide. Et an renuntiari possit cum communi.*

27 *Lex etiam correctoria extenditur ex ratione in ea expressa, cum communi.*

28 *Præscriptio. 30. annorum procedit etiam de iure Canonico in casibus, cum communi.*

Intell. 3. tit. 13. lib. 3. ordi.

29 *Statut. iubens debitum decennio præscribi, firmum est, & intelligitur cum bona fide, cum communi.*

30 *L. 3. tit. 13. lib. 3. ordinamenti. post præteritum decennium præsumit solutionem.*

Intell. Pragm. anni. 1528. c. 157.

31 *Actio personalis iure regio Vicennio, ius autem exequendi decennio præscribitur.*

Intell. l. 4. & l. fi. tit. de las excepciones. lib. 3. ord. & l. Tauri.

32 *Actio*

2 *Actio personalis, quæ per litis motionẽ perpetua fit vsq; ad annos.30 post vltimam sententiam fit breuioris vitæ, scilicet.20.annorum de iure regio.*

Intell.l.63.Tauri.

3 *Intell.ad Pragm.anni.1528.c.167.vt post triennium præsumatur solutio nec admittitur probatio in contrarium, ni si per confessionem partis. Sed hoc casu qui præscripsit, non est tutus in foro animæ, si se scit debitorem.*

Præscriptio cum peccato non inchoatur, cum communi.

34 *Præscribi non potest personalis actio cum mala fide, cum communi contra Bart.& sequaces.*

35 *Præscripta actione personali, debitor est tutus in foro contentioso, cum Feli.& alijs contra Couarru.*

Præscriptio iuris personalis refert fundetur in negligentia nõ petentis, an verò in præsumptione solutionis noua declaratio contra Philip.Roma.Gratum, & alios.

36 *Præscriptio cum mala fide non procedit etiam in actionibus temporalibus contra communem.*

37 *Hæres etiam scienter rem Titio legatam potest præscribere secundum communem, nos contra.*

38 *Reuendere qui infra certũ tẽpus tenetur, illo præterito etiã scienter liberatur, cum cõmuni cõtra Cassaneũ, & nouiss.*

Præscriptionẽ an testator vetare possit, noua de declaratio.

Statutũ Salmãti.Aca.declaratur super aulis præscribẽdis.

39 *Minorib.currit præscriptio cœpta cõtra prædecessores cũ cõi.*

40 *Minoribus an iure vetere curreret præscriptio?*

41 *Minor an seruetur illæsus in præscriptione cœpta contra eius prædecessorem?*

Præscriptio cœpta contra priuatum, cui successit ecclesia, non variatur.

42 *Minoribus nõ currit tẽpus actionũ Pretoriarum personaliũ.*

43 *Minoribus quale benefi. denuo datũ sit in præscriptionibus.*

44 *Minorum res olim præscribebantur, licet daretur restitutio, hodie non præscribuntur.*

45 *Prodigi res non præscribitur.*

Minor contrahens non seruatur illæsus, licèt statim appareret de læsione.

Testamento propter turpitudinem hæredis rescisso, legata non conseruantur.

Lex correctoria an extendatur ad casus æquiparatio.

Reipublicæ fauore fit extensio etiã in correcto. cum cõmuni.

L.quoniam in prioribus.C.de inofficioso testamento.

46 *Minori non currit tempus datum ad soluendum cano.*

47 *Extensio.3.*

48 *Extensio.4.*

49 *Extensio.5.*

50 *Minori etiam iuranti, non currit biennium datum ad except. non nume.pecu.*

51 *Limit.1.*

52 *Limit.2.*

53 *Limit.3.*

54 *Limit.4.*

55 *Limit.5.*

56 *Limit.6.*

57 *Limit.7.*

58 *Limit.8.*

59 *Limit.9.*

60 *Limit.10.*

61 *Limit.11.*

62 *Limit.12.*

63 *Limit.13.*

64 *Limit.14.*

Minor non seruatur illæsus in præscriptione cœpta contra prædecessorem, cum communi.

65 *Minori currit præscriptio conuentionalis.*

66 *Minori datur restitutio ex clausula generali.*

REDEVNDO ad illũ articulũ de potestate testantis circa legis trãsgressionẽ, infertur quadragesimosextò, & principaliter, an

1 †testator possit præcipere ne appelletur? Et non dubito quin possit per legem.1.§.1.ff.à quibus appellare non licet, vbi expressum est, testatorem posse renuntiare appellationi. Et licèt tex.ille in testatore renuntiante non loquatur, tamen loquitr̃ in ea renuntiatione, quæ fiebat inter viuos, nec dubiũ est, quin vtrobiq; sit eadẽ ratio. Vnde si testator, qui cũ Titio litem gerebat, iuberet in suo testamento, ne hæres à sententia, quæ in illa lite lata esset, appellaret puto hæredẽ illũ appellare non posse, argumento d.l.1.§.1.& in l. fin.§.fi.C.de tẽpo.apella. præsertim cũ bonũ sit argumentũ de contractibus ad vltimas volũtates, l.si diuortio, ff.de verb. obliga.l.seruũ filij, §.eũ qui chirographũ, ff.de lega.1. Deniq; cũ testator possit libere disponere circa tenorem eorũ, quæ in suo testamento continentr̃, vt docent Bart.in l. nemo potest, ff. de leg.j. in prima oppositione, & ibi latè Iaso.in vtraq; lectura, in prin. vbi etiã Crotus & Ripa in prin.& Hãnibalis, nu.44.post Imolã, Areti.Ale.& alios, dubitari nõ oportet, quĩ hoc præceptũ in fauorẽ illius aduersarij, quo cũ lis erat, emissum intelligatur, & consequenter seruãdum sit: quia testatori omnia licent, vt in authen. de nupt.§.disponat.l.in conditionibus primũ locũ, ff.de cond.& demonstra.præterea, quæ reperiuntr̃ expressim vetita.l. necnon.§.ꝙ eis, ff.ex quibus causis maio.id aũt expressim vetitũ non reperitr̃, sed in se piũ, humanũ, sanctum, honestumque præceptum est, argum.in c.finem litibus, de dolo & contum.l.properandum, in prin.& §.1.C.de iudi.

Quòd aũt per pactũ conueniri possit, ne à sententia iudicis appelletur, communiter receptũ est. Ita enim tenent Bar.Imo.Paul.Areti.Alex.nu.20.in d.l.nemo potest, ff.de lega.1.vbi Ias.in prima lectura, nu.56. & in 2.lectura, nu.75.& Ripa, nu.88.cũ plu.sequen.Crotus, nu.38.Hannibal. nu.610.post plures alios ibi relatos. Quod ꝓcedit de iure,

2 quãdo causa erat †ciuilis, secus si criminalis, in qua posset imponi pœna sanguinis, nã tunc iuri appellãdi renuntiari non posset. quia nemo est dominus membrorũ suorũ, arg. l.liber homo ff.ad legem Aquiliã quinimò eo casu quilibet de populo posset appellare, inuito etiã eo, qui condemnatus esset. Qua ratione in huiusmodi causis etiam termino probatorio renuntiari non posset, vt latè clarant Ripa, & reliqui nouissimi, vbi suprà.

3 Hæc procedunt in iudice ordinario, in †arbitriò verò dubiũ est, an ab eius sententia possit appellari. Et Bar.in d. l.nemo potest, nu.13. quẽ sequũtur communiter omnes moderni suprà relati, tenet non posse. Idẽ Bar.in l.1.C. de arbitris, per tex.ibi Bar.& communiter docto.in l.arbitro ff.qui satisdare cogãtur. In contrariũ fortiter facit tex.in l. arbitro.ff.qui satisdare cogãtur, qui tex.variè intelligitr̃. Primò ꝙ a sentẽtia arbitri potest appella.cũ est receptus super quodã articulo causæ, vt in l. arbitro. quia cũ causa adhuc maneat penes ordinariũ, talis arbiter super articulo receptus, videtr̃ subrogatus loco ordinarij, & sic ab eo appellatur vt à delegato, vt in l.à iudice.C.de indice. Et iste est verus intellectus secũdũ Ias.in l.fin.colũ.pen.C.de iudi. & Ripã in l.nemo potest, ff.de lega.1.nu.90.& Iaso. in d.l.arbitrio. Ang.in l.ex cõsensu, de appella.ff.col.2.& glo.in l.17.titu.23.par.3. Item d.l.arbitro.potest intelligi, ꝙ ideo appellatr̃, quia arbiter fuit receptus de authoritate iudicis, vt in l.ex cõsensu, ff.de appella.& l.fi.à quibus appella.nõ licèt, ff.secũdũ prædict. Potest & aliter intelligi secũdũ Deciũ in d. l.fin.nu.51.C.de edict.diui.Adria.toll.& Bart. in d.l. arbitro. Montaluũ vbi suprà, scilicet in d.l.17. & Ripã vbi suprà, nu.91.& Bal.in l.fin.§.fi.de tẽpo. appell.C. & Hippo. in l.vni.de raptu virginũ.C.fol.20.col.4.scilicet, ꝙ licet appellari nõ liceat à sentẽtia arbitri, potest tñ implorari iudicis officiũ. Et facit, ꝙ denegato remedio ordinario, nõ videtr̃ negatũ iudicis officiũ, vt in l.planè & in l.fin.ff. de peti. hæred.& in l.1.§.quæsitum, ff.pe separat. Sed his nõ obst.

iste

iste intellectus reprob.communiter secūdū Ange. vbi supra, & secūdū Ias. & Iacobinū in d.l.arbitro, & colligit ex Bar.in l.nemo pōt,nu.16.ff.de lega.1.vbi tenet, q̄ à sententia arbitri pōt implorari iudicis offi. si hoc cōuenerit inter partes,sed hic nō cōuenit,ergo secùs erit, vt in l. societatē, §.arbitrorū,pro socio,ff.& in l.diem proferre,§.stari,ff. arbitro.Non obst.q̄ negato remedio, nō negetur iudicis officiū.Nā cū sententia transit in rem iudi.nō tantū appellatio,sed imploratio iudi.offi.negatur,glo.in l.fina. C. vt lite penden.& ibi Socinus,& Iaso.& Decius vbi suprà,sed illa sententia transijt in rem iudi.vt in l.alle.§. arbitrorum, ergo &c. Nam in rem iudicatam transit sententia, a qua vel non appellatur,vel appellari non potest.

4 Sed licèt regulariter à †sententia arbitri non appelletur an tamen per pactum fieri possit,vt ab eius sentētia appellet, vehemēter cōtrouersum est. Qua in re Dinus & Bart. nu.13.in d.l.nemo pōt,ff. de legat.1. tenent partē affirmatiuā,vt id per pactū fieri possit.Hāc partē sequitur & dicit cōem Ale.ibid.nu.20.& est etiā cōmunis opi:secūdū Ripā ibi.nu.87.& est cōmunis secūdū Ias.ibi. nu.66. lect.1.Bal. Salic.Imo.Pau.Areti.& Florianus ibid.Bal.in rub.C. de appell.Ioā.And.& alij in c.cū dilectus de arbitris. Antonius, & Imola in c. Quintauallis, in 23.differētia. de iureiur.& est cōmunis opi.secūdū Ias.nu.93.in d.l.nemo pōt.2.lect. Crotus nu.38.Hānibalis nu.610.cū plu.seq.Quorū plerique in propria & stricta appellatione tenēt cōtrariū: quia priuatorū nō est cōferre vllā iurisdictionē ei, qui nullā iurisdictionē habet,vt in l.priuatorū.C.de iurisdictio.omni. iudi.Vnde cū appellatio sit sententiæ rescisio.l.1.§. fin. ff. Turpilianū,sentētia aūt quæ nulla est, rescindi non possit argū.l.nā & si sub cōditione.ff.de iniu.rupt.l.decē,ff.de verbo.obliga.§.seruus.Insti.de capitis dimi.superest, vt sententia arbitri,quæ nulla est ex defectu iurisdictionis,nulla effici nō possit per appellationē factā ab arbitro, interpositamq; per ipsos priuatos,qui iurisdictionē cōferre nō possunt.Iure autem regio videt in arbitrū conferri iurisdictio, quæ æquiparat iurisdictioni ordinariæ,argu.l.5.tit.15.lib. 2.ordi.Nisi malis eam secūdū ius commune intepretari.

Astringitur hoc fundamentum:quia inducta ad vnum effectum,nō debēt operari contrarium effectum.l.legata inutiliter,ff.de lega.1.l.legata inutiliter, ff.de adimē. legatis.l.non ideo minus.C.de procuratoribus,l.3.§. si emācipatus, C. de bon. poss. contra tabu.l.si quis neque causam cū materia,ff.si cert.pet. Vnde si priuati quando hoc agūt vt iurisdictionem conferant ei,qui nulli præest iurisdictioni,id assequi non possunt,vt in d.l.priuatorum, longè minus eam iurisdictionem conferre poterunt per interpositionem appellationis,quæ non tam ad conferendā,quam ad adimēdam iurisdictionem interponi videtur. Pręterea si ambo litigatores nequeunt talem iurisdictionem cōferre,vt in d.l.priuatorum, longè minus id poterit alter tātū qualis est ille,qui ab eius sentētia appellauit.Ergo si per pactum appelletur à sententia arbitri, talis appellatio nō habet vim propriæ appellationis, sed appellationis improprijssimæ,hoc est,cuiusdam reuisionis. Et ita declarāt plerique eorum,quos suprà retulimus.Et in hoc id pactū vtile erit,quòd per talem appellationem nō committetur pœna compromissi secundum Ripam vbi suprà.

Illud autē dubiū est, an in quibus casibus oritur actio

5 ex sententia†arbitri,tunc ab ea possit appellari? Et Bar.nu. 13.in d.l.nemo pōt,tenuit posse. Sed in contrariū se habet vera & communis opi. tam legistarum, quàm canonistarum,secūdū Ias.in d.l.nemo pōt,lect.2.nu.85. & in prima lectura,nu.60.cum plu.seq.& secūdū Ale.nu.19.in d.l.nemo,ff.de legat.1.vbi notanter per Ripā nu.90.Crotus,nu. 38.Hannibal,nu.610.cū plu.sequen.gl.Alberi.Ang.Alex. & Iaso.post alios in l.arbitro.ff.qui satisda.cogan.glo.& cōmuniter docto.in l.1.C.de re cep.arbi.Imola in l.1.ff.à quibus appel.nō licet Imola.& Aretinus in d.l. nemo potest, Antonius,& Abb.in c.cū dilectus, de arbitris. Antonius, & Imol.in cap.Quintauallis,de iureiuran.Abb. in cap. suspicionis,de officio delegat.vbi ait,quod opi.Bar.communiter nō tenet,licèt eandem opin. tenuerit ipsemet Barto. in d.l.arbitro,& in d.l.1.C.de arbitris.

Hæc communis opi.cōtra Bar. probat sic. qui appella. à sententia arbitri dicit eam sibi displicere, tex.in l.1.C.si sępius in integrū restitutio.quo casu non habet locū l.cùm antea.C.de receptis arbitris,in qua Bar. fundatur. Nam si ab arbitro fui condemnatus, tunc aut appellaui post decē dies præteritos, & nihil egi, quia iam sententia transiuit in rem iudicatam,vt in d.l.cū antea,aut intra decem dies appellaui,& tunc per huius appellationis interuentum declaratur eam sententiam mihi displicuisse,& cōsequenter nūquam in rem iudicatam potuit transire, vt d.l. cū antea,in verbo, displicebat, & sic ea appellatio non habet vim appellationis,sed tantùm nudæ, & simplicis declarationis,& dissensus contradictionis & recusationis.

6 Infertur quadragesimoseptimò,& principaliter,an†testator possit prohibere vsucapionem? Quæ res pendet ab illa quæstione,an possit etiam per cōtrahentes prohiberi. Qua in re cōis opi.est negatiua, vt cōtrahētes non possint prohibere.Ita tenet Bar. col. pen. in l.nemo pōt,ff. de leg. sequit & dicit cōem opi.Ripa ibidē nu.104.& Crotus sequit,nu.45.Cumanus,Aret.& Ale. nu.25.Bal. in l.si postquam.ff.de fideiuss.Abb.in rub.ff.de præscr.col.fin. Romanus in repet.rub.de arbitris,ff.col.20.& cons.201.Pro decisione præsentis, prout refert & sequitur Iaso.in d.l. nemo pōt,nu.111.in 2.lectu.ff.de lega.1.idē Ias.ibidē,nu.80. in 1.lect.Felinus in c.si diligenti,col.5.de foro cōpe.idē Felin.in rub.col.3.de præscrip.Oldraldus,Cinus,& Bald.in l. Centurio.circa fin.ff.de vulg. Bal.in l.fin.§.fi. de tēpore appell.prout refert & sequit Ale.vbi suprà, & est cōis opi.secūdū Hāniba.nu.686.in d.l.nemo pōt,& est cōis opi.secūdū Pręposit.in c.1.§.præterea,de capit.corra.in feudis,& est cōis opi.seūdum Alciatū in rub.de præscriptio, nu.58. sequitur & dicit communem Balbus in tract. de præscriptio.in 5.part.5.partis principalis.q.6.

Contrariam sententiam tenet Alciatus,ibidem.Bald.& Dinus,& Imo.in l.nemo potest,supra allegata.Ang.in l.1. C.ne rei dominicæ vel tēplorū. Ioā.And. in additionibus ad Speculatorē,in tit.de præscriptionibus,super rub.col.2. Ang.in d.l.nemo pōt.Bar.in l.1.ff.de vsuca. & est cōis opi. secūdū Bal.in d.l.nemo pōt.Et ante tēpora Bar. hæc opin. tenebat ab omnibus secūdū Alciatū vbi supra. Eandē tenent Florianus in d.l.nemo pōt.Bal.in d.l.1.idem Bal.in l. 1.col.4.C. de sententijs quæ pro eo quod interest. Antonius in cap.cū non liceat,de præscriptionibus.

Pro priore sententia,quæ receptior est, Bar. & sequaces sic arguunt. Vsucapio est inducta propter bonū publicum l.1.ff.de vsuca.sed ius publicum per partes remitti nō pōt, l.ius publicum,ff.de pactis l.priuatorum,C.de iurisdictione omnium iudicum,l.quidam decedens,in princ.ff.de administratione tutorum,ergo ius vsucapionis renuntiari nō pōt.Sed id fundamentum facile excluditur. Nā omnes leges pro bono publico introductæ sunt l.1.& 2.ff.de legib. c.erit aūt lex.4.distinct.quinimò reliqui omnes cōtractus, per quos dominium acquirit,vt in l. nunquam nuda,ff. de acquirēdo rerum dominio, pro bono publico introducti sunt,humanis necessitatibus exigentibus,vt in §.ius aūt gētium.Instit.de iure natu.& in l.ex hoc iure,ff.de iusti.& iure & à iure gētiū fuerunt introducti, quod ius longè antiquius est,quā ius ciuile,vt in §.singulorū. Instit. de rerum diuisio.& consequēter id ius melius & æquius est vt notat glo.in prin.C.de cadu.tol.dum ait,antiquum ergo bonum facit lex fina.de instr. cū ergo omnes leges factæ sint propter bonū publicū & humanas necessitates, & nihilominus renuntiari possint quatenus respiciunt priuatam vtilitatem,vt in l. penult.C. de pactis,l. si quis in conscribēdo C.de episcopis & clericis,l.filio præterito, ff. de iniu. rupt superest,vt lex,quæ propter bonum publicū induxit vsucapionem,renuntiari possit per eum, ad cuius vtilitatem pertinebat inchoare,& perficere præscriptionem.

Confir-

Confirmatur, quia alienationis verbo, vsucapio continetur, vt in alienationis verbum, ff. de verbo. sign. & tamẽ per pactum alienatio potest prohiberi, non vt ipso iure impediatur dominij translatio, vt in l. penul. ff. de pact. sed tñ vt agi posset ad interesse, vt in l. qui Romæ. §. cohæredes, ff. de verbo. obliga. expressius in l. ea l. C. de condictio. ob causam, & est vtrobiq; cõmunis sententia, gl. & docto. tradunt Bar. & cõmuniter docto. in l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. 1. Bar. & cõmuniter docto. in l. si ita quis, in §. ea lege. per tex. ibi. ff. de verb. obl. Sic ergo & in proposito videt̃ tale pactũ de nõ præscribẽdo vtile esse, nõ quidẽ vt ꝑ tale pactũ res ipsa quasi vitio reali affecta videat̃, sed magis vt ille, qui vsucapturus erat, vel eius hæredes si qñ res ꝑ eũ, vel eius hæredes vsucapta fuerit, teneant̃ ad interesse, vel ad ipsius rei restitutionẽ, seu liberationẽ, vt taliter paciscens similis quodã modo videat̃ ei, qui cõstitutus est in mala fide, vnde cũ hodie mala fides authoris noceat successori etiã singulari, vt in authẽ. malæ fidei. C. de longi tẽp. præscriptione sequitur, vt si tecũ cõueni, ne rẽ meã præscriberes, tunc tale pactũ rem ipsam vitio reali non affecit, & consequenter præscriptibilis manet, sed tamen quia in mala fide tu cõstitutus es, non poteris eam præscribere tu, hæres vetuus, cùm in successores hodie descendat auctoris mala fides.
7 Vnde nouo fundamẽto remanet † defensa communis opi. vt per pactum præscriptio impediri non possit, non quidem ob id, quòd leges de præscriptione loquentes bonũ publicum magis respiciant, quàm reliquæ leges de cæteris acquisitionibus loquentes, sed magis ob id, quòd licèt per pactum alienatio, quæ per vsucapionem contingere solet, non possit impediri, non magis, quàm alienatio, quæ reliquos legitimos titulos solet contingere.

Tamen licet omnes tenentes communem sententiã in
8 tellexerint tale pactum inutile esse, grauiter errant, nã † tale pactum vtile est, & fructuosum, vt ex vi ipsius pacti ipsemet, qui præscripturus erat, non posset præscribere, quasi in mala fide cõstitutus videatur neq; vllus successor ipsius præscribere possit, siue sit successor singularis, siue vniuersalis. Denique illud fixum, indubitatumque videri debet tale pactum de nõ præscribendo rem ipsam vitio reali nõ affecisse, aut impræscriptibilem effecisse, cum per violentiã furtum, rapinam, & similia res vitio reali afficiatur, nõ autem per pactum, & cõuentionem, vt in §. furtiuæ, cum similibus. Inst. de vsucap.

Ista cõmunis sentẽtia, quã & nos sequimur variè limitatur. In primis enim limitat̃, vt nõ procedat, quando interfuit iuramẽt. Nã pactũ de non † præscribẽdo ꝑ interuentũ
9 iuramẽti firmat̃ secundũ cõmunes sententias, vt late tenẽt Alciatus in rub. de præscript. nu. 69. & Balbus in tracta. præscript. in 5. par. 5. quæstionis principalis. q. 6. Alex. in d. l. nemo potest, nu. 25. vbi Ripa, nu. 111. Felinus in d. rubrica de præscript. num. 15. vbi Hannibalis, num. 760.

Contrariam sententiam tenet Crotus, nu. 45. in d. l. nemo potest, quia secundum eum præscriptio fuit introducta propter fauorem publicum, quem lædere non possunt priuati, vt in l. ius publicum, ff. de pact. Idem tenet Ias. nu. 115. in d. l. nemo potest. 2. lect. & in 1. lect. nu. 83. post Cumanũ consi. 169. Visa copia præcepti. quem vtrobique allegat Ias. Mouent̃ per c. si diligenti de foro competenti. vbi ea quæ respiciunt publicam vtilitatem, non possunt renũtiari, etiã cum iuramento, sed secundum eos vsucapio respicit publicam vtilitatem, & consequenter non potest renuntiari, vt in l. 1. ff. de vsucap. Præsertim, quia etiã si vsucapio nõ respiceret publicã vtilitatẽ principaliter, sed tantũ secũdariò, adhuc tamen etiam cum iuramento renuntiari non posset, quãdo talis vtilitas priuatorum non posset separari ab incommodo & læsione reipublicæ secundum Bar. in l. ius publicũ, ff. de pact. quem ipsi sequuntur. Sed certe neque ipsi probant, neque verum est, quod hic priuatorũ vtilitas non posset separari à læsione reipublicæ, quinimò separari posset: quia reipublicę nihil interest, res illa, de qua pręscribenda agebatur, vtrum pertinet ad præscribentem an verò ad priorem dominũ, dummodo ea res permaneat inter ciues, vnde talis priuatorum vtilitas indubitanter potest separari ab incommodo & læsione reipublicæ. Aliunde ergo petendum est argument. ad hanc sententiam cõtra communem tuẽdam quam ausim verissimam dicere. Nã si fortè rem in quadam hæreditate per me quæsita inuẽtã tibi donaui, hac lege, vt eam non posses præscribere, & pręscriptioni renuntiasti cum iuramẽto, quo casu præsumitur me non habere scientiam rei alienæ, c. is qui in ius de reg. iur. in 6. l. qui in alterius, ff. de regu. iur. tunc si tu, qui iurasti non præscribere, eam rem alienasti, is qui abs te emit, indubitanter præscribere potest quia per talem conuentionem etiam iuratam res non afficitur vitio reali, vt per hoc fiat impræscriptibilis, sed id tantũ contingeret per violẽtiam, furtum, rapinam, & similia, vt in §. furtiuæ. Insti. de vsucap. Neque ad rem pertinet iuramentũ, cũ vsucapio non desinat cõtingere ex defectu potestatis iurantiũ, & pasciscẽtiũ, vt in c. intellecto, & in c. cũ cõtingat, de iureiu. vbi defectus potestatis nõ supplet̃ per iuramẽtũ. Cæterũ si ipsemet, cui hæres rẽ hæreditariã donauit hac pactione iurata ne præscriberet, ꝑscripsisset, tũc ꝑ cõdictionẽ ob causã rẽ illã resti tuere teneret̃ secũdũ Ripã, & Felinũ vbi supra, pro quibus vehementer facit text. quẽ ipsi non allegant in l. ea lege. C. de cõdictione ob cau. quo casu hæres ex illo pacto tũc demũ agere posset, si eius interesset, & quatenus eius ĩteresset argumẽto tex. in l. si ex cõuentione. C. de pact. & in l. 1. C. sine censu vel reliquis. Quod nota, quia à nemine vnquam satis digestum inuenies. Cõfirmat̃, quia præscriptio, & cursus ipsius non impeditur per scientiam, vel ignorantiam illius, cuius res præscribatur, vt in l. fi. C. de longi temp. pręscri. nec etiã per ignorantiam ipsius præscribentis, vel per errorem ipsius, & ideo qui putat rem suã esse, eam præscribit, l. vnica. C. de vsucap. transformãda, c. malæ fidei. cũ ibi notatis, de reg. iur. in 6. ergo voluntas domini, vel non domini, qui rem suam, vel alienam a se possessam tradit hac lege iurata, ne præscribatur, non est potens ad impediendũ cursum præscriptionis, quasi ille ex legis dispositione currat, nobis etiam ignorantibus, vel inuitis.

10 Secundo limita, vt non procedat in † præscriptione pręterita secundum Felinum vbi supra, num. 10. Bal. in authẽ. quas actiones. C. de sacros. eccles. per l. si postquam, ff. de fidei. vbi secundum intel. Imo. ibi liberatus præscriptione dãdo fideiu. denuò se obligare videt̃. Sic ergo & in proposito, qui post præscriptionem completam ipsi præscriptioni renũtiauit, videt̃ recessisse à iure per talem præscriptionẽ quæsito, & sic tale pactum vtile est. Idem tenet Ripa, num. 106. in dicta l. nemo potest, sentit Bal. in tract. de præscript. in 5. parte 5. partis principalis. q. 6. Sed certè hæc limitatio in præscriptione rei corporalis vera esse non potest. Nam dominiũ acquiri nõ potest, nisi duobus demũ conurrentibus, nempe traditione, vt in l. tradi. C. de pact. & vera & legitimo titul. vt in l. nunquã, ff. de acquirẽdo rerũ dominio. Et eadẽ ratione postquã abs te rei tuę dominiũ quæsiui, id ad te reuerti nõ aliter potest, quã si tibi eadẽ res & retradat̃ & tibi accesserit legitimus titulus, vt dictis iuribus, & l. nihil tam naturale, ff. de reg. iu. & c. omnis res, eod. titu. Vnde postquam rei tuæ dominiũ vsucapione quęsiui, licèt iuri ꝑ vsucapionem quæsito renuntiẽ, non cessat virtus vsucapionis, quæ iam suũ cõsummauit effectũ, neq; in te transfert̃ dominiũ, licèt à me discedere posit, si habui animũ habẽdi rẽ pro derelicto, vt in l. 1. & 2. ff. pro derelicto. Sed in pręscriptione actionis fortè limitatio Felini posset procedere argumẽto tex. cũ ibi notatis in l. si quis emption. in princ. cum gl. C. de præscriptionibus. 30. vel 40. annorum.

Tertiò limita secũdum Bar. in l. 1. ff. de vsucap. & Feli. in rub. de præscriptionibus. nu. 14. vt non procedat in præscri
11 ptione longi temp. quæ † desiderat bonã fidem, vt in l. vni. C. de vsucap. transformanda, & in c. possessor malæ fidei, reg. iur. in 6. Nam si rẽ à me possessam tibi donaui hac lege, vt nullo tempore posses præscribere, iam per hoc in mala fide constitutus es, & consequenter longo tempore non potes

potes præscribere. Sed certe vt opportune aduertit Ripa in d.l. nemo potest, nu. 105. cum possessor male fidei de iure canonico nullo tempore præscribat, c. possessor de reg. iur. in 6. c. vigilante, de præscriptio. quod ius seruandum est, etiam in foro ciuili secundum Abb. & omnes in c. fin. de præscrip. iam secundum hoc per pactum semper induceretur mala fides in persona præscribere volentis, & consequenter impediretur præscriptio.

Vnde Frãciscus de Ripa in d.l. nemo põt, nu. 105. post
12 Bar. respondet, ꝙ in †præscriptione actionum, quæ cõtingit sine possessione, hodie etiã attento iure canonico præscriptio contingit cum mala fide, vt in l. sicut. C. de præscriptione. 30. vel 40. annorum, & idem in præscriptione serui tutum, vt in l. sequitur, §. si viam, ff. de vsuca. Nec obstant secundũ Bar. iura cano. quia loquuntur in præscriptione, in qua est necessaria possessio. vt patet in d. reg. possessor, & in istis casibus ꝓcedit ista fallen. Sed aduerte, quia opi. Bar. in d. §. si viam, est communiter reprobata, & contra tenẽt ibi Ang. Imo. Pau. de Castro, & omnes cano. in d. c. fi. & cõtrariam opi. dicit communem Alex. cõsi. 188. col. antepe. & seq. lib. 2. & cõsi. 90. Videtur prima facie, col. 2. & seq. li. 4. Ripa, nu. 105. in d.l. nemo potest. Vnde ipse Ripa veluti coactus, victusq; huiusmodi argumentis, fatetur hãc limitationem & etiam principalem Bar. & communem sententiam defendi non posse, dum aiunt, ꝙ præscriptioni per pactum renuntiari non potest, quinimò secundum eum effectualiter, & virtualiter potest, quandoquidem simul ac cõuenit ne præscriberes, illicò in mala fide constitutus videris, & consequenter nullo tempore potes præscribere, d. c. possessor. Quid dicẽdum? Reuera inter isthæc verior videtur cõmunis opi. Nec enim verum est, ꝙ quis in mala fide constituatur propter conuentionem de non præscribendo. Nã si titulo hæredis, legati, fideicommissi, emptionis, dotis donationis, vel huiusmodi rem bona fide possidebã quã ad te pertinet vel temerè dicebas, vel seriò affirmabas, & cũ velles litẽ mihi mouere, conuenit inter nos, ne ipse præscribere possem, vt sic tu litis motionẽ differres, non propterea sequitur, quòd ipse videar in mala fide constitutus, ita vt cùm antea iure dominij ad me pertinere crederẽ, iam statim ab illa bona fide deciderim, & rem illam ad te iure dominij pertinere credam.

13 Præsertim, cũ in præscriptionibus bona†fide orta, etiã ex iniusta causa, sufficiat, vt est glo. cõmuniter app. in l. 1. C. vbi causa status agi debeat, in verbo, recessit. Latè Ias. in l. 1. §. per seruum in fuga, col. 3. num. 6. ff. de acqu. possess. idẽ Ias. in l. clã possidere, col. pen. ff. eo. tit. Emanuel de Acosta in l. 3. pag. 55. C. de nõ nu. pec. plene per Alexan. cõsi. 127. lib. 4. col. 3. Vnde in specie nostra si is, qui talẽ rẽ suã esse dicebat, nõ me persuasit, adhucq; in bona fide permaneo, nõ solũ si non habeã iustã causam adhibendi fidẽ illi, sed etiã si haberẽ, adhuc hæc bona fides patrocinatur mihi, vt talẽ præscriptionem, possim cõplere, præsertim cũ vsucapio, vel præscriptio cœpta non interrumpatur per talem litigandi minam, vel iactationẽ, sed demũ per ipsam litis contestationẽ, vt in l. more, cũ ibi plenè notatis per gl. & doct. C. de rei vend. vel per libelli oblationẽ, vt in l. fin. C. de annali except. & quod tradit Bar. in l. certi condictio. in prin. nu. 33. ff. si cer. pet. Abb. cõsi. 5. lib. 2. nec vlla vnquã lege ꝓbatũ præscriptionem interrumpi per minas, seu iactationes litis mouẽdæ. Neq; teneor adhibere fidem ei, qui ad se pertinere dicit rẽ, quã legitimo tit. possideo, & sic meam esse credo, argumẽto ad fortiori in l. iuris iurandi. C. de testibus. Ergo in specie proposita, aut post iactationẽ illius & subsequutã cõuẽtionẽ adhuc permaneo in bona fide, & nõ impeditũ cursus præscriptionis mero iure perfici, & opportune facit l. finalis. C. de longi temp. præscrip. vt supra induxi. Aut re vera in mala fide cõstitutus fui, & cœpi habere sciẽtiã rei alienæ, & tũc de iure canonico per superueniẽtiã malæ fidei impeditũ præscriptio, licèt aliud esset de iure ciu. vt traditur per omnes in c. vigilãti, & in c. si de præscriptioni. Aut sumus in re dubia, & tũc nõ videor in mala fide cõstitutus, & consequẽter cursus præscriptionis nõ impeditur.

14 Quid autem si ante incohoatã †præscriptionẽ interfuit tale pactum de non præscribendo, quale est, si cum rẽ alienam à me titulo & bona fide possessam tibi donarem, tempore traditionis conuenimus, vt si fortè eam rem, quam meam iustis titulis esse putabam, alienam esse vllo tempore appareret, tunc præscribi non posset, neque interim præscripta intelligeretur? Et quidem hoc casu ijdem tres casus sunt considerandi. Nam si per hoc ipse donatarius re vera in mala fide fuit constitutus, non poterit præscribere. Sin autem re vera in mala fide constitutus nõ fuit, tunc præscribere poterit, quia vsucapio est dominij acquisitio. l. 3. ff. de vsucap. dominij autẽ acquisitio est iuris gentium l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. §. ius autem gentium. Inst. de iure natura. & consequenter per pactum immutari non potest, §. sed naturalia. inst. eo. tit. l. iura sanguinis, vbi nouissimi. ff. de reg. iur. & per alia fundamenta. quæ supra adduximus, & per l. penul. ff. de pact.

Tertiò autem casu, quãdo dubitatur, non videor in mala fide constitutus, argumento supradictorum, & cõsequẽter præscribere potero. Sed in quibus casibus præscripsi, si res postea aliena apparuerit, per condictionem repetetur, argu. l. ea lege. C. de condictionibus ob caus. vel ex clausula illa. Si qua mihi iusta causa præscriptio rescindetur, argumento eorum quæ tradunt Bar. & communiter docto. in fin. C. de longi temp. præscrip. & in simili tenet Ripa in d. l. nemo potest, nume. 111. Quæ nota, quia aliter tenet Felinus, & male, numero decimotertio & decimoquarto in rubrica de præscription.

Vnde apparet hanc tertiam limitationem veram nõ esse, dum fiebat differentia inter longi temporis præscriptionem, & præscriptionem triginta annorum, quasi præscriptio triginta, vel quadraginta annorũ, quæ de iure tãtũ ciuili nõ etiã canonico procedit, etiã cũ mala fide nõ impediretur per talem conuentionem, per cuius interuentum inducitur mala fides, præscriptio autem longi temporis, quæ regulariter desiderat bonam fidem, vtroque iure per talẽ conuentionem, quæ inducit malam fidem, bene impediretur. Quæ differentia vera nõ est, quia cùm hodie vtroq; iure omnis præscriptio impediatur per interuentum malæ fidei, præscriptio etiam triginta, vel quadraginta annorum impeditur, non secus, quã præscriptio ordinaria, non tamẽ in re dubia videtur in mala fide constitutus ad impedi. præscriptio. vel longi temp. vel 30. annorum.

15 Vnde subinfertur similiter veram nõ esse†illam differẽtiam eandem, quę per Felin. fiebat in. rubr. de præs. nu. 14. post Bar. in l. 1. ff. de vsuca. dũ volũt per talem conuentionem indistinctè impediri vsucapionem triennalem, nam veritas est, quod hæ præscriptiones regulariter per huiusmodi conuentionem non impediuntur, cùm per eam mala fides regulariter non inducatur.

16 Quintò limita, vt non procedat in †præscriptione inducta in merum fauorem partis secũdum Bar. in l. j. ff. de vsucapi. Fel. nu. 15. & ibi Abb. in rub. de pręscrip. Alc. in d. rub. nu. 63. & Ripa nu. 108. in d. l. nemo potest, licèt nõ mouetur per tex. in l. quòd si nolit, §. pen. ff. de ædili. edic. ꝑ quẽ mouenẽ reliqui suprà allegati. Hæc limitatio nimis suspecta est, & excluditur per ea quæ suprà deduximus, nã omnis præscriptio inducitur fauore ipsius pręscribẽtis, & eius solius vtilitatem respicit, vt de se patet. Neq; ad rem pertinet, quòd ob bonum publicum dixerit cõsultus in l. j. ff. de vsucap. inductam esse vsucapionem: nam cum iureconsultus animaduerteret vsucapionem inductã esse in summã iniuriam illorum dominorum de cuius rebus pręscribẽdis agebatur contra naturalem æquitatem, de qua in l. iure naturæ, ff. de regu. iur. & in l. nam hoc natura, ff. de condi. indebiti, vbi iuri naturæ aduersatur alterum alterius iactura locupletem fieri, coactus fuit consultus, vt hanc iniquitatem aliquo colore tegeret, & honesta ratione defenderet, respondere, propter bonum publicum permitti, & dispensari, vt talis iniquitas admittatur, ergo in commun[i]

verum

verum est vtilem esse reipublicæ propter vitandū maius malum, quod ex incerto rerū dominio nasceretur, nempe scādalū, dissensiones, tumultus, rixas, impetus, incursus, & reliqua mala id genus, nam reipub. bonū prælertur bono priuatorū, vt in auth. res quæ. cum ibi notatis C. commu. de lege. & similiter contra regulas iuris dispensatur cū testatore eadē ratione, vel simili, vt de reb. suis possit post mortē disponere, licet dispositio conferatur in tēpus, quo ipse earū dominus futurus non est, ne post mortē cuiusq; bona, familia, domusq; ipsius in bonis nullius essent, præberentq; occasionē hominibus impetum faciendi, prædæ, lucriq; cupidine, vt diximus suprà §. 1. post prẹludi. Denique nullus ignorat, quin omnes leges ob bonū publicum fiant l. 1. & 2. ff. de legatis primo cap. erit autem lex 4. disti. notat Alciatus in rub. de præscr. nu. 61. latissimè Tiraquellum in tracta. de vtroq; retract. in princ. nu. 75. & tamen licet in cōmuni oēs leges ob bonum publicū fiant, in indiuiduo vero, inq; singulis casibus, priuati cuiusq; , non etiā cæterorū respiciunt vtilitatē. Nam mulieres esse dotatas, interest reipub. le. prima, ff. soluto matrimonio, sed si res dotales Bertæ ab eius marito bona fide emi, quòd alienatio non teneat, solius Bertæ, non etiam reliquarum mulierum, vel reipublicæ, vel mea interest, quinimò contrariū mihi magis expediret, vtilius, conducibiliusq; esset. Sic ergo & in specie proposita, cùm rem alterius vsucepi, triennio, vel longo tempore præscripsi, nō dubium est, quin id ad meam tantum vtilitatem, non etiā reipublicæ, vel aliorum hominum pertineat, sicq; in præscriptione triginta, vel quadraginta annorum, & in reliquis præscriptionum speciebus. Vnde cùm omnis præscriptio ad solā meramq; vtilitatem præscribentis pertineat, talem præscriptionem pacto posse remitti antequā impleretur, vel inchoaretur, dicendum esset generaliter, quod est contra veram, recentioremq; sententiam quam tuemur. Teneo ergo contra hanc communem limitationem, vt vsucapio nōdum perfecta, pacto impediri non possit, quantuncunque respiciat vtilitatem partis præscribentis. Neq; ad rem pertinet textus in l. quòd si nolit, §. penultimo. ff. de ędil. edict. per quē mouentur tenentes hanc limit. Nam iure illo. ff. iura personalia (quale est ius offerendi, vel rehibendi, de quo loquitur ille textus) non præscribebātur, vt in l. occidit. in prin. notatur per glo. in verbo. remisit ff. ad leg. Aquil. quæ glo. communiter approbatur, & tenet Ripa. nume. 105. in d. l. nemo potest. ergo mirum non est, si in terminis illius tex. per pactum ius incorporeum, & intellectuale, atque inuisibile fiat perpetuum, cùm reliqua iura similiter essent eo tempore perpetua, & immortalia, licet postea per Iustinianum nouissimè fuerint certo tēpore limitata, vt in princ. Institut. de perpe. & temp. act. l. sicut & l. omnes. C. de præscri. 30. vel 40. annorū. Vnde hodie si inter partes conueniret, vt perpetuò res posset rehiberi, putarem facultatē rehibendi triginta annis finiri, quo tēpore reliqua iura finiuntur. vt dictis iuribus, & ita limitari debere dictam le. quòd si nolit, §. penultimo.

Nam & similiter si conuenit inter emptorē & venditorē, vt quandocunq; & perpetuò venditor haberet ius & facultatē precij offerendi remq; venditā recuperandi, túc
17 talis facultas † triginta annis finiretur non secus quàm reliqua iura, quia de voluntate contrahentium, licet non dubitarim quin sese etiam vltra annos, 30. extenderit, tamē eorum potestas sese vltra non extēdit, saltem mero iure. Ista est communis opi. quā tenent Ange. cons. 55. Guilielmus. sequitur Iaso. in l. petens. C. de pactis. idem Iaso. in l. si mater C. de institu. & substi. Felinus in cap. cū accessissent colum. 20. de constitutio. Bald. consi. 254. Ad euidentiā lib. 2 Ancharan. consi. 332. Visis. & est communis conclusio secundum Alciatum, qui eos refert in rubri. de præscrip. nu. 63. Idem ergo pari ratione etiam si conueniret, vt res perpetuò rehiberi posset: nam hodie triginta annis finiretur rehibendi facultas.

Sextò limitatur communis opinio, vt non procedat in
18 † præscriptione sumente principium ex ipso cōtractu, nā tali præscriptioni potest renuntiari per pactum, secūdum Bal. in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. quem refert & sequitur Feli. in d. rub. de præscrip. nume. 15. Ripa. nume. 109. in dicta le. nemo potest. per text. in d. le quòd si nolit. §. penultim. ff. de ędili. ædict. Sed & contra hanc limitationem semper tenuimus, vt etiam hoc casu per pactum nō impediatur mero iure cursus præscriptionis, vel inchoatio ipsius. Mouemur, quia si tēpore, quo rem meā tibi donabam, vel rem, quam iusto titulo possidebam, & sic quam meam esse putabam conuenit inter nos, vt si ea res fortè aliena appareret, videreris eā nunquā præscripsisse, certè ex defectu potestatis hoc casu mero iure non impediretur præscriptio, licet id pactum, & ipsa pręscriptio sumpserit originem ab ipso contractu, vt suprà latè probaui, licet hęc præscriptio an reuocabilis sit, vel resolubilis probari possit, vt ibi dixi. Neq; ad rem pertinet textus in dict. §. penultimo. per quem mouentur doctores, nā procedit, attento iure. ff. quo iure & tēpore iura incorporea & inuisibilia nō pręscribebantur, vllo tēpore, nisi in quibusdam casibus, & sic per renuntiationem illorum casuum reducebamur ad terminos iuris communis. Non sic hodie, quo iure omne ius incorporeum præscriptibile est, non secus, quàm res corporeæ, licet diuersis temporibus præscriptiones concludantur, vt iam probauimus.

Infertur veram non esse opinio. Felini. in rubr. num. 15. de præscriptio. post Bald. quem allegat in l. 2. C. vt in poss. lega. Bar. in l. 1. ff. de vsuca pio. Mouentur per d. §. penulti.
19 perperam intellectum, quasi difficilius ius † odiosum tolli posit, quàm fauorabile, quod est contra l. cum quidam C. de libe. & posth. & contra omnem rationem naturalē. Vnde quærere legem, vbi naturaliter sentimus, nihil aliud est quàm infirmitas intellectus, secundum Philosophum. Et sic eos reprehendit Alcia. in d. rub. de præscriptio. num. 63. Vnde, data paritate terminorum, nulla est differentia inter præscriptionem fauorabilem, vel odiosam, quo ad hanc rem, vt diximus suprà.

Illud autem notandum est, ꝙ in terminis dict. §. penul. & similibus, non dubito, quin sub partium potestate sit illa præscriptio quo ad restringendū. Nam si conueniret, ne
20 res † rehiberi possit nisi intra 20. dies, putarem valere conuentionem, quia per hoc non tollitur, sed augetur præscriptio, & breuius, properantiusq; finitur, & per hoc ius cuiusque possidentis firmius & stabilius fit, quod ad lites fugandas & ad tumultus vitandos pertinet, & ad quietem reipublicæ, cessatq, ratio prohibitionis, quæ colligi posset & colligunt docto. vbi suprà, ex lege prima. ff. de vsucapio. & quia sic non impeditur dominij acquisitio, contra le. 3. ff. de vsucapio. iuncta l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure, quinimo facilior redditur dominij acquisitio. Et sic faciūt quæ diximus suprà.

Septimò communis opin. limitatur vt non procedat in
21 quibus casibus lex approbaret † pactū de non præscribendo, nam hoc casu de potestate legis dubitandum nō esset, secundū Ripam in d. l. nemo potest, nu. 107. per tex. in d. l. quòd si nolit §. pen. ff. de ædili. edicto. Quod verissimum est, nam legi omnia censentur permissa, quæ iure naturæ, vel diuino non reperiuntur expressim vetita, l. nec non §. quòd eis ff. ex quibus causis mai. plenissimè per Tiraquellum in simili de vtroque retract. in prin. nu. 75.

Quinimò etiā per statutum fieri posset secundum Ripā in d. l. nemo potest. nu. 113. Bald. in l. 2. per illum text. C. de constit. pecu. & per l. malè agitur C. de præscr. 30. vel 40. annorum. Salicetus in dict. l. secunda. Felinus in rub. de pręscrip. num. 16. Antonius, & Imo. in cap. cum nobis. de præscriptio. Bal. in l. 1. C. ne rei dominicæ vel templ. quos refert & sequitur Felinus vbi suprà & videtur cōmunis opi. nouissimorum in d. l. nemo potest. quos retulimus suprà cuius rei veritas pendet ab intellectu eorum, quæ circa potestatem statuentium docuimus suprà.

Illud aūt apud nos fixū indubitatumq; esse debet, ꝙ valida

lida, firmaq; est prohibitio præscriptionis, de qua tractat
22 & eã induxit † l. 3. in libro seu quaterno gabellarũ redditu-
umq; regulariũ (quos Hispanè Alcaualas appellamus) cũ Rex noster potentissimus atq; pijssimus Imperatoré non recognoscat, suisq; tantum legibus vtatur l. 1. Tauri.

Limita, octauo cõis opi. vt non procedat quando inter
23 partes actũ est, vt finita † præscriptione, iterum sit debitũ. per l. sicut in annos ff. quibus modis vsus fr. amittatur. qua de re late per Felinũ in rub. nu. 17. de præsc. per Balbum de præs. in 5. part. 5. partis principalis. quæst. 6. Barto. col. pen. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. & per oẽs modernos ibidem, quos enumerauimus supra. 24. Limita. nono, vt licet ꝑ pactũ ex toto præscriptio tolli non possit, poterit tamẽ prorogari. Ita tenent cõmuniter doc. quales sunt, Accursius in auth. quas actiones. C. de sacro. eccle. Ang. in auth. vt ecclesia Romana, in fi. idẽ Ang. cõs. 54. Alciatus in rub. de pręs. n. 69. vbi Fel. nu. 12. Ripa ĩ d. l. nemo põt ff. de leg. 1. n. 112 Ang. in auth. vt de cætero cõmu. Bal. in rub. de cõst. col. 3.

Contrarium tenet Crotus, nu. 45. cum seq. in d. l. nemo potest, quia inquit, quod fauore publico inductum, vt per pactum ex toto tolli non potest, ita etiam non potest minui, vel moderari argu. l. quòd de bonis §. fratre. & §. fina. ff. ad leg. Falcidiã, l. de die iuncta, le. 2. ff. de pact. dotalibus, & quia bonum est argumentum de toto ad partem, le. quę de tota. ff. de rei vendi. l. an pars, ff. pro derelicto. etiã si per hoc recedatur à proprietate sermonis, l. hęredes mei, §. cũ ita. ff. ad Trebel. Ripa vbi suprà, defendẽdo hanc communem limitationem, respondet nõ valere argumentum de toto ad partem, quando non est eadem ratio, hic autem ait eandem rationem non esse, sed nõ probat. Et re vera probare non posset, quia eadem ratio est, præsertim cùm plus & minus etiam ratione temporis dicatur. §. plus. Institut. de actio. Et hanc Croti opinionem contra communẽ probo, quia forma à lege in vsucapionibus data violari nõ po
25 test, etiã in minima sui parte, per regulam habentem † formam cuiusq; dispositionis à lege datam, etiam in minima sui parte vitiari non posse vel prætermitti, quin tota dispositio infirmetur. Ista est vera & communis opin. quam tenent Bal. in l. 1. ff. de lib. & posth. Decius cõs. 466. n. 14. Anchar. consi 35. Visis. col. fi. Bal. in l. humanum, C. de leg. idẽ Dec. n. 9. consi. 11. Bal. con. 11. lib. 1. Præmissis col. fi. Bal. cons. 324. Punctus lib. 2. Parisius consi. 46. lib. 3. col. 1. Bal. in l. cessante. col. fi. C. quomodo & quando iudex. idẽ Bal. cap. ex literis. col. fi. de consti. & in c. 1. col. 2. de milite vasallo. Alexa. consi. 137, In causa. col. 4. Idem Alex. cons. 96. Viso, col. fi. lib. 4. idem Alex. cons. 212. Ponderatis li. 6. col. 1. Marianus Socinus consi. 24. Visis, col. 8. & consi. 33. Prosequendo ordinem, col. 3. Parisi. consil. 33. n. 24. lib. 2. idem Parisius consil. 97. num. 25. lib. 4. Decius consil. 532, nu. 5. idem Decius consi. 603. num. 10. Antonius in cap. Pisanis in 7. not. de restitu. spoli. per tex. ibi, & per cap. venerabili, de officio delegati, quæ procedunt, etiam si lex illa dispositiuè tantum, non etiam prohibitiuè, aut annullatiuè loqueretur, vt disserimus suprà §. 4. nu. 17. ergo contra istam formam præscriptionis priuati non poterunt dispensare inducendo vt non præscribatur res, nisi longiore tempore, quàm à lege esset definitum, quia priuatorum non est leges transgredi, aut cũ eis dispensare, l. quidam decedens ff. de admi. tutor. l. fi. ff. de suis & leg. & hær. dicta l. nemo potest, ff. de lega. primo. l. 1. & 2. ff. de legibus. Neq; ad rẽ pertinet, quòd contrahentes possint per pactiones & conuẽtiones formam dare contractibus l. contractus. ff. de regu. iu. nam illud procedit, dum modò forma ipsorum cõtractuum non immutetur, aut eorũ substãtia. Ideoq; nõ possent efficere, vt cõtractus emptionis valeret, vbi pretium nõ esset. Non quoq; possent efficere, vt valeret cõtractus locationis, vbi certa merces constituta nõ esset. Nõ quoq; vt mandatum esset pretio accedente, sed demũ gratuitũ. Non quoq;, vt societas esset, vt alter totum cummodum ferret, de damno autem non teneretur. Et cętera id genus, quæ plenius tradidimus suprà §. secundo & 3.

Sic ergo & in specie proposita efficere non possunt, vt forma vsucapionis, vel præscriptionis, quę est, vt tempore à lege definito concludatur, & cõsummetur, atq; perficiatur, transgredi posit. Qua ratione ꝙ suprà attigimus posse conueniri, vt pręscriptio breuiore tempore, quàm à lege pręstituto perficiatur, non satis tutum est, quia omnis modus dominij acquirendi iure gentium inuentus fuit, præter nonnullos, qui etiam iure ciuili fuerunt recepti, vt est tex. cum glo. & ibi per nouissimos, latè traditis in le. ex hoc iure. ff. de iustitia & iur. & inter inuentos à iure ciuili est vsucapio. vt notat ibi glo. communiter appro. Nec vsucapio est contractus, aut voluntas contractui similis, vt in ea posit quicquam efficere agentium voluntas, sed demũ forma legis præstituta. Nisi dixeris, quòd mero iure licet currere præscri. nõ desinat, ex vi pacti fortè dabitur repetitio. argu. l. ea lege. & per totum C. de condi. ob cau. facit optimè, quod dixi suprà §. 10. num. 15.

In summa illud dubium est, an contrahentes possint re
26 nuntiare statuto disponenti, quòd † debitũ decennio præscribatur, & an tale statutum valeat? Qua in re, quod tale statutum valeat, tenent Barto. in d. l. nemo potest, col. pen. ff. de lega. 1. idem Bar. in l. sequitur §. si viam. ff. de vsucap. Cumanus, consi. 67. Statuto ciuitatis. sentit Bar. in l. 1. ff. de vsucapio. idem Bar. in l. ait prætor §. hi planè. ff. ex quibus cau. maio. & in l. legaui ff. de lib. leg. idem Bart. in l. cũ mulier ff. soluto matri. & in l. ambitiosa, col. 4. ff. de decretis ab ordi. faci. Ange. in repe. l. 1. char. pen. C. de iudi.

In contrarium se habet vera & communis opin. secundum Ripam, nume. 116. & secundum Crotum, nume. 47. in d. l. nemo potest, & secundum Balbum, qui plenissimè loquitur in tracta. præscrip. in 2. parte. 3. partis principalis q. 14. Alciatus, nume, 50. in rubr. de præscrip. Angel. Imol. & Paulus in dict. §. si viam. Barto. sibi contrarius in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure, in 2. q. 3. q. princi. & ibi Ioannes Bapt. de sancto Seueri. col. 32. latè per Abb. Felinum, & alios in c. fi. per tex. ibi de pręscrip. Alexan consil. 69. In causa & lite, lib. 3. vbi firmat communem opin. esse cõtra Barto. Veritas est, quòd tale statutum si induceret, vt cum mala fide præscriberet, non valeret. vt in regula, possessor, de reg. iur. in 6. & ibi latissimè per Couarru. cæterum si induceret, vt cum bona fide præscriberet, indubitanter valeret secundum omnes, & consequenter si debitum esset cõtractum per procuratorem ignorante domino, tunc decẽnio contingeret præscriptio secundum Balbum vbi suprà post alios. Et pari ratione hæres debitoris præscriberet, licet in hoc contrarium tenuerit Crotus in d. num. 47. post alios, quos ipse refert. Quorum sententia non video vt vlla ratione defendi posset, siquidem hæres præsumitur bonam fidem habere, & iustam ignorantiam, vt in c. is qui in ius. de reg. iur. lib. 6. & in l. qui in alterius ff. de regu. iu. neq; ius canonicum vllam pręscriptionum iuris ciuilis vetare voluerit, aut etiam potuerit, nisi quæ contingeret, & perficeretur cum mala fide. vt in cap. vigilanti, & in cap. fin. de præscriptio. ergo cùm de iure ciuili per annos. 30. vel 40. omnis actio præscribatur, etiam cum mala fide l. sicut, & l. omnes, C. de præscript. 30. vel 40. annorum. quod de iure canonico, quod etiam, vt iam diximus, in foro seculari seruandum est, cùm mala fide non procedit, sed demum cũ bona fide, reliquum est, vt is, qui bonam fidem habuerit, indubitanter præscribere posit, siue debitor sit ex persona sua, siue hereditario nomine teneatur.

Deniq; hac in re notandum est, quòd pręscriptio actionum & iurium, quæ regulariter, per lapsum 30. vel 40. annorum contingebat de iure ciuili, vt in l. sicut, & in l. omnes C. de præscriptione 30. vel 40. annorum, licet sit correcta de iure canonico per tex. in cap. vigilanti, & in cap. fin. de præscriptionibus, secundum communem sententiã supra relatam, tamen illud verum est, quando ille debitor erat in mala fide secus autẽ si esset in bona fide, nam tunc etiam de iure canonico procederet præscriptio cũ effectu non secus, quàm de iure ciuili. Nam quicquid expressim

decisum est de iure ciuili, valebit etiã de iure canonico, ni-
si eo iure expressim correctũ reperiatur, vt in c.1. & 2.cũ
ibi notatis.de operis noui nuntiatione. Sed ꝙ præscriptio
iuriũ tricennalis, vel quadragenalis sit còrrecta de iure ca-
nonico, id non est generaliter verũ, sed duntaxat eo casu,
quo debitor esset in mala fide. Ita probat tex.in d. c.vigilã
ti.dum ait, cauendũ est, ne malę fidei possessores simus. &
ibi, quoniã nulla antiqua dierũ possessio iuuat malæ fidei
possessorem.& in c.fi.eo.titu.ibi, quoniã omne quod non
est ex fide, peccatũ est, & ibi, vt nulla valeat absq; bona fi.
de præscriptio.& ibi, cũ generaliter sit omni constitutioni
atq; consuetudini derogandũ, quæ absq; mortali peccato
non potest obseruari, & ibi, vnde oportet, vt qui præscri-
bit, nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienæ.
Quæ quidẽ rationes cũ sint expressę in † d.l.corrigẽte,
27 habent vim limitãdi & restringendi eandẽ legẽ, vt est ve-
ra & cõmu.opi.quã tenẽt gl.in cle, 1.de elect.in verbo, eli
gatur.& est cõmu.opi.secundũ Ias.nu.22. in authen.quas
actiones.C.de sacros.eccl.idẽ Ias.in l.de quibus.ff. de legib.
nu.14.& in l.quãuis, C.de fideic.tex.in l.his solis. C.de re-
uocand.dona.ibi.satis tacitè cautũ putamus.facit tex.in le.
humanitatis C.de impu.vbi Ias.n.6.Alex.nu.5.& Cornel.
nu.15.& Georgi.Natan in c.quanuis nu.32.de pactis in 6.
Purp.in l.fi.C.de pact.nu.23.& ibi Curtius iuni.n.9.& De
cius nu.15.Ias.in l.stipulatio hoc modo cõcepta. nu. 12.ff.
de verb.obli.Curtius iun.nu.15.in d.l.humanitatis. Bal.in
d.auth.quas actiones col.2.Pau.in d.l.quanuis. Cuma in l.
cum mulier §.1.ff.solu.matri.& ibi Alex.col.5.gl.in auth.
de hæredibus ab intesta.venien.§.fi.in verbo, ordine, quã
dicit vnicam Bald.in l.fi.ff.de hæredibus insti.& in l.maxi
mum vitium C.de lib.præt.Couar.in cap.Rainaldus §.3.
nu.6.de testam.Fortunius in l.Gallus, §.& quid si tantum
col.87.ff.de lib.& posth.Crot.in l.si constante, ff.solut.ma
tsi.in 7.q.Bar.lect.2.Ias.in l.transigere, nu.15.C.de transa-
ctionibus.Ripa in l.nemo potest.ff.de lega.1.nu. 50.& ibi
Hannibalis nu.349.

Vnde infertur, ꝙ in quibus casibus tricẽnale, vel quadra
genale tempus præterijt citra malam fidem ipsius debito
ris.tunc præscriptio perficitur de iure canonico, non secus
quàm de iure ciuili. Ita tenet Balbus de pręscriptionibus,
in secunda parte 3.partis principalis q.14.nu.15.

Subinfert, ꝙ si sum debitor ex actu negotiorũ gestoris,
& sic ignoro me debitorem esse, tunc possum pręscribere
debitum de iure canonico, non secus, quàm de iu.ciuili.

Item similiter infertur, ꝙ si sum debitor ex contractu
celebrato per procuratorem meum, qui habebat generale
mandatum cum libera, possum præscribere debitũ, quod
28 ille meo nomine † contraxit de iure canonico, non secus,
quàm de iure ciuili. Has tres illationes in specie tenet Bal
bus vbi suprà nu.6. Antonius in c.fi.de præscriptionibus.
Imol.in l.sequitur.§.si viam.ff, de vsucap.Paul. in l. fi.§.1.
in fi.ff.rem ratam haberi.Philippus Francus in c.possessor.
col.3.de reg.iu.in 6.Panormitanus in d.c.fi.col.5.Ioa.Bap.
de sancto Seuerino in l.omnes populi.col.32.ff.de iustitia
& iure.prout eos refert Balbus.vbi supra. Et hę videntur
communes sententię.

Vnde etiam infertur, an de iure canonico, vel ciuili ser-
uanda sit, l.3.titu.13.lib.3.ordi.dum ait, decennio debitum
præscribi. Cuius legis verba ita habent.

Suele acaescer, que seyendo las deudas pagadas a quien
eran deuidas, que ellos, o sus herederos las demandan de-
spues de luengo tiempo a los deudores, o sus herederos. y
porque no pueden prouar la paga por muerte de los testi
gos, o per se perdida la carta de pago, han de pagar lo que
no deuen: porrẽde ordenamos, que aquelque alguna actió
o demanda tiene cõtra otro cõ carta, o sin carta, y desque
el plazo llegare no le demandare en juyçio o uo hiziere
emplazar la parte sobrello, o no fuere fecha entrega y exe
cution por ello fasta diez annos, que dende en ade lan te
pierda la demanda, y no sea oydo sobre ello.

Circa quam legem in primis aduertẽdũ est, ꝙ est intel-
ligenda iuxta terminos iuris communis, vt quemadmodũ
etiam de iure communi debitum per lapsum triginta an-
29 norum præscribi non poterat nisi † cum bona fide vt iam
docuimus, ita quoq; hodie per illam legem licet breuiore
tempore, hoc est decennio, debitum præscribi possit, in-
telligatur tamẽ cum bona fide. Ista est vera & communis
sententia, quam in simili statuto tenent Balb.vbi suprà nu.
2.& nu.5.Alex.consi.185.Viso titulo quęstionis. col pen.
Paul.consil. 296.Venditio ista Socinus consil.86.In causa
cõmunitatis.alias est in nu.166. & Præpositus in §.si quis
per triginta.col.1.si de feudo fuerit controuersi.Imo.cõsi.
123.In causa quæ vertitur col.1.Corne.consi.55. Visis &
diligenter lib.3.col.3.& consil.264.In hac consultatione,
lib.1.& consi.338.Videtur in præsenti, lib.1.& consi.180
lib.3.prout eos refert Bal.vbi suprà.

Ergo dict.l.3.regia præcipiens, vt decennio debitũ pręscribatur, intelligenda est secundũ terminos iuris communis, vt talis debitor non esset in mala fide. Ergo aut talis debitor erat in bona fide, & sine dubio præscribit. Aut erat in mala fide, & sine dubio non præscribit, neq; decennio, neq; tricennio, vel longiore tẽpore. Aut dubitatur, & tunc si sciebat se debere, non præscribit, non magis, quã rẽ corporeã præscriberet qui eã possideret, cũ alienam esse sciret, quasi tunc videatur esse in mala fide, nõ secus, quàm si scienter rẽ alienam corporeã possideret. Ista est cõis & vera opi.secundum Balb.vbi suprà, nu.1.post alios suprà relatos.per tex.in d.c.vigilanti, & in dict.c.fi. Quòd si ille se debitorem esse ignorabat, tunc in bona fide fuisse intelligitur, & consequenter pręscribere potest, vel decennio, secũdum d.l.3.de iure regio, vel tricennio de iure ciuili.

Id tamen notandum est, ꝙ si dubitetur, vtrum debitor
ille se debitorem esse sciret, an ignoraret, tũc præsumitur
ignorare potius, quàm scire, vt per hoc in re dubia tutus
sit post lapsum legitimi tẽporis, vel etiam pręsumitur ꝙ
30 † debebat exoluisse, vt per hoc ipsi creditori non tam ius,
quàm iuris probatio defecisse intelligatur, vt in simili ait
tex.in l.duo sunt Titij.ff.de testam.tut.ita probat tex.in d.
l.3.tit.13.lib.3.ordi.& tex.in constitutione Caroli Cæsa-
ris, Hispaniarum Regis inuictissimi edita anno.1528.Ma
dritij in Hispanorũ comitijs ibi conuocatis c.157.Est er-
go præsumptio, vt qui per legitimum tempus debitũ suũ
petere neglexit, suum debitum receperit.

Hęc tamen procedebant olim, hodie autẽ iure † regio per decennium debitum non præscribitur quantum ad ipsum ius, sed tantum quo ad vim & potestatem executionis, vt licet de iure regio instrumenta habeant executionem paratam l.fi.tit.de las excep.lib.3.ordi. & ibi.le.4. tamen id priuilegium decẽnio extinguatur & præscribatur, ipsa tamen obligatio personalis viua & integra permaneat duratura per alterum decennium post primum decenniũ præteritum. Ita probat tex.in l.4.tit.13.lib.3.ordin. & in l. 63.in legibus Tauri, incipiẽte. El derecho de executar. Et ita hæc iura intelligũtur per Rodericum Xuarez.in le.post rem iudicatã.ff.de re iudicata.in 6.limitatione, super l.regia.qui firmat in vsu forensi ita receptum esse, & re vera hanc interpretationem vsibus quotidie forensibus amplectimur. Neque ad rem pertinet, quòd insignis Didacus de Couarru.in cap.possessor.de regu.iu.lib.6.in 2.parte.§.11. nume.2.parum feliciter tentauerit, aliter illas leges intelligere, qui nititur in vetitum, cum superior sensus in praxi receptissimus sit.

31 Nam licet simplex actio † personalis ex eo solo, quòd se
mel in iudicium deducta sit, per libelli oblationem, vel li-
tis contestationem perpetua efficiatur, & duret per annos
30.vt in le.fina.C.de annali exceptione. non tamen pro-
pterea sequitur, vt absurdum videatur, vt talis actio post-
quam obtentum sit in iudicio, non possit breuiori tempo
re quàm 30.annorum finiri, vt innuit textus in dicta le-
ge, 63. Nec erit ignobilis harum rerum differentia, quia
postquam quis litem mouerit, propter moras litis expe-
dit actionem in iudicium deductam longioris esse viæ,

quàm eadem actio futura ſit, poſtquã iã obtentũ eſt. Neq; victor habet illum impedimentum, quo minus ius ſuum conſequatur, quaſi ſubueniendũ ſit ei, qui propter litẽ impeditus eſt ius ſuum conſequi, non ſic ei qui iam obtinuit, & ſic omni impedimento liber eſt.arg.legis ſi fideiuſſor. §.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſdare cogantur. Quam rationẽ differentiæ idem Didacus vbi ſuprà non videtur percepiſſe, licet fuſius hanc rem pertractauerit.

33 Infertur etiã verus † intellectus ad conſtitutionẽ eiuſdẽ inuictisſimi Cæſaris, in c.57.ſupra allegato, qua cautũ eſt, ꝙ famuli & reliqui, qui obſequiũ, & miniſteriũ dñis ſuis continuo exhibent poſt trienniũ mercedẽ, & ſalariũ, ſeu ſtipendiũ à dominis ſuis petere nequeant, quod triẽnium currit à tempore misſionis. Qua in rę à noſtrorũ plerisque vehementer controuerſum eſt, an talis præſcriptio triẽnalis in foro animæ tuta ſit, & an l.illa valere posſit, an verò abrogata videatur, & improbata per d.c.fi.de præſcriptio. Sed certè l.illa iuſtisſima & firma eſt, vtroq; iure per rationẽ ibi expreſſam. Nã in debitis exiguis difficilis eſt probatio ſolutionis, & vt rerũ vſus edocet, dominorũ pleriq; neglectui habent apochas his de rebus recipere. & cõſequenter proſpiciendũ erat hmõi de rebus actiones breuius finiri, ne plerunq; quod domini famulis perſoluiſſent, rurſus repeteretur, vnde in d.conſtitutione poſt triẽniũ elapſum præſumitur facta ſolutio, niſi probetur contrarium, & per hoc dominus tutus eſt. In foro tamen conſciẽtiæ tutus nõ eſſet, ſi ſciebat ſe debitorẽ eſſe. Vnde licet regulariter ſcientia rei alienæ ſuperueniẽs poſt impletã præſcriptionẽ non infirmet ius nobis quę ſitum per talẽ præſcriptionẽ, vt traditur per nouisſimos in rub.de præſcriptio. tamen ſi poſt talẽ trienniũ ipſemet dominus certus eſſe inciperet mercedẽ famulo ſuo ſolutã non fuiſſe, non dubito, quin ad eã perſoluendã teneatur in foro conſcientiæ, quia tunc ceſſat ratio, quæ in ipſamet lege expreſſa eſt. per quã rationẽ ipſamet lex reſtringenda eſt, vt tenet gl.cõiter appr.in auth. de hæ.abint.veni.§ect.fi.& in cle.1.de el.in verbo, eligatur. quas gl.cõiter approbatas diximus ſuprà n.27. Cũ ergo ratio fina.huius Cæſaris noſtri cõſtitutionis, quę etiam in ipſa conſtitutione expreſſa fuit, ea ſit, quia plerunq; huiuſmodi debita ſemel iã ſoluta iterũ repetebantur, & ideò breuisſima vita hmõi actiones condonatæ fuerint, quæ actiones remota hac conſideratione, lõgisſima vita dignæ erant, eo ꝙ plerunq; tenuioribus hominibus (quales ſunt famuli & miniſtri) iſthæc debeantur, ſupereſt, vt ſi cõſtet per confesſionẽ ipſius domini, & certã ſciam rem illã debitam eſſe, tunc ipſe tutus non ſit in foro animæ, niſi id debitũ re vera perſoluat. Hoc amplius eadẽ ratione puto tutũ non eſſe etiã in foro contentioſo, ſiquidẽ ipſe fateretur ſe certò ſcire id debitũ adhuc eſſe, quia famulo petenti hoc caſu non tã ius quam probatio defeciſſe videtur, quę ſuppletur per domini confesſionẽ. Illud autẽ putare, ꝙ & ſi famulus debitũ ſuũ probare vellet aliter quã per domini cõfesſionẽ. admittendus non eſſet, quaſi iuris & de iure hæc præſumptio, ꝙ per legitimũ trienniũ tacuerit, eſſe videatur, quę probationẽ in contrariũ non admittit, niſi per ſolã partis confesſionẽ. vt tradunt nouisſimi in rub. de præſump. Vnde ſi famuli, & miniſtri alicuius pupilli, qui ſuum miniſteriũ durante tutela ipſius exhibuerunt, poſt trienniũ decurſum à tẽpore misſionis ipſorũ ab ipſo mercedẽ ſtipendia, ſalaria ve petere, quaſi nondũ ſoluta, ipſa autẽ iuſtè ignoraret vtrũ ab ſuis tutoribus, vel curatoribus ſoluta fuiſſent necne, tunc putare tã in foro contentioſo, quam in foro aĩæ eũ tutũ eſſe, quaſi iuſtã habeat cauſam credẽdi illos mercedes ſuas iã recepiſſe, quemadmodũ id lex ſimiliter credit, atq; præſumit. Ergo poſt trienniũ dominus aut ſcit ſe ſoluiſſe, & indubitãter vtroq; forò tutus eſt, aut ſcit ſolutũ non eſſe, ſed vere debitũ, & tũc neq; in foro aĩę tutus eſt, nec etiã in foro cõtentioſo, ſiquidẽ agnoſcat & fateatur in iudicio debitam rem eſſe. Aut ignorat debitũ ne ſit, an indebitũ, & tunc ſimiliter tutus eſt. Quod procedit dupliciter. Primũ quando eius ignorantia iuſtisſima fuit, quia proceſſit ex facto alieno, puta ex facto tutoris ſui, vel curatoris, vel procuratoris, vel negotiorũ geſtoris, vel eius quę rebus ſuis præfectũ habebat, vel ex facto defuncti, cũ ipſe nomine hæreditario conueniretur. Secũdo intelligitur etiã ſi non tã iuſtã ignorantiæ cauſam haberet, quale eſt, cũ ipſe proprio nomine conuenitur, ſed re vera non recordatur vtrũ id perſoluerit nec ne, quod ſæpe accidit magnatib.atque potentib⁹. quorũ domus magno famulitio repleta atque onerata eſt, nã poſt trienniũ a tpe misſionis prętéritũ ſi quidã famulorum, ſeu miniſtrorũ petant ſtipẽdia ſua quaſi nondũ ſoluta, dominus autẽ dicat à memoria ſua excediſſe vtrũ id exolutũ fuerit necne, & re vera non recordetur, non dubito eũ in foro tã ciuili quam canonico & etiã in foro conſciẽtiæ tutũ eſſe, ſiue re vera id debitum fuerit, ſiue indebitũ. Licet inſignis Didacus de Couar. vbi ſuprà de hoc in certã aĩarum perniciẽ vehementer dubitauerit, & immeritò, cũ, vt ſuprà diximus ſufficiat in pręſcriptionib.bona fides orta etiã ex iniuſta cauſa, at hic etiã iniuſta non erat. Ex ſuperiorib. infertur verã non eſſe opi. gl.in c.fi.de pręſcr.dũ refert opinionẽ exiſtimantiũ, ꝙ pręſcriptio tricennalis de iure ciuili procedit quo ad hoc, vt ſemel dominiũ rei præſcriptę poſſeſſori quęratur, licet ipſe teneatur eã de iure canonico reſtituere. Sed illa gl. iure ab omnib.improbatur ibidẽ, quia ex perfidia, & malignitate ſua lucrum conſequi quis non debet.argu.l.fi.C.de fideic. Et conſultius eſt, ꝙ dominus rei ſuę dominiũ nõ amittat, quàm ꝙ amittat recuperaturus.argu.l.fi.C.in quibus cauſis, in integ.reſt.nõ eſt.nec.& quia in d.c.fi.expreſſum eſt, vt cum peccato non ſolùm non posſimus pręſcriptionẽ perficere, ſed etiam quòd eam non posſimus inchoare.

Infertur veram non eſſe opi.exiſtimantium differentiã eſſe ĩter actiones perſonales & actiones tales, vt licet actiones reales non posſint pręſcribi cũ mala fide, tamen actiones † perſonales etiã cum mala fide posſint pręſcribi, quaſi
34 licet quis ſciat ſe debitorẽ eſſe, ſi tamen à creditore non interpellatur, nõ videatur eſſe in mala fide, & conſequẽter posſit pręſcribere. Quã opi.tenuerunt Bar.in l.ſequitur § ſi viã.ff.de vſuca.& in l.1.eod.tit. Hoſtienſis in ſumma de pręſcrip.rerum immobiliũ.§.quę res col. 1.verſ.actiones. Rom.in d.§.ſi viã. Aegidius Bellam.in c.fi.nu.6.de pręſcription.deciſio Toloſana 73.Bal.conſ.437.li.1.Corne.conſ. 206.li.2.idẽ Corne.conſ.296.lib.3.Bar.in le. hęc autẽ iura ff.de ſeruitutib.vrbanorũ prę. Carolus Molineus inter cõſilia Alex.conſ.99.lib.4.col.2.qui firmat hãc opi.communem eſſe, & vſu forenſi receptam. Petrus Ferrarienſis in practi.in forma reſponſionis rei conuẽti.ſuper verbo.præſcript.prout eos refert Didacus de Couarr.vbi ſuprà.

Sed in contrariũ ſe habet verior opi. quę etiã receptior eſt, vt ſuprà retulimus, pro qua tex.expreſſus in d.c. vigilãti.vbi noĩatim cauetur, vt actiones perſonales ab eo, qui ſcit debitorẽ ſe eſſe, pręſcribi non posſint, nõ magis quàm res corporea ab eo poſſeſſore, qui ſcit eã eſſe alienam, & re vera in d.c.vigilanti.& in d.c.fi.ſi rectè inſpiciantur, prohibetur non ſolũ perfectio, ſed etiam inchoatio pręſcriptionis cũ ſciẽtia rei alienę, vel debiti alieni, quinimò debitor dicitur posſidere, licet improprijsſimè, id quod debet, vt notatur in l.regulariter.ff.de peti.hęre.& in illa improprijſſima poſſesſione nitebatẽ præſcriptio actionũ de iure ci. vt in terminis legis, ſicut & lex.oẽs.C.de pręſcr.30.uel 40.annorũ aliter.n.ſine poſſesſione propria, impropria, vel improprijsſima pręſcriptio non procederet.vt in c.ſine poſſesſione.de reg.iur. in 6.& cũ pręſcriptio nitatur in poſſesſione ciuili, vt in l.1.§.per ſeruũ qui in fuga. ff.de acq.poſſ. vbi per nouisſimos.ſequitur, ꝙ pręſcriptio debiti perſonalis non inchoatur, donec ipſe debitor habeat animum pręſcribendi, vt per hoc videatur habere quandã ciuilẽ & improprijsſimam poſſesſionẽ ipſius debiti, in qua nitatur, & inchoetur præſcriptio, vt in d.§.per ſeruũ qui in fuga. Cũ ergo ad inchoãdam pręſcriptionem neceſſe ſit, vt debitor habeat animum pręſcribendi, & vſurpandi id quod legitimè debebat, quem pręſcribendi, & vſurpandi animum cũ

bona

bona fide habere non potest, sequitur de iure canonico eũ præscribere non posse, id ꝗ plenius ex superioribus docemur, sicq; hæc pars negatiua apud nos certa, indubitataque est, eritq; semper.

35 Eo tamẽ casu, quò actio personalis bona fide † præscripta sit, vel bona fide præscripta à iure præsumatur, debitor tutus erit in foro contentioso, ita vt pro eo sit præsumptio iuris & de iure, quę nullã probationem in contrariũ admittat, pręter confessionẽ partis. Ita tenẽt Didacus de Couar. vbi suprà. & Felinus in c.fi.nu.7.de præscriptionib. Rom. consi.102.col.3. Hieronymus gratus consil.41.col.3. pro ut refert idem Didacus vbi supra. qui tamen tentat dicere, vt mala fides præscribentis possit contra eum probari etiã aliter quàm per eius confessionem.

Cuius tñ opi. ex superiorib. planè confutatur. Nã in qui
36 bus casib. actio ius ve personale † præscribi potest, de iure cano. quale est, cũ ex parte præscribẽtis erat bona fides, ꝗ fortè debitũ erat hęreditariũ, vel erat contractũ per tutores, vel curatores, vel procuratores, vel negotiorum gestores, vel eos qui pręfecti erãt rebus præscribentis agẽdis, in ijs casibus regulariter is qui præscripsit, tutus est, etiã si plane fateretur post cõpletam pręscriptionẽ ad suam notitiã venisse se illã summã debuisse. Ratio est, quia præscriptiones negligẽtia & abiectione nõ petẽtis nituntur, in cuius manu est rẽ suã amittere, abijcere, & pro derelicto habere l.1. & 2.ff.pro derelicto. Vñ vt rẽ à dño suo ꝓ derelicto habitã iustè possum acquirere, vt d.le.1.& 2. ita & talẽ summã debitam, quasi per tanti tẽporis incuriã ipse hanc summã pro derelicto habuerit. Vnde cũ ex parte præscribẽtis nullũ vitium malæ fidei arguatur, non est cur non legitimè à debito liberatus videatur. Et ita intelligo d.ca.vigilanti. dũ loquitur de incuria & segnitie res suas negligentium d.l.sicut C.de pręs.30.vel 40.annorũ, & postquã iam legitimè liberatus est, non est cur indebitũ soluere cogatur, etiã si fateatur post impletã præscriptionẽ liberationeq; partam ad suã notitiã venisse se illã summã debuisse. vnde si propria confessio eũ non lęderet, longè minus læderet alia regularis probatio. Teneo ergo contra Felinũ, Romanum, Gratum, & Didacum, ꝗ etiam confessio non noceret, hoc,1. Deinde ꝗ alia probatio longè minus noceret. hoc 2. contra Couar. insignem. Limita quando lex fundaret se in pręsumptione solutionis, non autem in segnitie, neglectu, incuria, abiectioneq; ipsius rei, vt suprà ostendimus.

Illud autẽ notandũ est, ꝗ in quibus casibus actiones certã metã, & veluti certũ tempus, atq; limitatã vitam habẽt,
37 in illis casibus procedit præscriptio, etiã † cum mala fide. Ista videtur cõis op. quã tenẽt Pau. in l.sequitur §.si via ff. de vsuca. Abb.col.3.& Feli.col.2.in d.c.fi. Balbus de presc. in 2.par.3.partis prin.q.13. Crot. in l.omnes populi. ff.de iust.& iur. conclusione 11.& in l.oẽs populi ff.de iust.& iure.sol.antepe.& ex cõis opi. secundũ Didacũ de Couarru. vbi suprà vers. septimò ferè. qui eos refert, quale est secundũ eos in actione redhibitoria, & quãto minoris. Sed horũ sententia quo ad generalẽ doctrinã vera nõ est, licet restricta ad exẽpla, verissima sit, nã hodie nulla actio est immortalis, quinimò oẽs actiones habẽt certã vitã, atq; limitatã vt in prin. Insti.de perpet.& tẽp.act.l.sicut l.oẽs C. de pręs.30.vel 40.anno.& tamẽ nõ propterea oĩs actio personalis præscribitur cũ mala fide, vt iã admonuimus. Ergo ꝗ actiones de dolo biẽnio tollantur, ꝗ actio rehibitoria, & quanto minoris, & similes breuius ipso iure extinguantur, etiã sciente eo, contra quẽ cõpetebant, id aliũde efflu xit. Nã actionũ quædã oriũtur ex ipsa cõuẽtione, & cõpetũt ad id, quod in ipsa cõuẽtione actũ fuit. quale est, cũ vẽdidi, vel locaui rẽ pro centũ, tunc datur mihi actio empti, vel locati ad illa centũ assequẽda secundũ tenorẽ cõuẽtionis, & hæ actiones nõ præscribũtur cũ mala fide: vel si pręscribũtur de iu.ci. superest ius canonicũ, quod tales conuẽtiones exequitur. vt in c.1.de pactis. iuncto d.ca.vigilanti, & cap.fi.de præscrip. neglecta tali ciuili præscriptione.

Alię sunt actiones, quæ à lege ciuili dantur ꝑ aliquam æquitatẽ extra terminos ipsius cõuẽtionis in cõtractu habitæ, & istę actiones vt potuerũt à lege ciuili nõ concedi, ita lõge facilius potuerũt semel cõcessæ moderari, vel certa lege, & forma definiri, certoq; tpe cõcludi. Et licet super sit ius canonicũ, tñ per illud nõ exequuntur, vel sustinẽtur hæ actiones, quia sunt à lege ciuili accommodatæ vltra & præter terminos cõuẽtionis, quæ in contractu habita fuit. & imputãdũ est ei, qui noluit vti beneficio à lege sibi concesso in tpe permisso. Pręterea actiones, quę cũ mala fide nõ pręscribũtur, sunt actiones illę ꝑ quas quis tenetur ad aliquid dandũ, vel faciendũ, §.1. Inst.de act. ibi, aduersariũ aliquid dare aut facere oportere. quod in his actionib. datiuis nõ est. Itẽ si is actionẽ infra tempus legitimũ non intẽtat excluditur, non quasi suũ ius ab alio sit præscriptum, sed quasi ipse ad id ius nunquam fuerit inuitatus.

Deniq; simile est, quod ab Anchar. traditũ est in regula. Sine possessione, de reg.iu. ĩ 6.fol.3.vers. itẽ intelligas, vbi
38 tenet † hæredẽ posse pscribere rẽ Titio legatã legatario nõ petẽte etiã si hæres ipse sciret rẽ illã Titio legatã fuisse. Sequuntur Soci.cõs.2.in fi.li.3. Balbus de præscriptionib. 2. part.3.par.prin.q.13. Ripa in l.fi.de reuoc.dona.q.69. Pau. Parisius cõs.92.li.3.n.34. Soci.in.cõs.145.n.71. quod & tenet Ant. à Fano de pigno.6.par.2.memb.nu.22. Marianus Soci.cõs.63.col4.li.1. Tiraq.in l.si vnquã, in verbo reuertatur nu.311.C.de reuo.do. Dec.cons.554. quos refert & sequitur Didacus de Couar.li.1.variarũ resolutionũ ca.9. nu.5. Quæ sententia vera esse nõ potest per tex.in l. si tibi homo §.cũ seruus ff.de leg.1.cũ ibi latè notatis per gl. Bar. Ale.& alios. vbi siue legatarius repudiauerit legatũ ipsam rem legatam ad hæredẽ pertinuisse semper intelligimus iure suo, non iure pręscripto, siue etiam legatarius adierit, seu agnouerit legatũ tempore à lege permisso, semper ad ipsum legatariũ pertinuisse videtur, ergo impossibile est esse vllum casum, in quo ad hęredem titulo pręscriptionis pertineat. Nam vt legatario expressim repudiante res legata pertinet ad hęredem iure hęreditario non titulo pręscriptionis, ita quoq; legatario per lapsum tpis tacitè repudiante ad hęredem pertineret iure & titulo hæreditario, nõ titulo pręscriptionis, quę hac in re locũ habere non põt, nã tpis lapsui exequat repudiatio l.si quis filiũ, C.de inof.test.

Illud autem similimũ est, licet vehementer, cõtrouersum, vtrũ emptor, qui ex cõuentione † reuẽdere rẽ emptã
39 intra certũ tẽpus tenetur, possit scienter liberare se per lapsum tpis ab illa obligatione reuendendi? Et sunt qui putẽt nõ posse, quasi id sit genus quoddã pręscriptionis, quæ cũ mala fide cõtingere nõ potest. Ita tenẽt Fabia. à sancto Sabini in trac.de emp.3.q.7.quæst.prin. Parisius consi.92. nu.36.li.3. Feli.in rub.de præscr.col.pen. Cassaneus cõs.11 nu.29. Gerardus singulari 18. Fulg.cõs.122. In cõtrarium tamẽ se habet cõis opi. quã tenent Bal.cons.303.lib. prout refert, & sequitur Didacus de Couar. variarũ resolutionũ li.1.c.9.nu.5. quia ius retrahẽdi cõpetit venditori, sub hac conditione, si illud intra tẽpus præstitutũ voluerit, quo tẽpore pręterito, excluditur, non quasi illud ius ab alio pręscriptũ, vel vsurpatũ fuerit, sed quasi ipse ad illud ius nunq̃ fuisset inuitatus. Est.n. illud beneficiũ quoddam quod extra terminos cõuẽtionis à lege pollicetur nõ pure, sed sub conditione, qua cõditione defecta l. pollicetur nihil, sicq; hoc casu tale beneficiũ non tam pręscripttum, quàm nunquam datum videtur, sicq; ex tex.not.in simili in l.quibus diebus, §.quidã Titio.ff.de condi.& demonst. ibi, nã quod adeptum est, id nec datum quidem intelligitur.

Superiora procedũt in contractibus, in vltimis verò voluntatibus (vt illuc redeamus vnde digressi sumus) magis est vt testator possit prohibere vsucapi, saltẽ in pręiudiciũ hæredis, quia appellatione alienationis, etiam vsucapio cõtinetur. l.alienationis verbũ ff.de ver.sig. Vñ vt † testator
40 põt reliquas alienationis spẽs ꝓhibere, vt in l.filiusf. §.diui. vbi latè per Bar. & oẽs ff.de leg.1.& in l.vnũ ex familia. per totam. & in l.peto per totã ff.de leg.2. ita etiam poterit prohibere vsucapi. Vnde si testator præcipiat, ne vllam rerum

rerũ in hereditate inuentarum possit hæres, vel legatarius præscribere, eius præceptũ firmũ esse puto, licet in specie non inueniã tactũ. Quãuis in cõtractibus aliud foret, quia vt iã admonuimus, conrrahentiũ potestas in alienationib. vel vsucap. prohibendis non tanta est, quanta testatorum. Sunt. n. inter testantes & contrahentes aliæ quãplures non ignobiles differentiç, quas enumerat Ias. in l. quç de leg. ff. de leg. 1. facit quod diximus suprà §. 10. nu. 15. Cogita tamen, quia non firmo. Nã licet testator rerũ alienationem prohibere possit, tamen per contrarium ꝙ possit prohibere acquisitione, nunquã lectum nusquam relatũ, sed eius prohibitio in hoc vtilis erit, vt si rem suam vendicantẽ hæres repellat exceptione præscriptionis, ille replicet de prohibitione testantis, quæ vim habebit nouæ concessionis.

Deniq; ex dictis suprà n. 28. & n. 34. infertur vera interpretatio ad statutũ Salmanticensis almæ Academiæ, quo cauetur, vt lectores, seu prçceptores per quindecim dierũ spatiũ continuũ eam aulam, vbi legere cœperũt, præscribant. ad hũc tantũ effectũ, vt licet alius antiquior in gradu doctoratus, licentiæ, seu bacchalaureatus ibidẽ legere seu edocere velit, eũ qui prior aulam illam occupauit, excludere nequeat, nec se possit ibi recipere, qua in re sæpe vsu venit, vt antiquiorum nonnulli cũ intellexerint iuniores aulam occupasse, legere, & edocere ibi incepisse, festinent similiter ad legendũ, & prçcipiẽdum longè fortè maturius, quã fieret, vel quã facturi erãt, ne iuniores tempore aulas præscribant, quibus sic præscriptis per totũ illum annum non sit ius veterioribus edocendi, cũ aularum nulla vacua relicta sit vbi sese recipiant. Qui quidem veteriores solẽt cũ illis iunioribus sic conuenire. & colloqui. Nobis quidẽ animus non erat modò legendi, edocendive, sed lõgè postea, verùm ne interea ius in huiuscemodi aulis legendi & edocendi præscribatis, ita vt postea nobis ius, potestasque non sit vos iuniores ab aulis deijciendi, excludendi, repellẽdi maturius festinauimus, vnde hac lege vos interea quietos relinquemus, vt cum nos edocere velimus, nõ objciatis nobis ius prçscriptionis quindecim dierum.

Huiusmodi ergo habita conuẽtione cõtrouerti solet an ipso iure quindecim dierũ impediatur præscriptio? Mouet quçstionẽ, ꝙ iuri præscribẽdi pacto renuntiari non potest, secundũ receptiorem sentẽtiam, quã contra alterã cõmunẽ opi. suprà n. 6. cum seq. defendimus. Vnde in specie nostra is qui prior edocere cœpit, non dubiè præscriptionẽ perfecit, pactione nihil obstante. Verũ quia iniquum esset hac in re & similibus fraudẽ suam illi præscribenti aduersus illũ qui secum pactus fuerat patrocinari. ideo si ipse prçscriptionẽ objciat, replicabitur per exceptionẽ de dolo, vel in factũ, arg. l. purè. §. fin. & fere per totũ. ff. de dolo. Ergo ille possessor, qui prior legere cœpit, contra omnes iure, rectè, riteq; præscriptionẽ suã inchoatã pactione nõ obstante perfecit, eaq; prçscriptio efficax erit aduersus omnes, præterquã illũ, qui secũ pactus est, cui contra exceptionẽ præscriptionis dabitur replicatio vel doli, vel in factũ, quasi hoc casu ille possessor in mala fide constitutus videatur respectu solius paciscentis non respectu cæterorũ, ne mala fides respectu vnius impediat prçscriptionẽ respectu alterius, licet hac in re non propriè sit mala fides.

Vidimus, an testator, vel cõtrahẽtes possint prohibere præscriptionẽ, vel vsucapionem, modo autẽ reliquũ est, & superioribus proximum. vt dispiciamus, an lege iustè induci possit, ne vel generaliter, vel in casibus quibusdã prçscriptio, vel vsucapio procedat. Quæ res quia summæ vtilitatis nobis semper visa est, & vsu forensi vsitatissima, reliquisq; frequentior, ideo eam differendam longiore aliquãtulum censura putauimus.

Et cùm varijs in locis hanc rẽ nostrorum nonnulli attigerint, tamen nullibi satis plenè, aut diligenter, præterquã in l. fina. C. in quibus causis in integ. restit. ne. nõ est, qui est princeps textus huius materiæ, exigua tamen dote à nostris illustratus, cuius verba ita habent.

Sancimus fauore imperfectæ ætatis exceptionem non nu. pe. ab initio minoribus nõ currere, ne dum in integri restitutionẽ expectamus, vel aliquod emergat obstaculũ per quod hmõi beneficio minor vti nõ possit, vel substãtia eius subuertatur. Sed humanius est latius eandem legis interpretatione extẽdere in omnib. casib. in quibus vetera iura currere quidẽ tẽporales præscriptiones aduersus minores cõcesserũt, per in integrũ aũt restitutionẽ eis subueniebanteas ipso iure nõ currere. Melius etenim est intacta eorũ iura seruari, quã post causam vulneratam remedium quærere, videlicet exceptionibus, triginta, vel quadraginta annorum in suo statu remanentibus. D. Calend. Nouemb. Constantinop. post Lampadium & Orestem.

Et hanc l. fi. libuit inserere, quia eã hac in re sæpius allegaturi sumus, ad plerasq; huius rei controuersias, lõgiusq; aliquãtulũ hac de re agemus, quia inter subtilitates animus fuit res in praxi vsitatas miscere, præsertim malè à nostris digestas, id quod hac in re euenire intelligo.

Diuide istã l. in quatuor partes, vt ibi. per Bar. qui ponit casum sub nube. Et quia materia huius legis est valde implicita, vtilis, & subtilis secundũ Pau. in l. si intra. in fi. C. de nõ nu. pe. necesse est aliquid præmitti pro declaratione textus, & materiæ, arg. l. 1. in fi, ff. de orig. iur. cũ simi. Prçmitto ergo primò, ꝙ secundũ cõem intellectũ. d. l. fi. loquitur
39 de præscriptionibus, quæ incipiunt contra † minorẽ, nõ de incœptis cõtra prædecessorẽ, in quibus quid iuris sit infrà subijciã. In illis ergo, quæ cõtra minorẽ incipiunt, sunt habendi tres casus in cõsideratione de iure antiquo. Nã quãdoq; currebãt, & nõ restituebatur. Quandoq; nullo modo currebãt. Quãdoq; & 3. currebãt, & restituebatur. Exẽplũ primi, s. in l. auxilium. ff. de min. vbi executionibus pœnarum minori nõ dabatur restitutio. Itẽ in delictis, vt §. in delictis. eadẽ l. C. si aduer. delict. per torum. Itẽ in casu, l. si mater. C. ne de stat. defun. vbi præscriptio quinquenalis ad accusandum de statu defuncti, currebat reipub. & pupillo, ita ꝙ nõ restituebãtur, & in ijs nihil innouatur per d. le. Exẽplum secundi, s. quando nullo modo currebãt, vt in le. adolescẽtis, C. in quib. cau. in integ. rest. vbi quinquennium quod datur ad rumpẽdum testamẽtum per querelã, vt in l. si quis filium, in fi. C. de inoffi. testa. nõ currit minoribus. vt ibi, & in l. contra maiores. C. de inoffi. test. quod nõ currit minorib. vt ibi, & vide in l. cõtra maiores, C. de inof. testa. per doc. Itẽ pone in l. interdum ff. de min. vbi tempus quod datur ad petendã restitutionẽ, illud nõ currebat etiã de iure antiquo durãte minori ætate, quia si incurrisset, daretur restitutio cõtra illud tẽpus, quod esset absurdum. Itẽ potes ponere exẽplum id iure agẽdi ad supplemẽtum. s. ꝙ tẽpus datum ad agẽdum ad supplemẽtum nõ currat in minori ætate, secundum Bal. in d. l. adolescẽtiæ. Quod est verum, retenta illa opinione, ꝙ ius agendi ad supplemẽtum tollatur quinquennio ad instar querelæ, secundum Bar. in l. si quis filium, C. de inoffi. test. Retenta tamen alia opinione, quæ est cõior. i. quod duret perpetuo, quia ad illud competit condictio ex l. quæ est personalis, vt plenè per oẽs in l. omnimodo. eo. tit. & latius per Ias. in d. l. si quis filiũ tunc de eo iudicares vt de alijs actionib. perpetuis, de quibus in fine huius legis, vbi dicitur, & in istis etiã hodie nihil innouatur, quia non erat necesse, ex quo olim nõ currebat. Et sic habes ꝙ vbi de iure antiquo præscriptio currebat sine spe restitutionis, itẽ vbi nullo modo currebat, nil innouetur per hanc d. l. fi. Erat & tertius casus vt dixi, s. quãdo currebat & restituebatur minor, & in ijs innouat hçc lex, s. ꝙ hodie ipso iure seruetur illæsus per rationẽ literæ melius, enim est intacta eorum iura, &c. hoc tamen fallit in casib. de quibus dicetur infrà suo loco.

Secũdo est ꝑtermittẽdũ, vel quçrẽdũ, quid inducit hçc lex fi. vel qualiter possit exẽplificari, nã videt̃ ꝙ nil iducat.
40 Quod probatur. Nã de iure antiquo res † pupilli nõ poterãt vsucapi. vt est casus in l. bonæ fidei, post prin. ff. de acq. re. do. idẽ in rebus adult. l. 1. & fi. C. si quis ign. rem min. esse sine dec. cop. & l. nõ est in cognitũ, C. quib. nõ obs. longi tempor. præscri. ergo frustra est facta hæc lex, quæ videtur

hoc inducere de nouo. Super solutione horũ contrariorũ dubitant doct.& quasi nihil firmãt, & tanta fuit dubietas ꝙ glossæ istũ passum quasi indiscussum reliquerunt, vt in quit Bal.in d.l.non est incognitũ.Bal.in d.l.fi. tenet primã solutionẽ glossæ.ꝙ leges contrariæ,quę dicunt non curre re præscript.contra minores, intelligantur,s.cum effectu, quia restituuntur,lex autẽ ista si.inducat de nouo,quod ho die non sit necessaria restitutio.Bal. verò in d.l.non est in cognitũ . videns ꝙ illę leges directò dicunt ꝙ non currat præscriptio dicit, ꝙ aut præscriptio incipit à minore , &
41 tunc † nullo modo currat cõtra eũ per dictas leges,& quo ad hoc nihil de nouo inducat hęc lex,aut cœpit à maiore, & isto casu de iure antiquo currebat contra minorem,sed dabatur restitutio,l.etiã ei.ff.de mino.notatur plenè in l.1. C.si aduer.vsucapio.& in ijs innoua hæc lex.s.ꝙ hodie cœptæ contra maiorem,non currant contra minorẽ,& dicit ꝙ iste est verus intellectus ad istã l.fi.& ibi super hoc recitat aliquas opiniones,quas per te videas.Sed certè licet Baldus,dicat,ꝙ ille est verus intellectus ad hanc l. fi.ego credo ꝙ male loquitur.imò deberet esse totũ econtra,scilicet ꝙ in cœptis contra maiorem ,nihil hodie innouetur,in cœptis autẽ contra minorẽ,innouetur per hanc legem fi.Primo,quia cõis sententia est,vt infrà dicam,ꝙ in prescriptionibus cœptis contra maiorẽ , nihil hodie sit immutatum , imò currant contra minorẽ,sed restituitur,vt per Bart.& Paul.ibi.& per Pau.in l.1.C.si aduer.vsuca . Secũdò allego eundẽ Bal.tenentẽ contrariũ in d.l.1.C.si aduer.vsucapio. non faciens mentionẽ de eo quod dixit in d.l.non est. vbi dicit,ꝙ in pupillo , & adulto quando prescriptio incipit à prædecessore,nihil est innouatum,imò currit, & restituitur,& sic remanet incorrecta,l.1.C.de vsucapio transfor. Instit.de vsu capio.§.1.& §.diutina, sic ergo incœpit contra maiorem,licet postea possit restitui.Et hanc rationem sentit Bart.in d.l.fi.2.col.in medio.& Bal.in l.1.C.si aduer. vsucap. Quarto cõtra Bal.allego bonã gl.in simili in auth. quas action.dę sacrosf.eccles.vlt.q.in gl.magna,quæ tenet, ꝙ præscriptio 10.20.vel 30.annorũ, quæ cœpit cõtra priuatũ,non mutatur,licet postea ei ecclesia succedat. Sic dicamus,quando minor succedit maiori,& bene applico eũ in materia præscriptionũ, in omnibus & per omnia ecclesia ęquiparetur minori,in c.auditis de in inte.restit. & ibi in gl.magna in ver restituimus.& ibi notat Abb . 3.col.licet nimis indistinctè loquatur,vt infrà patebit.Quintò cõtra Bar.faciũt omnia iura, quæ dicunt priuilegiatũ succedentẽ non priuilegiato,non gaudere priuilegio suo l.si intra.& ibi gl.C.de nõ nu.pec.l.polla.C.de ijs quibus vt indignis,l.cũ filius,§.in hac.cũ concordan.de ver.oblig.Sextò & istud magis stringit.Nã si diceremus cœptã contra maiorẽ hodie non currere contra minorẽ,debemus fateri,ꝙ prescriptio cœpta dormiebat tempore minoris ętatis, sed istud non reperitur in iure ciuili nisi in præscriptione 30. annorũ l.sicut circa finẽ C.de pręscr.30.anno.firmat Bart. in l.etiã ei.ff.de min.Paul.in le.1.C.si aduer.vsucapio.ergo necessariò est,concludendũ,ꝙ cœpta contra maiorẽ , etiã hodie currat contra minorẽ,licet possit restitui,& satis habet lex,ꝙ dat ei restitutionẽ . Septimo reperio, ꝙ contra Bal.tenet Bar.in d.l.fi.& in l.etiã ei.ff.de min. & in l.naturaliter,3.col.ff.de vsucap.Pro Bal.tamẽ facit glo. ordinaria in d.l.etiã ei.ff.de mino.sed illa ibi communiter reprobatur.Secundò & fortius pro Bald.facit text.nostræ legis fi. in fine.sic inducendo. Nã finis huius legis loquitur de præscriptione inchoata in personã defuncti,& vult, ꝙ sit speciale in pręscriptione longissimi tẽporis, vt currat contra hæredẽ minorẽ,saltim post pupillarem ætatẽ,ergo in contrarium est ius cõmune in alijs præscriptionibus tẽporalibus,vt illæ ipso iure nõ currãt,& certè nimis stringit.Sed repperi,ꝙ Pau.ibid.circa fin.à quo didici nõ faciens mentionẽ de prædictis,dicit , ꝙ alia ratio est in præscriptione longissimi tẽporis,propter magnã negligentiã,quæ committitur in tacendo tanto tẽpore,& ꝙ ista currat ex negligentia,& dicatur odiosa,scilicet in odiũ non petentis.notatur in l.fi.in fi.per gl.& doc.C.de edi.diuit.Adri.tollen . est tex.magistralis in c.placuit.el 2.§.præscriptionũ. 16. q. 3.ex quo venit,ꝙ per executoris missionẽ interrumpitur illa præscriptio,cũ ibi iã cesset negligentia,vt declarat Bar. in l.sicut C.de præscr.30.anno. licet secus in alijs præscriptionibus l.more C.de rei vendi.l.si post acceptũ ff.de rei vendica.Et sic vult Paul.de Cast. ꝙ licet à contrario sensu iste tex.dict.l.fi.hoc probet,tamen non sumatur argumẽtũ,ex quo est diuersa ratio,vt dixi,& quia alias sequeretur absurdũ,scilicet contra omnia iura prędicta,vnde non debet sumi argumentũ à contrario l.2.C.de condi.inser . Et istã respõsionẽ ego addo.Remanet ergo ex omnibus prædictis,ꝙ opinio Bal.non sit vera. Superuenit postea in d.l. fi.Paul.de Cast.2.col.qui dixit etiã,ꝙ licet doct.videantur sequi primã solutionẽ.i.ꝙ leges contrarię intelligantur,ꝙ præscriptio nõ currat,l.cũ effectu,& ꝙ hodie per hanc l. ipso iure non currat,tamẽ quia est destruere illos tex. qui volunt manifestè cõtrariũ,dicit ipse,ꝙ semper sibi visum fuit,ꝙ ista l.debeat exẽplificari in præscriptionibus actionum personaliũ prætoriũ,quę durabant anno,vel minori tẽpore,vt in actione quanto minoris,item in actione de dolo,quæ durat biennio l.fi.C.de dolo.ꝙ hodie † illa tẽpo 42
ra non currunt per hanc l.fi.sed in pręscriptione actionũ realiũ,vt cum præscribuntur res adulti, vel pupilli,& si tollitur rei vendicatio,nõ potest bene exẽplificari ista l . quia illæ præscriptiones etiã iure veteri non currebant minori vt patet in d.legibus,quę non possunt cauillari.Et certè iudicio meo,est pulchra & noua solutio.Et licet aliquo modo restringatur hæc lex,cessant tamen omnia contraria. Ego etiã addo aliud exẽplũ,de quo in d.l.nostra fi.in exceptione non num.pec.quę olim currebat, hodie verò non per hanc l.fi.Sed aduerte,ꝙ Paul.de Cast.loquitur in actionibus personalibus prætorijs,quæ hodie non currunt per hanc l.actiones verò reales nedũ hodie , sed nec etiã olim currebant per leges prędictas secundũ eum. Quid autẽ in actionibus personalibus de iure ciuili,de hoc nõ loquitur Paul.nec alius in proposito,gl.tamẽ in d.l.fi.in glo. magna in vna solutione dicit,ꝙ ista,l.nõ potest loqui in actionibus personalibus,quia cõputãtur loco immobilium. vult dicere,immobilia non possunt alienari,ergo nec vsucapi , per regulã legis,alienationis.ff.de ver.sign.ergo in eis non potest exẽplificari hęc lex,quę loquitur in casu,quo olim currebat præscriptio,& hodie cessat.Hoc tamen quod gl. dicit incidente , ꝙ cõputantur actiones loco immobiliũ , recipit dubitationẽ,de quo plenè in l.mouentiũ.de ver.sig. & infinitis locis. In pręd icta tamẽ quæstione ego aliter dico,saluo meliori iudicio,quia glo. hęc loquitur propriè in alio contrario,quod infra subijciam. Vnde dico, ꝙ aut loquimur in actione personali descendẽti ex persona defuncti,& tũc sumus in fi.d.nostræ legis fi.& in casu l.sicut C. de præscri.30.anno, ꝙ aut successor est pupillus & ei non currit in pupillari ætate, post pupillarẽ verò ætatem incipit currere,& restituitur,vt d.l.sicut & ibi notat.Aut loquimur in actione personali orta in personam minoris , puta exempto & legato,& in similibus, & tunc dico ꝙ cũ istæ actiones durẽt triginta annis,vt est notũ, ergo pręscriptio earum non potest contingere in minori ętate , vnde cum damnũ contingat post lapsum minoris ætatis non est quærendũ de restitutione,quę non habet locũ nisi pro damno contingenti in minori ætate,vt est notũ l.1.2.3.4. C.de tẽpo.in integ.resti.cum alijs . Intentio.n.Imperatoris fuit in l.nostra fi.prouidere contra damnũ,quod posset cõtingere in minori ætate.patet in fi.l.quæ vult in præscriptionibus longissimis stari iuri antiquo.Imò in specie dicit Bal. in d.l.non est incognitum,ꝙ cùm personalis actio nõ possit longo tẽpore pręscribi,non potest Imperator de ea hic videri sensisse.Et vide ibi.Bar.vlt.col.ver.venio ad vltimã quę in effectu vult idem quod dixi,quem antea non videram.Et per hæc me expedio de ista quæstione.

Ex qua habes in effectu,ꝙ ista l.fi.exẽplificatur in actionibus realibus,quæ olim currebant,& dabatur restitutio , hodie

43 hodie verò non † currunt per istam l.fi.Nec leges contrariæ obstant,quia inquantum dicunt,quòd non currebãt de iure antiquo,debet suppleri, scilicet cũ effectu, vt aliquid addat hęc lex,& hoc tenetur communiter. Vel secũdo,ne fiat illa suppletio,quæ destruit illa iura, dicas quòd loquitur de personalibus prætorijs,quæ olim currebant, hodie non per istam,l.fi.& sic cessant contraria.Item in alio casu scilicet in casu nostræ legis,vt dixi,& hęc multum aperiũt de intellectu nostræ legis fina.

Modò & istud etiã est maximè necessarium, videtur ꝙ ista l.fi.nullo modo possit procedere,nec possit exẽplificari.Nã aut loquimur de immobilibus,& nõ possunt alienari sine decreto.ff.de reb.eorũ.per totũ. Aut de mobilib.& tunc aut possunt seruari,& idẽ,l.lex, quę tutores C.de admi.tutor. ergo non possunt vsucapi. per regulã. alienationis verbo.de verb.sign.Ego addo meliorem tex.in l.2. C. de vsucap.pro empt.& ibi Bartol.& Bal.vbi res prohibita alienari ex dispositione, l.vel testatoris si alienetur non potest præscribi,ergo in ijs nil noui addit hęc lex, cũ esset statutum de iure antiquo.Aut res mobiles non possunt seruari, & tunc frustra quæritur de vsucapione cũ tanto tẽpore non durent, vt notatur in d.l.fi.& in l.1.C.si aduer.vsucap. Quid dicendũ? Glos.dic.l.fi.dat quinque solutiones, quas omnes per ordinẽ reprobat Bar.finaliter soluit, ꝙ dicta regula,quę non possunt alienari,&c.non procedit hoc casu. Nã illa regula est vera in prohibitis alienari simpliciter,at res minoris possunt alienari aliquo casu, puta cũ decreto, vnde si alienentur sine eo possunt pręscribi secundũ eum, & sic nõ obstat dicta argumentatio. Hanc solutionẽ videtur impugnari Paul. hic 3.colum.in fin.princ.per vnã bonam rationẽ,quem videas.Bal.autẽ in l.1.in fi. C. si aduer. vsu videtur soluere hoc contrariũ alio modo,scilicet quòd aliud sit in alienatione hominis,vbi requiritur decretum, aliud in alienatione legali, putà quæ insurgit ex præscriptione, vbi non requiritur decretũ.quia in dispositione legali non requiritur adminiculum decreti prætoris, le. qui sub conditione.§.vlti.ff.de cond.instit.Et illa est veritas secundũ eum.Aduerte,quia videtur mirabilis solutio. Sed aut ego non intelligo,aut per eam non tollitur obiectum, quod est,ꝙ quæ non possunt alienari,nõ possunt vsucapi. nã ista obiectio semper remanet.Pau.de Castr.in le.vni.2. col.aliter soluit.quẽ uide.Ego verò vltimo loco cõsidero, ꝙ si tenemus opinionẽ relatã in proprio cõtrario, scilicet ꝙ ista l.fi.habeat locum in actionibus realibus,tunc obstat contrarium,& teneo solutionem Bar.scilicet ꝙ non procedat ista argumentatio in rebus minoris,quia non simpliciter sunt prohibitæ alienari.Et vltra Bart.pondero tex.in terminis in fine nostræ l.fi.vbi res minorũ possunt præscribi spatio 30.annorũ puta à male fidei possessore,& in similibus casibus, & tamen non possunt alienari sine decreto, vt est notũ,ergo in rebus minorũ non procedit dicta argumentatio,vt dicit Bar.Si non tenemus opinionem Pau.de Cast.scilicet,ꝙ ista l.loquatur non in actionib.sed in pręscriptionibus personaliũ,vel prætoriarũ, tũc dico,ꝙ dicta opinio non obstat. Nã secundũ illam opinionẽ non tractamus de alienatione,quia nihil fuit alienatum, sed tantum quærimus,an actio quã habet possit sibi tolli per præscriptionẽ.Et dicimus ꝙ non. Et videtur vera solutio, super qua relinquo cogitandũ.Et prædicta sunt maximẽ necessaria,in quibus consistit tota difficultas huius l.fi. Ad le.2. de vsucap.pro empto.quã ego allegaui,respondeo ex verbis.Bart.quia ibi fuit simpliciter alienari prohibitã,& ideo non potest vsucapi,secus in rebus minoris,quę aliquo modo possunt alienari,putà cum decreto iudicis,vt dixi.

Veniẽdo modo ad materiã,nota primò id,ad quod sem
44 per allegatur hæc l.fi.ꝙ † res minoris,quæ olim præscribebantur,& ad quas dabatur restitutio,hodie non præscribũtur per hanc,l.fi.imò minor seruatur illęsus.Istud tamẽ patitur aliquas extẽsiones,& limitationes,quas pro nũc omitto,& assumo aliũ modum legendi,quærendo scilicet,& inducendo.Quæro ergo primò,an dispositio nostrę legis fi.

45 habeat locũ in furioso,& † prodigo,vt hodie cõtra eos nõ currat præscriptio,imò seruentur illęsi per istã l.Et in hoc reperio,quod gl.in l.2.C.de cura.fu.tenet ꝙ sic;scilicet ꝙ ista l.habeat locũ in furiosis & prodigis.Nihil allegat præter illam l.& illam gl.Sequitur Bal.1.q.in d.l.fi.& Pau.ibi. in prin.& illam sequitur,& dicit notabile Bal.in l.infantis 3.q.C.qui admi.& in d.l.2.vbi dicit illam valde notabilem & illam extendit ad omnia beneficia minoribus competẽtia.Illam gl.allegat & sequitur Bar.in l.1.ff.de bono.poss.in furi.comp.& illa glos.commẽdatur pro vnica in di.le.2.in apostil.ad Bar.& ibi allegantur aliqua,quæ faciunt pro illa glo. & hucusque non audiui ꝙ aliquis dubitauerit de illius gl.decisione.Et vltra allegata pro illa glo.faciunt sequẽtia. Primò l.interdum.ff.de condi.indebit.cum ibi notatis,vbi minores,& prodigi,& furiosi æquiparantur. Secundò l.si curatorẽ.C.de in integ.resti.min.ti.generali.bonus tex.in §.furiosns & §.pupillus.Instit.de inuti.stipul.facit l.Marcellos.ff.de fideius.Imò quod est notabile ęquiparãtur pupillis,non adultis,secundũ Bart.in l.1.§. fuit quæsitum.ff. ad Treb.allegat textum singularem in le.Fulcinius §.adeo versi.planẽ.ff.ex quibus cau.in posses.eatur.addo similẽ in l.certi condictio.§.quoniã.versi.itẽ quæri potest.ff.si cer. pet.& est tex.à fortiori.§.pupillus. Insti.de inuti.stipulatiõ.vbi dicitur,nã infans,& qui infanti proximus est, non multũm à furioso distat,cum huiusmodi ętatis pupilli nullum habeãt intellectum.Et sic minus dubij est in furioso, quã in infante,& proximo infantię. Tertiò facit le.sancimus,C.ad.Treb.vbi ęquiparantur. addo textum notabilẽ vbi ęquiparantur in l.2.§.si à pupillo. & §.si à furioso.ff. pro empt.ad idem l.cui bonis.ff.de ver.obli.& ibi etiã glo. colligit,ꝙ similis est pupillo,facit quia etiam æquiparãtur in accipiendis curatoribus,l.1.in princ.ff.de cura.furio. Instit.de cura.§.1.Et si dicas,contra prędicta facit l.in negotijs.ff.de reg.iur.prima charta.vbi in negocijs contrahendis alia causa est furiosorum, alia eorum qui fari possunt, Respondeo quòd magis illa facit pro hoc,quã cõtra, quia alia est causa furiosorum,&c.vt ibi dicitur,scilicet quia minus obligari possunt furiosi quã infantes,cum furiosi nullo modo,infantes quandoque sic, scilicet cum autoritate, &c.Et ibi pro ista parte & meliùs: quia prodigus & furiosus quando sunt læsi,restituuntur instar minoris, licet nõ tanquam minores,vt concludit Bart.in le.Marcellus.ff.de fideius.2.col.& in l.si infanti.2.col.in prin.C.de iur.delib. & in l.1.ff.de bon.posses.furio.comp.& Bal.in d.l.2.C.de cura.fu.per illam gl.& in l.infantis.3.q.C.qui admi.& in l.si curatorem, post princ.C. de in integr.restitu. Si ergo in casibus vbi competit restitutio ęquiparantur, ergo & vbi non est necessaria, quia eadem est ratio, imò maior. Nam si minores habentes intellectũ restituuntur & quãdoque seruantur illæsi,quãto fortius furiosi,& similes,qui intellectu carent? vt notatur in l.interdum,in fine,gl.magnæ.ff.de cond.indeb.& est casus in l. qui ad certum.ff.locati.& hanc rationem sentit Bart.in d.le.Marcellus,2.col. vbi vide. Et ista est vera opinio, ꝙ ista lex habeat locum in dictis personis, & licet ab ea non sit recedendum, ego tamen gratia disputationis attẽto dicere, quòd illa opinio non est vera,imò quòd ista l.fi.habeat locum solum in casu quo loquitur,puta in minoribus.

Ad quod mouẽt me sequentia.Primò ista l.fi. correctoria est,patet,quia de iure antiquo currebat pręscriptio contra minores, hodie secus per istam legem, & sic corrigit omnes leges antiquas dicentes contrarium, non dicas ꝙ est exorbitans,vel limitatoria,quia tunc faterer,quòd hęc lex ponens casum exceptum extenderetur ad similes casus ex identitate rationis,vt infrà dicam.Modò ad propositum.l.correctoria non extenditur ad similem casum,etiã ex maioritate rationis, vt est communis sententia omniũ in authentica. quas actiones.Cod.de sacrosanctæ ecclesiæ text.singul.1.& ibi Bartol.in l.præcipimus,in fiuali. C. de appellation.facit,l.si furiosi. cnm simil.Cod.de imp. ergo ista lex cùm sit correctoria, loquens in minore, non porrigitur

rigitur ad furiosos similes, quia esset cõtra dicta iura, & videtur carere responsione. Confirmetur per gl. notabi. in d. authent. quas actiones. vbi lex noua corrigens in ecclesia, nõ corrigit in ciuitate, in qua videbatur maior ratio corrigendi. Posses prima facie respondere, quòd ibi loquitur in ijs, quę afferũt damnum, quia minuit tempus præscirptionis, nos loquimur in fauorabilius, putà, quòd non currat præscriptio. Sed hæc respõsio nõ valet: quia lex correctoria non debet extendi, siue sit fauorabilis, siue odiosa, vt dictis iuribus, & infrà patebit.

Secundò contra cõmunem opinionem facit. Per subauditos intellectus non debet induci legum correctio. gl. est singu. in c. cupientes. §. quòd si per viginti. de elect. li. 6. in versic petere. quam legistæ allegant in multis locis. si ergo per subauditos intellectus nõ debet induci. &c. multo fortius vbi nil potest subaudiri, quia lex de eo nõ loquitur nec directo, nec per subauditionẽ, &c. Est pulchra inductio.

Tertiò pondero quod dicit Pau. post Bart. in d. l. fi. in gl. magna. in fi. & induco sic. Ideo in præscriptionibus subuenitur minori, quia statim quòd labitur tempus constat de læsione, & ideo sibi præscriptio non currit: quod secus est in contractibus, quia nõ statim apparet de lęsione, & ideò valent, & spectatur restitutio. vt d. glo. ergo illa ratione attenta si in aliquo contractu statim appareret de læsione, deberet esse nullus ipso iure, attenta ratione. l. tamen Bart. & Paul. tenent cõtrà, quòd ista. l. habeat locum solum in suo casu, cùm sit correctoria, etiam si in alijs reperiatur eadem vel maior ratio. Modo ad propositum, licet in prodigis, & furiosis reperiatur eadem ratio, tamen non extendetur ad eos ista lex. Et aduerte, quia fuit subtilis inductio.

Quartò pulchrè facit quod latè ponit Ias. in l. fratres. C. de inoffi. testa. 5. extensione, quod sic induco. Per authen. ex causa. est statutum, quòd irritato testamento per quærelam debeantur legata & fideicõmissa, & illud est correctorium iuris antiqui, vt est notum. Ponamus ergo, quòd frater expugnaret testamentum fratis turpi persona instituta. iuxta d. l. fratres. cum simi. an tunc debeantur legata per dictam authenticam? Videbatur quòd sic: quia si ascẽdentes & descendentes, quibus magis debetur hęreditas, præstant legata, vt dicta authentica, ergo à fortiori debent præstare fratres, quibus non ita debetur. Patet, quia de necessitate non debent institui, nec possunt querelare nisi in casu scilicet turpi persona instituta, tamen communis opinio est in contrariũ, ꝙ authen. ex causa. non habet locũ in fratre expugnante. Ratio potissima est illa: quia auth. illa est correctoria, vnde non debet extendi ẽt ad casum in quo sit maior ratio, & aduerte ꝙ illa auth. est fauorabilis, vt concernẽtur legata & c. & tñ non extenditur ad casum habentẽ maiorẽ rationẽ, & sic correctoria non debent extẽdi, siue sint fauorabilia, siue non: sed sic est in casu nostro, ꝙ ista. l. est correctoria, licèt sit fauorabilis, ergo nõ extenditur ad prodigos, & similes, posito sine pręiudicio veri, ꝙ in eis sit maior ratio. Et istud fundamentũ optimè quadrat in proposito. Et per hęc cum alijs, quę fortè infra subijciam, videtur hæc pars verior de iure. Restat respondendũ ad iura pro prima parte adducta, quæ si bene aduertis, resoluuntur in duo. Primũ est, ꝙ minores æquiparantur furiosis &c. ergo idẽ ius &c. Et istud comprobaui per multa, quæ omnia nõ obstant. Nam fateor, ꝙ sunt similes, vnde de vno ad aliud deberet procedi: quia illud est verũ in alia materia, sed in materia correctoria, de qua est quęstio nostra, non habet locum hoc argumentum, ꝙ procedatur de similibus ad similia, nec fiat extensio etiã ex maioritate rationis vt dixi.

Secundum fundamẽtum est: quia furiosus & prodigus restituuntur quando sunt læsi instar minorum, ergo eadẽ ratione vbi minor nõ eget restitutione, nec isti, quia est eadem ratio, vel maior, vt suprà dixi. Dico etiam quòd non obstat: quia licet æquiparentur quando restituuntur, non tamen reperiuntur ęquiparati in casu, quo minoribus non est necessaria restitutio: vnde non est nostrum. l. extẽdere correctoriam, dato quòd in eis sit eadẽ ratio, vel maior vt dixi, & est responsio sufficiens. Et si tibi non satisfacit, probo apertè. Ciuitas, respublica, & minor ęquiparantur quando restituuntur. l. respublica. cũ ibi notatis. C. ex quib. caus. maior. Item ecclesia & minor æquiparantur, quando restituuntur, vt penè per gl. & docto. in authentica. quas actiones. & in cap. 1. de in integrum resti. & melius in c. auditis. vbi glo. & doct. eod. tit. & latissime per Abb. in c. 1 de pręscripti. & tamen quando non est necessaria restitutio non æquiparantur: quia minor seruatur illæsus vt hic, secus tamẽ in ecclesia, ciuitate, & republica, vt infrà suo loco subijciam & per Abb. post Innoc. in c. 1. 3. colu. de in integrum resti. ergo non infertur in ijs casibus de vno ad aliud.

Vltimò pro complemento restat, respondẽdum ad l. secundam. C. de cur. furio. in qua videtur se fundare illa glos. Ad quam notabiliter respondeo, ꝙ lex, quę prohibet alienationem rerum minoris, ponit casum specialem, & exceptum, vnde nimirũ si extendatur ad casum. d. l. 2. C. de cur. furio. Ratio quia casus excepti extenduntur ex identitate rationis. c. cùm delicta. in medio. & ibi Abb. de confirmatiõ. vti vel inuti. ac. post transactionem. versic. quanquã. de renuntia. glo. notab. in l. 1. C. de condi. indebi. Tamen ꝙ illa. l. 2. extendatur ad casum correctoriũ, de quo in l. nostra, istud esset absurdum, & esset arguere de minore ad maius, quod ius non permittit, licèt secus econtra. l. non debet cuiquid plus. de reg. iur. notatur in l. 2. C. de patri. qui fili. distra. Quod aũt. l. prohibens alienationẽ rerũ minoris ponat casum specialem & exceptum, probo sic. In re propia quilibet est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. ẽt in abutẽdo. casus singularis in l. sed & si lege. §. cõsulit. ver. dum se abuti putant. ff. de peti. hære. hinc descendit regula, ꝙ quilibet potest renuntiare suo fauori. l. pen. C. de pactis. & alibi dicit iurisconsultus, Iniquum est enim ingenuis hominibus liberam rerũ suarũ administrationẽ auferri. l. non vsque adeo. ff. si à paren. quis fuer. manu. & iustũ est sua vnicuique cõmittere. l. nemo exterus. C. de iudæ. & alibi dicitur, sicut initio libera potestas vnicuique est habendi vel non habendi contractus &c. l. sicut. C. de actio. & obligat. facit in simili. l. 1. C. de pactis. l. fideicõmisso. cum simi. C. de trãsactio. Modò ad propositum, cùm de re sua quilibet possit ad delibitũ disponere per iura suprà dicta: & ista sit regula, & ab hac regula sit minor exceptus, cui est interdicta rerum suarum administratio, vel alienatio, vt. C. ff. de rebus eorum. ergo lex prohibẽs alienationem rerũ minoris ponit casum specialem & exceptum, vnde nimirum si ex idẽtitate rationis porrigatur ad res furiosi, & similium. vt in illa. l. 2. maximè quòd ibi fit extensio in principe, & sic nullam adfert dubitationem, quia sic etiam potuisset extendere ad correctoria. vt in simili dicit Ias. in d. authen. quas actiones. 6. col. post medium. Dicere autem, quòd propterea extẽdetur ad correctoria, est absurdum vt dixi, licèt secus econtra. facit in simili glo. in l. C. de libe. & eorum libe. dum dicit, facilis est descensus &c. & glo. in l. 2. ff. de verbo. sign. Et per hęc ne nimis me extendam, sum expeditus de ista quęst. quæ omnia nota, quia sunt noua in proposito.

Nunc iterum in prędicta quęstione se offerunt sequentia pro communi opinione. Primò, nam habeo quòd licèt lex correctoria non debeat extendi ad casus similes, etiam ex maioritate rationis &c. tamen qñ ratio est expressa in lege corrigente, tunc etiam in correctorijs ex identitate illius rationis licita est extensio, quia illa nõ dicitur propriè extensio sed lex ipsa dicitur loqui. ita Bal. in authentic. quas actiones. 3. quęstione. de sacros. eccles. & in l. ijs solis de reuocand. donatio. per illum tex. in ver. satis tacitè cautũ putamus &c. Modò ad propositum, ratio est expressa in hac lege fi. ibi, melius est enim intacta &c. quę ratio militat in furiosis, & prodigis vt patet, ergo licèt sit correctoria extẽdetur ad eos, & est optimum fundamentum.

Preterea pro hac parte nouissimè pondero tex. qui videtur hoc probare in terminis in l. properãdũ. §. fi. ff. de iudi. C. quem sic induco. Instantia expirat triennio vt in illa lege, & dicitur in §. fi. quòd illa præscriptio currit etiam minoribus

noribus & alijs sub cura agentibus, ꝙ debet exponi, idest furiosis prodigis, & similibus, ergo in materia præscriptionis æquiparantur minores furiosis &c. Modò sic habeo regulã, quod quando duo casus sunt parificati in eadem materia, lex noua corrigens in vno, intelligitur corrigere in alio, ita tenet gl. in l. si quis seruo, C. de fur. & in l. quod vero, ff. de legi. & licèt illæ glo. iudicio meo pessimè adhoc allegentur, quia loquuntur in exorbitantibus, non tamen in correctorijs: tamen idem tenet Bar. in l. Marcellus, in prin. ff. ad Trebellianum, & in auth. sed cũ testator, C. ad l. Falci. & in l. 2. ff. de legat. primo, licèt cõtrarium teneat gl. quam ibi notat Ang. in §. si. Instit. qui ma. non po. Cum ergo isti casus sint parificati, vt dixi, ergo ista lex corrigens in minoribus, extendetur ad casum parificatum. Et est nouissimũ fundamentum.

Tertiò pro hoc videtur facere, l. nõ sine, C. de bonis quę liber. quem per re inducas. Ijs tamen, quæ proxime dixi, non obstantibus, adhuc videtur dicendum cõtra communem opinionem, vt suprà tenui. Nec obstant fundamenta, quæ modo feci. Et primo non obstat: quia qñ ratio est expressa in l. corrigẽte &c. quia dico illud esse verũ, qñ illa ratio est finalis, secus si impulsiua, nam tunc l. correctoria vigore illius rationis non debet extendi, ita Angelus Insti. de iur. natura, §. ius aũt ciuile, 12. col. Ias. in authen. quas actiones, septima colum. modo sic ratio quę ponitur in l. nostra, ibi melius &c. non est finalis, ergo &c. Quòd autem nõ sit finalis, probo. Nam illa ratione attenta, quicunque potest de iure restituit, siue minor, siue maior: nam ratione absentiæ, vel alia, deberet esse tutus ipso iure, & non deberet cõtra eum currere præscriptio, quia melius &c. & est responsio mea. Præterea quod non sit finalis, sentit Bart. in ha l. fi. 3. col. ad fi. dum dicit reprobando rationem glo. magnæ in fine, quod ratio quare in contractibus non seruantur illæsi ipso iure, est propter expressum consensum, qui interuenit in contractibus, quem l. non potest tollere: at in præscriptione interuenit cõsẽsus tacitus, quẽ lex remouet ęquitate suadente, & facit vt minoribus obsit, ergo illa ratio, melius enim &c. non est finalis. Quod bene nota. & per hoc remanet solutum primum fundamentum.

Non etiam obstat secundum, quia respondeo singulariter. Verum est, quod quando duo casus sunt parificati, l. noua corrigens in vno extenditur & videtur corrigere in alio, verum est, quando sunt parificati in eadem materia in omnibus & per omnia, secundũ Mathe. in tractatu extensionum, 6. col. Iaso. in authen. quas actiones, 7. col. post medium, sed in l. properandum, §. fina. sunt parificati illi casus solum quo ad illam pręscriptonem iudicialem, nec reperiũtur parificati quo ad aliam pręscriptionem, ergo licèt ista, l. corrigat circa minores in præscriptionibus, extraiudicialibus, non tamen per hoc extenditur ad furiosos, &c. maximè quia non est bonum argumentum de præscriptionibus extraiudicialibus ad iudiciales vel econtra. Patet, quia hæc, l. corrigens in extraiudicialibus, non habet locum in iudicialibus, & sic. l. properandum, §. fi. remanet incorrecta, vt notatur in d. l. fi. & in d. l. fin. C. si aduer. rem iudi. faciunt notata in authen. de hære. & fal. §. pupillus, colum. 1. & in authent. si minor, C. de temp. in integ. rest. & per hoc soluitur secundum.

Tertium de l. non, sin. de bon. quę liber. inducas, & soluas vt per Ias. in authen. quas actiones, 6. col. de sacrosf. eccle. Aduertendum tamen, quod non obstantibus prędictis se nouiter offert vnum, per quod videntur destrui omnia mea fundamenta, & quod opinio gl. in d. l. 2. de cura. furio. & cõmunis sit verior. Nam ego habeo, quod etiam in correctorijs vbi tractatur de fauore publico, fit extensio. Patet, quia lex pœnalis, quę debet restringi, tamen vbi tractamus de fauore publico, extenditur secundum Bartol. in l. quemadmodum, circa medium, C. de agri. & censib. libro 11. & in l. 2. §. exercitum, C. de his qui notan. infam. Paul. de Castr. in l. bona fides, ff. deposi. Bald. in l. non sine, C. de bonis. quæ libe. & in specie Roma. in cõsi. 105. refert & sequitur Ias. in l. frates. 3. col. in princ. C. de inof. testam. sed sic est in proposito nostræ quæstionis, quia tractatur de fauore publico, ergo licet lex nostra sit correctoria, tñ extẽditur ad prodigos, & similes, & per hoc destruũtur omnia prædicta, quæ principaliter fundantur ex eo ꝙ correctoria non debet extendi. Quòd autẽ tractetur de fauore publico, patet: quia interest reipublicæ ne sua re quis male vtatur. Inst. eo. de his qui sunt sui vel alien. iur. §. sed & maior. facit. l. si dominus. ff. eo. tit. gl. in c. sicut hi. 47. distin. & in c. 1. de coniugi. seruo. & quod notat Abb. in c. pastoralis sub iectos habere locupletes. in auth. vt indi. sine quoquo suffragio. §. cogitatio igitur. 1. col. coll. 2. sed cui ista verba, ne quis sua re, &c. proprius possunt applicari, q furioso, & prodigo? maximè cùm dicatur prodigus, qui nec tempus, nec finem habet in expensis. l. 1. in princ. ff. de cura furio. notatur in l. 1. C. eo. tit. & in §. item prodigus. Insti. quib. nõ est permiss. face testamen. cùm ergo facultas istorum conseruetur si contra eos non currat præscriptio, & in hoc versatur publicus fauor, lex nostra loquens in minoribus, debet extendi ad prodigos. &c. Et si dicat malè arguis, quia interest reipublicæ &c. verum est secundariò, non principaliter. vt declarat gl. in d. §. sed ẽt maior. & in §. pen. Insti. de iusti. & iur. Sicut in simili in l. 1. ff. solu. matrim. ibi, nã & reipublicę &c. & tñ intelligitur secundario. & idẽ in tutela. Inst. de excu. tuto. §. 1. & ibi notat. Fateor ꝙ inter est secundario, non principaliter, tñ adhuc dico, ꝙ lex correctoria extenditur, qñ tractat de fauore publico, non principaliter, sed ẽt secũdario pro quo facit text. sing. in l. hoc modo. ff. de condi. & demonst. ibi, legẽ vtilem reipublicę sobolis. s. procreandæ gratia latã adiuuandã interpretatione. & in specie Paul. de Cast. in consi. 23. refert. Iaso. in l. fratres. 3. col. in princ. C. de inof. testa. Et per hoc alijs omissis, videtur verior sentẽtia gl. in d. l. 2. C. de cur. fur. approbatæ per oẽs. Cogitabis ergo diligenter super prædict. Regula, tamen, q̃ proximè tradidi, scilicet quòd in correctorijs sit licita extensio qñ tractatur de fauore publico, videtur valde dubia. & in contrarium pondero tex. in l. quoniam prioribus. iuncta l. omnino. C. de inof. test. quas sic induco. Et præmitto, ꝙ valet argumentum de re ad tempus & econtra, & dicunt similia. §. plus. cum concord. Insti. & de actio. Item cõseruatio testam. respicit publicam vtilitatẽ. Casus in l. vel negare. ff. quemad. testam. ape. gl. sing. in l. Gallus. §. quid si is versic. vtilitatem. ff. de liber. & posthu. modò sic. L ex. omnino. quæ loquitur de iure agendi ad supplementum, loquitur quando minus est relictum quãtitate, vel re scilicet, ꝙ debeant supleri, ne testamenta rumpantur: ponamus tñ, ꝙ est relicta tota legitima, minus tamẽ tempore, quia est apposita aliqua dilatio: dicit l. quoniam in prioribus. ꝙ illa dilatio debet remoueri, & sic in testamento remanet pura: ergo lex. omnino. quæ loquitur de quantitate, nõ extenditur ad tempus, & sic ac casum similem, nisi esset introductum per dictã l. quoniam. dato, quòd ibi agatur de cõseruatione testamenti, & sic de fauore publico: ratio, quia materia est correctoria, nam per illas leges corrigitur l. cũ quæritur eod. tit. Et hoc fortè sentit Ias. in d. l. quoniam. in princ. licèt non declaret. Et aduerte bene, quia est subtilis inductio & inuestigatio, quæ si est vera, remanet verior opinio mea contra gl. & doct. Cogitabis iterum subtilius super prędictis, & per hęc me expedio de prędicta quęst.

Prædicta omnia sunt vera in præscriptionibus cœptis contra minorem. Quid autem de incœptis cõtra maiorẽ, an perficiantur contra minorem, pono plenè ad finẽ istius voluminis, vbi etiam pono plures extensiones, & limitationes ad hanc legem, & sic ad primam regulam, vbi videas quæ hic desunt.

Vltimo vide vnam glossam magistram, & ibi Angel. in auth. de hære. & Falcid. §. illud. quæ ponit plures casus, in quibus hodie præscr. currit contra minorem.

Et inter cætera quo ad propositum nostrum breuiter dicas ꝙ prima extensio est, vt non solum procedat in minoribus sed etiam in prodigis, & furiosis tenendo opinionem

nem gl.in l.2.C.de cura furio. de qua ſuprà latisſimè dixi.
Secunda extẽſio eſt, quia habet locum etiam in tẽpore,
46 quod datur ad ſoluendũ canonẽ,nã ẽt illud hodie nõ † cur
rit minori.ita tenet glo.per iſtũ text.d.l.fi.in l.ſi tutoris,C.
de admi.tuto.quã Bald.ibi dicit valde notandam, & perpe
tuo tenendã menti,& illã nemo allegat in propoſito. Nec
obſtat,l.ſi ex cauſa,§.pen.ff.de mino. quę dixit currere cõ
tra minorem,& eũ reſtitui.Ad quam reſponde per Barto.
47 in d.l.loco.Tertia † extenſio eſt ꝙ habeat locum,nedũ in
præſcriptionibus,quæ currebant,& reſtitutio dabatur, ſed
etiam in ijs,quæ olim non currebant de quibus, in l.adole
ſcentiæ,C.in quib.cau.in integ.reſtitu. & in l.interdum,ff.
48 de mino.ſed iſta eſt indubitata extenſio. Quarto † extẽdo
ꝙ habeat locum ẽt in tempore,quod datur ad petendã bo
norum poſſeſſionem,nã illud etiam hodie non currit mi
49 noribus,ſecundũ Bar.hic.vlt.col.ante mediũ.Quintò † ex
tendo, ꝙ habeat locum etiam in præſcriptionibus ſtatuta
rijs,quando tractatur de damno vitando,quia cõtra mino
rem non currunt,ſecundum opinionem Bartol.in d.l.fin.
50 vlt.q.de qua ſtatim dicam in limitationibus.Sexto † modo
poteſt extendi hæc regula per dictum pulcherrimũ Bald.
l.fi.in fine, C.de non num. pec. vt exceptio non numera-
tæ pecuniæ nõ currat minori,ẽt ſi ipſe iuraſſet ſoluere. Et
illud dictum multum cõmendat ibi Paul. licèt non appli-
cet ad hoc propoſitum. Illud ẽt dictum commendatur in
apoſti.ad Abb.in c.cum contingat. 12.col. de iureiurãdo.
51 Modò limita † primo vt non procedat in iudicialibus,
nã iſtæ ẽt hodie currunt,l.properandũ.in §.fi.de iudi. Se-
52 cundò † fallit in tempore appellationis interponẽdæ, tex.
53 in l.1.C.ſi ſæpi.in integr. reſti. peta.Tertiò † fallit in tẽpo
re appellationis exercendæ,vt notatur in l.fin.C.ſi aduerſ.
54 rem iudi. Quartò † fallit in dilationibus datis à iudice.l.&
ſi ſine.§.pe.cũ ibi notatis,ff.de minor.Et has quatuor limi
tationes poteſt colligere ex verbis Bar.in d.l.fi. penultim.
55 col.in fi. Quintò † fallit in tempore dato ad cõficiendum
inuentariũ,vt notatꝰ in auth.de hęr.& Falci.§.pupillus,col.
56 1.& in l.auxilium,vbi notatur,ff.de mino.Sextò † fallit in
caſu auth.ſi minor.C.de temp.in integ.reſt.petẽt. Sepimò
57 † fallit in caſibus,in quibus olim currebat ſine ſpe reſtitu-
tionis,nã ẽt hodie currit, nec poteſt reſtitui.l. ſi. mater.C.
ne de ſta.defunct.& in l.auxiliũ,in princ.ff.de mino. & in
58 gl.d.l.fi.Octauò † fallit in præſcriptione,quę inducitur per
teſtamentũ, quæ hodiæ currit,& habet locum reſtitutio.
tex.in l.3.§.ſi hæres,ff.de mino.Bart.in l.etiã ei.eod.tit. &
Bar.in l.fi.pen.q.& Abb.in c.cõſtitutus.3.col.de in integr.
59 reſti. & Paul.in d.l.fi. Nonò † fallit in præſcriptione lõgiſ-
ſimi temporis,quæ hodie currit, licèt reſtituatur, vt in fi.
huius.l.final.& in l.ſicut,C.de præſcript.30.ann. Decimo
60 † fallit in præſcriptione ſtatuaria,vel cõſuetudinaria, nam
illa etiam hodie currit,licèt reſtituatur. Ita ſingulariter te
net Innoc.per.tex.ibi in c.conſtitutus, de in integr.reſtit.
idẽ in d.l.fi.tenet Bal.idẽ vult.Paul. ibid.vlt.q. idẽ reperio
tenere Bal.in l.cũ notisſimi.in prin.C. de præſ.30.vel 40.
annorũ, & in l.ſi mater.C.ne de ſta. defun.& in l. non eſt
incognitũ,C.quib.non obſt.longi tẽpor.præſcri. Addo in
ſimili quod dicit Bal.in l.fi.in medio,C.de in integr.reſtit.
mi.& in l.1.in prin.C. de bonis mater vbi allegat.d.c.con
ſtitutus.Bar.verò in d.l.fi. in fi. diſtinguit, ꝙ aut illa præ-
ſcriptio ſtatutaria tractat de lucro captando, & tunc curat
minori,licèt poſſit reſtitui.Et ita intelligatur dictũ Innoc.
& ille tex.Aut de damno vitando, & tunc ẽt præſcriptio
ſtatutaria ipſo iure non currit. vt hic in d.l.fi. Et idẽ quod
hic tenet Bart.in l.ẽt ei.ff. de mi.vlti.col. idẽ tenet Ant.in
d.c.conſtitutus.idem ibi notabiliter Abba.3.col. vbi dicit,
quòd cõſideratio Bartoli fuit ſubtilis. Et dicit quòd idem
tenet Bal.in d.l.fi.ſed errat. Imò Bal.ibidem ad literam te-
net contrarium.Teneas quam partem velis.
61 Vndecimò † fallit in pręſcriptione cœpta contra maio
rem, quæ etiam hodie perficitur contra minorem.l.etiã
ei.ff.de minor.& l.1.C.ſi aduerſ. vſucapi.quæ hodie rema-
net incorrecta ſecũdum Bar.& Paulum in d.l.fi. & Paulũ
in l.prima.C.ſi aduerſ.vſucap.licèt Bal.in l.nõ eſt incogni-
tum C.quibus non obijci.longi tempor.præſcriptio.dixe
rit, ꝙ cœpta contra maiorem hodie non currat cõtra mi
norem,per iſtã.l.fi.quod ſuprà latè reprobaui.Et iſta eſt ſe
cunda principalis materia in hac l.fi. An in preſcriptis con
tra maiorem innouetur aliquid per hanc legem. Et cõmu
nis concluſio eſt non,imò quòd remanent iura antiqua in
tacta.Eſt ergo videndũ quid eſſet de iure antiquo, de quo
62 infrà ſubijciam.Duodecima † limitatio eſt,quia hoc eſt ve
rum in præſcriptionibus,ſecus in contractibus,in quibus
hodie ſæpe eſt neceſſaria reſtitutio.vt gl.magna in fine in
d.l.fi.aliàs eſſet deſtructus totus tractatus de reſtitutio.Ra
tionẽ ponit ibidẽ gl.magna.in fi. quã reprobat ibidẽ Bart.
& Paul.ibidem.3.colum.ante mediũ. Ratio ergo doctri-
næ eſt, quia in contractibus interuenit factũ minoris verè,
in præſcriptione interuenit fictè.l.alienationis.ff.de verb.
ſign.vnde illum fictum conſenſum remouet hæc lex fin.
æquitate ſuadente:ſecus in vero conſenſu, quæ lex nõ po
teſt remouere, & ſatis eſt,quòd det reſtitutionem.Iſtã ra-
tionẽ vult.Bar.in l.fi.pe.col.ad finẽ.quæ mihi ſatis placet.
63 Decimotertiò † limito, vt hæc lex non habeat locũ in
eccleſia,nam contra eam bene currit ẽt hodie.Ita dicit.gl.
in auth.quas actiones.de ſacroſ.eccle.verſi.durantibus. &
gl.ſecundũ quoſdã in auth.de eccleſiaſ.tit.§. pro tẽporali-
bus.col.9.ſed certè nõ dicit. idẽ tenet Abb. poſt Innoc.in
c.1.3.col.de in integ.reſtit.licèt idem Abb. poſt gl.in c.au
ditis.3.col.eo.tit.dicat, ꝙ in materia pręſcriptionis æquipa
rantꝰ in oĩbus minor & eccleſia,ſed intelligo,vt ſuprà dixi,
niſi quo ad iſtũ caſum.videbatur.n.contrà.nã cum in ma-
teria præſcriptionis æpuiparentur,ergo iſta l.corrigens in
minore deberet extẽdi ad eccleſiã: quia qñ duo caſus ſunt
parificati,&c. vt ſuprà dixi. Sed ſoluas ꝙ non ſunt parifi-
cati in omnibus & per omnia,vt ſuprà etiã retuli. Sed co-
gitabam,ꝙ iſta quæſtio eſt ex ſuperabundanti, & nullã ha
beat dubitationẽ : nã eſt magna dubitatio, an eccleſia poſ-
ſet cõtra præſcriptionẽ reſtitui,adeò, ꝙ multi tenuerunt,
ꝙ nõ reſtituatur,vt latè per Abbatẽ in c.1.pen.& vlti.col.
de præſcriptio.Cum ergo iſta quæſtio,ſcilicet, an reſtitua
tur,quæ eſt minus dubia,non ſit clarè deciſa,ad quid quæ
rimus de alia,ſcilicet,an hodie ſeruetur illæſa,cũ iſta quę-
ſtio ſit fatua?niſi prius concedatur,quòd poſſit reſtitui.Ni
ſi diceres ꝙ licèt eſſet dubitatio,an eccleſia poſſet reſtitui,
communis tamen concluſio eſt ꝙ poſſit,vt hic, & ibi per
omnes.Vnde hoc conceſſo,queritur, an hodie etiã ſerue-
tur illæſa? Et dicit quòd non: quia ſatis eſt quòd ſibi reſti-
tutio detur,& quia.l.noſtra eſt correctoria ergo &c.
64 Præterea, † ꝙ iſta quæſtio non habeat dubium,patet:
quia in republica eſt expeditum,quòd poteſt reſtitui.l.re-
ſpublica.C.ex quib.cauſ.maior.& tamen hodie non ſerua
tur illæſa,vt per Abb.poſt Imo.in d.c. 1.de in integr.reſti.
3.col. & erit.14. limitatio ad hanc legẽ : ergo à fortiori in
eccleſia non eſt dubium,cùm in ea, vt dixi,nõ eſſet ita ex
peditum,an poſſet reſtitui.Et bene arguo,quia reſpublica
ęquiparatꝰ eccleſiæ,notatur vt in d l. reſpublica.Imò quan
doque eſt magis priuilegiata.vt patet in l.fi.iuncta authen.
quas actiones.cum ibi notatis.de ſacroſanct.eccleſ.
Vltimò vide gl.in authen.de hære. & Falcid.§.illud.&
ibi Ang.colum.1. quam ſuprà allegaui.vbi colliges alias li
mitationes:& quia nimis me extendo, hęc ſufficiant quo
ad primam materiam. De ſecundo dico vt in loco ad quẽ
ſuprà me remiſit,pro nunc tamen dicendum eſt vt ſequitꝰ.
Secũda ergo prin.in materia eſt in pręſcriptione cœpta
cõtra maiorẽ, cui minor ſucceſſit,an hodie currat contra
minorem,vel ſeruetur ipſo iure illæſus? Breuiter dicas ſe
cundum communẽ ſententiã ꝙ in hoc nil innouatur per
hanc l.fi.Ita tenet gloſ.ibid.& in l.1.C.ſi aduerſ. vſucap.&
vbique.& Bar.& Pau.in d.l.fi.Et hoc eſt verum, licèt Bal.
vt ſuprà latè dixi tenuerit in l.non eſt incognitum.ꝙ etiã
in illa ſeruetur hodie illæſus.Retenta ergo prima,eſt ſciẽ-
dum quid eſſet de iure antiquo.Et videtur dicẽdum. Aut
loquimur in præſcriptione legali,aut in cõuentionali.Pri
mo

mo casu cœpta contra maiorem currit contra minorem potest tamen restitui l.etiam ei.ff.de mino.ita intelligitur, l.1.C.si aduers.vsucapio.cum simi.quæ quo ad hoc remanet incorrecta. Et hoc intellige siue tẽpus currebat ad corroborandum cõtractum celebratum cum defuncto, siue non.Ita.vult Bar.in d.l.fi.2.colum. & in l.etiã ei, de mino. per l.si intra,C.de nõ nume.pecun. Ita illã l.intelligit gl.in d.l.fi.& in d.l.si intra.Ego addo gl.in l.1.C.si aduer.vsucapio.dũ allegat illã,l.si intra, & addo aliã expressiorẽ in l.auxilium,ff.de mino.ita ẽt vult Bal.in d.l.si intra Paul.tamen in d.l.fi.1.col.& in d.l.si intra,vlti.quęstione,vul,quod qñ præscriptio est cœpta cũ maiore & tempus currit ad corroborationem contractus celebrati per defunctum,quod tunc currat cõtra minorẽ sine spe restitutionis, & hoc idẽ tenuit Iacob.de Aretio. & pro hoc Pau.allegat dictã l.si intra,vbi dicit ,quod est casus si bene inspiciatus , nam text. ibi dicit,quod minori currit, vt compellatur soluere ergo sibi restitutio non datur quia tunc non compelleretur soluere. Ego addo rationem , quia si minor posset restitui ad id quod solueret.ergo obstarer petẽti exceptio,dolo facis, quia petisquod restituturus es cũ ergo cõpellatur soluere, & nõ possit se defendere,exceptione ergo nõ poterit restitui:& videtur non posse cauillari . Et si dicas cõtra quia ex quo præscriptio est finita contra minorem , ergo videtur cum eo aliquid geri, nam per lapsum biennij incipit obligari,vnde succedit regula,ꝙ de eo , quod cum minore est gestum,põt restitui,l.1.in prin.ff.de mino.Respondet notabiliter Paul.in d.l.si intra,licèt non ita firmet, quod propter hoc solum,quod post lapsum biennij incipiat obligari,non dr̃ propterea aliquid gestũ cũ minore patet in l.AEmilius,ff.de mino.vbi post lapsum temporis priuatur dominio,& reuertebatur ad venditorem , & tñ propter hoc non dicebatur aliquid geri cum minore, nec poterat restitui,nisi esset interpellatur,vt ibi dicitur. Quid dicendum? Teneo cũ Bart. quod possit restitui , licèt tẽpus cucurrerit ad ad corroborandum contractum defuncti , per dictã l.si intra,& per glo. quas addidi , quæ ita intelligunt illã,l. Restat respondere ad l.si intra,quæ fortiter vrget , ad quã respondeo.Et aduerte regula est, ꝙ nõ debet inspici quod euenire põt de iure speciali,l.4.§.1.ff.de fideicom.liber.dixi plenè post Bar.in l.fi.C.de sen.passis,modò sic, text.ibi dicit, ꝙ compellitur soluere vt apparet , ꝙ non põt restitui nam si posset,obstaret exceptio,dolo facis &c.Dico ꝙ nõ obstat,nã licèt minor qui soluit, possit restitui illud est de iure speciali beneficio restitutionis, vnde licèt possit restitui,nihilominus tñ compellitur soluere , quia beneficiũ sibi competens est de iure speciali , vnde non debet inspici quod euenire põt de iure speciali, antequam impetratũ sit.Vnde per hoc videtur, quod illa lex non probat denegari restitutionẽ . Probatur ẽt,quia sibi cõpellitur soluere,est ideo,vt impleat effectũ priscriptionis,nõ tñ per hoc negatur,ꝙ restitutio non datur,arg.tex. & quod ibi notatur in c.debitores,de iur.iur.& in l.2.cum ibi notatis,C.quod met.caus.Sed hoc nihil facit, quia in dictis iuribus est ratione peccati euitandi,puta ratione periurij , vnde nimirũ si compellatur soluere, & postea repetat incontinenti , nã in alijs casibus est contra,per l.qui sic,ff.solu.mat. cũ concord.& quia non dicitur factũ nisi duret factũ,l. si pro parte,§.versum,cum simi.ff.de in rẽ ver.at in nostro casu non vertitur illud perriculum animæ in non soluendo. Vnde si ponimus ꝙ compellitur soluere, vt in illa lege , videtur ꝙ non possit competere,dolo facis,&c.& per ea quæ proximè dixi. per ista tñ non remanet respõsum ad aliud fundamentum,idest, ꝙ non inspicitur ꝙ euenire potest de iure speciali.Cogita,quia non habeo tempus.Pro Paul.tñ uidetur facere, quia quemadmodum non potest quis retractare cõtractum defuncti,l.quę a patre,C. de testam.mil. ita nec restitui contra lapsum temporis,qui venit in consequentia. Sed istud nõ obstat,quia esset verum,qñ tempus esset oppositum per contrahentes,& sic esset præscriptio conuentionalis, hęc aũt est legalis ,:vnde cõtra eam potest restitui.vt in simili per Paul.vlt.col.in prin.in d.l.fi. Et ista sint quo ad primum membrum , scilicet de pręscriptione legali cœpta contra maiorem.Quid autem in secũdo mẽbro,scilicet in conuentionali cœpta contra maiorem?

65 Aduerte regula est, ꝙ præscriptio†conuentionalis cœpta cõtra maiorẽ finit cõtra minorẽ ẽt sine spe restitutionis.Iste est casus secundum verum intellectum in l.2.C.si aduer.vendi.pig. & tex. singu.in l. AEmilius.ff.de mino. Istud tamen patitur tres limitationes.Prima,quia est verũ, qñ nil actum est cum minore.Ista est gl.mirabilis in l.si cũ militaribus.C.de resti.mili.secundum Bar.Bal. & Pau.ibi. cui addo similem in l.nostra.fi..gl.fi.& in fi. & in l.ẽt ei.ff. de mino.Secus si aliquid esset actum cũ minore,puta quia sibi esset denuntiatum,quia tunc posset restitui , ẽt contra præsciptionẽ cõnuentionalem.Iste est tex.notabi. secundum vnum intellectum in d.l. AEmilius . Et sic cõcludes, ꝙ præscrptio conuentionalis cœpta contra maiorẽ,semper currit contra minorem. Sed quo ad restitutionem est differentia:quia si nihil est actum cũ minore, non põt restitui.Et per hoc dico malè dixisse Abb. in c. constitutus. de in integr.restit.3.col.ad finẽ. si intelligatur prout iacet, dũ dicit.Idẽ dic in præscriptione conuentionali. Nã si ex conuentione inita cũ defuncto incipit aliqua præscriptio, illa currit contra minorem successorem, si nihil agitur cũ minore &c.allegat d.l.AEmilius.Pondera dum dicit,currit contra minorem si nihil agitur cũ minore.& sic vult,ꝙ qñ aliquid agitur cum minore,non currit contra eũ , quo certè nihil est falsius. Nam quo ad cursum præscriptionis nihil facit agatur aliquid cum minore,vel non, nam semper & indistinctè currit , vt dixi: sed quo ad restitutionẽ concedendã minori, est diuersitas:nã si nihil agitur cũ eo, non põt restitui,aliàs secùs.Et sic ibi domi.Abb. est inaduertenter loquutus:quare suppleas,& dices verum, dũ dicit,currit contra minorem,supple,sine spe restitutionis.& tunc erit verum quod sequitur, si nihil agitur cum minore aliàs eius dictum est contra dicta iura . Item dum dominus Abb.ibi allegat l.3.de mino.adde tu in §.& si hęres. Item dum statim allegat Bart.in d.l.AEmilius, malè allegat,& debuit allegare Bar.in l.etiam ei.pen.q. eod.tit.Aduerte tñ,quia limitatio pręd icta videtur.dubia,dũ dixi,ꝙ si aliquid est actum cum minore,põt restitui , putà qñ est sibi denuntiatum.Istud videtur falsum: nam si est denũtiatum,& non comparet, est contumax , & contumax est in dolo.l.non põt dolo,de regu.iur. dolus est delictum l.1.§. nunc tractemus.ff.de tute.& ratio.distrahen. cum concordan.sed habemus, ꝙ aduersus delictũ minor non põt restitui. vt l.si aduer.deli.per totũ,& ff.de mino.l.sij ex caus. §.nunc videndum, cũ concord. ergo in casu prædicto nõ põt restitui.Istud contrariũ nemo tangit in proposito. Reperio ꝙ Abb.in simili loquendo in ecclesia hoc tangit in c.auditis.3.col.de in integ.resti.vbi videas, quia nimis me extendo.& vide per text.& Barto.in l. minor etia si quasi contumax.ff.de mino.

Secunda limitatio est,scilicet ꝙ non potest restitui. Est verum edicto de minoribus:quia edictum dicit,ꝙ cũ minori.25.annis gestũ &c. sed hic nihil est gestum, vt dixi.

66 Si autem vellet†restitui tanquam maior,propter istã ignorantiam tunc posset,etiam si cum eo nil esset actum.ex regula generali.si qua mihi &c.per notata in l. cùm filius,§. in hac.ff.de verb.oblig.Ita tenet Bar.in d.l. AEmilius,vlt. colum.& Paul.in d.l2.C.si aduers.vend. pigno.in fi.nã potuit ignorare quid esset factum cũ defuncto, & iusta ignorantiæ causa est quia succedit in ius alterius.Et istã limitationem potes pulchrè confirmare per notata per Bar.in l. 1.§.si quis autem propter.ff.de itin.actuq; priua.vbi propter iustã ignorantiã restituitur contra præscriptionem ẽt maior,quod est fortius,vt ibi.Et illud dictum est singulare,secundũ Abb.in c.1.vltima columna,de præscriptiõ.& adde multa allegata in aposti.ad Bart.in d.loco. Item adde gloss.in l.final.in fin.C.de iure emphy. & ibi docto.Item vide Bal.in l.secunda.C.si aduers.vend.pigno. Tertia limitatio

tatio est, quando creditor, vel administrator non esset soluendo, & emptor participasset fraudem, nam tunc in subsidium restitueretur minor aduersus emptorem. l. prima. C. si adu. vendit. pigno. agatur, vt dicit Paul. ibi. & in l. 2. eod. titu. in. tex. ibi non num. pec. vide plenè. 5. §. 9. nu. 19.

67 *INuentarium si tutor facere vetitus sit à testatore, non tantum ex noua, sed etiam ex vetere causa, potest iudex suspectum habere tutorem, & eum compellere, vt faciat inuentarium, cum Ripa, & Areti. contra Ange.*

68 *Inuentariū vetare potest testator etiā hæredibus cū communi.*

69 *Inuentario per testatorem vetito, non fit prejudicium creditoribus, cum cummuni.*

70 *Inuentario per testatorem vetito fit præiudicium legatarijs, cum communi contra nouissi.*

71 *Testator immobilia minorum dispensare non potest vt sine decreto alienentur.*

72 *Immobilia mino. non alienari sine decreto ampl. 22.*

73 *Minor curatorem non habens, si uendit sine decreto rē immo. an sit ipso iure nullus contractus, an verò rescindatur per restit. cōcluditur quòd est nullus ipso iure per 11. argum.*

Minores licet impetrarent veniam ætatis, non possunt alienare prædia sine decreto.

Tutor non potest authoritatem dare ad donandum.

74 *Minor curatorem non habens etiam mobilia quæ seruādo seruari possunt non potest sine decreto alienare.*

75 *Testatoris permissio defuncti pro decreto est.*

76 *Adultus potest alienare in vltima voluntate sine decreto, cum communi.*

77 *Testator rem, quam adulto legauit licèt venalem haberet non tamen videtur ei eius alienat. permisisse.*

78 *Minor potest rē soli alienari, quando socius prouocat ad diuis.*

79 *Res soli minorum cum decreto potest alienari.*

80 *Alienare mobilia pater an possit sine decreto ob causam necessariam contra communem.*

81 *Quæ seruando seruari non possunt, ab adulto curatorem non habente possunt alienari.*

82 *Dominij an translatio impediatur per prohibitionem alienationis factam inter viuos.*

83 *Prohibitio iudicis an impediat translationem dominij.*

84 *Alienatione vetita quando paciscens aliquod ius reseruauit impeditur translatio dominij.*

85 *Idem si concurrit cum prohibitione legis.*

86 *Idem si alienatio non esset reuocabilis.*

87 *Prohibitio testa. impedit translatio. dominij.*

88 *Alienatione vetita, an impediatur hæredis institutio.*

89 *Prohibitio legis impedit translatio dominij.*

90 *Prohibitio l. vel statuti an impediat hæredis institutionem.*

Alienationis prohibitio, an impediat hæredis institutionem. arg. contra communem.

91 *Prohibitio l. quòd impediat hæredis instit. fallit casibus.*

Testamentum solenne vt in vim tantum codicillorum valeat stator efficere nequit contra communem.

Intell. tituli ff. quæ in testa. delentur.

Intell. l. 1. tit. 2. lib. 5. ordi.

Intell. l. 3. Tauri.

REDEVNDO ad articulum de potestate testantis circa legis transgressionem, infertur 43. & principaliter an testator possit vetare ne fiat etiam per tutorem inuentariū. Qua in re cōmunis & vera opin. est posse. per tex. in l. fi. §. illo. C. arbitriū tutelæ. Ita tenet Bar. in d. l. nemo potest. ff. de legat. 1. nu. 12. cū quo est cōmunis opin. vt per Ias. ibi lectura. 1. nu. 51. & in secunda lect. nu. 65. Ripa. nu. 80. Hannibalis, nu. 565. Bar. in l. tutor qui repertorium, in prin. ff. de administr. tutorū. Ratio quia fortè ipsius pupilli interest ne fiat inuentariū, ne eius pauperies, inopiaq; detegatur. l. 2. ff. de alimētis pupillo præstandis, &. ff. quando & quibus quarta pars. l. 2. & d. l. tutor qui repertorium. Limita secundum Bar. & communem opinionem suprà relatam, vt tn̄ non intelligatur iudici adempta facultas cōsiderādi, an id pupillo expediat: nam & tutor à patre datus confirmandus est l. 1. l. à filio. l. in confirmando. l. vtilitatem. ff. de confirma. tutorū. Itaque

67 aut †inuentarium non fieri expediebat ipsi pupillo, aut cōstabat expedire, aut dubitatur. Primo casu, qn̄ constat expedire pupillo, sequenda est patris volunta. Secundo casu, qn̄ constat non expedire, videtur vt non aliter possit à patris voluntate iudex discedere, q̄ si noua causa suspicionis post testamentū emerserit contra tutorem, argum. d. l. vtilitatem. Et ita per illum tex. tenuit Ang. consil. 144. Reuocatur in dubiū. Contrarium tenent Aretinus in d. l. nemo potest. & Franciscus de Ripa, nu. 84. per tex. in l. 3. §. quanuis. ibi minus perspecto consilio. ff. de administ. tutorū, vbi expressum est, si minus perspecto consilio processit testator, hac in re eius voluntatem sequendam non esse. ad idē tex. in l. penult. ff. de curatore furiosi. ibi, addita causa necessitateq; consilij sui. Nam cum tutoris curæ sit corpus salusq; ipsius pupilli non secus quā bona. l. consilio. ff. de curatore furiosi, in princ. Inst. de tutelis, consequens est emēdari per Prætorem posse incuriam seu errorem testantis.

Qòd si dubitetur, an inuentarium non confici expediat necne ipsi pupillo, sequenda est patris voluntas, quem præsumo consultissimè filio suo prospexisse, d. l. 3. in prin. ff. de administ. tutorum, cum alijs suprà citatis.

68 Infertur. 44. & principaliter, an testator possit †prohibere hæredibus suis ne faciant inuentarium. Qua in re cōmunis opi. est vt possit, vt resoluit Decius cons. 418. nu. 14. & consi. 633. nu. 7. Parisius cōs. 21. lib. 2. nu. 54. idem Parisius consil. 79. lib. 2. nu. 18. Alex. in dicta l. nemo potest, nu. 18. Crotus ibidem, nu. 30. & Hannibalis, nu. 596. & Ripa, nu. 80. cum sequen. & Ias. in prima lect. nu. 51. cū seq. & in col. fi. & in 2. lect. nu. 65. Bald. in l. fi. §. cum igitur. C. de iure delibe. idem Bald. in l. fin. C. arbitium tutelę. Paul. in d. l. nemo potest. Bald. in l. cum tale. §. 1. ff. de condi. & demonst.

69 Intellige q̄ talis †prohibitio non nocebit creditoribus, quibus in solidum tenebitur hæres inuentario non confecto. Ista est vera & communis opinio, quam tenēt omnes quos modò retulimus: testator enim creditoribus suis præiudicium facere non potest. l. filiusfamil. §. diui. ff. de leg. 1.

70 Secundò intellige, q̄ talis †remissio inuentarij etiā legatarijs non nocebit. Ita tenent Bald. in l. in l. fi. §. igitur. C. arbitriū tutelę, & defendit contra cōmunē sentētiā suprà relatā. Crotus in d. l. nemo pōt, num. 30. & Ias. ibi lectura prima, nu. 96. colum. fi. sentit Paul. in l. cum tale. §. 1. ff. de cōd. & demonstr. Mouentur, quia talis remissio prębet occasionē delinquendi. argu. tex. in. §. hinc nobis. in auth. de hæredibus Falci. Præceptum autem testatoris, quod præbet occasionem delinquēdi, seruandū non est. vt in l. scire, cū ibi notatis. C. vt in poss. legatorum, & diximus suprà.

Tene contrarium, scilicet, q̄ in præiudicium legatariorum inuentarij confectionem remittere possit. Casus est in l. cum tale. §. 1. ff. de cond. & demonst. iuncta l. fin. §. fin. C. arbitr. tut. & d. l. quidam decedens. ff. de admi. tutorum, vbi testator potest remittere tam necessitatem reddēdi rationem, quàm inuentarij conficiendi. Nec obst. quòd dolus futurus remitti nequeat: nā per remissionē rationum dolus non videtur remissus sed lata culpa ei, qui de leui nō tenebatur, sed de lata tantum, vt d. l. cum tale. §. 1. iuncta l. mulier. §. sed enim. ff. ad Trebel. vel leuis ei, qui de leuissima non tenebatur: at tenebatur tamen de leui. vt l. quidam decedens, alle. iuncta l. tutori. C. de neg. gestis. itaque talis remissio interpretatur, vt operetur quanto minus potest, dummodò aliquid operetur, iuxta l. si quādo. ff. de legat. 1. Item licèt remittatur confectio inuentarij, per hoc dolus nec videtur, nec potest videri remissus, iuxta d. l. si vnus. §. illud cū simi. sed culpa tantū, quæ vt probaui, remitti pōt. Non obst. quòd hæres videatur malignè omittere confectionem

ctionem inuentarij: nam illud est qn̄ à testatore sibi remissum non est, secùs si sit remissum, vt dicta l.fi.§.fi.quia cū a testatore eius fides sit approbata, de ea malè non est præsumendum, argum. in princ. Insti. de satisdatione tutorum, & ibid.§.1. Præterea delictum non est pręsumendū, l.merito. in prin.ff.pro socio. Vnde teneo, quod testator in præiudicium legatariorum remittere confectionem inuentarij potest. Sed obst. adhuc fortiter, l.scire, C.vt in pos.legar. in 2.respon. Sed dic, ꝙ remissio illius cautionis prodest legatario, & nocet hæredi: sed remissio rationis, vel inuentarij prodest hæredi, & nocet legatario: vnde licèt ead. ratio in utraque prohibitione vertatur, tn̄ magis hęredi, quā legatario fauetur vt qn̄ nocet hæredi prohibitio non valeat, licèt valeat quando legatario nocet. Neq; ad rem pertinet tex. in auth. de hær. & fal.§.hinc nobis, vbi hæres iubetur sub hac pœna inuentarium facere, vt si id omiserit, teneatur legatarijs in solidum, non secùs quàm creditoribus. Vnde quemadmodum creditoribus hęreditarijs si non fecerit inuentarium in solidum tenetur, etiam si ex permissione, vel pręcepto testatoris inuentarium facere distulerit: ista quoque tenetur in solidum, etiam quo ad legatarios, vt per illum text. probari videtur, qui pro hac opinione, contra communem longè fortius vrgere videtur.

Defendendo tamen communem sententiam, cōsidera, ꝙ iure vetere antequam inuentariū in vsu esse cœpisset, hæres creditoribus tenebatur etiam vltra vires hęreditatis l.si te bonis, C.de iure deliber. l.1.§. si is qui quadringenta, ff.ad Trebellia.l.quia poterat, eod.tit.§. sed neq; Instit. de de autheтuto. legatarijs autem vsque ad vires tantum hæreditatis tenebatur, non vltra, l.si vniuersę.C. de leg. Iure nouo per confectionem inuentarij hæres habet hoc beneficium, vt etiam creditoribus vltra vires non teneatur non magis quam legatarijs, l.fi.in princi.& §.1.C. de iure delib. Iure autem nouissimo non solum carebit hoc beneficio, si inuentarium non fecerit, sed etiam in hoc punitur, quòd legatarijs tenetur in solidum, sicq; durioris conditionis est, quàm olim fuisset. d.§. hinc nobis, & §. si vero nō fecerit. in auth. de hær. & fal. Et consequenter licèt per testatorem dispensetur vt inuentarium non faciat, tn̄ non inde sequitur, ꝙ testator voluerit vt in solidum legatarijs non teneatur quinimò & si id expressim vellet testator, forsè non posset. ergo prius inquirenda est hac in re potestas testatoris, deinde eius voluntas inuestiganda. Et quòd id testator possit, videtur, arg. regulę generalis dicents. Disponat testator, & erit lex, vt in auth. de nupti.§. deinceps, l. in conditionibus primum locum, ff. de cond. & demonst. etiam si p̄ hoc decederetur a regulis iuris, vt supra mille docuimus exemplis. Rursus ꝙ testator non possit videtur argumento illius regulę generalis, dicentis neminem posse facere, quin in suo testamento leges locum habeant, l. nemo pōt, ff. de leg. 1.l.fi.ff. de suis & legit. l.quidam decedens, ff. de admini.tuto. l.vtilitatem.ff. de confir.tuto. l.pen. C. vt in poss. leg. cum infinitis similibus allegatis supra, §.2.& 3.

Vnde cum regulæ generales inter se aduersus frontibus pugnent ex regulis, vel casibus specialibus argumentū sumendum est. In primis enim videtur testatorē vetare non posse confectionem inuentarij, quia hæres per hoc inuitaretur ad delinquēdum, præceptum autem testatoris ad delinquēdum inuitantis seruandum nō est, l.pec.cū gl. ibi, & vbique communiter approbata, C. vt in poss.leg. dixi supra, l.conditiones, l.si filius, ff. de cond.inst. Nec dubiū est, quin apertius inuitetur ad delinquendū hęres, cui remittitur inuentarium, arg.d.l.hinc nobis, & d.§.si vero non fecerit, iuncta doctrina Pauli in l.cum tale, §.1.ff. de cond.& demō.& Iasonis in l.nemo pōt, ff. de leg.1.col.fi.lect.1.quā inuitetur ad delinquendū legatarius, cui remittitur satisdatio de vtendo & fruendo arbitrio boni viri salua rerū substantia, vnde si remissio illius cautionis nō toleratur, longè minus tolerari debet remissio cautionis inuentarij faciēdi.

At ex diuerso id argumentum reflectitur in contrariū. Nam si remissio inuentarij longe magis inuitat ad delinquendum quā remissio illius cautionis, & nihilominus inuentarium à testatore remitti potest, vt in l.quidam decedens in prin.ff. de admini.tutorum. & in l.fi.§.fi. C.arbitri. tutelę. ergo. pręceptum testatoris seruandum est, licèt & præbeat occasionem malignandi, & per illud recedatur à regulis iuris. Et id verissimum puto: quia cùm is casus, de quo contentio est, nulla lege indiuiduo decisus sit & à similibus nobis arguendum sit. l. non possunt. l. neque leges. ff. de legibus. & inter similia illa similitudo capienda sit, quæ casui nostro proximior sit, vt. ff. de statu hominū l.quæritur, superest vt nulla alia materia tam proxima sit, tam vicina, atq; contigua, q̄ d.l.quidam decedens.ff. de administ.tuto.d.l.fin.§.fin.C.arbitr.tuto. quæ permisit remitti tutori confectionē inuentarij, vnde in specie nostra idē permitti posse intelligendum est. Quæ suadentur: quia cū testator potuisset legata non facere, potuit etiam facta moderare. l.videamus.§.penul.ff. de in litem iurādo. l.quoties. & per totum. C. de donatio. quę sub modo. Hæc quo ad potestatem testatoris. An autem is testator per talem remissionem inuentarij videatur velle, ꝙ hęres legatarijs vltra vires non teneatur? Et quidem nihil aliud voluisse videri potest, ne nihil eius remissio operetur contra. l.si quando, cum glos. in princip. C. de inoffi. testamento. l.si quando, in princ.ff. de legat.1.l.quoties in stipulationibus.ff. de verbo. oblig. (& nullibi ita defensam inuenies communem sententiam quam tenuerunt omnes docto. quos in prin. huius quæstionis allegauimus) quia talis remissio non impedit, quin in creditoribus in solidum hæres teneatur: ergo æquū est, ne nihil possit, vt per hāc remissionem legatarij in solidum non teneatur nō magis quàm tenebatur antequàm inuentarium in vsu esse cepisset, per d.l.si vniuersę.

Infertur.45.& principaliter, an testator præcipere pos-
71 sit, vt bona † minorū possint citra decreti inuentariū alienari, non solū si mobilia sint, sed etiam si essent immobilia, quę regulariter citra decretum alienari non possunt, vt in rubr.& per totum. C. de præiu. minorum & per totum. ff. de rebus eorum. Mouet quęstionem, ꝙ testator de rebus hæredis sui potest disponere nō secus quàm de rebus suis proprijs. vt in l.vnum ex familia.§.si rem.ff. de legat.2. & Inst. de legatis.§.sed si rem, sed si testator aliquam rem etiam immobilem legauit impuberi, potest eius alienationem permittere, etiam citra decretum, ergo idem poterit in rebus immobilibus ipsius impuberis hæredis scripti. argu. tex in l.magis puto. §. si fundum. in primo responso.ff. de rebus eorum. In contrarium tamen est text. clarus in d. l.magis puto.§ si fundum, in fi. vbi in fundo ipsius minoris ea permissio nullius momenti est, licèt toleretur in fundo ipsius testatoris, quē huic minori legauit, vt in d.§.si fundū, in primo respōso, quia cū posset non legare, facilius potuit legatū modi facere, vt in l.quoties, & per totū. C. de donatio quę sub modo. Et quia hęc materia in vsu forēsi frequentissima est simul & lōgisnma, eā paucis traditurus sū.

Et pro declaratione huius materiæ facio duas regulas:
72 primam negatiuam, scilicèt ꝙ res † minorum non possunt alienari sine decreto. & de ista loquitur rub. C. de præiudi. mi.& ff. de rebus eorum. Secundam affirmatiuam, quæ colligitur à contrario sensu ex eisdem rubricis, scilicet, ꝙ cum decreto bene possunt alienari. Modò persequitur primam regulam, quam multis modis extēdo. Primò, vt nedum tutores & curatores pupillorum non possint alienare sine decreto de quibus, propriè loquitur oratio de qua in.l.1.§. primo de rebus eorum, sed nec etiam curatores adolescentium, tex. est in l.qui neque. §.1.in princ. & in l. si prædia. in princ. de rebus eorum.ff. Secundò, vt procedat etiam in curatoribus furiosum, & similium personarum, tex. est notabilis in d.l.qui neque. in fi.§.1.& in d.l.si prędia. de rebus eorum.2.respon. Tertiò vt procedat à fortiori in procuratoribus & pro tutoribus, tex. est in d.l.qui neque, in princ. Quartò adeò procedit, quòd nedum non possunt alienare, vel obligare prædia pupillorum, & adultorū, sed etiam n ōpotest cōueniri, vt prædia, quæ minor emit, sint obligata

gata venditori, donec sibi preciũ soluatur, ꝙ est singulare, tex.est in l.1.§.fi.de rebus eorũ, in prin.l.sequentis. Quod est verũ preterq̃ si emit, à fisco, nam tunc etiã absq; conuentione remanet obligata fisco, scilicet, venditori quoad sibi precium soluatur. Ita intelligo tex.in l.2.2.rñso.ff.de rebus eorũ.facit regula.l.2.C.in quibus causis pignus tacitè contrahit. Itẽ est verũ præterq̃ si minor emerit sibi prædia ab aliquo de pecunia alicuius pupilli, nã isto casu quanuis res efficiatur istius minoris emptoris nihilominus tñ remanet res illa obligata illi pupillo, cuius pecunia fuit res empta.tex.est valde notabilis in l.3.in prin.ff. de rebus eorum. De quo vi.notabiliter per Paul. in l. sicut proponas. C.de rei vend.34.quæ.Quintò principaliter extendo, vt nedum res propria minorum non possit alienari sine decreto, sed nec eius emphyteuticarium, ꝙ habet minor.text.est in l.3. de rebus eorũ, §.si ius emphyteuticariũ.Sextò, vt nedum proprietas, sed nec ẽt vsusfructus, si solus vsusfructus fuit pupilli, text.est ead.l.§.nec vsufructus. Septimò vt procedat ẽt si plenã proprietatẽ habeat pupillus, vt etiãt isto casu vsusfructus, vel vsus non possit alienari, tex.eadẽ l.§.si proprietatem, quanuis oratio nõ loquatur de vsufructu. Octauo, vt nedum res, vel vsufructus, vt dixi, sed nec etiam seruitus pōt imponi, vel remitti. Nonò, vt etiã lapidicinæ vel quæcunq; alia metalla, vel saline non possint alienari, text. est de vtroq; in d.l.3.§.simili modo, & §.si lapadicinas, cũ l.sequen.& principio sequentis. Decimò vt etiam fundus bona fide emptus non possit alienari. Ratio, quia pupillus est quasi dominus, cùm habeat Publicianam.l.1.ff.de Publician.text. est in l.magis puto, §.1.& ibi glo.de rebus eorum. Et ex hoc infertur, quòd quemadmodum cõtractus factus à minore de rebus proprijs redditur inexpugnabilis ratione iuramenti, vt in authentica, sacramenta.C.si adu. vend.idem sit in contractu facto à minore de re, quã ipse bona fide possidet vt etiam tunc reddatur inexpugnabilis ratione iuramẽti.& hoc voluit ibi Bar.& alij, & suprà facit. Ias.7.colum.in medio, allegat istũ tex.cũ gl. Vndecimò extendo, vt procedat nedum qñ minor possidet rem alienã bona fide cũ tit. vt in extensione præcedenti, sed etiam qñ rem alienam possidet bona fide & sine tit. vt est gl.quã reputo singularem in dicta l.magis puto.§.1.glo.magna, quã nota. Duodecimò extẽde per dictam l.magis puto.§.si pupillus, el 2.vbi vide. Decimotertio extẽdo, vt procedat in re legata pupillo, s.ꝙ illam nõ possit repudiare sine decreto, tex.est singularis in dicta l.magis puto.§. fundum, ratio patet ibi in tex. Quia cũ rei legatæ dominiũ transeat in legatarium à morte defuncti.l.à Titio de furtis.l.cum pater §.surdo, de lega.2.cum similibus, ergo habet locũ oratio, quæ dicit, ꝙ prædia minorum non possint alienari, videbatur contrà, quia pupillus est factus dominus non verus ante apprehensiam possessionem, & l.non habet locum in casu ficto.l.3.§.hęc verba, cum similibus, de neg.gestis, & ad istam extẽtionem vide quod dicit Pau.in l. si minor. de verb.obl.& Abb.in c.tua nos, in fi.de his quæ fiunt à prçla. & singularẽ quæstionem per Bal.in l.pen.C.de repu.hære. Decimoquartò extendo vt procedat etiam si fundus sit saxosus, vel pestilens, tex.est in l.si fundus sit sterilis, in prin. & in l.magis puto.§.si ęs alienum, de rebus eorũ.ff.videbatur contrà per notata in l.cùm ijs.§. an transactionem.ff. de transac.vbi vide. Item videbatur contra regulam traditam in l.non eo minus.C.de prob.de qua ibi per Ias. Ex cuius verbis potes fimbrias extẽdere circa hoc. Decimoquintò extendo, vt procedat nedum qñ extraneus est tutor, sed ẽt si pater est tutor filij sui, adhuc requirit̃ decretũ text. est notabilis in l.si pupillorũ.§.si pater, de rebus eorũ, cõcord. l.3.C.de predijs minorum videbatur contra, quia qñ pater alienat fundum filij sui, cuius est legitimus administrator, non requiritur decretum, ut tenet Axo.in summa.C.de bonis quæ libet. ergo sic in proposito. Sed non obst.t, quia illud qñ est administrator legitimus, & habet vsumfructũ in illis bonis, nos aũt loquimur in patre tutore filij emancipati, qui vsumfructũ non habet, quo casu adest triplex differentia, vt per Iaso.in l.prçses.C.de transact.vbi melius q̃ alibi examinat dictum Azonis, quod nõ est alibi secundũ Bald.in l.1.de rebus eorũ, & alibi sæpe. Decimosextò extendo per text.in d.l.si pupillorũ.§.si prætor, vt procedat, & si prætor decretũ interposuit, quo permisit vendere, tutor aũt obligauit, nam ẽt isto casu nõ valet alienatio.quod est notandũ, concord.in simili.l.si debitorem, vbi vide.ff. de noua. & quia forma permissionis est diligenter obseruanda.l.diligenter.ff.manda. Et cõfirmabis per multa similia. Videbatur cõtra quia qui pōt vendere, à fortiori obligare, vt notatur in l.1. de patri. qui filios distra. cũ similibus. Decimoseptimò extendo per l. qui neque.§.fina.de rebus eorũ, vt nedum rẽ propriã, sed nec ẽt cõmunẽ non possit tutor obligare ratione, de qua ibi. Decimooctauò extẽdo vt nedum prędia & alia immobilia, sed nec ẽt mobilia quę seruando possunt seruari, non possunt alienari sine decreto. Istud est quod de nouo inducit.lex quæ tutores, per totam.C.de administratione tutorũ, & vi.Bal.in l.1.in princ. ff.de rebus eorum. Hodie ergo in ista materia æquiparantur immobilia, & mobilia, quæ seruãdo seruari possunt, de quo etiam vi.gl.in l.2.C.si aduersus dona. Decimononò extendo, vt etiam rem pignori annexam non possint tutores vẽdere, tex.est in l.2.C.de prędijs minorũ. Ratio dubitandi poterat esse, quia cùm sit obligata, non videtur in totũ esse pupilli ratione iuris, quod habet creditor in ea, & sic videbatur posse alienari. Sed ratio decisionis pōt esse: quia imò verè illa res obligata remansit in bonis pupilli, & eius periculo perit, tex.est in l.pignus.C.de pigno.actione, cum similibus, ergo non pōt alienari. Item, quia posito, ꝙ creditor habeat aliquod ius in ea, & quodãmodo dicatur cõmunis, tñ etiam isto casu non potest alienari.l. qui neque.§.fi. de rebus eorum. Item quia qñ minor habet aliquod ius in re aliena, illud ius nõ pote.. alienari sine decreto.l.3.§.ius, & §.nec vsusfructus, de rebus eorum, ergo à fortiori quando res est propria pupilli, licèt alius habeat ius in ea, vt in nostro casu. Vicesimò hęc regula procedat nedum in venditione, sed etiam in transactione, & permutatione, & fortius in donatione, & idem in alio quocunque titulo habili ad translationem dominij, tex.est singularis in l. non solũ. C.de preiu.minorũ. Prohibita tñ alienatione videtur prohibita transactio. & ita ad hoc ille tex.cõmendatur pro nõ alibi in apostillis ad Bart.in authẽtica, hoc ius porrectũ, de sacrosanct.eccle.1.apostil.de quo per gl.& Bart.in l.1.C.si aduersus transact. Vicesimoprimò extẽdo per l.si ad resoluendam.C.de prędijs minorum, & per l. 2.C. si aduersus dona. vbi videas per te. Pręterea omnia procedunt, qñ minor habens curatorem vendit cum authoritate ipsius, vel ipse curator vendit, vt tunc venditio sit nulla sine decreto. Si autem ipse minor solus sine authoritate curatoris venderet, indubitanter esset nullus cõtractus, per l.si curatorẽ habens, in prin.C. de in integrum restitutione minorum.

Nunc videndum de donatione. Quære ergo pretęrea, si minor donauit rẽ immobilẽ sine decreto, an valeat donatio, cũ esset remuneratoria? quod tenuerunt Romanus & alij plures, quos citat Tiraquellus in l.si vnquã.C. de reuo. dona.in verb.reuertatur, nu.27. Qua de re tangit, sed non firmat Ias.in l.ex hoc iure.ff.de iust.& iure, nu.66.idẽ Iaso. in l.si non sortem.§.libertus.ff.de cõnd indeb.columna.4.

Sed veriùs est talem donationem nõ valere: nam donare, est perdere l.filiusfam.in princ.ff.de donat.bonus tex.in specie in l.ab agnato.ff.de curat.furio.l 2.C.si aduersus donatio. Facit: quia licèt iustam causam minor haberet rem suam vendendi, vt ex pecunia fortè inde redacta rem vtiliorem compararet, vt homines frugi quotidie faciũt, idq; re vera obsequutum fuerit, tamen non propterea iustificatur alienatio quo ad solẽnitatẽ, formamq; alienandi sicque per defectum decreti alienatio nulla foret vt per totum.C. & ff.de prædi. minorum, & de rebus eorum. Sic ergo & in proposito, licèt causa remunerationis donationem faciat videri rectè factam, non tamen ritè factam videri facit.

Nam & donatio à filiofam. patri facta tempore emancipationis

tionis excedens legitimam summam nõ valeret sine insinuatione, arg.l.pacta, C.de probati.quasi licèt causa donãdi sit iustificata solénitas, tñ nõ suppleta, vt sic rectè quidem, non tñ ritè, & solenniter, aut formaliter facta videatur, præsertim cũ forma legis vel minima parte omissa, noceat, vt ex communi opi.resoluimus, nu.18.cum seq.§.4.licèt cõtrarium in specie tenuerint Bal.Paul.& Corn.in l.3.de bo.mater.Bald.in l.illud, q.3.C.de sacrosf.eccle.Crotus in l.frater a fratre, ff.de cõd.ind.nu.130.Pro nobis facit: quia emãcipatio non tam expeditum beneficium est, vt donationẽ, quasi remuneratoriam mereatur, vnde in filium inuitum non confertur, glos.app.in l.filius matrem, C. de inof.testa. Bar.& Ias.num.3.in l.quidam cum filium per text.ibi.ff.de verbor.obliga.l.cum oportet, §.cum autem, C.de bo.quæ lib.vbi fructus aduentitiorum, quos pater per totum tempus vitæ suæ habiturus erat, post emancipationem cõmunicantur filio, vt diximus in §.30.in 3.parte.

Illud autem non est prætermittendum, iura, & actiones non propriè intelligi bona mobilia, aut immobilia, & tertiã speciẽ bonorũ cõstituere, argu.tex.in l.a diuo Pio, §.in venditione, ff.de re.iu.l.quã Tuberonis, §.in periculo.ff.de peculio, ibi, hoc amplius nomina debitorũ, Albe.& Bar.in l.mouentiũ, ff.de verb.sig.Alex.in d.§.in venditione, in 1. not.Aimon consi.213.ad finẽ, cons.Alex.cons.45.nu.8.li.1.& in cons.24.lib.6.Alex.in l.1.n.9.ff.de vulg.Bal.in l.potest, ff.de authoritate tuto.Decius consi.414.n.11.Abb.in c.nulli.nu.9.de rebus eccl. Decius in l.1.lec.2.nu.8.ff.si certũ peta.Guido papa, q.291.Tiraquel.de retractu ligna.§.1 gl.7.nu.9.Neguzan.de pigno.in 2.part.2.membro, num.9.

Vnde licèt prædia minorum sine decreto alienari non possint, actiones tamen videntur posse alienari sine decreto, argu.tex.in l.potest, ff.de autho.tut.Vnde apparet errasse Accursi.in l.fi.in verb.quærere, C.in quibus caus.in integrum rest.non est necessaria, dum tenuit actiones indistinctè connumerari inter immobilia.

Quod autẽ diximus actiones posse distrahi sine decreto, id sanè intelligendum est in actione personali competẽte ad aliquid genericũ non sic in actionibus, quæ competunt ad rem immobilem, tunc enim rebus soli assimilãtur neu possunt alienari citra solennitatẽ requisitã in rebus soli alienãdis, vt resoluit Ias.in l.fi.nu.122.C.de iure emphy. Pau.in l.q̃ Tuberonis, §.fi.ff.de pecul.bona, glo.in l.1.C.si aduersus transactionẽ, gl.in auth.de non alienan.aut permutandis rebus ecclesiæ, §.1.verbo, numerãda. Tiraquell.vbi suprà, nu.14.& nume.15.cum sequ. Hanc dicit communẽ sententiam Ant.Gome.de contractibus, col.2.c.10.Pinellus rub.de bo.mater.par.1.nu.33.Matth.Afflict.lib.2.feud.de feudi cogn.nu.49.Bar.in d.l.potest, ff. de auth.tut.Abb.in c.nulli, nu.9.de rebus eccle.Alex.consi.125.nu.4.libr.1. Roderi.Xuarez.allegatione, 20. Alcia.in d.l.mouentium, Alex.in d.§.in venditione.Gxido papa consil.52.

Vnde si actio cõpetit ad rem mobilem alienari poterit citra decretũ a tutoribus vel curatoribus minorũ, ꝙ si cõpetat ad rẽ immobilẽ, citra decretũ alienari non põt quod si competat ad ea, quæ pondere, numero mensuraue cõstãt, tũc magis est vt possit alienari sine decreto, quia istę sunt de rebus quæ seruando seruari nõ possunt, ita vt ex eis aliquid vtilitatis percipiatur, vt mox dicemus, nã ex cõmuni opinione ita resoluit Decius in l.filiusfam.nu.5.ff. si certum pet.Bar.consi.70.nu.2.Pinellus in l.1.C. de bonis mater.par.2.nume.43.traditur per glos.& scribentiũ plerosq; in l.1.§.fuit quæsitum, ff.ad Treb. vbi Cuma.& Ripa nu.17.& Ias.nu.33.facit gl.in l.3.C.de in litem iurando, facit, l.7.§.1.ff.de mino.l.4.C.de admininst.tuto.

Vnde Corne.Gallus sic cecinit.

Quid mihi diuitiæ, quarum si demeris vsum,
Quanuis largus opum, semper egenus ero?
Imò etiam pœna est patris incumbere rebus,
Quas cum possideas, est violare nefas.
Non aliter sitiens vicinas Tantalus vndas.
Captat, & appositis abstinet ora cibis.

Sic ergo rectè dicitur pecunia de rebus, quæ seruando seruari non possunt, quandoquidem si eam custodieris, nihil emolumenti inde ceperis: quininimò, vt Corne.Gallus cecinebat, eam custodire pœna est, & cruciatus, tãtũ abest vt emolumentum videatur. Qua de re per Parisi consi.25.nu.75.lib.2.Curti.senior cons.71.nu.9.gl.in l.1.C.si aduersus venditio.Tiraquell.de retractu.ligna.§.1.glo.7.nu.51. Decius in authen.qui rem.C.de sacrosanct.eccle.colum.2. Alex.consi.49.colum.2.lib.1.Bal.& Sacilice.in dicta l.vni ca.C.si aduersus vendi.vbi etiam resoluũt, omnes fructus connumerari inter res quæ seruando seruari non possunt: quinimò pecunia cambijs exposita, adhuc mobilis intelligitur, vt resoluit Tiraquel.vbi suprà, nu.117. Bal.in c.cum causam, col.fi.de re iu.

Illud autem in vsu forensi frequentissimè controuerti solet an pecunia destinata ad emptionẽ prædiorũ, censeatur res immobilis. Quod veluti cõmuniter receptũ resoluunt Cassanæ in consuetudinibus Burgundiæ rubri.4.§.2.nu.16.cũ seq.Rebuffus de priuilegijs schola.in priuil.56.nu.5.Gomez, in §.item Seruiana, nu.21.Inst.de actio.

Contrariã partẽ, imò ꝙ adhuc ea pecunia mobilis reputetur, sequuntur & dicunt receptiorẽ Tiraqu. vbi suprà, nu.105.post quamplures, quos ipse refert. Boërius decisione, 109.Alex.in d.§.fuit quęsitũ, nu.5. Corsetus & Roma.& alijs quos refert, & sequitur Pala.Rub. in rubri.de dona.inter virum.§.38.col.2.Alex.in l.à diuo Pio.§.vlt.ff.de re iudi.Ias.in l.inter cætera.§.sed si parauerit, nu.20.cũ sequen.ff.de lega.1.Soci.nepos, consi.120.nu.18.lib.1.sequitur & dicit magis communem Pinellus vbi suprà num.44.

Vnde in vsu forensi cum pijssimus Rex Philippus aurũ argentumq; quod quamplures ab Indorum regionibus in Hispaniam reportarunt, capi, adimique iussisset ad vsum bellorum idque ipse pijssime pleneque exolui iussisset in reditu, aut vectigali, quod Hispanè juro appellatur, cumq; isti alij minores essent ætate alij vero cum maiores essent minores tamen ætate filios, aut alios hæredes reliquissent, sæpe respondimus in alienatione huius actionis, quam illi minores contra Regem nostrum haberent, non desiderari decretum iudicis quanuis talis actio vel pecunia inde redacta ad emptionem huius reditus pertinet, idemque in eo, quod ex simili causa ecclesijs, aut pijs locis deberetur, vt tunc solennitas illa non exigeretur, quę in rebus soli alienãdis desideratur. Quod nota, quia quàm pluries in summo dominicæ rei prætorio, iudice me, controuersum fuit.

Neque ad rem pertinuit, ꝙ actio cõpetens ad rẽimmobilem alienari non possit citra interuentum solennitatatis, quæ desideratur in rebus soli alienandis, vt suprà diximus. Nã aliud est actionẽ cõpetere ad rem immobilẽ consequẽdã, aliud aũt est actionẽ competere ad pecuniã tantũ, quę ablata fuit, consequendam, vel ad consequendum aurũ argentumue ablatum, licèt ipse princeps, qui debitor est, in re immobili, vel in reditu aliquo annuo destinauerit facere solutionẽ, prout est in casu nostro: nã vtcũq; pecunia sit destinata ad reditum, vel rem immobilẽ consequẽdã, non tamen immobilis reputatur: quia illa destinatio consistit in voluntate, quæ mutari libere potest.l.si quis in principio testamenti.ff.de legat.3.l.4.ff.de alimend.legat. capit.cum Marthę, de celebra.missarum, l.sub hac.ff.de actio.& obli. Non sic, cum actio competit ad rem immobilem consequendã (puta emi abs te prædium, cuius tradendi facultatem habes) quo casu cùm pœnitentię locus non sit possum ex vi illius actionis certæ & indubitatæ rẽ illã immobilẽ cõl... qui.l.exẽpto. cũ ibi notatis per gl.& doc.ff. de actio.empt.

Vnde infertur, ꝙ in relicto rerum mobiliũ comprehenditur pecunia ex proprietate sermonis, ex sententia Bar.& aliorum in d.§.fuit quæsitum, per Boërium & Tiraque. vbi suprà, & consuluit. Curti.iuni.consil.183.Decius, qui plures refert idem tenentes cons.381.num.4.& cons.47... col.1.& 2.Parisi.cons.99.nume.45.lib.2.quos refert & sequitur Pinellus vbi suprà, nume.45.

Quo

Quod procedit, etiã si talis pecunia cãbio, vel fœnori destinata esset secundũ eundẽ, licèt in hoc vltimo contrarium tenuerint secundum eũ Dec.consi.472.nu.7.Tiraq. vbi supra,n.106.Lucas de Pen.in l.fi.ad fi..C.de mun.patr. Qua de re & an pecunia dicatur de rebus seruando seruari non possunt,tradit Pinel.in l.1.de bo. mater parte.1.nu. 42.& an in eius alienatione requiratur decretũ ibi.nu.43.

Deniq; quod supra incidenter diximus per l.1.§.fin.cũ l.seq.de rebus eorum. prædia minorum obligari etiam nõ posse non magis,quam ex toto alienari. nam alienationis verbo quælibet etiam obligatio realis continetur,l.fi.C.de rebus alienis non alienãdis. id quidem suspectum videtur per tex.in l.1.C.de fundo dota.& in l.alienatum,ff.de ver. sign.vbi alienatum id demum intelligitur, cuius dominiũ trãslatum est.Vnde Accurs.tam in d.le.1.quam in d.l.fi.ait alienatum propriè & strictè id tãtùm dici,cuius dominiũ translatum est, non sic in eo, cuius dominium translatum non est,sed tantum obligatum,tunc enim largo modo,& impropriè duntaxat id alienatum intelligitur.Et cum Accurs.in d.locis communis opi.esse videtur. Idem Accurs. in l.benignius,ff.de legib. vbi Ange.& Fely.in rub.de fide instru.nu.4.Alex.consi.29.nu.15.lib.7. Neguza.de pigno. part.2.3.membro,nu.71.Crotus in l.filiusfamilias,§.diui. nu.122.ff.de legat.1.Augustinus Bero.in rub.de rebus eccles.non alien.ad fi.Bal.in c.1.§. aut si libellario.nu.6.quibus modis feudum amittatur, & ibi Afflictus nu.30. Socy.consil.75.nu.2.lib.1.Alb.in l.fi.C.de rebus alienan.nu. 1.vbi Bal.nu.6. & Saly.col.1. qui hanc differentiam receptã dicit,& ibi etiam Pau.col.1.Afflict.in c.1.col.1.de alienatione feudi.Bald. in auth.hoc ius, num.1.C.de sacrosan. eccle.refert. & sequitur sub quadam distinctione Pinellus de bonis mater.l.1.par.3.num.18.qui hanc dicit receptissimam sententiam, quæ nobis placere nõ potest,qui existimamus nõ minus proprie loquutum fuisse Imperatorem in d.l.fina.C. de rebus alienand. & Iureconsultum in d.l.1.§.fi.ff.de rebus eorum,& in l.2.eod.tit.quàm loquutus fuerit in d.l.alienatũ,cum simi.præsertim, quia cuiusq; iuris dicitur esse dominium,le.qui vsumfructum,ff.si seruitus vendicetur.vnde vetitus alienare, vt totam rem alienare non potest: ita quoq; vel minimam partem ipsius rei alienare prohibetur.argumẽto legis. si quis cùm totum.ff. de excep.rei iudi.per argumentũ de toto ad partem,l.quæ de tota.ff.de rei vendi.l.an pars, ff.pro derelicto,l.hæredes mei,§.cùm ita. ad Treb. licet qui rem tantùm vẽdidisset, nec tradidisset,is alienasse non videretur,cum sua tantùm persona,non etiam res obligata intelligeretur. Et in hunc sensum accipienda sunt iura contraria, non tamen excludunt,quin ille,qui rem hypotheca obligaret, rem alienasse intelligeretur aliqua ex parte.

73 Quæro ergo, quid si minor † carens curatore vendidit rẽ suam immobilem sine decreto iudicis,an cõtractus valeat vel sit nullus ipso iure? Et videtur ꝙ valeat mero iure, licèt minor si sit læsus,possit restitui.Pro hoc facit primo d. l.si curatorem habens.in fi.vbi est tex.ad literam,ꝙ si minor sine curatore constitutus contractum fecit, potest in integrum restitui intra tempora constituta, si est læsus,ergo contractus bene tenet mero iure.& sic ille tex.videtur decidere istam quæst.Secũdò pro hoc facit gl.in d.l.si curatorẽ habẽs in fi.in ver.fecisti. dum dicit, hic enim videtur quasi paterfamilias, sed sic est, ꝙ ille qui est maior paterfa.potest vendere sine decreto,ergo,&c. Item illa ratio est generalis,ibi,hic enim videtur quasi paterfa.& ibi,ideo quod facit valet.quę ratio ita militat in immobilibus,sicut in alijs ergo valet venditio mero iure. Tertiò pro hoc facit,l.iusiurandum quod ex conuẽtione.§.1. de iureiur.vbi text.dicit ꝙ pupillus non potest iusiurandum deferre.Rõ, quia ius administrandarum rerum ei non cõpetit, secus in adulto,vt ibi à contrario sensu, & ibi per doct.ergo adultus curatore carens poterit alienare & iuramentum deferre,&c.Quartò pro hoc videtur tex. à cõtrario sensu in rubri.ff.de reb.eor.vbi tex.dicit,de rebus eorum,qui sub tutela,vel cura sunt decreto non alienandis,&c.ergo à contrario sensu res eorum,qui sub cura non sunt,possunt sine decreto alienari.Quintò facit tex.Insti.de curato.§.itẽ inuiti.cũ gl.vbi text.ꝙ inuiti adolescẽtes curatores non accipiũt, & ideò,s.quia possunt administrare per se. & dicit gl. ꝙ gesta per eos bene valẽt,licet possint restitui, & ita soluitur contrariũ de l.1.in fi.de mino.vbi text.dicit,ꝙ eis nõ debet cõmitti administratio rerum suarũ,exponit ibi glo. sic.s.vt gestũ ab eo tanquã à patrefamilias maiore ratũ sit, tñ intelligitur,vt valeat mero iure, ergo sic in nostro casu. Prædictis tñ non obstantibus contrariũ teneo. Primò pro hoc allego tex.in l.nõ solùm de præd. mino.vbi tex.dicit, adolescẽtes alienare prohibentur prædia sine decreto,&c. Primò induco illum tex. in generalitate sui, dũ dicit,adolescentes,&c.qui potest exponi, s.non habentes curatorẽ. Secũdò,quia sic debet exponi in dubio:quia datio curatoris est facti,quod non præsumitur nisi probetur l. in bello.§.factę.de capti.Tertio pondero gl.primam in d.l.non solùm.quæ dicit vt & supra de ijs, qui ve.æta.l.pen.quæ,l. pe.loquit̃ in minore nõ habẽte curatorẽ. Quartò apertius probo ex eadem,le.nã aut illam intelligit in adulto nõ habente curatorẽ,& habeo intentũ, vt dixi: aut in adolescente habente curatorẽ, & tunc esset penitus de indubitabili: quia adultus curatorẽ habẽs æquiparatur prodigo, qui nihil disponere potest,vt d.l.si curatorem habẽs. ergo debet intelligi primo casu,l.quod Labeo, ad carb.& hic nõ cadit responsum.Quintò,quia qñ adultus habet curatorem, ad hoc ꝙ alienatio valeat,est necesse, quod fiat cũ authoritaritate curatoris, decreto iudicis: nec solũ decretũ sufficit, vt notatur in d.l. si curatorẽ habens.gl. magna.& in l.fi.C. si propter publicam pensitationem.cum similibus. sed lex non solùm dicit, ꝙ quando adolescens alienauit, ideo non valet quia decretum non interuenit,ergo loquitur quando non habebat curatorem,alias non sufficeret decretum,sed requireretur etiam authoritas creatoris, vt dixi.

Secundò principaliter pro hoc text.in le.si minor.C.de prædijs mino.quem potes inducere eisdẽ modis,quibus,l. non solum.suprà allegata,excepta tertia inductione.

Tertiò pro hoc,l.si prædium.eo.ti.vbi apertius ꝓbatur ibi, vel adulta sine decreto, &c. quẽ eisdem modis inducas.Item & alio modo, quia ibi dum loquitur de pupilla alienã te dicit tex.tutore authore,quia sine eo nulla esset dubitatio sed dum subdit de adulta,non repetit text.curatore authore, quia videbat̃ valere sine eo, quia erat adulta, & poterat administrare bona sua absque eo quod haberet curatorem,& tamen nihilominus subdit tex. quod adulta scilicet non habens curatorem, nõ potest alienare sine decreto.Et iste videtur verus ĩtellectus illius.1.ver.vel adulta sine decreto.alias seruiret de vento, si curatorem haberet,vt supra dictum est in primo fundamento.

Quartò pro hoc,l.si ad resoluẽdam,de prædijs min.vbi minor annis,&c.qui potest etiam induci modis de quibus supra,& probatur etiam ibi à fortiori. Nã si minor,qui tenebatur patri ad antidora non potest alienare etiam si non habeat curatorẽ,vt ibi,ergo à fortiori alius minor,qui non tenetur ad antidora.Item,quia si in fauorẽ patris non potest,vt ibi, ergo à fortiori in fauorem extranei. Item quia si non potest contractum resoluere, vt ibi,ergo à fortiori, nec alienare de nouo. Et istas tres extensiones bene nota, quæ colliguntur ex illa lege. Quintò pro hoc est tex.expressus in l.fin.C.si maior factus alie.factam ratam habuit, vbi tex.dicit,ꝙ si minor impetrauit veniam æta.& sic esse desinit sub custodia curatorum, ꝙ si vendidit rem immobilẽ sine decreto,venditio est nulla,& requiritur quinquẽnium ad confirmationẽ eius; & sic minor curatorem non habens, non potest vendere rem immobilẽ sine decreto. Et ꝙ ibi non haberet curatorem, patet clarius ex gl.ibi in multis locis. Quod autem illa,l.loquatur de re immobili, patet ex summario Bar.& Bal.ibi.Item,quia illa,l.loquitur de interpositione decreti, quod non requiritur nisi immobilibus,ff.de rebus eo.ꝑ tot.hodie aũt etiam in mobilibus,

bilibus, quæ ſeruari poſſunt. l. lex quæ tutores, de adminiſtratione tutorum. Tertiò hoc patet ex, §. fina. eiuſdem, l. qui ponẽdo exceptionem ad primam, l. loquitur de re immobili, & hoc eſt indubitatũ, ſcilicet ꝙ illa, le. loquatur de re immobili, & ſic illa, le. ponit radicem ad iſtud dubium.

Sextò pro hoc eſt tex. expreſsior in l. 2. C. de ijs qui veniã æta. impetra. vbi tex. dicit, ꝙ licet minor impetrãs veniam ætatis, & ſic qui non habet curatorem poſsit cõtrahere, &c. nec poſsit in integrum reſtitui, l. 1. eod. tit. tamen non poteſt prædia vendere ſine decreto, ibi, ita tñ, vt prædia ſine decreto non alienet. & ſic non expedit dubitare.

Septimò ex abundanti, & ad hoc expreſsius eſt text. in l. pen. eod. ti. vbi dicit tex. ꝙ illi, qui veniam ætatis meruerunt, nedum non poſſunt alienare, ſed nec obligare bona ſua ſine decreto, quemadmodum nec illi, qui veniã ætatis non impetrauerũt: conſtat autem impetrantes veniã ætatis non eſſe ſub curatore, d. l. fin. in princ. C. ſi maior factus & notatur in l. 2. C. de ijs qui veniam ætatis.

Octauò pro hoc bona gl. in ratiõe ſui. in d. l. 2. de ijs qui veniam ęta. in verb. non alienent. quæ dicit, ꝙ ideo impetrantes veniam ætatis non poſſunt alienare ſine decreto, quia nec tutor, nec curator facere poſſet ſine decreto. Nota ergo illam rationem, quæ facit ad multa, ꝙ minor carẽs curatore non poteſt facere vltra ea, quæ poſſet cum curatore, ſed cum curatore non poſſet alienare ſine decreto, l. lex quæ tutores. ibi alleg. in gl. & per totum. C. & ff. de reb. eorum ergo nec ſine eo, quando eum non habet.

Nonò pro hoc eſt tex. in l. 2. C. qñ decreto opus nõ eſt, vbi tex. dicit, quod ad hoc ꝙ minor impetrans veniã ætatis poſsit vẽdere ſine decreto, eſt neceſſe, ꝙ ſpecialiter ius vẽditoris ſibi concedatur, alias nõ põt vendere: ergo à fortiori non potuit vendere minor curatorem non habens, qui veniam ætatis non impetrauit, vt in noſtro caſu.

Decimò pro hoc allego text. in l. 2. 2. reſponſo. C. ſi aduerſus donationẽ. & præſuppono, ꝙ tutor non poteſt authoritatem præſtare minori ad donandum, l. ab agnato. ff. de cura. furio. Ratio, quia donare eſt perdere, le. filiusfa. in prin. ff. de don. cum ſimi. cùm ergo illa, l. 2. ponat caſum in quo valet donatio ſimplex facta à minore, apparet, ꝙ non habebat curatorem. modo ſic dicit illa, l. ꝙ ſi filius emancipatus minor conſentiat patri alienanti rem immobilem ipſius filij, ꝙ conſenſus & alienatio non valet ſine decreto ergo minor non habens curatorẽ non poteſt alienare rem immobilem ſine decreto. Et potes iſtud fortificare tripliciter ex illa l. prout dixi in 4. fundamento per l. ſi ad reſoluendam de præd. minor. vbi eſt quaſi idem caſus.

Vndecimò pro hoc allego gl. notabilẽ. Inſt. quibus aliena. licet, vel non, §. nunc autem admonendi. in verbo, vllã. & ibi Ang. & Faber, vbi gl. dicit ad literam, ꝙ adultus, qui non habet curatorem. poteſt alienare quę ſeruando ſeruari nõ poſſunt: ſi autem habeat curatorem, ſimilis eſt prodigo, & allegat, l. ſi curatorem habens. ergo ea quæ ſeruãdo ſeruari poſſunt, puta immobilia, non poteſt ſine decreto alienare. Et tenẽdo iſtam partem, quæ proculdubio eſt veriſsima, reſpondeo ad contrariam per ordinem.

Primò ergo non obſtat, l. ſi curatorẽ habens. quia dico, ꝙ illa, le. tota loquitur in rebus mobilibus, non aũt immobilibus, & ſic non obſtat. Quòd autẽ loquatur in mobilibus, probo primò per verba Bald. ibi. 1. col. in fin. vbi dicit ſolummodò iſta, l. intelligitur in rebus quæ ſeruãdo ſeruari nõ poſſunt, &c. Dum ergo dicit, iſta, l. debet exponi, ſcilicet tota, quia indefinita æquipollet vniuerſali, &c.

Secundò probo per gl. 2. eiuſdem, l. quæ exponit tex. dũ dicit, res vęnũdediſti, ſ. mobiles. Et ſi dicas illud eſt verum in 1. parte nõ aũt in 2. parte, quæ loquitur in primo caſu, ſcilicet de curatorẽ non habẽte. Reſpõde, ꝙ imo ẽt ſecũda pars loquitur de mobilibus, quẽadmodum prima pars. Probo, quia dictio, ſi vero, poſita in ſecunda parte, quæ eſt dictio aduerſatiua, repetit qualitates primæ partis præcedẽtis. iuxta nota. ſingulariter per Bal. in le. oẽs populi 9. col. in princ. de iuſt. & iur. per nota. in §. itẽ lapilli. de rerũ diuiſione. Illa ergo qualitas. ſ. rerũ mobiliũ, de qua in prima parte l. intelligitur repetita in 2. parte, l. & ſic non obſtat. Tertiò idem probo per gl. ordinariam in §. nunc autem admonẽdi. in verbo, vllam. Inſtit. quibus alie. licet, vel non. vbi glo. dicit, quod adultus non habens curatorem poteſt alienare quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt: ſi autẽ habeat curatorẽ, æquiparatur prodigo. & allegat l. ſi curatorem habẽs. ergo illa glo. dicit expreſſe, quod 2. pars, l. ſi curatorem habens, quæ loquitur de curatorẽ non habente, qui poteſt alienare, intelligitur de rebus quæ ſeruãdo ſeruari non poſſunt, & ſic de mobilibus, & per conſequens nõ obſtat. Præterea & quarto probatur, quia cũ ſint multa iura expreſſa, quod minor curatorem habẽs nõ poteſt alienare immobilia, vt ſupra dictũ eſt, ergo lex; ſi curatorẽ habens, quæ in ſecunda parte ſimpliciter dicit contrà, neceſſario debet intelligi de mobilibus, quia alias non poſſet concordari, c. cũ expediat. cũ ſimilib. de elect. in 6. Secundò non obſt. gl. in d. l. ſi curatorem habens dũ dicit, hic. n. videtur quaſi paterfamilias. quia fateor in illis rebus, de quibus loquitur illa, l. vt in illis videatur quaſi paterfamilias, in alijs autem. ſ. immobilibus, de quibus non poteſt diſponere, ſecus eſt. Et põdera gl. dum dicit, quaſi paterfa. quia ẽt in mobilibus nõ cẽſetur paterfamilias, ſed quaſi: patet, quia competit ſibi reſtitutio. vt d. l. ſi curatorẽ habẽs. & ideo gl. cautè dixit, quaſi. Tertiò non obſt. l. iuſiurandũ quod ex conuentione. §. 1. de iure iuran. quia dico, ꝙ ibi non debet ſumi argumẽtum à contrario ſenſu, quia habemus. l. in contrar. ſ. text. in l. 1. in fin. ff. de minor. vbi tex. quod minoribus, 25. annis ẽt curatorem non habẽtibus nõ debet adminiſtratio rei ſuæ cõmitti quamuis rẽ ſuã bene gerentibus. Itẽ quia quanuis eſſet verũ quod habeãt ius adminiſtrandarũ rerum, debet intelligi. ſ. de mobilibus, non autẽ de immobilibus, de quibus non poſſunt diſponere, vt ſupra euidenter probatum eſt, & ſic non obſtat. Eadẽ eſt reſponſio ad quintũ contrarium, ſ. ad §. item inuiti. Inſtit. de cura. furio. Non etiã obſtat quartum fundamentum de rubr. ff. de rebus eorũ quia vt ſupra etiam dictũ eſt, ibi non debet ſumi argum. à contrario ſenſu, cùm habemus infinita iura in contrarium, de quibus ſuprà, quibus cauetur, quod nedum minores curatorem habentes, ſed etiam nõ habentes non poſſunt alienare ſine decreto bona ĩmobilia. Præterea illa verba, quæ ſub tutela vel cura ſunt, videntur ibi poſita ad tollendũ caſum magis dubium: quia videbatur, quod minores habẽtes curatores poſſunt alienare cum authoritate eorum, & ſic per curatores ſuppleretur defectus minorũ, & pro hoc facit gl. in ſimili in le. 1. C. ſi tutor vel curator interuenerit, gl. 2. non ergo videtur excluſus caſus, ſcilicet minus dubius quando curatorem non habet. & iſta eſt intentio illius rubricæ. Præterea ſi in illa rubrica deberet ſumi argu. à contrario ſenſu, ſequeretur quatenus in rubrica dicit quod ſub tutela, quod ſi eſſet pupillus nõ habens tutorẽ, poſſet alienare immobilia ſine decreto, quo nihil eſt falſius, ergo nõ debet ſumi illud argumentum à cõtrario ſenſu. Præterea quod non ſumatur argumentum à contrario ſenſu, alle. gl. quam ad aliud ſupra allegaui in le. 2. de ijs qui veniam æta. in verbo, non alienet, vbi glo. notabiliter dicit, quod illud quod non poteſt facere curator non poteſt facere adultus curatorẽ nõ habens, ẽt quod eſt fortius, ſi veniã ętatis impetrauit. Sed ſi hic ſumeremus argumentũ à contrario ſenſu, ſcilicet, quod minores curatores non habentes poſſent alienare, quanuis curatores non poſſent, eſſet contra illam glo. igitur. Pręterea ponderandum eſt, quod rubrica, C. de præd. mino. indiſtinctè dicit de prædijs, & alijs rebus minorũ ſine decreto non alienãdis, nec facit vim habeant curatores nec ne, cùm idem ſit vtroq; caſu, vt dictũ eſt. E[x] prędictis ergo concluditur, quod res minorũ non poſſunt alienari ſine decreto, nedum quando ſunt ſub curatoribus constituti, ſed etiam quando curatorẽ nõ habent, vt etiam iſto caſu ipſo iure alienatio non valeat. Quod eſt notandum.

Et intantũ procedit iſta extenſio, vt nedum immobilia

74 verùm etiam mobilia, quæ tñ poſſunt † ſeruando ſeruari no[n]

non possint alienari sine decreto ab adulto curatorem nõ habente. Quod probatur. 1. Quia quemadmodum minor curatorẽ habens non alienat sine decreto, ita nec minor carens curatore, vt suprà proximè dixi latè: sed sic est, ꝙ minor habens curatorem non potest alienare sine decreto ẽt mobilia, quæ seruando possunt seruari, & hoc est quod de nouo inducit. leg. lex quæ tutores. hodie & suprà dixi ergo idẽ in minore carẽte & curatore. & hic nõ cadit respõsum. Secundò pro hac allego gl. expressam Insti. quibus alie. licet, §. nunc autem admonendi. in verbo, vllã, quam suprà ad aliud allegaui, quæ expresse dicit, ꝙ minor curatorẽ habens æquiparatur prodigo: si autẽ non habeat curatorẽ & hoc est quod pondero, poterit alienare quę seruando seruari nõ possunt ergo bona mobilia quæ seruando seruari possunt, nõ possunt alienari sine decreto. Tertiò pro hoc allego gl. expressam in l. 2. in verbo, non alienent. C. de ijs qui veniam ætatis, quę dicit, ꝙ ideo minor carens curatore non alienat immobilia, quia nec tutor, nec curator facere posset. & alleg. d. l. lex quæ tutores. sed sic est, quod per illã legem etiam mobilia quæ possunt seruari non possunt alienare curatores, ergo nec minores curatore carẽtes, per illã glossam expressam. Quartò gl. pro hoc in le. 2. C. si aduersus donatio. in verbo, possunt quæ dicit regulariter, ꝙ in prohibitione alienationis rerum minorum hodie idem est in mobilibus, quæ possunt seruari, quod in immobilib. & allegat d. le. lex quæ tutores, sed minores non habentes curatores nõ possunt alienare ĩmobilia, vt suprà late probaui, ergo nec mobilia quæ possunt seruari, cũ idem sit in vtrisq;, & eadem prohibitio per dictã gl. Quintò ex abundãtia hoc sic probo. Qñ duo casus sunt parificati per l. antiquam, lex noua postea superueniẽs & aliquid disponens in vno ex casibus parificatis, ĩtelligitur idẽ statuere in alio, etiam in materia correctoria. est gl. in l. si quis seruo. C. de furtis. & in l. quod vero cõtra. ff. de legib. facit. l. vt tantum. §. 1. ff. de seruo corrupto. Modo sic. In alienatione rerum immobiliũ sunt parificati per leges antiquas minores habentes curatores, & non habentes, vt supra dictum est late, quia neuter eorũ potest alienare immobilia sine decreto, ergo, l. noua, scilicet, lex quæ tutores, quæ de nouo disposuit, vt minores curatorem habentes non possunt alienare sine decreto etiam mobilia, quæ seruãdo seruari possunt, habebit locũ etiam in alio casu parificato scilicet in minore non habente curatorem. & hic non cadit responsum, eo magis, quia, l. lex quæ tutores. non est correctoria iuris antiqui, nec etiam limitatoria, vel exorbitãs, sed solũ ponit extensionem ad ius antiquum, scilicet vt antiquitus disposita in immobilibus, habeant locum ẽt in mobilibus, quę seruari possunt. Ex prędictis ergo facio tres cõclusiones. Prima ꝙ minor curatorẽ non habẽs, non potest alienare immobilia sine decreto. Secũda conclusio, ꝙ minor carens curatore non potest alienare sine decreto, etiã mobilia, quæ seruando seruari possunt. Tertia cõclusio, quæ resultat ex prædictis, & probatur ex oĩbus, quæ suprà dixi, ꝙ minor non habens curatorẽ, potest alienare sine decreto bona sua mobilia, quæ seruando seruari nõ possunt. Et istã tertiã regulã ponit etiã glo. suprà alleg. Insti. quibus alienare licet vel non, §. nũc aũt admonẽdi. in verbo, vllã.

Modò prædictã regulã negatiuã, scilicet, ꝙ res minorũ non possunt alienari sine decreto, limito multis modis.
75 Primò vt procedat, nisi † testator permiserit alienationẽ, nã tunc non requiritur decretũ, tex. est in l. 1. §. 1. de rebus eor. ff. tex. in l. 1. & 2. C. quando decreto opus non est. facit l. fi. C. de rebus alie. non alie. Quod ego extendo, ne dũ qñ expresse, sed etiam quando tacitè permisit testator, puta si à pupillo herede instituto legauit fundum. tex. est in l. magis puto. §. si fundum. ff. de reb. eor. quem allegat gl. in d. le. 1. §. 1. ff. eod. titu. Sed iudicio meo non potest dici extẽsio: nam fundus legatus efficitur legatarij à morte defuncti, l. à Titio. ff. de furtis, leg. cùm pater, §. surdo, de legat. 2. cùm similibus, ergo nunquam fuit in dominio pupilli hæredis instituti, ergo cessat prohibitio, leg. quæ loquitur de rebus pupillorum. Itẽ si res in qua pupillus est institutus, & cuius est factus dominus per aditionem potest alienare sine decreto ex permissione defuncti, vt dictũ est, ergo à fortiori res legata à pupillo ĩstituto poterit solui legatario sine decreto, cum illius rei legatæ nunquã pupillus fuerit effectus dominus: & sic videtur, quòd ille, §. si fundus nedum non sit extẽsio imò sit casus indubitabilis per suppositam regulam d. l. 1. §. 1. de rebus eorum.

Secundò extendo dictam primam limitationẽ, scilicet, quòd permissio defuncti operetur idem quod decretũ, vt procedat etiam si illa permissio, vel volũtas pronuntietur postea irrita text. est notabilis in l. fi. ff. de rebus eorũ. Ratio est: quia ex illa dispositione irrita, vel inutili probatur defuncti voluntas permittentis alienationem. vt ibi & in l. 1. & 2. C. de fideicommiss. & in l. si veritas. eod. tit. & in l. in testamẽ. ff. de fideicommiss. liberta. ergo potest alienari, quanuis appareat voluntas non solennis quia illa alienatio sustentatur à voluntate defuncti.

Tertiò extẽdo dictam primam limitationẽ, & est mi-
76 rabile, scilicet ꝙ licet † adultus habens curatorem vel non habens non possit in vita alienare immobilia sine decreto, l. lex quę tutores, & supra late dictũ est tamen adultus etiã habens curatorem potest in testamẽto suo dare licentiam executoribus suis alienãdi res immobiles sine decreto iudicis. Ita cõcludit mirabiliter Bal. in le. illud. C. quando decreto opus nõ est. & in l. 1. ff. de rebus eorum. quem refert & sequitur Ias. in l. si frater. in fin. C. qui testamenta facere possunt. Ex qua definitione ego colligo tria. Primùm scilicet extẽsionem quam modo dixi. Secundò colligo ex ea pulchram differentiam inter actum qui fit inter viuos, & actũ qui fit in vltima voluntate: nam inter viuos non potest minor alienare, potest tamẽ permittere alienationem in vltima voluntate. Quod nota pro limitatione regulæ, quę habet, quòd valet argumentũ de contractibus ad vltimas voluntates, & ecõtra, le. seruum filij, §. eum qui chirographum. cum similibus. de lega. 1. Tertiò colligo secũdam limitationem, de qua agimus, scilicet, quòd licet minor non possit alienare immobilia sine decreto, potest tamen alienationẽ permittere sine decreto, dum tamẽ permittat in vltima voluntate, & hoc etiam colligit Ias. in d. l. si frater. in fine, qui testamenta facere possunt. Ratio dubitandi ad illam decisionẽ Bald. potuit esse multiplex. Prima, quia nõ potest esse plus in causato, quàm in causa: cùm ergo ipse minor nõ potest alienare sine decreto, ergo nec alius ex potestate ipsius. Secunda, quia non potest alienare sine certa solennitate, nec alienãti etiam patri suo consentire, l. 2. C. si aduersus donation. & ibi Bald. cum similibus: cùm ergo minor non potest alienare, ergo nec consentire, dãdo potestatem executoribus. Tertia, quia nemo potest dare alij potestatem, quam ipse non habet. ca. Daibertum. 1. q. 7. cap. cura quòd autem. de iure patrona. le. nemo plus. de reg. iur. sed minor non habet potestatem alienãdi, ergo, &c. Quarta, quia cessante & anihilato principali, & quicquid sequitur ex eo, vel ob id. le. non dubium, de legi. cap. inter dilectos. in fi. de fide instru. sed principale, id est, minor, est nihilatũ quo ad potestatẽ alienandi, ergo quicquid sequitur ex eius permissione. Quinta, quia infecta prima radice, nullus fructus potest ex ea procedere. ca. fertur. 1. q. 1. Sexta, quia à primordio tituli posterior formatur euentus, l. 1. C. de imponenda lucra. descriptione. libro 10. Septima, quia à capite edenda est ratio, l. argentarius, §. edi. ff. de eden. Octaua, quia cuiusque rei potentissima pars princ. est l. 1. ff. de orig. iur. si ergo testator, qui est principiũ & potentissima pars nõ potest alienare sine decreto, ergo nec executor eius ex eius volũtate & permissione. Nona, quia absurdũ est ipsa origine rei sublata eius imaginẽ derelinqui, l. 1. post princ. C. de lati. lib. tol. sed origo, id est, ipse minor est sublatus de medio quoad ptãtem, ergo non debet remanere eius imago, i. ille, cui ipse permisit, qui videtur succedere in locũ suũ. Decima, quia si lex excludit radicẽ ergo quicquid ex ea ꝓcedit videt exclusum. vt in vsibus

bus feudorum titu.1.§.hoc aũt notandum, & Bal. per illũ text.in l.maximum vitium, de lib.præt.1.col.in fi.ergo sic proposito. Sed iudicio meo oĩa suprà dicta possunt sic solui:quia cũ l.permittit minori 25.annis etiã habenti curatorem ꝙ possit testari,l.Aurelio, §.Gaius.ff.de liber. legat.l. cũ pater,§.curatoris,de lega.2. notatur in d.l.si curatorem habens.cũ similib.ergo videtur permisisse oĩa, quæ alij testatores possunt agere.argum.l.quidam consulebant,de re iudic.vbi tex.dicit Princeps.n.qui ei magistratũ dedit,oĩa facere decreuit. sed alij testatores hoc possunt permittere, l.1.§.1.de rebus eorum,cum suprà allegatis, ergo & iste. & pro hoc optimè facit,l.1.de sacro.eccle.ibi, liber sit stylus, &c. Præterea sæpe videmus, ꝙ ex persona mea quis consequitur quod ego non habeo, l.si post mortem.§.fin. ff.de bono.possessio.contra tab. plenissimè per Ias.in le. si emancipati,C.de colla. Itẽ quandoq; plus est cessionario, q̃ incedente.vt notatur in l.fi. cum similibus in princip.C. de iure dotium, licèt ergo minor tanquam non possit alienare,& per cõsequens,nec permitti.& ita intelligũtur cõtraria adducta per rationem dubitandi. Tamen minor tãquam testator,id est,tanquam habilitatus à l.in illo actu testandi potest permittere in testamẽto,quòd alij testatores possunt,& hoc est quod intẽdo. Et istud fortè voluit Bal. in d.l.illud quando decre.opus non est.dum dicit, quia cẽsetur iure maioris quo ad testandum, &c.

77 Addo tamen, ꝙ licet † testator habuerit aliquam rem venalem,non tamen propterea videtur permittere,ꝙ vẽdatur,& sic isto casu requiritur decretũ in alienatione.tex. & cæt.quem reputo singularem in l.1.§.si defunctus.ff.de rebus eorum.Contra quem text.arguo sic.Primò, quia habeo, quod si aliquis exposuit rem venalem, cõpellitur ad vendendũ,nec potest pœnitere,ita probatur ex gl.in le.nõ enim.ff.de rerum amotarũ. & ibi Dynus,& Bar.expressè. no.Ias.& alij in l.nec emere.C. de iure deliber. si ergo ipse potest cogi,ergo à fortiori videtur permittere. Item quia ex persona successoris non mutatur natura obligationis, l. 2.§.1.ff.de verb.obl.Prętereà si ego conueni de permutãdo tecum rem quam habebam venalem, tũc non possum pœnitere.Et sic est casus mirabilis, in quo in cõtractu innominato non est locus pœnitentiæ.text.est singularis,& vnicus secundum Bart.& omnes,ibi in l.1.C.de rerũ permut.ergo sic videbatur in proposito. Ad ista cõtraria,quæ nemo tangit,sic respondeo. Primò ad gloss.l.1.non enim, & dico ꝙ illa gl.est falsa,& contrarium in terminis tenent Petrutius,& Bald.in l.1.C.de episcop. audien. & notabiliter Alber.in l.non enim,& Moder.in d.l.nec emere,& sic non obst.Secundò dico,posito, quòd esset vera, ꝙ intelligitur quando res erat exposita venalis, & aliquis comparuit ad emendum,vt tunc non sit locus pœnitentiæ,& ita ibi exemplificatur, at in §.si defunctus. qui exposuit rẽ venalẽ,decessit,re integra,& sic tẽpore quo non poterat cogi,ergo nec successor,& hęc solutio patet ex illo tex.rectè intuenti,& sic non obst. Tertiò soluo sic.Exponens rẽ venalem potest cogi ad vendendum, ideo scilicet, ꝙ habuit semel voluntatẽ vendendi,& sic non potest pœnitere:sed ista voluntas finitur morte exponentis rem venalẽ, l.4.ff. loca.cum similibus ergo non transit ad hæredẽ, scilicet vt hæres possit cogi.Et istud iudicio meo est,quod expresse dicit tex.in d.§.si defunctus.ibi, nõ vtiq; quod ipse voluit vendere idẽ etiã postea distrahendum putauit, & sic dicit expresse ꝙ voluntas sua fuit morte finita. Quartò cõcesso sine prę̨iudicio veri,ꝙ illa quasi obligatio vẽdendi trãsiret ad hæredem, debet tamen necessariò intelligi seruatis seruandis,& sic secundum qualitatem personę,l.plenũ, §.equiti.cum similibus.de vsu,& habitatione. vnde si esset hæres maior,cogeretur vendere sine decreto, sed quia successor est minor,debet cogi vẽdere, adhibito decreto, quia alias vẽditio esset nulla,& sic nullo modo obstat. Nõ etiam obst.aliud,s. de permutatione: quia ibi quando exposuit rem venalẽ,deinde promisit permutare, & tradidit aduersario,quo casu nõ potest pœnitere, sed potest cogere aduersariũ vt impleat ex parte sua,& sic loquitur qñ res non erat integra, sed res translata in potestatẽ aduersarij. vnde si tunc minor succedat, succedit in actione competente defuncto de facto, qui poterit cogere aduersariũ ad implendũ ex parte sua,non aũt successit in re,quę non remãsit in bonis defuncti, & sic frustra quærimus, an cogatur vendere vel non: at ille,§.si defunctus.loquitur qñ habuit rẽ venalem, quæ remansit in bonis suis,& sic nullo modo obs.Et ista cõtraria nemo tãgit,nec soluit ideo bene nota.

78 Secundò limito prædictã regulam,quãdo † socius maior prouocat ad diuisionem,vt tunc nõ requiratur decretũ tex.est in l.pe.C.de prædijs minorũ, & in l.1.§.si cõis, de reb.eorũ,& in l.si pupillorũ,in prin. eo.titu.Ratio,quia tunc alienatur ex necessitate, &c. Tertiò,qñ creditor iure creditoris vendidit pignus sibi obligatum à patre pupilli, vel ab eodem pupillo permissu prætoris tex. est in d.l.1.§. si cõis.de rebus eorum.2.responso, & l.si pupillorum.§.si pupillus,eod.tit.ad idem le.2.C.de præd.minorum,facit notata in leg.2.C.si aduersus vendi.pig.vbi plenè notatur. Quartò per l.sed si pecunia,§.pignori.de rebus eorum,& ratio ponitur ibi in tex.ad idem,l.1.C.de præd. minorum. Quintò in §.item quando.eadem.leg.si pecunia. Sextò in verb.idemq; erit dicendum,eadem l. Septimò per text.in l.magis puto.§.si pupillo.eo.tit.quam limitationem sublimito vt habetur eodẽ,§.Octauò eadẽ.l.§.sed si pater.Nonò eadem,l.versi.eadẽ ratione.Decimò per l. si pupillorũ §.pen.col.pen.& l.pen.§.fi. de rebus eorũ. ad idem.l.vtere & l.si prædia.& l.si prædiorum.C.de præd.minorũ.Vndecimò per le.illicitè.vbi vi.de rebus eorum.Duodecimò per l.non fit contra.eod.tit. Decimotertiò per tex.singularẽ in le.fina.§.defensionem, C.de administra.tuto.vbi vi. Decimoquartò per tex.eadẽ l.fin.§.fina.& in l.lex quę tutores,§.fi.eod.tit.& le.fina.C.quando decret.opus nõ est. Decimoquintò per text.in d.l.si pupillorum,§.fina.Decimosextò per tex.in l.secunda.C.quãdo decre.opus. Decimoseptimò potest limitari ꝑ tex. in l.fi.C. si maior factus alien.factam rat.habue.hoc modo, scilicet,ꝙ licèt nõ valeat alienatio rei minoris sine decreto, tamẽ confirmatur taciturnitate quinquennij,vt ibi. Decimoctauò limito,ꝙ licèt pecunia possit seruando seruari, & sic deberet interuenire decretũ per l.lex quę tutores.tñ in eius alienatione non requiritur decretum.Ita tenet Bal. in l.si curatorẽ habens,C.de in integrum restitutione minorum,& in l.1.in prin.de rebus eorum.per gl. quam reputat singularem in l. 1.§.fuit quæsitum.ad Trebelli.quod bene nota. Decimononò limitò, ꝙ licèt minor non possit alienare sine decreto,tamen valet alienatio, & concessio sine decreto quam facit minor,dum ingreditur religionem. Hoc est elegans dictum Cy.in authent.ingressi, de sac.san.eccle.de quo in apostil.ad Abb.in ca.relatum,el.1.de testa.vlt.col.

Nunc videndum de locatione. Et sit secunda regula, ꝙ sine decreto pôt fieri locatio,cui stare tenetur minor post curam,aut tutelã finitam ex cõi opi.quam resoluunt Bar. Paul.Alex.& reliqui in l.si filio,§.si vir,ff.sol. mat.Cy.in l. emptorem,C.de loca.col.2.Couar.variar.resol.lib.2.c.[illegible] nu.5.cum seq.Pinel.de bo.mater.l.1.par.3.nu.63.Soc.co[illegible] 125.nu.6.lib.1.Anto.Gomez.de contractibus.C.de lo[illegible] nu.8.fol.27.arg.l.si tutelæ.ff.de admi.tut.

Intellige in locatione ordinario ad non longũ tempus, non sic in locatione facta ad longũ tẽpus, vt illico prob[illegible] quia locatio ad longũ tẽpus efficit, vt ius reale in cõduct[illegible] rẽ transeat,sicq; continet speciẽ alienationis,vt ex cõi se[illegible]tentia resoluunt Feli.consi.25.Ias.in l. naturaliter,nu.1[illegible] de acq.pos.Faber in §.item finitur.Inst.de vsufr. idem [illegible] Fab.in §.adeo.Insti.de loca.& conduct.Aret.consi.55.[illegible] nel.de bo.mate.l.1.par.3.nu.66.Ias.in l.1.nu.34.C.de i[illegible] emphy.idem Ias.in l.fi.nu.2.eod.titu.num.39.

Vnde tutor,vel curator prædium minoris ad longũ [illegible] pus locare non potest,non magis quam alienare, vt ex [illegible] opi.resoluit Alex.consi.117.libr.5. Boerius decis.234.[illegible] nel.qui eos & alios refert de bo.mat.le.1. par.3.numer.[illegible]

Na

Nam & similiter pater, qui habet vsumfructum in bonis filij sui aduentitijs, vel maternis, nō posset secundum eū ad longum tempus locare talia bona. quod notat etiam Boeri. vbi supra. Dec.consi.142. nu 3.lib.2.variar.resol.ca. 16.in princ.scribentes omnes in cle.1.& in c.nulli, de reb. eccles.Bellam.decis.748.Alex.consi.17.libr.4.Ang.& Faber.in §.adeò.Insti.de locatione, & conductione.

Sed & in possessione primatus maioratús ve idē quoq; receptius est, vt nec ille quidē rē maioratus posit ad lōgū tēpus locare, quasi per hoc videretur alienationē, quæ ꝓhibita fuerat, fecisse vt resoluunt Anto.Gomez.in le.40. Tauri.& Pinel.vbi suprà, nu.65.sentit Bal. in l.fi.§. sed qa. ad fi.C.cōi deleg.Ias.cōsi.29.lib.1.idē Ias.consi.94.eo.lib. Bal.in l.emptorem, nu.5.locati.sentit Bar.in l.codicillis,§. instituto.ff.de leg.2.Paul.in l.fi.C.de reb.alien. Imol.in l.si filio,§.si vir.ff.sol.matr.dum rem, quę familiæ restituenda erat, negant posse ad longum tempus locari, non magis, q̄ ex toto alienari.idem Imol.in c.ad audiētiam, nu.2.de rebus eccl. Ang.in d.§.adeò. Insti.de loca.Alex.n.25.in d.§. si vir.Cepola in l. alienationis verbo.ff.de verb.sig. Socin. iunior cons.56.lib.2.Alex.consi.165.lib.2.Couar.resol.lib. 2.c.16.col.2.Matth. Afflic.in consue.Neapolit. lib.3.rub. 5.plenè in simili per Tiraq. de retract. ligna.§.1.gl.14.nu. 79.Boer.decis.234.Quorū pleriq; improbant gl.fi.in d.§. instituto.quæ cōtrariū tenebat, vt is maioratus ceu rei restitutioni subiectæ possessor posset eā ad lōgū tēpus locare.

Quæ quidem gl. cōiter reprobata saluatur, vt procedat primū quo ad pœnā vitandā secūdū Pinellū & Couar. vbi suprà.& in simili per gl.in cle.1.de consanguin.& affinita. Ias.& Deci.col.fi.in l.2.ff.de iurisdi. om.iud.Ias.l.cū quidā. ff.de lib.& posth.Dec.in l.factū.§.in pœnalibus, ff.de reg. iur.Hippo.sing.300.Corsetus in notabilibus, verbo extēsio, fol.142.Vnde licet pater, qui alienat aduentitia, vel materna bo.filij sui priuetur aliquando administratione eorū bonorum, fallit tamen in locatione, quæ inducitur per lōgi temporis locationem, secundum Pinellum vbi suprà.

Deinde eadem glo. saluatur, vt si in locatione longi tēporis possessor maioratus cōueniat per pactū, vt inde nullū ius reale conductori adquiratur, valeat talis locatio. Ita Bal.in d.§.instituto,& in l.si domus.§.fi.ff.de le.1. Verou. in c.nulli num.32.de reb.eccles. Alex.in d.l.si domus.§.fi. col.fi. vbi etiam Imo.Aret.in l.si quis ante, col.1.ff.de acq. poss.Alex.in addi. ad Bar.in d.§.instituto.Cassanęus in cōsuetudinibus Burg. rub.9.§.10.nu.39.

Contrariam sentit loquens in re ecclesiæ Bald. in auth. hoc ius col.1.C.de sacrosanc.eccle.Couarr.in d.c.16.circa principium.post Molinæum,& Fabianum, quos ipse refert.& Pinellus vbi suprà, qui refert Ias. ita tenentem cōsil. 94.col.fina.lib.1.& Cuma.in d.§.instituto, lect.2. Qua in re præsertim materia maioratus, harum opinionum cōciliatio non obscura est: nam quo ad hunc effectū, vt locatio ad longum tempus firma sit,& irresolubilis, indubitāter procedit hæc 2.opi.quia permissa ad tēpus, post tēpus videntur vetita, l.fi.C.de legatis, l.quoties.C.de dona.quæ sub modo. Nec dubium est, quin sequēti in gradu iniuriū esset, si superior decedēs vlla ex parte alienatam, vel obligatam post tēpus sibi permissum rem relinqueret, contra legem, 1.le.quod sponsæ, C.de dona.ante nupt.expresius in l.peto.§.fratre.ff. de lega.2.ibi, nec ideo sequentiū causa propter superiores in posterum lædi debet. Facit, quia resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, l.lex vectigali.vbi gl.in verbo euanuisse, ff.de pig.nam & locatio à fructuario facta etiam ad modicum tempus, finitur extincto vsufruc.l. si quis domum.§.1.ff. loca.vbi Paul.num.3.

Verùm quo ad primordialem validitatē locationis magis est vt licèt fiat maioratus possessor ad longum tempus. per interuentum pacti cōmemorati saluetur & sic procedat prior opini. quæ receptior est, aliter.n.existimantibus agnoscendum esset etiam ad modicum tempus possessorē maioratus, aut patrem in vsufructu aduētitiorum, aut episcopum,& clericorum quemlibet, aut tutorē, vel curatorem adulti, vel pupilli non posse etiam ad modicum tempus res locare, quia ante illud tempus finitum tutela, vel cura posit finiri, vel mors clerici, vel episcopi, vel possessoris maioratus superuenire, vel vsufructuarij, vel patris vsumfructum habentis in filij bonis aduentitijs. Itaq; data paritate terminorum, in his personis idem ius erit. Nā illud pactum, ne per longi tēporis locationē ius reale conductori adquiratur, efficit secūdum vtriusq; partis fautores, vt ius reale conductori minimè adquiratur, quo fit, vt moriente possessore maioratus, sequēs in gradu liberè posit repetere,& vendicare rē suā à cōductore longi tēporis, nō secus, q̄ si ad modicum tempus conduxisset, qui se tueri non potest, quasi ius reale quæsierit, cum huic acquisitioni pactū illud impedimento fuerit: nec potest se tueri quasi personam huius successoris obligatam habeat, quia cum eo nō cōtraxit, sed cum prædecessore, cuius contractui, & locationi is successor particularis stare non tenetur.

Data ergo paritate terminorum, per interuentum illius pacti efficitur, vt nō sit differentia inter longi tēporis locationē,& locationē modici tēporis: quod procedit in ijs, qui conducunt res illas ad suam vtilitatem, qualis est clericus, episcopus, possessor maioratus, vsufructuarius,& alij, de quibus mētionem habuimus, præter tutorem pupilli, aut curatorem adulti, qui non ad suā, sed ad minorū vtilitatem, eorumq; nomine rem cōducunt, quorum locationi minores stare tenentur, vt superius diximus: quod & in locatione longi temporis admittendum puto, dum modo bona mente,& consilio frugaliterq; facta fuerit,& præterea interuenerit illud pactum, vt exinde nullum ius reale cōductori adquiratur. Id quod facilius procederet, admissa opinione existimantium per locationē ad longum tempus regulariter nullum ius reali conductori acquiri videri. Quam opinionem eleganter contra cōem defendit strenuus Pinel.de bo.mat.le.1.par.3.nu.66. quod nūc nec firmo, nec improbo. Stat ergo longi temporis locationem quando in prædijs minorum,& similium fieri posit. Ad lōgum autem tēpus locatio fieri intelligitur varijs modis.

Primùm qn̄ fit ad totā vitam locatoris,& cōductoris, vel alterutrius. Ita resoluit ex cōi opi. Nauarrus in c.1.§.1. de pœn.dist.5.Cor.consi.243.lib.3.Alex. consi.119.lib.3. col.fi.Dec.cōs.204.Are.cōsi.55.col.1. Bal.in l.6.ff.de vsufr.Boer.deci.234.col.1.& 2.Secundò qn̄ locatio fit ad decēniū, vel vltra.gl.in l.2.ff.si ager vectigalis. Dec.cōsi.292. nu.1.Par.cons.98.li.4.Bar.in l.1.§.quod autē.ff.de supersi. Alex.consi.17.col.1.libr.4.Paul.in l.si filio.§.si vir.ff.solu. matri.Platea in l.1.C.de admi.re.pu.Soc.iunior.consil.66. nu.5.lib.2.resoluit ex cōi opi.Ias.consi.94.libr.1.& consi. 29.Bal.in l.iubemus nulli, col.2.C.de sac.san.eccles. Pinel. & Couarr.vbi supra.Dec.consil.supra citatō Ana.in c.fin. nu.13.ne prælati vices suas.Soc.consi.32.col.1.Tertiò qn̄ locatio ex pacto duratura erat quandiu locator vellet, vel quādiu vellet cōductor, dicitur esse ad longū tēpus, vt resoluunt cōi sn̄ia Soci.iuni.consi.63.nu.11.lib.2.Dec.cons. 204.in fi.Marti.Laud.in rubr.de rei vēd.nu.5.ff.facit quod ait Bar.& Ias.in l.sufficit, per text.ibi.ff.de cond.inde.facit l.iuris peritos.ff.de excu.tu.Postremò dicitur locatio ad lōgum tēpus, qn̄ fit ad sex, septē, vel octo annos, cum pacto, vt illo tēpore finito duret per totidē annos, vt per Fabrum in §.item finitur.Inst.de vsufr.Alex.cons.265.lib2..Aret. in l.si quis ante, col.1.ff.de acq.pos.Card. in clem.1.§.fi.de reb.eccle.Alex.consi.104. nu.6.lib.3.Fely. in c.quæ in ecclesiarū, nu.86.de const.Soci.consi.99. nu.8.lib.1.Alex.in l.si filio.§.si vir.col.fi.ff.sol.matr.Ias.in le.manumissiones, nu.7.ff.de iust.& iure. Molinæ.in consuetu. Paris.§.41.nu. 36.Alexand.in l.si domus,§. fina.ff.de legat.1.colum.fina.

Regulariter tamen & in re dubia locatio ad annum tātùm facta intelligitur, vt resoluunt Pinel.vbi suprà.& Soc. iun.consi.25.nu.3.li.2.per, l.item quæritur.§.qui impleto, ff.loc.l.boues.§.hoc sermone.facit ī simili, l.sine præfinito ff.de pœn.in simili per Iason in §.curare. Inst.de act. Tiraquel.de retract.conuen.§.1.gl.2.nu.4. Dec.in cap.ex literis, nu-

ris,nu.10.de consti.Gomez.in §.quædam,num.22.instit. de act.Ias.in l.5. §.1. nu.38.ff.de re iud.

Secunda regula affirmatiua est, ꝙ bona minorum cum
79 decreto bene possunt † alienari. Intellige non simpliciter, & indistinctè,sed ex certis causis tantum, de quib.in le.ob æs.C.de præd.mino.& in l. lex quæ tutores.C.de admi.tu torũ.cum similib. Et adde, ꝙ quãdo minor habet tutoré, vel curatorem,non sufficit decretum iudicis , imò etiá est necesse,ꝙ tutor interueniat , alias decretum esset nullum. vt nota.per gl.in l.si curatorem habens.de integrum restitu.& in l.fi.C.de fideiuss.minorum,& in le.fi.C.si propter publicam pensitationem,& doctores in dic.locis,& addo aliam gl.in l.1.§.ꝙ si fortè. de reb. eorum.Qualiter autem decretum interponatur, & quæ requirantur in interpositione ipsius,vi.le.fina.C.de præd. mino. Adde tamen duo dicta notabilia per Bald.in l.2.in prin. de rebus eor.3.& 4. notabili. Item addo,ꝙ decretum super alienatione rei mi noris non potest interponi die feriata , secundum Bald.in l.actus.C.de ferijs. de quo vi.ibi solenniter per Paul.

Deniq; an minor carens curatore , qui tamẽ habebat pa trem legitimum administratoré posit alienare immobilia ob causam necessariam, qualis est causa æris alieni,& an dato ꝙ ipse minor id non posit , patri tamen eius id permissum sit dubitari solet. Quia in re dic, ꝙ pater legitimus
80 administrator potest sine decreto alienare † immobilia ob causam necessariam æris alieni. Ista est communis opi.secundum Ias.in le.præses.C.de transactionib.& secundum Tiraq.in l.si vnquam,nu.28.C.de reuocan.donat.in prin. per l.fina.§.sin autem æs alienum.C.de bon. quæ liber.tu dic ꝙ contra cõem opi. probat euidenter tex. in ead.l.fin. §.ipsum autem.Primò dum ait, ritè res vendere.Secundò ibi,ritè res pignori dari.Tertiò ibi, extra memoratas causas.Vnde cõstat illam decisionem tam ad pri.d.§.ipsum q̃ ad d.§.sin autem æs alienum.esse referendam,vt nõ posit pater alienare nisi ritè,& sic cũ decreto. ergo hic text. qui allegabatur pro communi,probat euidenter contrariã opi. & præterea cõis manet sine fundamẽto.Secundò per l.ob æs.C.de præd.min.l.1.§.1.& l.magis puto.§. non pasim, & §.item requirat,& §.itẽ prætor.ff.de rebus eor.in quib. licèt alienatio fiat ob causam,necessariam,scilicet æris alieni,tamen fieri non potest absq; decreto.Tertiò per le.tertiam.C.de præd.minorum, & per d.le.si pupillorũ.§.1.de reb.eor.vbi qualitas patrietatis non sufficit vt euitetur decretum,& cũ qualitas patrietatis per se, & qualitas illa per se,quod venditio fiat propter æs alienum, non sufficiant , superest , vt ambæ simul sufficere non debeant quia casus mixtus,&c.& argumento.l. Gallus.§.ille casus.ff.de lib.& posthu. Quinimo & si alienatio ob causam necessaria postuletur,adhuc magis est, vt etiam à patre fieri non posit. argu.d.l.si pupillorum.§.si pupillus.iuncto.§.si pater. Sed pro communi possunt allegari.l. pen.C.de præd.mino.l.1. §.si communis , & l.si pupillorum.ff.de rebus eorum.

In quibus probatur alienationẽ à quocunq; tutore, vel curatore minoris posse fieri sine decreto,ergo multo magis à patre,qui & tutor est,vel curator. Sol. nouiss.referre, vtrũ alienatio sit necessaria,& in indiuiduo,quale est cum minor prouocatur ad diuisionẽ, tunc.n.oportet alienationem fieri,& quod in re illa fiat,vnde frustra esse expectare iudicis decretum quod versatur circa inquirẽdum, vtrum ex prædijs magis alienari oporteat, & an expediat potius pignorare q̃ alienare,vt d.§. non pasim. cum seq.Verum cùm in indiuiduo non est necessaria alienatio , quod accidit cùm postulatur ob æs alienum soluendum, vel ob necessitatem famis, & similia, tũc decreto opus est, propter rationes de quibus in d.§. non pasim, ergo inter patrem, & alios tutores,vel curatores nulla est differen.hoc 1.Nec etiam alij possunt ob causam vtcũq; necessariam sine decreto vendere : aliud est enim alienationem alicuius rei in indiuiduo necessariam desiderari. Et hanc partem videntur sentire in puncto iuris Crotus in l. frater à fratre. num. 31.ff.de condict.indebit.Antoni.Gomez.in le.48. Tauri, prope finem Cassaneus in consuetudinibus Burgundiæ, rubric.6.§.5.folio 218.col.4.nu.14.Curtius iunior.nu.15. in le.præses.C.de transactionib.vbi Ias.nu.5.in puncto iuris in hanc partem inclinat post Saly. ibi.

Communem tamen sententiam sequuntur Azo in rubrica de bonis quæ liber.nu.9. Mathæ.Afflict.decisi.393. nu.1.Guiliel.Bened.in c.Rainutius, in verbo,duas,nume. 255.de testa.Cuma.in le.1.ff.de rebus eor.Loriot.de consanguinita.axiom.40.Couar.lib.1.variarum resolu.c.8.nu. 6.Tiraquel.in l.si vnquam.in princip.num.28.C.de reuocand.donatio.Roma.Areti.Dec.Socinus, & alij,quos ipse refert,Bald.in l.fin.§.finautem , in fin.vbi Paul.col.1.& Fulgosi.& Corne.C.de bon.quæ liber.Bald.Paul.& Alex. in d.l.præses,Iacob.in le.1.nu.5.C.si aduer.vendi.Seuerin. in tract.de transact.q.7.

Sed an minor carens curatore posit donare bona quæ
81 † seruando seruari non possunt? Et teneo quod sic per sequentia.Primo per textum in l.2.C.si aduer. dona.vltimo responso,& ibi expresè Paulus qui dicit,quod minor non habẽs curatorem potest donare res suas mobiles , & valet donatio,ergo à fortiori pecuniam,in cuius alienatione nõ requiritur decretum,secundum gloss.in le.1.§.fuit quæsitum.ad Trebellian. & hoc de pecunia . Secunnò pro hoc, quod latè ponit Alexan.in l.iusiuran. quod ex conuentione.§.1.de iureiurand.pen.& vltim. colu. Tertiò pro hoc text.ibi à contrario sensu , inquantum vult , quod adultus habet ius administrandarum rerum,quãdo non habet curatorem ergo potest donare , licèt posit restitui. Huic tamen fundamento de facili poteris respõdere. Quarto pro hoc quædam verba Ias.ibi penult.colum.in fin.dum dicit, quod adultus , qui habet curatorem, potest omnia facere sicut & maior posset , sed maior posset donare, ergo, &c. Sed huic etiam posses respondere, quod nõ est verũ præsuppositum: quia minor non habens curatorem,non potest alienare immobilia, vel mobilia, quæ possunt seruari, vt supra est dictum, quod tamen maior bene posit,& sic argum.non stringit.Quintò pro hoc nouisimè pondero gloss.in le.de tutela.gloss. mag.in fin.C.de in integrum restitut.vbi gloss. dicit quod si adultus liberauit curatoré,tenet remisio,licèt detur restitutio, & alleg.le.si curatorem habens.Considero ergo, quòd ibi loquitur in remisione, quæ remisio est donatio, l.si mulier.ff.de condi.ob cau.ergo adultus potest donare. Et si dicas , quòd ibi adultus habebat curatorem,& sic non stringit.Ad hoc respondeo,& dico quòd cum ibi liberatio fieret eidem curatori, perinde habetur,ac si curatorem haberet, cum in hanc rem nõ posit authoritatem interponere . vt est gl.sing.in d.§.fuit quæsitũ.& ibi Bar.ergo est ibi gl.expressa.s.in d.l.de tutela, quòd minor non habens curatorem potest donare . Item pondero, ꝙ illa gl.in l.tutela.alle.l. si curatorem habens,& dicit, ꝙ licet teneat remisio, datur tamen restitutio,sed l. si curatorem habens in 2.parte sui, vbi loquitur de restitutione,dicit sine curatore constitutus,&c.ergo illa glos. loquitur in adulto non habente curatorem , cum debeat intelligi secundum concor.q̃ alle.Bar.in l.non solum,§.si liberationis,cum simi.de liberatione legat.Præterea & si fateretur quòd illa gloss. loquitur quando adultus habet curatorem , à fortiori probaret opiniõ. meam . Nam si curatorem habẽs potest remittere, & sic donare, ergo à fortiori carens curatore, per di.leg. si curatorem habens vltimo responso,tamen illa gloss.non potest intelligi quando habet curatorem , quia esset contra , d.le. si curatorem.in princip. vbi habens curatorem non potest vendere, ergo à fortiori,nec donare.Et prędicta nota, quia ego solus tango. Sextò ad prædictam allego gloss.in capit.si qua de rebus, 12.q.2.quæ indistinctè dicit,quòd minor curatorem non habens potest contrahere, & valet mero iure,& allego d.l.si curatorem habens . Septimò faciunt quædam verba Ias.in le.neq;.C.de procurato. tertio notabili. Octauo pro hoc facit glossa. superius allegata . Institution.quibus alienare licet, §.nunc autem admonendi.in verbo, nulli & i

& ibi Faber & Angelus. Nonò pro hac regula, l. nec nõ §. quod eis, ff. quibus ex cau. maior. facit lex. non vsque adeò ff. si à parente quis fuerit manumis. Decimò pro hoc gl. in d. l. si curatorem habens. glos. penultim. in generalitate sui. Vndecimò pro hoc d. l. si curatorem habens. in verbo, contractum fecisti. appellatione enim contractus continetur donatio, l. si donationis, cum similibus. C. quod met. causa. Duodecimò istud si probo. Dicit ille titu. C. si aduer. don. quòd minor potest restitui aduersus donationem.

Modò arguo sic. Aut loquitur ille titulus in pupillo, & hoc est falsum, quia donatio ab eo facta esset nulla ipso iure, etiam si non haberet tutorem, & idẽ in quocunq; alio contractu. gl. in d. l. si curatorem habens. 1. gloss. & ibi dixi, ergo non datur restitutio, & sic non habet locum ille titulus. Aut loquitur ille titulus in adulto, quod est verum, & tunc aut habet curatorem, aut non. Primò casu, aut donat sine authoritate curatoris, & donatio est nulla. d. le. si curatorem habens. in princ. Aut cum authoritate ipsius, & tũc idem, l. ab agnato. cum similib. ff. de curato. fur. & sic nullo istorum casuum habet locum restitutio de qua in illo titulo, ergo necessario debet intelligi in adulto nõ habente curatorem, vt scilicet donatio ab eo facta valeat, posset tamẽ restitui. Aut si hoc non concedimus, esse fatendum, ꝙ iste titulus de pręd. mino. non haberet locũ in donatione simplici, quod non est dicendum. Decimotertiò pro ista parte facit textus, quem pondero à contrario sensu in l. fina. §. fi. C. si maior factus, vbi est text. ꝙ quando minor donat rem immobilem, donatio est nulla, & requiritur tẽpus, de quo ibi ad confirmationem eius, ergo à contrario sensu si donat rẽ mobilẽ, donatio valet mero iure. Et ꝙ ibi loquatur de minore carẽte curatore, patet, quia loquitur de minore, qui impetrauit veniam ætatis, ergo non habebat curatorem, vt in principio illius, l. & ibi glo. Sed ad illum tex. posset subtiliter respõderi. s. quod loquitur in minore, qui impetrauit veniã ætatis, vt dixi, ergo nimirũ si posset donare rem mobilẽ, quia potest omnia facere, ac si esset maior, nec potest restitui. le. 1. & per totum. C. de ijs qui veniã ætatis. Secùs in minore, qui veniam ætatis nõ impetrauit, vt in nostro casu, in quo est diuersa ratio, vt patet. Cogitabis. Sed contra prædicta facit tex. 5. par. ti. 4. le. 1. quæ simpliciter dicit, ꝙ minor 25. ann. non potest donare res suas vel partem, sed potest illã distinguere per supradicta, & sic non obst. Item in contrarium facit, quod paria sunt, ꝙ minor contrahat cum curatore, quãdo eum habet, vel quòd ipse solus contrahat, qñ caret curatore: patet, quia vtroque casu valet contractus, & datur restitutio, d. l. si curatorem habens. in fi. iuncto titul. C. si tutor vel curator interuenerint. Sed minor habens curatorem non potest donare etiã cum authoritate ipsius, l. ab agnato, & l. fi. ff. de curat. furio. ergo eodẽ modo nõ potest donare ipse solus carens curatore. Sed responde, quod prædicta æquiparatio nõ semper procedit, vt per Paul. in l. 2. in fi. C. si aduersus dona. & quia cum authoritate curatoris potest esse in iudicio, & tamẽ si caret curatore, non potest, & in materia vide per Ias. in le. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure, in effectu 11. donationis remuneratoriæ. Hactenus de prohibitione legis. Stat ergo, an adultus, qui curatorẽ non habet, possit donare quę seruando seruari non possunt: nam reliqua (vt & iam diffiniuimus) expeditum est nõ posse, nisi eo tantum casu, quo postea dicemus.

Illud aũt non est prætermittendũ, patrem legitimũ administratorẽ filij sui posse donare nomine filij, si is filius nobilitate fulgebat, secundum cõem opi. quam tenuerunt non solũ in patre, sed etiam in tutore. Roma. in le. filius, post Inno. & alios. ff. de dona. & ibi Cum. nu. 7. Barb. in c. 1. de dona. Alex. in le. pactũ curatoris, nu. 3. C. de pact. Rimi. in §. 1. Insti. quibus alienare licet, nu. 11. Ias. in d. l. filiusfa. idẽ Ias. in d. l. pactũ curatoris, nu. 3. Tiraq. de nobili. c. 37. nu. 35. Curt. in l. præses, nu. 10. C. de transactio. Fely. consi. 16. nu. 18. Pinel. de bon. mater. in l. 1. par. 3. num. 57. Pala. Rub. in rubr. §. 9. nu. 5. argu. tex. in d. l. filius. ff. de donatio. l. cũm plures. § fi. ff. de administr. tuto. qua de re per Ias. in l. si non sortem, § libertus, col. 4. ff. de condit. indeb. Aret. consil. 24. colum. finali, nume. 13.

Deniq; dum d. le. cum plures, in § fi. ait solẽnia munera à tutoribus posse præstari, non satis certum est, quænam dicantur solennia munera. Alij intelligunt solennia munera videri, quę à quouis eiusdẽ dignitatis, & qualitatis homine præstari solẽt. Ita Bar. in d. § fi. Casius in l. 2. vers. deinde ex his, verbo, solemnes, ff. de orig. iur. Bal. in l. 2. nu. 2. C. de iur. dot. Pala. rub. § 6. nu. 3. & § 45. nu. 10. in rubr. de don. inter virum. Alij autem intelligunt magis strictè, vt ad consuetudinem patris illius pupilli respicere debeamus, vt per Alb. in d. l. cum plures. § fin. qua de re per Pinel. vbi supra. nam superior sententia & receptior est, & generalitati illius tex. magis accedit.

Hactenus de prohibitione legis, nunc videndũ de prohibitiõe hominis. Et in primis. Quæro qñ prohibetur alienatio per contrahentes, an impediatur translatio domi-
82 nij inter † viuos? In hoc fuerunt opi. quæ colligũtur ex gl. in l. ea l. C. de cõd. ob causam, & ibi clarius ꝑ Ang. qui colligit quinq; lecturas, seu opiniones, quibus omissis, veritas est, quod prohibita alienatione, nõ impeditur translatio dominij. Hoc probatur apertè in d. l. ea lege. dum dicit post alienationem cõpetere cõdictionẽ ob cãm ergo fuit translatum dominiũ, quia condictiones abhorrent dominium, l. fi. ff. de vsusfructus quemadmodũ caue. Itẽ alia rõne, de qua ibi per gl. in d. ea lege. Itẽ est alia & tertia rõ euidens: quia ista prohibitio confertur in tẽpus, quo res desinit esse paciscentis, & est propria illius qui est prohibitus, vnde cũ tẽpore alienationis ille qui alienat est dñs, nõ impeditur translatio dominij, quia succedit regula, quod paria sunt aliquid fieri in tempore prohibito, vel fieri tempore permisso, conferri tamen in tempus prohibitum. Licèt ergo iste pepigerit tempore quo erat dñs quia tamen contulit in tempus quo desijt esse dñs, nimirum si prohibitio translationẽ dominij non impediat. Item pro hoc est tex. apertus, in l. si ita quis. § ea l. ff. de verb. obli. vbi prohibitio fuit facta inter viuos, & tamẽ dicit tex. ꝙ agitur ad interesse, ergo translatũ fuit dominiũ. Licèt possis dicere, quod iste tex. non probat, quia ista alienatio fuit facta in vltima voluntate, quæ est fauorabilior, vnde nimirũ, si possit dominium transferre, & quod teneatur ad interesse secundũ quod suprà dixi tenetur communiter. Ita Bar. Bal. Ang. & alij in d. l. ea lege, & hic cõiter. Pactum ergo de non alienando non habet virtutem impeditiuam, sed cõdictionis productiuam. Item est alia ratio: quia pactum nititur solo pacto, sed alienatio nitiť traditione & pacto, quia est actus perfectior, & ideo maioris virtutis. Stante enim dominio penes recipientem istud pactũ, non potest remouere habilitatem alienationis ab ipso, ratione de qua suprà proximè. Istã rationem colligo per Bald. in d. l. ea l. 1. col. ad finẽ.

Modo istam regulam extende, quod habeat locum etiã
83 in † prohibitione de nõ alienando facta per iudicẽ, quia illa nõ impedit translationem dominij secundum Nico. de Matarel. d. l. ea lege. & vbi vult Bal. circa fi. Quod intellige, nisi prohibitio iudicis esset facta personę, quę prohibetur alienare, puta prodigo, vel similibus, nam tunc impeditur trãslatio dominij. tex. est in l. si sciens, ff. de cõtrah. emp. & ibi Bar. idem vult Bal. in d. l. ea lege, ad fin. Istud ergo probo tali ratione: quia illa prohibitio iudicis consonat cũ dispositione legis, nimirũ si impediat alienationẽ, arg. tex. in auth. de alie. & emphy. § sanctissimas, collat. 9. & quia res de facili reuertitur, &c. Quid aũt in prohibitione facta ab arbitro, vi. per tex. glo. & docto. in c. Rainaldus, de testam.

Modo omissis opinionib. dic, quod prędicta regula limitatur aliquibus modis ex quibus declarabitur materia.
84 Primò, quod licet pactũ de † non alienando nõ impediat translationem dominij, illud est verum, nisi paciscens aliquod ius sibi reseruauerit in re, nã ratione illius iuris impeditur translatio dominij, text. est mirabilis, & singularis in l. si creditor. § fi. ff. de distract. pign. probatur in l. fi. C. de iure

iure emphy. & ideo si pro obseruatione conuentionis de nō alienãdo volo rē alienari prohibitam mihi esse obligatã, non poterit fieri alienatio per d.l.si creditor. Ita Bart.in d.l.ea lege,& vbiq; cōiter doctores. Et ex hoc vltra docto res hic ego infero, ꝙ licèt emptor non teneatur stare colo no, est tamen bona cautela quando locatur domus, ꝙ dominus promittat illam non vendere alij sub obligatione omnium bonorum suorum, & præsertim illius domus: nã si postea vendit venditio erit nulla, & propter ius hypothecæ nō poterit expelli. Ita tenet Imol.in l.filiusfamilias, §.diui.de leg.1.4.col.& in le.qui,absenti.§.1.ff.dona.quod est notandum. Secundò ex hoc infero, ꝙ licet regula sit, ꝙ emptor secũdus cui possessio est tradita, sit potior primo per,l.quotiens,cum similib.C.de rei vend.tamen illud nō procederet, quando dominus vendidisset rem vni, & sibi promisisset per solennem stipulationem eam alij non vẽdere, & pro obseruatione prædictorũ obligasset sibi omnia bona, præsertim hanc rem: nam tunc si postea venderet alteri, & traderet, non haberet locum illa lex: quia per tale pactum cum hypotheca impeditur translatio dominij in secundum, & primus censetur habere ius in re. per dictam.l.si creditor, §.fina.ff.de distract.pigno. Ita nouissimè dicit Ias.in l.quotiens.de rei vend.11.limita. pro quo etiam ponderat text.ibi in versi.iure distrahitur, à contrario sensu, nam tunc non iure vẽditur secundo propter pactum cum hypotheca. Tertiò ex hoc infero, ꝙ si loco tibi rem meam,& appono pactum, ne eam possis alteri locare, tunc non valebit secunda locatio.text.est, & ibi Bald. in l.nemo,C.locati. Et rō est: quia ibi reseruatur ius proprietatis locatori, & propter illud ius impeditur secunda locatio, arg.d.l.si creditor, §.fin.quod not.

Secundò principaliter limito, qñ factum fuit positũ cũ
85 eo, qui de iure communi † prohibebatur alienare, putà cũ ecclesia, nam tunc impeditur translatio dominij. Ita intelligitur text.in §.sanctissimas.in authē. de non alienand.& emphy.col.9. Et ex hoc infertur, ꝙ idem esset, si quid detur minori, vel simili sub pacto non alienandi, nã illud pactũ impediret alienationē faciendam ab eo. Ita Bart.in d.l. ea lege.& vbi vult Ange. Rō colligitur ex regula.l.si vnus, §.pactus ne peteret.ff.de pac.scilicet, quia res de facili,&c. Est & alia ratio subtilis: quia ibi concurrebant duæ prohibitiões, scilicet legis, & hominis, & ideo pactũ plus debet operari. Hanc rōnem colligo ex verbis Bald.in d.l.ea lege. 6.opi. Addo in simili.l.si mulier.C.ad Velleia.cũ similib.& quod notatur in l.1.C.de pact.facit in simili tex.singularis, & vnicus, in leg.cum te.& ibi Bald.C.de dona.ante nup.

Quartò fallit, quando dominij translatio nō esset de fa
86 cili † reuocabilis, nam tũc prohibitio impedit translationē dominij. Ita intelligitur.l. ea quidē.C.si mancipiũ ita fuerit alienatũ ne manu.secundum Bar.& Ang.in d.l.ea lege. Et eadē ratione dicit ibi Bart.quod pactũ de non faciendo rē sacrã, vel religiosam valeret, & impedit illud fieri, sicut impedit libertatem. de quo vi. ibi in apostil.ad Bart.in d.l. ea lege.& vi.nobilem distinctionem per Ang. in d.l.ea lege.& per Abbatem in c.Rainaldus.5.colũ. de testamentis.

87 Sequitur de † prohibitione de non alienando facta per testatorē, in qua primo quæro, an prohibitio testatoris impediat translationē dominij inter viuos? Communis cõclusio est ꝙ sic.per text.in l.cùm pater.§.libertis, de leg.2. & l.peto.§.fratre.eo.tit.& l.pater filiũ.§.fundum, de lega. 3.cum similib.plenè per gl.in d.l.ea lege. Ratio potest esse: quia alienatione prohibita per legem impeditur trãslatio dominij, vt infra dicam, ergo idem in prohibitione testatoris, quia dicitur esse lex in auth.de nupt.§.disponat.collat.4.cum simil. Alia est,& subtilior ratio. Pactum nudum non debet plus operari prohibẽdo, quàm disponendo.argumento.l.3.ff.de serui.rusti.prædio.hinc est, ꝙ quemadmodum disponendo non potest dominium transferre sine traditione.l.traditionib.C.de pact. ita neq; potest prohibere, vt suprà dictum est in præcedẽti articulo: cũ ergo per voluntatē testatoris absq; traditione transferatur dominium.l.cum pater.§.surdo.de leg.2.& l.cum filius.§.varijs.eod.tit.l.à Titio. cùm vulgaribus.ff.de sur.nimirum, si per contrariam voluntatem impediatur translatio dominij. Istam rationem videtur ponere Abb. licet non declaret in c.Rainaldus, 5.col. ad fin.de testa.

Idq; intelligere debes, vt per hoc plenum ius aut dominium cõtrouersum sit, an habere videatur ille, qui alienare non potest ex prohibitione testatoris. Qua de re per Bal. in l.voluntas.C.de fideicō.Ias.in l.si ita quis.§. ea lege.col. fi.ff.de verbor.oblig. Idem Ias. in l.si ita stipulatus fuero.§. 1.nu.7.eo.tit.facit l. non ideo minus.ff. de rei vendi.l.fi.C. commũ.de leg.l.fi.ff.de vsufruc.earum rerum.le.species, ff. de auro & argento lega.l.generaliter.§.fi.ff.de fideic.hęre. le.generaliter, ibi, pleno iure.ff.q. & à quib.l.plerũq; fit.vbi Deci.ff.de reg.iur.Bald.in l.fœminæ.§.illud.C.de secund. nupt.Ias.in l.traditio, nu.11.C.de pact.Alex.cōsi.208.lib. 2.Feli.in c.conquestus, nu.2.de foro comp.& in ca.auditis nu.6.de prescri.Dec.in c.fi.nu.4.de confir.vtil.Alex.in l.si quis vi.§.differentia, nu.6.ff.de acqui.pos.facit l.fi.§.similiq;.C.de bo.quæ libe.l.si ita stipulatus fuero.§.1.ibi, pleno iure.ff.de verb.obli.l.Sempro.ff.de vsufru.lega.ibi, solidam proprietatē,& ibi plenus fundus.§.seruus, & §.seruus.autem Insti.de hær.insti.l.si alij.ff. de vsufruct.leg.Ripa in l.re cōiũcti, nũ.40.ff.de leg.3.Mari.Soc.in l.4.§.Cato, nu.4.ff.de verb.obli. Ias.in d.l.si ita stipulatus, §.1.nu.8.

Vnde licèt possessor maioratus post mortem restituere teneatur, interea tñ dñs esse intelligitur, vt post alios nouissimè resoluunt Anto.Gomezi. Tauri.l.40.n.75.Pinellus, de bon.mater.l.1.par.2.nu.5.Paul.in l. Titia cũ testa.§. fin.ff.de leg.2.Claudius Mar.in le.naturaliter, §.nihil.cōe, col.12.ff.de acqu.pos.Alc.loquēs in re subiecta restitutioni in l.rectè dicimus.ff.de verb.sig. probat d.l.fi.ff.de vsufruct.earũ rerum, & d.l.species, & d.le.non ideo minus.ff. de rei vendi.l.fi.§.sed quia, cum seq.C.comm. de leg.cùm alijs suprà citatis. Licèt contrarium, & malè, tenuerit Roderi.Xuarez.alle.9.ad fi.idē in l. quoniã ĩ prio.fo.189.Gomezi.Arias, Tauri.l.46.n.5.quos ĩprobat Pinel. vbi suprà.

88 Secũdò quæro, an † prohibitio testatoris impediat hęredis institutionē? Videtur ꝙ sic, l.peto.§.fratre.de lega.2. cum simi. Vnde pro declaratiōe huius quęstionis & precedẽtis cũ quæritur, an prohibitio testatoris impediat alienationem inter viuos, vel hæredis institutionē, distinguo sic. Quia aut loquimur de alienatiōe necessaria, aut de voluntaria. Primo casu, aut necessitas insurgit à defuncto, aut ab hærede. Si à defuncto, non impeditur translatio dominij,& illa alienatio est irreuocabilis. tex.est in l.filiusfamilias, §.diui, ad fi.de leg.1. Si vero descẽdit ab hærede,& tũc dic, quod alienatio valebit dũ viuet, sed post eius mortem reuocabitur, le.peto.§.prædium, de legat.2. Secundò casu principali, scilicet in alienatione voluntaria, dico, quod aut testator simpliciter prohibet sine expressiōe causę, aut cũ causa. Primò casu, aut testator prohibitionem designauit ad personam, ad quam vult huiusmodi rē peruenire, si cōtra fiat,& tunc dic, ꝙ alienatio prohibetur. vt in l.pater filium.§.quindecim, de lega.3.& le. filiusfamilias.§.diui, de lega.1. Aut personam non designauit, & tunc hæc prohibitio nihil operatur, quia nuda, l.pater filiũ.§.Iulius Agrippa.de leg.3.& l.Lucius Titius, in prin.eodem titu.& d.le filiusfamilias.§.diui.notatur in l.quotiens.C.de fideicom & in l.2.C.de vsucap.pro empto.cum similib. Secundò ca su, quando causam expresit hic aduerte. Nam aut iste, qu est prohibitus alienare, alienauit inter viuos, & alienati non valet, d.le.peto.§.fratre, & le.cum pater.§.libertis.d lega.2. Aut alienat hęredē instituendo,& tunc dic, aut in stituit illum, quem ab intestato habiturus est, aut extra neum. Primò casu, aut ille legitimus est specialiter prohib tus, & tunc alienatio per hæredis institutionem fieri n potest, l.codicillis.§.matre, de lega.2. Aut ille legitimus n est specialiter prohibitus, & tunc dic. Aut ille est de sui & tunc dicitur fieri contra voluntatem, l.in suis.ff.de lib & posthu. Aut instituit alium venientem ab intestato, q no

non est de suis,& tunc dic,licet fiat alienatio, tamē in hoc casu hæredis institutio tenet, vt in l.cùm pater.§.cū inter. ff.de lega.2. & ille casus est singularis secundum Paul.ibid. circa finem. Secundo casu,quādo extraneum instituit,aut iste est simpliciter prohibitus alienare, aut est prohibitus in vita sua. Primo casu nō tenet institutio.l.peto.§.fratre. secundo casu bene tenet.Et est ratio,quia si prohibetur in vita alienatio,ergo post mortem permittitur,sed effectus institutionis confertur post mortem,ergo,&c. iuxta nota ta in l.pater filium.§.fundum,de lega.3.ff.

29 Sequitur de prohibitione facta per † legē, in qua quæritur, an prohibitio legis impediat translationē dominij inter viuos? Et conclusio est, ꝙ sic,l.quidam,ff.de acqu.rer. dominio,& l.j.ff.de fundo dotali.Inst.quibus alie.licet vel non.in principio,cum similib. Ratio est,quia factum contra prohibitionem legis est nullum.l.non dubium.C.de legibus,ergo &c.Adde secundā rationem. Nam per legem absq; traditione potest transferri dominium, vt per Bart. & alios in l.traditionibus, C.de pact. per l.commissa.ff.de publi.notat Bal.in l.1. C.communia delegat.sicut per consuetudinem & statutum,vt in c.ex literis,de consuetu.Bal. in l.fi.4.col.C.de sacrosan.eccle.si ergo per legem sine traditione potest transferri dominium, ergo eodem modo potest impediri translatio,vt in prohibitione testatoris.

Secundo quæritur,an prohibitio legis vel statuti impediat hęredis extranei institutionē? Cauetur statuto huius ciuitatis,quod nemo possit aliqua prædia alienare in forensem,an poterit ille in vltima voluntate hæredē instituere? Ista est dubia & principalior quæstio in materia, & nimis quotidiana,ideo illā intendo plene discutere. Et vr̄ primo ꝙ non prohibeatur hęredis institutio.Primò per text.in l. ex hoc edicto.§.pe.ff.de alie.mo.iudi.causa facta.vbi prohibitus alienare in aliquē causa mutandi iudicij, non prohibetur illū hęredem instituere. Secundò ad idē, l.1.ff.de fundo dotali.& tex.in l.quidā.ff.de acq.rer.domi.& notatur Insti.quibus alie.licet vel non.in princ.vbi maritus,qui per legē prohibetur alienare rem dotalem,potest tn̄ alienare per viam institutionis. Et cōfirmatur per multa alia. In contrariū videtur primò per tex.in l.peto.§.fratre,de leg. 2.Secundò per d.§.ea lege,vbi prohibitus alienare, vr̄ prohibitus instituere, & si instituat,incidit in pęnā.Quid dicemus? Communis conclusio est, ꝙ prohibita alienatione per legem, vel statutum, vr̄ prohibita hæredis institutio. Hoc tenet Bart.in d.§.ea lege, & idē videtur tenere Paul. idē tenet Bal.in l.ea lege.sæpe allegata,idem ibi Ang.circa fi.Fundamentū eorum est de gl.in l.j.C.non licere habitā. metro.lib.11.& quod notatur in l.j.C.de iur.fis.li.10.Ego pro ista cōi sententia vltra doctores facio sequentia fundamenta.Primo, Quādo quis est obligatus ad non factū simpliciter non curatur de modo fiendi, dūmodò contra fiat. l.cū seruus,ff.de verb.obli.l.item veniunt,§.petitam,ff.de petit.hære.l.j.§.occisorū, ff.ad Sillania.sed non est dubiū, ꝙ ex institutione hæredis fiat contra,cū hęredis institutio sit alienatio.l.1.C.de fundo dota.iuncta,l.cum hæredes,in prin.ff.de acq.poss.ergo,&c.Secūdò sic.A verbis legis municipalis non est recedendū.l.constitutionibus,ff.ad municipa.l.certa forma, C.de iure fisci.li.10.l.quod constitutū, de testa.milit.cū simi.sed consideratis verbis statuti nō est dubium,ꝙ institutio hæredis si alienatio, l.si quis prioris, §.fi.C.de secund.nup.& per iura quæ supra proximè allegaui,ergo,&c.Et probatur ratione,quia oīs actus,per quē dn̄ium transfertur,est alienatio.d.l.j.ff.de fundo dotali.sed per hæredis institutionem transfertur dn̄ium d.l.cum hæredes,& in l.j.ff.de bo.poss.titulo generali,ergo,&c. Tertiò.Quando detrahitur significatio verbi,illud nō dicitur declarari,sed dr̄ magis fieri interpretatio restrictiua,vt patet,sed si non cōtineretur hæredis institutio detraheretur significatio verbi, vt dixi, cum ergo in statutis secundum cōem opinionem non habeat locum interpretatio restrictiua.d.l.ꝙ constitutū, notat Dinus in l.vt gradatim, ff.de mune.& hono.plene in l.quicquid astringendæ,de verbo. obli.& in l.oēs populi,de iust.& iur.ergo &c. Quartò.Prohibitio legis & testatoris æquiparantur in ista materia:patet,quia quemadmodū prohibitio testatoris impedit trāslationem dn̄ij l.cū pater,§.libertis,cum simil.de lega.2.eodem modo in prohibitione legis d.l.nō dubiū,de legibus, & Inst.quibus alienare licet, in prin.cū similibus, cū ergo prohibitio testatoris impediat institutionē hęredis,l.peto. §.fratre,de lega.2.ergo idē in prohibitione legis vel statuti. Quintò sic. Licet habeamus regulam,ꝙ mitius agitur cum lege,quā cum ministro legis.l.Celsus, cū similibus,ff. de arb.tn̄ alia regula est,ꝙ mitius agitur cum homine non ministro legis,quā cum ipsa lege,casus est singularis in l.si libertus minorē, ff.de iur.patrona.in prin.vbi alienatio facta in fraudem legis,est nulla si tn̄ fiat in fraudem patroni, bene valet,licet possit reuocari. Modò sic,qn̄ alienatio fit in fraudem hoīs,& sic testatoris,impeditur translatio dominij per viam institutionis,d.§.fratre,ergo multo magis si prohibeatur à lege, & est nouissima inductio. Sextò sic. Dispositio testatoris est lex,in auth.de nup.§.disponat l.1. ff.ab l.fal.sed qn̄ à testatore prohibetur,impeditur institutio hæredis, d.§.fratre,ergo idem si à lege, vel statuto. Et istud argumentū induco iterū à fortiori. Illa quæ fiunt cū maiori deliberatione, maiorē sortiuntur effectū, ad quod facit l.quid ergo.§.quantū, ff.de ijs qui notantur infamia, certum est autem, ꝙ lex fit cū maiori deliberatione q̄ testamentum l.humanum,C.de legi.iuncta l.hac consultissima, vers.at cū humana.C.qui testa.facere poss.& quod notatur, in l.2.C.de peculio eius qui lib.meru.si ergo prohibitio facta in testō,vbi est minor deliberatio, impedit institutionē hæredis, ergo à fortiori in prohibitione facta à lege, vel statuto.Septimò.Quia si posset fieri hęredis institutio de forensi,alia via alienādi esset reperta, & posset statutum circunscribi.contra l.magis puta.§.si pupillus, ff.de rebus eorū,& l.cùm ij.§.si cū lis.ff.de transa. Octauò.Prohibitio facta in testō prohibet hæredis institutionem mediante lege,nam si testm̄ non esset lege firmatū, nihil valeret l.hac consultissima,§.ex imperfecto, C.de testa.cū similibus,ergo idē debet esse de ipsa lege prohibēte,& multo magis,arg.l.cū penū.§.j.ff.de penu.lega. & in auth.multo magis,C.de sacrosan.eccle.Nonò.Qn̄ est impedimentum ex parte personæ,quę non pōt disponere titulo singulari,nec vniuersali.Insti.de lega.§.legari.l.diuus,§.codicillos,ff.de iure codicillorum, & l.sciendū,de legat.j.sed hic est impedimentū ex parte certi generis hoīum.s.forensiū, ergo,&c.Decimò.Statutū est conuentio ciuiū,sed si conuentione alienatio est prohibita,continetur institutio hæredis,vt suprà,ergo idē si à statuto. Vndecimò facit.Quando quis tenetur ad factū negatiuū,simpliciter tenetur curare,ne id per legem, vel hoīem fiat, gl.est in §.ea lege.l.si ita quis,ff.de verb.obl.quā dicit singularē Bal.in l.quoties, in prin.C.de fideicommis.& eam notabiliter alleg.in rub. C.qui admi.ad bono.poss.in fi. & in l.si emancipati.8.opinione.C.de coll.& facit tex.singularis in l.codicillis, §.matre.de leg.2.sed iste tenetur ad factū negatiuū, ergo debet curare,ne ad forensem perueniant qualitercunque,ergo à fortiori non debet posse illū instituere.Duodecimò suadetur. Appellatione alienationis, venit institutio leg.si quis prioris,§.certū.C.de secundis nup.ergo prohibita alienatione,prohibetur institutio,vt in nostro casu. Decimotertiò facit. Casus excepti firmant regulā in contrariū.l.nam quod liquidè.§.fi.de penu.lega.leg.ius singulare,ff.de legi. sed qn̄ alienatio est prohibita à lege in quibusdam casibus est permissa institutio hæredis,l.j.de fundo dotali,& l.quidā,de acq.rer.domin.ergo regulariter secus. Quòd aūt illi casus sint speciales,patet per verbū,quidam, positū in d.l. quædam, quod denotat regulam esse in contrariū l.quidā in prin.ff.eod.Item ꝙ regula sit in contrariū,probatur sic. Illa non sunt transmissibilia in vniuersali, quæ non essent transmissibilia in speciali.l.j.in prin.ff.de offi.eius cui mandā.est iur.l.qui peculij.ff.de peculio.l.oēs. C.de quad. præscri.ergo si casus reperiūtur in contrariū, erunt casus speciales,

ciales,ergo habeo propositum.Restat nūc rñdere ad contraria.Et primò non obstat,l.ex hoc edicto.§.pe.ff.de alienatione iudi.quia ibi non prohibeatur alienatio simpliciter, sed propter dolū alienantis, & sic illa alienatio dolum requirit, cùm ergo hæredis institutio careat dolo non videtur prohibita,at in casu nostro prohibetur,non ratione doli, sed ne perueniat ad forensem, quia ratio militat siue in vita siue per institutionem fiat alienatio. Non obst.l.1. de fundo dotali.& d.l.quædam,quia potest dici,ꝙ illi sunt casus speciales, vt euidenter probaui suprà vltimo fundamento.Vel aliter,licet in illis legibus fiat contra verba legis,non tamen contra rationē eius. Ratio.n.quare prohibetur alienatio fundi dotalis est, ne mulieres deducantur ad inopiā.l.j.§.& cùm lex.C.de rei vxoriæ actione,sed qñ peruenit ad hæredem,non fit contra,cum id perueniat cū omni conditione,cū qua erat penes maritum,vnde si maritus non pōt alienare,nec etiam hæredes eius d.l.j.de fundo dotali.Sed in casu nostro qñ fieret hęredis institutio de forense,fieret contra verba,& contra mentē condentium statuta,qui gerebant in mēte,ne territoriū istud applicaretur forēsibus,ergo &c. Et ista vř mihi optima solutio. Et ab ista sñia,à qua nemo discrepat,non est recedendum.

Tamen disputationis gratia posset attentari cōtrarium imò ꝙ permutatur hæredis institutio. Pro quo allego sequentia. Primò l.pater filium,§.fundū,de lega.3.Secūdò, §.Iulius Agrippa, eadē l.Tertiò,§.quindecim.eadē, l.quæ iura inducas per te. Quartò hoc probo per tex.in l.Aurelio, §.fi.ff.de lib.leg. vbi minor est prohibitus alienare per l.tñ per modum institutionis pōt de eis disponere,ergo sic in casu nostro. Quintò hoc probo per tex.in l.milites prohibētur,§.fi.ff.de re mili.quā l.sic induco. Dicit principiū illius,l.ꝙ milites prohibentur emere prędia in locis,in quibus militant,ergo per consequens dñi prædiorū sibi vendere, vel alienare, ꝑ notata per Bar.in l.inuitus,§.j.de reg.iur.arg.l.fi.cū similibus, ff.de accep.licet hoc sit dubiū per notata per gl.& Bal.in l.j.in prin.C.de cōi seruo manumis. Modo dicit dictus.§.fi.in d.l.milites, quod possunt domini prædiorū illos milites hęredes instituere,ergo prohibitus alienare in aliquē, non prohibetur illū hęredē facere. Sextò eodē modo probo per l.Decurio.ff.de Decurio.Septimo hoc probo per tex.in l.non dubium.C.de testa.vbi habetur,ꝙ licet non possim vendere,vel contrahere cū iudice,vt C.de contractibus iudiū, possum tñ illum instituere hęredē,ergo prohibitus alienare per l.nō prohibetur instituere.Octauò facit l.quędā,de acq.rer.dom.& in l.1.de fundo dota.in generalitate sui. Nono facit d.l.ex hoc edicto,§.pen.de alie.iudi.Decimo facit l.cū pater,§.cū inter. vbi casus singularis,de leg.2. Vndecimo facit l.qui solidū, §.prædiū,de lega.2.Duodecimo pōt facere tex.in c.ad nostram, el.2.de iureiur.& in c.cum inter.p.de renunt.Decimotertio pro hac opinione mea allego in proprijs terminis Bal.in c.quia v.vlt.col.de iudi.vbi tenet, ꝙ stante statuto, ꝙ res ciuium existentes in extimo cōis non possint forensibus vendi,vel donari,tñ poterunt per viā vltimę voluntatis legari, vel donari causa mortis, licet videatur ead. ratio,vt ibi per eum,qui reputat bene notandū, quia sæpe contingit,de facto. Et tenendo istā partem,restat rñdendum ad allegata pro cōi opinione, quod est summè difficile. Respond. tñ ad ea doctores allegant pro se. Primo ad text.in l.peto, §.fratre,de lega.2.& dico,quod loquitur in prohibitione testatoris, nos loquimur in prohibitione legis vel statuti.Sed hęc resp.nō valet quia plus deberet posse lex,quā testator, vt suprà dixi in sexto fundamento,qđ adduxi pro cōi.& per Bar.in d.§.ea lege,post medium, & quia in ista materia æquiparantur lex & testator, vt supra dixi. Quare rñde prout gl.in d.§.fratre,quod licet prohibeatur hæredis institutio,intelligitur vt contra faciens incidat in penam,licet dñium transferat,cogita ergo. Secundo nō obstat dictus,§.ea lege,quia dico,quod loquitur in prohibitione contrahentium, quæstio aūt nostra in prohibitione,l.vel statuti,inter quæ sunt multæ differentiæ.Sed hæc rñsio est nullius momenti.Nā si in prohibitione contrahentium vř prohibita institutio hæredis, vt ibid. licet transeat dñium, ergo à fortiori in prohibitione l.vel statuti,quæ est maioris potentię,vt patet in ista materia.Quare dico, quod §.ea lege.l. loquitur qñ prohibitio est facta de certis personis specialiter,quo casu prohibetur hæredis institutio,vt ibi. in quo etiā deuolutio ab intestato,vt ibid. in gl.& in l.codicillis,§.matre,de lega.2. secus si prohibitio est facta de certo genere,vt in quęstione nostra.Et ꝓbatur hæc solutio in l.non dubiū C.de testa. iuncto tit.C. de contracti.iud.& quod ponit Ias.in terminis in l.principalibus.8.limitatione, ff.si cert.pet.& in d.l.non dubiū, in princ.Tertio non obst.gl.in l.1.C.nō licere habita.me.pet. per quā se fundant doctores,quia imo retorqueo illam gl. contra eos. Nā si recte aduertatur,gl.ibi tenet istā partem, dum dicit in fi.primū verius, argu.de fundo dota.l.j.& illa gl.determinat istā conclusionem pro parte,quā sustineo,licet in alia opinione faciat pro doctoribus. Quarto non obst.l.si quis prioris,§.certū,de secūdis nuptijs,quia ibi loquitur permissiue, hoc est,quod permissa alienatione,permittitur hæredis institutio, secus si sit prohibita, nam tūc non sequitur, quod prohibeatur hæredis institutio, vt in quæstione nostra.Et ita illū tex.licet nō ad hoc propositū, intelligit Bar.in d.§.ea lege, & in l.peto.§.fratre, de leg.2. Ad alia quæ adduxi pro cōi sententia,cogita de responsione.Verùm quia rñsiones proxime datæ non sunt tutæ,& quia ad alia quæ adduxi pro cōi non bene potest responderi, ideo teneo cum cōi opinione per fundamenta doctorum,& per ea,quæ ego addidi.Nec obst.fundamenta,quę ego pro me induxi.Primo nō obst.l.pater,§.fundū,& §. Iulianus Agrippa,& §.quindecim.de lega.3.quia loquuntur in casibus specialibus,vt in eis patet.Quarto nō obst.l. Aurelio, §.fi.de libera.lega.quia ibi prohibeatur alienatio ꝓp imbecillitatem alienantis, ideo nimirum,si permittatur ei,quod possit instituere. Et istā solutionē colligo per Bal.in l.ea l.2.q.Quinto nō obst.l.milites,§.fi.de re milita. quia loquitur in prohibito emere, & sic in casu speciali.& propter impressionem, vel timorē,quæ ratio cessat in vltima voluntate,secus si aliquis prohibeatur in illum militē alienare,quia non posset illum hæredē instituere, vt in nostro casu,quia est prohibitio ganeralior. Et eadē ratio datur ad sextum de lege, decurio, de decurio, & ad septimū de lege,nō dubiū.C.de testa.& pro ista solutione vi,quod dicit ibi Ias.post princi. Ad octauum de lege,quædam,de acq.rer.dominio,& de l.1.de fundo do.& ad nonum de lege, ex hoc edicto, de alie.iudi.mu.iam supra fuit responsum.Ad decimum de lege,cum pater.§.cùm inter.de leg. 2.quod ibi loquitur de eo, qui ab intestato erat successurus,nos loquimur in extraneo,qui non poterit hæres instituti.Ad vndecimum de lege,qui soluendū,§.prædium,de lega.2.respondeo,quod ibi ideo permittitur extranei hæredis institutio,quia nullus de familia superat,qui posset aduocare, & sic cessat ratio prohibitionis, sed in nostro casu non cessa ratio statuti,qñ instituitur forensis, vt patet,& est verissima responsio.Ad duodecimū de c.cū inter.p.de renuntia.& c.ad nostrā,de iureiur.non est necesse rñdere, quia ibi non loquitur de alienatione prohibita, vt hic, nec loquitur ibi de institutione hæredis, de qua hic loquimur. Vltimo ad authoritatē Bal.in c.quia 5.de iudi.non pōt melius dici,nisi quod non sit vera, vt patet ex supra dictis, & ita reperio quod vno verbo dixit Ias. in l.non dubium.1. col.in medio.C.de testa. licet non ad propositum nostrū.

91 Retenta cōi opinione,regula est, quod † prohibita alienatione per legem,vel statutum,vel testatorem,prohibetur etiam hæredis institutio.l.peto,§.fratre,de lega.2.& in d.§.ea lege,cū similibus. Hæc regula limitatur multis modis.Primo per l.pater filium,§.fundum, de lega.3.Secundò per §.Iulius, eadem l.Tertiò per §.quindecim,eadē l. Quartò per l.quidam, de acq.rer.domi.& in l.1.de fundo dota.Quintò per l.ex hoc edicto, §.penul.ff.de aliena.iudi mu. Sextò per l.Decurio,ff.de Decurio. Septimò per leg. milite

milites prohibentur, §.fi. de re milita. Octauò per l. nō dubiū. C. de testamentis. Nonò per l. Aurelio, §.fi. ff. de liber. lega. Decimò per l. cū m pater, §. cū inter, de lega. 2. Vndecimò per l. qui solidū. §. prædium, eod. tit. Duodecimò ꝙ prohibita alienatione, non prohibetur hæredis institutio, quando non fit contra mentem legis, vel statuti, licet fiat contra verba, vt est videre in l. quendam, de acq. rer. dominio, & l. 1. de fundo dota. secundum vnam solutionem vt dixi. Alias limitationes colligere poteris per te. Alio modo limito per l. si quis prioris. §. certū, de secundis nuptijs, scilicet quod est permissa alienatio, nam tunc etiam permittitur institutio. Rationes autem prędictorum casuum patent in quolibet eorum, si bene consideras.

Vltimo in materia vi. quæ ponit Bar. in l. filius fa. §. diui. de leg. j. pen. & vlt. col. Itē in materia vi. singularē quęstionem quā ponit Ias. in l. ait prętor la. 2. de iureiur. in prin. primo notabili, & est valde quotidiana. Finit rub. nostra.

Redeundo ad illum articulū, de potestate testatoris, infertur. 46. an testator, qui solēne testamen. fecit, possit efficere, vt id testam. non valeat in vim testamenti, sed tantū in vim codicillorum? Et Soci. consi. 142. lib. 1. incipi. Reuerende pater, nu. 4. tenet posse, post Io. Andr. in addit. ad Specu. in titu. de instru. editione, §. compendiose. Dinus in quæstione. Quæstio talis quidam paterfami. quos ipse allegat, tangit Ias. in l. non codicillum. C. de testa. Greg. Lupus in l. 2. tit. 22. part. 6. sentit. Viglius in simili in §. ex eo. Inst. quib. mod. testa. infir. Sed licet non inueniam contradicentem, tamen contrariam partem veriorem dicerem.

Primùm per §. ex eo autem solo. Insti. quib. mod. testa. infir. vbi expressum est, testa. ritè factum nō posse infirmari, etiam si testator velit intestatus decedere, vt tenent ibi communiter doct. licet Viglius id ibi non admittat. Sic ergo & in specie nostra, qui ritè fecit testa. non potest efficere nuda sua voluntate vtcunq; expressa, quòd valere desinat in vim testamenti, nam velle quòd valeat in vim codicillorum, nihil aliud esset, quàm velle vt testamen. esse desinat, & ei intestato legitimi succedant, vt in princi. Instit. de codicil. l. fi. C. fam. hær.

Secundò est tex expressior in l. militis codicillis, §. veteranus, ff. de mili. testa. vbi etiam in milite non admittitur, vt testa. ritè factū nuda voluntate, aut pœnitentia infirmetur, etiam si aperte declarat velle se intestatum decedere. Ergo cùm in nostro casu nihil aliud sit velle vt testa. ritè factum in vim codicillorum valeat, nisi iubere, vt testam. ritè factum sola voluntatis mutatione infirmetur, hereditasq; ab intestato deferatur, id longè minus huic pagano licebit, cùm neque etiam militi liceat.

Tertiò testam. est publici iuris l. 3. ff. de testam. ergo, &c. vt l. ius publicū, ff. de pact. l. priuatorū. C. de iur. omn. iudi.

Quartò facit l. fin. ff. de suis & legi. ibi, priuatorum enim cautiones legum authoritatem non censeri. Ad idem l. nemo potest, ff. de lega. 1.

Quintò optimè facit l. si acceptilatum, ff. de acceptilati. vbi licet oīs obligatio consensu & verbis contracta potest perimi per acceptilationem, vt in §. item per acceptilationem. Inst. quib. mod. toll. ob. tñ obligatio re contracta per acceptilationē, tolli non pōt, vt d. l. si acceptilatū, quia cū nihil tam naturale sit, quā vnumquodq; eo modo dissolui, quo colligatū est, vt in regula iuris, & c. oīs, de reg. iur. in decret. superest, vt rei interuentus in resolutione illius obligationis necessarius sit, nō secus, ꝙ fuit in eius creatione. Et vt si vas aureū, vel argenteū ex massa aurea, vel argentea conflaueris, deinde dixeris, Pęnitet me fecisse conflasseq; illud vas, non per hoc vas illud infectum redditur, ita quoq; ars ciuilis, quæ inuiolabiliter, religiosissimeq; imitatur naturam, §. minorē. Inst. de adopti. l. adoptio. ff. eod. nō permisit, vt dispositio semel ritè formata, infecta redderet per solā, nudamq; agentis voluntatem, qñ ad illius rei, qua de agitur, perfectionem, & consumationem sola volūtas non suffecit, sed prætera aliquid aliud interuenerat.

Hinc est, quod & sexto loco nostram firmat sñiam, ꝙ si testator tabulas testamenti rescindere, aut delere iussit, idq; effectū est, tunc id testam. infirmatur: quia vt facto & volūtatis testantis fuerat confectū, ita & per contrariū factū, & contrariū voluntatē infectum redditur, & ita procedit, l. 1. & per totū, ff. quæ in testamen. delen. & C. eo. tit. nam & si vas quod fecisti, fregeris, infectum redditur.

Hinc etiā est, quia legata, quę nuda voluntate adimūtur l. si iure. ff. de leg. 3. & per totū, ff. de adimen. lega. nuda similiter volūtate pereunt, qñ testator declarauit pœnituisse se testam. fecisse, quia per hoc non perit ipsa testamenti species, nō sic in institutione hęredis, in qua sita est testamēti essentia. l. j. ff. de vulgar. l. proxime, ff. quę in testam. delen. l. eam quā, C. de fideicommis. l. si nemo, de reg. iur. ff. l. si nemo, ff. de testa. tut. Ita in specie probat d. §. veteranus. Nostra tñ opinio recipit distinctionē, quā mox subijciemus.

Stat ergo testatorem paganū efficere nō posse, vt testa. ritè semel consummatum, iure tm̄ codicillorū valeat hoc primò contra cōem. Deinde idem esse etiā in milite, hóc. 2. contra cōem, licet vtriusq;, vel alterutrius voluntas firma esset, si ante testam. consummatū interfuisset, quo casu eorum sententiæ præter eorundem intentionē saluantur.

Quid autem iure regio, quo iure nouè inductum fuit, vt testam. nuncupatiuum, & codicilli exæquarentur quo ad numerum testium, reliquamq; solennitatem, vt in l. 3. Tauri. Facit l. 1. tit. 2. lib. 5. ordina. An hoc iure, qui nuncupatiuum testam. fecit, poterit præcipere, vt valeat in vim tantùm codicillorum. Mouet quæstionem, quòd in habentibus symbolum facilior est transitus, vt per Bar. in l. Centurio, in prin. ff. de vulga. vbi per omnes. Adhuc contrariū teneo, vt etiam iure regio non liceat non magis quam iure communi, quia licet in solennitate sit similitudo, tamen in effectu longe differunt, vt constat ex §. pe. Inst. de codi. l. 2. C. eodem, cum multis similibus, facit l. Scæuola, ff. ad Trebellia. sicq; extenditur d. l. 3.

His tamen casibus pręceptū testantis in hoc forte proderit, vt hęres scriptus hęreditatem restituere teneatur hęredibus legitimis testatoris, argu. d. l. Scæuola. Cogita tamen, quia non firmo propter generalit. d. §. veteranus, & d. §. ex eo. & quòd valeat in vim fideicom. optime facit l. posthumus, §. fi. ff. de iniust. rup.

Deniq; cum queritur, an testator, qui re vera vel inspecta solennitate disponendi & tenore dispositionis testa. fecit quia & septē testes, & reliqua solennia adhibuit, & præterea hæredem scripsit, expresit tñ se codicillari tantùm velle, vel eam dispositionem velle vt valeret in vim tantū fideicom. aut codicillorū, efficere potuerit, vt in vim tm̄ codicillorum, non etiā testamenti valeret. Et sunt tres casus inspiciendi. Primus, qñ id declarauit ante testa. Secūdus, quando in ipso actu testandi. Vltimis, qñ post testam. perfectum. Posteriore casu procedit nostra opin. negatiua per nostra fundamenta. Sed duobus primis casibus non ineleganter defendi pōt opi. affirmatiua existimantium, eandē dispositionem in vim tm̄ codicillorum, non etiam testamenti valere. Moueor noua fundamento, nam vt formæ testamenti nihil addi pōt non magis quàm detrahi, vt est vera & cōis opin. quam edocemur in §. 9. nu. 11. & §. 11. nu. 25. & nu. 39. & §. 14. nu. 90. cum sequent. ita quoq; formæ codicillorū eadem ratione addi aut detrahi nihil pōt, ita vt adiectio illa noceat, aut prosit, vnde si in ipso actu disponendi, aut antea apparuit voluisse me nō testari, sed tm̄ codicillari, huic rei impedimento non erit interuētus plurium, quam quinq; testium, quinimo erit codicillus, non secus, quam si interfuissent testes decem, & testator vellet testari, quo casu testes qui superfluunt, non vitiant, vt in l. hæredes palam, in prin. ff. de testa. & C. eod. l. testam.

Quod & suadetur per l. non codicillum, C. de testa. vbi in simili re apparet, non de potestate, sed de voluntate testatoris disputari, quasi si testator codicillorum facere voluisset, impedimento non esset numerosior testiū conuentus, nec etiam exhæredatio, aut hæredis institutio, cū illa nullius momenti sit, hæc autem in fideicom. vni. conuertatur,

tatur, vt in l. 2. C. de codicil. §. pen. Inst. eod. l. Scęuola, ff. ad Trebel. Dixi in simili per innumera argu. in prin. §. 11. in illa quæstione, an si testator in scriptis testari destinauit, & solennia non adhibuit, valeat dispositio vt testam. nuncupatiuum cùm ad illud solennia non deficerent. Vbi plene docuimus ius ciuile, quod naturam imitatur, non permittere, vt vna dispositio iam semel in sui creatione perfecta, possit nuda voluntate in aliam conuerti, non magis, quàm homo poterit sua voluntate in alterum hominem conuerti, aut canis in leonem, aut vas aureum vel argenteum semel conflatum poterit nuda iussione aut voluntate infectum reddi, nisi illud fregerit, &c. At antequam isthæc in esse producantur, liberum est destinationem mutare, ergo, &c. Vide tamen quæ dixi in §. 25. nu. 19.

92 *Genera, & quantitates à pari procedunt.*
Accrescendi ius, an sit in summis legatis?
Accrescendi ius quando impediatur per testatorẽ.
Ius accrescendi non est in summis legatis, cõtra communẽ.
93 *Neque etiam in generibus legatis, contra communem.*
94 *Intellect. l. Venditio. §. huiusmodi. ff. de contrahen. empt.*
95 *Secundus intellectus, § huiusmodi.*
96 *Tertius intellectus, §. huiusmodi.*
97 *Primus intellectus, §. Seio l. fi. de lega. 2.*
98 *Secundus intellectus, §. Seio.*
99 *Tertius intellectus, §. Seio.*
100 *Quartus intellectus, §. Seio.*
101 *Augmentum cedit legato in rebus testatoris, legatis, non autem in rebus alienis, cum communi.*
102 *Intellectus, l. plane, §. si duobus, ff. de lega. 1. & l. huiusmodi, §. si Titio, eod. titu.*
103 *Secundus intellectus.*
104 *Si legatum speciei testatoris, vel hæredis ipsi hæredi & alteri relictum sit, portio hæredes accrescit cõiuncto, licet petat legatum actione personali, contra communem.*
105 *Si res hæreditaria legatur hæredi & alteri, tunc pars hæredis coniuncto legatario accrescit, licet non propria authoritate, sed de manu hæredis capiat legatum, contra doctores.*
106 *Si res hæreditaria legatur hæredi, & alteri verbaliter tãtum coniunctis, pars hæredis legatario coniuncto accrescit, contra docto.*
107 *Si res hæredis legatur ipsi hæredi, & alteri, pars hæredis legatario accrescit.*
108 *Tertius intellectus ad § si duobus, supra allega.*
109 *Si pars legatario præstari impossibile sit, collegatario coniuncto accrescit.*
110 *Quartus intellectus ad d. §. si duobus.*
111 *Impossibilitas legati præstandi ex parte rei proueniens, nõ impedit ius accrescendi.*
112 *Quintus intellectus communis ad d. §. si duobus.*
113 *Portio legati vacans non desinit accrescere, licet aliquis habeat ius illius portionis retinendæ vetustius ipso legato, contra doctor.*
114 *Vbi est omnimoda disiunctio realis, cessat ius accrescendi, cum communi.*
115 *Vt diuisio fieret debeat in summis legatis, vel in speciebus, vel in stipulationibus.*
116 *Ratio communis quare in contractibus non fit ius accrescendi.*
117 *Altera ratio contra communem.*
118 *In contractibus non esse ius decrescendi contra communẽ.*
119 *In contractibus non esse ius accresc. vel non decresc. licet intersit concedentis, contra communem.*
120 *Intellectus, l. si fundus ille.*
121 *Contra Alex. & Ripam.*
122 *Contra Bar. Ias. & Ripam.*

Intell. l. pe. ff. de vsufru. accresc.
Intell. l. 1. §. fi. & l. inde Neratius, ff. de vsufruct. accresc.
123 *Contra Ripam pro communi, in contractibus non esse ius accrescendi.*
124 *Contra Ripam, quòd in quibus casibus alteri per alterum acquiritur obligatio, adhuc in contractibus non est ius accrescendi.*
125 *Contra Imo. Alex. & Ias. quòd qui non admittitur ad partem, non facit partem in contractibus, non magis, quàm in vltim. voluntatibus.*
126 *Declaratio ad Bar.*
127 *Contra communem in vsufr. inter viuos constituto non esse ius accrescendi.*
128 *Etiam post portionem quæsitam non esse ius accrescendi in vltim. voluntatib. contra communem. In vsufru. licet sit ius non decrescendi.*
129 *In vsufructu inter viuos constituto non est ius accrescendi ante portionem quæsitam, nec postea. Non quoq; est ius non decrescendi ante portionem quæsitam, vel postea.*
130 *Intell. l. mulieri & Titio.*
131 *Noua illatio.*
132 *De eadem re, contra communem.*
133 *Contra communem, quod in l. mulieri & Titio, ff. de condi. & dem. potest ex pòst facto esse ius non decrescendi.*
134 *De eadem re contra Zasium.*
135 *Si quantitas duobus legatur, quorum alter est incapax, pars incapacis alteri non accrescit, sed remanet apud grauatum.*
136 *Intell. contra communem ad l. si Titio, & ei. ff. de lega. 2.*
Contra communem, quod si Titio & mihi centum legētur, & fiscus Titij partem ex delicto illius delatam repudiet, cessat ius accrescendi.
137 *Contra communem quòd verbum, dena, nec decem significat, nec viginti.*
138 *Quod pœna denarum librarum, non de viginti intelligatur semper, nec semper de decem, contra omnes.*
139 *Contra communem illatio.*
140 *Contra communem illatio.*
141 *Contra communem illatio.*
142 *Contra communem illatio.*
143 *Contra communem, quòd diuersitas numeri, vel quantitatis inter interrogationem, & responsionem, vitiet stipulationem.*
144 *Noua illatio, si plures species generice stipulanti pauciores promittantur, non vitiari stipulationem.*
145 *Intell. l. in testamento. 2. ff. de cond. & dem.*
146 *Quantitas duobus legata sub conditione, si nuberent, altero nolente, eius pars alteri non accrescit, contra docto.*
147 *De eadem re, contra communem.*
148 *Intellectus. l. Iulius Paul. ff. de cond. & dem.*
149 *Quantitas duobus legata sub conditione, si alter rationes redderet, eo non reddente rationes, eius pars alteri non accrescit, contra docto.*
Intellectus. l. Lucius, §. quæ habebat, ff. ad Trebel. contra communem.
In obligatione specierum fit diuisio per quotas, sed in obligatione summarum, vel specierum, quæ generice debentur, vel etiã generũ, nõ fit diuisio nisi per numerum.
150 *Ius accrescendi cessat si simus in summis legatis per distributiuum nomen, cum cõi. Idemque foret, licet id nomen distributiuum non esset, contra mentem communis opi.*
151 *Distributiuum non dirimit coniunctionem verbalem, nec impedit ius accrescendi contra communem.*
152 *Re omnino disiuncti sub eadem oratione vocati, an verbaliter coniuncti videantur, quòd non quo ad effectum iuris accrescendi, cum communi.*

153 *Sola verbalis coniunctio non inducit ius accrescendi, id est prælationem in iure accrescendi in hæredit. noua opi.*

154 *In summis legatis est ius accrescendi inter coniunctos collectiuè, idemq; in generibus, noua declaratio.*

155 *Licet sit omnimoda separatio realis, est ius non decrescendi inter verbaliter coniunctos per nomen collectiuum noua opinio.*

156 *Inter coniunctos collectiue est ius accrescendi, etiam in re aliena legata, noua declaratio.*

157 *Intellectus l. qui quartã. §. fi. ff. de lega. 1. vt in summis legatis inter coniunctos collectiue, sit ius non decrescendi.*

158 *In summis legatis, & reliquis generibus est ius accrescendi inter coniunctos per nomen collectiuum.*

159 *Distributiuum, & dictio, æque, dirimunt coniunctionem realem, siue ea per copulam, siue etiam per nomen collectiuum inducta fuerit.*

160 *In summis legatis non est ius accrescendi etiam inter collectiue vocatos ad tot summas, quod erant personæ legatariorum. Idem si ad vnam tantum summam, si adijciatur dictio, æque, vel æquis partibus.*

161 *In rebus alienis legatis non esse ius accrescendi, contra communem.*

162 *Licet augmentum regulariter cedat lucro legatarij, fallit tamen quando res aliena legata augetur.*

163 *Grauius est obligari ad dandum, quam ad tradendum.*

164 *Diminutio facilius admittitur, quam interitus.*

165 *Intellectus l. cum quo. C. de lega.*

166 *Quod non possit quis grauari vlta quam ex testamento recepit, procedit, quando grauatur in quantitate, vel aliquo generico, vel re aliena præstanda. Secus in specie sua præstanda.*

167 *Ius accrescendi cessat in 19. casibus hic enumeratis.*

REDEVNDO ad illum articulum, de potestate testatoris circa legis transgressionem infert 47. an testator posit prohibere ius accres. & hac in re dispensare cũ prohibitione, l. ius nostrũ, ff. de regu. iur. Qua in re cõis opi. est nõ posse, vt per Decium post alios in d. l. ius nostrum. Bar. & oẽs in l. quoties §. si duo. ff. de hære. inst. Viglius post alios in §. hæreditas, ad fin. Insti. eod. tit. & per nouissi. in d. l. re coniuncti, differimus infra. Verum in legatis nõ dubium est, quin testator ius accres. prohibere posset, vt tradunt cõiter doct. supra citati. & tradunt oẽs in l. vnica. §. vbi aũt legatarij, per tex. ibi. C. de cadu. tol. & hic est casus vnus, in quo cessat ius accres. Sũt & alij casus, ibi quibus ius accresc. cessat. Qua in re in primis videndũ est, an in summis legatis sit ius accres. Et ꝙ sit ius accres. non secus quã in speciebus, tenent doct. cõiter, estq; tam recepta sententia, vt ab ea nullũ fere declinatum inuenias, nam ita tenent Bal. Cuma. Pau. Alex. & alij in l. si pluribus, ff. de lega. 1. Cuma. Alex. & Rom. in l. stipulatio ista, §. eum qui, ff. de verb. oblig. sentit Salic. in l. vnica, §. fin aũt disiunctim. C. de cadu. toll. quos refert, & sequitur Ias. in l. re coniuncti, nu. 58. ff. de lega. 3. idẽ sentit Bar. in d. l. re coniuncti. 3. col. dum facit differentiã, vtrùm ita legetur, Titio decẽ, & Seio alia decẽ lego. vt tunc inter eos non sit coniunctio realis, an verò dicat, Titio & Seio decem lego. vt tunc quia vnica fuit cõceptio verborũ, non desinat esse inter eos coniunctio realis, nec cesset ius accres. In quo cum Bar. transeunt ibi Cuma. & Ias. nu. 57. Vexutius col. 9. Crotus, nu. 16. Politus, nu. 213. & 4. Ripa, num. 27. post alios, quos ipsi allegant, & ita sentiunt doct. contra Bar. ibi in l. si quis testõ, in prin. ff. de lega. j. & est ex sententia oĩum doctorũ, dum faciũt differentiã, vtrùm testator dicat, Titiæ, & Bertæ lego decẽ, vt tunc inter eas sit coniunctio realis, & ius accres. an verò dicat, Titiæ & Bertę lego decem pro qualibet, vt tũc cesset ius accres. pp illud distributiuũ qualibet. Ita tenent Bart. Bal. Ang. Salic. Nicolaus de Neapolis, & alij in l. hmõi, §. quibus, ff. de leg. j. vbi Ias. nu. 3. hanc dicit cõem sñiam Imo. & cõiter doct. in l. qui filiabus, §. j. ff. de lega. j. & ibi Alex. & Ang. consi. 11. Alex. consil. 5. Viso titulo quæstionis, lib. 2. Bal. in l. si duobus, §. si. ff. de lega. 1. quos refert & sequitur Ias. in d. §. quibus, Ias. in l. qui quartam, §. fi. per tex. ibi. ff. de leg. j. vbi tradunt plerisq; scribentiũ, cuius verba ita habent. Si quis vnã summã filiabus legauerit, ita vt de posthuma sentiret, si ea non est nata, superstiti solidũ debebitur, qui tex. videtur plane probare cõem sñiam, & etiã tex. in l. si quis testamento, in prin. ff. de lega. 1. Sed ad d. l. qui quartã, in §. fi. postea signabo verũ intelle. & d. l. si quis, inducam pro contraria opinione, licet cõem opin. etiam teneat Ias. nu. 105. in d. l. re coniuncti sed ego teneo contrariũ. Hęc pro cõi sñia adduxisse sufficiat, quia ipsa suis satis authoritatibus suffulta est. Nũc vero ad contrariam partem, hoc est, ad nostrã sñiam vertamus intuitum. Quæ (vt dixi) non solũ à nullo vnquã defensata, sed nec etiã tacta, vel in discrimẽ adducta fuit, cuius solius cõprobatio, atque defensio mihi curæ fuit. Pro qua in primis vrget talis cõsideratio. Generaliter receptũ est, vt genera, & quantitates à patri procedãt, sed in generibus nõ est ius accrescendi, ergo nec in quantitatibus accrescendi erit.

92 Quòd autẽ † genera & quantitates à pari procedant, est tex. in l. plane, in §. si eadem, vers. sed si pondus, ff. de lega. j. vbi Iurisconsultus ait, Si pondus auri vel argenti sępius sit
93 relictũ, Papinianus rñdit magis † summę legato cõparandum. Subdit tex. merito, qm̃ non species certa relicta videtur. Ecce vt duo expressit. Consultus, & ꝙ legatũ genericum cõparatur legato pecuniæ, seu quantitatis, & ꝙ non cõparatur legato speciei, sed potius dissimile, distinctũque ab eo est. Subdit Consul. proinde, & si quid aliud est, quod pondere, mẽsura, numerove continetur, idẽ erit dicendũ. Itaq; quod pondere, mensura numerove continetur, qđ genericũ appellamus, iuxta l. 2. in §. mutui, & quæ ibi latissime habentur per gl. & per dd. ff. si cert. pet. id assimilatur pecunijs, quãtitatibus, & summis, nõ aũt speciebus, prout vtrũq; probatur in d. §. sed si põdus, & in l. talis scriptura, in prin. ff. de lega. j. & in l. plane, in §. sed hoc ita, ff. eodẽ, & in l. sed & si certos, & in l. si seruus legatus, in §. qui quinq;, & in l. talis scriptura, in §. itẽ si legetur, ff. de lega. j. in l. 1. in §. si decẽ quæ in arca, ff. vt legatorum noĩe caueatur, facit tex. in l. 2. in §. mutui aũt datio, ff. si cer. pet. & in prin. Inst. eodẽ. Per quæ iura decidunt Dinus & Bar. in d. l. talis scriptura, in fi. principijs, quod si testator legauit mihi cẽtum, quæ erant apud campsorẽ, subdent, ꝙ si hæres ea centum mihi nõ præstaret tũc teneretur pręstare quandã vineam, quæ valebat duplũ, si hæres à campsore illa centũ exegit, expenditq; in vsus suos, licet postea vellet dare alia centũ, tenẽt supradicti. dd. ꝙ legatario inuito in facere non põt. Ratio, quia priora centũ habebantur tanquã species quædã, at in speciebus aliud pro alio inuito creditore solui non põt, vt in l. 2. in §. mutui, ff. si cert. peta. & in l. si se. in §. ait prætor, ff. de re iudi. & in l. promissor. in §. fi. ff. de constituta pecunia, & in l. item liberatur, in §. qui paratus, ff. quib. mod. pignus vel hypotheca soluit. Ergo vt si species certa legata esset, & nisi daretur, aliã speciem testator dari iussisset, tunc prima specie nõ data, secũda deberetur. Ita quoque & in proposito vbi pecunia circumscripta loco legata fuit per quod loco speciei habetur, ea pecunia nõ data, species oĩmodo debetur. Et per hanc rõnem plerique dd. sequuntur illã Bar. decisi. in d. l. talis scriptura, quam vltra dd. ibi mirabilẽ appellat Iaso. in l. si certos, ff. de verborũ, licet ipse tam ibi, quã in d. l. talis scriptura, cõtrarium tenuerit. Quam conclusionẽ ampliat Alberi. in l. si certos, de verborum, post Dinum, vt non solũ in legatis, sed in hæreditatibus locũ habeat. Nam si testator centum, quæ habebat penes nummulariũ, iussit dari fratribus minoribus cõuertenda in fabricã ecclesiæ, & si non daret, iussit hæredẽ priuari hæreditate, quæ veniret ad tẽplarios, si hæres pecuniã exactam in vsus suos conuertit, licet tantundẽ præstare velit, priuabitur hæreditate, quia illa pecunia loco speciei habetur, &

tur, & in speciebus aliud pro alio solui non potest. Quam conclusionē ampliat Aretin.in d.l.si certos,ff.de verborū, vt procedat non solum qn̄ dictum esset, Lego eam pecuniam,quæ in arca reposita est,sed etiā si dictū esset. Lego centū,quæ in arca reposita sunt, Nam etiā si quantitas pecuniæ expressa esset,adhuc pecunia illa, non vt quantitas, sed vt species iudicatur, quæ ampliatio vera esse probatur in l.si seruus legatus, §.qui quinq;,& in l.planè, §.sed hoc ita,ff.de lega.j. Et ita quoq; possemus intelligere dictā l.si certos nummos,ff.de verb.oblig.& l.sed & si certos,ff.de lega.j.intelligendo,ꝙ certi erant,non solum in rerū natura(de quo non erat dubitandū) sed ꝙ etiam apud nos per expresionē ipsius promissoris , vel testatoris eorū nummorum quantitas certa erat. Quod obtinet,qn̄ non adiecta fuit hęc vox,quantū,secus si adiecta esset.Nam licet si dixi,Lego pecuniā,quæ in arca est,tunc talis pecunia loco speciei sit etiā si eius quantitas(vt dixi) expresse sit, & declarata,tn̄ si adiectū sit nomē,quantū,)veluti,Lego quantam pecuniā habeo in arca) tunc pecunia illa, licet sit circumscripta loco, nō iudicabitur tanquā specie sed tanquā quātitas , Ita tenet gl.notabilis in l.venditio.§.huiusmodi, ff.de contrahen. empt. quam sequitur & commendat Ias. in l.si certos,ff.de verborum, & in l.talis scriptura,nu.8.in princ.ff.de legat. 1.& Bar.& alij in l.si seruus legatus, §.qui quinque,de legatis primo,ff.

Vnde infertur,ꝙ in d.§.hm̄oi,ideo valet venditio,quia adiectū fuit verbum,quantū,ergo non valeret,nisi verbū, quantū,adiectum esset, prout exprimūt d.gl.& sequaces. Quod mihi minime placet . Nā si & cū quātitas certo loco circūscripta specialiter declaraṫ(puta,Lego centū quæ in arca sunt)adhuc illa quantitas pro specie habetur, vt supra probaui,quanto magis qn̄ quantitas specialiter declarata non est per aliquod verbū numerale, sed generaliter dictum fuit,quantā pecuniam,nam quo magis pecunię legatum,seu stipulatio incerta est,eo magis tale legatū,seu stipulatio naturæ speciei legatæ,seu in stipulationē deductæ accedere videtur,arg.d.l.talis scripturę,§.item si legetur,& dictæ,l.plane,§.sed hoc ita d.l.sed & si certos,& d.l.si certos , sed pecuniæ legatæ quantitatē nullus est qui non videat magis incertam esse,quando generaliter dictum fuit, quantam pecuniam , quā exprimeretur nominatim vera pecuniæ quantitas,dicendo centum,quæ in arca sunt.

Qua ratione puto verum non esse prædictum intellectum ad d.§.huiusmodi,assignatū, qui & alia ratione mihi non placet . Nam eo attento,sequeretur magna striƐtio ad illū,§.contra sui generalitatē, vt non procederet,si verbum,quantū,adiectum non esset.Pręterea est cōtra apertam mente illius textus,qui non se fundat in ratione decidendi in verbo,quantū,sed potius in eo, ꝙ tale pretium licet apud contrahentes tempore contractus incertum videretur,tamen etiam tunc certum erat in rerum natura,& contrahentes per relationē,ad aliud certi fieri poterant.

Hoc ergo excluso intellectu , reperio alium intellectū ad illum textū assignatum per Albericum ibidē post Dinum & Iacob.Butri.quos ipse refert, qui ait, non in verb. quantū, sed in verbo,pretij (dictum.n.fuit quantū pretij) illius textus,decisionē fundatam fuisse.Ratio:quia vbicunque fit mentio de pretio,contractā fuisse venditionē intelligendum est,vt in l.fi.C.de præd.curial.lib.10.Nec incertitudo (inquit)pretij vitiatur,cū per relationē ad aliud certum fiat. Nec referat,vtrum aliud sit certū per expressionem de præsenti,an vero per relationē ad aliud vt l.vbi autem non apparet,§.illud, verborū,l.certū,ff.si cert.pert.l.j. §.fi.ff.de dote præle.l.j.& 2.C.de sent.quę sine cert.quan. facit l.cū quidam,§.quod dr̄,ff.de acqui.hære.Hinc infert ipse Albericus,ꝙ si macellator habet centū capita, & dico, sint mihi empta quanti valent,talis venditio valebit,per l. si fundus,§.fi.ff.de pign.& l.fi.in prin.ff.de contrah.empt. nec obstat ꝙ pretium videatur incertū , cum per arbitriū boni viri certificandū sit,arg.in §.precium autem.Inst.de contrah.empt.& ꝙ de presenti apud contrahentes incertum sit,non obstat, vt d.§.hm̄oi, & ꝙ vbicunq; fit metio de pretio contracta videatur emptio,& vēditio,vltra Dinum.Ias.& Alber.vbi supra, tradit etiā in specie Bald.in l. cum dotē.C.de iure dotium, quod etiā est de mente gl.ibidem,facit tex.cū glo.in l.apud Celsum,§.si cum legitima, ff.de excep.doli.in verb.pretio accepto, tradunt ordinarij. dd.maxime Ias.in l.2.in prin.col.fi.ff.si cett.peta.Licet nō inueniam contradicentē, is tn̄ intellectus mihi nullo modo placet. Nam verb.pretiū,fateor signū esse,atq; arg.emptionem seu venditionē inire volētium,& hoc concludit d.l.fi.de præd.curial.vbi dubitabatur, an per antiquas Imperatorum constitutiones omnes oīno contractus instituere prohiberentur curiales an venditionē duntaxat. Et deciditur venditionē tm̄ prohibitos videri,ex eo,ꝙ in dictis constitutionibus de contractibus precio celebrandis mentio fieret,per quod argu.fuit emptionē tantū esse prohibitam, & ita procedit d.§.si cū legitimam,cū gl.in verbo,pretio accepto,Cæterū in d.§.huiusmodi,non de voluntate,sed de potestate contrahentiū,quæstio est . Constat enim contrahentes emptionem inire voluisse,sed dubitatur poterint nec ne,ex eo, ꝙ formam à lege traditam neglexisse videantur, ob id quòd pretium certum nō erat.

96 Vnde mihi placet † tertius intellectus qui est ex mente Are.in d.leg.si certos.s.ꝙ in terminis, §.huiusmodi, valeat venditio,ex eo, ꝙ de natura & de substātia emptionis est, ꝙ interueniat pretium in pecunia numerata, nec alias valeret,vt §.pretium,cū simi.Insti.de emp.& vendi.quo fit, vt licet regulariter pecunia circumscripta loco pro specie habeatur , tn̄ secus sit in emptione , ne alias pereat actus. At legata,& stipulationes valēt, etiam si talis pecunia pro specie sit,ideo pro specie habetur, & ita procedūt præalle. iura,ne dispositio pereat.Quid ergo mirū,si idē in proposito fiat? Itaq; ꝙ ad validitatē emptionis pretiū certū esse debeat,vt §.itē pretiū.Inst.eo.& ꝙ pecunia loco circūscripta pro specie sit,id quoque non obstat,nam in proposito talis pecunia non habetur pro specie,ne pereat actus.

Stat ergo ex superioribus,ꝙ genera, & quantitates à pari procedunt , sed in generibus inter legatarios coniunctos non esse ius accrescendi,probat tex.in l.fi.§.Seio,ff.de leg. 2.cuius litera ita habet. Seio,quem hæredi substituerat,ita legauit.Seio si mihi hæres nō erit, & vxori eius Marcellæ argenti libras 15 dari volo.Quæro,cū Seius hæres extiterit,an Marcellæ legati portio dimidia debeatur? Respondi secundū ea quę proponerētur, deberi.Ecce Seium & Marcellā eius vxorem noīs & rei complexus iungit,& consequenter sunt re,& verbis cōiūcti,per quod videbatur,ꝙ altero excluso, tunc ad alterū integrum legatū pertineret, vel iure accrescendi,vel iure non decrescēdi secundū cōes opiniones. De quibus per gl.vbi oēs in l.vnica,in §.sin aūt ad deficientis.C.de cad.toll.& tn̄ ibi pro constāti habetur, integrum legatū ad mulierē non pertinere, & an pars sibi deberetur, in incerto erat, & deciditur saltem partē legati dimidiā habituram . Quod de directo esse videtur contra tex.in l.plane.1.§.si quobus,ff.de lega.1.vbi hæredi,& alteri species quædā coniunctim legata fuit, quod quidē legatum in persona hæredis constat non posse cōsistere, vt in l.legatū est,in §.j.cū vulgatis,ff.de lega.j.& ideo in d.§. si duobus,deciditur, ꝙ hæredis portio,qui non admittitur ad partē,accrescit coniūcto. Cuius contrariū ait d.§.Seio vbi Marcella ad partē legati dūtaxat admittitur,quo fit,vt pars hæredis sibi coniuncti non sibi accreuerit. Quod nulla alia ratione euenire intelligo, nisi ꝙ text.ille loquitur in generibus legatis in quibus non est ius accrescendi,per rationes,de quibus in sequentibus fundamentis . Estq; nouissimus,& planissimus intellectus,licet ad illum textum varij intellectus assignentur per dd. qui omnes vel diuinant,vel illum textum violenter destruunt.

97 Nam primum illius text.† intellectū assignauit gl.ibi dicens, textum illum dicentem dimidiā vxori deberi,intelligendū esse iure suo,supplendumq; esse,vt vltra quo partem habeat iure accrescendi,vt in d.§.si duobus,que intellectu

intellectum gl.sequuntur in expresso Bar.Imol.& Cuma. ibi.cũ qua etiam gl.transeunt simpliciter Paul.& Alex.ibi. non approbantes,nec reprobantes.Idem quoq; vult Bart. in l.si Titio & ei.ff.de lega.2.dum se refert ad dicta per eũ, & per gl.in d.§.Seio, & Alberi.tenet in expresso cum eadem gl.in d.l.si Titio,&c.vbi Imo.idem sequitur quod in effectu sequitur Ias.in l.re coniuncti, in nu.97.ff.de leg.3. scilicet, ꝙ integrum legatum Marcella habebit, subdens, ꝙ omnes sequuntur glos.in d.§.Seio,quam etiam sequitur Franc.de Rip.in l.re coniuncti,nu.55.dicens hunc intellectum esse cõem. Iste cõmunis intellectus mihi nullo placet modo. Ad cuius cõfutationem non est opus extraneis vel exquisitis argumẽtis, quia ipse est contra verũ sensum & mentem textus,qui tam in quæstione,quã in decisione ait dimidiã legati partẽ Marcellæ deberi,habens pro constanti,aliam dimidiam ad eam non pertinere.Ea quia fundamentum quærere,vbi naturaliter sentimus,defluit ab infirmitate intellectus secundũ Philosophum,& nullus erit, qui naturaliter non sentiat,hunc intellectum cõem sensui, mentiq; illius,§.Seio, euidentissime repugnare,ideo circa impugnationem huius intellectus, licet quamplura adducere possem,amplius tamen non insistendum existimaui.

Iaso ergo in l.re coniuncti, nu.97. & Ripa in nu.55.ad
98 hanc difficultatẽ animaduertentes,† secundum intellectũ assignauerunt.s.quod text. dicens dimidiam legati partem vxori deberi,sit intelligendus de dimidia marito,non ipsi vxori relicta,quasi Consultus pro indubitato habuerit,ad vxorem pertinere dimidiã legati partẽ, quæ eam contingebat,sed de altera dimidia,quæ ad maritũ spectabat,esset dubitatio, & decidatur illam quoq; ad vxorem pertinere. Qui quidem secũdus intellectus reincidit in intellectum cõem,cum habeat,integrum legatũ ad mulierem pertinere, qui quidẽ intellectus apertissime violat literam, & destruit mentẽ d.§.Seio, ideo eiusdẽ rationibus reijciendus est.Præterea ꝙ ibi pro indubitato habuerit Consultus,partem legati habiturã esse mulierẽ quæ eam contingebat,id falsum euidenter est. Nam de illa tm̃ parte erat dubitatio, propter conditionem appositam. Videbatur.n.ꝙ illa conditio, si hæres non erit, posita in eadẽ oratione inter Seiũ & Marcellam, ad vtrunq; referri deberet, & consequẽter ꝙ & vxor etiam suam legati partẽ habere nõ posset, cum conditio defecisset,& ꝙ illa conditio non ad maritũ modo, sed ad vxorem quoq; referri deberet, videbatur,per l. 3.in §.filius inter medias,cũ materia,ff.de liber.& posthu. vbi clausula in medio posita, refertur ad præcedentia & sequentia,etiã in exhæredatione,quæ est odiosa,l.cum quidam.ff.de libe.& posthu.Contra tamẽ deciditur,vt ait gl. ibi in prin.ne legatũ euanescat.Si ergo hac speciali,& benigna ratione deciditur legati partem dimidiã vxori deberi ne legatũ euanesceret,ergo non erat indubitabile,sed dubitatissimũ.Ex quibus patet,hunc intellectum Ias.& Ripæ, nõ solum diuinationibus plenum,sed etiam ineptum esse.

99 Tertius † intellectus fuit Petri de Bellapertica in dic.§. Seio,quẽ etiam sequitur Ripa in l.re coniuncti,nu.55.s.ꝙ dictus,§.intelligatur prout iacet,vt dimidiã tm̃ pars legati ad mulierẽ pertineat.Et si quæratur,quare sibi altera dimidia non accrescat iuxta d.§.si duobus,respondet,ꝙ vt coniuncto portio vacãs accrescat,oportet, ꝙ incapax ille,cui primo relicta fuit, etiã ius retentionis ad talẽ partem non habeat,iuxta text.in l.huiusmodi,in §.si Titio,ff.de lega.1. secundum intellectum cõem,quem dant Bar.& omnes tã ibi quam in d.§.si duobus,at in d.§.Seio,maritus habebat ius saltim retentionis,ideo eius pars mulieri non accrescit. Quod aũt ius retẽtionis maritus haberet, probatur ex eo, ꝙ quando legatur genus vt ibi, tunc legati dominium recta via non transit in legatarium secundum Bar.& oẽs in l. 1.& in l.huiusmodi,in §.si Titio,de lega.1.ff.Vnde cũ hic genus legatum fuerit,& sic dominiũ non transierit in legatarium euenit,vt hæres, à quo legataria vxor capere debebat,ius retinẽdi haberet, & per hoc eius portio vxori coniunctæ non accresceret. Isq; Petri intellectus sapit veritatem, secundũ quem etiam probatur cõclusio nostra,vt in generibus legatis non sit ius accrescendi.Sed tñ licet in terminis d.§.Seio,is intellectus possit defendi,& reincidat in primum intellectum nostrum,tamen ratio Petri mihi nõ placet, nam ea attenta eueniret, vt si testator speciẽ quandam ipsius hæredis hæredi & alteri legaret,tunc pars hæredis incapacis alteri coniuncto legatario nõ accresceret, ob id,ꝙ hæres haberet ius retinendi,iuxta doctrinã Bar.& oĩum.dd.tam in d.l.j.quam in d.§.si Titio, dum volunt, ꝙ dominium rei hæredis legatæ recta via non transeat in legatarium,ꝙ(scilicet,vt eo casu portio ipsius hæredis coniuncto legatario non accrescat) omnimodo falsum puto, vt probabitur in sequentibus fundamentis. Vnde isto tertio intellectu Petri cũ alijs exploso,sequitur,vt necessariò
100 tenendus sit noster quartus † & nouissimus intellectu, vt d.§.Seio,ideo procedat,quòd in generibus legatis generaliter receptum sit ius accrescendi non esse. Quod qua ratione euenerit,apparebit ex fundamentis sequen.

Stat ergo,quòd cum genera, & quantitates à pari procedant, & in generibus non sit ius accrescendi,in quantitatibus quoque ius accrescendi non erit. Per quod probatur conclusio nostra.

Secundo & principaliter in fauorẽ nostræ assertionis facit talis consideratio, ꝙ licet per errorẽ testatoris rem suã hæredis ve sui legantis non infirmetur legatum, tñ id legatum infirmaretur,si res aliena legata est,iuxta text.in l.cũ alienã.C.de lega.& in l.prędia, C.de fideicommis.& in l.si res obligata.ff.de lega.1.& in l.vnũ ex familia.in §.si rẽ, ff. de lega.2.& in l.non dubium, ff.de lega.3.& in §.non solum,& in §.si res aliena.Inst.de legatis. Id quod ea ratione fit(& hoc est quod perpendo)quia ꝙ hęres grauetur in rebus quas apud se habet præstandis, id leue onus reputatur, at quod hæres grauetur in præstanda quãtitate pro re aliena legata, vel pro ipsius redemptione, iuxta d.l.nõ dubiũ, cum vulgatis,id graue,durumq; onus reputatur.Quam rationem reddidit Consultus in d.§.si rem,dum ait.Sunt.n. magis in rebus suis legandis quã in alienis comparandis & in onerandis hæredibus faciliores volũtates. Sic & in proposito,species testatoris legata facile recepit augmentũ iuris accrescendi,quia quod hæres præstet integrã rem,quã apud se habet,id leue onus reputatur.Secus aũt in quantitate legata pręstãda,quod onus durum reputatur, vt in dd. ll.& consequenter ius accrescendi, quod l.introduxit, ex pręsumpta voluntate testatoris eo casu,quo species testatoris vel hæredis legata esset, debet cessare, qñ quantitas fuit, quia primo casu, quod legatũ augeatur per ius accrescendi,onus leue censetur, at secundo casu graue onus videretur, si legatũ reciperet augmentum iuris accrescendi, contra regulam vulgatã,quæ habet,quod testator semper videtur hæredem suum grauare inquantum minus potest.

Comprobatur hæc pars per tex.in l.quod in ſerũ,in §. si quid post.& in l.seruũ filij,in §.si areæ, & in l.si ex toto, in prin.ff.de lega.j.vbi si legatur res testatoris,quæ post te-
101 stamentũ aucta fuit, id augmentũ † cedit lucro legatarij, & tñ si legetur res aliena, quæ quidẽ res aucta fuit à vero dño post factum testamentũ, tunc augmentũ illius rei nõ auget legatũ,vt est tex.in l.si chorus, in §.si area,ff.de lega. 3.quẽ tex.ita intelligunt Bart. Cuma.Aret.Alex.in l.seruũ filij,in §.si areæ, de lega.j.& Cum.Alex.& Ias.in l.si ex toto,in prin.eo.tit.quem etiã sequitur, & appellat cõem Ias. in d.l.seruum filij,in §.si pocula.eo.tit.Quod nulla alia ratione euenire intelligo, nisi quod quãdo testator legat res suas,tunc plenius interpretatur legatum, quã si legasset res alienas,in quibus præstandis,necesse habet hæres pecunias suas expendere,quod ll.perquam durũ visum est. Sic & in specie nostra,legatũ quantitatis vel generis,augmentũ iuris accrescendi recipere non debet, ne hæres oneretur in pecunijs suis pręstandis,quod onus durũ reputatur,licet legatum rei ipsius hæredis vel testatoris augmentũ iuris accrescendi reciperet,quia id onus facile esse cẽsetur.Ex qua ratione infero nouissimum (& si non fallor) verissimum intellectum

102 intellectū † ad illa iura fortissima inter se repugnātia in l. plane.j.in §.si duobus,ff.de lega.j.& tex.in l.hmōi,in §.si Titio,ff.eo.tit.nā in d.§.si duobus,habetur,ꝙ si hęredi,& alteri cōiunctim quid legeť, pars hæredis, qui nō admittiť ad partē,accrescit legatario coniuncto. At in d.§.si Titio, decidiť totū oppositū, nēpe,vt pars illius, qui nō admittiť ad partē,non accrescat cōiuncto.Cuius contrarietatis vera differētiæ ratio ea est,ꝙ in §.si duobus, legata fuit res testatoris,quæ facile recipit augmentū iuris accrescēdi,at in §.si Titio,legata fuit res aliena,quæ ius accrescendi recipere minime debet,ne augeatur obligatio hęredis,qui ad pecuniā præstandā,vel rē alienā redimendā tenebatur,quod onus (vtpote graue) per ius accrescēdi augeri non debet,licet hęres si ad rē suā vel testatoris prędandā teneretur,facile grauareť per ius accrescēdi,quia & onus primū & augmentū subsequēs,leuia reputātur,arg.d.§.si rē,in l.vnū ex
103 familia,de leg.2.Quo intellectu † retento, quē verissimū ausim dicere,atq; nouissimū, infero verū nō esse illū intellectū,quē ad illa iura assignāt Bar.Ang.Pau.Flor.& Alex. in d.§.si Titio,& Bar.Ang.Paul.& Alex.in d.§.si duobus, & Ang.in cōsi.294.incipiēte.Petrus testator solū Titiū in hęredē instituit.quē ēt sensit gl.2.in l.ab oībus,ff.de lega.j. in §.si Titio,& Zasius in suis singularib.intellectibus pag. 102.in fin.volunt.n.referre, vtrū is qui non admittitur ad partē.habeat ius retinendi,etiā de facto,vt tunc collegatario partē faciat,licet ipse non admittatur ad partē,ita intelligunt,d.§.si Titio,an vero qui nō admittitur ad partē ius
104 † retinēdi nō debeat, & tunc nō faciat partē collegatario, nec impediat ius accrescēdi,& ita ꝓcedat tex.in d.§.si duobus.Qui intellectus licet videatur magis cōis,mihi minime placet.Primo,quia eo attento,ille.§.si duobus,qui generaliter loquitur, non procederet, qñ legatarius peteret ipsum legatum actione personali,quia tunc cum de manu hæredis capere deberet, ipse hæres haberet ius retinendi partem suā per quod impediret ius accrescendi.Quam limitationem ad illū textum in specie tenuerūt Bart.& oēs doct.supra citati,in §.si Titio,eā tamen puto non esse tenendam, quia est contra generalitatē illius tex.d.§.si duobus,& ipsa nulla,l.probatur nisi per tex.in d.§.si Titio,secundum hūc intellectum, qui ex supradictis verus nō est.

Secūdò quia ex illo intellectu sequeretur, ꝙ d.§.si duo
105 bus,non procederet, quando legatarius rem † legatā caperet,non propria authoritate, sed de hæredis manu,nam tunc cū hæres haberet ius retinendi, impediret ius ipsum accrescendi.Quæ restrictio intolerabilis est,cum fere semper legatarius capiat rem legatam de manu hęredis,ne ius suum amittat, iux.l.non dubiū cum materia.C.de legatis.

Tertiò quia d.l.non procederet, vbi hęres & legatarius
106 essent verbis † tantum coniuncti,quia tunc cū in legatarium dominium nō transiret nisi pro sua tantum parte, alteramq; partem hæres retinere posset, impediret ius accrescendi. Quam conclusionem in specie tenuerūt Bar.& sequaces in §.si Titio,quę similiter intolerabilis est,ob id, ꝙ nulla lege probatur,præterquam in d.§.si Titio,secundum hunc minus verum intellectū.Et est magna & violenta restrictio ad §.si duobus,contra sui generalitatem.

Quartò quia secundū hoc ille,§.si duobus, nō procede
107 ret,qñ esset legata † res hæredis, quia tunc cū dñium illius rei legatæ recta via non transeat in legatariū,iuxta doctri. Bar.& oīum, tā in d.§.si Titio,quā in l.j.ff.de lega.j.eueniret, vt ipse hæres haberet ius retinendi partē suam, & per hoc impediret ius accrescendi.Quā conclusionē in specie tenuerunt Pet.de Bellaper.in d.§.si Titio, & Ripa, in l.re coniuncti, nu.55. Ea tñ mihi minus vera semper visa est. Primò,quia nulla lege probatur,prēterquā in d.§.si Titio, secundū hunc intellectū minus verū.Deinde,quia est contra generalitatē d.§.si duobus.Tertiò,quia est cōtra tex.in l.vnū ex familia,in §.si rē.ff.de leg.2.vbi quod iuris est qñ
108 testator legat res † suas,idē iuris est,qñ legat res hęredis sui.

Secundò & principaliter ex meo intellectu ad dic.§.si duobus, & ad d.§.si Titio infero verū non esse illū intellectum, quē ad illa iura assignauit Christophorus de Caste, qui vocitari solet subtilitatū princeps,in d.§.si Titio,ait.n.
109 ꝙ in §.si duobus,legatū cōtinebat † impossibilitatē,qa sibi ipsi legari nō pōt, ideo tale legatū respectu hæredis pro nō scripto est,& cōsequenter coniūcto accresceret debet, vt ibi,& §.j.C.de cad tol.qui intellectus merito improbať à Ias.ibid.nu.15.quia & in terminis,§.si Titio,res mea mihi,& alteri legata fuit,quò fit, vt quo ad me tale legatū cōtineat contrarietatē,& impossibilitatem,quia res mea amplius mea fieri nō pōt,l.3.§.ex pluribus,de acq.pos.l.sequitur,§.lana.de vsuca.ff.& tñ ibi nō datur ius accrescendi,ea peculiari rōne,quia erat legata res aliena,secus aūt si res hęredis legetur,ratio diffe.vt in l.vnū,§.si rem,ff.de lega.2.& contrarietas,de qua supra,nō impedit,quin pars, quæ præ
110 stari non pōt,ei,cui relicta fuit, possit † coniuncto accrescere. Tertiò principaliter infero verū nō esse intel.Fabri in §.si ead.Inst.de le.ad d.§.si duobus,cū §.si Titio.Ait.n.
111 maiorē esse defectū ex parte † rei , quā ex parte legatarij, quo fit, inquit, vt in §.si Titio, vbi erat defectus ex parte rei,quia Titio & Seio res Titij legata fuit,meritò Titij incapacis pars Seio cōiuncto nō accrescat.Secus in §.si duobus,vbi defectus erat ex parte personæ tm̄, quia sibi ipsi à seipso legari nō pōt.Sed is intell.merito reprobatur à Bar. in l.plane,§.si cōiūctim.de leg.j.& per Ias.tā in §.si Titio, quā ī §.si duob⁹;ob id, ꝙ diuersificat casus,sed nil instruit. Tu fortius reproba.Nā qđ Faber ait,& Ias.vtrosq; admittit.s.ꝙ in §.si duobus,ex parte tm̄ personæ,nō ēt ex parte rei erat defectus,id falsum puto.Nā & ex parte rei erat idē defectus q erat in §. si Titio , nā vt ibi defectus rei esse vr ob id ꝙ Titio res sua legata erat,ita & in §.si duobus,si hęredi & alteri legetur res sua,ipsi hæredi legata vř,cū additione,dū fiat iuxta.l.cū hęredes,de acq.pos.cū vulgatis.Verius ergo est, vtrobiq; defectum esse mixta cōsideratione rei & ꝑsonę,cū vtrobiq; & legatarius legati capax esset,et res legari posset ergo impossibilitas legati præstādi ex par
112 te rei proueniens, nō impedit ius accres. † Quartò infero falsum esse intell.quē tradiderūt Petr.de Bel.per.& Rai.de Forli.in d.§.si duobus,quos sequunť Bal.Sali.Imol.Pau.& Vexuti.in d.§.si Titio,vbi idē sequiť Ias.qui subdit hūc intel.videri cōem,& se nescire aliū meliorē.Aiunt.n.ꝙ in §. si Titio, cōsideratur ius retētionis,ob id, ꝙ erat vetustius
113 † ipso legato,sed in §.si duobus,ius retētionis nō erat vetustius ipso legato, quinimo vtrūq; ius eo t pe.i.à t pe testamēti in esse productū fuit.Qui quidē intel.minime place nā diuersificat casus,sed nil instruit, vt opportune aīaduertit Alex.ibi.Quinimò & fortius,hoc intellectu attēto,eueniret, vt nunquā valeret legatū rei alienę,cum semper dñ haberet ius retinēdi iuxta.l.nō dubiū,ff.de leg.3.l.nec emere,C.de iu.delib.l.sicut ab initio,C.de act.& obl.l.sicut maior.C.de rep.hęr.Quod est euidenter falsum,nā legatū re alienę valere pōt,iux.l.cū alienā.C.de leg.l.prędia.C.de fidei.l.si res obligata,ff.de leg.j.l.vnū ex fami.§.si rē,de leg. 2.l.nō dubiū,de leg.3.§.non solū,& §.si res aliena.Inst.de leg.Isto ergo quarto intellectu cū alijs exploso,necessario ad illa iura tenendus est noster nouissimus & planissimus intellectus,nēpe dñiam eo sitam esse,ꝙ in §.si duobus,res testatoris erat legata,quę facile racepit augmentū iuris accres.qa tā ipsum legatū,vt pote rei apud hęredē existent quā legati augmentū onera leuia esse reputanť.Secus in aliena legata,ꝙ legatū durū,graueq; esse reputatur,quo fit vt augmentū per ius accres.non recipiat , iuxta d.§.si rem vbi probatur,ꝙ obligatio res alienas cōparandi,vel quantitatē aliquā præstandi, grauis reputatur, & dura, quo fit, queādmodū ibi inducitur in fauorē hęredis legatū non valere,ne hæres teneatur ad pecuniarū erogatonē, ita in specie nostra recipi debeat legatū , quod valuit non recipere augmētū iuris accres.ne per illud augeatur obligatio hæredis,qua tenetur ad pecuniarū effusionē. Stringo hoc fu Nā hac peculiari rōne ne hęres teneať ad pecunias erogandas,induciť in §.si rē totius legati inualidatio vnde faci recipi debet, ead.rōne legati diminutio , Quod in pri pro

probatur. Nā legatū rei in totū alienæ data scientia testatoris in totū valet, d.l.cū alienā, d.l.prædia, d.l.non dubiū d.§ si rē, d.l.si res obligata, d.§.non solū eo.§.si res aliena, & tamen licet quis simpliciter rē legauerit, quo casu attēta proprietate verborū, totā legasse videtur, arg.l.si quis cum totū, ff.de exce.rei iud.l.Mæuio, in princ. in verb.totus ff.de leg.2.l.Iulianus.ff.de lega.3. tunc si quidē res illa pro parte aliena erat, pro parte tantū valet legatū, quę ad testatorem spectabat. Idq; ea ratione fit (& hoc est quod perpendo) ꝙ data scientia testatoris rē simpliciter & sic integrā legantis facilius inducitur diminutio, quā interitus legati. Quod & aliter probatur. Nā si Stichū bis eid.legaui, & quæritur semel ne an etiā bis præstandū sit, deciditur in dubio semel præstandū esse, vt in l.Mæuius. §.eū qui, de leg.2.le.si tibi homo, §.1.de leg.1.l.planè.§.si ead.in prin.de leg.1.le.qui bis, ff.de verb. & tamen per hoc redditur secūdū legatum frustratoriū, contra l.si quando, de leg.1. & l.non cogēdū, §.Sabinus.ff.de proc.l.hæc stipulatio, §.diuus.ff.vt leg.noca.& d.l.qui bis, idq; ea ratione fit, & hoc est quod perpendo, ꝙ loquuntur posteriora iura, quando ageretur de interitu totius dispositionis, nā tunc interpretatio facienda est etiā contra vim verborū, vt dispositio sustineatur, sed priora iura loquūtur, quādo agitur de diminutione tantū, quo casu potius fit interpretatio in odiū & diminutionē dispositionis, quā in eius fauorē, seu augmentū. Et quod facilius diminutio dispositionis quā interitus eius inducatur, id in specie tenuerunt Cuma.Corn.& alij in l.cū quęstio.C. de leg.licet pro se hęc fundamenta non adducant. Cum ergo facilius admittatur diminutio, cuiusq; dispositionis quam eius interitus. & in d.§.si rē, cū conc.interitus totius legati admittatur, ne hæres in quantitatib.erogādis onerer, superest, vt longè facilius ius accres.impediri debeat, ne hæres in pecunijs erogandis grauetur, cū ꝑ hoc nō interitus, sed tantū diminutio legati contingat, ꝑ ꝙ cōprobatur, concl. nostra. Itē si in d.§.si Titio secūdū nostrū verū intel. in rebus alienis legatis cessat ius accre.ne obligatio hęredis, quę in quantitatib.erogandis sita est, augeatur, idē quoq; & in specie nostra dicendū est, vt in quātitatib.legatis cesset ius accr.ne ꝑ hoc augeatur obligatio hęredis, quā ad pecunias seu quātitates legatas erogādas obnoxius est. Tertiò principaliter probatur nostra cōcl. ꝙ in summis legatis non fit ius accr. Vbi est omnimoda disiunctio realis ibi nō est ius accr.sed in summis legatis est omnimoda disiūctio realis, ergo in sūmis legatis nō cadit ius accr. Quòd vbi est † omnimoda disiūctio realis ibi nō fit ius accr., ꝓbatur ex sequētib. Primò ꝑ l.huiusmodi, §.quibus, ff.de leg.1.vbi text.ait (quibus ita legatū sit Titio & Seio singulos seruos lego, cōstat eos nō cōcursuros in eūd.seruū.) Quod autē in quātitatib.legatis sit omnimoda disiūctio realis, ꝓbatur in primis in l.in stipulationib.in pr.& in §.operarū, & in l.si centū, ff.de ver.facit l.nā & si fur.§.fi.ff.si cer.pet.in quib. legibus habetur, ꝙ in stipulationib.quantitatū diuisio non in partes, sed numero fit, licet in stipulationib.specierum in partes fiat diuisio. Itaq; in quātitatib.non reperitur pars & totū, sed solū in specieb.& cōsequenter ius accr.in summis locū habere nō potest, cū ꝑ ius accr.nil aliud fiat nisi partē parti accedere, iuxta, l.si totā, ff.de acq.hæ.l.vn.§.his ita, §.hoc ita tā variè, de ca.toll.cū vulg. Hinc dicimus in diuersorū testamētis nō esse ius accr.vt ꝑ.Bar.& oēs, id l.re coniuncti.ne totū toto accrescere videatur. Pręterea & secundò id probāt pręallegata iura, nā vt si plures species genericè in stipulationē deducuntur, numero fit diuisio inter hęredes stipulātis, ita & si vna summa in stipulationem deducatur inter hæredes stipulantis numero diuisio fit, quo fit vt idem iudicetur de vna summa quod iudicatur de pluribus specieb.genericè in stipulationē deductis, sed si plures species in stipulationē deductę essent, constat non fore ius accres.vt d.§.quib.d.l.huiusmodi, de leg.1.& suprà latè probaui, ergo idē & si vna tantū summa in stipulationē deducatur. Ex prædictis inferūtur plures conclusiones nouiter cōsideratæ. Prima, ꝙ in quātitatib. indistinctè non est ius accr.& idē in omnib.generibus, vt d.l.in stipu.cū concor.suprà alle. Secunda, ꝙ in specieb. similiter nō erit ius accres.siquidē generaliter legētur, vt d.§.quibus. Quod limito vt procedat, quādo tot essent personę legatariorum, quot species genericè legatę, secus si plures, vel pauciores. Nā si duobus legatarijs tres seruos genericè legaui, tūc singulis legatarijs singuli serui dari non possent, quo fieret, vt illi duo legatarij partē dimidiā in quolibet ex trib.illis seruis haberēt, & per hoc in quolibet seruo cōcurrerēt, sicq; inter eos ius accre.foret. Itē econtra, si trib.legatarijs duos seruos legarē, cum singulis legatarijs singuli serui dari non possent, eueniret, vt in singulis seruis legatarijs trientes haberent, sicq; in quolibet seruo concurrerent, & consequēter inter eos ius accres.foret. Sed quod dixi, quòd quando duobus legatarijs tres seruos genericè legaui, tunc diuisio fit nō numero, sed per partes, intellige sanè quòd in tertio seruo fiet diuisio per partes, sed in reliquis duobus fiet per numerum. Vnde eadē ratione infero quòd si plures essent vel pauciores hæredes stipulantis quā serui, quos in stipulationē prędecessor deduxit, tunc inter illos diuisio fieret, non per partes, sed numero. Ad quod solus Alexā. aduertit in d.l.in stipul. Eademq; ratione infero, quòd si species genericè legatæ essent diuersi generis, tunc licet tot essent, quot personæ legatariorū, adhuc esset ius accrescē. puta si duobus equum & bouem legaui, nam hoc casu ambo concurrēt in equo & in boue, ne alter vnam speciem minoris, alter maioris pretij ferat, quod esset contra defuncti volū. qui cum vtrunq; æquè dilexerit, vtrunq; etiam par emolumentum capere voluisse credēdum est, per quod lim. d. §.quibus. Subinfertur idem fore in stipulationibus, vt licet tot essent species in stipulationem deductæ, quot personę hæredum stipulatoris, adhuc diuisio fiat, non numero, sed in partes, ne ex heredibus alter plus, alter minus ferat, cum æquè sint hæredes scripti. Subinfertur idē fore, etiā si species in stipulat.deductæ eiusdem generis essent, si tamē ex partibus inæqualibus hęredes essent scripti, nam adhuc in partes nō numero diuisio fieret, puta duos homines stipulatus decessi duobus relictis hæredibus, quorum alter ex quadrante, alter ex dodrante hęres scriptus fuit, certè in illos seruos alter quartam tātùm partē, alter verò alias tres partes habere debet. Ex prædictis infero sequentes conclusiones. Aut loquimur in stipulationibus, aut in legatis. Primo casu fit cōclusio. Si species certa in stipulationē deducatur indistinctè per partes diuisio fit inter hęredes stipulantis, d.l.in stipulationibus, cum concor. Secunda conclusio. Si species genericè deducantur in stipulationem, tūc regulariter fit † diuisio numero, nō per partes, d.l.in stipulationib. Fallit, quando hęredes stipulatoris erāt plures vel pauciores quàm species in stipu.deductę. Fallit secundo, quando hæredes erant in inæqualibus partibus instituti. Fallit tertiò, quando species in stipulationem deductæ erant diuersi generis. In secundo casu principali cum loquimur in legatis, tunc si species certa duobus relinquatur, teneo indubitanter esse ius accre.vt l.re coniuncti.l.cōiunctim, de leg.3.§.si eadem Inst.eo.l.planè, per totam l. qui quartam l.si duobus, l.qui filiabus l.si pluribus, de leg.1. Quod si sint plures species certæ, adhuc idē, arg.d.l.in stip. Quòd si species genericè relinquantur, tunc regulariter non est ius accresc.d.§.quibus. Fallit quando legatarij essent plures, vel pauciores quàm species legatæ. Fallit secundò, quando species essent diuersi generis. Fallit tertio, quādo dispares portiones legatarijs essent relictę: puta, Titio & Seio duos seruos lego, in quibus vnā partē Titius, duas Seius habebit.

Quartò principaliter, & in fauorē sentētię nostrę facit, l.si mihi & Titio.ff.de verb.l.eū qui ita, in prin.eod. & in l. stipulatio ista.§.eū qui ita, eod.& in §.ꝙ si quis sibi. Instit. de inut.stip.& in l.fi.C.de inut.stipu. vbi si decem mihi & Titio stipulatus sum, pars Titij, qui tanquam incapax nō admittitur ad partem, iuxta l.stipulatio ista.§. alteri, ff.de verborum l. si ita stipulatus fuero si Titius §. Chrysogonus, & l.si mihi & Titio, & dicto §.eum qui ita, & dicta l. eum

eũ qui ita,& d.l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler.& l.ſi procura-
tori præſentis,de verborũ & l.certi condi.§.qui.ff.ſi certũ
petatur,& l.1.§.1.& §,ꝙ meus.ff.de ſtipul.ſeruorũ,& §.ſi
quis alij,& §.alteri.Inſt.de inu.ſtip.& l.1.C.per quas pars
nob.acqui.l.poſſeſsio.§.& ſi poſſeſsio ff.de acq.poſſ.l.quæ
cunq; gerimus.ff.de actio.& oblig.ſi,inquã, mihi & Titio
decẽ ſtipulatus ſum,is Titius licet nõ admittatur ad partẽ,
tamen facit mihi partẽ,& impedit ius accreſc.Quod nulla
alia ratione euenire intelligo, niſi ꝙ in ſummis cùm ſint
omnimodò diſtincta numorũ corpora, non poteſt videri
eſſe vlla coniũctio realis,& cõſequenter ceſſat ius accre.vt
probaui in ſuperiorib.fundam.Quod inde euenire intelli
go.ſ.non eſſe ius accreſ.vel ꝙ numorũ corpora, omnimo
dò diſtincta ſunt,vt probaui,vel ꝙ in quibus caſibus obli
gatio pecuniarũ pręſtãdarũ augeretur.in illis ceſſat augmẽ
tum iuris accreſ. tanquã graue onus id augmentũ repute-
tur,vt probaui,vel ꝙ idẽ iudicatur de vna ſumma,ꝙ iudi-
caretur de varijs corporib.ſpecierũ, vt proximè probaui,
& etiã probatur ſic.Nã licet regulariter diuerſitas inter in
terrogationẽ & reſp.vitiet ſtipul.iuxta tex.in l. 1.§.ſi quis
ſimpliciter.ff.de verbo.& §.præterea.Inſt.de inut.ſtipu.&
ff.de verbo.l.Titia.§.idẽ reſpon.tamẽ fallit,quando plures
ſpecies in ſtipul.deducuntur,& ad vnã tantũ reſpõſum eſt
nã in illa ſaltẽ valet ſtipulatio d.l.1.de verborũ,in §.pen.&
quod ibi receptũ eſt in pluribus varijsq; ſpeciebus idẽ etiã
receptũ eſt in vna tantũ ſumma,vt d.l.1.§.ſi ſtipulãti.ff.de
verbo.vt ergo in pluribus ſpecieb.diſtinctis cõſtat ius ac-
creſ.nõ eſſe,vt d.§.quibus,ita & in vna ſumma nõ erit ius
116 accre.Hinc infero,ꝙ ſuſpecta,& minus vera eſt illa † cõis
opi.quã tenent Bar.in l.re coniuncti.in 6.q.prin.& ibi Iaſ.
& Bar.Pau.Are.& Iaſ.& Alex.in d.l.ſi mihi & Titio.Bal.
& alij in l.fi.C.de inut.ſtip.& omnes docto.in l.eũ qui ita,
in prin.& in l.ſtipulatio iſta §.eum quiita,de verb.inquiũt
enim,ꝙ in d.l.ſi mihi & Titio,cũ conc.ideo nõ eſt ius ac-
creſ.ꝙ ſpecialiter receptũ eſt in contractib.ius accreſ.non
eſſe.Vnde infertur,ꝙ in terminis illius tex.ius accr.eſſet,ſi
eſſemus in vlti.volun. vt ſic illa iura limitãtur nõ procede
117 re in vlt.vol.Sed ratio † doctorũ,& limitatio,quę inde in
fertur,apud me minus vera eſt.Nã dico, ꝙ illorũ iuriũ ve
ra ratio eſt,quia in ſummis generaliter nõ eſt ius accr.vt ſu
pra ꝓbaui,vnde infero,ꝙ dd.ll.& in vlt.vol.procederent.
quod ſatis ſuadet generale arg.quod ſolet fieri de cõtracti-
bus ad vlt.volunt.l.ſeruũ filij.§.eũ qui.cũ vulg.ff.de leg.1.

Sed licet in terminis illarum ll.non ſit diff.inter contra-
ctus & vlti.volun.tamẽ ſi eſſemus in ſpeciebus,tunc bene
eſſet differentia.Nam licet in illis ſit ius accreſc.in vlt.vol.
in contractibus tamẽ non erit,quod nouis rationibus pro
babo.Primò,quia vt ſit ius accreſ.oportet portionem om
nino vacare l.ſi duo patroni,vbi glo.appro.ff.de iureiurã.
ſed in contractibus non vacat portio incapacis,ergo accre
ſcere nõ poteſt.Quòd non vacet,probatur. Nam ſi Titio
& Seio fundũ promiſi,ante traditionẽ in eos non transfer
tur dominiũ l.e.traditionibus,C.de pact.l.fi.cum vulga.C.
de ſacroſanc.eccle.Licet ergo alter ex his duobus incapax
ſit,vel acceptare nolit, eius pars,quæ apud me pleno iure
erat,& per hoc non vacabat,nec cœpit per repudiationem
illius vacare,alteri accreſcere non potuit.Quę ratio addu-
citur in alio propoſito per Bar.& alios in l.huiuſmodi.§.ſi
Titio.ff.de leg.1.Hæc ratio omnimodo deficit in vlt.vol.
in quibus nudo titu.transfertur dominium l.à Titio.ff.de
furtis.l,cùm pater.§.ſurdo,de leg.2.l.ſi ſeruus legatus. §.1.
de legat 1.l.legatum 2.de lega.2.quo fit,vt ſi alter ex lega-
tarijs poſtquam portionem mero iure quęſierit, repudiet
illa portio repudiata à tempore repudiationis vacare inci
piat,& per hoc alteri cõiuncto accreſcere poſsit. Eſtq; in
propoſito nouiſsima ratio,per quã teneo in contractibus
non eſſe ius accreſ.non autem per leges ſupra citatas, quas
communis pro ſe allegat,quę vt oſtendi,nil faciunt. Infe-
ro ſecundò ex eadem ratione veram non eſſe illam cõmu
118 nem ſententiã, quæ habet in † contractibus eſſe ſaltẽ ius
non decreſcendi,quam tenuerat Bartol in l.proprium.ff.
commu.prędi.quam dicit communem Alexand.in l.eum
qui ita.§.eum qui ita,colum.fi.& eandem dicunt commu
nem Iaſo.in l.re coniuncti.num.95.& ibi Ripa,num.225
Sed hanc communem ſententiam minus veram probabo.
Nam ſi fundum Titianum duobus donaui,vel promiſi,al
tero non acceptante,eius pars, cuius dominium à me ſepa
ratum nondum fuit,non incepit vacare, & conſequente
impoſsibile eſt,ꝙ coniuncto accreſcat, iuxta d.l.ſi duo pa
troni,in prin.cùm glo.appr.ff.de iureiur.Nec dicatur quòd
totum cuique dediſſe viſus ſum,per quod qui agnouit,to
tum iure ſuo poterit vendicare,nam id eſſe minus verum,
probabo à ſufficiente partiũ enumeratione.Nam aut fue-
runt re & verbis coniuncti,quia dixi, Titio & Seio fundũ
promitto,vel dono(quo caſu ſecundum veras & commu
nes opi.Bart.& aliorum in l.re coniuncti.ſunt re & verbis
coniuncti(& tunc non totum cuique,ſed partem tantùm
dediſſe videor)tex.eſt in l.reos.§.cùm in tabulis.ff.de duo
bus reis,in l. 1.C.ſi plures vna ſententia,in l.cum centum.
ff.de adim.leg.in l.quinquaginta.ff.de probat.in l.planè.1.
§.ſi eadem,de leg.1.in l.ſi tibi homo.§.1. eodem in l.Ma
uius.§.eum qui ita,de lega.2.in l.quid ergo.§.1. de lega.1.
in l.ſi mihi & Titio,& in l.ſtipulatio iſta.§.eum qui ita,&
in l.eum qui ita,in princ.vbi Bart.Paul.Iaſ.& omnes.ff.de
verbo.in l.planè.§.ſi cõiunctim,& in l.ſi pluribus,de leg.
primo,in l.ſi duobus,§.fi.ſecundum intelle.glo.Bar.Paul.
Iaſ.& aliorum.ff.de lega.1.& in dicta l.ſi duobus,in princ.
Si ergo in contractibus duobus re & verbis cõiunctis par
tes tantũ dediſſe videor,alterq; excluſus eſt ſua repudiatio
ne vel alias,ergo alter iure ſuo totum petere non poteſt.
Quòd ſi re tantum cõiuncti eſſent,quia dixi,Titio fundũ
dono & Seio fundum dono,ſimiliter non eſſet ius nõ de-
creſcendi,patet, quia ius nõ decreſcendi nõ datur niſi in-
ter eos, qui faciũt ſibi partes per cõcurſum.Ita docet Bar.
in d.l.re coniuncti.num.8.vbi Sali.Cuma.Ang.de Peric.&
Iaſ.idem tenent,& Sali.in l.vn.§.ſin autem.C.de cad.toll.
& Ludo.in d.l.re coniuncti.fol. 17.colum.1.Ancharanus
in c.requiſiſti,colum.1.& idem Lud.vbi tenet.fol.6.col.1
Sed ſi duobus ita eundem fundum donaui vel promiſi,al
ter fundũ habebit,alter æſtimationem,l.quoties,C.de rei
vend.cũ alijs,& ſic concurſu partes non facient,ergo non
erunt re cõiuncti,nec inter eos erit ius non decreſ.Confir
matur,nã omnes doct.proximè citati tenẽt, quòd ſi duo
bus eandem rẽ legaui,hoc acto, quòd quilibet habeat ea
in ſolidum,tunc non erunt re coniuncti,nec inter eos erit
ius non decreſcendi,ob id,quòd non faciunt partes per cõ
curſum,ſic & in propoſito ius non decreſ. inter iſtos non
erit,cùm per concurſum partes non faciant.

Extat ergo,quòd in quibus caſib.ius non decreſcẽdi lo
cum habere poteſt,quod eſt,quãdo re tantũ,vel re & ver-
bis coniunguntur, iuxta glo.approba.vbique in l.vn.§.ſin
autem ad deficientis.C.de cadu.tollen.in illis omnibus ca
ſibus in contractibus ius non decreſcendi non eſt, idq; cõ
tra communem.Pręterea pro me facit,quia ius accreſ.fun
datur in tacita volun.cõcedẽtis,tex.eſt in l.ſi Titio & Ma
uio.§,Iulianus,de leg.2.docent in ſpecie cum.Vex.Iaſ.&
alij,in l.re coniuncti.Sed ſi duobus fundum conceſsi,quo
rum alter excluditur,nullus ſanæ mentis dicet me partem
excluſi ad coniunctũ potius quàm ad me pertinere volu
iſſe,quaſi cõiunctum magis quàm me ipſum dilexiſſem,li
cet ſecus in vlt. volun.nam præſumptum in illis eſt teſtato
rem velle,quòd pars vacans ad coniunctum potius vada
quàm ad grauatum.Et tenendo hanc partem contra com
munem,ad l.proprium.ff.com.prę. in qua fundatur cõmu
nis opi.reſpon.dupliciter.Primò,ꝙ ibi non dicitur,ꝙ e
ius nõ decre.ſed ꝙ integra ſeruitus ſtipulãti debetur,quo
ex eo ſit,ꝙ ſeruitus vtpote indiuidua pro parte quęri no
potuit.Secundò reſpon.Certũ eſt,quòd ius non decreſ.
proximè probaui,tunc tantum locum habet,cùm coniu
cti faciunt ſimili partes concurſu,text.in l.1.§.totius,&
l.inde.Neratius,in verbo.in ſolidum.ff.de vſufruct.accre
& in l.vni.§.ſin verò non omnes.C.de caduc.tollend.

al

alijs superuenientibus partē a priore abstrahētibus, & ibi, vt ex aliorum qui de cōcursu prioris legatum minuat. Sed in d.l.propriū, licet in vtriusq; persona valeret stipulatio, adhuc nō faceret sibi partes concursu,sed integra seruitus, vtpote indiuidua,singulis deberetur,ergo,&c. Tertiò infero verum non esse illam communē sententiam,quę ha-
119 bet,ꝙ si intersit concedentis,datur ius accres.in contractibus,q̄ tenuerunt Bar.in l.si mihi & Titio, de ver. vbi Are. Pau.Alex.& Ias.idē tenent,& cæteri omnes. Bar.in l.re cō iuncti,in 6.quęst.pr.vbi idem Ias. quam dicit communem Ias.in d.l.si mihi,& ibi Alex.& Ripa.in l.re coniuncti. nu. 227.Quam sententiam existimo veram non esse.

Nam si duobus rem meam vendidi, quorum alter non capax erat,fortè,quia Christiano & Iudæo mācipiū Christianum vendidi,iuxta,l. 1.C.ne Iudæus māci. Christ. vel ꝙ homini libero & alteri seruo militiā hominis liberi vēdebam,vel in alijs casibus,qui notantur in §.legati, ꝑ glo. & doct.Inst.de leg.& in l.multū,ff.de ver.obl. si ergo alter incapax erat,tunc negari non potest,quin dominium partis incapacis apud me maneret,nec per exclusionem illius vacare cœpit,ergo impossibile est, quòd alteri accresceret pars,quæ nūquam vacare cœpit,vt probaui per d.l. si duo patroni.in prin.cū gl.ff.de iureiur.& per doctri.Bar. & omnium in l.huiusmodi, §.si Titio,ff.de leg.1.licet ergo mea interesset ius accrescendi esse, certè dici non posset hoc casu esse ius accres. Præterea ius accres.licèt in hæreditatibus detur inuito,l.vn.§.his ita,de cad.l.1. & 2.& l. si maior. & l.cum hæreditate,ff.de acqui.hæred.l.1.§. si ex fundo.ff.de hær.inst.l.si quis ita hæredis, & l. item ꝙ Sabinus,§.vnde idē,ff.eo.l.si quis priore,ff.ad Trebel.§. sed & si quis.Inst. quib.mod.test.infir.l.cum quęstio.C.de leg.tamen.in legatis nunq̄ dat̄ nisi volenti,vt l.vn.§. vbi aūt legatarij, C.de cad.toll.& §.in primo,& §.pro secūdo,eo.ergo in proposito nō est cur dicat̄,ꝙ per hoc,ꝙ intersit vēdētis ꝑꝑ dirimēdā cōmunionē,iuxta,l.cū pater,§.dulcissimis,de le.2.ideo alteri inuito debet accrescere,cū ille per hoc lædat̄ ob id,ꝙ pretiū pro parte accrescente inuitus dare cōpelleret̄, contra,l.nec emere,C.de iure delib.l.sicut ab initio,C.de act.& obl.l.sicut maior.C.de.rep.hær.Tenendo ergo contra cōmunē,ꝙ etiam si intersit cōcedētis, adhuc in cōtractibus
120 nō est ius accres.ad† l.fundus ille, ff.de cōtrah.empt.in qua fundatur cōmunis opi.respon.ibi non esse ius accres.quod vel ex eo patet, ꝙ ius accresc. nisi in hæreditate nunquam redditur in inuitum, vt proximè probaui, sed ibi dicitur, ꝙ emptor etiam inuitus vtranq; partem habebit, ergo cōstat id non esse per ius accres.Secūdò id probatur, quia ius accresc.est quoddam augmentum lucratiuum, vt in §.vbi autem legatarij,C.de cad.tollen.sed in terminis d.l.fundus ille, per partem alterius nullum lucrum obuenit emptori,sed potius onus,arg.§.præterea.Inst.de actio.& l. Imperator.§.si centum,ff.de leg.2. & l. sed si non seruum, ff.ad legem Falc.l.planè,2.§.si cui,ff.de lega.1.ergo dicendū ibi non esse ius accres. Cum ergo probauerimus in terminis, l.fundus ille.partem,quæ ad alterum pertinebat,ad emptorem non peruenisse iure accres. modo videamus quo iure ei obuenerit.Et dico iure suo sibi obuenisse.Nā qui ita dicit,Mihi & Titio vēdis,vel,Mihi & Titio fundus ille emptus esto aureis tot.eius intentio talis est pręsumenda,qualis de iure esse potest,arg.l.leges sacratissimæ, C.de lega.l. an inutilis,ff.de acceptila.l.1.§.si quis ita,ff.de verbo.l.1.§. eū qui.ff.de cōst.pec.docēt Bar.& alij,maximè Iaso.in l.3. col.2.de leg.1.ff.sed de iure nullus alteri emere, vel stipulari pōt,l.quæcunq; gerimus,ff.de actio.& oblig.l.quo tutela,ff.de reg.iur.l.stipulatio ista,§. alteri. & §.si stipuler.l.si ita stipulatus fuero si Titius,§.Chrysogonus,in verb.nullā,ff.de verb.l.certi cōd.§.quoniā.in verb.nulla, & in ver. inutiliter,ff.si cer.pet.l.1.§.1.in verb.nil agit,& in §. quòd meus,in verb.nullius,ff.de stip.seru.in §.si qs alij, & in §. alteri.Inst.de inut.stip.l.si mihi & Titio,& l.stip. ista,§.eū q ita, & l.eū qui ita,in pr.ff.de verb. & §. ꝙ si quis ei. Inst. de inu.stip.per totum.C.per quas pars, nobi.acqui.cū ergo emptor iste illi adiecto emere non potuerit,sed sibi tantū idq; ipse vel sciat,vel scire debeat,& presumatur,superest, vt tota emptio ex persona ipsius cepisse videatur,Titiusq; adiectus perinde habēdus sit,ac si adiectus nunquam fuisset.quod tex.ille ostendit dupliciter,& dum ait,totius fundi emptionem ad me pertinere,& dum subdit,ideoq; totius fundi emptionem ad me pertinere, non ergo iure accres.sed iure suæ propriæ emptionis iure suo ad eum pertinet illa pars,quę ad Titium adiectum pertinere videbatur estq; & verus,& planus intellect.

Quarto ex eadē ratione infero,minus sufficientem esse
121 illam rationē, quā assignat † Alex.in l. si mihi & Titio.ff. de verborū,& Ripa in l.re coniūcti.nu.219.querūt.n.quare in cōtractib.non sit ius accres.& aiūt esse ob id, ꝙ in cōtractib.fit strictior interpretatio, quā in vlti.volun.argu.l. in testamētis,ff.de reg.iu. strictior autē interpretatio ideo (inquiūt)fit, ꝙ contrahētes potuerūt sibi prouidere stipulādo ius accres.sibi fore,quod nō potuerūt legatarij.Certè hæc ratio parū vrget,cū regulariter valeat, argu.de cōtractib.ad vlti.volū.l.seruū filij §.eū qui chirographū,de leg. 1.l.si diuortio,de verb.Latè Ias.in l.quę de legato,de leg.1 Vera ergo ratio est & concludēs, ꝙ in cōtractib.cū nudo titulo non trāseat dominiū, semper pars defecta fuit occupata ab ipso promissore,seu donatore,quo fit,vt accrescere minimè potuerit,vt ꝑ gl.d.l.si duo patroni.ff.de iureiu.

Infero similiter veram non esse illā rationē,quam red-
122 dunt† Bart.in l.cū quid.col.2.ff.si cert.petat.& Ibi Ias.col. 3.in lect.2.& Ripa in l.re coniuncti.nu.220.aiunt enim,ꝙ in vlt.volun.non minus operatur vol.tacita,quàm expressa.vt in l.inter vestem.ff.de auro & argen.leg.l.in cōtradictionibus.ff.de cond.& demon.in l.cū auus,de cond.& de mōst.in l.cùm acutissimi Co.de fideic. in l.generaliter, §. cùm autem.C.de inst.& subst.quo fit,vt cùm ius accre.defluat ex tacita mente testatoris, nō secus locū habeat , quā si ex expressa deflueret,vt suprà dixi per l.si mihi & Titio §.Iulianus,de leg.2.sed in contractibus,inquiūt, minoris potentiæ est tacita volun.quàm expressa,nisi tacita volun. emanet ex natura contractus.Ita intelligunt l.cùm quid.ff. si certum petat.iuncta l,si repetēdi C.de cond .ob causam. Quam rationem omnino falsam puto.Nā vt in vlti.volū. tacita volun.sicut expressa seruatur,vt dict.legibus,nisi expressa esset cōtraria tacitę,& præsumptę,quo casu expressæ standum est,ob id,ꝙ demōstrat tacitam eo casu cessare, vt l.cùm ex filio §.1.de vulga.ff.l.si quis ita hæres instituatur si legitimus.ff.de acqui here. ita & in cōtractibus tacita volunt.amborum contrahentium non minus seruanda est,quā expressa, nisi expressio demōstraret tacitā eo casu non adesse,vt probatur in d. l. cùm quid ff.si certū peta.in l.fi.C.qui res pignori obligari possint,l.ita stipulatus,vers. Sabinus.ff.de verb.obli.vbi docent omnes,maximè Paul. & Iaso.Nec obstat d.l.si repetendi, quia ibi tacita volūtas non erat amborū,sed alterius tantùm ex contrahentibus, itaq; nulla in hoc diff.est inter contractus & vlti.vol. nam in quibus casibus tacita testatoris volunt.seruaretur , quia vlt.volun.pēdent ex volun.vnius,in eisdem seruabitur & tacita volun.contrahētium, si ab omnibus quid tacitè agatur,cùm in illis consensus omnium desideretur.Dic ergo veram rationem esse,quam ego nouiter signaui.

Ex qua ratione infero nouissimum & verissimū intell ad l.pen.versi.nō minus ff.de vsufruct.accres.vbi text.ait, quòd si duobus vsusfructus æquis partibus legaui quo casu sunt verbis tantum coniuncti, ait tex.inter illos nō esse ius accres.quem tex.tam gloss.ibi quàm docto.mirabiliter violant.Sed eius verus sensus est,quòd in vsufruct. nō est ius accrescendi inter verbis tantū coniunctos per rationē pręmissam,licet aliud sit in proprietate,ideo text.plane dicit inter verbis tantùm coniunctos,nō esse ius accrescen. Infero verum intellect.ad l.1.§.interdum,in verb.totius, & in l.inde.Neratius,in verbo.in solidum,& in lege secunda,in verbo.nō per concursum ff.de vsufruct.accrescendi, in quibus legibus habetur,quòd vt sit ius accrēdi oportet soli-

validam rẽ cuiq; relictã fuisse, & tamen constat ꝙ quãdo solida res cuiq; ex legatarijs relinquitur, quo casu sunt re tantũ coniuncti, tunc non est ius accres.sed ius nõ decres. secundũ cõem opi.de qua per gl.& omnes in l.vn.§.fin au tẽ ad deficiẽtis.C.de cadu.tollẽ.p Bar.& oẽs in l.re cõiũcti in prima quæst.princi. Quo fit, vt in dictis legibus necessa riò intelligendum sit loqui de iure non decres. cũ in vsuf. ius accrescen.(vt probaui) non sit, estq; nitidus, planusque illarum legũ intellectus. Nec inconuenit, ꝙ ius accrescẽdi ibi sumatur pro iure non decrescendi tunc, quia sępissimè ita exponitur, & his locutionibus abutuntur leges, vt in le. hæc scriptura, vbi glo.& omnes, & in l.si separatim, vbi similiter per gl.& omnes.ff.de cond.& demonstra.& docet Bar.in l.re coniuncti.nu 54.de lega.3.

123 Infero etiam errasse Francisc.de † Ripa, in l.re coniũcti nu.120.dum firmat contra communem etiam in cõtracti bus esse ius accres.dicens, ꝙ in l.si mihi & Titio de verbo & in l.fi.C.de inuti stipul.& in §.ꝙ si quis sibi, & in le.stipulatio ista.§.eũ qui.& in l.eum qui ita, in princi.de verb. ideo ius accres.in cõtractibus esse desinit, ꝙ erat defectus in causa efficiente, quo casu etiam in vlt.vol.inquit, ius accres.non foret, vnde d.l.si mihi & Titio, inducit à contra rio sensu pro sua sententia contra cõem. Sed certè eius ratio probat totũ oppositũ eius, ad quod adducitur. Nam ꝙ sit defectus in causa efficiente.i.testatore, id non impedit, sed potius inducit ius accres.quod patet in §.in primo, & §.pro secundo C.de cadu.tollen.& l.planè.§.si duobus ff. de leg.1. Erat ergo dupliciter. Primò, dũ vult, quòd in con tractibus sit regulariter ius accres.quod est & cõtra cõem, & contra verã conclusionem, vt suprà probaui. Deinde dum ait, quòd defectus causæ efficientis etiam in vlti. voluntate impediret ius accresc.quod est euidenter falsum.

124 Infertur errasse eund.Fran. de † Ripa in l.re coniuncti, nu.222.dum tenet, quòd si ex forma statuti alteri stipulari possemus, vel admissa opinione gl.in c.quoties cordis, pri ma quest.2.de qua per Ripam ibi.& Ias.in l.stipulatio ista §.alteri, nu.5.de verb.quæ quidem glo.tenet, quòd de iure canonico alteri stipulari possumus, his, inquit, casibus si mihi & alteri stipulatus essem decem, tũc si pars illius re pudiata esset, mihi accrescere, ob id, quòd isto casu nõ esset defectus in causa efficiente.id est, in stipulatore, qui nõ solum sibi, sed & alteri posset acquirere, quo fieret, inquit, vt tunc ius accrescẽ.esset, quod, vt dixi, euidenter falsum est, quia defectus causæ efficientis non impedit, sed potius inducit ius accrescendi.

125 Infertur etiã ex prædictis errasse † Imolam Alex.& Ias. in d.l.si mihi & Titio, in prin.dum aiũt esse speciale in ter minis illius l.& similium, vt qui non admittitur ad partẽ is faciat partem, licet secus esset in vlti.volũ.quod omnino nego, cum in terminis illius legis, & in vlti.volun. idem fo ret, vt & tunc qui non admittitur ad partẽ, faceret partem & impediret ius accres. vel propter omnimodã separatio nẽ realẽ, quæ inter diuersa numorũ corpora reperitur, etiã si sub vnica conceptione verborum sint comprehensa, vel propterea, quòd in summis legatis pars vacans esse non potest, quæ posit accrescere, vel propterea, ꝙ onus pecunia rũ præstandarum graue est. quo fit, vt non recipiat augmẽ tum per ius accres.vt omnia hęc superius probauimus.

Infertur etiã ex prædictis, ꝙ in terminis l.3.titulo de las excep.lib.3.ordina.qua cauetur, vt quocũq; modo colliga tur voluntas cuiusque sese obligare volentis, tunc remãsit obligatus, etiam si stipulatio interposita nõ fuerit. Per quã l.nostrorum pleriq;, vel omnes, intelligunt alteri per alterũ posse obligationẽ acquiri, vt per hoc limitentur omnes leges, quibus de iure communi contrarium cauebatur.

Infertur inquã, quòd attẽta opinione Fran.de Ripa licet in contractibus de iure regio Hispanorũ attẽta d.l. 3.esset ius accres.tamen secundũ nos ius accrescen.non erit, etiã si per dict.l.3.agnosceremus alteri per alterũ posse acquiri obligatione per rationes superius signatas. Id quod notan dum est ad declarationẽ tex.in l. stipulatio ista. §.alteri.ff. de verb.oblig.& §.si quis alij, & §.alteri ff.de inutilibus sti pulat.le.certi condictio.§.quoniã.& §.si numos.ff.si cert. peta.l.si quis ita stipulatus fuerit si Titius.§.Chrysogonus ff.de verb.oblig.in quibus iuribus habetur, quòd alteri sti pulari nemo potest, quia inuẽtæ sunt stipulationes, vt quis que stipuletur quod sua interest.

126 Subinfero declarationẽ ad doctr.† Bar.in l.re coniuncti in 1.quæst.secundæ quæst.princi.dũ ait, quòd in vsuf.ante portionẽ quæsitam est ius non decrescendi, post portionẽ quæsitam est etiam ius accres. Nam prima cõclusio potest procedere, & debet intelligi, quando re tantũ vel mixtim erant coniuncti, secus autẽ si verbis tantũ cõiuncti, quo ca su licet ipse sentiat ius saltẽ non decrescendi fore, id omnino nego, quia nec erit ius non decres.quod, vt dixi, secundum cões opi. & veras inter verbis tantũ coniunctos non cadit, nec etiam erit ius accrescendi dictis legibus & l.penul.eo.tit.non violando eas, & per rationem præmissam, licèt in contrarium, vt dixi, se habeat communis opin.

127 Ex ead. ratione infertur non esse veram illam † cõem conclusionem, quę habet, ꝙ in vsufructu etiã inter viuos constituto sit ius accres.quã tenuerunt Bar.in l. re coniuncti.in 1.q.2.q.princi.& ibi Ias.Bar.in l.si mihi & Titio, de verbo.col.1.vbi Ias.nu.5.& Alex.nu.5.& gl.in verb.quotidiè, in l.1.§.interdũ, & ibi Bart.ff.de vsufruct.accres.quã cõem sententiam non puto veram. Primò, quia in contractibus, vt probaui, non est ius accres.regulariter. Secundò, quia ratio, in qua fundatur ius accres. scilicet præsumpta volun.testatoris, volentis portionem vacantem ad cõiunctum potiùs pertinere quàm ad grauatum, vt l. si Titio & Mæuio.§.Iulianus, de leg.2. hæc inquã ratio cessat in actibus inter duos. Tertiò & fortiùs, quia Bar.& alij sunt intel ligendi post portionem quæsitam, quia ita loquitur l. 1.§. interdum ff.de vsufruct.accres.in qua fundantur, sed post portionem quæsitam, quæ deinde amissa fuit, vsus fructus ipso iure debet redire ad suam proprietatem, argum.in §. finitur. Institut.de vsufruct.& l.antiquitas C. de vsufru.l.si vsusfructus ff.de stipul.seruorum, quo fit, vt si semel occupetur à proprietario, ampliùs nõ possit accrescere, per d.l. si duo patroni, cum glo.ff.de iureiur. Nec obstat d.§.interdum, in quo fundatur cõmunis, nam ibi loquitur in vsufructu in vlt.tantùm volunt.cõstituto.& ita loquunt omnes leges illius tituli, si rectè inspiciantur. Secundò & fortiùs ibi non loquitur in iure accresce. sed tantùm in iure non decresc.vt probabo in proxima illatione.

Ex eadem ratione infero veram non esse illam cõmunem sententiam, quam tenent Bar.in l.re coniuncti.in prima quæst.secũdæ quæst.prin.quam conclusionẽ sequuntur omnes teste Ludou.in l.re coniuncti.de legat.3.fol.27. col.1.aiunt enim, ꝙ in vsufructu in vlti. volun. post por-

128 tionem quæsitã est † ius accrescendi mouentur per d.§.interdum. Teneo contrarium, nam & hoc casu non est portio vacans, ergo ius accresc.esse non potest. Quòd non sit portio vacans, probatur: quia si hęres duobus vsumfr. cuiusdam fundi tradidit, vel constituit, certum est, ꝙ alteruter partem tantum vsusfructus habebat l.si vt certo §.si duobus vehiculum ff.commod.l.ꝙ contra.§.vni duo, de reg.iur.l.3.§.ex contrario.& §.ex pluribus, de acqui.poss. l.sequitur.§.lana, de vsucap.§.sic itaque. Institu.de act.l.si ff.de cond.ob caus.l.vbi autem non apparet.§.fi.de verbo si partem tantum vsusfructus alteruter habet, altero exclu so, eius pars statim reuertitur ad suam proprietatem, id est ad proprietarium, d.§.finitur, dicta l.si vsusfructus. Nec.m ad collegatarium pertinere potest absque noua constitutione, ergo dicendum ibi ius accrescendi omnino cessare Tenendo hanc partem contra communem, non obest, dictus §.interdum, nam ibi potius probatur contrarium in duobus locis illius §. Primò dum ait, Cùm itaque primu non inueniat alterum qui sibi concurrat, solus vtetur i solidum. Cuius sensus est, quòd loquitur, quando co legatarij concursu partes faciebant, quo casu apud om nes constat esse in vltima volunta. ius non diminuend

in vsufru

in vsufr. post portionē quæsitā, vt ibi, & etiā antè, vt ibid. probatur. Secundò idē probatur ibid. dū ait. Nec refert cō iunctim an separatim relinquatur. Cuius sensus est secūdū expositionē gl. & doct. ibi, ꝙ tex. ille procedit duob. in casibus, nempe cū re tantū vel mixtim coniuncti erāt, secus autē si verbis tantū. Tertio probatur ibid. in verbo. totius vbi patet, ꝙ ius accrescendi. de quo ibi loquitur, ꝙ in vsuf. locū habet tā ante portionē quæsitam, quàm post portionem quæsitā esse ius non decrescendi, quod duobus tantū casibus locū habet secundū veras & cōes opi. nempe cum re tantum vel mixtim coniuncti sunt. Ius autē non decrescendi ideo etiā post portionē quęsitam in vlt. volun. locū habet, ꝙ facultas fruendi ad vnumquemq; in solidū pertinebat, vt ibi, & l. vn. §. si verò non omnes C. de cad. tollen. quo fit, vt altero non concurrente, tunc alter totū iure suo occupet, nec sit vlla portio vacans, quæ ad proprietatē redire possit, per quod cessat ratio, quam in iure accrescendi inesse diximus, de qua in d. §. finitur, cum conc.

129 Extat ergo prima conclusio, ꝙ in † vsufr. in vlt. volun. ante portionē quæsitam non est ius accrescendi. sed ius tātum non decrescēdi, secundū communē. Secunda ꝙ post portionem etiā quæsitam ius tantū nō decrescendi est, nō autē ius accrescendi, idq; cōtra cōem. Tertia conclusio. In vsufr. inter viuos constituto ius accrescendi non esse, idq; cōtra cōem. Quod dupliciter intelligo, siue loquamur ante portionē quęsitam, siue post. Quarta cōclusio. In vsufr. inter viuos constituto ius etiam non decrescendi nō esse, cum illo casu collegatarij concursu partes non facerēt, idq; contra communem. Quæ omnia eo nomine potissimum commendanda sunt, quòd ab alijs non sic declarantur. Et ita olim Salmanticę inter plura quàm 700 paradoxa publicè tuebamur.

Postremò ex ead. ratione infero verissimū & nouissi-
130 mū intel. ad † l. si mulieri & Titio, ff. de cond. & demonst. vbi mulieri & Titio mixtim coniunctis (secundū doctri. Bar. cōmuniter appro. in le. coniuncti. ff. de leg. 3.) vsumfructum legaui, qui quidem Titius a portione sua exclusus fuit propter defectū cond. per quod videbatur, ꝙ eius pars ad mulierem pertinere deberet iure non decrescēdi, arg. l. planè, §. si duobus de leg. 1. Sed contrariū ibi deciditur ratione quadam speciali, nempe, ꝙ mulieri, quę conditioni non paruit, non plus tribuendū est, quā tribueretur, si conditioni paruisset. Ita docet tex. dū ait (tantum. n. mulieri beneficio legis concessum esse intelligendū est, quantū haberet, si conditioni paruisset.) Sed si cōditioni paruisset dimidiā tantū partem vsusfructus verisimiliter habuisset, & altera dimidia ad collegatarium pertineret, ergo conditione non impleta, non plus quā dimidiā partē vsusfructus habebit. Innuit ergo text. ius non decrescendi regulariter fore in terminis illius, l. inter mulierē & legatariū, si nō interfuisset illa peculiaris ratio, quæ illud impedit. Quod & secundo patet ex eadē, l. ibi (quādiu Titius viuet) innuit. n. a contrario sensu, ꝙ post mortē Titij, esset ius accrescēdi, vel potius non decrescendi. Quod & tertio probatur, ibi, (& in eod. statu erit) innuit. n. ꝙ si Titius statū mutaret, capitis fortè diminutiones, vel alias, tunc esset ius non decrescendi. Nā cū his casibus integer vsusfructus ad mulierem pertineret, si collegatarius ab initio partē vsusfructus caperet, quā postea aliqua ratione amitteret, similiter & in ijsdē casibus integer vsusfructus ad mulierē pertinere debet licet vsusfructus pars ad collegatariū non peruenerit. Itaq; in prefatis tribus partib. illius tex. probatur satis apertè, ꝙ in vsufru. in vlt. volun. post portionē quęsitā esset ius non decres. Nec obst. ille tex. dū ait (nec si Titius, qui conditione defectus est legatū repudiet, ea res mulieri proderit) id. n. secundū Senenses ibi, & Ias. in d. l. re coniuncti, dictū est ob id ꝙ præsumitur, ꝙ ille Titius vsumfr. quē habere non poterat, repudiabat in fraudē proprietarij, vt gratiā mulieri faceret, ꝙ satis probatur ex text. dū ait (qui cōditione defectus est) quasi dicat, ꝙ si conditione defectus non esset, & sponte repudiasset, tuc ea res mulieri prodesset. Vnde in illa parte tex. probat, ꝙ etiam ante portionem quæsitā in vsufruct. per vlti. volun. relicto ius nō decrescēdi foret. Itaq; in vsufructu per vltimas voluntates relicto & ante portionē quæsitā, & post portionē quęsitā ius non decresc. est, vt probat tex. ille. Quod ea ratione euenire intelligo, ꝙ cū in solidū cuiq; relictus fuerit, certè per exclusionē alterius ex legatarijs nulla pars incipit vacare, quo fit vt alter totū habeat iure suo non diminuendi, iuxta l. vni. §. sin verò non omnes, de caduc. tollen. l. 1. §. interdum, in verbo totius, & l. 2. in verbo. non per cōcursum, & l. inde Neratius, in verb. in solidum. ff. de vsufr. accrescendi.

131 Infero † in d. l. mulieri & Titio, esse casum singula. vbi qui per ius non decrescen. vocatus est, partē tantū habet, licet collegatarius secus non concurrat. Quod ideo fit, quia absurdum videretur plus iuris habere qui cōtra testatoris nititur voluntatem, quàm is, qui testatori paruisset.

Infero grauiter errasse Barto. in d. l. re cōiuncti. 2. quęst.
132 principali cū quo consentiūt † omnes vbiq; doctor. vt testatur Iaso. ibi. nu. 177. dum vult, ꝙ in terminis d. l. mulieri & Titio, ageretur de iure accrescendi, quod est euidenter falsum, tum quia ibi mulier & collegatarius erāt re & verbis coniuncti, inter quos secundū veras & cōmunes opin. constat non esse ius accrescendi, sed ius non decrescendi, tum quia, vt probaui, in vsufructu etiam relicto nūquam datur ius accrescendi, sed ius non decrescendi.

133 Infero errasse Bart. in d. 2. quæst. princ. cū quo † omnes omnino docto. sentiunt secundum Ias. ibid. nu. 177. dū tenet, ꝙ in terminis d. l. mulieri. illa mulier partem tantum vsusfructus semper habebit, non totum, quod est minus verum, nam integrum vsumfru. habebit post capitis diminutionem, vel mortem Titij collegatarij, & demū in omnibus casibus, in quibus ille Titius partē suam posset amittere, si eam quæsijsset.

Extat ergo ex superiorib. ꝙ in quibus casibus dominiū non trāsit ipso iure in legatarios, in illis ius accrescēdi esse non potest, ob id, ꝙ tunc portio vacans reperiri non potest, quo fit, vt cum in summis legatis dominium ipso iure non transeat, in illis ius accrescendi esse non possit.

134 Infero errasse † Zasiū in suis sing. intel. pag. 102. & Alc. in lib. paradox. lib. 6. cap. 8 ibi, dū ait, ꝙ in d. l. mulieri, cessat ius accrescēdi, ob id, ꝙ vsusfructus dominiū ipso iure nō transeat in legatarios l. vn. §. libertatibus, de cadu. tollen. l. 3. §. dare. ff. de vsufruct. Certè, inquit, pars collegatarij per defectum condi. exclusi occupatur per hæredē, quo fit, vt cū vacare non incipiat, accrescere nō possit, per l. si vt certo. §. si duobus vehiculū. ff. commod. Qua ratione stante, sequeretur, ꝙ etiam si mulier conditioni paruisset, & Titius eius collegatarius repudiatione vel alias exclusus esset adhuc cessaret ius accres. ob id, ꝙ pars exclusa per hęredē occupata esset. Quod est euidenter falsum, & contra mentē & literam illius text. qui hac ratione speciali partē tantū vsusfructus ad mulierem innuit pertinere, quia ipsa conditioni parere noluit, ne mulier, quę contra vol. nititur testatoris, melioris sit conditionis, quàm futura esset, si volūtati paruisset, innuens, ꝙ si legatarius alia ratione quam per inobedientiam mulieris exclusus esset, tūc integrū vsumfruct. mulier haberet, non iure accresc. sed secundum nos per ius non decres. Zasius ergo dupliciter errauit, & dū putauit, quòd ibi agebatur de iure accrescēdi, & dum tenet, quòd legatario quoquo modo excluso, adhuc partem tantum vsusfructus mulier haberet. Quinimò, tenēdū est integrū vsumfructum mulierem habituram, si collegatarius moriatur, vel capite minuatur, vel alias incidat in aliquem ex illis casibus, in quib. vsusfructus quæsitus solet amitti.

Quintò & principaliter pro nostra sententia, vt in summis legatis nō sit ius accres. adduco tex. satis expressum in l. si Titio & ei. ff. de leg. 2. dupliciter inducēdo, primum in decisione, deinde ī ratione decidēdi. In decisione, quia ibi
135 mihi & ei qui † capere nō poterat decē (& sic quātitas) fuerūt legata, decidit quinq; tantū mihi deberi. Et perpendo tex. dum dicit debebitur, ꝙ verbū denotat effectum iuris

vt quinque tantum ipſo iure ſint in obligatione, per quod apparet, ꝙ ibi ceſſabat ius accreſ. Nam cum ius accreſc. ſit eiuſdẽ formæ, naturę, & prerogatiuę, cuius eſt ipſum principale, certè ſi ius accreſ. eſſet, tunc non eſſet verũ ꝙ quinque ſola deberẽtur, quinimò decẽ deberentur. Nec placet quod Bar. ibi ait, ſ. fiſcum admitti ad alia quinq;, nam ſi admitteretur, tũc nõ eſſet verũ quinq; ſola deberi, quinimo decẽ deberentur, quinq; collegatario iure ſuo, & alia quinque fiſco ex perſona incapacis. Rurſus etiã perpendo text. dũ ait, quinque ſola, quod eſt verbũ taxatiuum, & negatiuum, ergo, &c. Ecce ergo quemadmodũ portio incapacis, quæ habetur pro non ſcripta, cõiuncto nõ debetur, quod eſt contra. §. in primo, de cadu. tollen. & dict. §. ſi duobus quarũ legum diſt. & conc. nulla alia eſſe poteſt, niſi ꝙ le. ſi Titio & ei, loquitur in quantitatibus, in quibus, vt dixi, ius accreſ. non eſt, vel propter omnimodã ſeparationẽ realem quę eſt inter ipſa numorum corpora, vel propterea, quòd hoc caſu ſi eſſet ius accreſcẽ. augeretur obligatio hæredis, qua tenetur ad dandũ id quod non habuit à teſtatore, nec habet fortè in patrimonio ſuo. Quẽ text. perpendo etiã in ratione decidendi, dũ poſtquã dixerat, partem tantũ Titio deberi, ceſſareq; ius accreſc. ſubdit id ideo fieri (quia duob. heres dare damnatur, & vnus capere non poteſt.) Ecce ergo excluſio vnius, quæ in ſpecieb. legatis inducit ius accre. iuxta d. §. ſi duob. & §. in primo, ſupra alle. ea excluſio in ſummis legatis impedit ius accreſcen. Quo fit, vt apertiſſimè monſtretur diff. eſſe inter ſpecies & quantitates legatas quo ad ius accreſcen. quandoquidẽ ab eadẽ ratione diuerſi deriuantur effectus. Nec ignoro, ꝙ Bar. tã in d. le. ſi Titio, quã in §. ſi Titio l. huiuſmodi, de leg. 1. intelligit ꝙ ibi impeditur ius accreſc. eo ꝙ ad partẽ incapacis admittitur fiſcus, & Bar. ſequuntur doct. communiter. Sed is intellect. verus eſſe nõ poteſt, quia tex. generaliter loquitur in quolibet incapace, etiã ſi non eſſet propter delictũ, ſed ꝙ fortè claudus erat, cui cum alio legata fuit militia integri hominis, vel ſeruus, cui cũ alio fuit legata militia hominis ingenui, vel forenſis, cui cũ alio legata fuit res ſoli, quã fortè ex forma ſtatuti capere nõ poterat, nã & his omnibus caſib. ille tex. poteſt intelligi, niſi miſerè à doctorib. violaretur, & tamen his caſibus fiſcus non caperet partẽ incapacis, & adhuc ibi dicitur non eſſe ius accreſcen. Secũdò, quia text. ille nõ ſe fundat in eo, ꝙ alius ſuccedat loco incapacis, ſed in eo, ꝙ hæres duobus dare damnatur, quorum altero per ſuam incapacitatem excluſo, ſupereſt vt alter ſuam tãtum partem habeat, denegato iure accreſcendi, quod alia ratione euenire non poteſt, niſi quòd loquimur in ſummis.

Et retento meo nouiſſimo intell. ad illũ tex. inde infer-
136 tur contra Bar. & †cõmu. doct. ibi, quòd etiam ſi in terminis illius tex. Ille non eſſet incapax propter delictum ſuũ, vel alias, & ſic indignus, ſed ſponte repudiaſſet, adhuc non eſſet ius accreſc. quod eſt contra mentem Bart. & aliorum tam in d. §. ſi Titio, quàm ibi. & Iaſ. nu. 10. in d. §. ſi Titio, & Paul. in d. l. ſi Titio & ei.

Infertur 2. ꝙ ſi ille incapax eſſet propter ſuũ delictum, quo caſu fiſcus eius portionẽ poſſet occupare, vt per totũ, C. & ff. de his quibus vt indig. ſi tamen fiſcus eius partẽ auferre nollet (propter onus fortè legato iniunctũ, quod vel fiſcus agnoſcere debet l. ſi ſeruus pluriũ §. ſi quis ante de legat. 1. ff.) tunc adhuc non accreſceret coniuncto, quod eſt contra mentem Bar. & aliorũ in locis nuper citatis, qui volunt, quòd niſi fiſcus occuparet, ius accreſc. eſſet.

Quinimò in terminis illius tex. magis eſt, vt portio incapacis remaneat apud grauatum, argum. in §. in primo, & §. pro ſecundo. C. de cadu. tollen. quod, vt dixi, ſuadet text. dum ait, ſola quinque deberi. Quod indubitanter recipiendum eſt, ſaltem in quibus caſibus incapacitas non ex delicto deſcẽdebat, ſed ex alia cauſa, de quibus per glo. & omnes in §. legari. Inſtit. de legat.

Sexto principaliter pro noſtra ſententia vrget l. ſi quis teſtamento, in prin. ff. de leg. 1. vbi Conſultus ait (ſi quis teſtamento Titio & Seio decem dari iuſſerit, nullã hęc verba recipiunt amibiguitatẽ, vt dena dixiſſe videatur, qui decẽ dixerit.) Satis ergo apertè innuit, ꝙ qui decẽ duobus reliquit, nõ dena cuiq; ſed quina reliquiſſe videtur. i. quinq; cuilibet, quia hæc verba, ſingula, bina, trina, quina, dena, vicena, & ſimilia diſtributionẽ ſignificãt, vt ſi dena Titio & Seio reliqui. viginti reliquiſſe videar, cuiq; decem, ſi Titio Seio, & Gaio dena, tunc triginta reliquiſſe videar, cuiq; decem, quòd ſi Titio ſoli dena legaui, quia tunc in vna perſona non cadit diſtributio, euenit, vt decem tãtum relicti videantur, prout apud grammaticos notius eſt, quã probatione egeat, & apud nos infinitis probatur legibus. Id. n. in primis probat, d l. ſi quis teſtamento, dum ait, ꝙ qui Titio & Seio decem legauit, dena non videtur legaſſe, ſentiẽs, ꝙ ſi dena legaſſet, tunc viginti reliquiſſe videretur, cuiq; decẽ. Quod 2. apertiſſimè probatur in l. cũ quo ff. ad leg. Fal. in fi. prin. vbi Conſultus ait (quid enim ſi idem ſeruus defuncto & alij dena debuerit & vna decem habeat) ecce ergo queamd. quia ibi erant duæ perſonę, ad quas verb. dena referebatur, ideo tale verbum ibi bis decem ſignificat, & ſi eſſent tres perſonę, ſimiliter per decem ſignificaret. Tertio accedat tex. apertus in l. cùm duo. ff. de in diem ad. ibi (refert vnius pretio decem an ſingulorũ quina adijciat) ibi enim Conſultus ait (cùm duo ſerui duobus ſeparatim denis in diem addicti ſint, & extiterit qui pro vtroq; triginta det, refert pretio decẽ, an ſingulorum quina adijciat, ſecũdũ priorem adiectionẽ is ſeruus inemptus erit, cuius pretio adiectio facta fuit, ſecundũ poſteriorem vterq; inemptus erit) ecce ergo quemad. hoc verbũ, quina, relatum ad duos ſeruos, decẽ ſignificat. Quartò induco l. ſi non fortè, §. fi. ff. de cond. indeb. vbi poſtquam Conſultus dixit, ꝙ ſi decem aut Stichũ tibi ſtipulanti promiſi, tuq; duobus relictis hæredibus deceſſiſti, nõ liberor vni ex hæredib. quinque alteri partẽ Stichi ſoluendo, ſubdit Conſultus (ſecũdũ quę liberatio non contingit niſi aut vtriq; quina, aut vtrique partes Stichi fuerint ſolutę.) ecce ergo apertiſſimè ait, ꝙ hæc verba, vtriq; quina, non quinq;, ſed decem ſignificat. Quintò accedat text. in l. ſi ita ſtipulatus fuero ſi Titius, in prin. ff. de verborum. vbi Conſultus ait, ꝙ ſi in annos ſingulos dena ſtipulatus ſum, tunc poſt triennium triginta mihi debentur, ergo & poſt quinquenniũ quinquaginta, & poſt annum decem tantũ deberẽtur, vt quot ſunt anni tot vicibus decem illa multiplicentur.

Ad idẽ & ſextò l. 3. in prin. ff. de annuis legat. vbi triginta mihi legata ſunt annua bima trima die prẽſtãda, & Cõſultus ait (dena ꝑ ſingulos debenť annos) ecce ergo ver. dena, relatũ ad annos tres, tringinta ſignificat, vt decẽ numero, quę ſuapte natura ſignificat, tot vicibus multiplicẽtur, quot ſunt anni, res, vel perſonę, ad quas verbũ, dena refert.

Ad idẽ, & ſeptimo l. vbi fideiuſſor ff. de fideiuſ. vbi Conſultus ait (vbi fideiuſſor pro duob. in dena fideiuſſerit, obligatus eſt in viginti) ecce ergo verbũ, dena, ad duos relatum, viginti, non decem tantũ ſignificat. Subdit tex. & ſiue viginti ſiue dena ſoluerit, vtrunq; reum liberauit, ecce iterũ dena ſumuntur pro viginti, & facit l. 1. ff. ſi quis caut. & l. 3. ff. de verbo. ſigni.

Ex quibus omnibus apud me expeditiſſimum eſt, maximè per d. l. cũ duo. in verb. duo dena, ꝙ verbũ, dena, ſi ad vnum actum vnamve perſonam referatur, decem tãtum ſignificat, ſi verò ad plures actus, vel perſonas, tunc poteſt ſignificare viginti, triginta, & etiam plura, prout fuerit numerus perſonarum, vel actuum, ad quos refertur.

Ex quibus infertur veram minimè eſſe opi. gl. 1. in l. ſti-
pul. iſta. §. alteri, verſi. eum qui ita. ff. de verbo. oblig. quam
ibi ſequitur Bar. communiter docto. prout ibi atteſtantur
137 Alex. & Iaſ. qui & eã ſequũtur, dum tenet. ꝙ verb.† dena
viginti ſigni. contra quam communem opi. tenent Cum
nus, & Romanus, dicentes ꝙ ſignificet decem tãtum. Se
huius contrarietatis veritas lucida & perſpicua eſt, quo
mediam ſentẽtiam & conc. ſequi debeamus, vt ſi verb.
na ad vnum tantum referatur, decem tantum ſignificet,
ſic procedat opi. Cumani & Rom. contra commu. Si au

ad plur

ad plures personas, vel res referatur, tunc viginti, vel triginta, vel plura significet, prout fuerit numerus personarum, ad quas refertur, & tunc procedat communis opin. contra Cuma.& Roma. Veritas ergo est, quod harum opinionũ neutra simpliciter vera est.

Infertur, 2. verá minimè esse opi.gl.in procem. ff.vet.in §.hęc auté, in gl.denarũ, quá sequitur Bar.ibi in §.illud au
138 té, & ibi per eius Additionatorẽ, & gl. in l.fi.in verbo† denarũ C.de præp.agent.in rebus, lib. 12.& gl.in authẽ.causa quę fit cũ monach.in gl.fi.C.de episc.& cl.& gl.denarũ, in §.ad excludẽdas, in auth.de litigiosis, quas sequitur Bart.tá in d.§.illud, q̃ in d.§.eũ qui ita, quas & Iaso.ibi sequiť, vbi attestatur cũ eis esse cõem opi.& ibi Alex.& Angel.eas sequuntur. Volũt.n.alleg.gl.ꝙ statuta, vel leges dicẽtes, ꝙ aliquid ne fiat, & cõtra facientes denarũ librarũ auri pęna plectantur, debent intelligi, vt qui cõtra fecerit, viginti libras auri exoluat, quod euidenter falsum est, nã ad decẽ tantum tenebitur. Nec obstat, ꝙ statutũ, dena, dixerit, non decem, nam mens talis statuti est, ideoq; dena dixit, vt si plures forte in statutũ simul cõmiserint, tunc vnusquisq; ad decẽ integra teneatur, non autem omnes simul ad decem tãtum, nam illa decem tot vicibus multiplicabuntur, quod fuerint delinquentes. Et hanc partem contra communem tenuerunt gl.in l.qui textrini.& ibi Ange.sibi contrarius, Co.de murileg.li.11.& Bal.in l.si quis testaméto, in prin.& Imo. in d.l.stip.ista, §.eum qui.ff.de uer.& Rom.ibid.moti. per tex.in c.odia.de reg.iur.& in l.cũ quidam, de lib.& posth. Quorum fundam.non est sufficiens, quia in pęnalibus benignior interpretatio facienda est, cum legis verba sub dubia essent, secus autem si satis perspicua & aperta, vt suntin proposito secundum commu.opi.quod & ipsi admittunt, & ita eorum fund.exclusit Bart.in d.procẽ.§.illud, Bart.& Iasin d.§.eum qui. Sed licet eorum funda.non placeat.sententiam tamen eorum verissimam puto contra communem, quia, vt latè probaui, exclusa benignitate, id ipsa verborum pro prietas dilucidè probat.

Infero, ꝙ verus intell.ad d.§.hæcauté, est, ꝙ in terminis illius tex.qui legalẽ disciplinã extra vrbes ibi memoratas docerent, nõ in 20.libras, sed decem tantũ punirentur,
139 quod est contra † communem intell.Bar.ibi, & omnium doct.suprà alle.volentium, quòd in viginti teneantur.

Infero, ꝙ in terminis, l.fi.C.de pręp. agent.in rebus qui priuilegia præpositis agentiũ in rebus concessa violassent, non in viginti libras auri singuli punirentur, sed tantum in
140 decem. quod est contra † cõmunem intell. gl. & aliorum ibi, & eorum quę proximè citaui.

Infertur, ꝙ in terminis d.§.ad excludẽdas, etiã si iudex accusationẽ absq; solennitate, de qua ibi, reciperet, adhuc nõ in viginti libras auri, sed in decẽ tãtũ puniretur, cũ verbũ, dena, ad vnũ tãtũ relatũ decẽ tantũ significet, quod est
141 contra † cõmunẽ intell.gl.ibi in verb.denarum, & aliorũ docto.ibi, & contra omnes, quos proximè citaui.

Infertur, ꝙ in terminis d.l.qui textrini, de murileg, quæ ait, ꝙ mãcipia occultantes ternis auri libris puniantur, debet intelligi, ꝙ ex propria significatione vocabuli in plus
142 non teneãtur, quod est cõtra †gl.ibi (quã expressim approbant oẽs suprà citati.) quę vult, ꝙ propter benignam interpretationem in tres tantũ libras puniuntur, licet attento rigore & proprietate sermonis, in sex puniri deberẽt, quod, vt dixi, falsum est. Hoc amplius doc.suprà citati intelligũt quod ibi in sex libras puniantur, nulla obstante benignitate, quod, vt dixi, euidenter falsum est.

Redeundo ergo ad nostrum propositum, si is qui decẽ duobus legauit, non dena, sed quina tãtum legasse videtur, id est, quinq; cuilibet, patet; quod hi legatarij quasi diuersas summas receperint, & sic re disiuncti omnino sint, non possunt ad ius accres.aspirare.

Quod etiam apertissimè probatur in l.eum qui.2.resp. ff.de verbo. vbi Consultus ait, sicuti qui legat Titio & Sẽpronio decem, non aliud intelligitur legare, quã vna decẽ cõmuniter ambobus. Perpendo verb.commun iter, nam si communiter decem habent, nõ separatim, ergo quinq; tantum ad vnumquenq; pertinet, sicq; sunt omnino re disiuncti, cùm eo casu diuisio non per partes fiat, sed numero vt suprà probaui.

Præterea in contractibus expeditũ est, ꝙ si duob.simul decem promisi quinque tantũ cuilibet promisisse videor, dicta l.reos.§.cũ in tabulis, de duobus rei.ff.si mihi & Titio ff.de verb.oblig. l.fi.C.de inut.stipu.§.quòd si quis alij. Instit.de inut.stipul.& dicta l.eum qui.in princ.quod & fatentur Barto.Paul. Iaso. & alij ibi. Sed in istamet specie fit ęquiparatio de contractibus ad vlt.volun. vt ibidẽ in versic.sicuti, &c.ergo idem dicendum. Si ergo qui duobus decem vel legat, vel promittit, quinque tantum cuique dedisse videtur, & inter plura numorum corpora nulla coniunctio realis est, vt probaui, sequitur, quòd ius accrescen. esse non debet, cùm isti concursu partes non faciant, sed ab initio quisque ad sua quinque vocatus videatur.

Septimo & principaliter in fauorẽ nostrę assertionis accedat talis consideratio. Nã licet diuersitas inter interrogationẽ & respõs.vitiet stipulationẽ, iusta l.1.§.si quis simpliciter de verbo.& §.pręterea. Insti.de inuti. stipul. tamẽ id verũ, quando vna erat stipulatio, in qua talis diuersitas reperitur, secus si plures, nã tunc illæ stipulationes, in quibus cõcordat interrogatio & respõsio valent, in quibus vero discordãt, non valent, tex.est in d.l.1.§.sed si mihi, & l. inter stipul.§.si stipuláte, in fi.eod.vbi stipulanti Stichũ & Pamphilũ, Stichũ promisi eaq; stipulatio valet, altera vitiata. Et quod ibi receptũ est in stipulante plures species, idẽ quoq; receptũ est in eo, qui aliquã quantitatẽ non tãquam speciem, sed ad numerũ vt summã stipulantur, veluti centum, nã si quinquanginta spondeas, vel etiã vnũ duntaxat, in eo valet stipulatio, quasi tot essẽt stipulationes, quot numorũ corpora, vt d.l.1.§.si stipulanti. Ecce ergo queadmodũ, idẽ iudicatur de vna summa, ꝙ iudicaretur de pluribus speciebus. At si plures species generaliter, inter quas nulla diffe.valoris esset, duobus legassem, inter eos (vt suprà probaui) non esset ius accres.ergo idem si plura numorum corpora, vel quid genericum, inter quę nullam differ. valoris esse patet. Nec obst.l.scire, §.quãuis.ff.de verbo.oblig. vbi Consultus ait (tamen si pecuniam quis quę in conspectu eius est, stipulatus sit, vel aceruum pecuniæ, nõ tot sunt stipulationes, quot numorum corpora.) Nam fateor nõ tot esse stipulationes, idq; respon.ideo ibi fieri, quòd pecunia in stipulationem deducta fuit tanquam species, non autẽ ad numerum tanquam quantitas. Nam qui stipulatur pecuniã, quæ in conspectu est, non designato numero, vel aceruo pecuniæ, quę alibi est, is non quantitatem, sed speciem stipulanti similis est.tex.est in l.talis scriptura, in fine prin. & in l.sed si certos, & in l.planè §.si eadem, in fine de lega. 1.& in l.si certos, de verborum obligatione.ff. Hinc dixit Plo.in l.si creditor §.1.in vers.venditori.ff.de pecul.quòd licet de quantitate ad quantitatem admittatur compensatio quando debitum est liquidum, iuxta l.fi.C.de compẽs. tñ id fallit in casu.quo quantitas deberetur, non ad numerum, sed tanquam species. De cuius veritate, quia non est pręsentis speculationis, videndus est Bart.in l. cùm seruus. §.seruum tuũ imprudens.ff.si certum petat.vbi Sali.Alex. & Rom.& Iasin l.si certos, de verborũ obligatione. Cum ergo is similis sit speciem stipulanti licet plura sint numorum corpora, vna tantum erit stipulatio, nã & si plures species in stipulationem deducerentur nõ singulatim enumeratæ & expressæ, sed sub vna conceptione verborum, non dubitarim vnam tantum esse stipulationem, vt dict.l.scire debemus, in §.stipulationem. Itaque ipsa specierum dinumeratio nominatim, & sigillatim facta, facit plures esse stipul. non autem pluralitas specierum, ita & ipsa pluralitas numorum non facit plures stipulationes, vt dicto §.quanuis, nisi ad numerum, & sic genericè in stipulationem deducantur. Sit autem vna an plures stipula.magni momenti est.tunc quia quando plures solutionem vnius compellitur recipere stipulata, sicut & cum sunt plura legata vnius solutio

ſolutionem offerre poteſt heres, licet ſecùs ſi vnum tãtum legatum eſſet, vel vna tantum ſtipulatio, tunc enim partis ſolutio non admitteretur inuito creditore, vt docent Bar. & alij in l. quidam ęſtimauerunt. ff. ſi certum peta. & in l. 2. 3. 4. & 5. de lega. 2. Prętere quando vna tantum eſſet ſtipulatio, tunc diuerſitas inter interrogationem & reſpon. vitiaret, ſecus ſi plures eſſent ſtipul. & ad vnam tantum eſſet reſpon. vt apparet in l. 1. de verb. oblig. ff. §. ſi quis ſimpliciter, iuncto §. ſi ſtipulanti, & §. ſed ſi mihi.

Infero inter illa iura non eſſe admittendam diffe. quam Bar. & alij in d. §. ſi quis ſimpliciter, facere conſueuerũt, di
143 centes referre ſit qualitatis † diuerſitas, vt tũc vitiet, ſecùs ſi numeri, ſeu quantitatis, id. n. verũ non eſt. nam & diuerſitas numeri rerũ puto ꝙ vitiaret, ſiquidem vna eſſet ſtipulatio, vt ſi mihi quadrigas ſtipulanti tu vnum equũ promitteres, niſi diuerſitas illico cõplaceret, iuxta d. §. ſi quis ſimpliciter, vt in d. l. ſcire, verſ. ſtipulationẽ. Vt. n. in pręmiſſo exẽplo ſi quadrigę mihi legarẽtur vnũ equum alijs omiſſis agnoſcere non poſſem, vt l. neminẽ, cũ ſeq. de leg. 2. ita & promiſſor, qui agnoſcere debet ea quę in interrogatione cõprehenſa ſunt, illã ſcindere non poteſt, vt ſic promiſſor in ſtipulationib. loco agnoſcentis habeatur, quemadm. & legatarius in legatis. Vnde ſubinfertur, ꝙ ſi diuerſitas eſt inter interrogationẽ & reſp. in numero vel numorũ, vel ſpecierũ nominatim in ſtipulationẽ deductarũ, illa diuerſitas non vitiabit, licet cõplacentia ſecuta non fuerit, ob id, ꝙ eo caſu plures ſunt ſtipul. & in quibuſdã earum licet diuerſitas ſit inter interrogationem & reſpon. tamen in alijs nulla diuerſitas eſt, ideo alię vitiantur, alię ſuſtinẽtur, quod manifeſtiſsimè docet Conſultus in d. §. ſi ſtipulanti (licet enim, inquit oporteat congruere ſummã, attamẽ manifeſtiſsimũ eſt in viginti & decẽ ineſſe) quo fit, vt cum in illis decẽ congruant & conueniant inter ſe reſpon. & interrogatio, minimè deſideretur altera cõplacentia. Secùs eſt in terminis d. §. ſi quis ſimpliciter, vbi diuerſitas reſpiciebat vniuerſa ea, quæ interrogatione cõprehenſa erant, & conſequenter nulla ex parte interrogatio & reſp. inter ſe ſatis conſentiebant, quo fit, vt diſſonantia illa, quæ omni in parte reperitur, omni quoq; ex parte vitiet. Et iſta illatio cũ præcedenti eſt contra cõmunem doctr. & intell. Bar. in d.
144 §. ſi quis ſimpliciter. Ex quibus † infero nota. ampl. ad d. §. ſi ſtipulanti, vt licet in ſummis tantũ genericè in ſtipula. deductis loquatur, procedat & in ſpeciebus, ſi ſimiliter genericè in ſtipul. deducerentur, puta, dabis decẽ ſeruos, nã ſi tu quinq; promittas, vtilis erit ſtipulatio, licet nõ ſequatur cõplacentia, nã qui decem ſeruos genericè ſtipulatur, & quinq; ſtipulatus videtur virtualiter, quod ex ſuprà dictis in primo fund. latè fundare poteris, pro quo & dict. l. inter ſtipul. §. ſi ſtipulante, in fi. de ver. obl. tam in deciſione, quã in ratione decidendi. Ex quibus omnibus patet, ꝙ in ſpecie noſtra procedimus arguendo de toto ad partẽ, vt ſi diuerſitas in parte tantum ſit, in parte tantũ vitiet, ſi in toto, tunc vitiet in totũ, iuxta l. quæ de tota, de rei vendi. ff. & l. in pares. ff. pro derelicto. Extat ergo ex ſuperioribus idem iudicari de pluribus numorum corporibus quæ in ſtipul. vel legatũ genericè deducuntur, ꝙ iudicaretur de pluribus ſpeciebus quę in ſtipul. vel legatũ genericè deducerentur, vt quemad. in illis ſpeciebus cõſtat nõ fore ius accreſcẽdi. vt probaui, ita & in his numorum corporibus, ſeu quantitatibus, argumento d. l. huiuſmodi. §. quibus ff. de legat. 1. & eorum quæ ſuprà diximus.

Præterea pro ſententia noſtra, vt in ſummis legatis non
145 ſit ius accreſcen. eſt tex. apertus in † l. in teſtamento 2. ff. de condit. & demonſt. ibi, illi quidem legatum deberi Stichi, aut portionem inutilem fieri, vbi Sticho & Pamphilę cen
146 tum fuerunt legata ſub hac cõditione, † ſi matrimonium contraxiſſent, quæ cõdi. defecit per voluntatẽ Stichi, quo caſu quo ad Pamphilam habetur pro impleta, vt docent ibi Bartol. Cuma. Imol. Paul. & Socin. glo. & omnes in l. 1. C. de inſtitu. & ſubſtit. omnes in l. legatum. C. de cond. inſer. & text. ait, Pamphilæ legati partem dimidiam deberi, reliquã autẽ partem quę ad Stichum ſpectabat, minimè deberi, ſed inutilẽ fieri. Quod ea demũ ratione euenire intelligo, ꝙ quantitas legata fuit, in qua nõ datur ius accreſcẽdi, vnde ibi ius accreſcen. foret, ſi ſpecies legata fuiſſet.
147 Infero non † rectè loquutum fuiſſe Cumanũ, qui in dicta l. in teſtamento, text. dicentem Stichi portionem inutilem fieri, ſuppleuit, vt inutilis fieret quo ad Stichum tantum, non etiam quo ad Pamphilam, cui, inquit, pars Stichi accreſcet, id quod eſt tex. vitiare, violenterq́ue emendare, vt euidentius eſt, quàm longa contentione egeat. Et idem
148 quod Cumanus tenuit gl. penult. in † l. Iulius Paulus. ff. de conditione & demonſtratione, quã ſimpliciter omnes ibi ſequuntur, & expreſsim ſequitur Cuman. ibidem, dũ tex. ibi dicentem, quòd ſi Sticho & mulieri centũ legentur ſub
149 conditione, ſi Stichus † rationes reddiderit, isq́; non reddiderit rationes, tex. ille ratiocinatur, vt mulier ad legatũ purè, non ſub conditione vocata intelligatur, quo ſit, vt Sticho ex defectu conditionis excluſo, tunc legatum vtile ſit in perſona mulieris, ſed an pro ſua tantum parte ei deberetur, an verò etiam partem Stichi iure accreſcẽdi caperet, id text. non aperit, glo. autem expreſsit mulierẽ habituram etiam partem Stichi iure accreſcendi, quod eſt contra iura ſuprà adducta. Teneo ergo, ꝙ in terminis, d. l. Iulius Paulus, mulier ſuam tantum legati portionem non etiam Stichi partem habebit.

Deniq; pro ſententia noſtra eſt etiam text. in l. ſi pœne, §. ſi falſo. ff. de cond. indeb. & in l. in executione, §. pro parte. ff. de verb. oblig. & in l. cum Stichus, ff. de ſoluti. in quibus iuribus habetur, quòd ſi plures ſpecies pluribus debeantur, tunc inter eos diuiſio fit à iure per quotas partes, non ad numerum. quòd ſi genera debeantur, vel etiã ſpecies genericè tamen, tunc diuiſio fit per numerum, ſicq́ue ſinguli ad ſingula corpora diſtincta & ſeparata vocantur, & per hoc inter ſe omnimodò ſunt re disiuncti, nec cõcurſu faciunt partes, & conſequenter cùm in idem corpus nõ concurrant, non poſſent rectè dici collegatarij (ſi in terminis legati eſſemus) & per hoc inter eos non eſſet ius accreſcendi, vel non decreſcendi. Secus in ſuperiore caſu, vbi ſinguli ſingulorum corporum partes habent, parteſq́; faciũt concurſu. Facit etiam l. ſecunda §. mutui autem, vbi glo. & omnes ff. ſi certum petat. tex. in princip. Inſtit. quibus modis re contrah. oblig. vbi mutuum in ſummis generibusq́; tantum (id eſt, in rebus, quæ pondere, numero, menſurãve conſtant) conſiſtit, quia in ijs rebus datur omnimoda paritas valoris in corporibus diuerſis, id quod ſpeciebus reperiri non poteſt. Præterea induco. Nam ſi eadẽ ſpecies aliena bis legatur in eodem teſtamento, ſemel tãtum debetur, at ſi eadem quantitas bis legetur, bis debebitur le. planè §. ſi eadem, vbi Iaſ. de legat. 1. nempe quòd in vna etiam perſona quantitas multiplicari poteſt, ſpecies autẽ non poteſt. Sic ergo & per contrarium, vt quãtitas facilius multiplicatur, ita & facilius ſcinditur, ſeu diuiditur, atque ſeparatur, perq́; omnimodam ſui ſeparationem inducitur omnimoda disiunctio realis, quæ facit (vt ex ſuperioribus docemur) ceſſare ius tam accreſcen. quã non decreſcendi. Præterea facit pro nobis, quia inter rationes reliquas, propter quas ſuprà docuimus inductum eſſe ius accreſcẽdi, illa eſt, ne ſit communio inter grauatum hęredem, & legatarium, id quod vtile non eſt. vt l. cum pater, §. dulciſsimis, ff. de legat. 2. cum vulg. ideoq; inductum eſſe ius accreſcẽ. vt pars vacans accedat collegatario cõiuncto, ſicq́; nullam habeat cum hærede communionem. Quę ratio ceſſat in ſummis legatis. nã licet pars collegatarij repudiantis collegatario agnoſcenti non accedat, nihilo magis is cum hærede communionem habebit, quandoquidem, vt iam docuimus, in quantitatibus nulla eſſe communio poteſt.

In ſumma pro nobis etiam facit text. notabilis in l. Lucius, §. quæ habebat, ff. ad Trebellianum, vbi teſtatrix, quę filiũ. & ex eo nepotem habebat, maritũ hęredem ſcripſit eumq́; rogauit, vt filio decem vncię, nepoti vero alię duæ vnciæ hæreditatis reſtituerentur, & cũ nepos pręcederet ante

antequam dies fideicõmissi cedere dubitabatur, an ei filio restitutio facienda esset etiã duarum vnciarũ ad nepotem pertinentiũ. Et deciditur non esse faciendã quia illæ duæ vnciæ remanent penes ipsum hęredẽ oneratũ: nec enim ei auferendę sunt, vt iure accessionis transferãtur in alterum fideicommissarium. Et est verissimus sensus illius text.licèt illum aliter intellexerint Ias.in l.qui quartam.§.si quis vnam.ff.de legat.1.& idẽ Ias.in.d.l.re coniuncti.ff.de legat. 3.nu.198.Bald.in l.si arrogator.quæstio.2.ff. de adop.idem Bal.in l.1.C.de sacrosf.eccle.vt dixi. Ex superioribus infertur, ꝙ si testator instituat filias suas in mille pro qualibet
150 earum,licèt videantur † esse cõiunctæ verbaliter propter nomẽ collectiuum,& propter vnitatem sermonis & orationis,l.vnica.§.hoc ita tam variè.C.de cad. tollen. tamen inter eas nõ habet locum ius accrescendi quia separata quantitas cuilibet assignatur.Ita determinant Bar.Bal. Nicol.de Neapol.Rapha.Cuma.& Paul.de Castr. in d.l.huiusmodi. §.quibus,per illum tex.& idem tenet ibi Aug.Flo. & Bal. in l.si duobus.§.1.ff.de legat.1.Ioan.de Imo.& dict. Alex. in l.qui filiabus.§.1.eod.tit.Ang. in consi.11.incip. Seruitius notarius d.Alexan.in consi.55.2.vol.incip.Viso titulo quęstionis. in 2.col.d.Matthę.in not.155.vbi istud not.ex ista doct.Bart.hic Et ab ista decisione nemo discrepat, & nemo vnquam discrepauit secundum Ias.in l.re coniũcti. de legat.3.nu.105.estq; cõmunis secundũ eund.in l.huiusmodi.§.quibus.ff.de lega.1.qui arguit contra d. conclusionem hoc modo. Nã,inquit,nomen illud collectiuũ,filias, ducit coniunctionẽ mixtam,& consequenter est inter dictas filias saltem ius non decrescendi. Defendendo dictam cõmunem conclusionem ipse respondet,ꝙ nomen collectiuũ, filias, inducit coniunctionẽ verbalem & realem simul est verum, qñ testator simpliciter institueret filias suas in mille, vel relinqueret fundum filiabus simpliciter, illud nomen collectiuum,filiabus,faceret coniunctionem tunc mixtam,sed in casu præsenti additur, pro qualibet earum, quod facit omnimodã disiunctionem rerum. Et istud est, quod propriè volunt Bart.& doct.in locis præalleg. Sed licèt doc.teneant referre, vtrum testator, qui filias habebat Bertam & Catherinã mille ita legauerit,Filiabus meis Bertæ & Catherinę mille do lego, vt tũc sit inter eas ius accrescendi propterea quòd sunt cõiunctæ.Secùs si diceret, cuilibet quia tunc non esset inter eas ius accrescendi, ex eo,ꝙ coniunctionem dirimit illud distributiuum, cuilibet. Tamen teneo per omnia nostræ opin. fundamẽta, quòd vtroque casu cesset ius accrescendi,vel nõ decrescendi inter eas quia in legato quantitatis etiam si id distributiuũ non adijciatur cessat ius accrescendi.

Præterea nõ dubito,quin pręcedens cõclusio,vt si dixi.
151 cuilibet †ex filiabus meis lego mille,tunc inter eas non sit ius accrescen.Hæc inquam, conclusio si teneremus communem opi.quæ habet in summis legatis esse ius accres.nõ secus quàm in speciebus, esset indubitanter suspecta.nam distributiuum verbalem coniunctionem ex vnitate orationis causatam non dirimit, sed tantum realem coniunctionem,l.fi.C.de impuberum.ergo licèt ex vi realis coniunctionis non daretur ius accrescen. in specie proposita, daretur saltem ex vi coniunctionis verbalis. Nec ad rẽ pertinet, quòd vbi est seperatio realis, quæ ad oculum potest demonstrari,tunc cesset ius accr. etiam si adsit coniunctio verbalis secundum Bart.in d.l.re coniuncti. quem omnes sequuntur ibi,& vbique,& omnes in l.huiusmodi.§.quibus.ff.de legat.1.per tex.ibi.Nam certum est, quòd per distributiuum non inducitur separatio realis pro diuiso,nec quę possit ad oculũ demonstrari,nec quæ faciat, vt ex vna specie plures videantur. Nam si cum tres haberem fratres dixi,Fratrum meorum cuilibet tertiam partem fundi Titiani lego. hoc casu nullus sanus dixerit, quin sit inter eos ius accrescen. non secus quàm si dixissem, Fratribus meis fundum Titianum ex ęquis partibus lego.quia licet distributiuum ibi abstulerit coniunctionem realem, superfuit tamen verbalis intacta cuius virtute erit ius accresc. non aliter,atque si realis coniunctio per dictionem, æquis partibus,expelleretur,nam adhuc ius accrescen. esset ex vi & potestate coniũctionis verbalis,quę superesset. Ergo licèt cõmunis opi.de qua suprà, senserit, ꝙ vbi est distributiuũ ibi dirimatur effectualiter coniunctio tam realis q̃ verbalis,& per hoc impediatur ius accrescẽdi. ego indubitanter teneo ꝙ verbalis coniunctio non dirimatur,sed tantũ realis,& consequenter esse posit ius accres.Fateor tamen, ꝙ in præmisso exemplo,vbi cuilibet filiarũ mille legaui non erit inter eas ius accresc.sed id non venit ex ui destributiui nominis,sed ex vi & natura rei legatæ:qui in summis,vt dixi,non est ius accrescendi, etiam inter coniunctos, siue eos coniunctos ponas per nomen distributiuum, siue per copulam licèt aliud fortè quando coniungerentur per nomen collectiuum, qua ratione & cum coniunguntur per nomen distributiuum,dubitari potest. Et quia suprà diximus,ꝙ data omnimoda disiunctione reali,cessat ius accrescendi,etiam si adsit coniunctio verbalis, dic ꝙ adeò verũ est,vt quoad effectum iuris accrescen. non minus separati videantur q̃ si & re & verbis disiuncti essent.vt dict.§.quibus.2.resp.vbi consultus ait(sicut non concurrunt cum ita legatur Titio seruum do lego, Męuio alterum seruũ do le-
152 go)& sic mirum est, ꝙ qui re omnino †disiuncti sunt,licèt verbis coniunguntur,tamen ęquiparantur illis, qui & re & verbis separati sunt,quo fit,inquit Ias.(& de hoc perpendens ibi) vt verbis coniuncti si re omnino destinguantur,coniuncti appellari non possint. Mouetur primo per 2.resp.d.§.quibus.in quo constat nullam esse coniunctionẽ.Sed potest responderi coniunctionem non esse quo ad effectum iuris accre.quod ius accres.considerauit ille text. vt patet ibi(non concursuros in eundem seruum)& ibi(sicut non concurrunt) sed tamen,inspecto cortice verborũ negari non potest,quin cõiuncti sint,sed & illa coniunctio non erit sine effectu.argu.l.cohæredi.§.qui discretas.ff.de vulga.secundum Ripam,qui per hoc tenet contra Iaso.& Cuma. Sed certè ibi loquitur in hæreditatibus, in quibus etiam omnimoda portionum separatio non impedit ius accre.vt ibi propter rationem l.ius nostrum.de reg.iur. Et inde dicimus etiam inter omnino desiunctos ius accres.esse in hæreditatibus.d.l.ius nostrum.& §.hæreditas.Inst.de hære.instit.nisi in milite,l.miles ita hæredem.de testamento mil.sed Ias. loquitur in legatis, in quibus separatio rerũ impedit ius accrescend.§.quibus quo fit, vt in legatis quo ad ius accres.coniuncti esse nõ videantur,licèt secùs in portionibus.Præterea in speciebus legati est disiunctio verbalis,quæ ad oculum mõstrari potest,secus in hęreditatibus. Nam licèt hæreditas in quam plures partes scindatur,semper vna tantum res, eaque indiuidua reputatur iuxta l.1.& 2.ff.de acquir.hęr.l.si solus.eod.dict.l.ius nostrum & §.hęreditas.Instit.de hęre.instit. & partes in tali hęreditate factæ ad oculum monstrari non possunt, quo fit, vt adhuc vna tantum res, non plures reputetur, & consequenter sit ius accrescend.sicut & in re legata esset,licet plures in partes scissa esset pro indiuiso,iuxta l.re coniuncti, & l. Mæuio.in princ.de legat.2.Secundò allegat Iaso.quòd res,quę effectu caret nomine quoque carere debet.l.1.de nudo iure Quiritum.l.annulo.C.de ferijs. sed ista coniunctio careret suo effectu iuris accres.ergo coniunctio appellari nõ potest.Tertiò allegat,quòd illi dicuntur verbis tantũ coniuncti quibus ead.res diuersis partibus relinquitur, sed in proposito non ead.sed res diuersæ videntur.ergo &c.Maior probatur in l.re coniuncti.2.respu.de legatis 3.l.vni.§. vbi autem.C.de cad.tollen.Minor probatur. Nam quando vnus fundus, vel alia similis species taliter diuiditur, ꝙ eius partes possunt ad oculum monstrari, iam non ead.sed diuersę res censentur. iuxta tex.cũ ibi not.in l.quòd in rerum.§.si quis post.ff.de legat.1.& locus.ff. de verb.signifi. & l.si quis duas.§.si quis partem.ff. communia pręd.l.planè.1.§.final.de legat.1.Hincque euenire intelligo,quòd legatum domus simpliciter & generaliter factũ, vel stipul. domus vel fundi generaliter facta,nullius momẽti est.iuxta l.si

ta l.si domus.in princ.de legat.1.l.legato generaliter.eod.l. ita stipulatus,de verbo.l.cùm post.§.gene.ff.de iure do.Id quod ea ratione fit: quia cũ sola destinatione & nuda vol. promissoris, vel hæredis fundus & domus constituantur, eueniret vt liberarentur dando domum vel fundum exiguum vt nullius esset vtilitatis: cũ ergo res ita diuisa,vt ad oculum eius partes demõstrari possint pro pluribus distinctisq; rebus habeatur,superest,vt quemadmodum diuersis rebus legatis proculdubio non esse ius accrescẽdi. ita & in vna eademque re non sit accresc.siquidem ita diuisa sit, vt eius partes distinctè ad oculũ demõstrari possint.quod in specie tenet Bar.in l.re coniunct,nu.23.cum quo est cõmunis secundum Iaso. ibi.nu.107.per dd.ll.& l.rectè dicimus.ff.de verborum significat.& l.1.in princ.ff. de vsufru. accrescen.secundum verum intell.& l.secundam,in princi. ff.quibus mod.vsufr.ami. Quartò allegat Iaso.quòd causa sine effectu esse non potest.l.nõ cogendum. §. Sabinus.ff. de procur.l.hæc stipulatio.§.diuus.ff.vt legat. no.cap.l.quibis.ff.de verb.obliga.sed ex confessione omnium constat hic non esse ius accrescendi. ergo nec verbalis coniunctio erit,quæ non debet considerari nisi ad effectũ iuris accres. Residet ergo Ias.istos verbis cõiunctos appellari non posse quod & tenuit Cumanus in d.l.re coniuncti.licèt contrarium & malè, secundũ eũ tenuerit ipse Cumanus in l.huiusmodi.§.quibus.de legat.1.& ibi Paul.& Sali.in l.re coniuncti.& ibi Bar.num.23.quos contra Ias. sequitur Rip.ibi nu.29.& nume.67.Sed mihi opin.Iaso.verior semper visa est per eius fundam.quia lex rebus non verbis imponi debet,l.2.in fin.cum vulgatis.C.commu.de leg. & quia cum ex confessione omnium cesset ius accrescendi.sequitur,ꝙ testator sub ead.ratione non animo coniungendi,sed celeriter loquendi legatarios coegit.argu.l.si. quis ita hæredes. ff.de hær.inst.Non obst.l.cohære.ff.de vul.§.qui discretas. nam ibi erat coniunctio realis simul & verbalis inter alios, inter quos ibi datur ius accres.nam testator dixit, Primum & secundum in tertia,tertium & quartum in alia tertia hæreditatis, quintum & sextum in alia tertia hæredes facio, certè singuli duo re & verbis coniuncti sunt,quo fit,vt altero repudiãte, coniunctus suus cęteris præferatur tanquã vno vinculo tantum coniunctis,vt l. re cõiuncti.de leg.3. quod patet ex l.item quod Sabinus, §.vnde idem de hære. institut.ff.vbi post duos ex vndecim vincias scriptos alios duos coniunctim verbis sine parte instituit, quorum alter repudiauit, & tamen eius portio alteri soli non accrescit. Reddit tex.rationẽ(quia quo ad ius accresc.non sunt coniuncti,qui sine partibus instituuntur)ecce ergo vt sola verbalis coniunctio non inducit ius accresc.in hæreditatibus.

Vnde infero in duobus errasse Ripam: &;dum putauit, 153 quòd sola † verbalis inducit ius accres.in hæreditatibus.& dum putauit, quòd in d.§.qui discretas. erat sola verbalis inter repudiantem & consocium, nam imò erat etiam realis,vt probaui.Retenta ergo opinio. Ias. est videndum,an sit vllius vtilitatis, nam videtur quæstio de nomine. Et puto hanc esse vtilitatem,vt si esset statutum , quòd non deduceretur Falcid.de legatis cõiunctim duobus relictis,certè isto casu Falcidia deduceretur , vel si esset statutũ corrigens.l.si pluribus.de legat.primo.qua cauetur, quòd si eadem res duobus coniunctim relicta esset,vtrique in solidũ relinqui videretur,& per hoc alter rem, alter æstimationẽ consequi posset , ne legatarij per concursum legatum sibi minuerent , certè his casibus isti non dicerentur coniuncti.Adde quòd si statutum esset , quòd inter legatarios re, vel verbis,vel mixtim cõiunctos hæres , vel respublica haberet vitilem , puto quòd in proposito id statutũ cessaret. Item dicit,l.vel statutum,ꝙ si ex duobus, quibus coniunctim legatur res,alter vindicare, alter ex testamento agere velit per iudicem compelli possunt ad concordiam l. huiusmodi.§.fina.de legatis.1.quæ lex in proposito non haberet locum,nam alter partem suam rei uendicare,alter ex testamento agere posset : quia isti vt dixi , coniuncti non videntur non solum quo ad ius accrescen.quod constat ex confessione omnium,& est tex.clarus in l.item quod Sabinus.§.vnde idem.ff.de hære.instit. & etiam quo ad mentẽ testatoris,qui potuit celeris loquutionis,quàm coniunctionis gratia eos coegit. argumento d.l. si ita quis hæredes.& l.interdum.in prin.de hær.insti.sed & quo ad alios effectus eos coniunctos non esse puto, vt in terminis dict.l.huiusmodi.§.fin.de leg.1.Et adde,ꝙ dum Iaso. arguebat à cessatione iuris accrescendi. & sic effectus ad cessationẽ causæ, i.coniunctionis,minus rectè loquebatur. Nam si duobus eandẽ rẽ verbis tantum coniunctis legaui vtroq; adeunte, non erit ius accres.& tñ nullus negasset,quin ibi fuit coniũctio verbalis.Nisi resp.ꝙ ibi ius accres.defuit in actu, non tamen defuit in potentia , at in proposito & in actu & in potentia.Extat ergo, ꝙ inter omnino re disiunctos nõ est ius accresc.licèt adsit verbalis coniunctio. Quòd intelligi põt tripliciter . Primò si sunt res omnino diuersæ,& cuiq; expressim assignatę,putà (Stichum Titio & equum Seio do lego) tũc nulla dubitatio esset.Secũdò põt intelligi,qñ dixi(Titio & Seio singulos seruos vel equos,)& tunc magis dubium : quia non apparet quis seruus cui ex legatarijs sit assignatus.Sed tñ adhuc idem,vt dicto §.quibus.Quod limita.vt procedat,quãdo sub genere generalissimo, secùs si sub subalterno legatũ esset,putà (Titio & Seio ex seruis meis singulos) nam tunc in vnoquoq; seruo coniuncti viderentur,essetque inter eos ius accrescen. Potest etiam & tertio intelligi , quando erat eadem species duobus verbaliter coniunctis legata factis partibus pro diuiso,vt dixi supra,& docent Alberi.Cuma.Pau. & Iaso.in dic.§.quibus.

Et tenendo istam nostram partem , tunc ad l.qui quartam.§.fin.ff.de leg.1.in qua potissimè situm est fund. cõis resp.opin.longam differentiam inter eos, qui coniunguntur † per copulam , & eos qui coniunguntur per nomen 154 collectiuum,illi enim non tam coniuncti sunt, quàm isti: quo fit,vt inter istos,qui per nomen collectiuum coniunguntur,sit ius accrescendi. etiam in contractibus , licèt secus esset si per copulam cõiuncti essent.Quod autem sint magis coniuncti qui per nomen collectiuũ coniunguntur quàm qui per copulam,tenent in specie Bar.in l.re coniuncti,num.29.Bald.in l.vnica. quæst.7.C.quando nõ petent. part.Ias.in d.l.re coniuncti, num.144.quod satis probatur in l.interdum,in prin.ff.de hære.instit.& in l.si quis Titio. ff.de vsufruct.accrescẽdi . Hinc opportunè ait Vexut.in l. re coniuncti,colu.pen.quem sequuntur Iaso.ibid.nu.144. & Ripa.nu.102.quòd si ita dixi, Titius & fratres mei filij hæredes sunto, tunc Titius re & verbis coniunctus est,fratribus simul collectis sed singulis de per se, nec re tantum coniunctus est,nec re & verbis:quo fit,vt altero ex fratribus moriente, vel aliter excluso,eius portio alijs fratribus accrescere, non etiã Titio,quia fratres inter se re & verbis coniuncti sunt,Titius autem respectu singulorum omnimodò saparatus est licèt respectu vniuersorũ re & verbis coniunctus videatur,quo fieret,vt omnibus morientibus vel aliàs exclusis,eorum portiones ad Titium pertinerent, sicut Titij portio eis accresceret . Quod satis probatur in d.l.si quis Titio.& d.l.interdum.Itaque cùm filiabus meis legaui vt in terminis huius textus,tunc quidam corpori legasse videor quod superesse rectè dicitur,etiam si diminutum sit: nam licèt filiarum quædam defecerint, adhuc remanentes corpus quoddam non secus constituunt, quàm si omnes superstites essent , sicut si gregis capita quædã defecissent, tunc remanentium capita non secus gregem cõstituerent,quàm si omnia,vniuersaque capita superessent, vt l.grex.& l.si grege.de legatis primo.& l.grege.de legatis secundo.Hinc est,quod & tertio confirmat nostrã responsio.quod si plures homines sub nomine collectiuo legentur , puta, Lego seruos meos.vnum tantum legatũ faciunt, siue idem numero mãserint,siue aucti fuerint, siue diminuti,& per hoc legatarius legatum scindere nõ potest,partem eorum agnoscendo,partem repudiando, sed aut omnes,aut nullum admittere debet.vt.ff.de legatis primo,l. ex toto.§.fi.& de legatis secundo,l.neminem cũ sequ.

Vnde cùm filiabus,siue meis,siue alienis vnam summã, puta centum,legaui,tunc ea centum cuidam corpori legasse videor,cui corpori integrum centum debetur,siue in eodem statu & numero manserit, siue aucte fuerit,siue diminutum.Et iste est verus & planus intellectus huius textus. idq; vt patet,fit non tam iure accrescen.quàm iure non diminuẽdi. quod satis innuit l.nostra.cautè enim ait,superstiti solidum deberi. nec aperit iure suo an iure accrescendi, sed ego intelligo iure suo , prout in dubio interpretatio fieri debet.argumento l.& magis.ff.de solu.l.merito. in principio.ff.pro socio. Hinc infero,quòd.l.huiusmodi.§.quibus,de legatis primo.ff.solum procedit,quando plures legatarijs essent coniuncti per copulam , secùs autem si per nomen collectiuum , quia tunc etiam si rerum legatarum sit omnimoda separatio corporum,adhuc inter collegatarios esse potest ius accrescẽdi: quia & in speciebus genericè legatis est eadem ratio quæ in quantitatibus,vt suprà probaui per l.in stipulationibus,& l.si centum.de verborum.

Vnde subinfertur,quòd data etiam omnimoda separa-
155 tione † reali,adhuc inter collegatarios datur ius accrescen. vel potius nõ decrescendi, si sint verbaliter coniuncti per nomen collectiuũ . Per quod limit.d.§.quibus.& quod ibi notant Bartolus,& alij.Itaq; nostra cõcl.procedit in cõiunctis per copulam,prout plerunque coniunctio fit , lex autem cõtraria procedit in coniunctis per nomẽ collectiuũ. Hęc solutio probatur viua & coacta ratione.Nam qui filiabus legauit eo animo, vt posthumis quoque post testamentum nascituris id legatum deberetur,tunc is quot filię posthum æq; futuræ essent tempore, quo ipse testator moreretur, certò scire non potuit,& consequenter cùm filiarum posthumarumq; numerũ ignorasset,tunc magis vniuersis (quotquot non tẽpore eius mortis essent) q̃ singulis legasse videatur,& consequenter integram quantitatẽ dari voluit eis,quæ superstites essent tempore eius mortis,licèt pauciores essent tempori mortis,q̃ testamenti.Ratio,quia testator ignorat quot earum futuræ sint tempo. eius mortis,cum & minui posit moriendo, & augeri nascendo earũ numerus,ergo magis ad corporis vnitatem, q̃ ad personarũ numerũ respexisse videtur.Quòd si pluribus concessi,quorum numerum non ignorabam , eiusq; concessionis executio statim facienda erat fortè, tunc non tam vniuersis, quàm singulis concessisse videor facit l.reos.§.cum in tabulis.ff.de duobus reis. Quòd vel eorum numerũ tẽpore concessionis ignorabam vel sciebam , sed executio differebatur,vt numerus interim posset variari,tũc vniuersis magis quàm singulis videor dedisse,l. qui quartam.§.si quis vnam.de legatis primo.ff.Quòd planè procedit,quando impotentia aliquis excluderetur : quòd si vuoluntate in contractibus indistinctè puto repudiationẽ fieri in fauorẽ concedentis:at in vltim.voluntate fauor cõcedentis est, quod coniuncto accedat,l. si Titio, & Męuio.§. Iulianus de legatis secundo.facit text.in princip.Institu.de donatio.

Denique eadem ratione tentare possemus, quod retenta nostra opinione,vt in rebus alienis legatis non sit ius accrescendi . (quę in suo loco disputatur) id procedat inter
156 coniunctos per † copulam, secus autem inter coniunctos per nomen collectiuum,quia tunc erit inter eos ius accresc. vel non decrescendi,quia testator non tam singulis quàm vniuersis reliquisse videtur,quo fit, vt collegatariorũ corpus per vnius vel quorundam abscessum non videatur diminutum quandiu aliquis superest,redeundo ad intellectũ d.§.fi. Adde , quòd hinc pater,quòd opi. mea procedit in
157 coniunctis †per copulam,&:nam si sint coniuncti per nomen collectiuum , etiam in summis cæterisque generibus est ius accrescendi , vel rectius fortè ius non decresendi. Hinc infero,quòd si filijs meis, vel fratris mei , vel alterius decem seruos lego,licet filiorum plures pręmortui sint,vt vel vnus tãtum tempore mortis meæ supersit, ille omnes decem seruos habebit.dicta lege.si grege. At si singulis filiabus meis,vel alterius singulos seruos lego si vna filia moriatur,eius portio,idest,vnus seruus,qui sibi aliàs si viueret deberetur,cæteris non accrescit:quia dictio illa(singulos) cum sit distributiua,dirimit coniunctionem,quæ aliàs per illud nomen collectiuum induceretur , ostenditq; nomen illud collectiuum non coniunctionis,sed demonstrationis gratia adiectum fuisse vt text.in l.fi.C.de impuberum. Et per hoc extenditur,l.huiusmodi,in §.quibus de legat.1.vt
158 procedat nõ solum quando †coniunctio verbalis esset in ducta per copulam,&, vt ibi,sed etiam si inducta esset per nomen collectiuum. Et pro nostro intellectu ad d.l.qui quartam.§.fin.de legat.1. facit optimè illa cõmunis conc. quæ habet,ꝙ si post plures institutos adieci,si omnes hæredes non erunt.vel,si prædicti hæredes non erunt, substituo Titium , tũc post exclusionem cuiuslibet ex institutis statim non admittitur substitutus,quinimo portio exclusi accrescit cõiunctis,excluso substituto.Quia licet ex regula videretur substitutus admittẽdus , quia regulariter pręfertur coniuncto,vt in l.2.§.si duo.ff.de bon.posses. secundum tab.l.vnica.§.in primo.& §.pro secundo.C.de cadu. tollend.maxime cum ex propietate sermonis cond.illa.(si omnes,vel si prędicti hęredes non erunt) sub qua substitutus fuit vocatus, fuerit impleta per exclusionem cuiuslibet ex institutis,quia vno excluso,verum est non omnes fuisse hæredes.l.si is qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.dubi.tñ creditur à proprietate sermonis,vt sequamur verisimilẽ mentem testatoris,quem pręsumptũ est non aliter voluisse substitutũ admitti , quàm si primus gradus institutionis ex toto euacuatus esset per exclusionem omnium institutorũ. Ita tenent Bar.Imola.Paulus,& Socinus , & Franciscus de Ripa in l.hæredes mei.§. cum ita.ff.ad Trebellianum.vbi Socin.&Ripa firmant hanc esse communem opinio.Pau. & Socinus in l.si is qui ducenta.§.item si pater.ff. de rebus dubi.Bar.Paulus,Aretinus,Alex.Ias.Decius,Curti. Corasi.in l.penul.C.de impuberum.Socinus in l.prima,de vulg. in 2.quæstio.5.q. principa.Corn.in d.l.penul.C.de impub. & Ripa in d.l.hęredes mei.§.cum ita num.95.firmat hanc esse communem op.quam etiam dicit cõmunem. Alex.in d.l.pen.nu.7. Cum ergo etiam contra vim verborũ & proprietatem sermonis substitutio præsumatur facta non singulis personis,sed vniuerso gradui,vt per hoc per exclusionem vnius personæ,vel quarundam nil noui statuatur, cur non etiam & in specie nostra idem admittemus,vt relictũ filiabus sub nomine collectiuo,quasi cuidam corpori relictum intelligatur quòd per defectum vnius personę , vel plurium,dum aliqua superest,corpus illud subsistere videtur non aliter atque si omnes personæ superessent? Adstringe,nam hic iuuat nos nomen collectiuũ,quod ibi nõ erat: hic non corrumpitur verborum proprietas,at ibi violatur hic numerus personarum non erat certus,quia potuit augeri vel minui inter factum testamen.& mortem testatoris, ibi autem certi & designati erant hæredes instituti.

159 Hæc intelligenda sunt,quando data omnimoda †separatione reali essent per copulam verbaliter cõiuncti:quòd si per nomen collectiuum,quia dixi,Fratribus meis singulos seruos lego. tunc fortè inter eos esset ius accrescen.argument.l.qui quartam.§.fi.ff.de legatis primo.secundum quòd supra declaraui. Sed certè id valde suspectũ est, quia sententię testatoris repugnare videtur,qui ex eo quòd dixit fratribus singulos seruos lego. vnumquemq; vnico seruo contentum esse voluit:aliud fortè,si cum tres fratres testator haberet diceret, Fratribus meis seruos decem lego. quo casu puto inter eos fore ius non decrescendi . Vnde oportunè infertur , quòd in d.l.qui quartam.§.fin.si testator dixisset, Filiarum mearum & posthumarum singulis decem lego.tunc si tres filias habebat,vna ex eis defuncta, decem ad eam pertinentia reliquis duabus non accrescerent,ergo ambæ viginti tantum habebunt,non etiam triginta.Ergo ea communis opin. quam tenuerũt omnes doctores in d.l.huiusmodi.§.quibus.ff. de legat.1. vera est dũ aiunt,quòd si dixi , Filiabus meis mille pro qualibet do lego.tunc inter eas non erit ius accrescen. vt per hoc distri-
160 butiuũ eneruasse videatur vim †nominis collectiui. Quo fit,vt

fit,vt cum ſubiecta materia non recipiat ius accreſcendi ex vi ſimplicis coniunctionis verbalis, quæ per copulá induceretur,non quoque ſit ius accreſcen.ex vi nominis collectiui quia eius poteſtas eneruata fuit per nomen diſtributiuũ. Quod ſimiliter admittendum eſſet,qñ realis coniũctio dirimeretur per hèc dictionem,æquè.vel, æquis partibus.nam & tunc in ſummis legatis ceſſaret ius accreſcen. etiam inter collegatarios collectiuè vocatos. Vnde ſi dixi, Filiabus mei trecentas ęquis partibus do lego. tunc ſi cùm tres eſſent altera repudiauit, eius pars reliquis duabus non accreſcet,vnde ſingulę centum tantum, non centú quinquaginta habebunt, quia virtus nominis collectiui enerua tur per dictionem,æquis partibus,non ſecus q̃ per nomen diſtributiuum.argument.l.interdum.in prin.& l.ſi ita quis hæredes.ff.de hæred.inſt.& eorũ quæ ſupra dixi. Ergo aut vnica tantum ſumma pluribus coniunctis legatur, & tunc ſi coniuncti ſunt per copulam. ceſſat ius accreſcendi l.fina. §.Seio.l.ſi Titio & ei.ff.de legatis ſecũdo. cum conc. ſuprà allegatis.Sin autem coniuncti ſunt per nomẽ collectiuum, eſt ius accreſcen.vel potius non decreſcen.d.l.qui quartam §.ſi.ff.de lega.1.Idem ſi coniungantur per nomen diſtributiuum,veluti ſi dixi.Quicunq; mihi ſunt cognati,vel amici,vel ſocij centum habento. argu.d.l.qui quartam. Idem facilius ſi dixi, Quicunque mihi fuerint mortis tempore cognati,ſocij,amici &c.argu.l.6.ff.de legat.1. Aut tot ſummę legant,quot ſunt perſonę legatariorũ. puta habebã tres fratres,& dixi,Fratrum meorum ſingulis centũ lego.certè tunc inter eos non erit ius accreſcendi & non ſolum ſi per nomen collectiuum,& diſtributiuum coniungantur,vt in pręmiſſo exemplo,ſed etiã ſi per copulã,puta,Fratri maiori centum & minori alia centum lego. nam ſimiliter nõ erit ius accreſ.Et vt iſto caſu ſunt plures ſummæ expreſſæ, ita & in ſuperiore exemplo fuerũt plures ſummę virtualiter. Quod ſi plures ſunt ſummæ q̃ perſonę legatariorum,puta quia dixi, Duobus fratribus meis lego tres pecuniarũ ſummas quas intra arcas meas habeo. tunc licet tres ſummæ inſpecto verborum corticæ legatæ videantur tamen virtualiter vna ſumma legata intelligitur, & eſt admittenda illa diſtinctio,quã fecimus in vna ſumma legata.Et hoc caſu cum dixi.Duobus fratribus meis. ſatis collectiuè vocati videntur.Quòd ſi pauciores ſint ſummæ legatę,quam perſonæ legatariorum, puta quia dixi, Tribus fratribus meis duas pecuniarum ſummas quas in duabus arcis habeo do lego.tunc inter eos erit ius accreſcen.quia illę duæ ſummę perinde habẽtur,ac ſi vnica ſumma eſſet: licet ſi fratres nominatim vocati eſſent,perq; copulam coniuncti, tunc ius accreſ.non eſſet inter eos.Ergo ſunt quatuor caſus. Nã aut vnica ſumma eſt. Aut tot ſummę quot perſone legatariorium.Aut plures quàm perſonę legatariorum. Aut pauciores quàm perſonæ legatariorum.

Et quia in ſuperioribus incidẽter attigimus,an in rebus

161 †alienis legatis eſſet ius accreſce.ex profeſſo eſt nũc videndum,vtrum in rebus alienis legatis ſit ius accreſce.nec ne? Qua in re ſunt duę inſpectiones. Prima,quando teſtator legauit rem nõ ſuam,ſed alicuius tertij. Altera,quando legauit rem non ſuam,nec alicuius tertij, ſed ipſiuſmet hęredis onerati. Et quia veritas huius articuli pendet à vero quarundam legum intellectu,ideo ad l.huiuſmodi.§.ſi Titio.ff.de legat.primo.iuncta l.planè.§.ſi duobus.eodẽ.pro intellect.harum.ll.dic referre,teſtator rem alienam legauerit domino ipſius rei,qui per hoc incapax eſt; & alteri, vt tunc non ſit ius accreſcendi.Ita intelligo d.§.ſi Titio.an vero rem ſuam,vel etiam hæredis legauerit ipſi hæredi ex aſſe ſcripto & alteri,& tunc quod hæres capere non poteſt, eius portio alteri accreſcat,nec ei partem auferat, cum ad partem iure legati admitti non poſſit. Ita intelligo dict.§.ſi duobus. Ratio in promptu eſt.Nam plenius interpretatur voluntas teſtatoris rem ſuam hæredisve ſui legantis, quàm ſi legaſſet rem alienam,l.vnum ex familia.§.ſi rem. ff.de legatis ſecundo.iuncta l.cum alienam rem.C.de lega. & §.non ſolum.Inſtituti.eodem.& ratio diffe. redditur in d.§.ſi rem.Extat ergo,q̃ ſi rem alienam lego Titio & Meuio,qui eius dominus erat,& per hoc incapax,pars Meuii Titio non accreſcit,eo quod rem alienam legaui, inq; rebus alienis ſit ſtricta interpretatio.Quod puto verum,non ſolum quando pars alterius defecit propter eius incapacitatem, ſed etiam ſi per repudiationem mortuo vel viuo teſtatore factam defeciſſet,vel etiam ſi eo defeciſſet,quòd legatarius alter ante teſtam.vel poſt teſtament.ante mortem tamen teſtatoris decederet, vel poſt mortem etiam teſtatoris repudiaret, & ſic ſiue pars rei legatæ caduca, ſiue quaſi caduca,ſiue etiam ſit pro non ſcripta, nam in omnibus his caſibus militat eadem ratio,vt ceſſet ius accreſcendi, eo q̃ rei alienæ legatum ſtrictè interpretandum eſt.Confirma-

162 tur & tertiò. Nam licèt augmentum legati † cedat legato quando legatur res teſtatoris.l.ſi ex toto.in prin.ff.de legatis primo.ſecus tamen eſt,qñ legata fuit res aliena,quæ poſtea à vero domino aucta eſt ſecundum communem, de qua per Iaſo.ibi.col.2.in princ.per l.ſi chorus,§.areæ.ff.de leg.tertio. Cum ergo ius accreſcẽdi nil aliud ſit niſi quoddam augmentum, vt patet,& probat tex.in §. vbi autem, verſi.ſin vero.C.de cadu.to.lend.ſi Titio.ff. de vſufructu, dicendum eſt id in rebus alienis legatis locum nõ habere. Et hic non cadit reſponſ.licèt contrarium in ſpecie teneat Iaſo.& male in d.§.ſi Titio,nu.6. & contrarium ſentiunt clarè Bart.Alexã.Paul. & Iaſ.ibi in ſummarijs.vbi Iaſo.ait communem eſſe opinionem,dum aiũt, q̃ in d.§. ſi Titio, ideo dominus licèt ad partem legati non admittatur, partem tñ collegatario facit, q̃ habet ius retentionis. Volunt ergo, q̃ ſi ius retentionis non habet partẽ collegatario nõ faceret,& per hoc ius accreſce.(partẽ enim facere nil aliud eſt,niſi ius acccreſcendi impedire ſecundum Iaſo. ibidem in princ.)non impediret.Vnde ſi res aliena legata eſſe duobus verbis coniunctis,qui illius rei domini nõ eſſent,quorum alter incapax eſt, tunc ſecundum eos incapacis illius portio(cum tunc ius retinendi non eſſet) ad alterum pertineret iure accreſcendi, ſiue portio illa deficiens pro non ſcripta,ſiue caduca,ſiue quaſi caduca eſſet.Quas tres cõcluſiones falſas eſſe non dubito per prædicta. Et conſidera,q̃ ipſi vt dixi.volunt in ſuis ſummarijs,q̃ ſi collegatarius incapax qui partem non facit,nõ habet ius retinendi rem legatam,tunc eius portio indiſtinctè collegatario capaci accedat (ſiue ipſe capere non poſſit, quia tempore teſtamẽti incapax vel mortuus erat, ſiue q̃ poſt teſtamentum,ante mortem tamẽ teſtatoris mortuus,vel alia incapax effectus fuit ſiue q̃ poſt mortem teſtatoris repudiauit, vt §.in primo,& §.pro ſecundo,de cadu.tollen.C.& §.ſi eadem res. Inſtituti.de legat.)etiã ſi hæres ius retinendi haberet,prout habebat in d.§. ſi duobus. intelligendo q̃ ibi fuit etiam legata res,cuius dominiũ recta via in legatarium non tranſiret(puta ſpecies ipſius hæredis,vel aliena,vel genus)prout ita in ſpecie intelligunt Rainerius,Bald.Cuma.& Imola.quos alleg.Alex.in d.§.ſi Titio.colum. ſecunda. & Criſtophorus de Caſtel.quem refert Iaſo.ibidem colum.ante penulti.in fin. verb. & ipſe Iaſo.ibidem in princ. columnæ penulti.& Iaſo.in d.§.ſi duobus.numer.15.Imola in l.cum fundus.de condition.& demonſtra.& in l.ſi Titio & ei.de legat.ſecundo.licet Bart.colum.prima ad med.in d.§.ſi Titio. & ibi Alexand. colum.2. teneant quòd dict.§. ſi duobus.ſolum procedit,quando legatur ſpecies hæreditaria, ſecùs ſi hæredis,vel aliena,vel genus.Quorum opi. dum volunt,quòd quando legatur ſpecies ipſius hęredis, nõ ſit ius accreſcendi,vera eſſe non poteſt,retenta opi.mea.argum. l.vnum ex fam.in dict.§.ſi rem.& cum Bartol. & Alexan. videtur tranſire Iaſo.in d.§.ſi duobus.nume. 13. & in §.ſi Titio.nume.14.Dic ergo.Aut legatur ſpecies hæreditaria, aut ſpecies hæredis,aut aliena, aut genus. In omnibus his quatuor caſibus procedit dict.§.ſi duobus.ſecundum communem, vt hæres partem non faciat nec impediat ius accreſcendi,quia non admittitur ad partem iure legati, licet habeat ius retinendi.At ſecundum Bartol.& Alexan.procedit eo caſu,quo ſpecies hęreditaria legata eſſet, quod

verum

verum secundum omnes. At in alijs tribus casibus, s.cum species hæredis, vel aliena, vel genus legatur, tunc non procedit secundum eos contra communem: quia cum tũc hæres habeat ius retinendi, cessat ius accresc.

Præterea pro nostra sententia facit: nam vt ex superioribus docemur, ius accresc. est lucrũ, vel augmentum, vt in l. si Titio.ff.de vsufr.& in l.vni.§.vbi autẽ.C.de cad. toll. lucrum aũt cum damno alteris non debet ex legis interpretatione augeri.arg.l.cum auus.C.de emanc.liberorũ,l.fina. C.de codi.presertim cũ testator videatur quanto minus posset velle hæredem suum grauare.l.Titia.§.qui inuita.ff.de legat.2.l.quod in rerum.§.si vsumfructum. vbi omnes.ff. de leg.1.l.vxor patrui.vbi per docto. præscertim per Iaso. C.de leg.verum si in quantitaribus esset ius accres.tunc legatarius lucrum faceret cum dãno hæredis, qui personaliter esset obligatus, vbi per Bart.& omnes, in l.1.ff.de leg.1. id quod esset cõtra rationem & sensum, l.vnũ ex familia.§. si rẽ.ff.de legat.2.essetq́; contra mentem Bar.& omniũ scribẽtium in l.huiusmodi.§.si Titio.ff. de leg.1. & in .l.planè. 1.§.si duobus.ff.de leg.1.dum tenet, quòd cessat ius accres. vbi grauatus habet ius retentionis, etiã,de facto.ergo.&c.

Deinde & principaliter probatur conclusio nostra tali consideratione. Nam si rem alienam testator legauit quam suam esse putauit, legatum nullius momenti est: sin autem rem suam, vel hæredis, tunc legatũ valere non desinit.text. est in l.cum alienam rem.C.de lega.in §.non solum.Instit. eodem facit.l.prędia.C.de fideic.l.si res obligata.de lega.1. ff.l.vnum ex fami.§.si rem.ff.de legat.2.Idque hac ratione receptum est(& hoc est quod perpẽdo) quia procliuius est

163 & †tolerabilius, quòd hæres oneretur ad dandum id, quod domi habet, vel rem, quam domi habet, quàm ad dandum id, quod non habet. Ita voluit Consultus in d.§.si rem.vbi inquit(sunt enim magis in legandis suis rebus quàm in alienis comparandis & onerandis hæredibus faciliores voluntates.)Sic & in proposito, quando testator rem hęreditariã duobus legauit, altero repudiante mirum non est, si sit ius accres.secus si quantitas, vel quid genericum, quia illo casu oneratur ad dendum id, quod domi habet, quòd facilè admittitur: at isto casu grauaretur ad dandum id, quod nõ habet. Stringo hoc fundamẽtum. Nam si illud, nempe, quòd legatum rei alienæ non valeat, data, testatoris ignorantia admittitur ad interitum totius dispositionis, multo facilius admittendum est in proposito, vbi non agitur de dispositione infirmanda, sed tantum de diminnenda, vel potius

164 de non augenda, cùm † diminutio dispositionis facilliius admittarur, q̃ eius interitus. vt tenuerunt Raph. & Corn.

165 †l.cum quæstio.C.de legat.post Albertum.ibi, quem ipsi referunt. Vnde inferunt verum intell.ad d.l.cùm quæstio. iuncta gl. magna ibi communiter app.vbi habetur referre primo totum, seu partem legem, an contra primo partem seu totum: nam primo casu testator non videtur transire ad dupõdium, sed potius videtur priori ademisse quod posteriori datum est: at secũdo casu est contrà, nam quod posteriori datum fuit, id priori ademptum non videtur, sed ad dupondium transire. Huius enim differẽtiæ ratio ea, inquit & recte, est: quòd si primo totum secũdo partem dederis, licèt illam partem secũdo datam primo ademisse videaris, adhuc non inducitur interitus, sed tantum diminutio prioris dispositionis, quod facile admittitur: at si primo partem dedi secundo totum, tunc si quod posteriori datum fuit id priori ademptum videtur certè prior dispositio omnino periret, quod non ita facilè admittitur. Sicque diminutio cuiusque dispositionis facilius admittitur, quàm interitus ipsius. Estq́ue verus ad illam l.intellect. Licèt plerique doctorum ibi, inter quos & Bar.Bald.Salic.& Ang.plures, sed minus sanos intell.ad dict.l. assignent, quos referre nolo. Cum ergo in d.§.si rem, etiam totius legati interitus inducatur, nec hæres oneratur ad dandum quod nõ habet, multo facilius dicendum est, quòd in proposito ius accrescẽdi impediantur, ne hæres grauetur ad dandum id, quod non habet, quando per hoc nõ eius interitus inducitur, sed augmentum duntaxat ipsius impeditur.

166 Id quod cõfir. Nam licèt regulariter nullus possit †onerari in plus, quàm à testatore receperit. per l.filiusf.§.apud Marcellum.ff.de legat.1.& §.potest.Inst.de singu.reb. per fidei.reli.facit l.ab eo.C.de fideicom.l. cum pater.§. Titio. de leg.2.l.Titiæ.ff.de annu.leg.l.3.de dote præleg.l.si legatarius.§.fi.de leg.3.tex.not.in l.planè.§. si cui.de legat.1.ff. not.in §.fin.eius.l.id verum est, quando iussus est rem alienam, vel certam quantitatem restituere: secus tamen si iussus esset restituere aliquam rem suam, nam tunc etiam in plus possit grauari. text. est in l.Imperator.§.si certum.de lega.2.& in l.sed si non seruus.ff.ad legem.Fal.Idque ea ratione euenire intelligo, quòd facilius est, quòd quis oneretur ad restituendam rem suam, quàm ad restituendum id, quod non habet. Idq́; & alio fundamento firmatur. Nam si area testatoris legata fuerit, & postea domus ibid.à testatore imposita sit, tunc augetur legatum, ob id, q̃ illud ædificium cedit, seu accrescit solo: secus esset, si area legata nõ testatoris esset, sed aliena, nam tunc non cederet ędificium solo, nec accresceret legato areæ. Quod nulla alia ratione euenire intelligo, nisi quod legatum areæ alienæ, ob id, recipit augmẽtum iuris accr.q̃ legatũ areę alienę, ob id q̃ facilius videtur hęres grauatus ad dandum id, quod habet, quodque in bonis testatoris inuenit, quàm ad dandum id, quod non habet. Ita probatur in l.seruum filij.§.si areæ.ff. de leg.1.iuncta l. si chorus.§.si area.ff.de leg.3. facit.l. si ex toto.in princ.& l.quod in rerum.§.si quis post. de lega.1. ff.quas leges (licet varios intellectus recipiant, quos referre nolo) ita intelligit Barto.in d.§.si.areæ.l.seruum filij.quẽ sequuntur alij communiter, vt attestatur Ias.in d.l.seruum filij.§.si pocula. quem etiam intellect. sequuntur Rapha. Alex.& Iaso.in d.l.si ex toto in princ.

197 Ei superioribus apparet, vt in multis casibus esset † ius accrescendi.

Primus cum quantitates legantur.

Secundus cum genera legãtur, putà in omnibus ijs quæ pondere, numero, vel mensura constant.

Tertius, cũ spẽs legant̃ genericè, putà duos seruos Titio & Mæuio lego, vel singulos seruos lego Titio & Mæuio.

Quartus cum res aliena(id est, non testatoris, vel hæredis(legatur.

Quintus, quando legatur res hæredis secundum Barto. & sequaces in l.huiusmodi.§.si Titio.ff.de lega.1.licèt nos quo ad hoc tenuerimus contrariũ, vt sit hoc casu ius accr.

Sextus, quando duobus verbaliter tantum coniunctis, quorum alter hæres erat, legatur species hæreditaria, & is qui suam portionem agnouit, petit hæredis coniuncti portionem quasi iure accres.sibi debitam, nam & hoc casu secundum Bart.& doct.in dict.si Titio.cessat ius accres.Sed nos tenuimus hoc casu esse ius accres.

Septimus quando legatarius, qui partem suam agnouit, portionem repudiatam non propria authoritate cepit, sed de manu hæredis petit. secundũ Bart.in d.l.hmõi.§.si Titio.ff.de legat.1. Sed nos hoc casu tenuimus esse ius accres.

Octauus, quando rem hæreditariam legatam hæres nõ rei uendicatione, sed actione personali petit, nam & hoc casu cessat ius accres.secundum Bart.& doct.in dict.§.si Titio. Sed nos hoc casu tenuimus esse ius accres.

Nonus, quando res ipsius hęredis ipsi hęredi & alteri legata fuit, legatariusq́; partem hæredis actione personali nõ rei uendicatione petebat.

Decimus, quando erat impossibilitas legati præstãdi ex parte rei. Id quod nos admittimus quando res legata erat aliena, secus si testatoris, vel hęredis.

Vndecimus casus, quando grauatus habebat ius retinendę rei vetustiuis ipso legato, secundum Petrum Raineriũ, Bald.Salice.Paul.Bexuti.& alios in d.§.si Titio. Sed & hoc casu nos contra tenuimus vt sit ius accrescen.

Duodecimus, quando grauatus habet ius portionis suæ retinenda etiam de facto. Sed & hoc casu nos in contraria fuimus sententia.

Deci

Decimustertius, in vsufructi legato tenuimus ius accre. non esse inter verbis tantum coniunctos ante portionem quæsitam.

Decimusquartus casus est in contractibus, in quibus cessat ius accres. secundum cõmunem opin. & secundum nos contra Ripam, etiam si intersit concedentis secundum nos contra communem opi. vt nec etiam sit ius non decrescẽdi secundum nos contra communem. Nec si ius accresc. licet essemus in casibus, in quibus alteri per alterum posset acquiri obligatio de iure communi, vel ex forma statuti secundum nos contra Fran. de Ripa.

Decimusquintus casus, vt in vsufructu cesset ius accres. inter verbaliter tãtum coniunctos, etiam post portionem quęsitam, contra communem.

Decimussextus casus, vt in vsufructu inter viuos cõstituto nunquam sit ius accres. contra communem.

Decimusseptimus, vt nõ sit ius accres. in fauorem illius qui de iure speciali], & contra volunt. defuncti admittitur. Sed & hoc casu, id est, in terminis, l. mulieri & Titio. ff. de cond. & demonst. tenuimus, quòd licet ius accresc. non sit ab initio, tamen ex pòst facto esse posit contra cõmunẽ.

Decimusoctauus, casus, quãdo ex collegataris alter erat incapax, cuius loco inuitatur fiscus.

Sed quia horum casuum pleroq; ue obiter, summisq; labellis attigimus, ideo eos ex professo mox attingemus.

Decimusnonus casus, vt in quantitatibus legatis non sit ius accres. etiam si portio vacet, eo quod alter ex legatarijs conditionem implere noluit, vel non potuit.

168 *Conditio impossibilis non tenet, etiam de voluntate testatoris.*
169 *L.3.tit.4.part.6.limitatur.*
170 *Maioratus si conditio imponatur turpia insignia deferendi, non nocet cum glo. Paul. & nouissi.*
171 *L.4.tit.4.par.6.limitatur.*
172 *Testam. non tam subiacet hodie querelæ, quàm olim.*
173 *Legitima etiam hodie patitur grauamen aliquod. Et l. nostra procedit in quibus casibus testament. poterat quoquo modo euerti, non aliàs.*
174 *Legitimæ an fidei. reciprocum adiungi possit.*
175 *Intell. l. quoniam in prior. ibi, vel alio modo subuert. C. de inoffic. testamento.*
176 *Intellect. secundus.*
177 *Intellect. tertius, & verus.*
178 *Conditio potestatiua etiam hodie non reijcitur de institutione filij contra communem.*
179 *Filius hodie institui potest sub omni conditione, licèt in eius defectum non exhæredetur, cum communi.*
180 *Legitima an patiatur prohibitionem alienationis.*
181 *Legitima an patiatur hodie reciprocum fideicommiss.*
182 *Renuntiari ius futurum an possit per pactum.*
183 *Transmissio iuris conditionalis quare fiat in contractibus, & non in vlt. volunt.*
184 *Querela inoff. test. iure. ff. nõ dabatur præteritis, vel exhæredatis, si quoquo tit. integram legitimam habebant.*
185 *Ius dicendi nullum dabatur præteritis, licèt integram legitimam haberent.*
186 *Bo. poss. contra tabu. datur præteritis, licèt integram legitimam tit. singulari haberent.*
187 *Intell. §. aliud quoq; in authen. vt cùm de appel. cogno.*
188 *Testam. etiam hodie non vitiatur ipso iure, præteritione filij emancipati.*
189 *Legitima iure. ff. an tit. institutionis relinquẽda esset, quòd non, contra communem.*
190 *Intellect. §. si quis rogatus, l. ita tamen. ff. ad Trebellia.*
191 *Intell. l. si non mortis, cum conc. ff. de inofficioso testamẽto.*
192 *Legitima iure. C. quoquo tit. relinqui poterat, cum cõmuni.*
183 *Legitima titulo institutionis est relinquenda, aliàs testamentum est nullum ipso iure, iure authent. cum communi contra nouissi.*
194 *Accrescere potest tota hæreditas instituto in re certa cum communi.*
195 *Legitima quare hodie titulo institutionis relinquenda.*

INFERTVR, 48. an testator posit efficere
168 contra iuris ciuilis regulas. vt conditio † à
muni contra Berengariũ suprà proximè, & communem
tenet gl. mag. in auth. nouissima, & gl. in l. scimus, §. cũ autẽ
& in l. omnimodo. in verbo. vel fideicõmisso. isto titulo, &
gl. in l. etiam, §. si debita, ff. de bon. lib. & gl. in l. 5. in princ.
ff. de inoffic. testa. & in l. Papinianus, §. si quis mortis. eodẽ
tit. Et intelligo oportere relinqui titulo insti. ad validitatẽ
testamẽti, nã alias siue legitima titulo singula. relicta filius
prætereat, testa. & iure, ff. & authen. erit nullũ. d. l. inter cæ-
tera. d. §. aliud quoq;. Siue ẽt ob hãc causam exhæredaret
ꝙ titulo singu. integrã habuit legitimã, nullũ similiter erit
testa. vt dixi suprà. Et cõem tenet Bar. in l. in quartã, ff. ad
legem Falcid. nu. 10. Et hanc cõem tanquã indubitabilem
sequuntur omnes in d. locis, & indubitatam appellat Gui-
lielmus in capi. Rainutius. de testa. in §. in eodẽ testamen-
to relinquens, 1. nu. 19. & dicit cõem Bereng. in l. in quar-
tam. fol. 36. pagi. 1. vbi eã cõem & verissimã appellat Pi
cus, nu. 60. & ibi sequitur Ripa, num. 141. & est opin. indi
ferenter recepta, secundum Ias. nu. 13. in authẽ. nouissima
& cõem dicit & defendit Corasi. nu. 82. in l. filiũ quẽ hab
C. famil. hercisc. licet nouissi. cõtrarium teneat Viglius i
rubric. Insti. de inoffi. testa. Et propter emolumentum iu
ris accrescendi iure nouo inductum fuit, vt legitima titul
institutionis relinqueretur, ita vt saltem in re certa filius i
institueretur, nam ei etiam in re certa instituto, vniuer
194 hæreditas potest †accrescere, vt fuit opin. Bar. in l. ex fa
cto, 2. col. de hæred. inst. dicentis, quod instituto in re cer
ta, vel in legitima, potest accrescere vniuersa hæreditas.
cõis est secũdũ Ias. in l. quoties, nu. 6. C. de hęred. insti.
secũdũ. Ale. ibi col. 2. & secũdũ Cora. in l. testamẽto, nu. 1
. C. de impub. qui tenet contra cõem post plures antiqu
quos refert Ias. in d. nu. 6. vbi. Corn. nume. 5. eand. dicit co
munem. vbi Paul. etiam. nu. 2. eam dicit communem.

Et ideo aiunt oportere, vel inductum esse per leges no
195 uas Iustiniani Imperatoris, ꝙ †legitima nõ sufficiat reli
qui alio titulo quàm institutionis licet olim iure veteri
cus esset, sufficeretq; relinqui quoquo relicti tit. vt in l. o
nimodo. supra eod. ꝙ etiã iure ff. procedebat, vt quoq
relicti titulo posset relinqui legitima, valeretq; testa. nõ
cus, q̃ si relinquerẽt titulo honorabili institutionis. vt in
l. si nõ mortis. & in l. Papinianus, §. si qs mortis, ff. hoc ti.
in §. fina. instit. eo. ti. & in l. si quãdo. §. illud & in l. scim
in prin. & §. cũ autẽ in eo. & in l. parentibus. supra eodẽ

His ergo suppositis & præmissis, ex lege nostra colli
hanc conclusionem.

169 *Conditio casualis posita in filij institutione reijci*
per hãc l. licèt filius non esset in defectum cond. e
hæredatus, pro communi contra alteram cõmune

197 *Intellect. l. omnimodo. C. de inoffi. testamento.*
198 *Exhæredatio in defectum cond. datur secundum tabul.*
norum possess.
199 *Intell. l. quoniam in prior. C. de inoff. testa.*
200 *Intel. l. scimus, §. cum autem, C. de inoff. testa.*
201 *Legitima non patitur onus, per cuius appositionem o*
daba

dabatur querela, cum communi.
202 Idem, quando dabatur bo pos. contra tab.
203 Idem, quando dabatur ius defendi nullum.
204 Idem si nihil purè filius receperat.
205 L.11.ti.4.par.6.ampl.
206 Stat.dispensans, quòd legitima quoquo titulo relinquatur, non videtur dispensare quòd sub conditione vel dilatione relinquatur, contra Bald. & Xuarez.
207 Sexta extensio.
208 Septima extensio.
209 Statutum dispensans, quòd legitima re minui possit, non videtur dispensare, vt relinquatur sub conditione, cum cõmuni contra Roder. & alios.
210 L.17.ti.1.par.6 declaratur.
211 Octaua extensio.
212 Legitima iure regio an posset sub conditione relinqui.
213 Intellectus, l.1.tit.de los testa.lib.5.ord.
214 Testamẽtũ ẽt hodie valet licet filius à patre vel matre sub conditione casuali instituatur in cuius defectum non fuerit exhæredatus, pro communi cõtra Bal. Ang. & alios.
215 L.9.& l.11.ti.4.& l.17.ti.1.par.6.
216 L.8 tit.4.par.6 declaratur.
217 De iure regio condi. casualis reijcitur de institutione liberorum, licèt in eius defectum non essent exhæredati.
218 Grauamẽ reijcitur ẽt in eo, quod est vltra legiti. iure regio.
219 Intel.l.11.ti.4.par.6.
220 Legitima an relinqui possit in proprietate tantum, vel vsufructu tantum, quòd non, cum communi.
221 Onus reijcitur de insti. nepotum cum communi opi. sed non per l. nostram, id quod contra communem.
222 Idem in filiafa.
223 Legitima filiæ non patitur onus.
224 Legitima an sub conditione potestatiua possit relinqui, contra communem.
225 L.si pater, C.de inst.& substi an sit hodie correcta.
226 Conditio potestatiua, an reijciatur hodie de legitima filiorum, quod non contra communem,
227 Conditio, si voluerit, non reijcietur de legitima cõtra cõem.
228 Intellectus, l.singulis, ff. ad leg. Faci. §. in singulis. Insti.eo.
229 Cõditio potestatiua olĩ poterat producere querelã, noua opi.
230 Secundum tabul. bono pos. non datur pendente conditione potestatiua, noua opin.
231 Intel.l.1.§.1.ff. de secundum tabul.
232 Intel.l.filijs matrem, C.de inof.testa. in cuius terminis cessat secundum tab. bono. pos. noua opi.
233 Secundum tab. cessat in matris testamento, quæ filium sub ditione hæredem fecit contra communem.
234 Mater potest vetare, ne vsusfructus bono. quę relinqui filio communi, quæratur marito, cum communi contra alteram ferè communem.
235 Vsusfructus vt patri quæratur per filium, mater vetare potest, licet duret patria potestas contra Bar. & Roderic.
236 Conditio emancipationis non reijcitur de consensu filij ab eius institutione contra Bald.
237 Emancipatio non fit ab inuito, nec cõfertur in inuitũ, cũ cõi.
238 Conditio emancipationis non est potestatiua contra Ias.
239 Mater hodie potest filium sub conditione, si emancipetur à patre hæredẽ facere, contra Bal. & Paul. cum cõmuni.
240 Pater sub conditione mixta filium instituere non poterat iure, ff. licet illa conditio filij vtilitatem respiceret, cum communi contra Aret.
241 Conditio nulla hodie vitiat filij institutionem, cum cõmuni.
242 Intell.l.multi.ff. de liberis, & posthumis l.Seius Saturni. ff. ad Trebellian.
243 Legitima an sub conditione, si velit, relinqui possit, contra communem.
244 Legitima etiam illius, qui vltra eam recepit, non patitur onus, cum communi opinione.
245 L.11.ti.4.par.6.
246 Legitima patiebatur iure, ff. grauamen, nec reijciebatur ipso iure, contra communem.
247 Grauamen imponi an possit dationi inter viuos, cum Bar.
248 L.17 & l.26.Tauri no.
249 Legitima non patitur onus compensationis, cum communi opinione.
250 Legitima patitur fidei. reciprocum, contra communem cũ, Fulgo. & sequacibus.
251 Legitimæ supplementum, vel exonerationem non perdit, qui testamentum approbat, cum opi. communi.
252 Legitimæ supplementum testator nequit vetare, cum cõi.
253 Amplius non peti, illa verba quid significent, contra Paul. & Roderic.
254 Legitimæ onus reijcitur, etiam filio tacente, cum communi opinio contra Accur. & sequa.
255 Legitimæ supplementum præscribitur annis. 30. cum communi contra Bar.
256 Maioratus non ritè constitutus, an tempore firmetur.
257 Consuetudo vnius familiæ non potest inducere formam in successionibus.
258 Legitima in pecunia numerata relinqui potest, cõtra cõem.
259 Dos, quæ succedit loco legitimæ non patitur grauamen, pro communi opinione.
260 Dos, quæ soluto matrimonio venit in personam filiæ consoli danda, non patitur onus, cum Bal. & sequacibus contra Paul. & alios.
261 Dos, quæ ad patrẽ reuersura est soluto matrimonio, patitur onus, etiã pro concurrẽte summa legitimæ, cõtra cõem.
262 Legitima non patitur onus etiam per pactum in vita patris iniunctum.
263 Legitima etiam per statu. aucta, non recipit grauamen, cum communi opi.
264 Intell.l.9.titu.5.lib.3.fori.
265 Doti onus impositum à patre non reijcitur per hanc legem, contra communem.
266 Legitima parentum non recipit onus, cũ cõmuni opinione.
267 L.6.Tauri.
268 Legitima transuersorum non patitur onus, cum communi opinione.
269 Legitima patronorũ non recipit onus, cum cõmuni opinione.
270 Legitima non patitur onus, etiam emergens, cum communi opinione.
271 Legitima lædi non potest in quantitate.
272 Neque in tempore.
273 Neque in loco.
274 Neque in modo.
275 Legitima non patitur onus ratione legati, vel fideic. singul.
276 Nec ratione fidei. vniu. post mortem prę stãdi.
277 Legitima non patitur onus fidei, vti statim præstandi.
278 Legitima non patitur id onus, quòd relinquatur in re aliena secundum communes opiniones.
279 Quid si in vnica re assignetur.
280 Legitima non recipit hoc onus, vt per mediam personam relinquatur, noua opinio.
281 Quid si relinquatur per mediã serui personã, noua opinio.
282 Legitima hodie titulo fideic. vni. relinqui non potest, cum cõi.
283 Legitima titulo substitutio. militaris relinqui non potest a non milite.
284 Legitima relinqui non potest tit. substi. compendiosa.
285 Legitima non patitur onus collationis indebitæ.
186 Legitima respuit onus etiam geminatum, cum Bald. Paul. Iaso. contra Albericum.
287 Legitima non patitur onus cõditionis, licet institutus posset

pendẽte conditione secundũ tabulas in accipere noua opi.
288 Legitima etiam emancipati non patitur onus.
289 Legitima etiam in testamento matris nullum patitur onus, noua opinio.
290 Legitima etiam legitimatorum non patitur onus noua opin.
291 Legitima etiam adoptiui non patitur onus, noua opi.
292 Legitima adoptiuo relicta ab adoptiuo patre, non patitur onus, noua opin.
293 Legitima filij etiam in potestat. nostram reuersi à qua per adoptionem liberati fuerant, non patitur onus, noua opi.
294 Legitima filij emancipati in potest. nostram reuersi, non patitur onus, noua opi.
295 Legitima reijcit onus portioni etiam alterius impositum, si ea portio erat filio restituenda, cum communi.
296 Idem, si ille oneratus erat legatarius, cum communi.
297 Legitima non reijcit onus, quod inest etiam ex natura rei, cum comuni.
298 Idem in donatione prop. nup.
299 Legitima non reijcit cond. quæ non est separabilis à relicto cum Angelo, & Imol. contra Roderic.
300 Testamentum etiam hodie non vitiatur per filij institutionem conditionalem, cum communi.
301 Legitima etiam fratris non patitur onus.
302 Legitima reijcit condition. onus etiam vltra concurrentem quantitatẽ, quando nullus erat cohæres, cum communi.
303 Legitima reijcit onus, etiam si testator sub pœna priuationis id vetuerit, cũ Bal. & Paulo cõtra Roderi. & alios.
304 Legitima non patitur grauamen, etiam in testamento facto per commissarium.
305 Intell. ad l. 31. Tauri.
306 Legitima non patitur onus etiam inter viuos iniunctum.
307 L. 17. & l. 26. Tauri declarantur.
308 Legitima, an patiatur conditionem in exemplari testamẽto.
309 L. 11. tit. 4. par. 6.
310 Pupil. subst. an reijciat conditiones.
311 Militis testamẽtũ nõ reijcit cõditiones legitimis appositis.
312 L. 3. ti. 4. lib. 1. ord.
313 L. 17. ti. 1. l. 9. & l. 11. ti. 4. par. 6. limit.
314 L. 4. ti. 1. par. 6. ampl.
315 L. 4. ti. 14. lib. 2. ord.
316 L. 4. ti. 1. par. 6. declaratur.
317 Militis testam. iure regio non valet, si fiat iure militari extra tentorium, contra Greg.
318 Conditio mixta reijcitur de legitima emancipati iure communi, & regio contra Accur. & Greg.
319 Legitima reijcit onus positum etiam in testamento inter liberos.
320 L. 7. ti. 1. par. 6. limitatur.
321 Ampl. 64.
322 L. 2. ti. 2. lib. 5. ord. decl.
323 Ampl. 75.
324 Ampl. 76.
325 L. 1. ti. 2. lib. 5. ord. & l. 31. Tauri declarantur.
326 Ampl. 77.
327 Ampl. 78.
329 Ampl. 90.
330 L. 5. tit. 1. par. 6. limit.
331 Ampl. 81.
332 Duces Comites Marchiones Castellæ testantur vt reliqui.
333 L. fi. ti. 12. par. 6.
334 Ampl. 84.
335 L. 5. in pr. ti. 1. par. 6.
336 Ampl. 85.
337 Ampl. 86.
338 Ampl. 87.
339 Ampl. 88.
340 Ampl. 89.
341 Ampl. 90.
342 Ampl. 91.
343 L. 9. ti. 1. par. 6.
344 Ampl. 92.
347 Conditio casualis vel mixta reijcitur de institutione liberorum etiam in eo quod est vltra legitimam iure commun. contra communem, & iure regio contra nostrates.
346 Intel. l. 9. ti. 4. par. 6.
347 Accrescit oĩbus cohæredibus portio deficiẽs cõtra Grego.
348 Declaratio. 1. contra communem.
349 Declaratio. 2. contra communem.
350 Declaratio. 4. contra communem.
351 Declaratio. 5. contra communem.
352 Declaratio. 6. contra communem.
353 Declaratio. 7. contra communem.
354 Declaratio. 8. contra communem.
355 Declaratio 9. contra communem.
356 Declaratio. 10. contra communem.
357 Declaratio. 11. contra communem.
358 Conditio potestatiua posita filio ex asse instituto, reijcit de legitima tantum, contra communem.
359 Conditio potestatiua posita filio ex asse instituto, reijcit de legitima tantum iure regio, contra nostrates.
360 Intell. l. 9. ti. 4. par. 6.
361 Declaratio. 1. contra communem.
362 Declaratio 3. contra communem.
363 Declaratio. 4. contra communem.
364 Declaratio. 5. contra communem.
365 Declaratio. 6. contra communem.
366 Declaratio. 7. contra communem.
367 Declaratio. 8. contra communem.
368 Declaratio. 9. contra communem.
369 Declaratio. 10. contra communem.
370 Declaratio. 11. contra communem.
371 Conditio de institutione non de substitutione filij reijci per l. nostram, noua declaratio.
372 Supplementũ datur vsq; ad mẽsuram legitimæ, & etiã plus, si de volũtate testatoris tacita, vel expressa cõs
373 Supplementum datur vsque ad rem illam in qua filius c tentus fuit, & non vltra, siue plus, siue minus res val secus si præiudicat alijs.
374 Imputatur in legitima quod prouenit ex cõditione tem re mortis defuncti existente.
375 Legitimæ imputatur interdum quod capitur ex substitu ne facta in legato, interdum nõ, noua distinct. cõtra c
376 Conditio quãdo sit reijciẽda vel nõ de legitima filij, cũ c Intel l. scimus, §. repletionem, C. de inoff. testa.
377 Legitimæ quòd non imputetur portio delata per ius acc scendi, si post mortem testatoris vacare cœpit, secus viuo, noua opi. contra vtriusque partis fautores.
378 Legitimæ an imputetur portio vsusfructus, noua op. con vtriusque partis fautores.
379 Legitimæ non semper imputatur lucrũ iuris accrescẽdi si non descendat ex natura rei contra Areti. & A
380 Legitimæ lucrum iuris accrescendi non semper imputa licet non simus in rebus alienis legatis, contra Alex
381 Legitimæ non imputatur lucrum iuris accrescẽdi con gens post portionem quæsitam, noua declaratio.
382 Legitimæ an imputetur lucrum per subst. vel ius accres di contingens, contra communem.
383 Idem in vulgari contra communem.
384 Idem in reciproca contra communem.
385 Idem in informi contra communem.
386 Legitimæ imputatur lucrum iuris accrescendi, vel su contingens viuo testatore, cum communi.

387 Legitim

387 *Legitimæ an imputetur quod capitur ex fideicommissaria, vel militari, vel compendiosa, nouæ opi. contra omnes.*

388 *Legitimæ quomodo imputetur quod capitur ex substitutione fideicommissaria, vel non.*

389 *Legitimæ, quod nō imputetur quod capitur ex substitutione pupillari, & exemplari, cum communi.*

390 *Legitimę supplementum vnde adimatur.*

391 *Supplementum legitimæ solis hæredibus, & non legatarijs adimitur, cum communi contra alteram communem.*

392 *Intel.l.scimus.§.repletionem, C.de inoff.testam.*

Intel.l.si libertus sub conditione, §.libertus.vers.idem erit.ff.de bon.liber.

393 *Legitima non patitur onus etiam prestandum ab eo, in quē sit transmissio, contra Soci.& nouissi.*

394 *Legitima reijcit onus, licet pater haberet regiam facultatem faciendi maioratus.*

395 *Legitima reijcit onus, licet esset consuetudo, vt liberi possint onerari in legitima.*

396 *Alimenta in proprietate, & vsufructu relinqui debent secundum communem, nos contra.*

397 *Intel.§.aliud quoque.in auth. vt cum de appel.cog.*

398 *Legitima quoquo titulo iure authen.potest relinqui, contra communem.*

399 *Legitima quoquo titulo potest relinqui iure regio, contra nostrates.*

400 *Intel.l.5.titu.8.p.tr.6.*

401 *Legitima reijcit onera, & conditiones, & recipit supplementum licet fieret relictorum agnitio de iure communi, contra communem.*

Idem iure regio contra nostrates.

402 *Intel.l.6 tit.8 par.6.*

403 *Legitimæ supplementum quanto tempore duret, opi.noua, præter & contra omnes.*

404 *Legitimæ supplementum competere, licet non petatur, cum communi contra alteram communem.*

405 *Legitima an patiatur dilationem in tempus pubertatis, contra communem.*

LEgitima non patitur vllum grauamē vt hic, & l.17.tit.j.par.6.& l.11.titu.4. eadem part. Intellige primò secūdum cōmunes opin. vt procedat in grauamine conditionis † casua-
396 lis, vel mixtæ. Nam si filius institutus a patre sub conditione casuali, vel mixta, in cuius defectum exhæredatus non est, tunc licèt olim tale testamen.esset nullum, vt in l.si pater, C.de insti.& substi.& in l. filius a patre, ff.de liber.& posthu.& in l.suus quoque.in princip. & §.puto.& in l.Cornelius.& l.iam dubitari, ff.de hære.insti. tamen hodie id testam.valere non desinit, sed ea conditio ex huius legis dispositione reijcitur, vt sic testamē. valeat, non aliter, atq; si talis cōditio apposita non esset. Et ita hūc tex.intellexit Bar.in l.si pater.suprà allega.idem vult Bart. hic.dum refert se ad ea, quæ ibi dixerat. Hanc opin. sequitur & dicit communē Paulus in d.l.si pater, vbi Corneus colum.3.eam opin.sequitur.& similiter communem esse firmat.idem Aretinus hic contra Petrum, Cyn.& Guiliel. hic vbi etiam Iaso.neutram partem sequitur. Sed communem sequuntur hic Bal.Ang.Saly.& Paul.sequitur etiam Odofre.hic, & etiam Xuarez in j.ampliatione, qui hāc partem communiter receptam firmat.quod expressim tenuit glo.in d.l.si pater glo.in d.l.suus quoq; in prin.in verb.constat, ff.de hæred.insti.vbi etiam Bart. firmat se pluries illas glossas sequutum fuisse in consulendo, quod & tenuit Ricar.Malumb.per Roder.Xuarez & alios relatus. sequitur Imo.in d.l.suus quoque.idem Imo.in l.fin.ff.de condi.insti.Saly.in l.scimus, §.cùm autem infrà eod.Pau.in d.l.suus quoque. Alexand.in d.l. si pater.colu.11.sequit & dicit cōmunem Iaso.num.18.in d.l.si pater. vbi Decius hanc dicit communem, licet teneat contrarium & communem dicit necesse in iudicando ab ea recedendum Socy. consi. 234.n.1.lib.2.post Io.de Mont.Sper.& Io.Bap.de S.Seue.& Onof.quos ipse refert.Are.in d.l.si pater, col.2. Curtius iun.consi.148.nu.9.Lancel.Dec.in d.l.si.pater.in fin.Emanuel de Acost.in l.Gallus, §.& quid si tm.pag.112.ff. de liber.& posthu.Iac.de sancto Georg in d.l.si pater.n.14.vbi firmat se ita per tres sentētias obtinuisse.Bened. de bened. consi.40.in prin.Matthę.in tract.de elect.verio.opi. in pri. nu.4.quos refert Emanuel vbi suprà . idem tenet Socin. in l.Centurio, ff.de vulg.col.fi.Grego.in l.9.ti.4.par.6. Cōtrarium tenet Bar.consi.13.Ex facto, n.2.& similiter contrariam partem, vt tale testa.etiam hodie nihil valeat, nec cōditio illa reijciatur per nostram l.tenēt Iaco.de Raue.Raine.& Cin.in l.si pater.supra allegata.idem Cin.hic, dum refert se ad ibi dicta.tenet etiam Fran.de Rampo.in d.l.si pater, & albe.& Guiliel.de Cun. Bal.hic.idem Bald. in l.suus quoq; in prin.ff.de hær.inst.Ang.in d.l.suus quoq;.idē Ange.in d.l.filius a patre, ff.de libe.& posth.Ang.& Fulg.in d.l.si pater.Bal.in repe.l.in suis, ff.de lib.& posth. col.fi. Ang. in l.maximum vitium.C.de lib.præte.in lectu . Floren.sequitur Fulg.ibi, & idem Fulgo. hic & Pet. de Bellaper. & Azo in summa huiu stitu.C.& Decius in d.l.si pater. Ang. consi.117.incip.Domina Catharina. Antonius de Butrio consil.67.Visis actibus & iuribus.vbi refert, quod semper hæc op.sibi placuit contra opin.Bart. sicq; hæc op. non minus recepta, doctorumq; authoritate suffulta videtur, quā contraria.sequitur Soc.consi.97. & cōsi.98.lib.3.post Acur.Azo.Iacob.de Rauen.Iac.de Aren.Petrū Guil. Rain. Rofr.Cinum, Odofr.Oldral.Albe.Bal. Ange. Bene.Ant. Christoph.de Cast.Fulgo.Cuma.Fran. de Rampo. Rotā quos Soc.alleg.sequitur & dicit communem Alber. Barb. in repe.d.l.si pater.num.180.& communem dicit in l.Centurio.in fi.ff.de vulgar.

Sed prior sententia tenenda est per hūc tex. iuncta.l.scimus, §.cum autem infra eo. vt late disseruimus in l. omnimodo, & in l. filijs matrem, & in l.si pater puellæ.supra eo. potius quàm contraria opi. existimantium, quod l.nostra vtcunq; generaliter loquatur, non tamen procedat in cōditione casuali, uel mixta.

Quæ opinio tolerari non potest, cum cōditionis appellatione, casualis cond.uel mixta potius intelligatur, quàm potestatiua, quæ uix est, ut conditionis appellatione intelligatur, & proprie conditio appelletur, arg.l.j.§. qui sub conditione, ff.si quis om.cau.test. Præterea qui hāc ultimā opi. tuentur, uolunt correctas esse leges permittentes filiumf. institui sub conditione potestatiua, & qui primam op. defendunt, uolunt esse correctas omnes leges, dicentes testa. non ualere, in quo filius esset institutus sub conditione casuali uel mixta, in cuius defectum exhæredatus non esset. Vnde cum utraq; opi.spinis referta uideatur, nobis uisum est non decere tam crassa Minerua rem præclaram interpretari, tamq; pernicioso ordine censura leges nostras ceu turbine quodam destruere, cum ipsę sint summis uigilijs, maturoque & salubri consilio compositæ, ut ait, l.si quando.in prin.infra.eod.

Ergo in primis recensenda & confutanda sunt argumēta, quę pro prima opi. quæ magis cōis videtur, adducunt: deinde quæ nobis sñia sedeat, exponemus. Adducitur q; pcōi opin.text.in † l.omnimodo supra eo.ibi, vel alio modo subuertētis, & ibi, vel alio modo subuertendū. vbi probat per illam legem subuentum esse testamentis, non solū qñ querela inoffi.testamen.poterant subuerti, sed etiam si alio quouis modo suberti possent. Ergo cum olim filiusf. a patre sub conditione casuali vel mixta instituebatur, in cuius condōnis defectū exhæredatus non erat, tūc id test. nō ualebat.d.l.si pater, C.de inst.& subst.l. filius a patre, ff. de lib. & posth.l.suus quoq; in princ.ff.de hær.insti.& consequēter tale testa.per ius dicendi nullum poterat suberti. Vnde cū per l.nostrā, quæ facta est ad d.l.omnimodo.interpretationem, & per hoc in eius terminis intelligenda est authē. de filijs ante dotalia instru.natis, §.si. tollatur omnis cōditio, per

tio,per cuius appositionẽ testm̃ poterat subuerti,sequitur, quòd etiam illa casualis conditio, per quam olim testa. vitiabatur,tollatur. Nam l.nostra,per quam omnis conditio, quæ potest testamento nocere, tollitur, refertur ad d.l.omni modo . per quam subuentum fuit testamentis quoquo modo periclitantibus,at in hoc casu test.periclitatur,& cõsequenter tollitur per nostram,l.iuncta d.l. omnimodo.

Sed si velis leges nostras incorrectas incolumesq; seruare,poteris respondere, ꝙ lex nostra bene verum est, ꝙ procedit etiá in conditione casuali vel mixta, non tamen quádo per talis conditionis appositionẽ testamẽtũ erat ipso iure nullũ,sed quando testamẽtũ ab initio valebat, sed per talis conditionis appositionem ex pòst facto poterat infirmari,licet ab initio valuisset:quale est cũ filiusfam.fuit institutus sub conditione casuali vel mixta, in cuius defectum fuit exhæredatus,quo casu ab initio testamen. valet, d.l.suus quoque,d.l.si pater.d.l.filius a patre. tamẽ ex post facto potest per querelã expugnari,licet ab initio valuerit: quia cũ filius ad nihilũ purè inuitatus fuerit,meritò est cur conqueratur, cum interim dum pẽdet cõditio, nõ habeat vnde se alat.vt in simili ait tex.in authẽ.de triẽ. & semis.§. prohibemus,collatione tertia. Et quòd hoc casu competeret olim querela,firmant hic Paulus,& Salicetus:idẽ Paulus per textu.ibi in l.si pater puellæ.suprà eodẽ.idẽ Paulus in l.filijs matrem.per tex.ibi suprà eodẽ. Ergo legem nostram dicentẽ conditionẽ esse remotam, per cuius appositionem poterat olim testamẽ.infirmari, intelligo procedere etiam in conditione casuali,vel mixta, sub qua filius institutus fuit,& in eius defectum exhæredatus,quo casu primordialiter olim testamentum valebat,licet ex pòst facto per querelam expugnari posset. Secus si in conditionis defectum exhæredatus non esset, nã tunc testamẽtum olim nullũ erat ipso iure, nec poterat vlla actione subuerti, cũ quod nullũ est,id nulla actione subuerti,aut imfirmari possit, vt in l.nam & si.ff. de iniusſ. rupt. nam non entis nullæ sunt qualitates actiuę,aut passiuæ secundũ Philosophũ,vnde quod nullum est,id extẽdi non potest,l.sed & si manẽte,ff.de precario, nec econtra pòt diminui. argumento,l. is potest.& l.is qui hæres,§.final.ff.de acquiren.hæredi. Et hoc est quod dici solet, ꝙ priuatio præsupponit habitũ,l. decem,ff.de verborum obligatio.§.seruus.Institu.de cap. diminu.ergo priuatio hæc seu passio hæc,quod testamen. euertatur actione aliqua,supponit habitum & ens aliquod non est in eo testamen.quod ab initio nullum fuit.

Cùm ergo plusquam manifestum sit subuerti non posse id testamẽt.quod ab ipso initio nullum fuit, quale est testamen.in quo filiusfamil.sub cõditione casuali vel mixta instit utus fuit,nec in eius defectum fuit exhæredatus,superest,vt d.l.omnimodo.intelligi nõ possit eo casu, quo filius sub cõditione casuali,vel mixta fuit institutus, in cuius defectum nõ fuit exhæredatus, cùm hoc casu testamẽ.ab ipso initio nullum sit,& quod nullũ est,subuerti, non possit & l.omnimodo loquatur eo tantnm casu quo testamẽ.poterat subuerti,& sic eo casu,quo testamẽ.aliquod esset, validumq; &firmum:secus si nullum, vitiosum infirmum.

198 Nec ad rem pertinet,quod per leges nouas filijs †exhæ datis non subueniatur. Nam respondeo,quod bene subuenitur filio instituto,licet in conditionis defectum fuerit exhæredatus. Patet:quia licet regulariter exhæredatis Prętor non subueniat cócedendo eis contra tabu.bono.pos.l.1.in prin.& l.nõ putauit.in prin.ff.de bon.poss.cõtra tab. tñ institutus sub cõditione,in cuius defectũ fuerũt exhæredati, bene daĩ bo.pos.etiã pendẽte cõditione, l.2.§. si sub conditione,ff.de bo.pos.secun.tab. Ita traditur communiter per modernos in l.si pater,C.de institution.& substitution.

199 Secundo pro cõmuni adducitur,† l.nostra in sui generalitate ibi,ipsa conditio, vel dilatio. Sed respondeĩ,ꝙ lex simpliciter loquẽs,restringitur per rationem expressam in ipsa lege,l.cum pater,§.dulcissimis,ff.de leg.2.l.fi.ff. de hęred.insti.l.adigere,§.quamuis,ff.de iure patr.l.his solis.ibi, satis tacite cautum putamus.C.de reuo. dona. etiam si essemus in materia correct. Ista est communis opin.secundũ Iasſ.nu.22.in auth.quas actiones.C.de sac.sanc.eccle.glo.in auth.de hęre.ab intest.veni.§.fi. in verb.ordine, quã dicit vnicam Bal.in l.fi.ff.de hære.insti. idem Bal.in l. maximũ vitiũ, C.de lib.præt.Alex.in l.cùm mulier, col.5.ff.soluto matrimonio melior gl.in clemen.1.in verb.eligatur. de electione,Iasſ.in l.re cõiuncti,nu.181.ff.de lega.3.Bal.in d.authen.quas actiones,col.2.Paul.in l.quamuis,C. de fideicõ, Cuman.in l.cum mulier,& §.1.per tex.ibi.ff.soluto matr. Georgius Natan in capit.quamuis, nu.32.de pact.in 6.facit,l.humanitatis,C.de impube.& ibi Alex. nu.5.Iasſ.nu.6. Corn.nu.15,Cur.iuni.num.15.& Purpur.in l.fin. nu. 32. C.de pact. vbi Cur.iun.num.9.Decius num.15.Iasſ.in l.stipulatio hoc modo concepta,ff.de verb.ob.nu.12.Roma in l.si vero,§.de viro.ff.solut.matri.

Cùm ergo non solùm communiter, sed etiã indifferenter receptũ sit,quod lex generaliter, vel indefinite loquẽs restingatur per rationem expressam in ipsa lege,& in l.nostra millies in sui ratione expressum sit loqui eo casu duntaxat,quo testam.subuerti poterat de iure veteri, & hoc casu testam.de iure veteri subuerti non posset,cum esset ipso iure nullũ, superest, vt hoc casu cũ filius institutus fuit sub conditione casuali, vel mixta,in cuius defectum nõ fuit exhæredatus,l.nostra non loquatur cum hoc casu olim testa. esset ab ipso initio nullum,& sic subuerti non posset.

200 Postremò adducitur pro cõmuni opin.†l.scimus,§.cũ autẽ.infrà eodem. Ad cuius inductionẽ præmitte,ꝙ si iussus sum tibi post mortẽ meã restituere hęreditatẽ,tũc videris tu vocatus sub cõditione casuali,& meritò: quia ꝙ ego prior te decedã,id casui adscribẽdũ est. Ita probat text.in l. heres meus,& in l.quibus diebus,§.quidã Titio,ff.de cõd. & demõ. Tũc sic. In d.§.cum autẽ. hæres institutus iussus fuit post mortẽ suã filio testatoris hæreditatem restituere, sicq; is filius sub cõditione casuali vocatus intelligiĩ, & tñ tex.ait testa.valere,illamq; cõditionẽ casualẽ reijciẽdã esse quatenus tãgebat legitimã, inq; residuo tantum hæreditatis spectandam,& tamen ibi non apparet quòd filius esset in defectum illius conditionis exhæredatus.

Sed resp. ꝙ in terminis illius tex. necessario intelligẽdum est filiũ fuisse exhæredatũ secũdũ Alber.& Deciũ,& alios vbi suprà. Sed quia hæc videtur diuinatio, ideò satius est agnoscere,ꝙ per illũ tex.nõ aũt per l.nostram,nec d.l.omnimodo.si filius sub cõditione casuali, vel mixta inuitatus fuerit ad aliquod relictũ,tunc licet in eius defectum exhæredatus non sit,cõditio reijciatur vsque ad legitimã. Sic d.l.si pater.cum conc.corrigaĩ,& d.l.omnimodo, extenditur,vt dũ ait valere testa. licèt filiusfam. non sit institutus vel exhæredatus, si tamẽ aliquid sibi quoquo titulo relinquaĩ,procedat,etiã si id quod relictũ fuit,nõ pure, sed sub cõditione casuali,vel mixta relinquereĩ. Quinimò nõ iniuste cõtẽdi pòt quod etiã id per l.nostrã, & d.l.omnimodo.prouisum esset. Nã cũ per d.l.omnimodo. vers. si vero vel præterierint.inductũ sit valere testa.in quo filius sit vere præteritus, quia nec institutus fuit, neq; exhæredatus qui vere præteritus diciĩ, quãtũcunq; alio titulo receperit vt in §.eadẽ.inst.de hære.ab.ibi, neque hæredibus institutis,neq; vt oportet exheredatis,& in l.posthumo nato, vbi no.Iasſ.n.5.C.de bo.pos.cõtra tab.& in l. in ita tñ.§. rogatus,ff.ad Treb.lõge magis intelligẽdũ est per d.§.si vero vel præterierint.dispẽsatũ fuisse valere test. in quo filius nõ vere,sed interpretatiue tantũ fuisset præteritus, quia est,cũ sub conditione casuali, vel mixta instituitur,in cuius defectũ non fuit exhæredatus. Pręterea cùm in d.§.cum autem.dispensetur vt valeat testa. quod vtroque morbo laborat,& præteritionis, quia filius neq; institutus fuit, neq; exhæredatus,& etiã conditionis casualis, quia ad fideicommissum sibi relictũ fuerat,non pure,sed sub casuali cõdõne fuit inuitatus,longe magis dispensatũ esse intelligendũ est, quando testa.altero tm̃ vitio laborabat, puta cõditionalis vocationis non autem præteritionis. Stringe, quia titulus institutionis adeò fauorabilis est, vt qui sub cõditione etiam casuali

mi

mixta sit institutus, is nõ videat iniuria præteritionis attẽ-
ctus, vt est cõis opi. de qua infra ampliatione.9. Ideoq; li-
cet p authẽ. vt cũ de appellatione cog. §. aliud quoq;. Iusti-
nianus velit a liberis & parẽtibus iniuriã præteritionis re-
mouere, nõ tamẽ videt respuere eorũdem institutionem,
etiã sub cõditione casuali vel mixta factam, quasi tũc nul-
la iniuria affecti videant, nõ magis, quã si pure instituti fuis-
sent, vt est communis opinio. de qua infra ampliatione.9.
Et de intellect. d. §. aliud quoque plene supra diximus.
201 Ergo quod diximus per l. nostram, q† legitima non pa-
titur vllũ grauamẽ, intelligit primò in eo grauamine, per
cuius appositionẽ dabatur querela, vt hic, ibi, de inof. testa.
astionem mouere poterant, & iterũ ibi, ne occasione mino-
ris quantitatis testa. rescindatur, & ibi, qui ad memoratam
actionem, & in l. omnimodo, supra eodem, ibi, de inoffi-
ciosis eorum testamẽtis, & ibi, de inofficioso testamento.
202 Secũdò intelligitur in grauamine, p cuius appositionẽ
olim † dabatur contra tabu. poss. vt in d. l. omnimodo, ibi,
vel alio modo subuertendis, & ibi, vel alio modo subuer-
tendo, vbi gloss. & omnes, & diximus ibi latius.
203 Tertiò intellige in grauamine, per cuius appositionem
olim dabatur † ius dicendi nullum, & sic non solùm in qui-
bus casibus olim testa. ab ipso initio & in sui creatione va-
lebat, vt in casibus superioribus, sed etiã quãdo ab ipso pri-
mordio, & in sui creatione vitiosum fuit, inspecto iure ve-
teri, quale est, cũ filiusf. legis interpretatione præteritus fuit
quia sub cõditione casuali, vel mixta institutus, in cuius de-
fectũ nõ fuerat exhæredatus, vt cũ cõi opi. s. conclusimus.
Quarto intellige etiã in casu, quo olim daretur ius di-
cendi nullum, non tantum ex præteritione filij ficta, vel in-
terpretatiua, vt modò diximus, sed etiam quando ius dicẽ-
di nullum daretur ex vera filij præteritione, qualis est, cũ
ipse filius neque institutus fuit, nec nominatim exhæreda-
tus, sed ad legatum, vel fideicomiss. tantum pure inuitatus
fuit, vt d. l. omnimodo, versi. si vero vel præterierint, nam
& tunc subuenitur testamento, & fit legitimæ repletio, vt
ibid. inspecto saltem iure. C.
204 Quintò intellige non solũ quando † filius vere pręteri-
tus est, quia neque institutus, neque nominatim exhæreda-
tus, sed ad singulare tantum relictũ pure inuitatus, sed etiã
vt procedat, quando is filius & præteritus fuit ex defectu
institutionis, vel exhæredationis, & præterea ad id, quod
sibi alio titulo, quam honorabilis institutionis relictũ fue-
rat, inuitatus fuit non pure, sed sub casuali conditione, vel
mixta, sicque non solum quando testam. vitio tantum prę-
teritionis ex defectu institutionis, vel exhæredationis labo-
rabat, sed etiam quando vtroque vitio laborabat, & præ-
teritionis, quia neque institutus fuit neque exhæredatus,
& cõditionalis vocationis, quia ad id. quod alio titulo, quã
institutionis sibi relictum fuerat, inuitatus fuit non pure,
sed sub conditione casuali vel mixta.
205 Et ita † debet ampliari, l. 11. tit. 4. par. 6.
206 Subdit Rodericus Xuarez vbi supra, esse casum clarũ,
in quo procederet communis opi, scilicet, vbi esset statu-
206 tũ, q† legitima posset relinqui quoquo titulo, nã tũc, inquit
si filius ad legitimã esset inuitatus sub cõditione casuali vel
mixta, indubitãter valeret testam. licet in cõditionis defe-
ctum non esset exhæredatus, quod & tenuit Bal. in l. suus
quoque, in principio. colum. 2. ff. de hæred. inst.
207 Sed grauiter errant Bal. & Xuarez. Nam q† legitima pos-
set relinqui quoquo titulo, statutũ erat per d. l. omnimodo,
antequã fieret, d. §. cũ autẽ, & tamen omnes fatentur, q nisi
d. §. cũ autẽ, factus fuisset, nõ valuisset testa. in quo filius es-
set institutus sub cõditione casuali, in cuius defectũ nõ es-
set exhæredatus, ergo si per tale statutũ esset expressum,
quod per ius cõmune expressum est, id operaret nihil, vt
in l. 3. vbi oẽs, ff. de lega. 1. Preterea q est cõditionale, non
est simpliciter tale, l. 1. §. si quis simpliciter, vbi oẽs, ff. de
verb. oblig. ergo licet per statutũ dispẽset, vt legitima quo-
quo titulo relinquat, id pure intelligit, nec videt dispẽsatũ
vt sub cõditione relinquatur, vt probat in d. §. si quis sim-
pliciter, & expressius in d. l. omnimodo, iuncta l. nostra.
208 Vnde stante statuto, q filia sit tacita & contenta † qua-
cunque quantitate a parte sibi relicta, si relictum esset sub
conditione, vel dilatione, posset impugnare patris volun-
209 tatẽ, quia licet statutũ † dispensauerat in quantitate, non ta-
men videtur dispensasse cum læsione, quæ prouenit ex di-
latione, vel conditione. Ita tenent hic Iacob. Butrig. Paul.
& Ias. & Areti. & Bal. & Sali. hic in fi. & Imo. in l. fi. col.
antep. ff. de hær. inst. sicque ista est communis opi.
Sic ergo indubitanter tenendum est, q statutum dispẽ-
sans cum læsione proueniente ex eo, quòd legitima nõ re-
linquatur titulo honorabili institutionis, non extenditur vt
etiam videatur dispensasse cum læsione proueniente ex di-
latione vel conditione in relicto adiecta, contra Xuarez
210 & Bal. pro communi. Sicq; est alia † extensio ad l. nostram
& ita intelligenda est d. l. 17. tit. 1. par. 6.
211 Subdit Xuarez vbi † supra, q cum hodie per. 1. titulo de
los testamentos. lib. 5. ord. valeat testa. etiam sine hæredis
212 institutione, si legitima filio † quoquo titu. relinqueretur
puta titu. legati, idq; sub conditione testam. valeret per illã
legem, quod verum non est, sed valeret per d. §. cum autẽ,
213 per quem recipit interpretationem, † d. l. 1. per text. cum
ibi notatis per Bart. Ale. & alios in l. 1. §. lex Falcidia, ff. ad
leg. Falci. & quæ traduntur per Roderi. Xuarez hic in pri-
mo euidentiali supra lege regia.
Denique in terminis d. l. 1. tit. de los testamẽtos, libr. 5.
ord. si liberos habet testator, & vnũ prætereat, cui legatũ
pure, vel sub cõditione reliquit, cũ alios filios, vel extra-
neos heredes scriberet, non valeret test. argu. authen. vt cũ
de appella. cog. §. aliud quoque. Per quem debet declarari,
d. l. 1. vt procedat, quãdo paterfami. neminẽ hæredẽ scrip-
sit, vt fuit etiã in terminis, l. fi. C. famil. her. & diximus su-
pra, licet contrarium vel Roderic. Xuarez, vbi suprà.
Nonò ampliatur lex nostra & cõclusio suprà deducta,
214 procedat † etiam de iure nouissimo authen. Nam licet iure
authen. oporteat filium legitimam legitimæue aliquã par-
tem consequi tit. institutionis, vt in authen. vt cũ de appel.
cog. §. aliud quoque capitulum, collat. 8. alias testam. sit
ipso iure nullum, tamen si filius sit sub conditione casuali
vel mixta institutus, licet in eius defectũ non sit exhæreda-
tus, testam. non desinit valere. Ratio, quia secundum com-
munem opi. supra proxime relatam, ea conditio per hãc le-
gem reijcitur, habeturq; perinde ac si re vera non esset ap-
posita, & posteriores leges per priores declarantur & inter-
pretantur, l. sed & posteriores, ff. de legib. & ad leg. Falc. l. 1.
§. lex Falcidia, vbi Bar. Ale. & alij. Vnde quod in d. §. aliud
quoque dicitur oportere filium institutũ fuisse, per nostrã
legem recipit hanc interpretationem, vt sufficiat, riteq; in-
stitutus intelligatur filius, non solum si pure, sed etiã si sub
conditione institutus fuerit, quandoquidem ea conditio
per hanc legem reijcitur, institutioq; valet, non aliter, atq;
si re vera conditio nulla apposita fuisset. Ista est commu-
nis opi. quam tenet Bal. in l. si mater, ff. de vulga. idem Bal.
in l. si pater, C. de inst. & subst. & idem Bal. in l. in suis, col.
pen. ff. de libe. & posth. Alex. Cuma. & Pau. in d. l. si mater,
vbi sequitur & dicit esse communem opi. Ias. num. 5. licet
Imola ibi varie. idem Ale. in d. l. si pater. C. de inst. & subst.
col. fin. Pau. in l. 1. eo. tit. Ias. in l. filius a patre, nu. 8. ff. de lib.
& posth. Xuarez hic in 1. ampliatione, fol. 8. col. 4. Cor. in
d. l. si pater, col. 6. in prin. vbi Ias. nu. 13.
Pro hac communi opinione etiam facit tex. in d. authẽ.
vt cũ de appellatione cog. §. sola enim est, vbi Iustinianus
ait. Sola enim est nostræ serenitatis intentio iniuriã exhæ-
redationis & præteritionis a parentibus & liberis auferre.
Sed hęc iniuria non videtur facta ei filio, qui sub quauis cõ-
ditione fuit institutus, cum verum sit eum institutum fuis-
se, ergo tex. ille non obest. Fortius etiã facit tex. in d. auth.
vt cum de appellatio cog. §. cæterum, ibi, & si certis rebus
iussi fuerint esse contenti, vbi exprimitur valere testa. in
quo filius in re certa, uel in minore portione, quam legiti-
ma fuit institutus, licet testator expresim iusserit eum cõ-
tentum

tẽtum esse re, vel portione sibi relicta ita vt plus nõ peteret. Sic ergo & in specie nostra, licet testator, qui filiũ sub conditione casuali instituit hæredem, videatur velle ne ille hæres existat conditione pendente, vel defecta, tamen adhuc per legem nostram etiã conditione pendẽte, vel defecta, hæres existet, quia ea conditio per hãc legem iũcta l. scimus, §. cum autem, infra eodem, habetur pro non apposita, & cum expressa prohibitio testatoris, quæ legitimę liberorum aduersatur, nõ obsit, longe minus tacita oberit.

Contrariam partem, vt hodie tale testam. in quo filius instituitur sub conditione casuali vel mixta, in cuius defectum non fuit exhæredatus, non valeat, tenet Bal. hic col. pen. in prin. sentit idẽ Bal. in d. l. in suis, ff. de libe. & posth. col. pen. Ange. in d. l. si mater, idem Ange. in l. reprehndenda, C. de insti. & subst. & Imo. in d. l. si mater, licet suam nõ satis firmet sententiam. Iure tamen regio cõmunis opi. verissima est, quia præteritio filij vitiat testa. ipso iure, l. 5. tit. 8. par. 6. & tamen licet sub conditione casuali vel mixta sit
215 institutus, non vitiatur testa. sed conditio reijcitur, †l. 9. & l. 11. tit. 4. par. 6. l. 17. tit. 1. eadem par.

Denique qui in terminis iuris communis tenent cõtra communem mouentur, quia hodie secundum cõmunes opi. præteritio matris facta sine causa expressa, vitiat testa. non secùs quàm præteritio patris, glo. communiter appro. in authen. de hære. & falci. §. exhæredatos, traditur per omnes in authen. ex causa. C. de libe. præte. diximus latius suo loco. Quæ communis opin. fundatur in d. §. aliud quoque, qui generaliter loquitur in testamento tam patris, quàm matris, itaq; testam. vitiari per exhęredationem, vel pręteritionem factam sine causa. Sed, vt ipsi aiunt, institutio filijs. sub conditione casuali, vel mixta, in cuius defectum exhæredatus nõ est, pro præteritione habetur, l. filius a patre, ff. de lib. & posth. l. si pater, C. de inst. & subst. l. suus quoq;, in pri. ff. de hær. inst. ergo vt si filius re vera a patre, vel matre hodie esse ex toto præteritus testam. esset ipso iure nullũ, ita etiam si præteritus sit interpretatiue, vt d. l. legib.

Confirmant vltra doctores, quia exhæredatio, quę rite facta non est, habetur pro præteritione, l. nõ putauit, §. nõ quæuis, ff. de bo. poss. contra tabu. Vnde licet præteritis tãtum non etiam exhæredatis detur contra tabu. possess. d. l. non putauit, in prin. & l. 1. in prin. eo. tit. tamen exhæredatis non rite bo. poss. contra tab. accommodatur, non secus, quàm si re vera ex toto pręteriti essent, vt in d. §. nõ quæuis. Similiter non rite institutus, pro præterito habetur, vnde licet instituto non detur bo. poss. contra tab. quia quandiu bo. poss. secundum tab. locum habere potest, tãdiu cessat contra tabu. bo. poss. l. illud, §. si. ff. de bo. poss. cõtra tab. tamen minus rite instituto non denegatur contra tab. non magis, quàm omnino præterito, vt ff. de bo. poss. cõtra tab. l. si in adoptionem, §. idem puto. Vnde cum filius sub conditione casuali, vel mixta institutus, in cuius defectũ exhęredatus nõ fuit, non rite institutus habeatur, vt d. l. si pater cum simil. & consequenter pro præterito habeatur, sequiť quòd vt hodie si re vera ex toto præteritus esset, cũ testa. tam patris quàm matris vitiaretur, ita etiam si sub tali cõditione institutus fuerit, ĩ cuius defectũ exhæredatus nõ sit.

Tenendo communem sentẽtiam, quæ vera est, resp. ꝙ in specie nostra bene videretur filius minus rite institutus, si hęc l. facta non fuisset, at postquam l. nostra cum simil. facta fuit, per quam recipit declarationem, d. §. aliud quoq; vt modo dixi. is filius sub tali conditione institutus, satis rite institutus videtur, cum ea conditio per legem nostram reijciatur, institutioq; pura, intactaq; permaneat, nõ aliter atque si re vera ea conditio in testamento nõ esset scripta. Sicq; negamus contrarium, dum dicebatur, quòd filius vi
216 debatur minus rite institutus, & ita debet declarari, † l. 8. ti. 4. par. 6. & sequen. l.

Quæ conclusio cõmunis cõtra Bal. & sequaces procedit dupliciter. Primò in institutione matris. Secũdò ẽt ĩ institutione facta a patre, licet hoc casu esset magis dubium.
217 Decimò amplia vt procedat etiã de † iure regio, l. 17. tit. de los testam. par. 6. & l. 11. titu. de las condiciones que pueden valere. ead. par.

Amplia. 11. vt reijciatur conditionis grauamen nõ solũ de legitima, sed etiam de eo, quod vltra legitimam pater filio reliquit, inspecto iure regio. Ita docuit, l. 11. inci. Libremente, titu. 4. par. 6. vbi postquam in primo responso dixe
218 rat, quòd legitima non patiebatur vllum † grauamen, subdit. Verum si vltra legitimam sit filius honoratus a patre, tunc in eo, quod est vltra legitimam, potest pater apponere conditionẽ potestatiuam, casualem autem vel mixtam apponere nõ poterit. Quã legem mirabilem appellat Rodericus Xuarez hic in secunda ampliatione, & merito eandemq; legem satis duram, & contra omnem legalis sapientiæ doctrinam & æquitatem vocitat Emanuel de Acosta in l. Gallus, §. & quid si tantũ, pag. 112. ff. de libe. & posth. Id quod etiã & nobis, & cuilibet homini sano videbit. Nã
219 si id, quod vltra † legitimã est, possum filio meo omnimodo liberrime impuneq; abnegare si spõte ei cõcessi, cur nõ potero quãcunq; legẽ huic dationi & cõcessioni imponere iuxta totũ titulũ, C. de dona. quæ sub modo, l. in re mãdata. C. mandati. Dic tamen vt infrà ampliatione. 92.

Timore huius contrarij Rodericus in d. 2. ampliatione tentauit hunc sensum dictæ legi accommodare, vt procedat, quãdo filius sub conditione institutus fuit, nec habuit vllum cohæredem, vel substitutum, nam tunc & ab initio vsque ad legitimam reijcitur conditio, & residuo hęreditatis similiter cõditio nõ spectatur, quia etiam si in residuo conditio defecisset, id residuum huic filio accresceret, l. ii §. si ex fundo, & l. si alterius, ff. de hęre. inst. ergo frustra spectaretur cond. cuius nihil operaretur euentus, vel defectus ita probat tex. in l. si te solũ, ff. de hær. inst. Isq; intellectus in se verissimus est, vt dicemus infrà in limitationibus huius legis. Sed an conditor huius legis hunc sensum habuerit, vos videbitis.

Sed retento hoc intellectu, ex eo infertur, quod d. l. partitæ probat nostrã sententiam, quam tenuimus in l. omnimodo, supra eod. vt onus condi. potestatiuæ non reijciatur de legitima, si id onus legitimam non minuit, nam l. illa ait quòd cum filius vltra legitimam honoratus est, tunc ei imponi potest conditionis potesta. onus, non autem casualis, vel mixtæ.

Si tamen d. l. partitæ simpliciter, & prout iacet, intelligatur, per eam aperte corrigitur tex. in l. scimus, §. cùm autẽ infra, eodem.

Ampliatio. 12. sit quã ponit Xuarez hic tertio loco. Ergo quo ad tertiam ampliationem, de qua per Xuarez hic, dum, pro communi allegat gl. relinquat, in §. prohibemus tu dic, quòd illa gl. tenet contrarium. Et pro communi allego vltra eum glo. grauamen, in nostra, l. quoniam in prioribus. Pro communi ergo allegatur authen. nouissima, & d. §. prohibemus quæ nil faciunt, quia signanter loquunť, quando solius † legitimæ proprietas filio relicta fuit dimi-
220 nuto vsufructu, non quando id quod vltra legitimam in proprietate filius recepit, præponderabat valori vsufructu, sibi adępti. Tertiò alle. d. §. prohibemus versi. filijs same peremptis. Sed nil facit, quia vẽdito eo, quod vltra legitimam in proprietate percepit, inde comparabit plus redituũ, quã sibi abstulerit pater. Allegatur quartò, l. scimus, §. cũ autẽ, infra eod. Sed ibi nõ prohibuit restituere vsumfru. sed tam vsufruct. quam propietatẽ restituere iussit. Tene cõmunem nouo fundamẽto, scilicet per d. §. prohibemus, versi. nouimus, vbi in præfatione ait Iustinianus, se vidisse plura testam. in quibus totius hæreditatis proprietas filio relinquebatur, vsufr. vero alteri, idq; emendare vult Iustinianus, ergo, &c. Non obst. quòd in decisione videať se restringere. Nam resp. quòd quę in præfationibus dicuntur, &c. §. præterea. Inst. de inut. stip. l. Titia, §. idem respon. ff. de verbo. oblig. l. fi. versicu. quoniam, de hær. inst. ff. Posset ergo defendi opi. communis contraria, nisi nouũ inuenissemus fundam. Et communis opinio. est, quòd etiam si in proprietatẽ plus quam portio legitima, vel etiam vniuersa hæreditas

hæreditas relinquatur, dempto vsufructu, tale onus reijcie tur de legitima, vt filius integram habeat legitimam tam in proprietate, quàm in vsufructu, & præterea post mortem vsufructuarij consequetur id, quòd vltra legitimam in pro prietate sibi relictũ fuit. Et idem econtra similiter secundum communem opi. vt in solo vsufructu legitima non possit relinqui, sed si de facto in solo vsufructu relinquatur, tũc, statim consequetur totum, quod in vsufructu sibi relictum fuit, & præterea proprietatem vsq; ad men suram legitimæ, vt late dixi in authen. nouissima, supra eodem.

Amplia. 13. nostra conclusio, vt legitima non patiatur vllũ grauamen, vt procedat, non solum in filijs, sed etiã in 221 †nepotibus. Sed secundum Rodericum Xuarez hic in 4. ampliationis euidentiam pręmittendum est, an iure, ff. nepos, qui a nemine præcedebatur, & per hoc iura suitatis ha bebat, iuxta tex. in §. ita demum, Inst. de hęr. ab. & in l. Gallus per totam, ff. de lib. & posth. posset sub cõditione casuali, vel mixta institui, licet in eius defectum exhęredatus nõ esset, quanuis filiusfa. indubitanter sub tali conditione casuali vel mixta institui iure ff. non posset, nisi in eius defectum exhęredaretur, vt in l. suus quoq;, in prin. & §. puto, & l. Cornelius, & l. iam dubitari, ff. de hær. inst. l. Lucius, ff. de cõdi. & demõst. l. hæc verba, l. fin. ff. de cõdi. inst. l. si pa ter. C. de insti. subst. l. filius a patre, ff. de liberis, & posthũ.

Et communis opi. est, quòd talis nepos sub conditione casuali vel mixta iure ff. de institui non posset, non magis, quã ipse filiusfa. nisi in eius defectum exhæredatus fuisset. Quã tenent gloss. in l. suus quoque, in princip. & gloss. in l. sed & si conditioni. §. nepotes, ff. de hæred. insti. gl. in d. l. si pater, Bar. in d. §. nepotes, vbi Bal. Ange. Imol. & Pau. secundum quem hæc est cõmunis. opi. Sequitur, & dicit receptam opi. Roderic. Xuarez hic in d. ampliatione. 4. & est communis secundum Emanuelem de Acosta in l. Gallus. §. & quid si tantum, pag. 101. ff. de lib. & posth. Alex. nu. 8. in d. l. si pater, hãc dicit communem opi. quam ibid. sequitũ & dicit communem Corneus, col. 3. in pri. & Albertus in repetitionem, n. 257. sequitur & dicit cõmunem opi. Dec. ibid. col. antep. Bald. in d. l. si pater.

Contrariam partem, vt talis nepos sub quauis conditio ne posset institui, olim tenuerunt Christophorus de Castelio, & Fulg. in d. l. si pater, & in hanc partem inclinat Alex. ibid. nu. 8. qui pro hac parte plura adducit fundam. & Emanuel de Acosta in §. & quid si tantum, pag. 101. & Cuma. in d. l. sed & si conditioni. §. nepotes, ff. de hęr. inst. & Imo. in l. fi. ff. de condi. inst. qui idem sentit in d. §. nepotes, & in d. l. suus quoque, ni prin.

Pro hac secunda opinione, vt suus hæres nepos sub qua uis conditione posset institui, licet in eius defectum exhæ redatus non esset, est tex. expressus, qui nulla eget inductio ne in d. l. suus quoque, in prin. & in §. puto. Ad idem text. expressus in d. §. nepotes, ad idem tex. expressus, qui loquitũ in filiaf. in l. si quis hæredem, C. de inst. & subst. l. 1. §. sciendum, versi. idem erit, ff. de suis & legi. tex. expressus, in l. 3. §. si sub ea, ff. de bon. poss. contra tabu.

Et hæc quinq; iura hanc partem longe euidentius probant, quàm longa contentione egeat. Quod etiam probatũ euidentiore ratione. Nam iure ff. testam. in quo nepos iura sui hæredis tenens præteritur, ex toto firmum erat, non secus, quã si institutus fuisset, vel exhæredatus, ita probat tex. expressus in l. maximũ vitium, C. de libe. præt. & text. expressus in prin. versi. sed nõ ita. Inst. de exhære. lib. l. Gallus §. in omnibus, ibi, filius duntaxat, ff. de lib. & posthu. l. qui filium, ff. vbi pupillus educari debeat, docet Imo. in l. fi. ff. de condi. insti. Emanuel de Acosta in l. Gallus, §. & quid si tantum, pag. 93. cum plu. seq. ff. de lib. & posth. dixi late suprà. Ergo si is nepos poterat ex toto præteriti, longe ma gis posset sub quauis conditione institui, quia vitiũ omnimodæ præteritionis longe grauius est, quam vitium conditionalis institutionis secundum docto. communiter, vt dixi supra in 1. ampliatione.

Tenendo hanc partẽ, quæ contra cõem opi. verissima est tũc ad l. posthumorũ, ff. de iniust. ru. & §. posthumorũ. Inst. de hær. lib. vbi dicitur nepotes suorũ iura tenẽtes debere institui, vel exhæredari sicut ipse filiusf. respõde, ꝙ licet sit instituendus, vel exhæredandus, tñ nõ est necesse, ꝙ eod. modo instituatur. Nam dictio, sicut, non denotat omnimodam similitudinem, vt est in sacra pagina, ibi. Estote perfecti, sicut pater vester qui in cælis est, & tamen nullus potest eodẽ modo perfectus esse, vt Deus oĩpotes est, vt notat glo. in l. si cũ vẽderet, §. fi. ff. de pig. act. & Alex. nu. 8. in d. l. si pater, quod mille similibus possemus probare exẽplis, sed in re clara non expedit tempus terere.

Non quoq; obst. ꝙ secundo loco communis opi. ait, ne potẽ talẽ iure ff. nõ posse ex toto præteriri, & consequẽter nõ posse sub casuali cõditione institui. Nã respõdetur falsissimũ esse, ꝙ iure ff. nõ posset præteriri quinimò poterat vt modo diximus, & latius suprà. Sed & si ex toto præteriri nõ posset nõ ꝓpterea sequeretur, ꝙ nõ posset sub cõditio ne casuali vel mixta institui, quia in cõtrariũ est vera & cõ munis opi. Nã etiã hodie licet filius ex toto præteriri non possit quin vitiaret testa. per authẽ. vt cũ de appel. cog. §. aliud quoq;, tñ sub cõditione casuali vel mixta si institueretur, nõ vitiaret testa. vt tenet Ias. post plures, quos ipse allegat in l. si pater, C. de inst. & subst. nu. 13. vbi Corn. col. 6. in pri. Ale. nu. 15. & 16. Rode. Xuarez hic, fol. 8. col. 1. Pau. & Ias. in l. si mater, ff. de vulg. vbi hãc dicit cõmunẽ. Ias. nu. 4. idem Iaso. in l. filius a patre, nu. 8. ff. de lib. & posthum.

Nono quoq; obst. quod communis opi. tertio loco adducit, scilicet d. §. aliud quoq;, vbi titulo institutionis iubetur legitima relinqui. Nam proxime responsum est nõ impediri quin valeat testam. licet sub conditione relicta esset, secundum communes opi. & veras.

Sed hodie per l. maximũ vitiũ, C. de lib. præt. & §. pen. & fi. de exhęr. lib. id ius antiquum immutatũ videtur, noueq; inductũ, vt nepotes primum locum tenẽtes in sui tã institutione quàm exhæredatione filijs exæquentur, tamẽ iure, ff. verissima est superior opi. quæ cõi opin. aduersat.

His ergo suppositis, si nepos primum locum tenẽs hodie suo cõditione casuali vel mixta fuerit ĩstitutus, siue in eius defectũ fuerit exhæredatus, siue non ea conditio reijcietũ de eius institutione. Sed magis est, vt qñ in eius defectũ exhæredatus nõ fuit, conditio reijciatur, vt sic institutio verificetur, secus si fuisset exhæredatus in defectũ cõditionis, quia tunc tolleres conditionem, purificaretur exhæ redatio contra mentem huius legis & similiũ. Sed certe tũc referret, vtrũ tollatur quasi impleta, nam tũc purificata cõ ditione institutionis, expiraret exhæredatio, id quod magis, est an quasi defecta, nam tunc purificaretur exhæreda tio, quod minime est dicendum.

Amplia. ergo. 14. vt hæc l. procedat, etiam si in defectũ cõditionis casualis vel mixtę filius esset exhæredatus.

222 Amplia. 15. vt procedat etiam in †filiafa. sub conditione casuali vel mita instituta, in cuius defectũ nõ esset exhæredata, nam & illa cõditio similiter reijceretur per hãc legẽ, vt sic testa. valeret. Ratio dubitãdi est fortis. Ad cuius inductionẽ præmitte, ꝙ iure, ff. filiaf. poterat sub omni cõditio 223 ne institui, etiam si in eius defectum non foret †exhæredata, tex. est expressus in l. si quis hæredẽ, C. de inst. & substi. Quẽ elegãter, vt omnia, ita intellexit egregius Emanuel de Acosta. in d. §. & qd si tñ, pag. 96. licet Cin. Albe. Bal. Salic. Pau. Fulg. Are. Ale. & Ias. col. 5. in fi. & Dec. n. 4. tenuerint in d. l. si pater, tale test. nullũ fuisse iure, ff. in quo filiaf. sub cõd. casuali vel mixta fuisset instituta, in cuius defectũ nõ esset exhæredata. Vnde ad d. l. si qs hæredẽ, mira somnia fingũt, diuinãtes alij, ꝙ ibi filia esset in defectũ cõditionis exhæredata. Alij, ꝙ esset emãcipata. Alij, ꝙ ibi esset testa. nõ patrisfa. sed alterius ascẽdẽtiũ. Alij, ꝙ esset speciale in cõditione nubẽdi. Quorũ error inde descẽdit, ꝙ nõ intellexerũt filiãf. posse iure, ff. ex toto preteriri, d. l. maximũ vitium, C. de libe. præt. & d. l. Gallus, §. in omnibus, ff. de libe. & posth. & d. prin. versi. sed non ita. Inst. de exhę. li. & cõsequẽter longe facilius posse sub quauis cõdit. institui, vt hanc

hanc consequentiam superius probauimus.

Cum ergo olim conditio casualis vel mixta apposita in institutione filiæf. non vitiaret testam. & l. nostra nõ procedat nisi in quibus casibus olim restam. poterat euerti, superest, vt non procedat in filiaf. sicque cõditio casualis vel mixta in eius institutione apposita non reijciatur per hãc l. Sed oppositũ est verius, quia licet ab initio per talem cõditionem testam. ipso iure non vitiaretur, tamẽ ex pòst facto posset infirmari, & subuerti per querelam inoffi. testa. quæ liberis sub conditione casuali institutis pendente cõditione dabatur, vt in l. si pater puellæ, & in l. filijs matrem, & vtrobique per Pau. supra eo. idem Paul. & Salicetus hic. Ergo tale testamen. licet olim nõ periclitaretur in sui creatione, periclitabatur tamen in sui resolutione, & cõsequenter is casus pertinet ad hanc legem, nõ secus, quàm si filius fa. sub conditione simili institutus foret. Et ita etiam intelligas, d. l. 11. tit. 4. par. 6.

†Amplia. 16. vt per hanc legem reijciatur etiam cõditio
224 potestatiua apposita in filij institutione. Ita tenetur cõmuniter, nam ita tenet glo. in d. l. si pater. glo. in d. l. suus quoq; in prin. ff. de hære. inst. Quas glossas sequitur totus mũdus secũdum Xuarez hic. 5. ampliatione. Sequitur & dicit cõmunẽ op. Corneus, col. 3. in d. l. si pater, C. de inst. & subst. idem tenet glo. magna hic in fi. Alex. in d. l. si pater, num. 9. Quam opi. iterum, col. 8. ait esse cõmunem Imo. in l. suus quoque, in prin. supra alle. idem Imo. in l. fi. nume. 12. ff. de cond. inst. Paul. in l. filijs matrem, supra eod. Bal. Sali. & alij hic communiter. Idemq; tenent omnes, quos supra retulimus tenuisse hanc legem procedere in conditione potestatiua, non in casuali vel mixta, quales sunt Iacob. de Arena, Rainerius, & Cinus in d. l. si pater, & Cinus hic, dum se refert ad ibi dicta. Alber. Guilel. de Cunio. & Bal. hic. Frãcis. de Ramp. in d. l. si pater. Bal. & Ang. in d. l. suus quoque, in prin. Ange. in l. filius a patre, ff. de libe. & posth. Ang. & Fulgo. in d. l. si pater. Bal. in repe. l. in suis, col. fi. ff. de li. & post. Ange. l. maximum vitium, C. de libe. prete. in lectura Florentina. Fulgo. ibi & etiam hic. Petrus de Bellaperti. hic, & Azo. in summa huius tituli. Decius in d. l. si pater. Angel. consi. 117. Domina Catharina. Antonius de Butrio consi. 67. Visis. Soci. consi. 97. & consi. 98. lib. 3. Albertus Barb. in repe. d. l. si pater, nu. 180. tenet Grego. Lupus in l. 11. titu. 4. par. 6. in gl. que es en poder d. l. 11.

Sed nos semper fuimus in contraria opinione, vt cõditio potestatiua regulariter non reijciatur de institutione liberorũ, parentũ, vel trãsuersorũ per hãc legẽ, cũ hæc cõditio potestatiua olim nec vitiaret ab ipso primordio testa. nec ex post facto produceret querelã, vel aliud remedium ad euertẽdum test. vt late, nu. 177. & 178. supra docuimus, & latius in l. si pater puellæ, & in l. omnimodo, suprà eod.

Fallit, quando cõditione potestatiua impleta, filio diminuta legitima maneret secundum quosd. vt tunc ea cõdit. quatenus minuit legitimam, reijciatur, nos contra, vt nec etiam tunc talis conditio per hanc legem reijciatur, sed debeat impleri, & quod per eius imple. legitimæ diminutum fuerit, id per l. omnimodo, & l. scimus, in prin. hoc titu. repleatur, vt ibid. docuimus.

Vbi etiam attigimus nouissimam & in auditam opinionem, quæ reliquis omnibus nobis verior visa est, vt conditio potestatiua legitimæ imposita, nec ibi immota stare patiatur, quia onus esset considerabile, quòd filius interim legitimam capere impediretur, dum pecuniam anxius quæreret ad conditionẽ implendam. Nec etiam ea cõditio reijciatur ipso iure, ne is qui conditionis implendæ causa eam pecuniam accepturus erat, eo emolumento contra testatoris voluntatem priuaretur, contra d. l. omnimodo, supra eo. tit. ibi. testatorum voluntatibus prospicientes. Ergo eligatẽ media via, vt hæc conditio nec reijciatur ipso iure, nec etiã ab ipso filio impleatur, sed transferatur ad onus cohæredũ huius filij, vt sic ipse & pure & integraliter suam legitimã consequatur, & ille quod conditionis implendæ causa accepturus erat, non priuetẽ, aut fraudetẽ. Ita probat tex. in §. nostra, Inst. de success. liber. qui loquitur in legitima patroni simili onere læsa. Nec dubium est, quin valeat arg. de patroni legitima ad legitimã liberorũ & parẽtum, l. fin. C. de inoff. testa. præsertim vbi est ead. ratio, vt hic. Facit optime l. si libertus patrono. ad fi. ff. de bo. libe. Quæ procedũt, quãdo cond. consistebat in dando. secus si in faciendo, nam tũc nec reijcitur de legitima, nec transfertur in cohæredes filij, sed ab ipso filio implẽda est, vt diximus in d. l. si pater puellæ, & in d. l. omnimodo.

225 Iuxta prædicta quæro, in † l. si pater, C. de inst. subst. sit correcta, per l. quoniã in prioribus. Et gl. d. l. si pater. in gl. magna. in fi. ibi, hodie vero, & glo. cõstat, in l. suus quoque in prin. ff. de hær. inst. volunt omnem condi. reijciendã de legitima filiorum per d. l. quoniam. Quas gloss. sequuntur Bar. Paul. & alij in d. l. suus quoque. Bart. & omnes in d. l. si pater, easque communiter app. dicunt Alex. Decius, & Ias. in l. si pater, & late Xuarez in l. quoniam, in 1. ampl. Ex quarum gl. opi. collige, quòd d. l. si pater, in duabus conclusionibus corrigitur. Primò dum a contrario sensu probat filium sub cond. potesta. institui efficaciter posse, conditionemq; talem implendam. De cuius ratione vi Ias. ibi, col. 2. ad fin. cum prin. seq. Nam talis condi. potestati. licet hodie non vitiet test. sicut nec olim, tñ olim debebat impleri, alias filius excludebatur, vt d. Ias. in d. col. 2. cum sequen. probatur. in l. iam dubitari, ff. de hære. insti. hodie vero non debet impleri, sed reijcitur per d. l. quoniam, quæ licet dubium sit, an loquatur in cond. casuali vel mixta, tamen omnes indifferenter tenent, quòd loquatur in potestatiua. Et quòd in potestatiua tantum loquatur, tenent in specie Alexã. in l. si pater, col. 7. in prin. Xuarez in l. quoniã, fol. 7. col. 3. in prin. Secũdò corrigitur d. l. si pater, quatenus ait filium sub cõd. casuali vel mixta institui non posse nisi in eius defectum exhæredetur, alias testament. non valere. Nam secundum omnes prædictos hodie per l. quoniam, testamentum valeret, sed condit. reijceretur, saltem vsque ad legitimam.

Et ista conclusio apud docto. non est ita expedita, sicut prima. Reuoco ergo in dubium primam conclusionẽ (docto. enim vtranque confuse iungũt,) scilicet, an si filius sub
226 † potestatiua cond. instituatur, talis cõd. reijciatur? Et distinguo. Aut enim cõdi. tangebat legitimam, & tunc teneo cũ doct. reijciendam esse per d. l. quoniã. Quod intelligo quatenus legitima læditur, non vltra. Nam ponamus, quòd legitima filij erat 12. ipse autem in 12. tantum institutus est sub condi. si tria dederit, certe tunc cond. in totum reijcitur. Quòd si in quindecim esset institutus, certe tunc nullatenus reijceretur, quia etiam cõditione impleta, duodecim sibi manerent, quæ integram legitimam faciũt. Quòd si in tredecim esset institutus, tunc cond. reijceretur in duobus, in vno vero esset implenda, nam vno præstito, duodecim sibi manerent, quæ faciunt integram legitimam. Vides ergo, quòd aut condi. non tangit legitimam, & implenda est omnimo, iuraq; antiqua remanent incorrecta. Aut cõd. tota tangit legitimam, & in totum reijcitur, per l. quoniam, nec procedunt iura antiqua. Aut. condi. pro parte tangit legitimam, & pro illa parte tantum reijcitur, pro alia vero implenda est. Cum ergo omnes doct. supra relati indistincte velint cond. potest. reijciendã, patet in quibusdã errasse. Et meam opi. satis tenere videtẽ Alberi. post alios, quos refert in d. l. suus quoq;. Et hæc nostra opi. probatur, quatenus ait, ꝙ si cond. potesta. in totũ tangit legitimam, tunc in totum reijcitur, probatur in l. quoniã, & in l. scimus, §. cũ autem, de inoff. testa. quæ leges secũdum omnes procedũt in cõditione potestatiua. Quatenus vero tenui, ꝙ si cond. potesta. nõ tangeret legitimam, tunc nullatenus reijceret probatur ratione. Nam l. quoniã, loquitur eo casu, quo querela cõpeteret, vt quadrupliciter ad hoc eam perpẽdit Xuarez ibid. fol. 6. col. 9. ad fi. plenius ꝑ me s. num. 177. & 178. sed expeditum est querelam non dari, quando filius est institutus sub potesta. condi quæ nõ tãgit legitimã, nã vt querela cõpetat, oportet legitimã minutã fuisse, l. cũ quæritur C. de inoffi. testam. l. Papinianus, §. quoniam autem quarta. eo.

ta,eod.ff.cum ergo talis condi.legitimam non minuat, superest, vt querelam competere non faciat, & consequēter d.l.quoniam cesset. Nec dicatur, quòd imò l.quoniam, locum habet licet querela cesset, vt pluries tenuit Xuarez ibi. Nam infra respon.

Quatenus & tertiò tenui, quòd si cōdi. potestatiua pro parte tantum tangeret legitimam, pro ea parte tātum reijcienda esset, probatur, quia ex simplicibus cognoscitur casus mixtus, atque deciditur, vt per Iaso.& alios per text.ibi in l.2.in prin.ff.de verbo. Præterea in specie probatur in l.scimus, in d.§.cùm autem, versi.sancimus. Probaturq; in l.quoniam, iuncto d.§.cùm autem, ibi(vt quarta pars pura mox filio restituatur.) Nam licet in l.quoniam, simpliciter dicatur condi.potestatiuam reijciendam de institutione filij, vel legato, vel fideicommisso sibi relicto, tamen illam l.simpliciter loquentem interpretatur, & declarat, d.§.cum autem dicens illam conditionem potestatiuam eoúsq; reijciendam, vt quarta pars mox filio absque vlla dilationis, seu cōdi.expectatione restitui possit, vt quo ad residuū portionis, seu relicti filio facti condi.maneat intacta, seu dilatio. Et hæc obtinent, quādo cond.potestatiuā filius implere non poterat sine erogatione, seu dispendio, puta quòd erat cond.dandi. vel forte insulam faciendi, vel etiam Romam, vel Alexandriam eundi, si nauigatio, vel iter sine erogatiōne fieri non poterat. Quòd si esset cōdi. talis quę absque vlla erogatione impleri posset, puta si Capitolium ascēderit, tunc dico illā condit. indistincte expectandam, quia talis condi.non lædit legitimam, & consequenter cessat d.l.quoniam, & d.§.cum autem, quæ iura & testamētis, & filijs ꝓspicere volunt, testamentis, ne impugnetur querela: filijs, ne lædantur in legitima. At cum isto casu sine dubio cesset querela d.l.cum quæritur, iuncta l.suus quoque, in prin. & d.l.si pater, & l.fi.de cond. inst.ff. cumq; filij non lædantur in legitima nisi volentes, superest, vt ipsis nō sit per querelam subueniendum d.l.cum quæritur d.l.si pater. & quod Ias.ibi ait col.2.ad fi.cum prin.seq.

Inferò, quòd si filius instituatur, vel aliquid ei relinquatur sub condi.si† voluerit, talis condi. reijcienda nō est, cū & possit impleri absque vllo dispendio, & per eā legitima non minuatur. Et sic etiam manebunt incorrectæ.l.Cornelius.l.iam dubitari, ff.de hære.inst.l.verba, ff.de conditionibus inst.licet in hoc vltimo communiter docto.contrariū in specie teneant, & etiā Paul.post Bal.& alios, quos allegat in l.suus quoque, ff.de hære.inst.in pri.nu.4. Sed caue, quia licet condi.si voluerit, nō tollatur ex eo capite, ꝙ legitimā re minuat, tñ videtur tollenda ex eo capite, quòd eius pendentia impedit legitimæ transmissionem, quam filius faceret ex potentia suitatis, si ipsa apposita non esset.

227

Sed certe, vt infra dicam, etiam si conditio, si voluerit, in hoc posit esse damnosa, quòd secūdum communem opi. impediat legitimæ transmissionem, adhuc non reijcietur, quia vt reijciatur per d.l.quoniam in prioribus, oportet, ꝙ duo concurrant, quòd & sit onerosa conditio, & tale esset onus, quod olim produceret querelam, vel bon.poss.cōtra tabu.vel aliud remedium sufficiens ad testamen. infirmandum, vt probatur in multis locis d.l. quoniam in prioribus & d.l.omnimodo, & l.scimus. §. cum autem l.si quādo, §. & generaliter, & §.illud expressius in l.quæ nuper, & in d.l.scimus, in prin.isto tit.quorum iurium inductionem illico facturus sum. Sicq; verissimum est, quòd cond. si voluerit, & etiam quælibet alia cōditio potestatiua nullo modo reijcitur de legitima filij, quia licet fateamur, quòd tales cōditiones sunt onerosæ, tamen cum earum onus non esset sufficiēs ad producendū aliquod remediū, per quod infirmaretur olim testa.vt probatur in l.suus quoq;, in princ.& in l.Cornelius, & in l.iā dubitari, ff.de hær.inst.& in l.verba hæc, & in l.fi.ff.de cond.inst.quod & omnes in dictis locis pro comperto habent, certe superest, vt talis cond.potestatiua vtcunque onerosa non reijciatur de legitima per leges nouas, non magis quam si secum onus ferret nullum. Id quod procedit etiam in conditione dandi, & summam habet ęquitatē. Nā si filij legitima erat 12.isq; hæres in 12. scriptus est sub cōdōne, si mihi daret 4.nōne satius est, ꝙ mihi det 4. eaq; q̄ mihi dedit, sibi repleant ex reliquis bonis patris, q̄ ꝙ ego, in cuius ꝑsona hæc conditio implenda erat, quiq; sum honoratus a testatore, & eius benignā habeo voluntatē, illlo dono fraudatus existā, eaque quātitas maneat, non quidem apud ipsum filium (quod tolerabilius esset) sed apud reliquos cohæredes forte extraneos? pręsertim cum dationes isthæc singulares derogent vniuersitati hæreditatis, cum generi per speciem derogetur, l.vxorē, §.felicissimos, ff.de lega.3.& pars deroget toto.l.cùm quæst. vbi per omnes doct.C.de leg.

Pro nobis expressum in §.sed nostra. Insti.de succcessione lib.vbi simile onus non habetur pro nō apposito fauore patroni, sed trāsfertur in coheredes filij, vt ipsi pro filio præstent. Et ad† l.in singulis, ff.ad legem Falc.§. in singulis. Insti.eod.& l.non iustam.C.ad Treb. respondemus, ꝙ procedūt regulariter. Fallit tamen, quando tale onus nominatim filio iniunctum in eius persona consistere nō poterat, nam tūc semper a cohæredibus videtur repetitum, vel ctius primordialiter ipsis ex legis interpretatione videtur iniunctum, vt d.§. sed nostra, quod expressum repetit in legitima patroni, vt ibi. in legitima autem filij magis est, vt ipse implere condi.dandi teneatur, datumque a cohęredibus recuperet hodie si minuat legitimam, eaque suppletio fiat ipso iure, vt hic, & l.scimus, infra eod.quasi in tāto minus ab initio scriptus videatur, quantum condit.impl.causa erogauit.

228

Et ad hanc rem collige plura argu. supra nu.177. & infra nu.233.vbi indistincte in omni cōditione † potestatiua resoluo cessare legē nostrā, vt nec ex toto, nec ex parte tollat cōditio, licet per eius implemētū minueretur legitima.

229

Contra superiorem conclusionem noue, & fortiter oppono. Nā filius sub cōditione dādi potestatiua, qua impleta, eius legitima minueretur, aut eam impleuit, & tūc quasi approbauerit testamentum, cessabit querela, l.pen.& fin. ff.de inoff.testam.l.parentibus, C.eod. sicque cum iure digestorū supplementum legitimæ non esset inuentum, ipse fraudatus maneret, dum pie vult patris præcepto acquiescere. Aut conditionem illam explere nolebat, & tunc excludebatur a iure dicendi nullū, l.si pater.C.de inst.& substi.l.filius a patre, ff.de libe.& posthum.l. libertus sub conditione, §.existimo, ff.de bonis liber. Similiter excludebat a bono.poss.contra tabul.quæ nunquā datur institutis, etiā sub quauis conditione, l.3.§.sub conditione, & §.si sub ea. ff.de contra tabu.l.2.§.1.ff.de secundum tabu. Denique videtur etiam cessare querela argumento legis, filijs matrē, C.de inoff.testa.& quia frustra tot leges dicerent posse filium sub conditione potestatiua institui, licet in eius defectum non exhæredetur, si liberum esset ei querelam mouere, sicque testamentum euertere.

Quid dicendum? Et sane quòd cesset ius dicendi nullū, & etiam contra tab.bo.poss. verissimum est, quòd autē cesset querela, id omnino abnegamus. Nam si conditio expleri posset legitima salua integraque manente, tunc verum esset cessare querelam, & hoc casu intelligenda est d.l.si pater cum concord. cæterum si impleta conditione minueretur legitima, non est cur denegetur querela, non secus, quam si ab initio minus quam legitima esset huic filio relictū, vt in l.cùm quæritur, & l.parentibus, C.de inoffi.testam.§.fi. Inst.e.l.Papinianus, §.quarta & §.quoniam autem quarta. ff.eod.tit. Nec oberit huic filio, quòd conditionē expleuerit, nam per hoc non videtur testamentum approbare, l.1. ff.de condictione caus. data. Quòd si ante implementum cōditionis velit querelam mouere, liberū ei erit, argumēto legis filijs matrem, C.de inoffic.testa. Neque his casibus compellitur secundum tabu. bono. poss. pendente condi-

230 tione accipere, nam ea† secundum tabul.bon.poss.dat, quādo conditio erat casualis vel mixta, non sic quādo erat potestatiua, nam Prætor non voluit efficere, vt filius sub potestatiua conditione institutus posset eius implementū prętermit-

termittere, accepta secundum tab. bon. poss. arguméto tex.
in d. §. existimo, & quia tali casu non tam sub conditione,
quam pure filius vocatus videtur, l. 1. §. si sub conditione,
231 ff. si quis omi. causa. Et ita est intelligendus tex. in †d. l. 1. §.
1. ff. de secundum tabul. in verbo, qualis qualis conditio. vt
procedat non solum in conditione mixta, sed etiã in casua-
li, non autem in conditione potestatiua, præsertim, quia ri
diculum est dicere, quòd pendente conditione potestatiua
daretur secundum tab. nam tunc ex secundum tabu. bono.
poss. duraret in æternum, cum talis filius nũquam, vt vero
simile est, impleret cõditionem. Isque sensus suadetur, dũ
tex. ille subdit, & quanuis defecerit conditio, tamen prętor
filium qui admiserit secundum tabu. tueri debebit, sed nul-
li dubium, quin tali tuitione indignus esset filius, qui omit-
teret explere conditionem potestatiuam, ergo necessario
intelligendum in conditione tantũ casuali, vel mixta, sicq;
in nostro casu cùm cesset secundum tabu. bon. poss. & etiã
ius dicendi nullum, & bono. posses. contra tabu. vt iã osten
dimus, meritò vltimo loco confugiendum est ad querelã,
vt in §. tam autem, Inst. de inoff. testam.
232 Vnde infertur nouus intellect. ad †legẽ filijs matrem, C.
de inoffic. testam. vbi filio a matre sub cõditione (si emãci-
paretur a patre) instituto, denegatur querela, quia illa con-
ditio eius vtilitatem respiciebat, quæ quidem querela sibi
non denegaretur, si ea conditio eius cõmodum non respi-
ceret, vt ibi aduertunt Pau. & Salice. Neque ad rem perti-
nuit, quòd institutis liberis detur secundum tabul. l. 3. §. si
quis ex liberis. ff. de contra tabu. etiam si essent sub condi-
tione vocati. vt ibi in §. sed si sub conditione, & in §. si sub
ea. & in l. 2. §. 1. ff. de secundum tabu. nam illud necessariò
intelligendum est in testamento patris tantum, non etiã in
testamento matris, cuius præteritio habetur pro exhæreda
tione, §. mater. Insti. de exhæreda. liber. exhæredatis autẽ
expressim, vel interpretatiue non subuenit Prætor. le. 1.
post prin. l. non putauit. §. 1. ff. de contra tabu. vnde in ma-
tris testamento contra tabu. cessat l. illud, §. ad testamenta,
ff. eodẽ, & vt liberis a matre præteritis contra tabu. denega
tur quia matris præteritio habetur pro exhæredatione, ita
quoq; liberis a matre sub cõditione institutis denegatur se-
cundum tabu. quia deficiente conditione, tales liberi pro
exhæredatis haberentur, sicque illa secundum tabu. in con
tra tabul. conuerti non posset. Nec dubium est, quin sub
conditione institutis tunc demum pendente conditione a
Prætore datur secundum tabul. quando eadem conditione
postea deficiente ab eodem Prætore is hæres posset per cõ
tra tabu. tueri & cõseruari in possessione rerum hæredita-
riarũ, vt in d. l. 2. §. 1. quæ tuitio & conseruatio per cõtra ta.
bu. fieri non potest in testamentis fœminarum, quarũ præ
teritio pro exhæredatione habetur, idemque in institutio
ne cõditionali deficiente postea cõditione, ergo, &c. Et re
vera tã contra tabu. quæ datur præteritis, quam secundum
tabu. quæ liberis sub conditione institutis conditione pẽ-
dente datur, longe aliena est a fœminarum testamẽtis, per
tinetque ad patris tantum testamentum, vt patet tã ex ver-
bis, quàm ex mente & sententia dictarum legum, ideoque
in testamentis fœminarum pendente tali conditione datur
querela, nisi cõditio respiciat vtilitatem ipsius filij, vt in d.
l. filijs matrem, quæ querela non daretur, si secũdum tab.
competeret, d. §. tam autem. Fateor tamen, quod filius in
stitutus pure a matre, habebit secundum tabul. nec mirum,
quia etiã dareť extraneo pure instituto siue a patre, siue a
matre, vt in §. sunt autem. Institut. de bonorum possessio.
Vnde apparet veram non esse eam communẽ opin. quã
tenent Cinus, Petrus, Alberic. Bar. Bal. Salice. Paul. Fulgos.
233 Iaso. & in alijs in d. l. filijs matrem, intelligẽtes, ꝙ ibi † filius
pendente conditione posset secundum tabu. accipere, etiã
eo casu, quo talis conditio commodum filij non respice-
ret, quod est contra supra dicta. Eo autem casu, quo illa cõ-
ditio filij vtilitatem respicit, cessat querela, vt ibi, & pendẽ-
te cõditione dabitur curator bonis ad vtilitatẽ filij, vt per
totum, ff. de curatore bonis dando. Vel forte secũdum tab.
hoc casu non denegabitur etiam pendente cõditione, cum
hoc casu cesset querela. Et hoc casu communis supra rela-
ta defendi potest.

Collige ergo ex superioribus nouam doctrinam, vt si fi
lius olim sub conditione potestatiua, quæ in faciendo cõsi
steret, esset scriptus, cessabat querela, quia sibi imputabat
si conditioni nolebat parere, quòd si ea cõditio cõsistebat
in dando, adhuc idem, si modo impleta conditione integra
adhuc manebat legitima, quòd si diminuta maneret, tunc
olim querelã posset mouere, l. cùm quæritur. C. de inoffic.
testa. cum concor. ergo hodie talis cõdi. non reijcitur per
hanc l. sed si impleta conditione legitima minuatur, supple
bitur per l. omnimodo supra eod. tit. sicque is casus nõ per
tinet ad l. nostrã, per quam indistincte potestatiua cõd. nõ
reijcitur vlla etiam ex parte.

Denique d. l. filius matrem, C. de inoffic. testam. videtur
procedere, inspecta sui generalitate, etiam si mater nõ ha-
beret legitimam causam male suspicandi de marito suo. be
ne facit, l. quia poterat, ff. ad Trebel. §. sed neq; Inst. de aut
tuto. l. si emancipatus. 2. ff. de contra tabu. l. si quis in suo, §.
legis. C. de inoffi. testam. l. quia autem, §. 1. & etiam in prin.
ff. quæ in frau. cred. Vnde similiter videtur inferri decisio
234 illius quęstionis sat cõtrouersę, an hodie mater † possit pro
hibere, ne marito quæratur etiam quo ad legitimam vsus-
fructus hæreditariarum rerum suarum, quas filio commu
ni reliquit, vt sic ea prohibitio acquisitionis teneat etiam
in legitima. Qua in re gl. 1. in auth. vt liceat matri & auiæ,
in pri. tenet, quòd talis prohibitio etiam in legitima tenet.
Et sequitur Ange. ibi, dicens glo. esse singularem. Sequitur
etiam Bal. in l. filiæ cuius, col. fi. C. fam. her. Hanc opi. sequi
tur & dicit communiter teneri Salic. in fi. d. l. filijs, qui sub
dit ita tenuisse nostros maiores. Sequitur etiam Pau. sequi-
turq; Bald. ibi. in fi. ff. de quibus non meminit Roderi. Xua
rez in loco infrà allegando, quod etiã sequitur Ias. n. 151.
in l. cum filio, ff. de leg. 1. & ibi Paulus, colum. 5. ad fi. & etiã
Cumanus, sicq; ista est cõmunis opinio. Mouẽtur omnes
per tex. expressum in authe. excipitur. C. de bonis quę lib.

Sed contrarium tenent Bar. in d. authe. excipitur, & idẽ
Bar. in tract. de duob. fratr. & Rode. Xuarez in l. quoniã in
prioribus, fol. 49. in 1. limi. & Ful. & Pau. & Cor. in d. auth.
excipitur, de quibus Roder. vbi supra nõ meminit. Et ip-
se Rode. ait se ita cõsuluisse in quadã muliere nomine Ma
ria Sãchez de Sorgollo, apud prouinciã de Vizcaya, & ita
fuisse pronũciatũ in regia Cancellaria, licet etiam pro pri-
ma opinione fuerit similiter secundum ipsum in alia causa
pronunciatum. Quid tenendum?

Tenentes hãc secundam partem. quatuor principaliter
pro se adducunt. Primùm, quòd legitima hodie nullum pa
titur onus, l. quoniam in prioribus, hoc titulo. Secundum,
quòd per totum titulum de bon. quæ lib. ꝙ de bon. mater.
C. licet in bon. mater. & aduentitijs filius per legem habeat
proprietatem, tamen negari non potest, quin patri acquira
tur vsusfructus, atqui nemo potest facere, quin leges locũ
habeant, l. nemo potest, ff. de legat. 1. Tertium, quia text. in
rub. in d. authen. vt liceat matri & auiæ, ait, vt liceat matri
& auiæ post legitimam portionem liberis relicta quomo-
do voluerint residuam facultatem disponere. Ergo quo ad
legitimam non licet quomodo voluerint disponere, neq;
de proprietate, nec de vsufructu. Quartum per tex. in d. au
then. vt liceat matri & auiæ, in prin. vbi, postquam reliq
rint filijs partem quæ lege debetur, quod reliquum est sua
substantiæ donare. Ergo vsque ad mensuram modumq
legitimæ nihil disponere possunt. Quintum per d. auhẽ. i
prin. in ratione decidẽdi dum ait, hoc enim & extraneis r
linquere poterant. Cum enim mater filium instituit, pro
hibitionem siue alienationis, siue paternæ acquisitionis f
cere poterit liberrime in eo, quod est vltra legitimam, leg
timam autem attingere non potest.

Neque ad rem pertinet tex. in authen. excipitur, supra
leg. Nam resp. Rodericus Xuarez vbi supra, quòd proc
dit ex infideli traductione Irnerij. Vel (verius) ille text. l

qui

quitur simpliciter, vnde est intelligēdus, quādo extraneus filium f.hęredē instituit sub hac cōditione, ne vsusfructus patri acquireretur, vel sub hoc modo, vel ordine, ne ei vsusfructus quæreret. Id quod expressum similiter est in d.authen.vt liceat matri & auiæ, in prin.ibi, hoc itaque nō solū parētibus, sed etiā omni personæ licere pręcipimus. Vnde apparet morsus Roderici vbi supra aduersus Irneriū liuore, & calumnia plenos fuisse, nec enim meruit reprehēdi.

Verum licet d.authēti.excipitur, in qua potissime affirmatiua opinio, vt etiam quo ad legitimam acquisitio vsusfructus possit prohiberi, fundatur, nō satis sufficiēter probet nostram conclusionem affirmatiuam, tamē eā ausim verissimam dicere, vnde apparebit Rodericū Xuarez perperam consuluisse, & peius per auditores pronuntiatum fuisse. Nam quod extraneus possit filiūf.instituere sub hac cōditione, modo, vel ordine, vt vsusfructus nulla penitus ex parte patrif.quæreretur, id apud vtriusq; partis authores certum, fixum, indubitatumq; semper fuit, vt probat in d.authen.excipitur, & in d.authē.vt liceat matri & auię, in prin.& in l.quidam cum filium, ff.de hære. insti. Vnde apparet nihilo obesse quod dicebamus, neminē posse facere ne leges locum haberent in suo testamento, vt l. nemo potest, ff.de legat. 1. quinimò per ipsas leges permissum est testatoribus vetare, ne vsusfructus patri acquiratur, cum filiusf.hæres instituitur, & quod testatori extraneo licet, id etiam matri testanti debet licere, etiam quo ad legitimam filio debitam, cū vetare, ne vsusfructus patri quæratur, id non sit onus, sed emolumētum, commodum, & prouisio vt probat d.l.filijs, C.de inoffi. testa. in qua fundatur dict. glo. Itaque licet contraria opi. videretur probari ex dupli capite, primum quia generaliter inductum est, vt in bonis siue maternis, siue aduentitijs vsusfructus patri queratur, tamen contra istud principiū iuris potest dispensari ex voluntate testantis, vt diximus. Non quoque obst.secundum caput, scilicet quia de legitima omne onus deducitur, vt in d.l.quoniam in prioribus, quia contra istud præceptum similiter dispensatur, quando adiectio illa respicit ipsius filij vtilitatem, sicque ei prodest, tantum abest vt nocere videatur, vt probat d.lex filijs, & non solum est cōmunis, sed ēt receptissima opi.vt supra retulimus. Nō obst.tertiò tex. in rub.d.authen.matri & auiæ, & etiam in nigro eiusd.authē. in prin. Nā sensus re vera illius tex.est, licere matri & auię legitima portione filio, vel nepoti relicta, residuum hæreditatis etiam extraneo dare, prohibere autem, ne id patrif. acquiratur quo ad proprietatem, & etiā quo ad vsumfructū, id eis generaliter licet, non solum in eo quod est vltra legitimam, sed etiam in ipsa legitima, quasi dicat, extraneis concedere in præiudicium filij non licet nisi id tantum, quod vltra legitimam est. In vtilitatem autem filij vetare, ne patri penitus quicquam etiam quo ad legitimam acquiratur, id matri testanti licitum est, vt pote ipsi filio fructuosum, vtile, conducibile. Sicque tantum abest vt tex. ille cōtra nos vrgeat, quòd potius nostram tuetur sententiā, quæ ēt absq; illius tex. præsidio ex superioribus satis fulcita est.

Hæc obtinent, quando mater filium hęredem fecit sub
235 hac conditione, si emanciparetur a patre, vt sic ei † vsusfructus non quæreretur. Sed an poterit etiam efficere, vt licet in patris potestate manserit filius, adhuc ei vsusfructus nō acquiratur? Et puto, quòd sic, per dict.authenti.excipitur, & d.authen.vt liceat matri & auiæ, in pri. Nam cum similis prohibitio efficax sit cum fit ab extraneo, non est cur non similiter efficax intelligat, licet fiat a matre, quanuis vtroque casu duret patria potestas, cum & in alijs quinque casibus pater desinat acquirere vsumfructum maternorū, vel aduentitiorū bonorū, quos enumerat gl. in d.pri.in authen.vt liceat matri, & auie, licet contrarium etiam in hoc teneant Bar.& Xuarez vbi supra.

Denique quo ad intellectum d.l.filijs matrem, hoc titu
236 lo, in tex.ibi, emancipati, sunt qui putent, quòd † conditio emancipationis apposita in institutione filij, de consensu ipsius reijci potest. Hanc conclusionem in specie tenuit solus Bal.in authen.ex causa.n.23.C.de liber.præt.quæ videtur vera ex sequentibus.

Primò p tex.in l.stipulatio ista, §.inter certā, ff.de verbo.obliga.vbi dilatio apposita in fauorem alicuius, de cōsensu ipsius reiji potest, habebiturque perinde, ac si apposita non esset, sed conditio emancipationis apposita in filij institutione respicit vtilitatē ipsius, ne hæreditas illa patri suo quæratur, eiusque emolumēto ipse filius fraudetur, ergo dicendum est talem conditionem de consensu ipsius filij cuius fauore apposita fuit, reijci posse. Et hanc vtilitatē considerant communiter in d.l.filijs matrem, scribentes, dū tenent fere omnes hanc conditionem ipso iure reijciēdam non esse de legitima filiorum, etiam stāte, l.quoniā in prioribus, C.de inoffi.testa.& in d.l.quoniā in prioribus. 1. limitatione. Ita docet Rode.Xuarez, & est cōmunis opi. vt per nos infra limit. 1.

Deinde in fauorem huius cōclusionis facit optime tex. in l.post mortem, C.de fideicommiss. vbi qui post mortē suam hęreditatem restituere iussus fuit, is eandem hæreditatem ante mortem restituere potest, vt conditio, seu dilatio tacitam conditionem in se habens, quæ fauorem ipsius rogati respiciebat, & de consensu & voluntate ipsius reiji possit, haberiq; perinde ac si apposita nō esset. Quòd autem in d.l.si post mortem, is qui post mortem suam restituere iussus est sub conditione etiam casuali videatur rogatus, probat tex.ordinarius in l.hæres meus, ff.de condi. & dem.tex.singularis in l.quibus diebus, § quidam Titio, ff. eodē. Vnde cū in d.l.si post mortē, rogatus fuisset quis, vt sub conditione hac casuali restituere fidei.si superstes fideicōmissarius foret ipsi rogato, patre mortuo, is rogatus neglecta illa cōditione posset statim restituere eā ratione, q talis conditio ad prouisionem, & vtilitatem ipsius rogati pertinebat. Superest ergo, vt in specie nostra is filius, q sub cōditione, quæ tantum commodum, & vtilitatē eius spectabat, institutus fuit, eandem conditionem possit negligere. Isq; tex.de quo nullum scribentium vnquam meminit in proposito re vera decidit quæstionem nostram.

Tertiò & in fauorem huius conclusionis est tex.in l. si Titio centum, in prin. 1. respōso.ff. de cōditionibus & dē. vbi prohibitio alienationis, quæ solius prohibiti vtilitatē respicit, potest negligi, neque obseruanda est. Cuius rei ratio est ea, quòd magis consilij, quam præcepti potestatem habere videt, & consequenter de necessitate obseruanda non est, l.cùm pater, §.mando.de legat.2.ff.quod in specie probat tex.in l.filiusfamilias, §.diui.de leg.1.l. pater filium §.Iulius Agrippa, ff.de lega.3. Nisi forte is prohibitus minor ętate esset prodigus, vel alias minus industriosus, qui non posset non parere voluntati testatoris, etiam si solius prohibiti commodum respiceret, vt probat tex.singularis in d.l.Titio centum, in prin.in 2.responso.& tex.secundū verum intellectum in l.2.C.de vsucapio.pro emp. Cuius rei ratio est, q licet maiores possint re sua abuti. vt in l. ius re mandata.C.mand.l.sed & si lege, §.consuluit, ff. de peti. hæred.possintq; iuri suo renuntiare, atque præiudiciū facere, vt. in l.penul.C.de pact.l.si quis in cōscribendo, C.de episcopis & clericis, attamen minores, cæterique minus industriosi, quales sunt prodigi, & similes his nō possunt rebus suis abuti, iuribusq; suis præiudicium facere, vt patet per omnes titulos restitutionum. Cum ergo is qui prohibitus est alienare, quæ prohibitio solius prohibiti vtilitatē respiciebat, possit eam negligere, eique renuntiare, ita in specie nostra is filius huic conditioni emancipationis, quę eius vtilitatem respicit, renuntiare poterit, non secus, quā in cæteris iuris speciebus, iuribus, vtilitatibusque suis præiudicium facere potest.

Quartò & in fauorem huius conclusionis facit tex.in l. 1.& in l.cum proponas, C.de pact.& in l.fideicōmisso.C. de transact.& in l.qui Romæ, §.duo fratres, ff.de verborū obligatio.in quibus iuribus habetur, fideicommissum reciprocum appositum in institutione filiorū de cōmuni eorum voluntate reijci posse, idque ea ratione receptū est, q tale

tale fideicommissum ad commodum ipsorum principali
ter pertineret,non ad incómodum, vt probat tex. in l.si pa
ter puellæ,C.de inoff.testa.in verbo, calúniosam inofficio
si actionem,& iterum in verbo, aduersus iustum iudiciū.
Quemadmodum ergo id fideicommissum, quod duorū
pluriumue vtilitatem respiciebat,de communi eorundem
consensu reijci potest, ita quoque in specie nostra hæc cō
ditio emancipationis, quæ solius filij vtilitatem respicie-
bat,de volūtate ipsius solius reijci pōt. Vnde infert plena
resolutio seu cōfutatio eius rationis.in qua iacet fundamē
tum eorum,qui communē defendūt:aiūt enim, quod ista
conditio emancipationis respicit solam vtilitatē ipsius fi-
lij,ergo,inquiunt,reijci non potest.Quæ ratio apertè cō-
trouerti potest: quinimò dicendum est ideo potissimū de
voluntate ipsius filij reijci posse, quòd eius solius vtilitatē
respiciat:si.n.ad alterius quoque vtilitatē pertineret,tūc de
volūtate ipsius filij missa fieri nō posset,ex regula, quæ ha
bet, Vnumquemque iuribus suis non alienis præiudicium
facere posse.Item ex regula quæ habet,Quod omnes tan-
git,ab omnibus approbari debere.Itaque non bene dedu-
cit? Hæc conditio emancipationis respicit solius filij vti-
litatem,ergo de voluntate ipsius reijci non potest.Quini-
mò oppositum plane dicendum est, non secus,quam in d.
l.1.cū concordantibus,fideicommissum reciprocū appo-
situm in institutione filiorum de consensu ipsorum ideo
reijcit,quod ad eorum duntaxat vtilitatem pertineat,vt su
pra probatum est.Itaque deceptio doctorū inde effluxisse
videt,quòd recte sequitur, Conditio emancipationis re-
spicit vtilitatem filij,ergo non reijcit ipso iure per legem,
quoniam in prioribus,quæ filio consultum voluit, attamē
reijci potest per ipsum filium.Itaque quæ ratio suadet ta-
lē conditionem vt pote filio vtilem & fructuosam ipso iu
re reijciendam non esse,eadem quoque ratio coget nos fa
teri per ipsum filium omitti posse.

Quintò eadem quoque pars probat tali cōsideratione.
Nam licet dispositio quæ fit in vim præcepti obliget nos
vt in l.legis virtus,cum vulgatis,ff.de legibus,ea tamen di-
spositio quæ fit in vim cōsilij, qualis est huiusmodi cōdi-
tio emācipationis,de qua in specie nostra, nō obligat, quin
imo impune negligi,& omitti potest,tex.in §. tua tantum
gratia.Insti.de manda.& in l.cum pater,§.mando.de lega.
2.in huiusque rationis vi consistit dispositio legis,filiusfa.
§.diui.ff.de legatis.1.cum similibus suprà adductis.

Postremo & nostra pars suadet tali consideratione. Nā
quæ inducta ad vnum effectum, non debet operari cōtra
rium effectum,sed conditio,de qua in specie nostra, ex cō
fessione omnium pertinet ad solius,filij vtilitatē, quę vtili
tas controuersa esse videt,si ipsi conditioni filius renuntia
re nō posset,ergo intentum.Quòd autem inducta ad vnū
effectum non debeant operari contrarium, probat tex.or
dinarius in l.legata inutiliter, ff.de lega.1. vbi late per Iaso.
cæterosque modernos,& in l.legata inutiliter. ff. adimen.
lega.tex.notabilis in l.3.§.si emancipatus,ff.de bono. pos-
sessio.contra tabulas, facit l.non omnes, ff. si certum pet.
Item quòd vtile esse non videtur,id quod quis de volunta
te sua prætermittere non potest,probat tex.in §.præterea
vbi multa congerunt moderni.Insti.de actionibus. Vnde
confessio doctorum hanc conditionem ad solius filij vti-
litatem pertinere recte existimantium, eadem coget nos
fateri ab ipso filio huiusmodi conditionē prætermitti pos
se.Et tenendo hanc partem,parum obest fundamentū exi
stimátiū hác códitionē reijci non posse, quales sunt. Ale.
in l.multi non notæ causa,colū.fina.ff.de liber. & posthu-
mis,& Iaso.ibi num.6.idem Ias.in l.filijs matrem, in prin
cipio.C.de inoffic.testa. & Car. qui post aliquos antiquos
quos refert idem simpliciter sequit in l.in suis, numer.83.
ff.de liber.& posthum.idem sequit Xuarez, in l. quoniam
in prioribus,in prima limitatione, fol.47. columna tertia,
nam ratio,qua mouetur, plane nostrā firmat sententiam,
vt diximus in quarto fundamento,tantum abest vt obesse
videatur, &c.

Denique communis opinio tenenda est contra Bal.per
tex.in l.suus quoque in princ.& §.puto,cum l. sequē.ff.de
hæredibus insti.& in l.iam dubitari,& in l.Cornelius,eod.
ti.l.verba hæc,& l.fin.ff.de conditio. instituen.l. conditio-
nibus pupillus,ff.de condi.& demon.l.si pater, C.de insti.
& sub.in quib.iurib.habet filium sub conditione potesta-
tiua institui posse,licet in defectum eius non sit exhæreda
tus,nec posse patris hæreditatem consequi, nisi per prius
impleat conditionem,& tamen nullus dixerit,quòd in ter
minis illarum legum si illa condi.potestatiua respiceret ip
sius filij vtilitatem posset prætermitti,nam præterea quod
per hoc violaret generalitas illarum legum, est in specie
contra dictam,l.Cornelius,& d.l.verba hæc,& d.l.iam du
bitari,vbi filius fuit sub hac conditione,si velit, institutus,
quæ condi.nullus negarit,quin filij vtilitatem respiciat,aut
saltem nullus abnegabit, quin euidentiorem filij vtilitatē
respiciat,quam hæc conditio emancipationis,& tamen fi-
lius non aliter hęres erit,quàm si per prius illa conditio im
pleat,vnde filius interim decedens non transmittit, quod
magnum incommodum reputat, vt tenent Paul. in l. suus
quoque,in princip.vbi Bal.& alij,ff.de hęredibus institué
dis.Sic ergo & in proposito hæc cōd. emancipationis licet
filij vtilitatem continere videret, tam est implenda esset
ex necessitate.Confirma per l.si ita legatū,§.illi si volet,ff.
de lega.1.vbi similiter illa conditio, si volet, vtcunque in
vtilitatem legatarij adiecta videat,tamen facit legatum cō
ditionale,impeditque vtilitatem transmissionis. Tenendo
hanc partem, tunc ad iura in contrarium adducta respon.
quòd procedunt in oneribus,vel modis,& similibus, quæ
veniunt implenda post relicti acquisitionē, quæ si in fauo
rem solius onerati imposita sint,tunc per eum possunt prę
termitti,& dat ei retentio acquisitorum,secus in conditio
nibus,quæ impediunt acquisitionem ante ipsarum imple-
men.vt in §.sin autem aliquid sub conditione,C.de cadu-
cis tollend. & in l. quibus diebus, §. Termilius, vbi Bar.
Paul.Socin.& alij,ff.de cōditionibus & demōstratio.Prę-
terea quòd conditio emācipationis respiciat solius filij vti
litatem,id omnino negādum est,per tex,in l.si quis in suo
§.legis,infra hoc ti.ibi, & patris odium punire, vbi appa-
ret,quòd talis conditio sæpe apponit,non tam vt mater fi-
lio prodesset,quàm vt patri obesset.Et sic contra Bald.te-
net etiam Iaso.in d.l.filijs matrem,col. 1.& Alex.in l. mul
ti non notæ,ff.de lib.& posthu.& vi Bal.in d.l.si pater, C.
de inst.& subst.& Fabr.in d.l.quoniam in prio.Are. consi.
19.Ex facto proponit.Denique d.l.filijs matrem,in matre
tātum procedit,non sic esset in patre iure isto,quia hęc cō
ditio cum pendeat non solum ex volūtate filij, sed etiam
ex voluntate patris,non potest dici potestatiua,sed mixta,
vt in l.1.C.de insti.& subst. cum ibi notatis, & in l.lega-
tum.C.de conditio.insertis,& consequenter testamen.nō
valeret,in quo filiusfamilias a patre sub conditione mix-
ta institutus esset, in cuius defectum non esset exhæreda-
tus,vt in l.si pater.C.de institutionibus & substi.& l.filius
patre,in prin.ff.de liberis,& posthum. Quod autem in d.l.
237 filijs mixta cōditio esset,patet, quia filius inuitus † eman-
cipari a patre non potest Bar.per tex. ibi in l. quidam cum
filium,nu.3.vbi Ias.nu.decimotertio, ff.de verborū obliga-
tionibus,l.iubemus,in fine,C.de emācipatio.liberorū,tex
in authē.quibus modis nat.effic.sui.§.generaliter. Simili-
ter pater nō cōpellit filiū emācipare,vt probat in d.l.filijs
& in l.nec auus.C.de emācipatiō.libe.& in l.filiusfam.§.se
cundum vulgarem,ff.de lega.1.tenent gl.& docto.com
muniter in d.l.filijs,Bar.& Iaso.vbi supra.

Hinc infero grauiter errasse Ias.in d.l.filijs, qui in nu.
238 tenuit expressim ibidem esse † cōditionem potestatiuam
cuius contrarium probatum vides.

239 Illud autem cōtrouersum est,an † hodie dicta.l. filijs ma
trem, locum habeat. Nam cum proprietas maternorum
bonorum hodie patri non acquiratur,vt per totum, C.
bonis maternis, & vsusfructus acquisitio eorum bono
quæ regulariter patri acquiritur, possit prohiberi per m

item,certè videtur,quod dicta.l.filijs necessaria non sit.vt in authentic. excipitur. C.de bonis quæ liberis & ita tenet Baldus in dicta lege, filijs.& Paulus in lege, si quis in suo. §.legis.infra hoc titu.Sed in contrarium est vera & communis opinio, vt proximè dicemus circa intellectum legis nostræ, & in specie tenent Iaso.in dicta lege, filijs,columna secunda.& Paulus & Alexander in lege,cum ex filio.in princip.ff.de vulgarib.Bartolus,& Salicetus in dicta authentic.excipitur. Ad quam potes respondere,quòd licet illud videatur sufficiens remedium, tamen expedit nobis habere plura remedia,præsertim cùm magis radicitus separetur filius à patre per emancipationem,quàm per talem prohibitionem,id quod ipso filio vtilius est,si re vera pater malè morigeratus erat.

Illud autem dubium est, an d.l.filijs matrem. procedat etiam in patre,qui sub conditione simili quæ mixta est,& filij vtilitatem respiceret,eum instituere posit? Qua in re Aretin.in l.testamenti. C.de inofficioso testamento tenet quòd sic,etiam iure digestorum.

Contrarium tenent Baldus,& Paulus,colum.fin.in fin. & Iaso.columnn.secunda in medio.in dicta lege, filijs matrem. Cuius controuersiæ vera compositio est,quòd iure
241 digestorum non poterat † filiusfamil.sub mixta conditione à patre institui,licet eius vtilitatem respiceret,l.si pater. C.de institutio.l. filius à patre.ff. de liberis, & posthumis. Iure autem Codicis vt filius potuit ex toto præteriri aliquo sibi relicto,longè faciliùs potuit sub quauis conditione institui.Ista est vera & communis opin.per legem nostram. & dictam l.omnimodo. etiam si in defectum illius conditionis non fuisset exhæredatus. vt resoluimus suprà ampliatione prima. iure verò authenticorũ potest.§. aliud quoque.in authenti.vt cum de appellatione cog. Similiter
241 potuit sub quauis conditione † institui, licet in defectum ipsius exhæredatus non esset. Ita tenent Ias.colum.secunda.post alios in dict.leg.filijs.Bartol.in dicta lege, cùm ex filio,in princip.ff.de vulgarib.Bald.in authent.ex causa.C. de liberis præto.colum.septima.Angelus,Alexan. Iaso,& alij in lege.multi.ff.de liberis & posthumis.Guilielmus.& Alexander,in authent.non licet.C.de liber.præter.Iaso.in l.si pater.C.de institution.& substitution.numer.decimotertio.vbi Corne.columnn.sexta.Alexander numero duodecimo, & numero decimoquinto , & numero decimosexto.Rodericus Xuarez hic folio octauo.columnn.2.Iaso in l.filius à patre.suprà allegata num.8.Paulus, & Iaso numero quarto , in l.si mater.in prin.ff.de vulgarib.vbi hanc dicit communem.

Tenendo hanc partem , ad l.si emancipatus.2.ff.de con
242 tra tabul.legem. † Seius Saturnius.ff.ad Trebell.d.l.si mater in princ.d.l.multi.& d.l.cùm ex filio.in prin. responde, quòd procedunt in filio emancipato . Item procedunt in filio respectu matris. Item & tertiò etiam in filiofamilias respectu patris,dummodo sit exhæredatus. Nam cùm ex hæredatio semel firmet testamentum , tunc si exhæredatus moueat quærelam,repellitur ea exceptione,quòd exhæredatio bona mente,& in suam vtilitatẽ facta fuit.Non sic si præteritus esset à patre,etiã bona mente, quia adhuc testamentum nullum esset:itaq; bona mens firmam reddit,vtilemq; exhæredationem,preteritionem verò minimè.Sicq; iure digestorum verisima erat opinio Ias.& aliorum contra Areti.vbi suprà. Vnde collige necessariam do ctrinam,vt olim neq; præteritio,neq; conditionalis institutio facta,etiam bona mente,firmum redderet testamentum non magis,quàm si mala mente fieret.Secus in exhæredatione , in qua ad exclusionem quærelæ fiebat distinctio,fieret ne bona,an mala mente.

Amplia. decimoseptimo vt reijciatur per hanc legem
243 etiam conditio † potestatiua facillima,qualis est illa conditio,si voluerit. Hæc est communis opinio , quam tenuerunt Imola in lege finali, columna decima.ff.de conditione,institutione.& Bald.hic.& Pau.in dicta lege,suus quoque in principi.columna secunda. Salice.& Paul.hic Alex. in d.l.si pater.C.de institutio.& substitutio.col.8.in princ. Corne.col.3.& ibi Ange.Bald.in d.l.suus quoque.in prin. & est de mente glo.ibi.in verb.constat.sensit gloss.magna in fin.in dicta lege,si pater.vbi Iaso, numero vigesimo.& idem Iaso.hic.Imol.in l.Cornelius.& in lege,iam dubitari.ff.de hæredibus instituend. & Aretinus hic. Rodericus Xuarez hic in quinta ampliatione . Gregorius Lupus in lege vndecima,titulo quarto,parte sexta,in glo.que es en poder.per dictam legem vndecimam,& legem nonam,eod. titu.l.17.titu.1.parte 6.

Contrarium tenuit Bart.in d.l.suus quoque.qui nullum fundamentum allegauit, vel nullum fundamentum habuit secundum Rodericum Xuarez vbi suprà. qui satis os durum habuit aduersus virum egregium , & in nostra disciplina nulli secundum.

Sed cùm suprà ostenderimus nostram legem & similes non procedere in omnibus oneribus,sed in illis duntaxat, per quorum appositionem olim testament. vel in sui creatione vitiabatur , vel ex pòst facto resolutionis periculum per querelam , vel contra tabul.bono. possess.vel aliud remedium imminebat:cumque docuerimus per appositionem conditionis huius,si voluerit,testament.olim non periclitari , neque in sui creatione & primordio nec quo ad sui resolutionem,vt in lege, Cornelius,& in lege iam dubitari.ff.de hæredi.instituend.in lege verba hæc,& in lege finali.ff.de conditio. institut.superest , vt is casus ad legem nostram non pertineat, neque talis conditio hodie reijciatur,non magis,quàm iure veteri, vt latius docuimus in dicta lege,si pater puellæ, & in dicta lege omnimodo.suprà eod. vnde Rodericus Xuarez sat fundamentorum posset haurire,Bartolumque,cuius sententiam tuemur,inculpatum agnoscere .

Amplia.18.vt procedat, etiam si filius esset institutus,
244 vel aliter honoratus in maiore portione quã† legitima sub aliqua conditione,vel onere,nam adhuc onus ex toto reijcitur de legitima , nec tenetur filius compensare id , quod vltra legitimam sibi relictum fuit cum onere,quod tam legitimam, quàm id quod erat vltra legitimam respiciebat. Ita probat textus.vnicus in lege scimus.§. cùm autem.infra eod. facit. textus. in lege si libertus patrono. ff.de bon. liber.Quod in longè fortioribus terminis probat textus in
245 lege † vndecima.incipit. Libremente.titulo quarto parti. sexta.Et ita per illum textum tenent omnes doctores hic. Baldus in dicta lege scimus.in princip. & Paulus in l.fina. ff.de condi.institu.

Sed tamen de iure communi in eo, quod filio relictum fuit vltra legitimam indubitanter potest imponi omne grauamen.vt ait textus in dicto. §. cùm autem. licet aliud sit de iure regio.vt in dicta lege vndecima. Et quòd in eo, quod est vltra legitimam, apponi posit grauamen , est adeo verum , vt etiam si filiafamil. dotem à patre ceperit, pater posit in testamento onus fideicommiss.filiæ,seu doti à filia receptæ imponere, vt est textus notabi.in leg.fin. §.filiæ.ff. de legatis secundo . Ita docet Rodericus Xuarez hic in sexta,& iterum in duodecima ampliatione. Videbatur contra,quia ex causa dotis valet donatio inter patrem & filiamsfam.leg. Pomponius Philadelphus.ff.famil. herciscund. & in eo, quod semel perfectè exiuit à patrimonio nostro, non possumus onus imponere,lege perfecta. C. de donatione, quæ sub mod. Sed ratio decidendi est , quia dos imputatur filiæfamiliæ in legitimam , lege, quoniam nouella, hoc titulo. facit, lege omnimodo. §. imputari. suprà eodem. vbi latè diximus. sicque talis dos habetur perinde ac si ex vltima voluntate caperetur . argumento , lege à patre. C. de collatione , iuncta dicta lege , quoniam nouella, vnde vt si in vltima voluntate relicta foret , posset grauari , ita & si inter viuos . Præterea dos ita à patre proficiscitur, vt ad eum reuersura intelligatur, saltem ex patre , cum actio sit communis patri & filiæ. vt. ff. soluto matrimonio, lege quoties , cum alijs . Nec perfectè à nobis abscessisse videtur, quod ad nos reuersu-

reuerſurum eſt: vnde vt ſi in bonis noſtris perſeueraſ-
ſet, poſſemus onus imponere ei, cui id conceſsiſſemus,
ita. &c.

Sed tu multum ſignanter adde ad legem finalem. §. fi-
liæ de legatis ſecundo.quod Barto.Imo. Pau.Cuma.Bald.
Dinus, Alberi.ibi tenent pro conſtanti,quòd fideicom.ibi
246 non tenuit quo ad † legitimam, ſed quatenus erat in dote
vltra legitimam.id per fideicommiſſ.foret reſtituendum,
non vltrà,de eoq; tantum dubitant. Sed quo ad primum,
quod ponunt pro conſtanti, teneo oppo.quia vitiat literã,
mentemque illius textus, qui ſimpliciter in tenore teſta-
menti ait,iuſſam fuiſſe filiam vniuerſam dotem pati,vt ſti
pularentur fratres, & in deciſiones ait dotẽ ex cauſa fidei-
commiſsi reſtituendam. Ad legem.quoniam in prioribus.
reſpon.id verum de iure nouo.ſed iure.ff.grauamen pote-
rat imponi legitimæ, nec reijciebatur ipſo iure, ſed demũ
per querelam,l.filijs matrem, & l.ſi pater puellæ.à contra-
rio ſenſu.de inoffi.teſta. Teneo ergo,quòd tempore text.
illius & in eius terminis mero iure vſque ad totam legiti-
mam tenuit grauamen. Nec obſtat quòd dos ſit in domi-
nio mulieris.l. Pomponius Philadelphus.ff.fam.her.quod
mouit Xuarez.vbi ſuprà,& omnes doctores ibi. Nam re-
ſpond.quòd licet perfecta donatio non recipiat modifica-
tionem, vel limitationem,l.perfecta.C.de donat.quæ ſub
mo.tamen datio dotis licet per eam trãſeat dominium in
filiam,non eſt perfecta donatio, cum proficiſcatur ex ne-
ceſsitate.l.ſi.C.de dotis promiſsione. in neceſsitatibus au-
tem donatio non præſumatur, lege, rem legatam.de adi-
mendis lega.ff. qua ratione licet perfecta & ſimplex dona
tio facta filio non imputetur in legitimam tamẽ ſecus eſt
in dote.l.quoniam.nouella.C.de inofficioſ. iuncta doctri-
na Bartoli,in l.in quartam,nu.10.ff.ad leg.Falc. Quæ ratio
licet noua,tamen vrget, & dat intelligere, qua re etiam in
eo quod eſt vltra legitimam fideicommiſſ.teneat in dote,
licet ad mulierem pertineret.

Item valuiſſe teſtamen,in quo filia fuit præterita à patre
& dotis dationem excluſiſſe querelam, vide per Acoſtam
pag.94.in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ibi,ergo filia fuit
præterita. niſi diuines, hoc primò. Fideicommiſſum te-
nuit etiam infra legitimam, hoc ſecundò. Et vltra legiti-
mam, hoc tertio. Sed opp.ſi dotem ex neceſsitate dedit,
perq; hoc liberalitatem feciſſe non videtur, ergo in dote,
quam filia non à patre,ſed à lege habere videtur,non po-
teſt pater apponere onus.argu.l.ſi arrogator.ff.de adoptio.
l.vnum ex familia.§.1.de legat.2.ff. Reſp. Eſt intentio le-
gis, vt dos præſtetur iuxta menſuram legitimæ, quæ filiæ
deberetur.Hinc dicit Bar.in l.Titio centum.§.Titio gene
ro.colum.penult.in fin.ff.de conditionibus & demonſtra.
dotem ſuccedere loco legitimæ, quo fit, vt dos quatenus
excedit legitimam,id à patris liberalitate,non à lege profe
ctum videatur,& per hoc in eo poſsit grauamen appone-
re.argum.l.cohęredi.§.cum filię.de vulg.ff.Sed opp.quòd
id verùm,ſi in vltima volũtate relinqueretur, verum ſi in-
ter viuos, tunc onus, quod initio appoſitum non fuit, po-
ſtea in teſtamento apponi non poteſt.dict.leg.perfecta.&
in eo videretur ſimplex donatio.Sol.Quarta futura ſit le-
gitima filiæ meæ, cui dotem inter viuos tradebam, ante
mortem meam intellige(cum ſit quarta bonorum,quæ re
linquuntur tempore mortis,l.cum quæritur.C.de inoffic.
teſtamen. patrimoniumq; quotidie ſoleat augeri & dimi-
nui.lege defunctus.C.de arbitr.tutor.) non potui,quo fit,
vt ſi plus legitima dotis nomine dedi, non ita tam donan-
di, quàm recuperandi animo dediſſe videar, vnde potero
in teſtamento meo dicere,Siquid dos vltra legitimam con
tinere reperiatur,id reſtituatur.

Vides ergo quare valeat, teneatq; onus impoſitũ legi-
timæ,& etiam in eo,quod eſt vltra legitimam. Nam non
ſolùm dos pro concurrente quantitate legitimę,ſed etiã in
eo,quod eſt vltra legitimam, ex neceſsitate profectũ,non
autem animo donandi videtur: & cum ad patrem ſaltem
ex parte ſoluto matrimonio,& ad eius hæredes reuerſurũ
ſit,ſupereſt,vt illud poſsit alteri per fideicommiſ.relinque
re,non ſecus,quàm ſi eſſet in bonis ſuis.Quemadmodum
& quod mihi à debitoribus meis debetur, poſſum legare,
vt Inſtit.de legat.§.ex diuerſo.& l.ſi ſic.§.1.cum ſequent.
ff.de legat.1.l.ſi creditori.eod.titu.

Quòd autem etiam legitima liberorum olim patere-
tur omne grauamen,habes tex.clarum in l.vxori ff.de vſu
fructu legato.l.omnium.ff.de vſufructu.tex.in authen.de
triente & ſemi.§.prohibemus.ibi, legalem occaſionem.l.
ſi pater puellæ, & l.filijs matrem.ſupra eodem.& vtrobi-
que per Paulum Paulus etiam & Salice.hic,l.de fideicom-
miſſo. C.de tranſanctio.l.prima. & l.cùm proponas.C.de
pact.l.qui Romę.§.duo fratres.ff.de verborum obligatio-
nibus.l.cum acutiſsimi.C.de fideicommiſ.l.generaliter.§.
cùm autem.& l.ſecunda,& tertia.C.de inſtitut.& ſubſtit.
l.cùm auus.ff.de conditio.& demõſtrat. & in onere vſuſ-
fructus adempti tenent indifferẽter omnes doctores poſt
gloſſ.ibi in authent.nouiſsima.vbi diximus ſuprà eodem.
Vnde nimis pueriliter mihi viſus eſt Rodericus Xuarez in
hac lege, ampliatione ſexta.dict.§.filiæ.mirabilem appel-
laſſe, cùm procedat & nitatur in expeditiſsimis iuris ele-
mentis.Sicq; tenendum eſt,quòd iure.ff.legitima onus fi-
deicommiſ.patiebatur,licet propter illud onus ex poſt fa-
cto poſſet competere querela, ſi præſtito fideicommiſſ.le-
gitima diminuta manebatur, vt in l.cùm quæritur.ſupra
eodem,§.fi.Inſtitu.eod.lege.Papinianus.§.quarta autem.
& §.quoniam autem,eod.titu.adde Iaſ.in l.ſi fundum per
fideicommiſſ.aliàs ſi Titio pecunia.§.ſicuti.colum.tertia.
ff.de legatis primo.

Illud autem iuxta ſuperiora notandũ eſt,quod eſt certi
iuris,quod pater filium,cui inofficioſè donauit,poteſt gra
247 uare † onere fideicommiſsi.text. eſt, quem ibi notant &
ſummant doctor.in l.Titia Seio.§.fin.ff.de legat.2.& per
illum text.confunditur opinio illorum, qui dicunt,quòd
pater non poteſt reuocare donationem inofficioſam à ſe
factam.Quia contra illos eſt text.expreſſus ibi in contra-
rium & ita ibi alleg.eum Barto.quòd licet quis non poſsit
contra pactum ſuum venire,quia illud eſt verum,quando
donatio valuit omnino,ſed hæc poterat aliquo modo re-
uocari. Fateor tamen d.Bart.quòd ſola reuocatio defuncti
non ſufficeret, ſed voluntas teſtatoris iuncta cum volun-
tate legis bene inducit reuocationem. Hæc Bar.cum quo
concordant Bald.& Salicet.in l.ſi totas.C.de inofficio.do-
nat.& tenuerunt Guiliel.& alij docto.antiqui.Alij autem
numero & qualitate impares tenuerunt, quòd valuit do-
natio, & quòd eſt opus querela ad reuocandum. Contra
quos eſt ille tex.expreſſus in dicto §.Lucius.vbi non opus
eſt querela, & pater poteſt reuocare, & apponere graua-
men in rebus donatis. Et pro hac parte eſt text.notabilis,
quem à nemine didici in d.l.cùm res mea non poſsit mihi
legari,vel donari,ſi tamen poteſt à me auocari per quere-
lam inofficioſæ donationis,valet donatio,& relictum. Ec
ce text. qui probat duo:quòd non eſt opus querela ad re-
uocandum inofficioſam donationem:& quod illa ipſo iu
re reuocatur accedente voluntate tacita, vel expreſſa eius,
qui poterat reuocare. Addo ego etiam alium text.qui au-
fert omnem dubitationem in deciſionibus legis de toto,
248 † l.17.& l.26. incipi. Si el padre o la madre. qui dicit in fi-
ne,quòd donatio inofficioſa in eo,quod excedit,quòd po
teſt donari, non valet.ibi, e no en mas, & per dicta verb
inducitur ipſo iure nullitas in donatione inofficioſa in eo
quod excedit legitimam:quia verbum,non valet,hoc im
portat.Bartolus, & docto.in leg.ſi quis in tantam.C.vnd
vi.& in authenti.qui ſemel.quomodo,& quando in.leg.
quid.& ibi Bartolus.C.de canon.frumen.lib.11.Et ſi di
tur, quòd pater, qui fecit donationem, non poteſt cont
eam venire.Replicatur,quòd pater fecit actum improb
tum à iure per dictam legem de Toro.& tunc poteſt qu
contra factum ſuum venire.Barto.Bald.& docto.in l.po
mortem.ff.de adoptio. Et ex hoc dicit Alexan.in d.l.po
mortem, in apoſtil. Bartol.quòd poteſt quis venire co

tra donationem non insinuatam. & allegat Frederi.de Senis.in consi.Quondam.

Redeundo ad propositum, nobis magis, sed & probabilius, æquius, humaniusq; videtur, vt etiam hodie in termi nis d.§.filiæ.in l.fi.ff.de lega.2. illud onus fideicõmissi teneat, non solùm in eo, quod est vltra legitimã, quod oẽs admittunt, sed etiã in eo, quod tangit ipsam legitimã, quod nullus vnquam tentauit. Moueor, quia is casus magis videtur pertinere ad.l.omnimodo. suprà eod. quàm ad legẽ nostram, vt filia sic grauata teneatur præstare fideicommiss. per cuius exolutionem si legitima diminuta videatur, tũc id ex beneficio d.l. omnimodo, replebitur in reliquis bonis hæreditarijs, sicq; ea filia suam legitimam integrã habebit, & fideicommissarius suo fideicommiss. potietur & gaudebit, testatorisq; pia, legitimaq; voluntas non eludetur. Neq; enim vsquam lectum vsquam relatum inuenio ab aliquo iurisconsultorum, vt tale fideicom.truncari debeat, præsertim cum legatum relictum à filio instituto à cohærede repetitum regulariter videatur, quatenus ab ipso filio preſtari nõ potest l.si Titio & Mæuio.§.Iulianus. ff.de legat.2.l.quod alicuius.§.Celsus.eod.tit.l.non iustam. C.ad Treb.l.ciuitatibus.§.Lucius.ff.de leg.1.

Ergo si ponas casum, in quo legatum, vel fideicom.relictum à filio instituto videatur à coherede repetitum, tunc id legatum vel fideicommiss.licet per hanc legem reijciatur ipso iure de legitima filij, quatenus eius legitimam minuebat, tamen cùm à cohærede repetitum videatur, tũc is legatarius, vel fideicom.à cohærede filij grauati tantũ consequetur, quãtum ab ipso filio consequi & accipere desijt, salua tamen Falcidia ipsius cohæredis. Sed certè cum legata nominatim relicta ab instituto non censeantur repetita à cohærede, vt d.l.Celsus.§.quod alicuius.ideoq; dictum sit, ꝙ in singulis hæredibus ratio legis Facidiæ ponẽda est, l.in singulis.ff.ad leg.Falc.§.& cùm quæsitum.Inst.eo.tit. eueniet, vt si à filio instituto nominatim mihi legatũ sit, vel fideicom.relictum, idq; legatum, vel fideic.eius legitimam minuat, tunc à cohærede repetitum non videatur, & consequenter quod mihi filius, vt saluam suam legitimam haberet, præstare desijt, id ab eius cohærede consequi nõ potero. Ergo siue filius sit ex asse institutus, & legatum, vel fideicom.eius legitimam minuat, tunc id legatũ, vel fideicom.reijcitur, nec aliunde suppletur, cùm nullus esset cohæres, siue etiã is filius habeat cohęredem, & eius portionem tale legatum minuat, similiter id legatum resecatur, vt salua maneat legitima, nec ꝙ à filio præstari desijt, id ab eius cohærede supplebitur, cùm ipse filius nominatim oneratus sit, & ratio legis Falcidiæ in singulis hæredibus ponatur, quasi quo ad hoc propositum tot testamenta esse videantur, quot sunt hæredes in tali onere expressim separati. vt in simili ait tex.in l.pen. ff.de vsufru.leg.cũ ibi notatis.ꝙ latissimè diximus in materia iuris accres.infrà circa intellectum.d.l.pen. Qua ratione idem quoq; videtur dicendum in conditione potestatiua, quæ in dando consistant, vt si filius grauatus sit ea conditione, quæ consistat in dando, tunc siue is sit ex asse institutus, & per eius conditionis implementum minuatur legitima, condit.illa necessariò reijciatur, quatenus legitimam lædit, ne si ex integro impleretur conditio, legitima læderetur, eaq; læsio resarciri, vel suppleri minime posset à cohęrede, quia nullus erat cohæres: Siue etiam is filius cohæredem haberet, & per conditionis implementũ legitima minueretur, tũc similiter id onus conditionis, quæ in dando consistit, cũ nominatim filio esset impositum, non posset videri à cohærede repetitum, & consequenter ab ipso cohærede nõ suppleretur, ꝙ à filio onerato præstari desijt, sicq; concluditur tale onus reijci per hanc legẽ, nec aliunde suppleri.

Sed longè verius & æquius est, vt id onus neq; fixũ immotumq; sedeat super filij legitima, ne ipse filius indebitè impieq; grauetur, neq; etiã abijciatur, ne ille tertius emolumento sibi ex voluntate testatoris destinato fraudetur, sed ꝙ tale onus transferatur in cohæredes huius filij, vt suprà attigimus. & probatur in simili in §.nostra.Institu.de successi.libert. Neq; ad rem pertinet, quòd legatum nominatim relictum non videatur à cohærede repetitum: nam hoc casu non tam à testatore repetitũ fuisse diximus, quàm ab ipsa lege translatum, quia primordio in persona filij quasi pro non scriptum fuit.

249 Amplia. 19. vt procedat etiam in onere † compẽsandi, nam & illud onus per hanc legem reijcitur. Si enim testator filium instituit in sua tantum legitima, hac tamẽ lege, vt cum legitima, vel in eius partem & rationem computaret id quod ipse pater filio huic debebat, id onus vel præceptum compensationis reijcietur per hanc legem, vt sic filius consequatur integram legitimam, & præterea debitum non amittat, sed à cohæredibus ex integro petat. Ita tenet Cinus per hanc legẽ in l.2. C.de iure doti. Idem Cinus in l.cùm patrem. eo.tit. quem refert & sequitur Xuarez hic in septima ampliatione.fol.16. Idem Bald.in d.l.2. in fi.& Salic.in d.l.cùm patrem. Ang.in l.quod de bonis.§. cùm fideicommissum.ff.ad leg.Fal.vbi Imo. Pau.& Alex. idem sequuntur, estq; communis opi.

Contrarium videtur tenuisse Bar.in d.l.quod de bonis, §.cùm fideicommis.vt tale onus cõpensationis impositũ à patre in legitima filij valeat nõ secus, quàm si institutioni cuiuscunq; hęredis extranei tale onus impositum esset. Id quod inspecto iure.ff.verum esset secundũ Ang. Imolam, Pau.& Alex.ibi. Secus aũt inspecto iure nouo, quo vtimur post.l.nostrã.& hoc modo videt Bart.doctrina tueri.

Sed certè si rectè inspiciatur, Bar.posset intelligi, inspecto iure nouo, quo vtimur post hanc legem. Nam Bar.nõ tractat de potestate testantis, sed tantùm de eius voluntate aitq;, quòd si iussit patersa.vt filius hæres ex parte institutus compensaret cum portione sua hęreditaria quod ipse pater ipsi filio debebat, tunc videtur voluisse vt cõpensaret, non solum cùm eo, quod filio vltra legitimã reliquerat, sed etiam cum ipsa legitima. An autem id quod pater voluit, potuerit, non declarat Bar. Et hodie nõ potuisse, ex peditissimum per l.nostram. Olim autem non ita expeditum. vt in d.§.cùm fideicommissum, & in l.pater.fi.ad leg. Falci.l.si debitor.eod.tit.

Amplia. 20. vt procedat non solum qñ onus legitimæ impositum, certum est, & indubitatum, ꝙ afferat lesionẽ, sed etiam si incertũ, dubiumq; esset, quia tale onus, seu præ-

250 ceptum poterat se habere ad † cõmodum & incommodum: nam adhuc reijcitur per hanc legẽ, non secus, quàm si tale onus certã, indubitatamq; lęsionem inferret. Ista est cõis opi. quam tenuerũt Bar. in l.filijs matrem. suprà eod. idem Bar.in l.cùm ex filio, in princ.ff.de vulg.gl.in l.si pater.puellæ.C.de inof.testa. Roder. Xuarez hic in 8.ampliatione.fol.21.& iterum in 14.limi.vbi hanc firmat esse cõmunem opi. Bar.& Bal.& Pau.qui hanc dicit cõem opin. in d.l.si pater puellæ. estq; cõis opi.secundum Pau. hic.sequuntur etiam Salic.& Iaco.Butrig.hic. Contrariam partem tenet gl.hic, dum intellexit, ꝙ per hanc legem nõ est correcta.d.l.si pater. Quam gl.sequuntur Azo.hic in summa, & Fulgosius, firmantes, ꝙ hodie fideicommissum reciprocum non reijciatur de legitima, licet habeat se ad commodum & incommodum, per d.l.si pater puellæ. quæ secundum eos correcta non est. & per l.de fideicõmisso.C. de transact.& per l.j.in prin.C.de pact.l.qui Romę.§.duo fratres.ff.de verb.obli. quæ leges secundũ eos correctę nõ sunt per nostrã legem. Pro quorũ opinione facit: quia lex nostra secundũ verum intellect.quem supra probauimus, procedit solũ eo casu, quo olim testam.per oneris, vel grauaminis appositionem posset aliquo remedio expugnari, vt patet in pluribus locis huius legis, & l. omnimodo. suprà eod. Sed hoc casu olim testa.expugnari nullo remedio poterat, vt d.l.si pater puellæ.cum conc.ergo tale onus per hanc l.non reijcitur. Et hæc opin. semper nobis vera visa fuit.vt plenè diximus in d.l.si pater.& d.l.omnimodo.

251 Ampl.21.vt ꝓcedat, ẽt si filius, cui vel minus † legitima portione à patre relictũ fuit, vel ipsa legitima, sed onerata,

ta,simpliciter agnouerit patris iudicium: nam adhuc licet id fecerit post mortẽ patris non prohibetur vel supplem. legitimæ petere,vel onus impositum reijcere.Ista est communis & vera opi.quam tenent docto. hic & in l.si quando.§.& generaliter per tex.ibi infrà eodem.Quod procedit,etiam si is filius post mortem patris securitatem heredibus fecerit de eo, quod sibi relictum fuerat, nam adhuc sibi non præiudicat quo ad supplementum legitimæ, vel oneris impositi reiectionem,nisi expresſim adiecerit nullam sibi in residuo bonorum spem superesse, nullumque ius.Ita tenẽt omnes hic & ibi,per tex.ibi,dum ait,nullam sibi superesse de repletione quæstionem.

Quod procedit,etiam si pater expresſim iussisset,ꝙ nihil amplius is filius † petere posset, quàm quod sibi relinquerat. Ita probat text.in auth.vt cũ de appellatione cog.§.cæterùm.ibi,& si certis rebus iussi fuerint esse contenti. collatione.8.per quem ita tenent Bald.in d.l.omnimodo. in princ.idem Bald.in d.§.& generaliter.Angel.in l.iubemus.C.ad Treb. Imo.in l.quod de bonis.§.cum fideic.ff. ad leg.Fal.sentit Bar.in l.Papinianus.§.si conditione,in fi. ff.hoc titu.Alex.consi.69. Super primo dubio.libr.1.estq; cõis opi.vt per Rodericum Xuarez hic.9.ampliatione.

252 (margin, beside "hil amplius is filius † petere posset")

Quòd vltimũ extende vt procedat,etiam si pater dixisset, Et si filius meus amplius petierit, cadat à relicto.nam adhuc amplius petere non prohibetur,nec à relicto cadet. Ita tenent Roder.Xuarez vbi suprà,& Bal.& Pau.in d.§. & generaliter.argum.l.1. & quæ ibi habentur per Bart.& alios.ff.de his quæ pœnæ nomine. In simili per Bartol.& Alex.per tex.ibi in l.Seius & Augerius.ff.ad leg.Falcid.

Quinimò etiã si filius hæreditati patris simpliciter post mortem patris renunciasset,vel in vita patris cũ iuramento,adhuc talis renunciatio ei non noceret in legitima, vel legitimæ supplemento,sed in residuo tantùm hæreditatis, argum.d.§. & generaliter. & meliùs facit.d.l.si quando.§. illud infrà eodem. Ita tenẽt Guiliel.de Cuneo, & Bald.in l.de his.ff.de trans.& sequitur Roderic. Xuarez vbi suprà. estq; communis opi.vt latiùs dixi in d.§.illud, & in d.§.& generaliter.Quę communis opi.semper nobis suspecta visa fuit,vt vtrobiq; notauimus.

Adde Xuarez in 9.ampliatione, col.2.& Pau.in dict.l.si qñ.§.fi.col.2.dum faciunt diff. vtrum quis promittat plus
253 non petere, an vero † amplius non petere. Considera ne id ridiculum videatur. Sed potest cõfirmari per l.amplius non peti.ff.rem ratam haberi.quam ipsi non allegant.Adhuc tamen parum placet eorũ opi. Licet idẽ sit de mente Bal.in d.§.fi.secundũ Roderi.Xuarex vbi suprà. Cuius rei veritas pendet à significatione huius articuli,quid nam significet dictio,plus,& dictio,amplius.Ipsi aũt intelligunt, ꝙ dictio,plus,pertinet ad augmentum quantitatis, vel rei qua de agitur: dictio autem, amplius, non ita, sed tñ ad geminationem,reiterationem,vel multiplicationẽ actuũ: vt sit sensus,ꝙ qui promittit plus nõ petere, videatur velle,ꝙ cùm decem fortè recepisset,nihil vltrà petet,putà viginti, vel vltrà:sed qui promittit amplius nõ petere,videatur velle,& promisisse illud,quod iam petierat, vel receperat,amplius se non petiturũ.Et licet negari nõ possit,quin dictio, amplius, hanc habeat significationẽ.vt probat d.l. amplius non peti.quam ipsi non allegant.tñ illud est verũ, quando talis sensus congruit subiectę materię,quale est in terminis d.l.amplius non peti. vbi agebatur de iteratione & geminatione actus. Secus autẽ est in terminis materiæ nostræ vbi agitur de augmento,vel suppleměto legitimę, vel alterius cuiusq; rei, nam tunc dictio, amplius, ad augmentũ rei,de qua agitur,refertur non secus, quàm dictio, plus, vt filius, cui à patre minus legitima relictum fuit, si post eius mortẽ promittat se amplius non petere, de supplemento vel augmento eius,quod receperat, intellexisse videatur,non secus,quàm si promisisset se plus non petiturum.vt probatur planè argum.l.non amplius.ff.de leg.1.in prin.l.codicillis.in verb.hoc amplius.ff.de vsufruc.lega.l.si sic,ff.de lega.3.Confirma per l.si vno.ff.locati.

Amplia.vt.22.loco procedat,l.nostra reijciẽs omne grauamen,etiã † si filius expresſim nõ reclamasset,sed tacuisset; nam adhuc ipso iure id onus reijceretur per legẽ ipso iure.Ista est vera & cõis opi.quam tenuit Bald.in l.scimus. in prin.infrà eod.vbi ait, ꝙ suppletio legitimæ fit ipso iure,licet filius nihil alleget.Nam ita etiã fit in Falcidia,quæ legata resecat ipso iure,vt in l.Plauti.& in l.lineã margaritarum.ff.ad leg.Falc.& in l.in quantitate,eod.tit.Sicq; talis suppletio, per quã legitima integra illæsaq; reseruatur,longè faciliùs in portione legitima liberorũ faciẽda est. idem Salic.in d.l.scimus.in prin. Vnde infert,ꝙ filius si interim decederet,transmitteret ad suos hæredes,etiam si nihil allegasset,vel petijsset.Idem tenet Ias.in d.l.scimus.& Alex. consi.150.lib.2. Viso themate suprascripto. Pro hac opinione est tex.in d.l.scimus,in verbo,ipso iure.text.hic,ibi, ipsa conditio,vel dilatio,vel quæcunq; alia dispositio moram,vel modũ introducens,tollatur,& perinde res procedat,quasi nihil eorum testamento additũ esset. Bene facit quod ait Bart.in l.si arrogator. col.7.ff.de adopti.per text. ibi.vbi firmat, ꝙ si filius arrogatus post mortem patris arrogatoris decedat,tunc quartam,quę sibi in bonis patris arrogatoris debebatur,transmittit ad suos heredes, quia sibi debita erat,etiã si nondum eam quartã acceptasset. Sic & in proposito, cũ filio naturali longè magis debita sit legitima, quàm filio arrogato, illa quarta dicendum est ꝙ eam etiam nondum agnitã possit transmittere,& etiam supplementum legitimæ,& consequenter,ꝙ remotio grauaminis,& supplementum legitimæ contingat & cõpetat ipso iure etiam filio tacente,non autem sub hac conditione,si illud petijsset,quia tunc si sub conditione competeret,interim decedens non transmitteret, cum iura cõditionalia non transmittantur etiam à filijs non magis quàm ab extraneis.per l.vn.§.fin aũt aliquid sub conditione.C.de cad. tollen.Tenent cõmuniter docto.contra glo.ibi.in l.vn.C. qui ante apert. tabu. Et ꝙ ipso iure tã inducatur legitimæ supplementum,quàm etiam remoueatur grauamen,videtur cõmunis opi.ex relatione Roderici Xuarez.hic in 10. ampliatione.Et in simili notat latisſimè Iaso.in l.posthumo nato.nu.23.C.de bono.poss.contra tab.vbi alleg.gl.in d.l.scimus.in prin.idem Ias.in simili in l.si filius qui in potestate,in prin.ff.de libe.& posthu.idem Ias.in l.patre furioso.ff.qui sunt sui vel ali.iur.dum ait,quòd id quod fauore alicuius prohibetur,valet eo non opponente.

254 (margin, beside "uamen,etiã † si filius expresſim nõ reclamasset")

Deniq; licet supplementum legitimę ipso iure inducatur, tamen præscribitur † annis.30.secundum communẽ opi.quam tenuerunt Bal.& Salic. & communiter doct.in l.si quis filium, isto tit.Ang.in l.Papinianus.§.si conditioni.ff.de inoffi.test.idem Ang.in l.omnimodo.in prin.suprà eod. idem Ang.in l.certi condictio. in princ.ff.si cert.pet. vbi Ias.nu.25.idem Ange.in l.si.eum.§.qui iniuriarum.ff. si quis cauti.idem Ang.in l.si à domino, in prin.ff.de peti. hære.& in auth.de triente.& semi.in prin.Bal.in authent. presbyteros.C.de episc. & cleri.idem Bal.in repet.l.patet filium.ff.hoc tit.col.7.& in l.nam & is.eo.tit.Nam supplementum legitimæ,inquiunt,petitur actione personali ex testamento,omnes autem actiones personales durant annis triginta, leg.sicut l.omnes.C.de præs.trig.vel quadr.in prin.& §.1.Insti.de perpet.& tempo.actio.Licet Bart.tenuerit, quòd per quinquennium tollitur petitio supl.legitimæ.in d.l.si quis filium.& in consi.14. & Guiliel.de Cuneo.in l.quanuis.hoc tit. suprà tangit Guido decisione.8 vbi refert contra Bar.fuisse iudicatum.

255 (margin, beside "tur, tamen præscribitur † annis.30.")

Quod intelligendum est quando in possesſione rerum hæreditariarum erat alter, puta filius ex testamento cepit legitimam diminutam,& cohæredes reliquum hæreditatis,filius est in possesſione eius tantum portionis,quæ sibi relicta fuit:reliqui autem cohęredes habent possesſionem reliquæ hæreditatis, qui per annos 30 præscrbunt contra filium,vt is supplementum legitimæ petere nequeat.secundum communes opin.Quod tamen dic vt diximus in l.si quando.§.illud.infrà eod.

Verum

Verùm si nullus alius cohæres esset in possessione hęreditatis, quia nondum adierant hæreditatem, tunc licet filius in possessione tantùm eius portionis, quæ sibi relicta fuit, fuisset, adhuc postquam cohęredes adijssent, posset legitimæ supplementum petere. quia hæreditas iacens licet possit vsucapionem à defuncto ceptã implere & perficere, tamen non ceptam inchoare non potest, l. ceptam. ff. de vsucapi. Itaq; si cohæres filij per 20 annos postquam testato decessit stetit & distulit aditionem hęreditatis, cùm filius statim post mortem patris adijsset, tunc licet is filius per alios quindecim annos protelauerit petitionẽ supplementi, sicq; per 35 annos tacuisset à tempore, quo suã portionem agnouit, adhuc is filius supplementũ legitimæ petere potest: quia contra eum nõ fuit cepta præscriptio nisi à tempore, quo cohæres adiuit, cùm antea nullus esset in possessione, sine qua præscriptio non procedit, l. vn. C. de trans. vsucap. c. sine possessione. de reg. iur. in 6.

Vnde si filium, quem ex asse hæredem scripsi, alienare vniuersam hereditatem prohibui, volẽs, ꝙ post eius mor
256 tem ea hæreditas ad eius filium † maiorem veniret, & sic deinceps, vt sic maioria, vel primatus cõstitueretur, isque filius tacuit per 40 annos, & decessit relictis pluribus filijs, ijsdemq; primi testatoris nepotibus, qui dicunt illam prohibitionem non tenuisse quo ad legitimam, neq; contra filium tacentem cucurisse aliquem præscriptionem, cũ nullus esset in possessione, qui posset contra filium prescribere, audiendus est secundum Redericum Xuarez hic ampliatione. 10. qui eorum, quæ hic scripsit, nihil elegantius protulit, quàm hoc dictum.

Confirmatur secundum eum per doctri. Pauli Castr. in l. filio præterito. ff. de iniust. rup. vbi tenuit, ꝙ filius præteritus, qui non egit contra testam. licet per taciturnitatẽ annorum. 30. videretur testam. approbare, & contra eũ præscriptio procederet, nec amplius contra testamen. quicquã dicere posset, vt in d. l. filio prẽterito. tamen id procederet, quando hæres scriptus esset in possessione rerũ hæreditariarũ. Cæterùm si ipse filius esset in possessione totius hæreditatis, tunc licet per 50 annos tacuisset, nec testa. videretur approbare, nec cõtra eum vlla præscriptio curreret.

Limita, nisi liber istius filij onerati nepotes primi testatoris maioratus illius bona indiuisa reliquissent apud eorũ maiorem natu, idq; per tantum temporis, quòd posset induci legitima præscriptio, nam tunc in posterum ea bona indiuidua iure maioriæ manerent, secundum eundem Rodericum Xuarez vbi suprà, & rectè.

Contra quod videtur facere: quia secundum cõem &
257 verã opi. consuetudo † vnius familiæ non potest inducere modum vel formã in successionibus. vt per Alex. in l. si non special. C. de testam. Ang. in l. fi. C. de testam. in quadã lectu. quam refert Alexã. quæ tamen cõiter non habetur. Cuma. in l. 3. ff. de testam. Salic. in l. 1. col. 6. C. quæ sit lon. consul. Xuarez vbi suprà per l. 3. ff. de testam. l. testandi. C. eod. vbi testamentum non priuati, sed publici iuris est. Licet contrarium tenuerit Io. Andr. in addi. ad Spec. §. compendiosè, versi. sed nũquid dicemus, in tit. de instru. editione. de quo per Ias. in l. oẽs populi. ff. de iust. & iure, col. 12. Cuman. in l. 3. ff. de testam. in quadam lect. Cinus in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. Xuarez vbi suprà: Bar. post Guiliel. quem alleg. in d. l. 2. Ang. in l. de quibus, col. penu. ff. de legib. facit. l. 2. §. deinde cum esset. ff. de orig. iur.

Amplia. 23. vt procedat etiã in grauamine asignatæ le
258 gitimæ † per patrẽ in pecunia numerata: nam filius si velit, potest contradicere, petereq;, vt legitima sibi asignetur in corporibus, rebusq; alijs hæreditarijs. Ista videtur communis opi. quam tenent Roderi. Xuarez hic. 11. ampliatione. Guiliel. & Bal. in l. scimus. per tex. ibi infrà eod. vbi circa hoc variat Salic. tenent etiam Bar. & Imo. & Bal. in l. suus quoq;. in princ. ff. de hæred. insti. estq; communis opi. secundum Roder. Xuarez vbi suprà. tenet Alex. cons. 69. Super primo dubio, libr. 1. sequitur & dicit communẽ opi. Paul. Picus in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. nu. 61. & est communi opi. secundum Corasi. in l. filium quem habentem. num. 81. C. fam. her.

Sed hæc communis opi. est contra tex. expressum, qui nulla eget inductione. in l. omnimodo. suprà eod. ibi, & aliquam eis quantitatem. suprà eod. & in l. si quis filium. suprà eod. ibi, nisi certa quantitas minor parte legitima ei relicta sit, & in l. scimus, in princ. infrà eod. ibi, vel aliam rem vel pecunias. Facit tex. in l. si quando. §. illud. eo. tit. ibi, certas res vel pecunias. facit tex. in §. fin. Inst. hoc titu. & in l. si non mortis. & in l. Papinianus. §. si quis mortis. ff. eo. l. si pater. & l. qui pater. ff. fami. her. l. quoties. C. eod. l. parentibus. suprà hoc tit. l. quid ergo. 2. ff. de leg. 1.

Tenendo contra communem, quòd illud onus, quod legitima non in corporibus hæreditarijs, sed in numerata pecunia fuerit asignata, non sit in consideratione, nec reijciatur per hanc. l. quod etiam patet, quia vt suprà diximus, nostra l. locum nõ habet nisi in quibus casibus olim testa. per grauaminis appositionem poterat expugnari, constat autem, quòd olim expugnari non poterat, propterea ꝙ in pecunia numerata, vel alia quacunque re esset asignata, dummodo in quantitate per hoc non esset diminutio, vt suprà diximus.

Tunc ad l. scimus. §. repletionem, in quo potisimè fundatur opi. communis, respon. vt diximus suprà, in d. l. omnimodo. §. imputari. vbi latiùs de hoc.

Sed pro communi longe melius facit tex. quem in proposito nullus alleg. in auth. de trien. & sem. col. 3. §. prohibemus, ibi, proprietatem insuper & vsumfructum relinquant, vbi vetitum est legitimam relinqui in sola proprietate secundum communem opi. & idem etiam econtra vt in solo vsufructu relinqui non posit, vt est cõmunis opin. quam latè enarrauimus suprà eod. auth. nouisima.

Sed responde, quòd quando legitima relinquitur in pecunia numerata, nõ videtur relicta in sola proprietate, nec in solo vsufructu, sed tam in proprietate, quàm in vsufructu: quia etiam in pecunia numerata dicitur esse non solũ proprietas, sed etiam vsusfructus, vt per totum. ff. de vsufr. earum rerum quæ vsu cons.

Amplia. 24. vt per hanc legem reijciatur non solũ onus
259 legitimæ impositum, sed etiã onus † doti impositũ, quia dos loco legitimæ succedit, & in legitimã imputatur, vnde oportet ipsam dotem ab omni onere liberam esse, non secus, quàm ipsam legitimam. Ista est communis opi. quã tenuit Bar. in l. fi. §. filiæ. ff. de leg. 2. Cinus in l. vn. §. videamus. C. de rei vxo. actione. Bar. in l. Lucius. §. maritus. ff. ad Treb. Bal. & Sali. in l. quoniam nouella. C. de inoffi. testam. Bal. in d. §. filię. Pau. in d. l. quoniam nouella. estq; communis opi. secundum Roderi. Xuarez hic ampliatione. 12. tenent Pau. & Alex. in l. à filia. ff. ad Trebel. facit glo. in l. 3. §. sed vtrum. ff. de minoribus.

Intellige hanc conclusionem vt procedat, quando dos non excedebat mensuram lagitimæ, sicq; integra dos in legitimã conuertebatur, & imputabatur, eiusq; loco succedebat. vt in l. quoniam nouella. suprà eodem. & quod tradunt Bart. & omnes in l. in quartam. ff. ad leg. Falci. Cæterum si dos mensuram legitimæ egrediebatur, tunc quatenus in dote plus erat quàm in legitima, eatenus onus doti impositum valebit, non secus, quàm si tale onus impositũ esset ei, quod vltra legitimam in vltima voluntate relictũ esset. Ita tenent omnes doctores suprà citati. Sicq; est cõmunis, receptisimaq; sententia. Tenet etiam Dinus cons. 36. Hæc est quæstio. Pro quo bene facit text. in l. scimus. §. cum autem. infrà eod. per quã conseruatur omne onus liberis impositum, quatenus habent vltra legitimam, licet vsque ad mensuram legitimæ reijciatur.

Hęc limitatio, vt onus doti impositũ in eo quod est vltra legitimã conseruetur, nec vllo modo reijciatur, proce
260 dit secundum omnes, qñ dos post † solutum matrimoniũ veniebat, vel reuersura erat ad patrem, qui forte talem dotem sibi soluto matrimonio reddi stipulatus fuit. argum. d. §. filiæ. Quòd si in personam filię veniebat consolidanda, tunc

Confirmatur, quia legitima fratrum hodie aucta est, nõ secus, quàm legitima librorum, vel parentum, vt est vera & communis opi. vt latè diximus in authen. nouissima. supra eod. Tertiò cõfirmatur, quia l. nostra, & l. omnimodo. supra eod. generaliter loquûtur in omnibus personis, quę ad querelam admitti possunt: ergo comprehendit fratres etiã ex proprietate sermonis, quandoquidẽ & ijs põt dari querela. vt in l. Papinianus. §. sed neq; impuberis. ff. hoc tit. & §. soror. Inst. eo. & in l. fratres. & in l. si fratris. s. eo.

Postremò facit, quia tam l. nostra, q̃ d. l. omnimodo. procedunt in omnibus casibus, in quibus olim per conditionis, vel oneris appositionem testam. poterat infirmari aliquo remedio: sed olim si fratri in legitima tantùm cũ turpi persona instituto onus imponeretur, posset querelã proponere, argu. l. filijs matrem, à contrario sensu, & l. si pater puellæ. à contrario sensu, suprà eo. & vtrobiq; per Paul. & per Fulg. in d. l. si pater. per Pau. & Sali. hic. ergo, &c. Et ista videtur cõis opi. quã tenuit gl. cum qua doc. ibi trãseunt in auth. de he. & fal. §. si vero expressim, in verb. hęredẽ. collatione. j. Roder. vbi suprà. & iterum hic in 16. ampliatione. Greg. Lupus. in l. 11. tit. 4. par. 6. in gl. El fijo. optimè facit, l. si quando. in finalibus verbis. C. de inoffi. testam.

269 Amplia. 30. vt procedat etiam in legitima † patronorũ quæ non recipit vllum onus. Ista est vera & cõmunis opi. quã tenuit gl. in d. §. si verò expressim. cum qua transeunt ibi doct. tenet Rodericus Xuarez hic ampliatione. 16. fol. 44. tex. glo. & docto. in §. sed nostra. Inst. de succ. lib. tex. in auth. de hære. & fal. §. non autem excepimus. l. cum patronus. ff. de leg. 2. l. si patronns. ff. de donat. Quæ ampliatio in se verissima est, licet per dictas leges fuerit inductum, non autem per legem nostram, quæ nõ loquitur nisi in quibus casibus olim per oneris impositionem posset infirmari testam. hoc autem casu infirmari non poterat.

Amplia. 31. vt procedat non solùm in onere primordialiter à testatore ex eius ordinatione iniuncto, sed etiã in

270 onere † emergẽti contingẽte absq; facto testatoris. tex. habes, & exemplum, vbi tradunt communiter doct. in l. scimus, in princ. infra eod. facit in simili tex. in l. cùm pater. §. euictis. ff. de lega. 2. & quę habentur in l. si domus. §. de euictione. ff. de legat. 1. vbi latè per gl. Bar. Pau. Alex. & Ias.

Intellige. 32. legem nostram procedere in onere con-

271 tingente ratione † quantitatis, quia non legitimæ integra quantitas relicta fuit, vt hic in verbo, minuta. & in d. l. scimus, in prin. expressius in l. omnimodo. suprà eo.

272 Intellige. 33. etiã in onere contingente ratione dilationis. vt hic. ibi. dilationibus. & ibi, ipsa conditio vel dilatio. Ratio, quia minus dicitur etiam ratione temporis, vt in §. plus. Inst. de act. quæ dilatio adeò est in consideratione, vt etiam si per statutum caueretur, vt filiaf. contenta & tacita esset cum ea summa, quæ sibi à patre data esset, adhuc tamen si sub dilatione quadam sibi relicta esset, posset impugnare patris vol. vt est communis opi. quã tenuit hic Iaco. Butri. Sali. Pau. Ias. & alij. vt suprà latiùs attigimus.

273 Intellige. 34. vt procedat etiã in onere ratione † loci: nã retenta nostra opinione, ꝙ filiusfa. possit institui in pecunia numerata, tunc si eam pecuniam iussus esset petere ex loco peregrino, & remotissimo, id onus per legem nostrã reijceretur, arg. l. cùm res. cum ibi notatis. ff. de lega. 1.

274 Intellige. 35. vt procedat etiã in onere modali: vt si filius in legitima institutus iussus esset seruum suum per viã modi manumittere, nam id onus reijceretur per hanc legem secundum Odofre. & Alberic. hic. argumento. l. quibus diebus. §. Termilius. & quæ ibi latè habentur per Bar. & alios. ff. de condit. & demon. & per nostrum tex. ibi, modum vel moram.

275 Intellige. 36. vt procedat etiã in onere † legati, vel fidei. præstandi secundũ gl. & Ang. & omnes hic. nam regulariter bonum est arg. de legitima patroni ad legitimam liberorum, l. fi. vbi per omnes infrà eod. glo. in auth. de hær. & fal. §. si verò expressim, in verb. hæredem. collatione j. sed in legitima patroni expressum id est in §. sed nostra. Insti. de successione, libert. & in l. cum patronus. ff. de lega. 2. l. si patronus. ff. de donat. text. in auth. de hær. & fal. §. nõ autẽ excepimus. collatione. 1. ergo idem & in legitima liberorum, parentum, vel transuersorum. Sed in contrariũ fortiter facit, ꝙ tale fideicõmissum videretur præstandũ, deindè verò à cohæredibus repetendum, vt sic & legitima salua maneret. & testàtis volun. immutilata maneret. argu. in d. §. sed nostra in fi. Nisi dicas, ꝙ onus nominati iniunctũ filio non debetur à cohærede, vel substituto, nec ab eo videtur repetitum arg. l. in singulis. ff. ad leg. Falcid. §. & cùm quæsitum. Insti. eodem. l. Celsus, §. quod alicuius. ff. de leg. 2. Illud autem expeditum est, quod tale onus reijcitur ipso iure de legitima. An autem transuolet, & redundet in lęsionem cohæredum, vel substitutorum, quæstionis est. De quo alibi latius. Sed interim magis est, vt à cohæredibus salua Falcidia præstetur. argum. d. §. sed nostra.

276 Intellige. 37. etiã in onere † fideicommis. vniuer. post mortem præstandi. Nam licet per totum tempus vitæ suę filius læsus non videatur, nihilominus per hanc legẽ reijceretur. arg. l. 1. C. de pact. leg. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obli. l. de fideicom. C. de transactio. l. cum proponas. C. de pact. Quod verum, etiam, si id fideicommissum impuberi iniunctum fuisset secundum Ang. hic facit. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & est de mente aliorũ. Quod verum non est. Nam cum iussus post mortẽ restituere deducat quartam Trebellianicam, nec quisquã possit de iure ciuili secundum veras & communes opin. deducere duas quartas, sequitur vt is filius cũ quarta Trebellianica quartam iure naturæ debitam compensare teneatur, saltẽ vsq; ad mensuram Trebellianicæ, vnde cum hodie quarta iure naturæ debita sit aucta, & quarta Treb. manserit in sua primæua mensura, id fideic. etiam post mortem restituendũ reijcietur in eo, quod est vltra quartam Trebel. tantũ, non autem in eo, quod est, vel cõcurrit cum Trebellia. Idq; de iure ciuili: nam de iure canonico, dic vt in c. Rainutius. extra de testa. vbi per omnes, latè Corn. in auth. sed cùm testator. C. ad leg. Falcid. per omnes, in l. iubemus. C. ad Trebellia. Id quod alibi latius differimus.

277 Intellige. 38. in onere † fideicommis. vniuer. statim restituendi. vt tenet gl. nostra, quam omnes simpliciter velut indubitatã tenent. Sed an id fideicommis. pereat, & euanescat, an vero transuolet in cohæredes filij, dubium est. Et credo quòd transuolet, argum. §. sed nostra. in fi. Instit. de succes. libert. salua tamen Falcidia. & argu. l. nõ iustam. C. ad Trebellia. Quod nota, quia nullus tangit, de quo tamen alibi latiùs.

278 Intellige. 39. in onere illo, quod legitima in re † aliena sit assignata, quo casu alij tenent testam. non valere, alij vero valere, sed onus reijciendum. Sic dic, vt dixi in l. omnimodo. §. imputari, suprà eodem.

279 Intellige. 40. in onere, ꝙ legitima in vna tm̃ † re sit per patrẽ assignata. Ita Bal. in l. cũ alienam rem, col. 3. C. de leg. per l. si verò. §. j. ibi, remitti ei debet. ff. de bon. liber. sequitur Roder. Xuarez hic 11. ampliatione. fol. 39. Sed nos contra, vt diximus in d. §. imputari. argum. l. potest. ff. de legat. 1. & Inst. de fideicom. hæred. §. si quis vna.

Amplia. 41. vltra omnes, vt procedat etiã in onere illo,

280 quod legitima filio relicta sit non ex persona † sua, sed ex persona filij sui. Veluti si filium exhæredaui, nepotem ex eo in legitima portione hæredem institui, nam tunc licet per nepotem legitima filio quæratur, vt in l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquir. hæred. tamen magis est, vt id hodie non sufficiat. argument. in §. aliud quoq;. in authent. vt cùm de appellatione cog. licet fortè hęc lex impedimento non esset quin tale testamen. valeret, nec titulus institutionis per hanc legem à nepotis persona in filij personã transcriberetur, extenderetúrq; mirabiliter. l. omnimodo. suprà eod. dum confirmabat testam. in quo aliquid filio relictum esset, vt procederet, etiam si illud ex persona alterius percepisset. Cogita, quia noua, & intacta, & dicam illico in sequen. extensione.

Amplia.42.vltra omnes, vt procedat.le. nostra in onere illo, ꝙ legitima fuerit filio quæsita, non immediatè per se
281 ipsum, sed per † mediã serui personam, id enim onus cõsiderabile est, quia impeditur emolumentum iuris accrescendi, vt in le.3.§.sed & si coniunctim.ff.de leg.præst. De quo per Bar.in l.re coniuncti, nu.42.ff.de leg.3.& in l.mulieri & Titio.ff.de condi.& demonstra. Et præterea cessat emolumentum, de quo in l.3.2.respon.ff.de lega.præst. Et cessat tertium emolumentum, de quo in le.3.& l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg. Nisi dicas, ꝙ hoc casu olim nullo iure poterat infirmari testa. argu.d.§.interdum, & consequenter cessat.l.nostra, sed tamen negari nõ potest, quin hodie vitiaretur hoc casu test.vt in §.aliud quoq;, in auth. vt cùm de app.cog.facit.l. Iulianus.ff.si quis om. cau.testa. diximus latè suprà.

282 Amplia.43.vt procedat in onere illo, ꝙ titulo † fideicõmissi vniuersalis statim post mortem testatoris præstãdi legitima esset relicta: nam adhuc inspecto etiã tempore huius legis, ipse filius nõ tam per fideicom.substitutus, sed quasi primordialiter in illa portione institutus videretur, & consequenter propria authoritate legitimam capere posset, non expectata hæredis restitutione, vt sentit glo. per text.ibi in l.scimus.§.cùm autem, in verbo, representari, infrà eod. Quod ex mente illius text. fuisse non puto, & hodie magis est, tale testam.non valeret, argu.in authẽ. vt cum de appel.cog.§.aliud quoq;, facit.leg.ita tamen.§.si quis rogatus.ff.ad Trebel.& quæ tradunt Bar. col.fi. Alex. nu.20.Ripa, nu.217.Picus, num.91.Ruinus col.pen.in l.in quartas.ff.ad leg.Falcid.vbi Bereng. fol.140.Bald.num.7. & Ias.nu.10.in d.l. scimus, in princ.

283 Intellige.44.idẽ, si legitima data esset tit. † substitutionis directè militaris, quia hæc fideicõmissariæ simillima ẽ, vt probat tex.in l.precibus, in fi.C. de impu. secundũ verũ intell. quẽ ad illã legem tenuerunt nonnulli scribentium.

Intellige.45.idem fore, si per compendiosam substitutionẽ filius ad legitimã inuitatus esset, quia hęc post pubertatẽ fideicommissaria est, secundum veras & communes opin.quas tenent omnes per text.ibi in cap.Rainutius.ex-
284 tra de testam.dixi latissimè in materia † compendiosæ, infrà li.6.Vnde idem dic, quod suprà in fideicom. diximus.

Vltra omnes.46. dic legem nostram procedere, etiã in
285 onere illo, ꝙ filius habẽs † integram legitimam iussus esset conferre quod de iure conferẽdum non erat, nam & id onus esset considerabile ꝙ reijceretur, argum.per totũ.ff. de coll.bo.& de colla.dotis, & per totum.C.de collat. Nisi dicas id onus non tã reijci per hanc legem, q̃ ab initio inutiliter impositum fuisse per aliarum legum declarationes.

Idem eadem ratione.47.dic, si iussus esset in legitimam imputare, quod de iure imputandum non erat.

Amplia.48. legem nostram vt procedat, etiam si filius
286 esset dupliciter † oneratus, seu duplici onere grauatus, puta quia legitima minus integra sibi relicta fuit, eaq; nõ purè vel exonerata, sed vel sub conditione, vel cum onere, nam adhuc procedit.l.nostra, & d.l.omnimodo, vt & legitima suppleatur, & onus reijciatur. Ita tenent Paul.hic & Ias.in 5.limitatione, & Bal.in l.si pater.C.de instit. & substitut.num.5.Ratio, quia sub simplicibus continetur casus mixtus.l.2.§.1.vbi Ias.Alcia.& alij.ff.de verb.oblig.& cõmunem tenet Grego.in l.6.titu.8.part.6.

Contrarium tenet Albericus hic, ne duo specialia concurrant, contra legem.1.C.de dotis promissione.

Sed prima opin.verior est, adeò, vt opin.contraria Alberici ridenda videatur.

366 Septimò † intellige etiam in liberis adoptiuis, non secùs,q̃ in naturalibus,argumento.l.cùm in adoptiuis,per totam.l.C.de adopt.§.sed hodie.Insti. eodem.l.certum.ff.de iniust.rupt.le.filio quem pater.ff.de liber.& posthum.

367 Octauò † intellige etiam in liberis à matre sic institutis,argumen.l.nam & si parentibus.ff. de inoffic.testam.§. mater.Institu.de exhær.liber.cùm & hoc casu licèt matris præteritio pro exhæredatione, fit vt ibi, non ideò minus id testam.subiaceat querelæ, & rescissioni, sicque ad leges nostras pertineat.

368 Nonò † intellige etiã in matre sic à filio instituta, quæ olim ad querelam inuitari poterat.l. cùm filium.C.de inofficio testamento.

369 Decimò † intellige in patre, vel auo etiam paterno sic à filio suo instituto, nam & is ad querelam contra filij sui testa.inuitari potest.l. pater filium.ff. de inoffi.test.in prin. Inst.eod.tit.d.l.nam & si.in princip.

370 Vndecimò † fortè intellige in fratre à fratre sic instituto turpi cohærede dato secundum opin. eorum, qui contendunt eo casu & supplementum legitimæ fieri debere, conditionem hanc reijciendam, nõ secus q̃ in liberorum, vel parentum testamentis. Id quod videtur à plerisq; doctorum receptum, quod tamen nos in vltima parte huius legis impugnamus.

Nam in omnibus his speciebus & similibus cùm testa: possit subuerti,magis probandum est ad leges nostras has pertinere. Quæ omnes conclusiones & declarationes cõtra cõmunes sententias veriores videntur in puncto iuris, & æquiores, & à legib. nostris regijs electæ atq; receptæ.

Hæc procedũt, qñ filius primordialiter honoratus fuit sub conditione. Quòd si ponas filiũ ex minore portione q̃ legitima fuisse institutũ, vniq; cohęredũ suorũ substitu-
371 tũ fuisse, & † conditionẽ substitutionis diu post mortẽ patris extitisse, videndũ,an antequã conditio extaret,ex portione illius,cui substitutus fuit, quasi reiecta per hanc legẽ ea cõditione,sub qua inuitatus filius fuit,tantũ detrahatur, quantũ satis sit ad legitimã filij explendã, alio tertio cohęrede,cui filius substitutus fuit,intacto,saluoq; manente:& id iniuriũ planè esset, quin imò statim post mortẽ patris magis esse videtur,vt legitima filij repleatur,ne ei per dilationẽ iniuria fiat contra.l.nostrã,ibi,dilatio.& ibi,morã.& repleatur quidẽ per detractionẽ ab oĩum cohęredũ portionibus fiendã,non aũt ab illo solo cohærede,cui ipse substitutus fuit,totũ auferatur, ne cũ ei substitutus tantũ fuerit, sibi,

ſibi aggregetur quaſi cohæres, contra.l.verbis ciuilibus.ff.
de vulga.& contra omne ius, omnemq; rationem.
Quòd ſi ipſe filius ad integrã legitimã, vel etiam maio
rem portionẽ à patre ſub cõditione inuitatus fuiſſet, datis
duobus cohæredibus, tunc à cohæredibus nihil detrahe-
ret, ſed de portione ſua ſibi ſatisfieret reiecta conditione.
Verũ ſi duobus hæredibus ſcriptis alteri filius fuit ſubſti-
tutus,& pręterea legatũ accepit,quod ad legitimã ſatis nõ
erat, quod deeſt ſimiliter ſibi ſuppleretur per detractionẽ
ambobus cohæredibus fiendã, non ei tantũ cui filius ſub-
ſtitutus fuit,idq; ſtatim poſt mortẽ teſtatoris fieret. Vnde
ſi poſtea cohæres ille, cui filius ſubſtitutus fuit, repudiaret
ſuã portionẽ, tũc ea ex toto ad filiũ pertineret, & nulla ex
parte cohæredi accreſceret,vt in l.2.§.ſi duo.ff.de ſecundũ
tab.l.vn.§.in 1.& §.pro 2.C.de cad.to.& in ſpecie eſt tex.
in le.ſcimus.§.repletionem.hoc tit. Cuius verus eſt ſenſus,
ꝙ licèt regulariter fili⁹, cui legitima diminuta relicta fuit,
372 ad ſupplementum † tantùm legitimæ, non etiam ad plus
agere poſſit,tamẽ illud procedat, cùm omni deſtitutus eſt
voluntate teſtatoris: ſecus ſi ad illud habeat teſtatoris vo-
luntatem,quale eſt in eo,quod capitur iure ſubſtitutionis,
quod ex expreſſa teſtatoris volũtate capi intelligitur.l. cũ
ex filio.§.1.l.3.& le.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulga.&
etiam id, quod capitur ex iure accreſ. quod tacita teſtato-
ris voluntate capi intelligitur.l.ſi Titio & Mæuio.§.Iulia.
ff.de leg.2.l.non iuſtã.C.ad Trebe.Simile in l.ſcimus.§.cũ
aũt.hoc tit.vbi hæres vniuerſalis iuſſus fuit vniuerſam hę
reditatem filiofa.reſtituere poſt mortẽ, & lex iubet ſtatim
integram legitimã filio dari, vt tñ per hoc deſinat cõſequi
reliquũ hęreditatis, ſi qñ cond.extiterit, quia etiã ad reli-
quum hæreditatis non eſt deſtitutus voluntate teſtatoris.
Sic & in propoſito is filius in eo, quod primordialiter ſibi
purè relictũ fuit, ipſe filius habet voluntatẽ teſtatoris ex-
preſſam, & in eo, quod poſtea ſibi obuenit ex cauſa ſubſti
tutionis,habet ſimiliter vol. teſtatoris expreſſam, tacitam
autẽ in eo quod obuenit ex cauſa iuris accreſ. ergo ſi ſibi
euictũ fuerit,quod primordialiter de voluntate patris ce-
pit,ſupereſt, vt id ſibi ſaltẽ vſq; ad legitimæ mẽſuram re-
pleatur,præter res illas,quas ex cauſa ſubſt. vel iuris accreſ.
ſicq; ex diſpoſitione, & voluntate teſtãtis lucratus fuerat.
Et cõſidera,ꝙ ſi teſtator in bonis habebat 300.quo ca-
ſu filio pro ſua legitima debentur 100 vt in authẽ.nouiſſi-
ma,hoc tit.& res filio vel relicta,vel data inter viuos,cum
373 qua filius pro ſua legitima † contẽtus fuit,valebat 100,tũc
ad centum vſq; fit repletio:ꝙ ſi valebat 200 tunc repletio
fiet vſq; ad 200. ꝙ ſi 80 tantùm valebat, tunc vſque ad il-
la tantùm 80 fiet repletio, non vltrà ex mente illius text.
vt ſic ſiue res,cum qua filius pro ſua legitima contẽtus fuit
valeat ex æquo tantũ,quantum ipſa legitima re vera vale-
bat,ſiue valeat plus,ſiue etiã minus, tunc vſq; ad modum,
menſuramq; illius rei fiat repletio, non aũt vſq; ad menſu
rã veræ legitimæ. Quòd intellige,dũ modo aliorũ filiorũ
(ſi fortè exiſtunt)legitimæ non minuatur,ſaluaq; Falcidia
cohæredum extraneorum, quæ omnia pauci percipiunt.
Quod ſanè intelligẽdũ in terminis huius legis, ſcimus,
in prin.C.de inoff.teſta.ibi, agnouerit & pro parte ſua ha-
buerit. Qñ enim filius rẽ in qua à patre fuit ĩſtitutus,agno-
uit,& pro ſua legitima habuit,illaq; tantùm cõtentus fuit,
ſi ea poſtea euicta fuerit, vſq; ad illius rei menſuram reple
tio induci debet,ſiue illa nec plus nec minus valeret,q̃ ipſa
legitima,ſiue minus valeret, quia tũc ex ſuo conſenſu poſt
patris mortẽ præſtito ſibi præiudicauit, vt d.l.parentibus.
d.l.ſi quando.§.fi.hoc tit.Siue etiam plus valeret, q̃ ipſa le-
gitima, vſq; ad vires ipſius rei ſupplementum fieri debet,
vt in hoc.§.repletionem.d.l.ſcimus,cum moderatione tñ,
de quo in l.cùm pater.§.euictis.ff.de lega.2.iuncta.l.ſi do-
mus.§.de euictione, cum ibi notatis.ff.de legat.1.
In ſumma verus ſenſus & magis tutus is eſſe videtur,
quem modò attigimus: vt ſi cum filij legitima eſſet 100 &
ſibi 80 tantùm eſſent relicta, vel cùm plus eſſet relictum,
ſubſequuta quarund.rerum euictione,ad hanc ſummã le-
gitima redacta eſſet, tunc licèt is filius tempore mortis pa
tris ſit in ſpe aliquid vltrà acquirendi ex cauſa iuris accre-
ſcendi,vel ſubſtitutionis, nihilominus debeat ſtatim legi-
tima repleri, vt ſic ſtatim integrã legitimam purè habeat,
& præterea conſequatur exiſtente poſtea conditione ſub-
ſtitutionis, id quod ex illa cauſa delatũ fuerit vltra legiti-
374 mã. Verũ ſi iam tẽpore † mortis patris condi. ſubſtitutio-
nis extiterat,tunc magis eſt, vt ea portio ſibi in legitimam
imputetur, non ſecus quã ſi ab ipſa teſtamẽti creatione iu
re inſtitutionis relicta eſſet, vel nõ ſecus, quã ſi ab ipſa te-
ſtantis diſpoſitione per prius, & primordialiter,nõ autem
per poſterius, vel ſecundariò ad talẽ rem, vel portionẽ in-
uitatus fuiſſet,argu.l.1.& 2.& l. ſi te ſolum,& l.ex parte,ff.
de acq.hær.& l. etiam,§.ſi patronus,ff. de bon.lib.
Ad d.l.ſcimus,§.cum autẽ, reſpon. ꝙ loquitur in fidei-
commiſſaria ſubſtitutione, cuius conditio non poteſt exi-
ſtere,niſi demum poſt mortẽ teſtatoris, & poſt aditã etiã
hæreditatẽ,l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.ff. ad Treb. Ra-
tio differentiæ, vtrùm cõditio ſubſtitutionis, vel iuris ac-
creſcẽdi exiſtat viuo adhuc teſtatore,an demum poſt eius
mortem,ea eſt:quia legis diſpoſitio eò tendit,& (vt ita lo-
quar) illum ſcopulum, illudq; ſignum noſter minatur ar-
cus, vt filiusfa.ſuam legitimam continuò ſub mortem te-
ſtatoris abſq; vlla dilatione conſequatur, vt ibi in prin.le-
gis,ſcimus,ibi,purum,& l.quoniã in prioribus,ſed id con-
ſequitur filius,quando ante mortẽ teſtatoris conditio ſub-
ſtitutionis,vel iuris accreſcendi extiterat,& ſic portio iure
vel accreſcẽdi, vel ſubſtitutiõis delata, iã viuo teſtatore co
adunata,& in vnum corpus,vnamq; portionem cũ ea por
tione,quæ primordialiter filio relinquebatur,redacta fuit,
& conſequẽter eam filius ſtatim poſt mortem patris abſq;
vlla dilatiõe cõſequi põt,nõ ſecus,quã eã,quę ſibi primor
dialiter relicta fuit,ergo talis portio ſic viuo ẽt teſtatore pu
rificata,in legitimã ĩputari debet nõ ſecùs, q̃ ſi ab ipſa te-
ſtãtis primordiali diſpoſitiõe purè relicta fuiſſet: quia inter
purũ,& viuo teſtatore purificatũ,nulla differẽtia eſt l.fi.§.
Titius.ff.de vulg. Vnde ſi cõditio caſualis,ſub qua poſthu
mus inſtitut⁹,eſt viuo teſtatore exiſtat,nõ vitiatur poſthu
mi ĩſtitutio.l.cũ poſthumus,ff.de libe.& poſth.licèt ſi talis
cõditio poſt mortẽ teſtatoris extitiſſet,inſpecto iure,ff.de
teſt.vitiaretur,l.poſthuma.eod.tit.Pro nobis tex. ferè ex-
preſſus in l.ẽt,§.ſi patronus ſub cõditione, ff.de bo.lib.vbi
patronus tenetur ſibi imputare in legitimã quod ei fuerat
ſub cõditione relictũ, ſi quidẽ cõditio viuo teſtatore exti
terat ad idẽ §.libertus,ead.lege,ꝙ tñ legitima patroni om-
ni onere vacare debet,vt in l.cũ patronus, ff.de leg.2.§.no
375 ſtra.Inſtit.de ſucce. lib.Ergo ſimiliter legitima † liberorũ
licèt oĩ carere debeat onere, tñ in eã imputandũ eſt quod
ſub cõditione filio relictũ fuit,ſi quidẽ cõditio viuo teſta-
tore extiterat. Ergo in hac materia,quę ſatis dubia,& pe
riculoſa eſt ſecundũ Alex.nu.20.in l.in quartam,ff.ad leg.
Falc.& ſecundũ Pau.in prin.d.legis ſcimus, in fi.verbis,fac
duos caſus,primum in legato,alterum in hæreditate.
Primò caſu ſit regula negatiua, vt quod capitur ex ſub-
ſtitutione legati,id in legitimã nõ imputetur. Iſta eſt vera
& cõis opi.quam tenent Bald.& Salicet.ibid.idem Paulus
ibi.dum ſe refert ad d.per Bart.in d.l.in quartam,in fin.te-
nuit gl.in d.le.ſcimus,in prin.iſto tit.C.de inof.teſta.ſequi-
tur Iaſ.in prin.illius legis,ad fi.& etiam Aret. ibid.& Alex.
nu.20.in d.l.in quartã, & ibi Bart.in fi.& Ripa.nu.217.ſe-
quitur & dicit cõem opi.Coraſi.in d.l.filium quę.nu.205.
Cõtrariã opi. vt quod capit ex cauſa ſubſtitutionis in le
gato factæ id in legitimã imputetur, tenet Alex.nu.20.in
fi.in d.l.in quartam,& Paul.Picus, nu.91.qui dicit hanc eſ-
ſe cõem opi.& Alexã.conſi. 177.Viſo proceſſu.volum.5.
Quid tenendũ? Dic neutram harũ partium indiſtinctè
& ſimpliciter defendi poſſe,& vtranq; poſſe ſaluari. Nam
ſi quid conditio ſubſtitutionis factæ in legato extitit viuo
teſtatore ꝑ mortẽ forte legatarij, tũc quod ex tali ſubſtitu
tione capit,in legitimã ĩputabitur, argu.d.l.cũ poſthumus,
iuncta d.l.poſthuma.ff.de lib.& poſt.& argu.l.etiã,§.ſi de-
bita,&

bita.& §.libertus.& §.si patronus sub cōditione,ff.de bo. liber.& quæ tradunt Bar.& oēs in d.l.in quartam. Et hoc casu procedere potest,& saluari hæc secunda opi.affirmatiua,licet sit extra mentem eorum,qui eam defendūt, qui plane idē volunt.etiā si condi.post mortē testatoris existeret,intelligentes,quòd tūc condi.reijceretur, sicq; nullam dilationem filius pateretur.Sed nihil est,quia tunc ea condi.reijci non posset,vt illicò dicam.

Quòd si conditio substitutionis post mortem testantis existeret,tunc id in legitimam non imputaretur,vt ibi.d. l.scimus, quia inter mortem testatoris & repudiationem legatarij lex deferret huic filio suę legitimæ supplementum sicq; quod postea legatario repudiante sibi ex causa substitutionis in legato factę delatum esset,id pręcipuum vltra legitimam suam lucraretur,vt ibi.

Nec ad rē pertinet,ꝙ de eo,quod filiofa.relictū est quatenus deest legitimæ supplemento † reijciatur conditio.
376 Nā illud procedit,quando ea conditio potest reijci,nec ꝑ talē remotionē conditionis ipsa dispositio in sui forma vitiatur.Ita procedit d.l.qm̄ in priorib.Secus autē, si vitiaretur,nā tunc talis conditio non reijceretur.Ita probat text. d.l.scimus.qui ad hoc a nemine vnquam fuit allegatus, licet hanc conclusionē tenuerit Roder.Xuarez in l. quoniā in priorib.limit.9.fol.54.Bald.in l.1.C.de iure fisc.lib.10. Ang.& Imol.in l.suus quoq;,ff.de hęre.instit.Ad §.cū autē infrà d.l.scimus resp.ꝙ licet reijciatur cond.substitutionis fideic.adhuc fideic.substitutio remanet in sua forma,licet celerior fiat restitutio: in substitutione autē vulgari si tollas condi.efficies illā institutionem esse,nō substitutionē,vt sentiunt Carolus Ruinus in d.l.in quartā in fi.& Ripa nu.217.Preterea in d.§.cū autē.grauatus erat hęres vniuersalis, vnde illi necessariò adimēdū erat,quod filio dabatur:at grauatus hic erat legatarius, cui filius fuerat substitutus,isq; ad supplemētū legitimæ nō tenetur,sed solus hęres vniuersalis,salua tamen Falcidia,vt dicam in q.sequen.

In portione autē delata per ius accresc.(putà si fundus filio & alteri esset legatus,& collegatarius huius filij exclusus esset)similiter cōtrouersum est,an talis portio imputetur in legitimā filij.Et ꝙ non imputetur,tenent glo. Bald. Saly.Pau.Are.& Ias.in d.l.scimus.Bart.in d.l.in quartā.in fi.quē sequuntur cōiter doc.suprà citati,quos diximus tenere op.negatiuā in substitutione.Cōtrariū op.tenēt Ale. & Pau.Pic.& alij.quos diximus tenere opi.affirmatiuam.

377 Sed negatiua opi.vt nō † imputetur ꝑ hunc tex.in d.l. scimus.verissima est, siquidē talis portio demū post mortem testatoris vacare cœpit:ꝙ si eo viuo cœpit vacare,tūc talis portio in legitimam imputanda est.Et hoc casu saluari potest opi.contraria,licet sit præter intētionem eorum, qui eam defendunt. Et nr̄am conclusionem probat te.ibi dupliciter.Primò in sui generalitate,deinde in verbo, humanitatis intuitu.quo verbo significatur,ꝙ licet talis portio in legitimā patroni imputaretur,l.etiam,§.si debita.ff. de bo.lib.& etiam in Trebellianicā, vel Falcidiam,tamē humanitatis intuitu diuersum in legitima iure naturæ debita statutum est. Nec me mouet, ꝙ text.exemplificat in vsufructu. Nam resp.ꝙ exempla non arctant regulam.vt per Alex.nu.20.in d.l.in quartam. Secundò & elegantius respōdeo, ꝙ Imꝑator voluit exēplum ponere in casu euidentioris ęquitatis,qualis est in vsufructu,qui ēt post portionem quęsitam diu post mortē testatoris solet accrescere,l.1.§.interdū,ff.de vsufr.accres. quę ratio cessat in iure accres.quod cōtingit in proprietate,quod a cōiter accidentibus non diu post mortē testantis vel defertur,vel desperatur. Nā siue collegatarius filij portionē rei legatæ agnouerit,ea in æternum accrescere nō poterit,vt d.§.interdū. siue repudiandum putauerit, id nō longè a morte testātis faciendū est.argu.l.quandiu,3.ff.de acq.hær.Sicq; licet talis portio proprietatis in legitimā filij imputaretur,non tā longa mora ei fieret, quàm si iuberetur spectare portionē vsusfructus,qui diu postea posset iure accres.deferri.Quā rōnem a nemine vnq̄ animaduersam inuenies. Sicq; exēplū vsusfructus accrescētis posuit Imꝑator, vt suā decisionem iustiorē redderet, non aūt vt ad illum tm̄ casum decisionē præambulam, quæ gn̄alis fuerat, restringere vellet.

In vsufructu aūt similiter sunt duę contrariæ cōes opi. de quibus suprà mentionem habuimus. Sed tenēdum est,
378 ꝙ si portio † vsusfructus accrescat, vel iure substitutionis deferatur post mortem testatoris, tunc in legitimam non imputetur quod si viuo testatore,deferatur, tunc imputetur.Et ita nouissimè vtraque opin.saluetur.

Hinc infertur verā nō esse op.Are.in d.l.scimus.dicētis
379 ꝙ tex.d.l.scimus.ꝓcedat solū in iure accresc.qđ † deferē ex natura rei,quale est in vsufr.qđ desiderat ad suā proprietatē redire,secus aūt in iure accres.qđ cōtingit in ꝓprietate. Sed erat,vt ꝓximè diximus,& loquitur cōtra gn̄alitatē & rōnem illius te. Licet & id voluerit Ale.in d.l.in 4.nu.20.

Secundò colligo errasse Ale.qui in d.l.in quartā.n.20. ait illum tex.in iure accre.tm̄ loqui, quod in rebus alienis legatis contingit. Nam preterea ꝙ loquitur contra gn̄alitatē illius tex.ea conclusio etiam in se vera non est,cū in re
380 bus alienis† legatis ius accres.non detur.vt probat tex.in l. huiusmodi,§.si titio,ff.de lega.j.Dixi late suprà isto lib.& §.in materia iuris accrescendi ad pri.huius §.10.

Infertur ēt,ꝙ in quib.casib.datur ius accres.post portio
381 nem quæsitā,in illis portio iure † accres. delata in legitimā nō imputatē. Quos casus latè enumeramꝰ ad pr.huius §.10.

Secundus casus prin.est in portione hæreditaria.Et Barto.in d.l.in quartā.in fi.tenet ꝙ portio iure accres.vel sub-
382 stitutionis delata†imputetur in legitimā.per te.d.l.scimus. seqtur & dicit cōem op. Pau.picus ibi.n.91.videtur sequi Caro. Rui.ibi in fi.& Ripa.n.217. Idē sentit Paul.dum in d.l.scimus.se refert ad ea quæ dicit Bar.in d.tex.d.l.in quartam sequitur Ias.in d.l.scimus.in 8.notab. Bal. & Sal.ibid. Coras.in d.l.filiū quē.n.104.C.fa.hæ. Ale.cōs.177.vol.5.

Hæc conclusio probatur secundū eos,quia cōditio,inquiūt,substitutionis reijcitē vsq; ad mensurā legitimę,sicq; cū statim legitima post mortē testatoris filio representet ex beneficio,d.l.qm̄ in priorib. supra eo.nō est cur is filius non debeat talē portionē, quæ hæredi adēpta,& in ipsum filiū translata fuit, in legitimā imputare. Sicq; isti volunt, quod cōditio apposita in filij vocatione reijciatur,ēt si per hoc dispositio in sui forma corrūpatur, qa cū primordialiter esset substitutio,trāsformatur in naturā institutionis ꝑ remotionē cōdōnis qđ paulo ante falsum esse ondimus.

Sed tamen & id fundam.falsum, & opi.principalis vera non est ꝑ d.l.scimus.generalitatē,& per sui rōnem, ibi,humanitatis intuitu. & per rōnem quā superius notauimus. Quia cùm omnis dilatio de legitima reijciatur, sequitur ꝙ statim post mortē tastatoris lex huic filio legitimę supplementū cōdonauit,& accōmodauit: vnde portionē postea iure accrescēdi vel substitutionis delatā vltra legitimā præcipuam habebit,sicq; non imputabitur in legitimam.

383 Hæc conclusio sic declarata,intelligitur † multipliciter. Primo in substitutione vulgari,vt ibi.Secundò in substitu-
384 tione † reciproca,quia vulgares sub se cōtinet tex.cum gl. cōiter appro.in l.Lucius,ff.de vulg. Tertiò in substitutione informi, qualis est illa, Titiū instituo filiū substituo.nā
385 & hęc vulgaris † censetur.vt tenēt Bar.& cōiter docto.in l. Gallus, §.quidā rectè, ff.de lib.& posth.& est Bar.ibi in ver.quartus modus,col.2.sequitur & dicit cōem eius opi. Ale.ibi.nu.5.& Ias.n.10.& Lancel.Galiaula nu.10.& Fortunius.n.18.& Alcia.nu.10.& Bar.in l.Centurio,nu.32.ff. de vulg.vbi Ias.nu.54. Bar.in d. Lucius, nu.20.vbi Ias.nu. 29.Quæ omnia sunt receptis sententijs aduersa.

Hæc omnia intellige,dūmodo conditio substitutionis, siue illa vulgaris esset,siue reciproca,siue informis extitis-
386 set post † mortē testatoris, ꝙ si eo viuo, tunc in omnibus his tribus substitutionū speciebus tenerem talē portionē in legitimam fore imputandā per rōnes superiores, quod nullus ita declarat.Et isto casu ꝓcederet cōis opi.& saluabitur extra intentionē mentēq; eorum, qui eam defendunt.

Hæc procedunt in substitutione, quæ ante aditā hæredi-

locum habet, qualis est vulgaris & reciproca, & informis, vt in l.post aditam, C.de impub.

Modò videndū quid in substitutione fideic. & reliquis 387 substitutionū speciebus, quæ fideicommissariç † assimilā tur, quæq; demum post aditam hęredi locū habent. vt in l.ille a quo, §.si de testamento, ff.ad Trebel. Et Bart.in d.l. in quartā in fin.tenet, vt quod capitur ex tali substitutione fideico.in legitimā imputetur, quia inquit, de illa reijcitur conditio per d.l.qm̄ in prioribus. sicq; non est cur nō imputetur in legitimā quod ex tali substitutione capiť, quandoquidē absq; vlla mora exigitur. Sequitur & dicit cōem opi.Paul.Picus ibid.nu.91.Ripa, nu.217.Alex.nu.20.post Ang.& Imo.& in d.l.scimus.sentit gl. Areti.& Ias.ibi.dū dicunt, ꝙ saltem generaliter in solo legato tex.ille procedit, secus in substitutione facta in hæreditate.

Contrarium tenent Saly.ibi.in prin.& Bal.in 7.notab. Quid dicēdum? Et quidē hæc materia rudis adhuc est, & a nullo vnquam digesta. Sit igitur primus casus, qn̄ filius fuit in minori portione quā legitima institutus, habuitque 388 vnum tantū cohæredē, cui per † fideicommissum fuit substitutus, quo casu aut pure cohæres iussus fuit restituere quandā portiunculā hæreditatis, quæ licet iungeretur cū portione primordialiter filio data, non explebat legitimā & tūc quod capitur ex tali fideic.in legitimā imputabitur cū absq; vlla dilatione capiatur, l.quia poterat, ff.ad Treb. iuncta l.etiā, §.si debita, ff.de bon.libe. Idq; licet nullus tāgat, nullus tamen negaret, & hoc casu nō procedit text.in d.l.scimus. sed procedit, §.cū autē. infrà eadē l. vbi est expressum, ꝙ si id fideic.erat conditionale, adhuc statim est restituendū vsq; ad supplementū legitimæ, idq; indubitāter in legitimā imputatur, vt in d.§. cùm autem sicq; hoc casu procedit communis opin.contra Bal.& Salyce.

Quòd si is filius in minore portione, quàm legitima institutus Titium, & Seium cohæredes habuit, Titioq; per fideicom.fuit substitutus si quidem purè tunc ꝙ ex tali fideicom.ceperit, sine dubio in legitimā imputabit, per d.§ cum autem. & procedit etiam hoc casu opin.cōis contra Bald.& Saly.& contra Ripā vbi suprà. qui sibi ipsi cōtrariatur, & cōtra Fabianū in auth. nouis.supra eo.ī 14 q.9.q. princi. Ad d.tex.resp.ꝙ loquitur in substitutione directa.

Quòd si nō purè Titio fuit filius per fideic.substitutus sed sub conditione, & tunc statim inducitur per l. quoniā in prioribus, legitimç supplementū, quod proportionabiliter abstrahitur ab vtroq; cohęrede.i.pro portionib.hęreditarijs, eorū portiones decrescunt, vt §.si plures, & §.videamus. Insti.de hær.insti.& ff.eo.ti.l.itē quod Sabinus §. 1.cū sequen. Nec totū, quod huic filio accommodatur, & suppletur, adimitur Titio, cui per fideicō.substitutus fuit, sed ambob.cohęredib.pro hęredi.port.sicq; quod postea ex causa illius fideic.ceperit, nō imputabitur sibi in legitimā, quā iam plenā habebat, sed vltra eā pręcipuū id habebit. Estq; nouissima & verissi.declaratio. Nec hoc casu locus erit d.§.cū autem.per iura suprà allegata. Sicq; opi.Bal. & Ang.& Ripæ, & Fabiani nullo casu vera est. Et pro nobis tex.expressus in l.si libertus sub conditione §.libertus ff.de bon.libe.l.in seruitutē, §.fi.l.si patronus cū duos eo. Quę dicta sunt in fideic. substitutione, procedunt etiā in directa militari, quę fideicōmissariæ simillima est, vt in l. precib.in fi.C.de impub.secūdū cōem intell.modernorū, quē signauimus in materia cōpendiosæ substi. infra lib.6. Tertiò eadem omnia intellige procedere etiā in substitutione cōpendiosa, in quibus casib.habet vim fideicōmissariæ, quos enumeramus in materia cōpendiosæ infra lib.5.

389 Quod autē capitur ex † substitutione pupill.id in legitimam nunquam imputabitur, tū per generalitatem huius tex.d.l.scimus, tū etiam, quia pupillaris habet locū demū post mortē testātis, & etiā pupilli, & lex statim post mortē testantis inducit legitimæ suppletionē, sicq; quod post quā legitima iā plena ē, ex causa pupillaris subst.defertur, id necesse iā est vt in legitimā non imputetur, sed vltra eā præcipuum habeatur. Estq; vera & communis opi.quam tenet Alex.post alios, quos refert in d.l.it. quartam, nu.20 Picus ibidem nu.91.Ripa ibidem nu.217. & est cōmunis opin.secundum Cora.nu.104.in d.l.filium quem. Qua ratione idem dicendum in substitutione exemplari, §.qua ratione. Instit.de pupil.l.humanitatis.C.de impub.late per doct.supra relatos, & per Alex.consi.177.vol.5.

Postremo vidēdum est, an supplementum legitimæ, ꝙ 390 ex legis dispositione inducitur, adimatur † hæredib.tantū an etiam tā hæredibus, quàm legatarijs? Et Bartol.in d.l. in quartā, q.antep. tenuit ꝙ adimatur non solum hæredibus, sed etiā legatarijs. Cuius opin.cōis est secundum Coras.in l.filium quē.in vlt.q.C.fa.herc.tenet Bal.in authent. presbyteros, C.de epis.& cle.idem Bald.in l.1.col.4.C.de inof.dona. Quod saltem verum est, cùm species hæreditariæ essent legatę secundū Bal.in l.omnimodo, in prin.hoc ti.& Pau.Cast.in d.l.in quartā.in lect.Paduana & Ang.ib.

Contrariam partem, vt quod filio pro legitimę supplemēto datur, id solis hęredib.nō etiā legatarijs adimatur, tenent Coras.vbi supra.& Cato.ruin.col.fi.& Alex.col.pen. & fi.& Pau.Picus.nu.93.in d.l.in quartam, Fulg.& Saly.in d.l.omnimodo.in pr.supra eo.Ang.consi.131.Pau.consi. 253.idem Paul.cons.254.vt refert Alex.vbi supra. Ang.in l.si pater, C.de inst.& subst.circa med.idem Ang.in l.Papinianus, §.si conditioni. ff. hoc tit. Imol.in l.suus quoq; in prin.ff.de hęr.insti.Imo.in d.l.in quartam, & sic hæc opi. videtur magis cōis, tenet etiā Guid.papa.q.82. secundum Coras.vbi supra, sentit Greg.Lup.in l.5.gl.fi.ti.8.part.6.

391 Quid dicendū? Teneo † hanc secundam opi.vt regulariter hæredibus tantū, nō etiam legatarijs adimatur quod filio pro supplemēto legitimę transfertur. Moueor primò per §.cæterū.in auth.vt cum de appellat.cogno.dum ait, ab hæredibus secundū alias nostras leges repleri. vbi satis expressum videtur hanc legitimę repletionem ab hęredibus tantùm, non etiam fieri debere a legatarijs. Secundò, quia secundum cōes opi. supplemētum legitimæ petitur cōdictione ex lege.vt tenēt glo.& cōiter docto.in d.l.omnimodo.in prin.gl.& cōiter doc.in prin.huius l.scimus.& Coras.& Alex.& Pau.Picus, & Ruin.& alij vbi supra.sed actiones personales (qualis est condictio ex lege non dantur contra singulares successores (qualis est legatarius) sed cōtra successores vniuersales (quales sunt hæredes) vt docent cōmuniter doc.per tex.ibi in l.1.§.si hæres pręcepto ff.ad treb.doc. cōiter per tex.ibi in l.1.C.si cer.pet.doc.cōmuniter per tex.ibi in l.pro hæreditarijs, C.de hær.actio. ergo superest, vt cōtra legatarios nullo iure agi posit. Tertio adduco, ꝙ regulariter legitimæ supplementum, quod iure.ff.in legitima patronorum dabatur, ex portionib.hæreditarijs sumebatur, tex.est in l.in seruitutē, §.fi.& in l.si ex patronis.in prin.& in l.si libertus sub conditione, §.libertus, 1.resp.& in l.si libertus cum duos.ff.de bon.liber. sed hę legitimę regulariter æquiparantur, l.fi.C.de inof.testa.ergo, &c. Quartò adduco tex.a nemine vnquam consideratum, qui lōgè fortius id probat.in §.nostra. in fi.Insti. de succe.lib.vbi si patroni legitima erat centū, isq; in cētū fuit institutus, & grauatus fideic.vt 20.præstaret, ꝑ quod onus virtualiter eius legitima in 20.videtur minuta.text. ait, ꝙ illa centum præstabuntur a cohæredibus liberti nō etiā a legatarijs. Ecce ergo, vt inspecta patroni legitima cū onere sibi iniuncto egebat supplemento, & iuuamine alieno, idq; iuuamen seu supplementum a cohęredibus tantū non etiam a legatarijs contingit, facit, d.l.scimus, §.1.

392 Quintò ꝑ hac parte est tex.ibid.dū ait.ꝙ † non imputatur in legitimā, quod capitur iure accre.vel subst. Quod ea ratione euenire intelligo, quia legitima non potest suppleri per legatarios, tenendo quo ad hoc intellectū gl.ibi volentis illum tex.intelligendum, quādo substitutio in legato facta fuit, vel ius accresc.ex portione legati descēdit.

Deniq; pro nobis, quia supplemētū legitimæ est quoddam augmentū, vt patet ad sensum, sicq; quoddam ius accresc.nā ius accrescendi quoddam augmētum est, vt dicit tex.in l.si titio, ff.de vsufru.& in §.vbi autē legatarij C.de cadu.

cadu.tollend. & diximus in materia iuris accref.supra libr. isto ad prin.huius §.& patet, ꝙ ius accresc.non habet locū inter succedētes,diuerso iure,& sic si filius sit institutus in legiti.minuta, non potest ius, vel augmentū eius petere à legatarijs.Cæterū si filio legitima in legato tantū esset relicta,tunc augmentū posset contingere tā in legatis, quā in portionibus hæredit.i.supplementū deberet præstari tam ab hæredibus,quàm a legatarijs.Et ita posset procedere textus a nullo vnquam recte intellectus in d.l.si libertus sub conditione §.libertus, versic.idē erit,ff.de bon. libertorū.

In vno casu hęc opi.indubitanter procedit,s.quando legata essent generica, puta in quantitate relicta secundum omnes,quia tunc de legatis repletio legitimæ fieri nō posset,cū repletio fieri debeat de corporibus hæreditarijs, vt dixi.Sed & in alio casu indubitanter procederet, secūdum oēs opi.Bart.s.quando repleta legitima Falcidia minueretur,nā tunc ad illā repletionē faciendā etiam legatarij contribuere tenerentur.Sed is casus ab omnib. receptus verus non est,nā etiā hoc casu a solis hęredib.non etiā legatarijs fit legitimæ supplementū,& contra eos tantū, non cōtra legatarios filio competit actio,vt probauimus. Licet post quā per tale supplementū legitimę ab hæredibus præstitū si quarta Falcidia minuta maneat,tunc ipsi hæredes vsque ad mensurā Falcidiæ suas portiones supplere possint, legatis resecatis,nec.n.ipse filius vllā actionem aduersus legatarios reliquosq; successores singulares habere potest,sed tātū aduersus hæredes qui sunt successores vniuersales, penes,quos resident hæreditariæ actiones tā actiuę,quā passiuæ,vt dd.ll.Ergo cū inter succedentes diuerso iure cesset ius accres.vt in l.sed cū patrono ff.de secūdū tabu. & supplementū legitimæ sit quoddā ius accrescendi, quoddāq; augmentū,superest,vt filius in minore portione quā legitima institutus,supplementū petere possit a suis cohęredib. non autē a legatarijs, quia in habentib.symbolum facilis est transitus, vt docent Bar.& alij in l.Centurio.in princi. ff.de vulga. sicq; facile portioni hæreditariæ altera portio hereditaria accedit,non ita portio legati. Cōfirma quia augmentū debet esse eiusdē naturæ,eiusdemq; formæ,vt est suum principale,secundum Bal.in l.3.C.de hær.inst.

Vnde portioni hęreditarię augmentū ex altera portione hæreditaria contingere potest, nō ita ex portione legati,quæ est longe diuersæ formæ,ita intelligo d.l.si libertus cū duos.l.si ex patronis.in princ.l.in seruitutē §.fi.l. si libertus sub conditione,§.libertus.ff.de bon.liber. Vnde videtur inferri,ꝙ si legitimā diminutam filius haberet iure legati,vel etiā ꝙ in re certa,quæ legitimæ non satisfaciebat, esset institutus,tunc supplementū ei contingere posset ex reb.legatis,& ita,vt dixi,potest intelligi d.§.libertus, ver. idē erit,quia tunc augmentū contingeret in eadē forma, eritq; nouis.intellectus ad d.versi.idē erit. Vel dic secundò ꝙ aliud in legitima patroni,vt ibi,aliud in legitima liberorum secundū Coras.vbi suprà. Vel tertiò ille tex.procedit quando patronus,& legatarius erant cōiuncti,vt ibi,secus si coniuncti non essent. Et deniq; nostra opin.iure regio indubitata est per l.5.in fi.titu.8.partit.6.

Amplia 93.vt lex nostra procedat secundū quosdam in eo etiam,ad quē hæreditas transmissa est:nam vt hęc onera † reijciūtur ab ipsis liberis,quibus imposita fuerunt, ita
393 quoq; reijcerentur ab eorū hæredibus,in quos transmiserunt.Contrariū tamen tenet Socinus,cons.116. Non pōt negari.lib.1.quē refert & sequitur Gregor. Lupus in d.le. 11.tit,4.par.6.in gl.libremente.qui ait,nullibi se legisse, nisi apud Socinū.Nos autē,licet non inueniamus cōtradictores,tenemus oppositum.Primū per regulam huius le.cum concor.nec exceptio bene probatur.Deinde per l. si quis filiū.§.ff.de acqui.hære.ibi,quia idē patri suo tribueretur. Tertiò per l.vni.C.qui ante aper.tabu.Quartò,quia liberi non possunt hęreditatem transmittere,nisi demū postquā is,cuius de successione agebatur,defunctus fuerat,& prætereа ea hæreditas ipsis liberis delata erat.glos.cōiter appr. in l.vnic.C.qui ante aper.tabu.Sed cum primū is,cuius de successione agitur,decessit,statim per legem adimitur cōditio,& onus,vt hic.ibi,& perinde res procedat, quasi nihil eorū testamento additū esset.Vnde cū postea filius moritur,transmittit illā hæreditatem iamdiu ab illo onere cōditionis,vel dilationis,vel fideic.liberatā & exoneratā. Et nimis nouū esset dicere onera illa, quæ semel ab ea liberorū institutione abscesserūt.rursus filio moriente reuolasse ad eandē hæreditatē onerandā.Tenendo hanc partē,ad l. cū patronus.ff.de leg.2.responde obesse nihil, quia ibi patronus repudiauit hæreditatē etiam quo ad suam legitimā sicq; non transmisit.d.l.vnica.ibi,si tamen hęreditatē non recusant.vbi ita omnes tenent.Nos loquimur, quando filius non repudiauit,sicq; transmisit, & consequenter hæres eius eodē iure,quo ipsemet vti debet l.2.§.his.ff.de verborum oblig.authen.de iureiuran.a mori.præst.in princi. non sic cùm ille non erat hæres eius, cuius legitima onerata fuit,nam tūc non vtitur vice,iure aut priuilegio ipsius. Nam & relicta ab instituto censentur repetita a substituto,vel cohærede cū ijsdē oneribus & qualitatibus.l.nō iustam,C.ad Trebel.non sic ab eo,qui succedit in locū repudiantis,si non repudiauit in fraudem,l.si nemo,ff.de reg. iuris,l.si nemo,ff.de testam.tuto.l.eam quam,C.de fideic. l.1.§.fi.ff.de vulga.

Amplia.94.multū elegāter vt procedat,etiā si pater haberet facultatē regiam ad faciendū primatū,maioratum vel vniuersorū bonorū in pręiudiciū aliorū filiorū, saluis alimentis,nā adhuc † onus in legitimis aliorum ipso iure per
394 hanc legē reijceretur,non secus, quā si ea facultas regia nō interfuisset,nisi appareret testatorem ea regia facultate vti voluisse,quasi in re dubia ea regia facultate vti voluisse nō videatur.Ita tenent Gregorius Lupus in d.l.11. in glo. libremente.Roderic.Xuarez hic.18.limita. & rursus in relectione l.fori.ibi adiuncta in secūda limitatione,facit quod traditur per Oldrald.consi.28.Visa donatione. Licet non inueniam contradicentē,tamen vehementer dubito. Nā cùm de potestate testantis dubitari non possit, quia ponimus interfuisse regiā facultatē,& de voluntate agendū sit, succedit regula l.3.ff.de militari testam.vbi miles, qui destinauit testari in forma cōi,si non adhibuit solennitatem ad testamētū regulare faciendū,sed tantū ad testament.militare,valet quidem testam.iure militari. Qui cum de validitate actus tractatur,semper quisque videtur omne ius, omnemq́, potentiam suam deduxisse ad validitatem, firmitatemque illius actus, quo de agitur, etiam si per prius contrarium destinasset,vt ibi.Quantò ergo magis,si contrarium nunquā destinauit.vt in specie nostra? Facit optime ea cōmunis opi.quæ habet,quòd paganus,qui in scriptis testari destinauit,neque adhibuit solennitatē sufficientem nisi ad testamentum tantum nuncupatiuum,nō inutiliter testatus intelligitur, quasi omni iure, omniq; sua potentia ad validitatem illius actus vti videatur, vt diximus infrà,§.vndecimo.in princi.cum plu.numeris sequen.licet & diuersum destinasset facere, & actus ille transiret in diuersam formam,quàm premeditatam.Quantò ergo magis hic vbi neq; contrarium destinauit,sed potius id quod fecit,cum ad id impetrauit a principe licentiam, & dispensationem,& actus non transit in diuersam formam quam præmeditatam,sed in ipsamet quam pręmeditatus fuerat? Deniq; ad hanc rem innumera capere poteris fundamenta,quæ faciunt in conseruationem actus,quo de agitur,ex d.§.11.Et d.l.3.licet loquatur in milite,tamen etiam in pagano procedit, quia cum agitur de interpretatione voluntatis,idem est in milite,quod in pagano,l.si Rufinus,l.captatorias, & vtrobique Ias. C.de testa.mili.

Amplia.95.vt licet sit consuetudo,ꝙ quis posit filium in legitima onerare, tamen si is oneratus reperiatur, onus reijcitur ipso iure per hāc l.quasi testator iure,& potestate consuetudinis vsus non videatur.Ita tenet Gregorius Lupus vbi supra.post Oldrald.quem refert in consil.28. Visa donatione.nihil allegat Gregor. Pro eo facit, quia testator pręsumitur turbatus mortis cogitatione,l.hac consultis.§.

at cũ humana, C.qui teſt.facere poſſunt, authen.de triẽte, & ſemiſſe § illud. Sed certe licet is caſus non tã expeditus ſit quã ſuperior, tamen in vtroq; caſu contrariũ teneo, per proxime dicta, & ita conſularẽ, & iudicarẽ. Facit etiã, quia ſufficit, ꝙ cõſuetudo ſit tolerabilis, licet non ſit multũ rationabilis, vt eleganter, per Tiraq. de vtroq; retrac. in prin. nu.75. Facit optimè ꝙ dixi in §.3.n.1. Facit optimus text. in l. Papinianus, §. ſed neq; impuberis, ff. de inoff. teſt.

Amplia.96. vt de legitima parẽtũ reijciatur omne onus impoſitum a filio, etiã ſi legitima ipſius filij nimis onerata fuiſſet per ipſum patrem ex principis conceptione data ad maioratũ faciendum. Ita notanter tenet Gregorius Lupus vbi ſupra, poſt Bald. quem alleg. in l. fi. ver. pone princeps, C. de fruct. & litium expen.

Ampl.97. vt licet de cõceſſione principis poſſit fieri maioratus in perſona vnius filij in diminutionẽ legitimarũ reliquorũ filiorũ, tamen, ſi diceretur (prout ferè ſemper dici
396 tur) in tali cõceſſione, & diſpẽſatione, ſaluis † alimẽtis, tũc ſi alimẽta in proprietate tantũ, vel in vſufructu tantum eſſent relicta, quaſi id onus eſſet, remoueretur. de talibus alimẽtis, nõ ſecus, quã de legitima remouetur. Ita tenẽt multũ eleganter Gregorius Lupus in l.11. tit.4. par.6. in glo. libremente poſt mediũ. Roderic. Xuarez in d.2. limitatione. Palacios rub. in c. per veſtras, col.250. de donatio. inter virũ & vxor. Licet non inueniã contradicentẽ, tamẽ id ſuſpectũ puto, quia vt patet fere per totũ, ff. de alimen. & ciba. lega. de natura alimentorũ nõ eſt, vt tranſmittantur ad hæredes, neq; vt alienẽtur, vnde neceſſe non eſt (quod illi patres volũt) pręſtari alimẽta in reb. quę ad hæredes ſint tranſmisſibiles. Facit, quia neceſſitas relinquẽdi legitimã, vel alimẽta, vel dotẽ indubitanter deſcẽdit a mero iure poſitiuo, vt reſoluimus ſuper interpretatione authẽ. nouiſſima, C. de inof. teſt. quæ collocata per nos eſt in §. 20. in 2. parte illius, §. Vnde ſimiliter per principẽ, qui eſt lex viua, poteſt ex toto tolli, & lõgè facilius moderari. Id quod ſimiliter attigimus, in §.1. in prin. poſt prælu. Neq;, vt puto id ipſi patres negarẽt, vt ſuprà retulimus, ſed in eo fundantur, ꝙ de mente & ſentẽtia principis eſſe nõ videatur legitimã ex toto tollere, ſed tantũ minuere, nec etiã minuere tã magna ex parte, vt ad nihilũ ferè redigatur, ſicq; virtualiter ex toto adempta videatur, ſecundũ quæ iã non tã agimus de principis poteſtate (quæ vt in ſuprà citatis locis fusè docemur, eſt indubitata) quã de ipſius voluntate, quæ ex verbis ipſius conceſſionis, licentiæ, aut diſpenſationis colligẽda eſt, & ex cõi vſu ipſius l. Labeo. ff. de ſupell. legata l. ſi ſeruus pluriũ, §. fi. vbi Bar. Ale. Iaſ. & oẽs. ff. de leg. 1. nec quicquã periculoſum magis, quã recedere a verborũ proprietate ex mentita, fallaciq; interpretatione, §. ſin autẽ ad deficientis, C. de cadu. tol. princeps autẽ licet ſeſe conformare cũ lege intelligatur, l. ſi quãdo, in princ. C. de inof. teſta. tamen ita, vt ſalua maneat verborũ proprietas, dd. ll. Nec dubiũ eſt, quin qui ali tantũ iubetur, huic tantũ viuenti, non autẽ eo mortuo, eius etiã hęredibus proſpectum videatur. Facit, quia licet maior natu fratres ſuos (cũ maioratus antiquus eſt, nec alia bona patris morientis ſuperſunt) alere cogatur, tamẽ nullus vnquã negauit quin talibus fratribus ſufficiat annuam pecuniã pręſtari alimentorũ nomine, non autẽ neceſſum ſit in rebus etiam ſoli, inq; proprietate & vſufructu legitimã aſſignari. cũ id lõge abſit ab alimentorũ natura. Ergo ſic & in propoſito, cũ ab initio cõſtituitur maioratus, cũ de poteſtate principis nõ dubitetur & verba ipſius hunc habeant ſenſum & proprietatem. Fateor tamen diuerſum dicendũ, quando id colligeretur ex mente, & conſuetudine principis dicta lege ſi ſeruus plurium, §. finali. præſertim in hac re pia.

Amplia.98. vt procedat etiam ſi ſtante iure nouo filius
397 nulla ex parte † eſſet hæres ſcriptus a patre, ſed tãtum iure legati, aut fideic. vel donationis cauſa mortis aliquid recepiſſet, nã tunc ſi in eo, quod ſic recepiſſet, appoſita eſſet cõditio, vel aliud onus, reijceretur ipſo iure per l. noſtrã, vſq; ad modum, menſuramve legitimæ, vt ſic ſaluam haberet legitimam iuxta d.l. omnimodo. ſupra eo. ti.

Et hęc ampliatio differt ab ea, quam ſupra. 9. loco poſui
398 mus, quia ibi loquebamur, qñ filius † erat inſtitutus, modo autẽ loquimur cũ fuit præteritus (id eſt, neq; hæres ſcriptus, neq; exheredatus, qui præteritus dicitur, l. fi. C. de cõtra tab. vbi Iaſ. nu.5. l. ita tamẽ, §. ſi quis rogatus, vbi Barto. Paul. & alij, ff. ad Trebell. §. eadẽ. Inſti. de hær. ab inteſta.) licet integrã legitimã tit. ſingulari recepiſſet, oneratã tamen conditione, aut dilatione, aut aliter, quo caſu cõtendimus teſt. valere, onusq; ipſo iure per l. noſtrã reiectũ videri. Id quod in terminis iuris cõis ex profeſſo defendimus alibi, & attigimus ſupra in præfationis huius legis.

399 Verũ † licet de iure cõi res ſit controuerſa, tamẽ iure regio eſt pluſquã manifeſta, vt in l.5. titul.8. part.6. ibi Mas ſi aquella parte le dexaſſe en el teſtamento non como a heredero, mas como en razon de mãda, entõces podria quebrantar el teſtamento. Quorũ verborũ ſenſus eſt, factum
400 fuiſſe † teſtament. alioſq; ſcriptos hęredes, filiumq; præteritũ, licet legato honoratus fuerit, & nihilominus valuiſſe teſtamen. non ſecus, quã ſi is filius inſtitutus foret, id tamẽ teſtamen. reſcindi poſſe, nec dubiũ eſt, quin ſi mero iure non valuiſſet reſcindi non poſſet. quia quod nullũ eſt, reſcindi non poteſt, nam ſecundum Philoſo. Non entis nullæ ſunt paſſiones, l. nam, & ſi ff. de iniuſt. rupt. l. ſed & ſi manente, ff. de precar. l. decem. ff. de verb. obliga.

Quinimò longè apertius probatur ſtatim in ead. l.5. dũ ſubdit. E eſto ſe entiẽde, ſi el fijo no recibieſſe aquella parte que la era mãdada, ca ſi la recibieſſe e no proteſtaſſe, que le fincaſſe en ſaluo la querella que auia del tal teſtamento, non podria deſpues quebrantarlo. Perpendenda ſunt illa verba pluſquam manifeſta, diziẽdo, que le quedaſſe en ſaluo la querella. vbi aperte traditur querela opus eſſe ad reſcindendum illud teſta. quod erat mero iure firmũ. Quod & tertio loco declaratur illis verbis, nõ podria deſpues quebrantarlo. Nec me fugit, ꝙ Grego. Lupus in d. l.5. in gloſ. quebrantar, exponat ſic, dicẽdo de nullitate cõtra teſtamẽtũ. & iterum in glo. in verbo, la querella, exponit, id eſt, ius dicendi nullum. Sed & ſimiliter non ignoramus, non paucos eſſe artifices, qui edocẽt picas, graccoſq; verba noſtra conari, repugnante natura, inuitaq; Minerua, quibus mihi non abſimilis noſter Gregorius viſus eſt, dũ exterminat, exulareq; cogit verum ſenſum, ipſamq; ſermonis proprietatẽ illius legis, quò magis accedat illius legis diſpoſitio ad diſpoſitionẽ tex. in authen. vt cum de appellatione cognoſcitur, §. aliud quoq; capitulũ. ſecundum ꝙ ab ipſo, & omnibus fere doctoribus adhęc vſq; tempora intellectus fuit ex qua lege perperam intellecta, innumeri effluxerunt errores, vt ſuo loco diſſeruimus. Verũ ſanè leges noſtrę partitarũ, quæ non quicquam denuò inducere, ſed tãtum ius commune traducere voluerunt, lõge rectius, accuratiusq; illũ §. aliud quoq; intellexerunt, quàm ſcribentium plerique. Ideoq; noſtrarum legũ veſtigia ſequuti, intelligimus ꝙ licet in d.l. omnimodo, & in l. noſtra duo, fuerit noua introducta. Primum, ꝙ licet per præteritionem filijfa. ipſo iure vitiaretur olim teſtam. quanuis magna legata cepiſſet d.§. qui rogatus, & fere per totum. ff. de lib. & poſth. & C. de lib. præte. & inſti. de exhær. lib. tamen hodie non vitiatur, ne pœnam patiatur præteritionis, qui ex toto liberè non prætterijt, licet inſtitutionẽ, aut exhæredationem o[illegible] ſerit. Alterũ nouũ, vt licet etiã inſtitutis, aut exhæredati[illegible] qui integrã legitimam non receperunt, olim non daret[illegible] legitimę ſupplementũ, ſed querela inofficioſi teſtam. hodie tamen per l. noſtrã, & d.l. omnimodo, querela ceſſe[illegible] & detur legitimæ ſupplementũ, tamen per d.§. aliud quoque. iure nouiſſimo ad ius antiquum redacti ſimus, non [illegible] vtroq; horũ capitum, ſed in altero duntaxat, id eſt, vt teſtamen. quidẽ per talem filij pręteritionẽ non omnimoda[illegible] valere non deſinat mero iure, querelę tamẽ ſubiaceat, q[illegible] relæ autẽ ſubiacere intelligatur, licet iure ſingulari, integram legitimã accepiſſet, id eſt, ſibi relicta eſſet quãuis h[illegible] caſu iure etiam ff. querela ceſſaret.

Is

Is est verus sensus d.§.aliud quoq;, & ita illud leges nostræ partitarũ penitissimè, rectissimeq; intelligẽtes tradu xerũt, secũdũ quæ hodie si filius iure legati (cũ neq; institutus esset, neq; exhæredatus) integra legitima honoratus esset, testa.mero iure valeret, hoc primo. Et dilatio vel cõditio illi legato imposita, per legẽ nostrã ipso iure reijcere tur, hoc secũdo. Ipse tamẽ posset, si vellet, nõ agnoscere eã legitimã sic exoneratã, & liberã, posset inquã querelã mouere: itaque eligere debet, & põt, vtrũ malit, vti beneficio legis nostræ, & legitimã exoneratã accipere, sicq; cõquiescere: an verò malit, omisso, relictoq; legis nostræ beneficio, potiri beneficio d.§.aliud quoque capitulũ, & querelã mouere, quo casu debet respuere ea, quę sibi relicta fuerũt nã si ea agnouerit, perdit querelã, l.pen.& fi.ff.de inof.test. l.parẽtib.C.eo.licet nõ perdat ius agẽdi ad supplementũ si fortè id nõ explebat legitimã, vt d.l.omnimodo, & l.si qñ, §.& generaliter, C.de inof.test. Quod etiam iure regio expressum est in d.l.5.tit.8.par.6.quæ hodie veluti iure postliminio restituta est a nostris glossatorib.malè intellecta.

Vnde similiter si iure tantùm legati minus legitima hodie filio relinqueretur, testam.quidem valeret, is tamen filius posset vel per querelã mouere, vt d.§.aliud quoq; vel supplemẽtum legitimę petere, vsus beneficio, l.omnimodo.suprà eod.licet vtrunq; sit contra communem intelle. doctorum tam in auth.non licet, quàm in authen.ex causa, C.de lib.præt.de quo alibi latiùs.

Hinc infertùr 99 ampliatio ad regulã nostrã, vt si filius
401 patronus † esset pro testamento, vel recepisset quod ibi si bi relictũ fuerat, licet postea vellet querelã mouere cõtra testam.id quidẽ non posset. vt in terminis iuris cõis proba tur in d.l.penul.& fi.ff.de inof.test.l.parentibus, C.eod.tit. l.& si ex modica, §.fi.cum l.seq.ff.de bon.lib.nec etiã posset in terminis iuris regij l.6.tit.8.partit. 6.& ibi l. 5. Verũ adhuc cessãte querela alia duo beneficia integra sibi supersunt. Primùm, ꝙ si id quod accepit, legitimę non faciebat satis, consequetur legitimæ supplemẽtũ beneficio d.l.omnimodo, a cuius beneficio non excluditur per relictorum agnitionẽ, l.si quando, §.generaliter, C.de inoffi.testamẽ. Alterũ benefic.est, quia si id quod agnouit, cõditione, aut dilatione oneratũ erat, ea cõditio, vel dilatio beneficio huius legis abijcitur, sicq; non solũ alterutro horũ beneficiorũ vti potest, sed etiã vtroq;. Sicq; etiã subuenitur testamẽto, non modo quando horũ vitiorũ altero tantũ laborabat, sed etiã si vtroq; simul, vt diximus suprà ex cõi opin. ampliatione, 48. Et hæc ampliatio ab ea differt, quia ibi loquebamur, quando filius fuit institutus, & in minore portione, quã legitima, & sub conditione: modo autem loquimur etiam si esset præteritus, vel exhæredatus, licet legatũ, vel fideic.sibi relictũ esset, quod & minus erat legitima & sub conditione, vel dilatione relictũ fuerat, Fateor tñ, quod hoc casu vt cesset tam beneficium legis nostræ, quã beneficiũ d.l.omnimodo, tenẽt expressim Gregorius Lupus in † l.6.tit.8.part.6.in glo.fina. Rodericus Xuarez hic ampliatione 9.Paul.in l.Papinia.§.si conditioni.ff.hoc tit. Verùm loquuntur contra generalitatẽ, d.§.& generaliter & legis nostræ, & d.l.si quando, §.illud, & dictæ le.omnimodo, quę omnes leges non faciunt differentiã inter institutos, vel exhęredatos, vel etiam præteritos. Et pro nobis est tex.expressus in l.6.ti.8.par.6.vbi per talẽ consensum is excluditur a querela tantum, non etiam excluditur a iure agendi ad supplementũ legitimæ, non quoq; excluditur à beneficio huius legis onera, conditiones, & dilationes reijcientis ex tali relicto. Itaq; nostra opinio & iure cõmuni verior est quàm cõtraria, & iure regio verisima. De quo docemur latius in interpretatione d.l.omnimodo, quę per nos collocata est in §.trigesimo.

Illud autẽ non est prætermittendũ, ꝙ ius agendi ad supplementũ, quod per agnitionẽ relictorũ diximus non posse perdi, non quoq; tollitur per lapsum quinquenij, licet querela per quinquenniũ tollatur. Hæc est cõmunis opin. secundum Gregorium in d.l.5.in glo.penulti. Rodericus hic in tertia limitatione super lege fori. Sequitur, & dicit cõem idẽ Gregor.in l.4.ti.8.par.6.tenet Ias.in l.si quis filium, C.de inoffic.testa.contra Bar.ibi & contra Bar.in cõsil.incipien. Quæritur vtrũ iuri agẽdi ad supplementum.

Et secundũ Grego.in d.l.5.glo.penulti.hoc remedium perpetuũ erit vsq; ad annos 30 iure cõmuni, & etiam iure regio, licet iure cautũ sit actionẽ personalem, quæ cõpetit ad debitũ petendũ, præscribi annis 20.l.63. Tauri. quia procedit ea lex solũ in actione personali, non sic in supplemento legitimę, pro quo cõpetit petitio hęreditatis. Ita in simili statuto tenent Corn.cons.274.lib.1.col.1.& 2.Bal. de pręscrip.fol.36.col.4. Et cũ legitimę supplementũ inducatur ipso iure, videtur filiũ non posse vllo tẽpore etiã triginta annorũ excludi.contra, l.scimus.in princ.ibi, ipso iure, isto tit. Gregorius, & Roderi.Xuarez vbi suprà laborãt in hoc argu.excludendo, & multa leuia fingunt in re expedita. Nã quid impedit, quin hæres, vel cohæres huius filij, cui minus legitima relictũ fuit, quiq; possidet oẽs res hęreditarias, præter eas, quę filio fuerũt assignatæ, possit tit.pro hærede pręscribere eã particulã, quam ipse filius in singulis rebus hæreditarijs habebat ex vi supplementi a lege inducti. vt per totũ, C.& ff.pro hære.cũ etiam si fateremur rerũ dominium fuisse apud filiũ a tempore mortis patris, adhuc possessio erat apud hæredẽ, vel cohęredẽ cum titulo pro hærede, nam sic in omni pręscriptione contingit, vt quod nostrum est, præscribatur in perniciem nostram.

Vnde semper hac in re fuimus in noua opinione, vt is filius non tam vllo tempore, quã præscriptione excludatur quo fit, vt si hæres vniuersalis, vel cohęres filij per 29 ann. extitisset, quibus hęreditatẽ non adijsset, neq; etiam filius tunc ad excludendũ filium a iure supplemẽti tantum temporis necessarium esset, quantum esset necessariũ ad præscribendas res illas hæreditarias cõtra ipsum hęredem extraneum post lapsum dictorum 29 annorum.

404 Quòd autẽ diximus id † supplementũ cõpetere ipso iure, supple, dũmodo petatur ab ipso filio, quasi sub hac demũ conditione lex illud polliceatur, si à filio petatur. Ita tenet gl.ibi in d.l.scimus in prin.C.isto tit.quã ibi sequuntur Alber.Bar.Bal.& Paul.ibi sequitur, & dicit cõem opi. Greg.Lup.in d.l.5.tit.8.par.6.Licet contra illã gl.multi scribentiũ teneant, adeò vt contra eã esse cõem opin. testetur Rodericus Xuarez vbi supra. Et hæc posterior opi.verissima est, per d.l.scimus.si non destruatur in prin.& rursus in §.repletionẽ, & quia ad similitudinẽ alluuionis, & iuris accrescendi inducitur supplementũ legitimæ. vt ibi, & in d.l. omnimodo, sed ius accrescen. & alluuionis contingit ipso iure citra vllius petitionem, l. si Titio, ff.de vsufru.est cõis opi.Bar.& omniũ in l.re coniuncti.ff.de leg.3.facit, le.vni. in §.his ita, & §.vbi autẽ, C.de cadu.toll.l.1.in prin.& §.fi. & l.inde Neratius, ff.de vsufruct.accrescend. Neq; ad rem pertinet, ꝙ effectualiter filius carebit emolumento illius supplementi, nisi petierit: nam & similiter eorum quoque quæ sibi a patre primordialiter relicta fuerunt emolumento carebit, si non petierit sed apud alios possessores res neglectas reliquerit præscribendas, vel occupandas.

Ampl.100 vt cõditio, vel dilatio reijciatur de institutione filij, qui a patre, vel matre fuit institutus nõ purè, sed in
405 tẽpus pubertatis, eiq; si hæres nõ esset † substitutus vulgaris datus fuit, nam adhuc ea dilatio reijcitur per l. nostram de filij institutione, vnde & ipse statim hæres esse potest, & etiã interim decedens transmittet hæreditatẽ. Ita tenet Emanuel de Acost.in l.Gallus.§.& quid si tantũ, ff.de lib. & posth.pag.22.Bar.Cuma.Pau.Areti.& alij in l.si mater in prin.ff.de vulg.qui firmant, l.nostrã correxisse, d.l.si mater. Vnde tria inferuntur secundũ cõem opi.suprà relatã. Primũ de institutione filij illã pubertatis dilationẽ reijciẽdã. Alterũ id procederet nõ solũ in institutione patris, sed etiã in institutione, quã mater faceret, in qua specie loquitur d.l.si mater. Tertium, d.l.si mater hodiè correctã esse per l.nostram. Vltimũ, vt si is filius ante pubertatem decedat, & sic ante quã hæres existat, eam hęreditatem, qua de

agitur, ad hæredes transmissurum ad exclusionem substituti vulgaris. Quas omnes quatuor cõclusiones suspectas esse probabimus infrà. Alias plures ampliationes non pœnitendas colligere poteris ex resolutione quæstionũ, quas collocauimus in vltima parte huius relectionis.

406 *Conditio legitimæ imposita quę respicit vtilitatẽ filij per hanc legem non reijcitur, pro communi opin.*
407 *Inte.l.ex tribus, C.de inof. testa. contra communẽ.*
408 *Inte.l humanitatis, C.de impuberum, contra communem.*
Vsusfr. pater potest proprietatem alienare in commodum filij, cum communi.
409 *Legitima patitur subst. pupill. pro communi opi.*
410 *Legitima patitur subst. exemp. pro communi.*
411 *Legitima patitur onus iniunctum legitimis pupilli hæredibus, cum communi opi.*
412 *Legitima patitur onus iniunctum substituto pupilli, cũ communi opinione.*
413 *Legitima patitur onus etiam à matre iniunctum legitimis pupilli hæredibus, contra Rodericum Xuarez.*
414 *Intel.l si mater, ff.de vulg.*
415 *Mater potest hæreditate filij impuberis eius legitimos hæredes priuare contra Rodericum Xuarez.*
416 *L.si mater ff.de vulg. non fuit correcta per l.nostrã. Vnde illa conditio, si filius ad annum 14 venerit, nõ reijcitur hodie de eius legitima, contra communem opi.*
417 *L.si mater, ff.de vulg.iure, ff.non inducebat querelam pendente conditione, contra Acostam, & alios.*
418 *Legitima nõ patitur fideicommissar. pro cõi contra glo.*
Legitimæ onus fideicom. impositum an reijciatur, noua opi.
419 *Legitima patitur prohibitionẽ alienationis in minorib. & similibus ex mente docto.*
420 *Legitima patitur exhæredationem bona mente facta, cum communi opi.*
421 *Legitima patitur substitutionem vulgar. cum cõi opi.*
422 *Legitima patitur substit. reciprocam ex mente cõis opin.*
423 *Legitima patitur onus positũ substituto cum communi opi.*
424 *Legitima non deducitur de rebus specialiter legatis cũ cõmuni opinio.*
425 *Conditione sub qua posthumus institutus fuit existente antequam ipse nascatur, reijcitur per hanc legem, contra communem.*
Intel.l.si quis hæredem, C.de institutio. & substitu. contra communem.
426 *Legitimæ conditio imposita reijcitur statim post testamentũ factum, nec validatur propter ea, quod viuo adhuc testatore existat, contra communem.*
427 *Conditio etiam incertæ personæ apposita, reijcitur hodie, cõtra communem opi.*
Intelle.l.si C.de posth.hære. & l.commodissimè, ff.de libe. & posthumis, contra communem.
628 *Conditio etiam turpis hodie reijcitur de institutione liberorum contra communem opinionem, pro Accursio contra communem.*
Intel.l.filius, ff.de condi.insti.contra commu.
429 *Cõditio, quæ non potest separari à relicto, nõ reijcitur per hãc legẽ, cũ Ange. & alijs cõtra Rodericum Xuarez.*
430 *Legitimæ onus impositum non reijcitur, si testator iussit vt filius priuaretur relicto, nisi onus impleret, contra Baldum, & alios.*
431 *Legitima relicta in re, quæ non est in rerũ natura, non suppletur per leges nouas, cum Bar. & alijs.*
432 *Stante statuto, quòd filiæ fœminæ cum masculis non succedant, sed dotentur, dos habet tacitam condit. si nuptiæ sequantur, quæ non reijcitur per hanc legem cum communi opinione.*
423 *Institutio filij sub conditione facta, hodie etiam validat testam. contra Baldum cum communi.*
434 *Legitimæ onus intrinsecus impositum, non reijcitur cũ communi opin.*
435 *Legitimæ potest imponi fideicom. reciprocum cum Fulg. cõtra communem.*
436 *Legitima relinqui potest titulo substitutionis, cum communi opinione.*
437 *Legitimæ læsio contingens per factum inter viuos, non pertinet ad hanc legem.*
438 *Legitima lædi potest de licentia Principis.*
439 *Legitima lædi potest in Ducatibus, Comitatibus, Marchionatibus, l.nostra non procedit.*
440 *Legitimæ onus imponi potest per modum potest. contra cõmunem opinio.*
441 *Legitimæ onus necessarium imponi potest.*
442 *Legitima non reijcit dilationem bona mente adiectam.*
443 *Legitima, an reijciat exhæredationem factã odio alterius.*
444 *Legitima an reijciat exhæredationem factam fauore alterius.*
Intel.§.aliud quoq;, in auth. vt cum de app.cog. & l.qui in aliena, §.interdum, ff.de acquir.hære.
445 *Conditio casualis non reijcitur per hanc, l. de institutione filiarum contra communem.*
446 *Idem in nepote, qui a nemine præceditur contra commu.*
447 *Idem in conditione necessaria.*
448 *Onus, in cuius defectum fuit filius exhæredatus, non reijcitur.*
449 *Legitima patitur prohibitionem iuris accrescendi.*
450 *Quid in foro animæ?*
451 *Legitimæ onus impositum etiã fauore piæ causæ, non tenet, contra Felinum, & Roder.*
452 *Limit. ad l.9.ti.5.lib.3.fori.*
453 *Legitimæ onus tenet fauore libertatis.*
454 *Per hanc legem non fuit vetitum, quin legitima in proprietate relinqueretur, cum Ful. contra Paul.*
455 *Idem in vsufructu.*
456 *Legitima recipit onus imputationis, cum communi.*
457 *Quid in lucro ex forma statut.*
458 *Quid in Trebel.*
459 *Legitimæ onus aliquando reijcitur per leges veteres.*
460 *Legitimæ supplementum, 30 annis præscribitur.*
461 *Legitima patitur onus ex legis dispositione cum communi.*
462 *Legitima in vita assignata patitur onus, vt nil amplius debeatur, licet crescant patris facultates secundum cõmunem. Sed nos sequimur contrariam, quę est magis communis.*
463 *Legitima ingrati patitur onus ex mente communis opi.*
464 *Quid in parentibus, cum communi contra Bald.*
465 *Quid in dote.*
466 *Trebel. patitur onus, noua opinio.*
467 *Falcidia patitur onus, noua opi.*
468 *Quid in legitima patroni.*
469 *Quid in quarta debita arrogato.*
470 *Quid in adoptato.*
471 *Legitima per iuramentum patitur onus, cum communi.*
472 *Legitima patitur onus conuentionale, patre consentiente cum Roderico.*
473 *Legitima patitur onus, quando patrimoniũ patris ex regibus donationibus congestum fuit, cum Roder.*
474 *L.1. & l.fi.tit.4.lib.5.ordin.*
475 *Legitima patitur onus ex vi consuetudinis, cum communi.*
476 *Legitimæ fauore non reijcitur condition. pupil. substitutionis.*
477 *Idem in exemplari.*
478 *Idem in substitutione informi.*
479 *Idem in donatione causa mortis.*

480 Ide

480 *Idem in titulo causa conditionis implendæ.*
481 *Legitima patitur onus iuris accrescendi vetiti.*
482 *Legitima quare desideret titulum institutionis communis ratio improbata.*
483 *Conditio non reijcitur de exhæredatione.*
485 *Limit. 72.*
485 *L.17.Tauri cum 7.seq.limit.Et l.11.tit.4.par.6.Et l.17. tit.1.eadem partit.*
486 *Limit. 73.*
Legitima non debetur filio nat.tantum, ideo de eius institutione onus non reijcitur.
487 *Limit. 74.*
488 *Limit. 75.*
Onus non reijcitur de institutione patris naturalis tãtùm.
Legitima patri ab eo filio non debetur, cui filio a patre non debebatur.
Declaratio, l.44.Tauri.
489 *Limit. 76.*
Monachismo an legitimus efficiatur quis?
L.12.Tauri.
490 *Limit. 77.*
Legitimã an inuicem relinquere debeant naturales fratres ex diuersis concubinis?
491 *Limit. 78.*
492 *Limit. 79.*
493 *Limit. 80.*
494 *Limit. 81.*
L.9.Tauri.
495 *Limit. 82.*
496 *Limit. 83.*
497 *Limit. 84.*
Legitima non debetur filio clerici, etiam a matre.
L.9.Tauri.
L.22.tit.3.lib.ord.
498 *Limit. 85.*
Legitima nõ debetur filio clerici nato etiam ante clericatũ post beneficium tamen adeptum.
499 *Limit. 86.*
Adulterij, & incestus pœna capitalis est.
500 *Limit. 87.*
Clerici filiæ debetur dos, cum communi.
501 *Limit. 88.*
Legitima non debetur a filio ei patri, qui filio legitimã nõ debet, cum communi.
502 *Limit. 89.*
503 *Limit. 90.*
504 *Limit. 91.*
Legitimatus nõ succedit cum natis etiam postea legitimis Regio, licet aliud de iure communi.
L,12.Tauri.
505 *Limiit. 92.*
506 *Limit. 93.*
507 *Limit. 94*
508 *Limit. 95.*
Matrimoniũ vetitũ qui cõtrahunt, & filios ante Papæ dispensationẽ suscipiunt, non faciunt eos legitimos per dispen.superuentum.
509 *Limit. 96.*
510 *Limit. 97.*
Princeps, & miles, quando iure singulari vti videantur.
Miles, an iure communi vti videatur.
511 *Limit. 98.*
512 *Limit. 99.*
513 *Limit. 100.*
Contractus cum claudicat, eligere compellitur priuilegiatus velit stare contractui, an resilire.

406 LIMIT. primo hanc legem vt non procedat, quando onus † conditionis legitimæ appositũ respiciebat ipsius filij vtilitatem, tunc enim id onus non reijcitur post hanc legẽ, non magis, quàm si hęc lex facta non foret, ne inducta ad vnum effectum, contrarium effectum operentur, contra legem, legata inutiliter, ff.de legatis primo, l.legata inutiliter, ff.de adiment.leg. Ista est vera, & communis opinio, quã tenuit gl.in le.nostra.in verb. tollatur, quam sequuntur hic Bal.& Saly. & Petrus de Bellapert.& Fulgosius, & Paulus, & Ias.& Rodericus Xuarez in prima limitatione, fol.46.& Ioannes Faber, & Iacobus Butriga.& Azo in summa huius tituli, & Bar.in l.filijs matrem.suprà eodem.idem Bar.in l.si pater puellæ.supra eodem.idem Bar.in l.cum ex filio, ff.de vulgar.in prin.in quibus locis, ita tenent communiter doctores.tenent cõmuniter moderni in l.multi nõ notæ causa.ff.de lib.& posth. & communiter moderni in l.si mater, in princi.ff.de vulgarib.& in dicta l.cum ex filio.sequuntur Bald.& Salycet.in dicta l.filijs matrem.licet Ias.ibidem dubitet, tenet similiter Salycetus in l.si quis in suo §.fina.infra eodem.Bal. in l.si pater.colum.secunda, C.de institut.& ibi communiter moderni.Bald.in l.filiæ cuius, C.famil.her.Imo.in d.l.cum ex filio, & vide supra ampl.17.

Pro hac conclusione habes tex.& exẽplũ in l. filijs matrẽ, & in l.si pater puellæ.supra eo.& in l.si emãcipatus, 2. ff.de bono.poss.cõtra tabulas.& in l.ex tribus, supra eodẽ. & in d.l.cũ ex filio, & in l.multi nõ notæ.de libe.& posth. & in l.Seius Saturninus, ff.ad Trebel.tenet nouissimè egregius Emanuel de Acosta in l.Gallus, §. & quid si tantum. pag.21.ff.de lib.& posthu.tex.etiam in l.si mater, in princ. ff.de vulgar.& in l.Paulus, la grande, ff.de bon. libertorũ, ibi, sed alio consilio addita, & in l. quidam cũ filium.ff.de hæredib.instituend.ibi, ne ad ad patrẽ eius quicquã ex hęreditate perueniret.iuncto fine.ibi, eã actionẽ patri inutilẽ fore, l.scire oportet, ff.de tuto.& curato.datis ab his l. patronus, §.si quis non mala.ff.de bonis libertorũ. tenet etiã Alexand.in l.inter cætera.ff.de liberis & posth.post Nicolaũ de Neapol.ibid.& Guiliel.in authen.non licet, C.de natur.liber.facit text.in l.fi.de cura.furio.Facit tex.in l.humanitatis, C.de impuberum, & in l.ex facto.in princ.ff.de vulgar.& in §.qua ratione.institu.de pupil.

Licet contrarium, & male, tenuerit Bal.in l.si pater. tertia oppositione, C.de instit.idem Bald.in auth.ex causa C. de liberis pręteritis.col.7.versic.4.oppono quam refert, & sequitur Ias.d.l.filijs matrem, col.1.sic & pupillar. substitutio.non reijcitur per hanc l.de legitima vt illico plene dicam
407 quòd ita demum procedunt, si † impubes sit institutus ex tribus vncijs, hoc est, ex integra legitima.iuxta legẽ cùm quæritur, l.parẽtibus, hoc titulo, l.Papinianus §.quarta autem, & §.quoniam autem quarta, & l.si non mortis, eodem titulo, §.fina.institut.eodem, aliter enim non posset fieri pupillaris, sicq; necessarium requisitum ad eius firmitatem videtur, vt impubes sit ex integra legitima institutus.Ita tenet glo.quam pleriq; scribentium ibi sequuntur in l.ex tribus, per text.ibi.C.de inofficioso testamẽto, & est ex mente Bar.& aliorum in l.2.ff.de vulgari. Verùm id intelligendum vt nos præter omnium sententias interpretamur, quo ad hoc, vt pupillaris non solùm primordialiter in sui creatione valeat, sed vt præterea valeat irreuocabiliter, ita quòd ex pòst facto per querelam infirmari nõ possit: parum enim esset pupillarem ab initio valuisse, riteq; factã fuisse, si ex pòst facto subiaceret rescisioni, quæ per querelam contingit, eo casu, quo pupillaris fit ei, qui ex minori portione quàm legitima sit institutus. Sicq; scite Imperator in dicta lege, ex tribus, ait, ex tribus vncijs, & sic ex integra legitima institui oportere filium, cui fit pupillaris. Non quidem eo quòd ad primordialem pupillaris validitatem, & ad sui creationem oporteat ex integra legitima impuberem fuisse institutũ. Constat enim ex minore etiam portione quàm legitima instituto pupillarẽ

fieri posse,quinimo etiam ex toto exhæredato,§. non solũ institu.de pupillari.& in d.l.1.§.fi.ff.de vulgar. sed tamẽ quia institutus in minore portione q̃ legitima, posset querelã mouere,vt in l.cũ queritur,suprà hoc tit.& in l. parẽtibus.in verb.hereditaria portione,suprà eo. vbi tex.expressior de iure,nõ secus,quã si ex toto fuisset exhæredatus, vt dictis legib.& l.Papinian.§.quarta autẽ. & §.quoniã autẽ quarta,& §.si quis impubes,& in l.si non mortis ff.hoc tit. & in §.igitur.insti.eo.docẽt Bal.in l.pater filiũ,in repeti.ff. hoc tit.& egregius Acosta in l.Gallus.§.& quid si tantũ in princ.ff.de libe.& posth.Ideo dictũ hic fuit impuberẽ,cui fiebat pupillaris, ex integra legitima hæredẽ scribi oportuisse,ne si vel minus iustè exhæredatus fuisset, vel institutus ex minore portione,quã legitima , testamento postea per querelã expugnato , pupillaris quoq; euanuisse videretur,est.n.pars,& sequela testamenti paterni,quo vitiato,& ipsam quoq; pupillarẽ substitutionem euanescere necesse est,vt in l.2.§.interdũ.ff.de vulga.& in l.patris & filij,eod. titu.& in §.liberis.Institu.eod.titu.

408 Hinc infertur verus intellectus ad† l.humanitatis,C.de impub.vbi habetur ad validitatẽ firmitatẽq; exẽplaris substit.oportere & integra legitima institutũ fuisseeũ,cui exẽplaris fiebat,& cũ apud oẽs cõstitisset id necessum nõ fuisse in pupillari,quæ etiã exhæredato fieri potest,& longe facilius ei,qui aliqua ex parte fuisset institutus,licet ea minor esse quã legitima portio, cũq; similiter constitisset ad exẽplũ,& similitudinẽ pupillaris factã fuisse exẽplarẽ,vt in le. ex facto.ff.de vulg.& in d.l.humanitatis, & in §.qua ratione.Instit.de pupillar.mirantur nostri interpretes,qua ratione ad validitatẽ exẽplaris oporteat filiũ fuisse institutũ etiã ex integra legitima,cũ ad validitatẽ pupillaris id necessum nõ sit,quinimo etiã ex toto exhæredato ea fieri possit.Cuius rei ea est vera interpretatio,quod vtrobiq; ad resolutionẽ vitandã firmitatẽq; irreuocabilẽ cõsequẽdã oportet eũ cui fit,ex integra legitima fuisse institutũ, ne si vel exhęredatus fuerit,vel ex minore portione quã legitima institutus,tunc testamẽt.per querelã rescindatur,quo perempto, & ipsam quoq; pupillarẽ, vel exẽplarẽ substitutionẽ perimi necesse sit , parũ.n.est ab initio valuisse,si ex post facto resolui tã facile possit. Vnde vt ad istã resolutionẽ, seu rescissionẽ vitandã dicitur in d.l.ex tribus,oportere ex integra legitima filiũ fuisse institutũ,vt valeat pupillaris , ita & ad exẽplaris substi.resolutionẽ, seu rescissionẽ vitandã dicitũ in d.l.humanitatis, oportuisse ex integra legitima fuisse institutũ eũ,cui fiebat,licet pro cõstanti,cõperto,fixo, & indubitato haberetur,ꝙ in minore portione,quã legitima instituto,& etiã ex toto exhęredato fieri posset tã pupillaris quã exẽplaris substitutio.Et hæc est ipsa veritas,quã pauci vnquã perceperũt. Quę licet verissimę sint interpretationes,tñ sunt contra cões doctorũ sententias , ideò olim inter plura quã 700 paradoxa,quæ olim Salmanticę publicè defendenda proposuimus,hãc quoq; rẽ non prætermisimus.Quod nõ minus certũ est,quã Apollinis Pithij respõsum,vt in latiorib.cõmẽtis,quę in materia pupillaris substitutionis edidimus,inuenire poteritis, vbi huius legis materiã plene,pulchreq; disserimus,ideoq; hic missã facimus.

Stat ergo,ꝙ de institutione filij non reijcitur conditio, quæ respicit eius vtilitatẽ. Nã & similiter licet prædia minorũ sine decreto alienari nõ possint. vt ꝑ totũ,C.de ꝑdi. minorũ.& ff.de reb.eorũ , & licet pater nõ possit alienare bona aduentitia filij sui,in quib.habet vsumfr. fallit tñ,vbi talis alienatio filio vtilis est,vt in l. nõ ideo minus,C.de ꝓcu.l.1.ff.ne quid in loco publi.l.si filius 2.de ritu nup.l.multi,ff.de lib.& posth.Imo in l.cũ lex prope finẽ,ff.de fideiu. Soc.nepos cõl.28.n.11.li.2.facit gl.in l.q̃cunq; suprà alleg. Areti.in l.mutũ,ff.de acquir.hęre.Soc.in l.conditionib.pupil.ff.de cõdi.& demõ.Ias.in l.contra iuris,ff.de pactis.Gomez.in §.omniũ,col.10.Insti.de acti.Tiraq.de iure mariti gl.8.nu.74.Fel.in c.causam,in 1.nu.8.de iudi.l.2.cũ glo.ff. de accepti.Alex.in d.l.mutũ,nu.10.Ias.in l.potuit.nu.3. & in l.more,nu.11.illa,C.de iure deliberand.ista.ff.de acquirenda hęredita.bonus textus vbi gl.in prin.Inst.de authori.tutor.& in l.1.C.de authori.præstand.

Vbi autẽ euidẽs vtilitas est, puta quia res breui peritura erat,vel nõ sine sumptib.& labore custodiri poterat, tunc pater potest alienare bona aduẽtitia filij sui,nõ secus,quàm vbi vrget necessitas,argum.tex.in l. Aristo.ff.de iure deliberand.facit l.non solũ.ff.de petitio.hæredit.facit l.ex quæ tutores.versic.penult.& fin.C.de admi.tutor.l.fi.§.sin autẽ,& §.sed pater,C.de bon.quæ libe.qua de re per Deciũ, in l.2.nu.6.ff.de offic.eius.facit,l.ait prętor eodem titu.Ias. & Ripa,in l.cũ res.ff.de damno infecto,Alcia.lib.1.de verbor.signi.Hyppolit.in l.qui cędẽ,ff.de sicarijs, Felynus in cap.cum accessissent num.20.de constitutio.& in c.fi.col. fi.de iudi.Pinel.de bo.mater.l.1.par.3.nu.26.

Limit.secundo ꝙ suprà incidẽter attigi,vt nõ procedat
409 in substitutione pupil.Nã si† pupillus, vel eius tutor vellet dicere substitutionẽ pupillarẽ onerosam esse,ideoq; de pupilli institutione vsq; ad modũ mẽsurãq; legitimæ reijciẽdã,adhuc audiri nõ deberẽt,quasi nõ onerosa,se vtilis, fructuosaq; ipsi pupillo foret.Ista est vera & cõis opi. quã tenuit gl.nostra quã sequũtur Cy.Alberi.& Iaco.Butri.& Petrus de Bellapertic.Bald.Sal.Ful.Pau.Ias.Aret. Odofredus,& Ioãn.Faber,& Xuarez hic in 1.& 2.limitatione,& Azo hic in summa huius tituli tenẽt communiter moderni in l.si mater,in princ.ff.de vulg.& in l.moribus,eo.ti.tenent omnes in l.ex tribus,vbi latius tradimus supra eod.

Mouentur oẽs,& recta,quia substitutio pupillaris non onus,seu grauamẽ inducere videtur, sed potius cõmodũ, tutelã,prouisionẽ,incolumitatẽq; impuberis, vt in l.si pupillus.ibi,vtilitatẽ impuberis,ff.de acquir. hęredit. notant glo.& omnes in l.ex tribus,supra eodẽ,Bar.& omnes in l. ex facto ff.de vul.& in l.2.eodẽ tit.ergo remotio grauaminis,quæ ad vtilitatẽ impuberis inducitur, nõ debet in eius læsionẽ cõuerti,contra l.legata inutiliter ff.de adim. lega.l. legata inutiliter,ff.de leg.1.l.non ideo minus C. de procu.

Præterea hęc l.procedit solũ eo casu, quo olim per cõditionis,substitutionis, vel alterius grauaminis impositionẽ poterat testam.aliquo remedio euerti, vel ab initio ipso iure vitiabatur,vt in multiplici sui parte probat tã lex nostra, quã l.omnimodo,suprà eo.tenuit Ias.in l.si pater C.de insti.& subst.nu.19.Imo.in l.suus quoq;.ff.de hær. instit.in prin.idem Imo.in l.fi.ff.de cond.insti.Corneus in d.l.si pater col.5.& diximus late supra in princi.huius,l. Sed olim per substitutionẽ pupillarem nullo iure,seu remedio poterat euerti testam.vt per totum.ff.de vulg.& insti.de pupil. & C.de impub.ergo substitutio pupi. per hanc legem hodie non reijcitur,uon magis,quàm olim.

410 Lim.tertiò vt non procedat in † substitutione exẽplari quæ etiã si fiat in legitima filij furiosi,vel mente capti,adhuc nõ reijcitur per legem nostrã,quinimo firma, immo taq; hodie remanebit,nõ aliter atq; olim.Ita tenet Azo.in summa huius tituli.& est ex mente eorum omniũ, quos proximè retulimus tenere,quòd substitutio pupillaris nõ reijciatur de filij institutione,etiam quo ad legitimam, licet pupillus, vel eius tutores allegarent onerosam pupillo esse talem substitutionem.Quod etiam tenent communiter docto.in dict.l.ex tribus.supra eodẽ.& in l.si mater, ff. de vulga.& in l.ex facto,& in l.2.eodẽ titu.Ratio dubitandi,quia secundum communem opinionem per hanc legẽ reijcitur non solùm ea dispositio,quę onus certum,& indubitatum inducit,verum etiam ea dispositio,quæ potentialiter onus grauamenq; inducit,licet per hoc habeat se ad commodum,& incommodum,vt tenuit Bar. in l.si pater puellæ,& in l.filijs matrem,supra eodẽ,sed sic est,quòd tã pupill.quàm exempl.substi.habent se ad commodum,& incommodum,nã licet regulariter vtiles,fructuosæq; intelligantur pupillis,& furiosis,vt in d.l.si pupillus. & in le. humanitatis,C.de impub.l.ex facto.in prin.ff.de vulgar.§. qua ratione.insti.de pupill.tamen negari non potest, quin eis possint etiam esse perniciosæ,si forte substitutus dũ hæreditatem eorum captat,eis insidietur. Tenendo commu

nem

nem opi.quæ verissima est, necesse est negare superiorem communem opi.quæ ait, quòd reijciatur per hanc legem omnis dispositio, quæ habet se ad commodum, & incommodum, hęc enim cōmunis vera non est, vt in d.l.si pater puellæ, differuimus. Et quòd exēplaris non reijciatur per l.nostram tenendum est, tum quòd regulariter continet furiosi vtilitatem, vt docent Bar.& omnes in d.l.ex facto, tū etiam, quia per talē substitutionē olim nullo iure poterat infirmari testa.vt patet in d.legib.& consequenter per hāc legem non reijcietur, quæ pertinet ad eos tantum casus, in quibus olim per oneris impositionem testam.poterat infirmari, vt modo diximus.

411 Limit.quartò, vt non procedat.quando onus †fideicōmissi esset impositum ipsis venientibus ab intestato pupilli, qui in portione legitima esset institutus, tunc.n.fideicōmissum tenet, nec reijcitur per hanc legem. Vnde si post filium impuberem hæredem scriptum adieci ꝙ si filius meus impubes decederet, tunc eius legitimi hæredes vniuersam hæreditatem restituerent Titio, tunc tale onus firmum manebit hodie ēt post hanc legē, nō aliter, atq; olim per tex.in l.si fundū per fideicōmissum, §.sicuti, & l.quod fideicommissum, ff.de lega.1.& d.l.si fundum, alias incipit si Titio pecunia. Hāc conclusionem tenent communiter doct.quales sunt Bar.Bal.Ange.& alij in d.§.sicuti, vbi late per Ias.Cinum, Bar.& omnes in d.l.ex tribus.Bart.Bal.Ang.& Imo.in l.1.in finalibus verbis, ff.de vulg.in §.substituere. Et ita consuluit Dinus, quem referunt Bar.& Cinus vbi supra.Bar.consi.13. Ex facto proposito plura Cinus & Bal.in l.cum virū, C.de fideicom.Mathes.not.164. Paul.in l.cum patronus, ff.de legat.2.Roderic. Xuarez hic limi.1.qui hanc dicit communem opinio.post.Pau.hic, & etiā Iaso.Sequuntur Bexutius, & Cuma.in d.§.sicuti dixi late in materia pupil.subst.infrà. Videbatur tale fideicommissum non valere, tū, quia cui nihil reliqui, ab eo nō possum quicquam legare, vel eius fideicōmittere, l.ab eo.C.de fideic.§.1.Inst.de sing.reb.per fideic.relict.tum ēt, quia liberorum legitima per l. nostram nullū patitur grauamē. Sed respon.ad primum, ꝙ legitimos impuberi hæredes satis videor honorare, cū possem impuberi pupillariter substituere, sicq; eos eius legitima successione priuare, nā ei satis dedisse videor, cui cum possem adimere, non ademi. vt ait text.notabilis in l.1.§.fina.ff.de lega.3.l.conficiūtur, ff.de iure codicill.qua ratione nititur etiam d.§.sicuti. Ad secundum respondetur, ꝙ mutatione personę desinit esse legitima, argumen.l.cum patronus, ff.de lega.2.ita Ias.in d.§.sicuti, col.2 quasi ꝙ onus legitimæ imponi nō posset, id personale priuelegium esset, nec ad hæredes transiret, vt in c.priuilegium personale de regu.iur.in 6.l.& quia, ff.solu.mat. Tu fortius firma communem opi.quia per hanc legem, vt in multis sui partibus patet, non reijcitur nisi id tantū onus, per cuius appositionem olim poterat testa.aliquo remedio euerti, secundum Corneum & Ias.nu.19.in l.si pater, C.de inst.& substi.Imo.in l.suus quoq;, & in l.fi.ff.de cond.inst.vnde per hāc l.tale onus hodie non reijcit. quia olim per eius appositionem non poterat testa.infirmari. Præterea vt olim & hodie per modum pupillaris subst.consulitur pupillo ad exclusionē hæredū legitimorū ipsius, ita & per modum illius fideic.ipsi pupillo cōsuluisse testator videtur, vt eius legitimi hæredes excludātur, & eorum loco fideicōmissarius ille succedat, sicq; id fideicō. expirat pubertate, non secus, quàm ipsa pupillaris subst.vt in l.quod fideicōmissum, ff.de leg.1.Fulgosius tamen in d.l.ex tribus, tenuit cōtra cōmunem de quo latius suo loco.

412 Limi.5.vt non procedat, quando onus esset † impositū non ipsi filio testatoris, sed eius substituto pupillari, nā tūc id onus etiam si esset fideicommissi prestandi teneret, nec hodie post hanc legem reijceretur, non magis, quàm olim antequàm lex ista fieret. Ita est vera & cōmunis opi.quā tenuerunt Bald.in l.cum virum, col.penul.C.de fideicom. Bar.in l.cohæredi, §.cum filiæ, ff.de vuul.Bald.in l.si arrogator.opp.3.ff.de adopti.Imo.in c. Rainutius materia pupill.subst.in fi.extra, de testamen.Alex.in l.1.§.substituere in prin.ff.de vulg.Roderic.hic in 1.limitatione, vbi firmat hanc esse communem opi.idē Ias.hic, & Bal.in l.ex tribus supra eod.idē Ias.in d.l.si fundum per fideicōmissum, aliàs incipit.Si Titio pecunia, §.secuti, ff.de lega.1.col.3. Cinus, Bar.& alij in d.l.ex tribus.Bart.in l.1.§.fi.ff.de vulga.Bart. consi.13.Ex facto proposito plura.Cinus in d.l.cum virū. Mathes.not.164.Paulus in d.l.cum patronus.Bar.in l.Papinianus, §.si quis impuberi, ff.de inoffi.testamē.Paul.in l.in ratione, §.quod vulgo, ff.ad leg.Fal.& in l.qui fundū, §.qui filios, eod.titu.

Mouentur quia cum substitutus expressim fuerit a testatore inuitatus, & honoratus, superest, vt per eum possit grauari, vt in l.ab eo.C.de fideic.§.1.Insti.de sing.reb.per fidei.relict.l.apud Iulianus, §.1.& 2.ff.de leg.1.Licet in cōtrarium fortiter faciat tex.in l.cum quidam, C. de lega.l.ab exhæredatis, ff.de leg.1.per quæ iura tenuit contra cōmunem hanc opi.Fulgo.in d.l.ex tribus. Sed vera est communis op.& ad d.l.cum quidam, respon.vt præter omnes dixi in materia pupillaris substi.infrà.

Limita secundum Rodericum Xuarez vbi supra, vt nō procedat in matre, quæ non potest pupillariter substituere, vnde legitimi hæredes filij quo ad eius legitimam non poterūt ab ea grauari, cùm eis etiam si pater vellet per modum pupillaris substit.non posset eius legitimam auferre, quod dic vt statim.

413 Lim.6.vt etiam mater, quæ non potest pupillariter substituere† filio suo, vt in prin.Inst.de pupill.subst.& in l.2.ff. eo.adhuc tū possit legitimos filij hæredes fideicommisso grauare ēt quo ad mensurā legitimę, nec id onus reijciatur per l.nostram, non magis, quā olim. Moueor per egregiū Africani responsum, qui in l.si mater, in prin.ff.de vulg.ita

414 scripsit. Si mater † ita testetur, vt filiū impuberem cū erit annorum.14.hæredem instituat, eiq; in pupillaribus tabulis si sibi hæres non erit alium substituat valet substitutio.

415 Vides ergo modum apertum, quo posset† mater legitimos hæredes filij sui eius successione priuare, eorumque spem eludere. Etenim si ea mater filiū impuberē hæredē scribat non pure, sed cum erit annorum 14, is sub conditione casuali institutus videtur, l.si cui legetur, §.1.ff. de leg.1. l.ex his, C.quando dies legati ced.& si ea conditione pendente decedat, ad hæredes suos nihil transmittit, l.vn.§.sin autem aliquid sub conditione, C.de cadu.tollē.l.vn.C. qui ante aper.tabu. vbi ita tenent cōmuniter doct. quales sunt Bart.Bald.Salice.Paul. & Corn. Socin. l.Publius, §.1.ff.de cond.& demon.cōmuniter moder.in l.hæredes mei, §.cū ita, ff.ad.Trebell.reprobata glo.quæ cōtrarium tenuit in d. l.vn.tangit gl.in l.is cui, ff.de actio.& oblig.Ergo cum hoc casu is filius sub hac interpretatiua conditione institutus sit, & ea conditione pendente decedens in pupillari ætate ad hæredes nihil transmittat, sed locus fiat substituto illi vulgari, superest, vt per hunc modum mater possit legitimos filij hæredes priuare hereditate & successione ipsius in pupillari ætate morientis, non secus, quam pater posset per modum pupillaris substitutionis. Ideoque in d.l.si mater, hę tabulæ, in quibus hęc vulga.substitutio a matre fit, pupillares appellantur, quòd eundem effectum represen-tant, inducunt, & veluti præ se ferunt, quem tabulæ re vera pupillares a patre factę solent inducere, licet contrariū teneat, & male Roder.Xuarez hic in 1.limi.

Simile in l.si mater filij, ff.de except.rei iudi.ibi, a certis tabulis pupillaribus, vbi substitutio re vera vulgaris a matre facta dicitur fieri in tabulis pupillaribus, quia ad filium impuberem, pupillumue ea substitutio pertinet. Et ita d.l. si mater, intellexit ingeniosus Viglius in princ.Inst.de pupill.subsli.nu.6.tenuerūt Iacob.de Arena, Alber.Cuma.& Pau.in d.l.si mater, cōtra Azonis, Bartoli, Accursij, & aliorū receptam, sed nimis duram, meritoq; respuendam interpretationem, vt latius diximus in materia pupillaris subst. infra. Et hunc intellectum ad d.l.si mater, tenet etiā egregius Emanuel Acosta in l.Gallus, §.& quid si tātū, pag.20.

ff.de

ff. de liber. & pusthu. qui ait hanc interpretationē proprio Marte a se quæsitam fuisse, seq; quondam, dum adolesceret, inter centum paradoxa Salmanticæ publicasse longe antequam in scripta Viglij incideret. Id quod nobis quoq; contigit, qui dum septingenta supra 30 paradoxa Salmanticæ quoq; publicè defenderemus, hunc illius legis intellectum vulgo ignotū, & præter nostrū sentētiam proposuimus, ex quo quam plura noua, & contra communes receptasq; traditiones diriuātur, idq; longe antequā in Viglij, Emanuelisq; scripta incidissemus. Simileq; remedium haberet mater ad legitimos filij hæredes excludēdos in l. cum ex filia, in prin. ff. de vulga. Tertiumque modum posset ipsa mater sumere ex l. multi non notæ, ff. de liberis, & posth.

Cum ergo tot modos mater habeat, quibus possit efficere, vt ex hæreditate sui filij impuberis ad eius legitimos hęredes nihil omnino perueniat superest, vt si ijs remedijs vti desinat, satis videatur eam hæreditatē dedisse illis, quibus cum posset adimere noluit & consequenter eos onerare per fideicom. possit, non aliter, atque pater posset iuxta d. l. 1. §. pen. ff. de lega. 3. l. conficiūtur, ff. de iure codicillorū. Quod & probat tex. in d. §. sicuti, in sui generalitate, maxime in verbo, vnicuique quod ex proprietate sermonis fœminas quoque comprehendit non secus, quam masculos, vt late per Decium in l. fœminę, ff. de reg. iu. per omnes per tex. ibi in l. si quis id quod, ff. de iur. om. iud.

Contrarium tn̄ tenuit Rodericus Xuarez hic in 1. limita fol. 50. vt in matre non procedat d. §. secuti, nec ipsa possit legitimos filij hęredes duo ad legitimam onerare, motus, quia. (vt ipse inquit) nullo modo nulloq; ordine mater posset legitimos filijs hæredes eius successione, etiā si impubes moriretur, priuare, & consequenter nō potuisset eosdem fideicommisso onerare. Sed mirandum est de viro mediocriter docto. qui tam incautus firmauerit nullum remedium matri inuentum, vt hac in re liberis suis consuleret, cum & olim plura essent remedia, quæ iam retulimus, & hodie nouum etiam accedat in simili remediū, de quo in l. humanitatis, cum conc. C. de impuberum, licet ipse Rodericus, vt moris sui est, effrēno, elatoq; animo in quęst. de facto se habuisse testetur.

Sed an hodie superiora procedant post legem nostram quę omnem conditionem abstulit de legitima liberorum? Et Bart. Cuma. Pau. & Areti. in d. l. si mater, ff. de vulga. te-
416 nent quòd hodie post legem nostrā d. l. si mater, non procedit, quia per hanc legem reijceretur cōditio in terminis illius legis, sequitur egregijs Emanuel Acosta vbi supra pag. 22. qui cum reliquis lapsus est. Nam ibi illa cōditio, si perueniret ad annū. 14. fauore ipsius filij adiecta fuit, vt patet ibi in verb. in pupillaribus tabulis secundum verum intellectum, quē ad illum text. sequuti sumus post Emanuelem Iacob. de Arena. Paul. Areti. Alber. & Cumanum. Ergo talis conditio hodie etiam post hanc legem non reijcitur, cum per eam non reijciantur illæ conditiones quæ liberorum fauorem respiciunt, vt est. tex. in l. filijs matrē, supra eod. & tenent doctores non solum communiter, sed etiam indifferenrer, vt diximus supra, in 1 limi.

Præterea in quibus casibus olim per appositionem conditionis non poterat test. vllo remdio euerti, in illis casibus hodie talis conditio per hanc legem non reijcitur, vt probatur hic in l. nostra in multis sui partibus, probaturque in d. l. omnimodo, supra eodē, in multis sui partibus, & diximus supra in prin. huius legis, sed per appositionem illius conditionis olim non poterat vllo modo infirmari test. vt patet in d. l. si mater, ergo nec hodie ea conditio per hanc legem reijcietur.

Sed an licet in terminis dic. l. si mater, & ab initio iure. ff. valeret testam. & illa conditio, si peruenerit ad annum. 14. non reijciatur per l. nostram, an saltem detur querela inof. testa. eo quòd in terminis is filius propter pendentiā conditionis hæreditate, vti frui. potiriq; nō potest? Et videbatur
417 quòd sic, quia olim filius a matre sub †conditione nō potestatiua institutus licet ab initio valuisset testame. poterat tamē illud querela infirmare, vt est tex. in l. filijs matrem & in l. si pater puellæ, supra eod. notat Pau. hic, idem Pau in d. l. filijs, idem Pau. in d. l. si pater puellæ, & Salic. hic, & Fulg. in d. l. si pater puellæ, & Bal. hic.

Et ita in specie, quòd in terminis d. l. si mater, competeret querela, si esset aliquis cohæres, vel substitutus, contra quem proponeretur, tenet egregius Emanuel vbi supra, pagi. 21. tenet Imo. d. l. si mater, sentiunt in similis Fulg. & Ias. nu. 4. in d. l. filijs matrem.

Sed nos sumus in contraria sententia, vt licet in terminis d. l. esset cohæres, vel substitutus filij, contra quos ipse posset querelam proponere, adhuc ei nec olim, nec hodie daretur querela, quia ipsa licet daretur olim filio a matre sub conditione non potestatiua instituto, qn̄ conditio eius fauorem & vtilitatem non respiciebat, tamē secus erat, qn̄ respiciebat eius vtilitatem. Ita tenēt omnes doctores indifferenter hic, & in l. filijs matrem per tex. ibi supra eod. & in d. l. si pater. puellæ per tex. ibi supra eodem, dixi late supra in l. 1. lim. Sed illa conditio, si filius peruenerit ad annū. 14. respicit vtilitatem, & prouisionem ipsius filij vt patet in d. l. si mater, ibi, in pupillaribus tabulis, vbi probatur ꝙ prouisio, quæ fit per illam legem, assimilatur prouisioni quæ inducitur per substitutionem pupillarem, ergo contra illā prouisionem non debet cumpetere querela inoffi. testam. non magis quàm competeret contra ipsam substitutionem pupillarem.

Confirmatur per l. si patronus, §. si quis non mala, ff. de bo. libr. & in l. multi nō notæ causa, ff. de lib. & posthu. vbi patet in simili factam fuisse bona mente exhęredationem, contra quam non datur querela inoffi. testam. & longe minus contra institutionem conditionalem, quādo conditio similiter non mala, sed bona mente adiecta fuit, & in fauorem ipsius impuberis. Nec obstat. ꝙ pendente conditione filius, nequeat rebus hæreditarijs potiri. quia imo potest, argu. l. in fideicommissi. §. cum Polidius. ff. de vsurp. quem tex. dicit singul. Bald. in rub. C. quæ in fra. cred. facit glo. no in l. fideicommissaria, §. fi. ff. ad Trebell. vbi Imola, & Ro. idem Imo. in l. cum filio, col. fi. ff. de lega. 1. Ias. in d. l. multi non notę causa, ff. de libe. & posthu. omnes per text. ibi in d. l. filijs matrem, nam vt pendente conditione ibi consulitur filio, ita & hoc casu consuletur.

Limi. 7. vt non procedat in onere fideicommissi, quod onus potest† imponi legitimæ filij. Ita tenet gl. in l. ex tribus, supra eod. pro qua videtur tex. in l. fi. §. filiæ, ff. de leg. 2. & in l. vxori, ff. de vsufruct. lega. & in l. omniū, ff. de vsufru. & in l. si fundum per fideicommissum, alias incipit. Si Titio pecunia, §. sicuti, ff. de leg. 1.

In contrarium est vera & communis opi. quā tenēt oēs doctores indifferenter hic post glo. nostram, tenent Bart. Bal. ange. & Salice. in d l. ex tribus. Bart. & oēs in l. 1. §. substituere, ff. de vulga. post gl. ibi. pro qua cōmuni opinione facit l. cum patronus, ff. de legat. 2. l. cohęredi. §. cū filiæ, ff. de vulg. tene glos. in l. precibus, C. de impub. & Cinus, in d. l. ex tribus. estq; non modo communis opin. sed ēt indifferenter recepta secundum Rodericum Xuarez in l. nostra, limi. 1. fol. 50. tenent cummuniter docto. in d. §. cum filiæ tenent communiter doct. in d. §. sicuti, vbi late per Ias. Tenent Odofredus, Cinus, Alberi. Iacobus, Butrig. Io. Faber. Bal. Ange. Sali. Fulgo. Pau. & Ias. nu. 43. in authen. nouissima, supra eod. secundum quem hęc est cōmunis opi. post. gl. fi. ibi. dū aiunt, ꝙ hodie correcta est d. l. vxori. ff. de vsufruct. legat. Quod post legem nostram verissimum esse videtur, cum per eam reijciatur omne grauamen per cuius appositionem olim competebat, vel cōpetere poterat querela. Sed olim indubitanter dabatur querela ei qui integraliter in legitima fuit institutus, si per fideicōm. ita fuit oneratus vt fideicommisso pręstito legitima minuta maneret vt in l. cum quæritur supra eod. §. fi. Instit. eo. l. Papinianus, §. 4. & §. quoniam autem quarta, & l. si non mortis. ff. eod.

Sed & iure, ff. sentiunt omnes prædicti, quòd legitimæ onus fideicōmissi nō posset imponi, quod in specie etiam tenet

tenet Ias.in d.§.secuti.Dinus,Alberi.Bar.Paul. Cumanus, & Bald.in l.fi.§.filiæ.ff.de legat.2.Quod verũ quo ad hoc, vt eius ratione posset competete querela cęterum mero iu re non desinebat tenere, quia noue inductum est per l.no strã vt ipso iure reijciatur, vt dixi supra hac lege in amplia-tionibus super d.§.filiæ,contra communem.

Deniq; considera,an non solum iure,ff. sed etiam iure, C.legitimę onus fideicõmissi possit imponi,non quidẽ vt per eius impositionẽ legitima minuatur,sed vt fideicõmis sum vtile sit,& transferatur in filij cohæredes, vt ipsi illud fideic.salua Falcidia præstare cogantur,argum.text.in §.no stra insti.de successione liber.in fi.qui licet loquatur in legi tima patroni, tamen videtur procedere etiam in legitima liberorum,cum regulariter ęquiparentur,& valeat argum. de vna ad alteram,vt in l.fin.infra eod.vbi videbitis.Quod nec probo,nec improbo,sed cogita,quia pia opi.esset.

419 Limi.8.vt nõ procedat in onere prohibitę†alienationis siquidem minor,vel prodigus,vel minus industriosus prohibitus fuit,tunc enim tale onus prohibitæ alienationis valeret,nec per hanc legem reijceretur etiam de legitima.Ita videtur probari per l. Titio centum, in princ.ff.de cond.& demonst.optimus tex.in l.2.C.de vsucap.pro empt. ita sen tit glo.in d.l.Titio centum,secundum vnam lecturam,vbi etiam Imo.Aret.consi.19.Ex facto pręsupponitur, col.2. sequi videt Rodericus Xuarez hic limit.1.fol.48.Hoc tamen casu putarem,quòd si filius ille prodigus,vel male industriosus ad frugalitatem redire, tunc prohibitio cessaret. Idem si prohibitus esset minor,nã simul ac legitimæ ætatis esse cœpisset,statim ea prohibitio euanesceret, vt in simili in pupillari substitutione,quę cessat simul ac pupillus adoleuerit,vt in §.masculo.Insti.de pupill.l.2.ff.de vulga.l. verbis,& l.Centurio,& l.cohæredi,§.cum filię,eod. Et similiter in substitutione exemplari,quæ simul ac mente captus resipuerit,euanescit,l.humanitatis,C.de impuberum §.qua ratione.Institut.de pupill.l.ex facto, in principio, ff.de vulga.

Sed tamen tutius esse videtur indistinctè hanc limitationem respuere,per regulam generalem huius legis.Et ad legem Titio centum,in prin.cum gl.suprà allegata, respon. quòd loquitur quando relictum fuit id, quod nec debitũ erat nec quasi debitum, nos autem loquimur in legitima, quę debita est,vel quasi, vt late diximus supra in authenti. nouissima,

Nisi forte velis hanc limitationẽ ex alio capite tueri,scilicet quia præceptum a testatore factum, quod respicit vtilitatem filij,valet etiam in legitima,vt in l.filijs matrem,supra eod. & est vera & communis opi. vt diximus supra in 1.limitatione,id autem præceptum respicit ipsius prohibiti vtilitatem,& hac sola ratione cõtra regulas communes sustinetur,in dic.l.Titio centum, ergo tale præceptum per hanc legem non debet reijci. Pro hoc facit totus titulus.ff. de reb.eorum,& C.de predi.minorum.

420 Limita.9.vt nõ procedat in onere†exhęredationis,quę exhæredatio licet iniuria esse videatur,l. cum quidam,C. de legatis,l.Papinianus,in prin.ff.de inoffi.testa.authen. vt cum de appell.cog.§.sola enim est,& per hoc videatur esse immensa læsio.argum.l.Iulianus,ff.si quis om.cau.test.tamen secundum veram & communem opin.tenet etiam in legitima filij,quando fit bona mente arg.l.multi non notę, ff.de libe.& posth.& l.si patronus,§. si quis nõ mala,ff.de bon.liber.Inst.est vera & cõmunis opi.quam tenuit.Bart. & communiter docto.in l.cum ex filio,in prin.ff.de vulg. sequitur & dicit esse commuuem opi. Rodericus Xuarez hic in 1.limit.resoluit Iaso.post alios in d.l. multi sequitur egregius Emanuel in d.l.Gallus,§. & quid si tãtũ,pag.21. ff.de libe.& posthu.sentiunt Bart. & alij in l.si mater, ff.de vulga.Bald.in authent.ex causa.8.col.C.de libe.præt.Guil. de Cuneo in authent.nõ licet,C.de lib.pręt.gl.in l.scimus in princ.C.de inoffi.testam.& Salice.hic,& est communis opi.secundum Ias.col.2.in l.filius matrem,supra eod.idem Acosta in d.l.Gallus,§.& quid si tantum pag.

421 Limit.11.vt non procedat in†substitutione vulgari cuius onus in legitima etiam filij apponi potest, nec reijcitur per hanc legem.Ista est vera & communis opi. quã tenẽt Pau.hic,& Ias.in l.si pater,col.pen.C.de insti.& subst.Rode.Xuarez hic in lim.3.fol.52.sequitur Alex.in l.si posthumus §.quod vulgo,ff.de lib.& posth.

Hæc conclusio iure, ff.indubitanter procedit per l.fi.ff. de cond.inst.l.iam dubitari, ff.de here.instit.l. 1.& l.iã hoc iure,ff.de vulg.Sed an idem iure.C.Et docto.suprà citati tenent quòd sic,quia vulgaris substi. secundum eos non dicitur esse onus,argum.d.l.si posthumus,§.quod vulgo,ff.de libe.& posth.Quod probatur ratione, quia substitutus admittitur tunc demum, cum primo nominatus hæres esse noluit aut non potuit,vt in l.3.C.de hære.insti.l.si paterfa. ff.de de hære.insti.§.fi.Instit.de vulg.Siue ergo filius patri hęres esse desinat,quia non vult,siue quia non potest, neutro horum casuum vllum grauamen,onus, vel læsio vlla filio accedit,quia non per interuẽtum substituti excluditur. sed,vel sua sponte,vel impotentia,ergo cum per interuentum substituti non lædatur, non est cur is substitutus de eius legitima reijciatur.

Confirma.quia hęc l.non procedit nisi in oneribus,per quorum oppositionem olim testa.poterat vitiari, vt patet hic,& in d.l.omnimodo, supra eodem in multis sui partibus,sed per huius oneris appositionem olim nullo iure poterat vitiari testam.vt d.legib.ergo nec hodie id onus,eáue dispositio per hanc legem reijceretur.

Confirmatur,quia cum secundum veras & communes opi.ius transmissionis sit potentius iure substitutionis, vt C.de caducis tollen.§.cum autem in superiore, dixi late in lib.de comparatione substituti & coniuncti,superest, vt is filius per talem substitutum non impediatur transmittere, sicque nullam læsionem patiatur, quæ per hanc legem reijciatur.

Vnde limita.11. loco eadem ratione,vt nõ procedat in

422 substitutione † reciproca, quę liberis institutis etiam post hanc legem potest fieri,nec hodie de eorũ legitima reijcietur, non magis,quã olim,argu.l.Lucius,ff.de vulga.l.2.& l. quamuis,C.de fideicom. Ratio, quia reciproca substitutio continet sub se vulgares substitutiones, vel pupillares, vel exẽplares,vt tenet gl.cõmuniter approbata in d.l. Lucius, vt late diximus in materia reciprocæ substitutionis lib.6. fideicommissarias autem substitutiones sub se nõ comprehẽdit,idq; ex legis interpretatione,per l.post aditam. C.de impuberũ,vt tenet d.gl.communiter appro. in d.l.Lucius, ergo qua ratione continet sub se vulgares, vel pupillares, vel exemplares,non etiam fideicommissarias, eadẽ quoq; ratione cogimur fateri,ꝙ in legitima liberorum fieri poterit,nec per hanc legẽ reijcietur,quemadmodũ nõ reijciuntur(vt iam diximus) vulgares,pupillares, vel exemplares.

Confirma. quia sub simplicibus comprehenditur casus mixtus l.2.§.1.ff. de verb.oblig.vbi late per omnes, ergo vt vulgaris per se, vel pupillaris per se, vel exemplaris per se admitteretur etiam hodie in legitima, ita quoque & si omnes promiscue concurrant.

Vnde limit.etiam 12.loco, vt nõ procedat lex nostra in substitutione compendiosa, quæ quatenus sub se continet infra pupillarem ætatem pupillarem substitutionẽ, & etiã postea exemplarem si dementi fiat,vt docent Bart.& omnes in l.Centurio,ff.de vulga.certe talis substitutio non reijcietur de legitima filiorum,licet quatenus fideicommissariam contineret,bene reijceretur, secundum regulas suprà traditas.

Vnde limita etiam 13.loco,vt lex nostra non procedat in substitutione informi qualis est, Filium instituo, & Sempronium substituo, quia hæc substitutio informis ex legis interpretatione vulgares tantum substitutiones continet, vulgaris autem per l. hanc non reijcitur, vt iam diximus. Quòd autem vulgarem tantum contineat, est communis opin.quam tenent glo.Bar.& alij in l.Gallus,§.1.ff.de liberis,& posthum.

Limit.

423 Limita 14. vt non procedat in eo, cui defertur †hæreditas post filij exclusionẽ, siue illa voluntate, siue impotẽtia contingat. Ista est vera & communis opinio, quam tenuit Paulus in l. cum patronus, in vtraq; lectura, ff. de leg. 2. Bal. ibi. & Paul. hic ad fin. Alex. hic & ibi in apostillis. Angel. in d. l. cum patronus. Xuarez hic in 4. limitatione, Ias. in l. si arrogator. ff. de adopti. nu. 32. idem Ias. in l. cum quidã nu. 2. C. de leg. idem Ias. hic idẽ Ias. in l. si fundum per fideic. aliàs incipit. Si pecunia. §. sicuti. ff. de leg. 1. Idẽ Iaso. in l. cum filiusfa. §. diui. nu. 45. ff. de legat. 1. Segura in l. cũ patronus. ff. de leg. 2. nu. 68. idem Segu. in repetitio. legis. ab exhæredati. nu. 44. ff. de lega. 1. & in repetitione l. 3. §. fi. versi. vnum crederem. nu. 118. de libe. & post. ff. Quod intellige quãdo is filius non transmittit, vt pulchrè diximus suprà. ampliatione. 93. Et hanc annotationẽ authores suprà relati multis nominibus, summisq; laudibus efferunt, idq; (vt nobis videtur) satis immeritò. nam præter d. l. cum patronus. vbi hoc videtur probari, cui præter doctores adde tex. in l. fin. infrà eo. vbi regulariter probatur valere argu. de legitima patronorum ad legitimam liberorum, vnde cum in legitima patronis id sit expeditum, similiter etiam in legitima liberorum procedere intelligendum est.

Sed habes hac in re euidentem rationem. Nam l. nostra & l. omnimodo. suprà eod. factæ fuerũt ad vtilitatem tam parentũ, quàm liberorũ, id est tam testatorem, quàm liberorum. vt ait tex. in d. l. omnimodo. ibi, tam mortuis consulere, quam eorum liberis. sed post quàm filius ab hæredita te patris exclusus fuit, siue voluntate, siue impotentia, iam attenti esse debemus ad testatorum duntaxat volũtates ob seruandas neglecta substituti vtilitate, ad quem legitima filij peruenerit, cui leges nostrę hac de re loquentes prospicere noluerunt.

Pręterea pro hoc tex. quasi expressus in l. filio pręterito ff. de iniust. rupt. & glo. appro. in l. si quando, §. & generaliter, infra eodem, & l. non putauit, §. si quis sua manu, ff. de bo. poss. contra tabu.

Limit. 15. vt non procedat quãdo pater elegit vnã rem

424 ad testãdum, nam tunc in reliquis †rebus filius habebit suã legitimam, non autem in re illa. Ita tenet Bald. in l. potest, ff. de lega. 1. idem Bald. in rub. ff. de rerum diuisione, sequitur Roder. Xuarez hic in 5. limitatione. Hæc limitatio habuit fortem rationem dubitandi. Nam filius ipso iure habet in singulis corporibus hęreditarijs legitimam, l. scimus §. repletionem, infra eod. ergo videbatur, quòd in re illa, quam pater elegit ad testandum, eam legando vel iubendo quòd forte monumentũ, vel hospitale fieret in domo hæreditaria, filius ipse haberet suam partem hæreditariam, & consequẽter quòd se inuito legatum quo ad suam partem non valeret. Huic argumento Rode. non facit satis.

Tu ergo responde obesse nihil. Nam vt generi per speciem derogatur, iuxta l. vxorem, §. felicissimos, ff. de leg. 3. l. cũ quæstio. C. de lega. c. in toto, de regu. iur. in 6. ita quoq; legata cęteraque relicta singularia tanquam species derogant vniuersæ hęreditati tanquã generi: aliud est enim hęreditas, quæ nec tangi, nec videri potest aliud est res hæreditaria, quæ & tangi, & videri potest, sicut aliud est ius vsusfructus, qui nec tangi potest, nec videri, aliud ipsi fructus corporei, qui possunt tãgi, & videri, vt in prin. Inst. de reb. corp. & in corp. & in l. hæreditas ẽt sine vllo corpore, ff. de pet. hære. & quę tradunt Bart. & alij in rub. ff. de acq. hære. Ergo cum vsque ad dodrantem, vel bessem totius hæreditatis data sit testatori facultas libere disponẽdi, superest, vt in reliquo tantum hęreditatis tota hæreditas versari videatur. Ita procedunt omnes leges, omnesque tituli, seu rubricæ, & etiam omnes libri qui sunt a titulo, ff. de legat. 1. vsq; ad titulum, ff. de adimen. leg. per totũ Inst. & C. de leg. per totum. C. de fidicommiss. sicq; quod in d. §. repletionem, dicitur quòd legitima in singulis rebus hæreditarijs debetur intelligitur de rebus hęreditarijs, quæ supersunt pòst deductionem, & separationem singulorum legatorum, fideicommissorum, vel aliorũ singularium relictorũ. Sicq; negandum est contrarium, licet illud fassus sic Rodericus satis incautus, & securus. Qua de re latius in l. omnimodo, §. imputari. supra eod.

Limit. 16. nisi cõditio, sub qua posthumus est institutus existat ante natiuit. posthumi, nam tunc talis conditio nõ reijcitur per hanc legem. Ista videtur commuuis opin. quã tenuit Rodericus Xuarez hic in 6. limitatione, fol. 53. vltra quem hanc limi. tenet Ias. in l. si pater, col. 5. in fi. C. de inst. & subst. & iterũ col. pen. in fi. idem Ias. hic in fi. Alex. in d. l. si pater, nu. 3. & ibi Corneus, & iterũ Alex. nu. 10. & Bal. in d. l. si pater, opp. 10. Bal. in l. cũ posthumus, ff. de liber. & posthumis, vbi expressim ait, ꝙ hæc lex limita. per illam, quod sequuntur Ange. & Imola ibidem, & etiam Alexan.

Hęc cõmunis limitatio indubitanter suspecta est. In primis est contra text. expressum hic, ibi, & ita res procedat, quasi nihil eorum testamento additum esset, vbi patet, ꝙ omnes conditiones, quæ per hanc legem reijciuntur, ipso iure reijciuntur & continuo post factum testam. non spectata morte testantis, sicq; licet conditio inter factum test. & mortem testantis existeret, id nihil operaretur, quando quidem iam illico pòst factum testa. ea conditio per hanc legem reiecta fuerat ipso iure, & lex operatur in momento tẽporis, vt docent Ias. & alij per tex. ibi in l. si post mortem, ff. de lega. 1. tex. in l. is cui, ff. de lega. 2. Pro nobis etiam l. scimus, in prin. ibi, ipso iure, infra eod. vbi probatur, ꝙ reiectio eorum, quæ nocent legitimę, vel suppletio eorum, quæ deficiunt, fit ipso iure a lege, sicque continuo pòst factum testam.

Tertiò pro nobis tex. expressus in multis sui partibus, tam hic quã in l. omnimodo, suprà eod. ibi, vel alio modo subuertendis, & iterum ibi, vel alio modo subuertẽdo, vbi, vt latius suprà diximus, probatur quòd leges nostræ procedunt non solũ quando per querelam potest test. impugnari, sed etiam quando per appositionem conditionis, vel alterius grauaminis test. poterat quoquo modo euerti, estq; sit suprà diximus cõmunis opin. Tunc sic, si conditio non potestatiua in posthumi institutione apponatur, id testa. olim poterat infirmari, & rumpebatur ipso iure, cùm posthumus pendente conditione nascebatur, l. posthuma. ff. de lib. & posth. ergo talis cõditione testamen. periclitetur per hanc legem statim post factum testamen. reijcietur. Postremo frustra spectaretur cõditio, cuius nihil operatur euentus, l. si ita quis scripserit, ff. de hęr. inst. si ergo posthumus sub hac cõditione instituatur, si Titius ex Italia venerit, tunc siue cõditio deficiat, posthumum admittemus ad suam legitimam, non ad id, quod vltra legitimam sub illa conditione sibi datum fuerat, l. scimus, §. cum autem secundum veram & communẽ opi. doct. hic & ibi infra eo. siue etiã conditio existat, eundem posthumũ statim ad suã legitimam admittemus, & ad residuum non statim, sed demum postquam probatum fuerit cõditionem extitisse, vt d. §. cum autem. Cum ergo in omni casu legitimam indubitanter & pure (id est, statim post sui natiuitatẽ) is posthumus habiturus sit, certe illa conditio frustra spectaretur.

Tenendo hanc partem, quæ (vt nobis videtur) non minus vera est quàm Apollinis oraculum, tunc ad d. l. cũ posthumus, respon. ꝙ procedit iure, ff. quo iure indubitatũ fuit posthumum sub omni conditione instituti posse, nec inuentio talis conditionis reijciendæ cognita fuit vsque ad Iustiniani tempora, qui fuit vltimus legumlatorum.

Ad l. si quis hęredem, C. de inst. & subst. quæ fortius vrget, licet Rod. vbi suprà de ea memor non fuerit, respõde, ꝙ ibi testam. non sustinetur, eo quòd conditio viuo testatore extiterit, valeret enim in terminis illius l. testa. etiam si conditio longe pòst mortem testantis existeret, sed sustinetur ibi testa. quia eo tempore filiafa. iam nata poterat ex toto præteriri vt probatur in l. maximum vitiũ, C. de lib. præte. & in prin. versi. sed non ita. Inst. de exhære. lib. & in l. Gallus, §. in omnibus, ibi filius dũtaxat, ff. de lib. & posth. tradit Ioan. ab. Imola, in l. fi. ff. de cond. inst. & in l. suus quoque, in prin. ff. de hær. inst. docet elegantius egregius Emanuel

nuel in l.Gallus,supra all.§.& quid si tantum,pag.96. diximus late supra & infra in tract.exemplaris subst.

Nec ad rem pertinet,quod d.l.si quis heredem, fuerit et facta ab ipso Iustiniano.Nam intelligendum est, quod tēpore illius legis adhuc vigebat differētia inter mares & fœminas,vt filijfa.nec possent ex toto præteriri, nec sub conditione casuali institui,filię tamen fœminæ,pręteriri ex toto possent,vt probaui.& longe facilius sub omni conditione institui,vt probat d.l.si quis hæredem, cum conditionales institutio longe facilius admittatur, quam omnimoda præteritio vt cōmuniter tenēt doc.in l.si pater, C.de insti. & subst.vbi per Corneum,Alex.Ias.& Decium post alios per Ias.in l.filius a patre,ff.de libe.& posthu. Omnes enim illæ differentię postea per Iustinianū fuerunt sublatæ in d. l.maximū vitium.C.de libe.pręt.quæ reliquis legibus posterior fuit,vt patet in ipsa,dum facit mentionem, de l.nostra,& de d.l.omnimodo,ibi.& si secundum.

Tene ergo,quòd si posthumus sub hac conditione instituatur in maiore portione quàm legitima, si Titius ex Italia venerit,statim reijcitur conditio vsque ad eius legitimā vel in totum,secundum ea,quæ supra in 2.parte huius,l.diximus in ampliationibus.

426 Limit.17.vt non procedat, si † conditio, sub qua filiusfa.institutus fuit,viuo testatore existat,nam tūc per hanc l. non reijcitur.Ista videtur communis opi.quā tenent Bald. opp.10.in d.l.si pater,C.de inst.& subst.Ias.hic in fi. Alex. in l.cū posthumus,supra all.Rod. Xuarez hic in 6.limi.Ias. in d.l.si pater,col.pen.& iterū,nu.5.& ibi Alex.nu.3.Mouentur per l. cum posthumus,ff.de libe. & posthu.quæ nihil omnino facit,vt proxime dixi, quia loquit̄ iure,ff. quo iure expeditissimum erat posthumum sub omni conditione institui posse, vt ibi nec erat hęc l.edita, per quam reijciuntur conditiones,quæ testamento possunt nocere,qualis erat illa,quæ efficiebat, vt testa. illud licet in sui primordio valeret tamē ex post facto posset infirmari, si forte pēdente adhuc conditione is posthumus nasceretur, vt in l. posthuma.ff.de lib.& posth.

Et quòd ea conditio statim vsque ad legitimam reijciatur,probatur in 4.fundamentis, quę proxime enumeraui, nec expedit repetere,vbi etiā responsum dedi ad d.l.si quis hęredem quæ pro communi opi.fortius vrgebat,quæque hodie correcta est, per l.nostram, & d.l.maximū vitium.

427 Limit.18.nisi conditio apponeretur institutioni† personę incertę,nam tunc conditio nō reijceretur,licet per eius appositionem posset test.infirmari,quale est,cū testator dixit,Posthumus qui viuo me nascetur, hęres mihi esto tūc enim ea conditio,qui viuo me nascetur, vel si viuo me nascetur,nō reijcitur per hāc legē,vnde si post mortē testātis nasceretur,testa.quasi præteritus rūperet, per tex.in l.commodissime,ff.de libe.& posth.Ista est communis opi.quā tenet Bar.in d.l.cōmodissime,sequuntur ibi Bald.Ang.& Imo.Bar.Bald.& Ange.in l.si pater,C.de insti. & subst.sequitur Alex.in d.l.cōmodissime,& idē Alex.in d.l.si pater, nu.10.vbi ēt Ias.col.pen.& Rodericus Xuarez hic limit.7. idē Rodericus Xuarez hic in 1.ampliatione,fol.9.sequitur Salicetus hic.Coras.in l.quāuis,C.de impuberum, num.6.

Probatur hęc cōmunis opi.per l.commodissime, suprà alleg.ibi,quia nec sub conditione quidem vocatus intelligitur,qui in hunc casum natus est, qui non fuit testamēto comprehensus. Quorum verborum sensus est,quòd cum potuerint plures posthumi nasci, & alij in vita testatoris, alij verò post mortem,tūc si dixi,qui viuo me nascetur hæres esto,certe si vnus viuo me nascatur,alius post mortem, qui post mortem natus fuit, is nullo modo inuitatus fuit a testatore,nec pure,nec sub conditione,sed ille tantum fuit vocatus,qui viuo testatore natus fuit.Ergo vt isto casu indubitatum est vocatum non fuisse illum, qui post mortem natus fuit ita quoque & si vnus tantum nascatur, post mortem is nec pure,nec sub conditione in tali testamento vocatus intelligendus est, quandoquidē licet essentialiter plures posthumi nati non fuerunt,tamen potētialiter nasci po fuerunt,& dispositio testatoris ad eos tantum, qui se viuo nascerentur,respexit, quod pauci perceperunt.

Ergo cum leges nouæ non procedunt in eo,qui est omnino pręteritus,vt in d.l.omnimodo, suprà eod. & is qui post mortem natus est,omnino præteritus fuerit superest, vt per hanc l.& d.l.omnimodo,huic testamento non subueniatur.Sed is casus licet per l.nostrā prouisus non fuerit, hodie tñ negari non pōt,quin decisus sit ꝑ ipsum Iustinianū,qui diu post legem nostram latā, quæ liberis tantū natis loquebatur,fecit l.fi.C.de posth.hær.instit.quę loquitur etiā in posthumis,per quam iussit, vt siue viuo testatore is posthumus,siue eo mortuo nascatur, semper scriptus hæres intelligatur,reiecta illa conditione,si post mortem,vel qui post mortem.Hoc etiam ipse Iustinianus aperte sensit ibid.dum ait, cum frequentissimas leges posuerimus testatorū voluntatibus adiuuantes. Et tertio loco ibi dum ait, ne pœnā patiatur pręteritionis,qui filios suos nō præterijt. Hoc.n.casu negat post illam legem illū posthumū præteritum videri,qui eo casu natus fuit,qui nō erat conditione comprehēsus,sicq; alludit ad d.l.omnimodo,per quam nihil fuit dispensatum in casu omnimodę pręteritionis,& leges frequentissimę,de quibus fit mentio in d.l.fi.sunt l.nostra,& l.omnimodo,& l.quę nuper.& l.scimus,hoc titulo de quibus similiter fit mētio in l.maximū vitiū, C.de lib. præt.postquam d.l.fi.facta fuit,& sic patet, quod facta fuit post legem nostrā,& d.l.oīmodo,ad earū extensionē,quę cum essent correctoriæ,& loquerēter de liberis iam natis, ad posthumos non extenderetur,nisi d.l.fin.facta esset, vt in simili tenent hic Iaco.Butrig.& Ias.Aret.& Bal. & Pau. & Salice.in fin.& Xuarez fol.8.col.2.& Imo.in l.fi.col.antep.ff.de cond.inst.dum tenent,ꝙ stante statuto, ꝙ sit filia contenta quibuscunq; summis a patre sibi relictis, tunc ea filia si quid sub conditione datum fuerit, nō tenetur esse tacita,& contenta,sed pōt petere vt conditio reijciatur,quia hoc casu nō valet argu.de re adēptus,quia est materia correctoria.Sic etiā &in proposito in hac materia correctoria non posset fieri extensio de lege nostra loquente in liberis natis ad posthumos, nisi id expressim noua lege cautū esset ideoq; vtilissime cantū denuo fuit per d.l.fi.Nec quicquā egregius,vtilius æquius præclariusq; vnquā hac declaratione ab vllo scribentiū in hac materia reperies.Per quā egregie ampliatur l.nostra. Et de intelle.d.l.cōmodissime. 6.Ias.ibi,qui septē enumerat intelle.idē Ias.in d.l.fi.Corasi. in l.quāuis,nu.6.C.de impu.Acosta in l.Gallus,§. & quid si tantum,ff.de lib.& posth.pag.220.Dec.consi.176.Viso.

Ergo quod omnes doctores incauti securiq; putāt, scilicet hodie talem posthumum præteritum videri si nascitur eo casu qui non est conditione comprehensus,id apud me verum nunquam erit,estq; contra d.l.fi. secundum nostrū intell.quem nullus vnquam cogitauit.

Vnde si hodie testator instituit filiam,quę sibi nascetur, & matrimonium cōtraheret in mille,filiam vero, quę sibi nasceretur & monasterium egrederetur in quinquaginta, certe ridiculum est dicere,quòd filia nata,quę nec velit nubere,nec monasterium ingredi,videatur pręterita, licet id tenuerint Barto.& omnes doctores suprà citati.Licet hoc casu agnoscam testa.vitiari,sed id nō tam ex defectu institutionis,quam eo quòd quantitas institutionis incerta sit. Confirmatur tam hoc quàm superius dictum quia institutio posthumi indefinita,habet̄ ꝓ vnuersali, cōprehēditq; oēs posthu.arg.l.2.& l.Titius,ff.de lib.& posthu.ergo, &c.

428 Limi.19.vt non procedat in conditione† turpi,quę etiā hodie non reijcitur de institutione liberorum, etiam quo ad earum legitimam.Ista est communis opi.quam tenuerunt Bal.in l.si pater,C.de inst.& subst.5.oppositionē Pau. in l.conditiones,ff.de cōd.inst.Alex.in l.si pater,C.de inst. & subst.nu.13.idē Alex.in l.reprehendēda,eo.titu.Ias.hic, idē Ias.in d.l.si pater,nu.20.vbi etiam Cor.& Dec.col.fin. qui hanc dicit communem opi.modernorum,& Roderi. Xuarez hic in 8.limit.tangit & Acosta,in l.Gallus,§.quid si tantum,pag.113.ff.de lib.& posthu.

Contra

Contrarium sensit gl.in l.suus quoq; in prin.ff.de hære.
instit.sequitur expressim Rode.xuarez vbi supra argumē-
to quodā satis inuoluto. Sed tn̄ cum olim inter 730.para-
doxa,quæ Salmanticæ publice defensauimus,hunc quoq;
articulū attingeremus, in hac fuimus, & nunc etiā sumus
opinione,vt tale testa.hodie post legē nostrā valeat,& cō-
ditio reijciatur.Nam testa.in quo olim fuisset filius institu
tus sub duplici conditione,alia,si homcidiū fecisset,vel cœ
lum digito attigisset,sicq; turpis,vel impossibilis,alia vero
casualis,puta,si nauis ex Italia venerit certe olim indubitā-
ter id testam.non valeret etiam si l.filius,ff.de cond. inst.fa
cta non fuisset,quia licet argueretur,quòd illa conditio tur
pis nō vitiaret,sed de filij institutione reijceretur non secus
quàm de extraneorum institutione, iuxta,l. impossibilis,
ff.de hære.instit.l.1.ff.de cond.insti.tamen supererat altera
condi.casualis, quæ vitiaret filij institutione etiam sola de
per se,vt in l.si pater,C.de inst.& subst.

Quod ergo duplex cōditio,id est duæ cōditiones distin
ctæ separatæ operarentur idem quoque operatur vna con
ditio,quæ duplicem habet virtutem,quasi bicipitem,vt ta
lis filij institutio iure ff. vitiaretur per solam conditionem
turpem,vel impossibilē,quæ licet filij institutionē ex capi
te turpitudinis, vel impossibilitatis non vitiat eā tn̄ vitiat
ex capite difficultatis, quod sibi immutilatū, integrumq;
manet. Nam per iura vetera ff.licet conditiones turpes nō
vitiarent institutionē,nec ēt casuales, id procedebat in ex-
traneis tantū. In liberis aūt turpes nō vititiabant ex capite
turpitudinis,sed tantum ex capite difficultatis,vt diximus

Sed cum hodie id etiam caput difficultatis conditionis
amputatum sit per legem nostram,& inductum,vt ipso iu
re reijciatur,superest,vt talis conditio hodie non vitiet fi-
lij institutionem nō quidē ex capite impossibilitatis, quia
id caput iure veteri ff. erat amputatum per l. impossibilis,
ff.de hær.inst.l.obtinuit,ff.de condi.& dem.l.1.ff. de cond.
inst.non quoq; ex capite difficultatis cōditionis, quia id ca
put similiter hodie per legem nostram amputatū. est sicq;
licet illa cōditio bicipitem habeat virtutem, tn̄ ex neutra
earum potest nocere. Pro hoc,quia correcta ratione legis,
& ipsa,l.correcta intellitur,glo.communiter appr.in l.1.ff.
de leg.tut.Sed ratio, propter quam olim id testa.vitiabatur
erat,quia talis conditio non erat potestatiua,vt exprimitur
in d.l.filius,in fi.quæ quidem ratio hodie non obstat, quia
per l.nostrā correcta est, vt diximus supra ampliatione.1.
ergo,&c.Facit pro nobis,l.fi.C.de posth.hæred.inst.ibi,ne
pœnā patiatur præteritionis,qui filios suos nō pręterijt,&
authen.vt cum de appe.cog.§.sola.n.est nostræ serenitatis
intentio iniuriam exhęredationis & preteritionis auferre.
429 Limitat.20.vt non procedat†quando conditio non pōt
separari ab ipso relicto,vel si separetur,tunc relictum non
remaneret iu sua forma. Ita tenet Ange.in l.suos quoq;,in
fi.ff.de here.inst.vbi refert se ita consulisse, sequitur Imola
ibi.& Ias.hic in fi.tenuit Ange.in l.si pater,C.de institu.&
subst.in lectura Florentina,vbi refert,ꝙ cum hæc quęstio
occureret de facto,ipse & Bal.frater suus ita consuluerūt,se
quitur Dec.in l.si pater,in fi,C.de inst.& subst.sicq; vide-
tur communis opin.

Sed Rodericus Xuarez hic in 9.limitat.fol.54.in con-
trarium inclinat.

Sed prima opi.verior est,si recte exēplificetur. Nā si fi-
lium institui in fructibus qui nascentur anno sequenti ex
fundo Tttiano, certe si ante initium illius anni testator de
cedat ei cōditio & dilatio remoueri & separari ab ipso reli-
cto non potest,quin pereat ipsum relictum.Nec enim cer
to sciri potest,quāti futuri sint fructus illius anni,nisi demū
post ipsorum fructuum editionem quòd si ipsos antequā
edantur percipere velis,tunc capies nihil.Alia exempla po
teris videre per Ange. Ias.& Rodericū vbi supra,quę non
tam expedita sunt,vt superius exemplum.

Lim.20.nisi grauamē respiceret priuationem dispositio
nis,secundum Bal.in l.1.col.pen.C.de iure fisci. Vnde si te
stator reliquit filio minus legitima portione, & prohibuit
illum plus petere tunc filius si agnouit legatum, præiudi-
cat sibi vt plus petere nequeat. Ita Bal.vbi suprà.Quod im
probat Rod.Xuarez hic 9.limi.& rectè.Nā nec prohibitio
testatoris impedit,quin is filius supplementū legitimæ cō
sequatur,vt est tex.expressus in auth. vt cū de appellatione
cog.§.ceterū,nec agnitio filij sibi nocet, vt est tex.expres
sus in l.si qn̄,§.& generaliter infrà eo. facit optime,l.Seius
& Augerius vbi in simili multa p Ale.& Bar.ff.ad leg.Fal.

Limit.21.secundum Bal.vbi supra qn̄ testator legitimę
imposuit grauamen,nec vltra processit. Cæterum si vltra
procederet,præcipiēs,vt nisi ita fieret,tūc filius exhęres es
set,priuareturq; relicto, tunc per hanc legē tale onus non
430 †reijcitur.Idē sequitur Xuarez hic in 9.limi. allegat tex.in
l.vxorē,§.hæres,ff.de lega.3.& in l. paterfa.testamento.ff.
de hær.instit.& in auth.de nupti.§.pręfactæ,& in auth.de
resti.fideic.col.8.quæ iura potius faciunt in contrariū. Sed
ego teneo hanc opi.per tex.in l.quibus diebus,§.quidā Ti
tio,ff.de cond.& demon.ibi,nam quod ademptum est nec
datum quidem intelligitur. Nam si ꝙ ademptum est nec
datum quidem intelligitur,& in specie nostra quod datum
fuerat expressim sub hac cōditione ademptum fuit,si prę-
ceptum non impleretur, sequitur ademptionem firmam
manere,si grauamen non impleatur per filium,nec opor-
tere id grauamen reijci per legem,ne ademptio sub condi
tione facta in detrimentū filij purificetur.Estq; solēnis,il-
lustrisq; huius legis limitatio vi.supra ampliatione.59.Sed
magis est,vt hæc limitatio vera non sit per d.l.Seius & Au
gerius,& quæ diximus in proxima limit.

Limitat.22.vt non precedat, quando filius institutus in
431 re,quæ non †est in rerum natura,vel vti si dixi,Filius hæ
res esto in eo quod Mæuius mihi debet, isq; debebat ni-
hil,tunc.n.testa.vitiatur secundum Bart.in l.suus quoq;,in
prin.ff.de hær.inst.col.4.versi.quid si pater,sequitur Rod.
Xuarez hic 10.limi.fol.54.quia tunc,inquiunt,in nihilo vi
detur institutus,vt in d.l.si sic,§.1.ff.de leg.1.Vnde siue ve
lis supplere legitimam,non potes, quia illa institutio nihil
habebat positiue quod augmētum, vel suppletionem reci
piat sicq; cessat l.omnimodo, suprà eodē, nec enim quod
nihil est,recipit augmentum,vel suppletionem,vt in l.sed
& si manente,ff.de precario.Siue etiam velis reijcere illam
demōstrationem,scilicet quod Mæuius debet,tunc simili-
ter in nihilo institutus manebit.Sed hęc limi.magis perti-
net ad d.l.omnimodo,quam legem nostram.

432 Limit.23.nisi esset statutum,ꝙ stantibus†masculis,fœ-
minę non succedant filiæ,nam tunc licet adijciat quòd de
beant dotari, tamen dos illa non est tradenda statim post
mortem testatoris,sed demum post nuptias sequutas. Ista
est communis opi.quam tenent Bar.nu.6.Pau.& Imola in
l.Titio centum,§.Titio genero,ff.de cond.& dem.Rode.
Xuarez hic lim.11.& etiam Paul.qui ait se ita pluries con-
suluisse.Cinus,in l.sancimus,C.de nupt.Ias.in l.si pater itau
20.C.de inst.subst.& ibi Dec.col.fi.& Ias. hic in 4.limita.
Pau.in l.parentibus,supra hoc titu.

Mouentur,quia de potestate statuti non potest dubita-
ri,quin possit legimā minuere tā re,quā tēpore, vt proba-
uimus infrà in auth.nouissima,hoc titu.posita infrà,§.20.
& regulariter obligato dotis habet hanc tacitā conditionē
si nuptiæ sequantur,secundum cōmunes opi.Bart.& alio-
rum in d.§.Titio genero.per l.promittēdo, & l.stipulatio
nem,ff.de iure doti.ergo hęc obligatio dotis dandę ab sta-
tuto descendens,nō purificabitur,nisi demū nuptijs sequu
tis.De cuius rei veritate latius suo loco differimus.

In terminis tamen iuris communis si filiaf. esset institu
ta in centum pro dote,illa tacita cond.quæ inest huic con
ditionali institutioni per hanc legem reijceretur,sicque il-
la cētū,vel dos,quę loco legitimæ succedit statim nuptijs,
non expectatis peti posset secūdum cōmunem & veram
opi. quam tenent Paul.hic,& Cinus.in d.l.sancimus,post
Richardum & Salic.hic nu.6.& Bal.col.pen.nu.3.& Albe
ricum,sentit Bart.vbi supra,col.pen.

Limi.24.vt non procedat,quādo testator reliquit filiæ
centum

433 cētum pro dote sub hac † conditione expressa, si nupserit,
tunc enim inter mortem testantis, & tēpus nuptiarū prete
rita videretur, & consequenter testamentum esset nullū,
quia secundum eū per hanc legē illa conditio non reijcere
tur. Quod omnino suspectū est, carensq; oī fundamento,
quia contra generalitatē huius legis. Nec etiā id testa. vitia-
retur per §.aliud quoq; in auth.vt cum de appell.cog.quia
secundum cōes & veras opi.filia sub conditione instituta,
non videtur præterita, quia per institutionē ēt conditiona
lē satisfit solēnitati illius authēticæ. Ita Ias.in l.filius a patre
nu.8.ff.de lib.& posth.idē Ias.nu.13.in l.si pater, C.de inst.
& subst.vbi Cor.nu.6.& Alex.n.12.& nu.15.& nu.16.&
Xuarez hic fol.8.col.1.& Pau.& Ias.num.4.in l.si mater, in
princ.ff.de vulga.vbi Iason.hanc dicit communem opi.

Limita.25.in onere† intrinseco, quod descendit ex natu
434 ra rei, nam tale onus non reijcitur per hanc legem. Vnde si
iussit, vt filia legitimę imputaret dotē, quā a me receperat,
tale onus per hanc legem non reijcitur, quia id & si per me
cautum non esset, faciendum erat, vt in l.quoniam nouel-
la, suprà eod. Ista est communis opi. quam tenent hic Bal.
col.2.versi.extra quæro. Roder.Xuarez limit.13. Ias.in l.si
patet, nu.20.& Dec.col.fi.C.de inst.& subst.Soc.in l.Cen-
turio.ff.de vulg.col fi.Iaco.de Arena in l.si cum dotem.§.
si pater, ff.sol.mat.Ias.in auth.nouissima, nu.46.suprà eod.

435 Limit.26.vt non procedat in† fideicomisso reciproco, ꝙ
non reijcitur etiā de legitima liberorum, per tex.in l.si pa-
ter puellæ, suprà eod.iuncta l.nostra, & d.l.omnimodo, su
prà eod.vbi probatur, ꝙ per leges nostras non reijcitur ni
si illud grauamen, per cuius appositionem testa. olim pote
rat aliquo remedio infirmari, sed olim hoc casu. non daba
tur querela, nec aliud remediū ad tale testam. infirmandū,
ergo per hanc legem id onus non reijcitur, vt sentit gl.no-
stra hic. Licet in contrarium sit communis opi.vt testatur
Rode.Xuarez hic.14.limi.& suprà in 6.amplia.Bart. Bald.
Paul.in d.l.si pater puellæ Bal.Sali.& Paul.hic, & etiam Ia-
cob.Butr.licet Azo.hic in summa teneat cum gl.nostra cō
tra communem. Cuius opi.verissima est, vt dixi in d.l.si pa
ter puellæ, & in l.omnimodo, suprà eo.& suprà attigimus.

436 Limi.27.vt non procedat in onere† institutionis deficiē
tis, si tamē adsit titulus substitutionis. Itaq; licet filius insti
tutus non sit in primo gradu, si tamen in secūdo gradu sit
vulgariter substitutus, testam.non desinit etiam hodie vale
re nec reijcitur titulus substitutionis, vt suppleatur titulus
institutionis. Ita limitat legem nostram Rode. Xuarez hic
15.limit.qui vehementer variat, idq; procedit non solum
inspecto tempore huius legis, sed etiam post auth.vt cum
de appell.cog.§.aliud quoq;, qui tex.induxit, vt honorabi-
li titulo institutionis liberi honerentur a parētibus. Adhuc
tamen sufficit titulus substitutionis, vt late dixi in authen.
nouissima suprà eo.quam collocamus infrà, §.20.

437 Limit.28.vt non procedat in onere quod cōtigit † legi
timæ per factum inter viuos. Nā si testatot immensam, in
officiosamq; donationem fecit inter viuos, per quam lædi
tur legitima facta contributione & cumulatione bonorū,
quæ erant tempore illius immensæ donat.cum bonis, quę
supersunt tempore mortis, tunc id onus, eaq; læsio non re
sarcitur per hanc legem, sed per l.1.C.de inof.donat.& per
totum illum titulum. Ita Bal.in d.l.1.& Xuarez hic in 16.
lim.qui ait esse multum notādū, quod & voluit gl.in d.l.1.

438 Limit.29.vt non procedat, ꝙ per † licentiā principis nō
recognoscentis superiorem, cōcessum esset patri maioratū
de oībus fere bonis suis facere, nā licet per hoc filij legitima
minueretur, nō reijceretur per hanc legem tale grauamē,
id est, siue data esset licentia, vt alienatio prohiberetur, tale
grauamen per hanc legē non reijceretur, siue esset licentia,
vt minus legitima relinqueretur, tunc supplementū nō fie
ret per l.omnimodo, suprà eod.quia principis voluntas in
hac parte pro lege haberetur, vt in l.1.ff.de const.prin.& in
§.sed & quod princip.Inst.de iure natur. & in l.oēs, & in l.
fi.C.si contra ius vel vtil.pub.& in l.rescripta, C.de precib.
Imper.off.vt latius dixi in authē.nouissima, suprà eod. Ita
in specie limitat legē nostrā Rodericus Xuarez vbi suprà.

439 Limi.30.vt nō † procedat in regnis, Ducatibus, Comita
tibus, Marchionatibus, cæterisque successionibus indiui-
duis in quibus si filius sit institutus sub conditione voti pa
terni implendi, ea conditio per legem nostrā non reijcitur
quinimo priuatur tali successione, etiam quo ad legitimā,
nisi illud impleat. Ita probat tex.in c.licet de voto, & est cō
munis opi.secundum Roder.Xuarez hic, fol.5.tenēt Abb.
& Innocen.in d.c.licet aliter sentiant Gofredus & Henri-
cus ibi.tenet etiam Bald. in procœ.decret.col.3.idem Bald.
in authen.hoc amplius, C.de fideicōmis. Quod latius suo
loco disserimus.

440 Lim.31.vt nō ꝓcedat in modo † potestatiuo, idq; eadē
ratione qua supra diximus legem nostram non procedere
in conditione potestatiua, ex cuius implemento legitima
non minuebatur. Itaq; si filium forte sacerdotē in legitima
tantum portione hæredem scripsi, & adieci, ita tamē vt rē
sacrā mihi faciat, id est, vt eam orationem (quæ vulgo Mis
sa appellatur) pro animæ meæ salute ad Deum Optimum
Maximum effundat, non dubito, quin hunc modū potesta
tiuum teneatur implere, non secus, quàm similem cōditio
nem potestatiuam implere (secūdum nos contra commu
nem) teneretur, vt diximus in ampliatione suprà, nu. 178.
argu.tex.cum glo.& ibi notatis, C.de his quæ sub modo l.
quibus diebus, §.Termilius, quæ ibi late habētur per Bar.
& alios, ff.de condi.& dem. Confirma.nā l.nostra, vt patet
in multis partibus, tam suis, quàm legis omnimodo, suprà
eod.non procedit, nisi in quibus casibus olim per modi ap
positionem poterat testa. aliquo remedio euerti, sed hoc
casu olim nullo remedio posset euerti, vt dd.ll.& l.si pater
C.de inst.l.Cornelius, l.iā dubitari, l.suus.quoq;, ff.de hær.
inst.l.fi.ff.de cond.inst.l.conditionibus pupillus, ff.de cōdi-
ditio.& dem.ergo hoc casu cessat lex nostra.

441 Limit.32.loco, vt eadem ratione lex nostra non proce-
dat in modo† necessario. Vt si in sola portione legitima fi-
liū instituens adieci, ita tñ vt patriæ iussis obedias, nam ta-
lis modus per hanc legem non reijcietur de legitima, cum
eius appositio olim nullum produceret remedium ad im-
pugnandum testa.argu.l.veluti, ff.de iustitia & iur, iūcto c.
licet de voto, & in simili per totum, ff. de obseq.facit, l.si
442 quando §.illud, versi.meritis magis, infrà hoc titu.

Limit.33.vt non procedat in dilatione † facta bona mē
te, hæc.n.nō reijceretꝰ ꝑ l.nostrā, argu.l.si mater, in pr.ff.de
vulg.l.Seius Saturninus, ff.ad Trebell.l.in fideicommissis
443 §.cum Polidius, ff.de vsur.secūdum quod suprà declaraui.

Limit.34.vt non procedat in grauamine † exhæredatio
nis, quæ non tam fit mala mente, quàm odio alterius, hæc
enim videtur ꝙ non reijciatur per hanc legē, l.3.§.si emā
cipatus, ff.de bon.poss.contra tab.licet remedij loco sit, l.si
quis in suo, §.legis, hoc titu. Quod dic vt latius suprà in 1.
444 limit.cum sequent.

Limit.35.vt non procedat in grauamine† exhæredatio
nis qui fit fauore nepotis vt per eum filius patris hæredita
tem capiat hoc enim exhæredationis grauamen per hanc
legem non reijceretur. Vnde si filiū exhæredaui, nepotēq;
ex eo hæredem scripsi, is filius per nepotem acquirit meā
hæreditatem, l.qui in aliena, §. interdum, ff.de acqui.hære.
& secundum veram & communem sententiam nō posset
olim querelam is filius mouere, vt diximus in materia sui-
tatis, nec posset alio modo olim infirmare testam.& cōse-
quenter hodie etiā reiecto illius grauiminis non fieret per
hanc legem. licet iure nouissimo authen. forte ille tex.non
procederet post auth.vt cum de appella.cog.§. aliud quo-
que, quod dic vt latius suprà in præludijs huius, l.retēta no-
stra opinione contra communem, ꝙ d.§.aliud quoq;, non
impediat validitatem primordialem testamēti sequitur ꝙ
vt olim filius, qui quoquo titulo integrā legitimam habe-
bat siue exhæredatus esset siue institutus iure ff. siue etiam
præteritus iure, C. non poterat querelam mouere per l.cū
quæritur, cum simi.suprà eod.ita quoq; post d.§.aliud quo
que, idem erit, nec refert per se, an per filium, vel seruum
legitimam

legitimam quæreret, vt d.§.interdum.

Limit. 36. vt non procedat in filiabusfam, quæ licet sub quacunque conditione instituerentur, olim testa.indubitã ter & in sui primordio, & creatione valebat, & etiã ex post
445 facto † infirmari nullo iure poterat, licet eis si cond.defecisset, daretur quoddam ius accres.ad certã hereditatis partem vt probat l.si quis heredem, secundum nostrum verissimũ intellectũ, C.de inst.& substi. iuncta l.maximũ vitiũ, C.de liber.præt. Hoc amplius etiã ex toto poterãt preteriri, nec propterea vllo modo, vel remedio poterat testa.infirmari, vt in prin.versi.sed nõ ita. Inst.de exhær.lib.& d.l.maximũ vitium, & l.Gallus, §.in omnibus, ibi, filius duntaxat, ff.de lib.& post. Vnde longe facilius possent sub quauis cõditione institui, vt docent Alex.n.12. & 15.& 16. & Ias.nu.13. & Dec.col.pen.& fi.& Cor.in l.si pater, C.de inst.& subst. Ias.in l.filius a patre, ff.de lib.& posth.nu.8.Pau.& Iaso.nu.4.in l.si mater, in prin.ff.de vulga.vbi hanc dicit communẽ opi. Cum ergo per appositionem conditionis, quæ in legitima filiarum fieret, olim nullo iure posset infirmari testa. nec.l.nostra & d.l.omnimodo, procedãt nisi in quibus casibus olim aliquo remedio posset test.euerti vt millies dictũ fuit: sequitur, ꝙ talis conditio per legem nostram non reijcitur. Fateor tamen ꝙ per l.maximum vitium, suprà all. quæ diu post legem nostram facta fuit vt patet in ea, dum ait, & si secũdum id immutatum videtur noueq; inductũ vt filiafa.ex toto præteriri, vel sub omni conditione institui non possit non magis quàm filiusfam.& consequenter de earum institutione talis conditio per legem nostram reijceretur ne testa.periclitetur, id quod apertius per §.aliud quoque in auth.vt cum de appll.cog.cautum videtur. Quę omnia latius diximus supra in ampliationibus, licet hæc contra communem opi.esse videantur.

Vnde.37.loco eadem ratione lim, legem nostrã, vt non
446 procedat in † nepote iura sui hæredis habente, qui olim & ex toto præteriri, & sub quauis conditione institui poterat vnde ad eũ, l.nostra & d.l.omnimodo, non pertinebat, licet hodie post dictam l. maximum vitium, & d.§.aliud quoq; ẽt in tali nepote reiectio conditionis necessario sit per legem nostram facienda. Quæ omnia dic vt supra proxime, quia probatur ijsdem iuribus. Licet & id similiter sit contra magis communẽ sententiam, est tamen verissi.vt inter 730 paradoxa olim Salmanticę publice defendimus.

407 Lim.38.vt non procedat in conditione † necessaria, quę non reijcitur per l.nostram, vt in terminis, l. Gallus, per totum, ff.de libe.& posth. Id quod generalẽ est in omni substitutione vulg. cuius conditio nõ reijcitur per l.nostram, ne si eã reijcias tunc substitutus pure vocatus, institutusq; videatur, sicq; cõcurrat cum instituto primo loco vocato, per quòd fieret contra voluntatem defuncti, vt in l.verbis ciuilibus, ff.de vulga.

448 Limit.39.vt non procedat quando † filius sub aliqua cõditione, vel modo, vel causa, vel alio institutus grauamine in defectum illius cond.vel modi, vel alterius grauaminis fuit expressim exhæredatus, nam tunc cessat, l.nostra, & d. l.omnimodo. Primo quia per leges nostras exhęredatis nõ subuenitur, vt in l.omnimodo, suprà all. Tum etiam, quia hoc casu olim testam.non periclitabatur, & consequenter cessebat, l.nostra. Nisi dicas, ꝙ licet ab initio valeret tamen subiacebat periculo querelę, inoffi.testa. Et nostram limitationem videntur quasi in terminis tenere Bald.in l.1.col. pen.C.de iure fisci.lib.10. Xuarez hic 9.lim.fol.54.argu.l. vxorem, §.hæres, ff.de leg.3.l.pater, testamento, ff.de hęr. inst.auth.de nup.§.præfatæ. Pro qua melius facit, l.quibus diebus, §.quidam Titio, ff.de cond.& dem.ibi, quia quod ademptum est, nec datum quidem intelligitur, & vi. suprà ampliatione.59.

Lim.40.vt nõ procedat in onere, per quod † prohibetur
449 ius accres.etiam in legitima contingere. Nam testator, qui in legitima filium instituit, potest uetare, ne portio ab aliquo ex cohæredibus repudiata ei accrescat, sed alijs cohęredibus deferatur. Ista est vera & communis op. quã tenẽt Bar.& alij in l.quoties.§.si duo, ff.de hære.inst.& communiter moderni in l.re cõiuncti, ff. de leg.3. & diximus nos in materia iuris accres.infrà. Ergo id onus & grauamen nõ reijcietur per legem nostram, quia postquam filius habuit suam legitimam integram, certe per talem prohibitionem olim testa.non periclitabatur.

450 Limit.41.vt non procedat quo ad † forum conscientię secũdum Felin.in c.1.de const.col.14.vers.extra pręd[i]ctos tres casus, quem sequitur & refert. Xuarez hic in 1.limit.su per l.regia.fol.59. Vnde inferunt, ꝙ si legitimæ onus legati.vel fideic.impositum fuit, illud tutus in foro animæ legatarius, vel fideicomissarius capere poterit. Nihil boni allegat, sed ꝓ hoc est tex.si recte scis inducere in l.filio præterito, ff.de iniust.rup.& in l.fi.C.de pact. & gl.illa cõmuniter ibi app.in l.si quando, §.& generaliter, infra eod.dũ ait, ꝙ filius de consensu ipsius põt in legitima grauari. Sed certe tutius est contrarium, argu. eorum, quæ diximus suprà.

451 Limi.42.vt nõ procedat fauore † piæ causę. Ita tenet Roder. Xuarez hic 1.limita.super l.regia fol.59.& Fel. in c.ecclesia sanctę Marię, col.33.extra, de consti.facit quod ipse ait in c.1.eod.tit.col.14.vers.extra pręd[i]ctos tres casus. Vnde infert Feli.vbi supra, ꝙ si per statutum ampliata esset legitima liberorum, & coangustata & restricta facultas relinquendi pro anima, vel in pias causas tunc non obstante statuto posset testatur, si esset adeò diues, vt filij eius non grauarentur nimis aliquid vltra summã ab statuto concessam in ecclesiã, vel pias causas relinquere, neq; id grauamen per hanc legem reijceretur. Quod & tenet Roder Xuarez vbi supra, qui infert exinde nobilem declarationem ad.l.9.ti.5. lib.3.fori incipit, Ningun ome, vt vltra quintã bonorũ partem, quæ per illã legẽ homini liberos habenti permittitur ꝓ anima relinquere, si aliquid testator relinquat, per quod liberos eius, qui diuites erant, non nimis grauaret, d.l.non obstante relictum. Et ad cap.quicunque.17.quæstion.4.respondent, quod procedat, quãdo testator, & eius liberi non erant adeò diuites.

Quæ limitatio vera nõ est, & processit ex proprio capite Felini, & Roderici, carẽs oĩ fundamẽto. Nam in primis est contra generalitatẽ huius legis. quæ reijcit omne grauamen minuens legitimã. Secundò cõtra generalitatẽ d.c.quicunq;. Tertio contra veram, & cõem resolutionẽ, quã suprà diximus in ampliationibus, volentem hanc legẽ procederet in legitima quãtũcunq; aucta ꝑ statutũ. Quartò contra decisionem in simili, l.prospexit.ff.qui & a quibus, ibi, quod ꝑquã durũ est, sed ita lex scripta est, & contra l.sanci mus, C.de test. Nã quod non mutatur, quare stare prohibetur? Quintò contra, l.præcipimus, C. de appel l.vbi lex in sui generalitate omnimodo seruanda integra, incolumis, & intacta est. Sextò cõtra l.illã.C.de colla.nã erubescimus, cũ sine longe loquimur. Ad rationẽ Roderici dicentis, ꝙ cũ paruũ esset damnũ liberorũ, & magnũ cõmodũ, quod exinde sentit anima testatoris, id admittẽdũ est. Respõde hic rationẽ, in qua totũ ipsius iacet fũda. satis insulsam esse, Nã si minusculũ est, quod liberis adimitur, minusculũ similiter erit, quod animę testatoris, vel piæ causę tribuitur: Nã fundus ẽt sterilis minorũ sine decreto venundari non potest, quia inquit lex ꝙ vt per talis fundi alienationẽ minuscula lęsio, & diminutio cõtigit patrimonio minoris, ita quoq; minuscula erit accessio pretij inde redacti. Ita ait, l.si fũdus sit, & l.magis puto, §.si æs alie.ff.de reb.eorũ. Sic & in proposito, si paruũ quid liberis contra legem ademeris, paruũ similiter in animã, vel piã causam cõtuleris; & turpius est ob rẽ minimã, quam ob rem magnã legẽ violare, & aĩa ta[li] dono, vel etiã pia causa gaudere non debet, cum spẽs fu[r]sit de alieno largiri, l.si pignore, in prin.ff.de furtis, alienu[m] aũt est quod liberis pro legitima debetur, arg.glo. communiter approba.in l.3.C.de iure.fact.ign.l.fi.C.de codicil[lis].

Limit.43.secundum Paul.hic, vt lex nostra nõ proce[dat]
452 † fauore libertatis. Nam qui fere vniuersum patrimoni[um] in seruis haberet ius, per dationẽ libertatis posset liber[orum] legitimam onerare, vel minuere, nec per hanc legem [...]

læsio resarciretur, vt in le. Papinianus. §. quarta auté.ff.hoc titulo. Qua de re latiùs ibi per doctor.

454 Limit.44.in legitima, quæ in † proprietate tantùm relinqueretur, quod olim licebat, vt in l. vxori vsufructum. ff.de vsufruct.legato.l.oĩum.ff.de vsufruct.nam illud onus per legem nostram non fuit emendatum secundũ Fulgosiũ hic, licèt posteà emendatum fuerit per auth. de triente & semi.§.prohibemus, collat.3. Sed Paulus hic contrà, vt per hanc legẽ in sui generalitate id onus emẽdatum fuerit, licèt in d.§.prohibemus, in indiuiduo hoc malum propulsum fuerit. Sed Fulgosij opi. verio est, vt patet in d.§.prohibemus, & patet etiam: quia, vt millies dictum est, hæc l. & d.l.omnimodo, suprà eodẽ. non procedunt nisi in quibus casibus olim testa. poterat aliquo remedio euerti per oneris impositionẽ: sed olim licèt, in proprietate tantùm legitima relinqueretur, nullo iure test. poterat euerti, vt d. l.vxori, & d.l.oĩum, ergo, &c. Sed vtcunq; sit expeditũ est, ꝙ hodie illud onus reijcitur, vt tenuit gl. fina.in auth.nouissima, suprà eodem, quam ibi sequuntur Butrigarius, Albericus, Odofredus, Ioan.Faber, Bal.Salic.Ang. Fulg.Paul. & Ias.nu.43.& est communis opinio secũdum Pau.& Ias. ibi.sequitur Bart.in l.vxori.suprà allegat. Cinus in l.1.C.de vsufruct.& Azo in summa huius tituli.

Limit.45.secundum quosdam, vt si legitima relinqua-
455 tur in solo † vsufructu, dẽpta proprietate, ita ꝙ valor vsusfructus omnium bonorum æquiualeat valori proprietatis & vsusfructus legitimæ, tunc oneratus filius nõ intelligatur, nec.l.nostra locũ habeat, sed & hoc casu.l.nostra procederet, vel saltem d.§.prohibemus, ibi, proprietatem insuper & vsumfructum, secundum Ias.in auth. nouissima, nu.45. suprà eod. vbi latius dixi.

Limit.46.secundum Baldum hic in fi. quando filiafam. ceperat dotem inter viuos à patre, nam tunc licèt simpliciter instituatur, oportet ꝙ dos imputetur in legitimam
456 vel portionem sibi datam, idq; onus † imputationis non reijcitur per hanc legem, vt in lege quoniam nouella, suprà eodem Iacob.de Aren.in le. si cùm dotem.§. si pater. ff.de iure doti.

Limita.47.secundum Bald.hic.col.pen.in fi.quando ex
457 forma † statuti maritus lucraretur tertiam partem dotis, quod lucrum veluti eius legitima reputaretur, nam tũc in eam partem teneretur imputare quod ab vxore sibi legatum esset, nec per hãc legem id onus reijceretur. Licèt secùs econtrà, si ex forma pacti illam partem tertiam maritus habiturus esset secundum eum.

Limit.48. secundum Bald. hic colum.fi.in fi.vt licèt filius iussus post mortem suã restituere deducat duas quar-
458 tas, nempe Falcidiam, & Trebellianicam, tamen ex iussu testatoris quarta Trebellianica tenebitur in legitimã imputare, nec id onus per hanc legem reijcietur, licèt à patre impositum fuerit. Quod dic vt per Corne. in authent.sed cùm testator.C.ad legem Falcid.per Canoni. in c. Rainutius, extrà.de testam.

Limit.49.vt non procedat, quando filio, cuius legitima
459 onerata fuit, nullus † cohæres datus fuisset, tunc enim ipsi etiam ex parte tãtum instituto vniuersa hæreditas accresceret.l.si te solum.ff.de acquirend.hæredi.l.1.§.si ex fundo, & lege si alterius.ff.de hæred.instit. sicq; per iura vetera, non per hanc legem id onus reijceretur. Quod intellige, quando onus in eo consistebat, ꝙ filius fuit in minore portione quàm legitima institutus: nam si erat onus fideicommis. præstandi, vel alterius similis oneris, tunc hac legis prouisiõe opus esset. Quod limita vt in l.si libertus patrono, in fi.ff. de bon. libert.

Limita.50. vt lege nostra non procedat quando trigin-
460 ta anni essent præteriti, quibus † præscribitur iuri agendi ad supplementum legitimæ, & consequenter iuri petẽdi, ꝙ legitimæ onus reijciatur. Ista videtur communis opin. vt per Tiraquell. in tractatu de vtroq; retract.charta.302. nu.37.idem Tiraque.in repetione l.si vnquam.C.de reuo. dona.in verb.reuertatur, nu.312.& nu.314.gl.in le.omni-

modo, in verbo exigere, quam oẽs ibi sequuntur, & est cõmunis opi.secundum Ias.in l.certi condict.in pr.nu.25.ff. si cer.pe.idem Ias.in l.quandiu, col.2.ff. de acqu.hær.idem Ias.in l.nõ amplius, §.cũ bonorum, ff.de leg.1.nu.10.idem Ias.in l.si quis in suo in pr.hoc tit.Nicol.Boeri. aurea decis. 250.Dec.consi.303.nu.2.Roderi. Xuarez hic in 3.lim.super, l. regia fol.56. De huius autẽ rei veritate latius suo loco tãgit Greg.Lupus in l.11.titu.4. par.6.in gl.cõdicione.

461 Lim.51. vt ex legis † dispositiõe legitima patiatur grauamen, quod per hanc legem non reijceretur, vt per Bar. in l.Titio centũ, §.Titio genero, nu.6.ff. de condi.& dem. vbi Imol.& Pau.qui ita sæpe cõsuluit, idẽ Paul.hic. Quod procedit, etiam si per tale statutum, vel legem ex toto legitima pessundaretur, vt docuimus in auth.nouissima, supra eod.sequuti illam partem & op.quæ à quibusdam cõmunis appellatur, licèt alij quamplures, inter quos est Alber.hic firment contrariam opin. esse receptiorem, vt ibidem latius.

462 Limita.52. nisi pater filio legitimam † assignet in vita, nam licet postea crescant patris facultates, & per hoc inspecto tempore mortis filius reperiatur minus integra legitima recepisse, adhuc ea læsio per hanc, l.nec per d.l.omnimodo, resarcitur, secundum Rodericum Xuarez hic in 4.limitatione super, l.regia post alios quamplures, de quo per Ias.in l.cũ quæritur, suprà eod.& in authẽ.nouissima, nume.7. & in l.si quando, §.illud, infra eod.per Couar.in c. Rainutius, §.1.nu.8.de test. Alex.in l. in ratione, 2.in prin. nu.6.& nu.7.& est communis opin. contra opi. Roderici, licèt ipse suam op.dicat communem hic fol.3.cõtra quem tenui in d.authent.nouissima.

Limi.53.nisi filius fuerit ingratus à patre in testamento
463 suo appellatus, & tanquam † ingratus exhæredatus, tunc enim siue minus legitima sibi relictum fuerit, siue etiam integra legitima, sed onerata, id onus nõ resarcitur per hãc legem. Ita probatur in l.omnimodo, supra eod. Qua de re vi.in simili per Guiliel.Bene.in c.Rainutius, extrà, de test. in §.in eod.testamen.relinquens, num.47.Bar.in l.fratres, in fi.& Bald.num.10. & num.11.& Bald. & Salice.7.& 8. q.& Ang.& Ias.num.9.in l.fratres, supra eod.& omnes in authen.de nupt.§.ingratitudo. Ripa in le.fina.C.de reuoc. dona.q.47.egregius Emanuel in l.Gallus, §.& quid si tantum, num.165.ff.de liber.& posthum.

464 Limit.54.vt non procedat in legitima † parentũ, quæ siue diminuta, siue integra, sed onerata eis relinquatur, id damnum non resarcitur per hãc legem, nec per le. omnimodo, supra eod. si quidem pater fecerat pactum in vita etiam filij etiam non iuratum de amplius nõ petendo, vel de onere non impugnando, secundum Bald.in le.quanuis, ad fin.C.de fideicommiss. Cuius tamen opinio. communiter reprobatur secundum Roder.Xuarez hic in 19.ampliatione, & in contrarium est gloss.app.in le.si quando, §. illud vbi dixi infra eod.

465 Limit.55.vt non procedat in † dote, quæ licet loco legitimæ succedat, tamen patitur id onus, vt pater stipuletur soluto matrimonio ad se reuerti, nec tale onus per hanc legem reijcietur, vt tenet Bald. nouellus in tract.de dote, in 6.par.17.speciali.Rod.Xuarez hic in 15.ampliatione, per l.quoties, ff.soluto matrimon.l.penul.§.fina.eod.l.auia, & le.cum à socero, C.de iure doti. Sed certè hoc casu ea dos non potest videri loco legitimæ succedere, vt dixi supra in ampliatione.

Limit.56. vt non procedat in quarta Trebellianica, de
466 qua (vt puto) nõ omne † onus reijcitur. Moueor, quia vera & cõis opi.est, ꝙ augmentum, quod quartæ iure naturæ debitæ contigit per auth. nouissima, supra hoc tit.non extẽditur ad quartam Trebellianicam. Ita tenet gl.Odof. Iacob.de Aren.Petr.de Bellaper.& Io.Faber.& Iacob.Butri.Bar.& Bal.& Ang.& Sali.& Paul.& Fulg.& Ias. nu.43. in d.auth.nouissima. Et consequenter idem videtur dicẽdũ in hac specie, vbi per hanc legẽ remouetur ipso iure oẽ grauamen de legitima liberorum, vt ad Trebellianicã nõ extendatur.

extendatur. Id quod expreſsiùs probatur in l. ſi debitor. ff. ad leg. Falcid. vbi ſecundum Bar. & alios communiter Falcidiæ imponi poteſt id onus, vt cum debito, quod teſtator ipſi hæredi debebat, compenſetur, quod in legitima non admitteretur, vt diximus ſuprà in ampliatio.

Vnde. 57. loco ead. ratione limita vt nō procedat etiam
467 in quarta † Falcidia, quia nec in iſta ſecūdum commu. opi. doctorum proximè relatorum haberet locum augmentū quod legitimæ per d. auth. nouiſsima, cōtigit, nec onus cōpenſationis ab ipſa reijceretur, vt in d. l. ſi debitor.

468 Limit. 50. vt non procedat in legitima † patrono debita, cui onus adiectum nō per hanc legem reijcitur, ſed per alias leges, vt. §. noſtra. Inſti. de ſucceſ. liber. l. 3. §. ſi debita, cum ſeq. & ferè per totum. ff. de bon. liber.

469 Limita. 59. vt non procedat in quarta, quæ † arrogato debetur ex conſtitutione diui Pij, de qua onus nō per hāc legem reijcitur, ſed per le. ſi arrogator. ff. de adopti. vbi latè per Bar. Iaſo. & alios.

Limita. 60. vt regulariter non procedat in legitima quę
470 adoptato debetur, quia regulariter non trāſit in poteſtatē adoptantis, niſi caſibus particularibus. Nam ead. diſtinctio fit in augmēto legitimæ cōtingenti per d. auth. nouiſsima, ſuprà eo. quod dic vt per Sali. ibi in pr. poſt Petrū, & Cin.

471 Limit. 61. vt non procedat, quando filius, cuius † legitima onerata fuit, iurauit ſe contra patris diſpoſitionem nihil dicturum, tunc enim ſecundū veras & communes opi. tale onus firmum maneret, vt eſt tex. in c. quáuis pactum, de pact. in 6. per rationem, quam text. ibi reddit, & etiam in c. cùm contingat, extra. de iureiur. Quam materiam latiſsimè diſſeruimus in l. ſi quando. §. illud, vbi opportunus locus infrà eodem.

Limit. 62. vt non procedat, quādo inter duos fratres de patris conſenſu conuenerat de modo ſuccedēdi, nam licèt
472 ex tali † conuentione reſultaret onus aliquod in legitima alterius, adhuc tamen per legem noſtram non reijceretur. Iſte eſt caſus vnicus & nouus in l. fi. C. de pact. Bald. in c. ad noſtram. 2. extra. de iureiur. colū. 2. Rodericus Xuarez hic fol. 70. De qua materia latiſsimè dixi in le. ſi quando. §. illud. infrà eodem.

Limita. 63. vt non procedat in rebus à principe donatis.
473 Nam ſi totum patrimoniū patriſf. congeſtū † ſit ex rebus à principe donatis, tunc illud poteſt liberè in quemcunque etiam extraneum conferre. Et longè facilius, ſi legitimam portionē in talibus rebus filio reliquerit, poterit eū onerare, nec per hanc legem onus reijcietur. Ita docet Rodericus Xuarez hic in 6. lim. ſuper l. regia, fol. 75. probatur in l. 235. ſtili. incipi. Otro ſi es a ſaber. Quod etiā de iure cōi videtur procedere. argu. le. cum multa. C. de bon. quæ lib. vbi filiuſf. qui regulariter teſtari non poteſt niſi tantum de caſtrenſibus & quaſi caſtrēſibus, vt in l. pen. & fi. C. qui teſta. fa. poſſ. & Inſtit. quibus non eſt permi. fac. teſta. in princ. & §. 1. & l. ſenium. C. qui teſta. fa. poſ. tamē is filiuſf. de rebus à principe donatis teſtari poteſt, per d. le. cum multa, ad ſimilitudinem rerum caſtrenſiū, vel quaſi. at teſt. factum de rebus caſtrenſibus, vel quaſi, olim, & hodie non ſubiacet querelę nec vllo remedio reſciſſorio, vt in l. fi. infrà eo. l. Papinianus. §. Papinianus. ff. hoc tit. ergo & teſta. factum de rebus à principe donatis nullo remedio reſciſſorio ſubiacebit, & cōſequēter in eo ceſſat tam l. noſtra, q̄. l. omnimodo, ſuprà eod. quæ ſolum procedunt, quando teſta. aliquo remedio olim euerti poſſet, vt patet in ipſis, & probatum
474 fuit in prin. huius legis. Tāgit in ſimi. Alex. in † le. 1. §. hoc aūt. ff. ad Treb. Rom. in l. pe. C. qui teſt. fa. poſ. Rode. Xuarez hic fol. 75. in 6. lim. ſuper l. regia. And. Sicul. in rep. rub. de teſta. col. 2. & ita intellige. l. 1. & fin. titu. 4. libr. 5. ordina.

Limit. 64. niſi eſſet conſuetudo, vt paterfa. poſſet liberè
Septimò vrget,l.Plautius.l.lineam margaritarum.ff.ad leg.Falc.l.in quantitate.eo.tit.vbi Falcidia ipso iure resecat legata:& vt per petitionem hæreditatis consequitur hęres quod sibi dempta legatorum quantitate reliquum erat:ita quoq; petitione hæreditatis consequitur quod aufert legatis: & cùm in singulis hæredibus Falcidia deducatur, l.in singulis.ff.ad leg.Fal.§.& cùm quæsitũ.Insti.eod.si ponas ꝙ habens in bonis.400.me ex semisse hæredem instituit, teq; ex alio semisse, meamq; portionem onerauit cũ centum octoginta Titio legasset, tunc vt viginti, quæ vltra 180.quæ legata erant,consequor, & capio petitione hæreditatis,ita quoq; & alia triginta,quæ ad supplementũ Falcidiæ aufero legatarijs, similiter petitione hæreditatis, non aũt actione ex testamento consequor. Sic ergo & in proposito si filius quod primordialiter sibi relictum fuit capit petitione hæreditatis, vel actione ex testamento, supplementũ legitimæ similiter petitione hæreditatis,vel actione ex testamento capiet, non autẽ actione ex testamento. Idem quoq; intelligendũ est in Trebellianica, quæ de fideicom.vniuersi deducitur.per easdẽ leges. Quæ ratio tã solida est,vt hęc sola ad hanc partem tenendam sufficeret.

Tenendo hanc partem cõtra communem in omnibus casibus suprà citatis, tunc ad l.j.C.& ff.de condict.ex lege respond.quod procedit, quãdo nulla alia actio competat, huic autem supersunt aliæ actiones,vt probatum est.

Præterea hæres contra suum cohęredem non potest vllam personalem habere actionem:ergo si filius in minore portione, quàm legitima sit institutus, non potest dici, ꝙ habeat conditionem ex lege,quæ est actio personalis.§.appellamus. Instit.de action.sed magis intelligitur ius actionemq; realem vel in rem scriptã habere,qualis est petitio hæreditatis, per quam ipse sua propria authoritate potest possessionẽ supplementi apprehendere, non secùs,quàm possessionẽ eius hæreditariæ portionis, quæ sibi primordialiter relicta fuerat.Quòd aũt inter cohæredes nulla personalis obligatio competat,est tex.in l.ex parte.ff.de acqu. hære.l.si in testamento.ff.si quis om.caus.testam.l.sed & si conditioni.§.fi.ff.de hæred.insti.declarant Corneus nu.6. & Curti. Iuni.nu.21.in l.hac consultissime.§.ex imperfecto.de testa.C.Cum ergo actio personalis qualis est condictio ex lege,filio in minore portione, quàm legitima instituto aduersus cohæredem dari non possit, superest, vt eã act.competere impossibile sit, & re vera ius supplementi legitimę magis in rem est,quàm in personam, quando da-
520 tur † filio, qui habuit portionem hæredita.licet secus si legatum tantũ habuisset à patre, vel in re certa esset institutus.Et has conclusiones contra communem inter 730.parado. olim Salmanticæ publicè defendimus, quæ re vera verissimæ sunt & eas sequor in iudicando,& consulendo.
H.nc

Hinc apparet,an vera sit illa communis opi.de qua per eos, quos suprà retulimus latè per Ias.nu.25.in l.certi conditio.in prin.ff.si cer.pet.Roderic.Xuarez in l.quoniam in prioribus, hoc titu.in 10.amplia.fol.24.Bald.& Sali.in l.si quis filiũ, hoc tit.aiunt enim ꝙ ius agendi ad supplemen-
521 tum † durat.30.annis. Id quod verum est,quãdo datur filio, qui titulo singulari minorẽ potionem quàm legitimã accepit,quia tunc actio ex testamento personalis,quę sibi datur contra hæredes paternos,non tollitur,nisi 30 annis, l.sicut l.malè agitur.l.oẽs.C.de præs.30.anno.in prin.Inst. de perp.& temp.act. Secus aũt,si is filius institutus esset in hæreditaria portione, minore tamen quàm legitima,quia tunc supplementum eo tempore præscriberetur,quo petitio hereditatis pręscribi solet.Quod nota ad §.aliud quoque.& §.cæterum.in auth.vt cum de app.cog.Id quod re vera est contra doctorum mentem & sententiam.

Et in eadem parte eiusdem tex.s.ibi,ipso iure.not.neces-
522 sarium † non esse aliquod hominis factum , vel ministerium, vt competat id ius, cum ex legis dispositione detur. Contrarium tamen tenetur communiter ibi. vt sit necesse,ꝙ filius ipse petat,aliàs eo tacente,supplementum à lege non inducetur.Ita tenent ibid.gl.Iacob.Butrig.Petr.de Bellaper.Alb.& Pau.& Bar. & Ias.qui hanc dicit communem opi.sequitur Bal.in l.si constat.in prin. C.de compensat.sentit Angel.in l. Papinianus.§.si conditioni.ff.hoc tit. sentit in simili gl.in leg.filio præterito,in verb.tuebitur.ff. de ini.rup.& in l.is qui in potestate in prin.& in l.si duo,in prin.ff.de leg.prępst.

Contrariã partem tenent Bal.Ang.& Sali.in d.l.scimus. sequitur & dicit communem opi.contra illam gl. Roderi. Xuarez.in d.l. quoniam in prioribus , in 10.ampliatione , fol.33.in fi.& Alex.consi.150.Viso themate,lib.2.latè Ias. in l.posthumo nato,nu.23.C.de bo.poss.contra tab.Quid dicendum? Hæc certè.2.opi.verior nobis semper visa est per illum.tex.in d.verb.ipso iure.& per alia iura,quæ perpendimus in quæstione suprà proxima.

Tenendo hanc partẽ,tunc ad l.filio pręterito.ff.de iniu. rup.in qua fundatur opi.gl.respõ. ꝙ ibi testa.quod erat nullum de iure ciuili per filijfam.præteritionẽ, vt in d.l.posthumo nato,& in princi.Instit.de exhær.liber.ibi,quia.s.ab initio non constiterit testam.in l.1.ff.de iniu.rup.ibi, nullius momenti,& in l.inter cætera.ff.de liber.& posthu.ibi, inutile.id quidem testament.per taciturnitatem ipsius filij non restauratur,inspecto iure ciuili,sed tantũ de iure prętorio.sicq; illo casu quia hęres scriptus nõ habet ius adeundi hæreditatem de iure ciuili,sed tantum de iure prętorio, necesse habet infra centum dies vel annum agnoscere secundum tabul.bon.pos.estq; casus, in quo secundum tab. bon.pos.necessaria est secundũ Ang.in d.l.scimus.Nec est nouũ , vt test.quod de iure ciuili non valet.valeat iure saltẽ prætorio,vt ibi : nam & aliàs testa.quod de iure prætorio valet irreuocabiliter,quale est, cum filiusfa.fuit exhæredatus, id testam.de iure ciuili rescindi potest, vt probatur in l.j.in prin.& in l.non putauit, in prin.ff.de bon.poss. contra tab.iuncto toto tit.C.& Inst.& ff.de inof.testa.Facit optimus tex.in l.si testamentum.ff.de testam.ibi,vtroque iure valebit tam ciuili quàm prætorio.vbi satis significatur,non semper testament.quod valet,vtroq; iure valere,cum aliquando altero tantum iure valeat. Quem text. ad hanc rem nullus vnquam expendit.

523 Tenendo hanc partem,hinc † infertur,quòd si filius decessit antequam peteret legitimæ supplementum,tũc per d.l.scimus.etiam post quinquennium eius hæredes supplementum legitimæ petere , vel etiam propria authoritate capere possent,secundum Angel.Salic.& Bal.ibid.& Roderi.Xuarez in d.l.quoniam in prioribus, ampliatione 10. Alex.consil.55.Viso titulo quæstionis, libr.2.sentit Bald. in l.si arrogator.2.oppositione.ff.de adopti.& in l.2.in vltima quæstione.C.de libe.præto.& sequitur Ias.in princi. dict.leg.scimus.

Confirmatur,quia si ad supplementum legitimæ requireretur factum etiã ipsius filij , vel declaratio eius vol.iam interim filius decedens, ad hæredes nihil transmitteret,vt in l.si ita legatum.§.illi si volet.ff.de legat.1.Ratio,quia facultas declarandi,non transit ad heredes.glo.communiter app.ibi, & vbiq;. in l.inter stipulantem.§.si Stichum.ff.de verb.oblig.onus autem, per quod impeditur transmissio, est considerabile secundum Bald. & Paul.in l.quoniam in prioribus.hoc tit.& secundum Bal. Pau.& Imolam in leg. suus quoq;.in princ.ff.de hære.instituen.Sicq; talis necessitas declarandi si supplemento legitimæ inesset, per l.quoniam in prioribus.reijceretur , quæ reijcit omne onus secundum Iaso.& alios vbi suprà. Vnde cum hoc casu nihil sit,quod reijciatur,sed potius suppleatur,intelligẽdum est, quod talis necessitas non inest.

Itaq; vt rectè præsensit Bal.vbi suprà.& Sali.ad primordialem supplementi acquisitionem petitio filij necessaria non est,sed tantum ad irreuocabilem acquisitionem.Simile in hæreditate, quæ suis hæredibus acquiritur,l.necessarijs.ff.de acquir.hæred.§.sui.Instit.de hære.quali.Item simile in legato , vt in l.à Titio. ff.de fur.l.cum pater.§.surdo.ff.de legat.2.iuncta l. si ita legatum.§. illi si volet. ff.de legat.1. Item ex d.l.scimus.ex text.ibi, viri boni arbitratu repleri not.repletionem fieri arbitratu boni viri,id est,iudicis,qui hac in re bonus vir arbitratur,& appellatur.argumento l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.oblig. Nec puto, quòd officium iudicis hoc casu quicquam differat ab officio, & arbitrio iudicis assumpti in iudicio famil.hercis.vel communi diuidundo. argument.§.penul.& fina.Insti.de offi.iudi.& per totum.C.& ff.fam.her.& communi diuid. Denique ex d.l.scimus,in tex.ibi,rem donatam.not.quòd
524 † supplementum legitimę fit,etiam si filius nihil omnino in testamento receperit,sed tãtum inter viuos.Et per hoc ampliatur, l.omnimodo.suprà eod.quæ loquebatur.quando in testamento aliquid relictum fuerat.hodie autẽ oportet ex testamento filium & etiam titulo institutionis fuisse honoratum.§.aliud quoque.& §.cęterum.in authen.vt cum de appell.cog.quod nos semper intelleximus quoad vitandam tantùm querelam.

Et similiter ex d.l.scimus, in versic.repletionem.ibi,ex
525 ipsa substantia patris. & ibi , ex rebus † substantiæ patris. not.secundum Io.Fabr.Pau.Bald.& Ias.ibi.& etiam Guil. de Cunio.Bar.in l.suus quoq;.in fi.princ.ff.de hær.inst.idẽ Bar.in l.Marcellus.§.resq;.ff.ad Trebel.Bal.in l.filium quẽ C.famil.her.col.12.idem Bald.in l.fin.q.1. C.de edict.diui Adria.toll.& in l.iubemus.col.1.C.ad Trebell.idem Bald. in l.cùm rem.C.de leg.col.fi. Bal. Alex.& alij in l.non amplius.§. fin.ff.de legat.1.Roder.Xuarez in leg.quoniam in
526 prioribus.ampliatione.11.hoc tit. quòd filius nõ † potest institui in pecunia numerata effectualiter,quia potest(si velit)dicere,quòd vult legitimam suam in rebus & corporibus hæreditarijs habere. Et pro hac communi opinio.facit text.in l. libertus qui soluendo.ff.de bon. liber. Ex qua communi opinione not.duo. Primum,quòd testamen.nõ desinit valere. Alterum,quòd quasi illa legitimę assignatio sit grauamen considerabile, reijcitur per l.quoniã in prioribus.hoc titu.& suppletur legitima in rebus, & corporibus hæreditarijs. Primum teneo . Secundum improbo.vt videbis infrà.in §.20.

Stat ergo ex superioribus, beneficium tam huius legis, quàm l.omnimodo.suprà eodem.contingere ipso iure filio etiam tacente,per quod vtraq;.l.ampliatur.

Modo quæro si filius consensit grauamen imponi, an cesset l.nostra.Id quod colligitur ex glo.communiter app. in l.si quando.§.fi.infra eod.quæ tenet,quòd si cùm pater
527 in suo testamento filium † instituere velit, ipse institui noluit.sed vtrò se exhæredari, vel præteriri voluit, quòd valeat testamen.non solùm ipso iure,sed etiam effectualiter, quia non poterit querelare. Illa gloss.tenetur indifferenter vt infrà subijciam.Et potissimum fundam.quod pro glos. adducitur , est text. in l.non putauit.§.si quis sua manu.ff. de contra tabul. vbi sua manu filius exhæredationem sui scripsit,

scripsit,& sic exhæredationi consensit, & dicit tex.ꝙ talis exhæredatio ei nocet.Sed respon.ꝙ ille tex.non aperit,an talis exhæredatio sibi noceat quo ad excludendum eum à bo.pos.contra tabul. & etiam à querela inofficiosi testam. an etiam quo ad excludendum eum ab contra tab.bo.pos. vt patet ibid.in ratione decidendi,dũ ait, quia senatus,&c. Nam cum illa ratio sit specialis,debet restringere dictũ generaliter pręcedens.argum.l.adigere.§.quanuis.ff.de in ius vocando,l.cum pater.§.dulcissimis.de leg.2.ff.Secũdo adducitur,l.filio præterito.ff.de ini.rupt.quæ nil.obs.quia ibi agebatur de hæreditate iam mortui, quæ in commercio nostro est quo ad amissionem,vt ibi,& quo ad acquisitionem,vt l.is qui hæres.& per totum.ff.de acq.hæred. Tertiò adducitur,quòd consentienti non fit iniuria,l.cùm donationis.C.de transact. Sed non obst.nam in his quę pendent ex voluntate nostra bene inspicitur nostra voluntas, secùs in alijs, sed viuentis hæreditatem repudiatione, vel alio modo amittere non possumus,l.is qui hæres, in verbo.nil agit.& l.qui superstitis,de acq.hæred. Dices tamen, fateor quòd consensus non prodest quantum ad amittendam viuentis hæreditatem, sed vt consensus prodest quo ad cõfirmandum testam. nullum post mortem testatoris. vt d.l.filio preterito.ita etiã deberet prodesse quo ad confirmandum testam.ante mortem testatoris, vt per nostrã glo. Sed dic,quòd testamenti confirmatio non pendet ex voluntate testatoris,vel hæredis,sed ex dispositione legis: tum,quia nemo potest facere,&c.vt l.nemo potest.de leg. 1.& l.si vnus.C.de testam.tum etiam,quòd testam.est publici iuris.l.vel negare.ff.quemad.testam.ape.l.quod de bonis.§.fratre.ad leg.Falcid.& in princ.Instit.eod.& ista potest esse ratio præcedentis rationis, sed inter cætera, quæ ad ordinandum testamen.desiderantur,est institutio filij,l. inter cætera.de libe.& posthu.in prin.Instit.eod.ergo.&c. Nec consensus filij ante mortem testatoris pręstitus quicquam releuat,licet releuet,si præstaretur postea.vt d.l.filio præterito. Et contra glo.nostram,imo quòd tale testam. filij consensu nõ confirmetur,in primi est text.in l.si quando.§.illud.de inoffi.testam.nam tex.illum generaliter intelligendo,possumus intelligere,quòd ibi filius vltro se exhæredari, vel præteriri voluit, dummodo sibi aliquid statim daretur, & pollicitus est se contra testamen.non venturum,& tamen contra illud post mortẽ patris venire nõ prohibetur.Et illum tex.possumus intelligere, siue in ipsa testamẽti factione filius cõsensum præbuerit, siue postea, siue etiam antea.nam text.simpliciter loquitur. Stringitur istud fundament. Nam tex.ille iuncto.§.& generaliter sequen. faciunt apertè differ.vtrũ filius consensum prębuerit ante mortem patris, vt tunc consensus filio nõ noceat, an post mortem patris,vt tunc ei noceat. Nec dicatur, ꝙ imò testam.fuit per consensum ante mortem patris præstitum confirmatum,vt patet in dict.§.illud.dum ait,querelam competere.Nam respond.testam.non propter consensum firmatum esse,sed propterea,quòd in vita aliquid filio relictum fuerat.vt patet in d.§.illud.cum sequen.Sed an in dictis §§.loquatur de querela inoffi.testament.an de querela ad repletionem cogita.Secundò contra glo.adduco,quòd pactum de futura successione omittenda non valet inter patrem & filium, l.pactum dotali. C.de collat.l.fi. ff.de leg.hær.Si ergo pacto hæreditatẽ patris amittere non possum,longè minùs simplici consensu.argumen.l.si ita legatum.de legat.2.§.sub cond.iuncta leg.1. C.de pact.cum concor.Nec dicatur,quòd hęreditatẽ non consensu amitto,sed quòd consensu testam.firmo,& per testam.sic firmatum hæreditatẽ amitto.Nam certè iam hoc esset quod vna via prohibetur, per aliam admitti. contra capit. cùm quid.cum materia de regul.iur. & demum per ista.& alia, quæ videbis per Xuarez in repet.l. quoniam in prioribus fol.29.cum pl.sequen.resideo contra glo.nostram. Et adde,quòd dum filius consensu suo sui exhæredationem vel preteritionẽ confirmare vult,nil aliud facit,nisi velle confirmare priuationem suam de hæreditate patris viuentis: sed cum viuentis non sit hæres, nec hæreditas.d.l.qui superstitis, d.l.is qui hæres.d.l.delata.superest vt videatur se velle priuari de ea re,quæ in rerum natura non est,& consequenter in cõmercio nostro esse nõ videtur, & per hoc nec ab initio consensus talis priuationis valeat,nec firmetur ex post facto,etiam si expressim illa priuatio cõferatur in tempus licitum.argum.l.inter stipul.§.sacram.ff.de verborum.& §.idem iuris.Instit.de inu.stipul.Nec dicatur ꝙ istud fieri posset per patrem,etiam si eius hæreditas in rerum natura esse non videatur. Nam respon.ꝙ vnusquisq; suæ hæreditatis commercium habere videtur quo ad disponendum liberè de ea, l.in re mandata.C.mand.l.j.C.de sacrosan.eccl.l.stipu.hoc modo.de verbo. sed non alius in alterius hæreditate. Adde & quartò, ꝙ filius exhæredari, vel præteriri non potest, nisi ex vna de 14.causis, de quibus in §.aliud quoq; cap.in auth. vt cùm de appel.cog.sed consensus filij non est de illis,ergo, &c. Nec dicatur,ꝙ filius inuitus liceat nequeat exhæredari nisi ex vna de illis causis 14.volens tamen potest.vt in q.glo.Nam resp.vt in præced. fund. ꝙ filij voluntas ante mortem patris non est in consideratione quo ad sui exclusionem,sicut etiam non consideraretur quo ad eum admittendum: sed post mortẽ patris esset in consieratione quo ad sui & exclusionem, & admissionem.vt d.l.filio præterito.facit l.is potest.de acq. hære.ff. Adde,quòd inter cætera,quæ ad ordinandum testamen.requiruntur,est,quòd filius instituatur.l.inter cætera.ff.de lib.& post.& Inst.eod.in prin.nam aliàs testam. non valebit,nec firmabitur,etiam si filius viuo patre moriatur.l.posthumus,in pr.de ini.rup.in prin. Inst.eod.ergo his deficientibus, testam.est nullum, licet adsit consensus filij.Nec obst.d.l.filio. Nam ibi filius non consensit testamenti confirmationi, sed abstinuit hæreditate patris post eius mortem,quod fieri licet. At in quæstione nostra ante mortem patris abstinere non potest, vnde nec firmatur tale testam.per consensum filij,quia consensus in consideratione non est quo ad legum solennitates.l.nemo potest.de legat.1.l.si vnus.de testam.l.fin.ff.de leg.hær.nec firmatur per filij abstensionem, quia facta est ante mortem patris. ergo.&c.vt l.is qui hæres & d.l.qui superstitis.& l.pactum dotali.de collat.fi.de leg.hær.ff.Adde,ꝙ voluntas testatoris ex bono & æquo tuebitur, eo casu, quo filius abstinuit post mortem patris.d.l. filius. vnde fortè posset sustineri, ꝙ si filius,qui se præteriri vel exhęredari vltro consensit, in eo consensu permansit post mortem testatoris,tunc illud testam.firmetur,non tã propter consensum ante mortem præstitum, quàm propter ratihabitionem, vel perseuerantiam post mortem adhibitã,vt d.l.filio.& arg.l.fi.C. de pact.per quam,l.in isto casu puto, & teneo,ꝙ gl.d.§.& generaliter.possit saluari. Sextò adde pro hac parte,l.non putauit.§.si quis sua manu.qui principaliter all.pro glo.Nã ibi in princ.iuncta ratione decidendi.ibi,quia senatus,&c. probatur (prout fatentur cõmuniter doct.in l.fi.C.de contra tab.)ꝙ filius consensit suæ exhæredationi,ex quo eam sua manu scripsit, & tamen tex.in verb.quia senatus, &c. innuit, ꝙ illa exhæredatio filio perinde nocet,ac si ab alio esset se inuito scripta,& non magis,vnde non excluditur à querela, licet glo.ibi vacillet.& all.iura nil probantia,ergo ecce est ibi tex. ꝙ filij consensus ante mortẽ patris adhibitus non magis sibi nocet, quàm si adhibitus non esset.Septimò adduco d.l.filio.quæ principaliter pro gl.all.& potiùs probat contrarium.Nam si ibi ex bono & æquo tuetur vol.testatoris, eo ꝙ filius post mortẽ patris abstinuit, nec voluit ab intestato,vel contra testa.succedere, ergo à cõtrario sensu innuit,ꝙ si filius ab intestato,vel contra testam.venire velit, id posset, maximè, quia illa testamenti conseruatio contingit de iure prætorio. gl.cõiter appr.in l.cũ in secundo,in verb.potuerit.de iniu.rup.quod ius prætorium maximè fauet filijs per totum. C.& ff. de contra tab.ergo licet prætor testam.patris conseruet, quando filius ad patris successionem adspirare nolit, vt d.l.filio, tamen id prætor non faceret in pręiudicium filij,qui statim post

post mortem patris eius hęreditatem ab intestato, vel cōtra testa.capere vellet, vt d.l.filio, à contrario sensu.& arg. l.fi.C.de rep.hære.Octauo si filio etiam post mortē patris abstinenti pęnitere licet, quātò magis si ante mortē patris vel abstinuit, vel se præteriri, seu exhæredari voluit? argu. l.fi.de rep.hæred.C. Vnde concludo, ꝙ si filius, qui etiam consensit vltrò se exhæredari, vel præteriri in illo consensu etiam post mortem patris perseuerauerit, tunc testa.patris inuiolabiliter conseruabitur, maximè per dic.l.filio.& per l.fi.C.de pact.Secus si post mortem patris non perseuerauit in tali consensu, vt per omnia mea fundam. Et retenta ista mea op.infertur, ꝙ lex filio præterito.ff.de iniu.rup.non haberet locum, quando filius viuo patre approbasset testam.in quo ipse præteritus fuit. Quod puto verū licet sit contra cōmunem opi. de qua per Xuarex in l.quoniam in prioribus.fol.31.col.j.Et vltra prędicta probatur clarè. Nam ibi dicitur, ꝙ per repudiationem filij præteriti testam.sustinetur, & conseruatur, quę conseruatio viuo patre contingere non posset, cum viuo patre eius hæreditatē filius repudiare non possit, vt l.is qui hæres.ibi, nil agit, & l.qui superstitis.ff.de acqur.hæredit. Pro communi tamen fortiter facit, ꝙ solennitati, & formæ priuatæ vtilitatis causa principaliter inductæ potest renuntiari per eum, cuius fauore fuit inducta.ita tenet Aret.in rub.de lib.& posthu. per d.l.filio præterito.quod si fieri licet tacitè, vt ibi, longè magis fieri potest expresse, vt in proposito argu.l.cū filio. de vulga. Pro quo fortiùs facit text.in c.statutum.§.nullo. de rescrip.in 6. Nisi respon.ꝙ in illis consensus renunciantis fuit tempore permisso, hic autem tempore prohibito adhibitus, vt in meis fundamentis, eītq; vera solutio. Quin nimò verior & receptior opi.est quòd forma legis prætermitti non potest etiam de consensu illius, cuius fauorem respicit, vt in §.4.num.29.& num.30.resoluimus. Pro nobis, l.penult.§.fi.ibi, post mortem, ff.de inof.testam.cum l. seq.& cum l.præceden. vbi licet filij approbatio excludat querelam, siue tacitè, siue expresim approbauerit testam. tamen illud procedit, quando post mortem testam approbauit, non sic si viuo patre, & ille tex.qui à nemine allegatur ad hanc quæstionem, eam dirimit.

Denique quòd nostræ opinioni nihil obsit d. §. si quis sua manu.patet, quia ibi filius nec suæ exheredationi consenserit, nec si consentiret, is consensus sibi obesset. Quòd non consenserit, patet: quia nullus pręsumitur sibi ipsi iniuriam inferre.vt in l.vt vim.cum gl.ff.de iusti.& iur.nec ius suum iactare, vt in l.cùm de indebito.ff.de probati.sed potiùs præsumitur acquirere, vt in l.defunctus.C.arbitr.tut. Ergo in d.§.si quis sua manu.præsumendum est, quòd filius sui exhæredationē inuitus & à patre cōpulsus scripsit, cum ea exhæredatio ipsius filij iniuria sit.l. Papinianus, in princ.ff.hoc titu.§.cæterum.in auth.vt cùm de appellatio cogno.l.cùm quidam.C.de legatis, & ipse filius à patre potest compelli.vt pote sub eius potestate, ditione, & imperio positus, vt in l.in suis.ff.de liber.& posthu.

Quòd autem etiam si is filius suæ exhęredationi voluerit non potuerit viuo patre consentire, ita quod sibi noceret, probatur expresim in l.si quando.§.illud.infra eod. Simile in l.fin.C.de pact.

Præterea id conguit naturæ illius text.& tituli, vbi agitur non de querela danda, vel deneganda, sed de bon.pos. contra tabulas danda, vel deneganda, ergo, &c. argumento l.Impertores.ff.de in diem adiectione. In summa in l.illa, in prin.& in §.non quæuis. & ferè per totam d.l.non putauit.vsq; ad d.§.si quis sua manu.tractatur, & traditur doctrinæ loco, quòd licet contra tabul.bonor.possesio regulariter exhæredatis denegetur, vt in l.1.in princ.& d.l.non putauit, in prin.& l.j.in prin.ff.de coniug.cum eman.tamē id procedit in ijs, qui ritè sunt exhæredati, secùs si non ritè, nam tunc eis contra tab.conceditur, non secùs, quàm si ex toto essent præteriti, vt d.§.non quęuis.postea vero in d.§.si quis sua manu.dicitur, quòd exhæredatis etiam si in sua propria manu scripserint sui ipsorum exhæredationē, contra tabu.denegatur, non secus, quàm si talis exhæredatio ab alio scripta esset, quia non minus ritè facta videtur, propterea quòd ab ipso exhæredato scripta sit, quàm si ab alio tertio scriberetur.

529 Et re vera iste est nitidus, verissimusq; sensus illius † legis, quem à nullo vnquam animaduersum inuenio.& probatur in d.§.tam in sui principio, quàm etiam in decisione, & similiter in ratione decidendi. Probaturque in simili in l.filio quē.ff.de libe.& posthu.vbi si filium exhæredaui, deinde eund.filium adoptaui, huic adoptato tex.ait exhæredationē nocere, non certè quo ad denegandā inofficiosi testamenti quęrelam (id.n.non pertinebat ad illum titulū) sed quo ad denegandum ius dicendi nullū, & contra tabul. bo.pos. sicq; in eo filio exhæredato nocuit ibi exhæredatio, ꝙ testam.validauit primordialiter, licet non negetur, quin tale testa.subiaceat querelæ. Sic ergo & in d.§.si quis sua manu.dum ait, ꝙ exhæredatio nocet filio, intelligitur in hoc nocere, ꝙ testam.validauit in sui initio & creatione, & consequenter cessat ius dicendi nullū & contra tab. bo.pos.de quibus remedijs agitur in tit.de bo.poss.contra tabu.non autem nocet, quo ad denegandam querelā, neque ea cura & inspectio pertinebat ad illum titulū, sed potius ad titulum de inoffi. testam. Non quoq; obst.l.vxori.ff.de fals. Nam qui se tutorē scripsit, videtur tutelam affectasse, eamq; sibi vtilem existimasse: at sui ipsius exhęredationē, suamque iniuriam nullus vnquam sanus sibi vtilē putauit. Præterea tex.ille loquitur in terminis longè diuersis vnde ex eo non potest fieri illatio, l.fin.ff.de separati.

Et nostram opinio. tenet Ias.nu.27.in l.posthumo nato.C.de contra tabul.licet debilibus vsus sit fundamentis, idem Ias.in l.inter cætera.ff.de lib.& posth. Francis.Accursius in d.§.& generaliter.& etiam Iacob. secundum quòd refert Are.ibi.& etiam Areti.in l.nemo potest.ff.de lega.j. & Bald.in d.§.& generaliter.

Pro nobis.l.pe.§.fi.in verb. post mortem.ff. de inoffic. testam.vbi agnitio voluntatis defuncti, quæ regulariter excludit querelam, tamen eam non excludit, nisi fiat post mortem testantis.

Est tamen verum, quod contrariā sententiā & sic communem tenent Deci.in l.nemo fraudare videtur.ff.de reg. iur. Rode. Xuarez.in l.quoniā in prioribus.hoc tit.fol.30. Couar.in c.Rainaldus.§.2.extra de testam.Alex.& Deci. nu.9.in l.posthumo nato.C.de contra tab.bo.pos.& Alex. in l.si quis posthumos.§.si filiū.ff.de lib.& post.& Ang.in rep.l.qui se patris, col.2.C.vnde lib.& Cur.iuni.in d.l.posthumo.sequitur cōem opi.& etiam Ias.in l.inter cętera, tangit, sed nihil firmat, licet communem expresim teneat in rubr.illius tit.nu.22.& Curt.vbi suprà. Mouetur nouo fundamento. Nam, inquit, exhæredatio non iniuriosa nō producit querelam. arg.l.multi nō notæ.ff.de lib.& post.quæ l.etiam hodie correcta non est secundum cōem opi.vt diximus in l.quoniā in prioribus.hoc tit.sed scienti & consentienti non fit iniuria, l.cum donationis.C.de transact. ergo exhæredatus sua sponte cum nullā iniuriam receperit, non habebit querelam. Sed nihil est. Nam hac ratione inspecta, etiam pactū de non succedendo, quod facit filius cum patre suo, valeret propter consensum filij, & tā non valet, vt in l.si quando.§.illud infra hoc tit.l. pactū dotali. C.de colla.l.fi.ff.de suis & legit.hære.c.2.de pact.in 6. Vnde siue fiat pactū, siue exhæredationi suæ filius consensum præstet, talis consensus nullius momenti est, per quamplures rationes, quas signauimus in d.§.illud, in materia pacti de non succedendo.vbi videndum est. Est tamen verū, communem opinio.in d.§.& generaliter etiam vltra allegat.sequuntur Bar.Ang.Pau.Salic.& Ias.& transit simpliciter etiam Aret.sequuntur Cin.Alber.Odofre.Petrus, Iacob.Butr.& Fulg.& est ex mente aliorum ibi.tenebt Bar. in l.1.§.sed si filius.ff.de legat.3.Paul.in l.1.& in l.inter cætera.ff.de libe.& posthum. Areti.in rub.eod.titu. Ille casus indubiratus est secundum Odofr.Alberi.Cin.Pet.Butr. & alios suprà relatos, scilicet quādo is, qui suæ exhæredatio

tioni vel præteritioni consentit, id fecit dolore mortis testatoris pietate ductus, quasi dolore illo compunctus omnia humana paruipenderet, tunc enim talis sensus non ei noceret, argu.l.quidquid calore.ff.de reg.iur.quasi id ardore amoris, caloreq; iracundiæ fecisse videretur, talis enim pietas præmio dignissima est, non exclusione. Vnde Vergilius in Aethna.

Et merito pietas homini tutissima virtus.

Estq; adeo tuta virtus, vt dum antiqui confabularentur de pietate Aeneæ erga patrẽ Anchisem, scriptum reliquerint, ipsum ignem quasi huius virtutis non expertem locũ dedisse Aeneæ, teste Ouidio lib.1.de Ponto, vbi ait.

Cum foret Aeneæ ceruix subiecta parenti,
Dicitur ipsa viro flamma dedisse viam.

Et iterum lib.4.Fast.

An magis hunc morem pietas Aeneia fecit,
Innocuum victo cui dedit ignis iter.

Et Virg.lib.2.Aeneid.

Descendo, ac ducente deo flmmam inter & hostes.
Expedior, dant tela locum, flammæq; recedunt.

Deniq; teste Seneca in Thyeste.

Nulla vis maior pietate vera est, maioreq; præmio digna.

Vnde in re dubia ideo tenemus contra communem, ꝙ talem consensum pietate quadam & pudore reuerentiali præstitum existimamus, & per alias quàm plures rationes, quas enumerauimus in d.§.illud.

Deniq; pro concordia considera, quòd cum cõis opin.
530 duo habeat capita: primum, vt testamentum † per filijfa. præteritionem non vitietur, quando ipse expressum consensum præbuit, vel etiã expressim se institui vetuit: alterum, vt idẽ sit in exheredatione. Certè primo casu op. nostra contra cõem longè probatior esse videtur, quia de iure ciuili nulla vnquam lege reperitur dispensatum cũ vitio præteritionis eo prætextu, ꝙ preteritio ipsi filio preterito vtilis esset certè & indubitatè: vnde longè minus reperietur dispensatum eo pretextu, ꝙ ipse consenserit, per cuius consensum non certa & indubitata, sed tãtum præsumpta vtilitas arguitur. argu.§.præterea.cũ ibi not.per gl.& doct. Inst.de act.vbi latè per nouissimos.& arg.l.cũ donationis. vbi nouis.C.de transact. Quòd aũt cum vitio præteritionis non reperiatur dispensatũ, probãt funda.quę suprà adduximus, & preterea suadetur. Quia qñ ipsi filio vtile erat se heredem non institui, tunc remedij loco repertum fuit, vt ad testamenti validitatem oĩno exhæredaretur, sibi autem postea hæreditas restitueretur, vt in l.multi nõ notæ. ff.de lib.& post.l.cum ex filio, in prin.ff.de vulg.l. Seius Saturninus.ff.ad Treb.cũ similib. Quòd aũt prætextu vtilitatis ipsius filij preteriit præteritio desineret testm̃ vitiare, id nulla vnquam lege ciuili reperies, sed potiùs oppositũ. Nec est nouum, vt consensus præstitus in re vetita nec obliget consentientem, nec firmet actum de quo agitur, siue ille per nullum fuerit acceptatus. vt in l.qui superstitis.ff.de acq.hære.siue etiam acceptatus fuerit, vt in l.si qñ.§.illud. C.de inoffi.testa.l.pactũ dotali.C.de collat.cum alijs. Ad l. filio præterito.ff.de iniu.rup.respon. ꝙ potiùs nostrã probat sententiam, quàm cõem cum ille tex.secundũ verum & cõem intellectum probet, ꝙ per consensum filij presti tum post mortẽ patris sustinetur testamẽtum de iure tm̃ pretorio, non etiã de iure ciuili, vt disserimus suprà per gl. appr.in l.cũ in secundo.ff.de iniu.rupt. Quinimò etiã de iure prætorio si filius consentiret, viuo patre, is consensus nõ esset irreuocabilis, quinimò reuocari posset quãdiu pater viueret.arg.l.fi.C.de pact.vbi qui cõsensit illis, qui de eius hæreditate paciscuntur, licet talis consensus firmet illã pactionem, tamen licet pœnitere ipsi consentienti, & consensum suum libere reuocare. Simile in cõtractibus innominatis, vt in l.3.& l.si pecuniam.ff.de condit.cau.data. Simile in l.qui superstitis.ff.de acq.her. Nec est nouum, vt testamentum, quod non valet iure ciuili, valeat iure prætorio, tex.perpaucis ad rem hanc cõsideratis in l.si testamentum.ff.de testam. Itaque in præteritione dicendum est, ꝙ cõsensus filij nõ firmat testamentũ de iure ciuili. Intellige primò, quando præstitus fuit post mortem patris, d.l.filio præterito. Secundò & faciliùs, quando præstitus fuisset viuo patre d.§.illud.cum concor. De iure autẽ prætorio firmat testam.irreuocabiliter, si præstitus sit post mortem patris, dict.leg.filio præterito. Quòd si patre viuo præstetur, tunc aut consensus non valebit, aut reuocari poterit, admissa pœnitentia, arg.suprà dictorum.

In secundo autem casu.s.in exhæredatione, cõis sententia recipi poterit, ꝙ iure.ff.indubitanter, vel saltem faciliùs admittendum est. Nam cũ iure illo testam.per exhæredationem indistinctè firmaretur quo ad sui creationẽ & pri-
531 mordialem † validitatem, l.in suis.l.inter cætera, & per totum.ff.de lib.& post.in pri.Inst.de exh.lib.tũc si filius contra testamentũ querelã moueret, dicens se iniustè exhæredatum, replicaretur, ꝙ volenti nõ fit fraus, neq; iniuria.d.l.cum donationis. Item replicaretur, ꝙ exhæredatio facta ob vtilitatem exhæredati excludit querelam.d.l.multi.d.l. cum ex filio, d.l.Seius Saturninus, ob eius aũt vtilitatem facta intelligitur, quando ipse consensit.d.§.præterea.cũ ibi notatis. Simile in conditione, quæ reijcitur regulariter de legitima filiorũ, nisi eius vtilitatem respiciat, vt est vera & recepissima sententia, quã tradidimus suprà limitatione 1. Quod admitterem, quando is filius in consensu illo perseuerauit vsq; ad mortem patris, quo tẽpore iam facultas nõ erat reuocandi testamenti, & sic æquum est patri subueniri, arg.text.not.in l.3.C.de inoffic.testam. Cæterum si ipse filius viuo adhuc patre quo tempore erat facultas mutãdi testamenti pœnituisset, expressimq; consensum reuocasset, idq; patri suo notum fecisset, fortè consensus ille nõ iustificaret exhæredationem, vel eius iustificatio iam cessare inciperet, argum.d.l.fi.C.de pact.d.l.qui superstitis.& d.l.si pecuniam.& d.l.3.ff.de condi.ob cau.iuncta l.filio quẽ. ff.de libe.& posth.& quæ circa eius intel.diximus.§.isto, nu.529.in prin.quæ res subdubia est.

Illud ergo apud me verum & firmũ semper visum fuit, ꝙ cum vitio præteritionis non dispensatur per interuentum consensus filij contra cõmunem de iure ciuili, an autem cum vitio exhæredationis dispensetur, nõ satis certũ est. Retentio tamen, quòd iure.ff.dispensaretur, an & iure auth.idem foret? Mouet quæstionem, ꝙ hodie exhæredatio filijfa.vitiat ipso iure testamentũ, non secus, quàm præteritio, nisi fiat ex vna ex 14.causis enumeratis in auth. vt cùm de appellat.cognos.§.causas, vel ex alijs causis parem vim habentibus secundum cõmunem opi.docto.in auth. nõ licet.C.de lib.præ.vbi latè per Corn.Ias.Alex.& nouis. post alios. Sed certè idem etiam foret iure auth.quia exhęredatio per talem filij consensum iustificaretur, non secùs, quàm per illas causas, sicq; firmum foret testam.argumento illius veræ & communis opin.quam diximus, §.isto suprà, quæ habet posse hunc filium non tantum ex illis causis, sed etiam ex alijs parem vim habentibus exhæredari.

Et hac cõi opi.retenta in filij exhæredatione, quam se-
532 quor, saltẽ eo † casu, quo filius in eodẽ cõsensu perseuararet vsq; ad patris mortẽ, vel illud tẽpus, quo pater test.mutare nõ posset, tunc ex ea infertur ad id quod vsibus forensibus agitatissimum est, vt si filius in portione hereditaria, vel re certa institutus, consentiat patri, vt res sibi relictas vinculo maioratus afficiat, prohibẽdo earũ alienationẽ, & diuisionẽ, tunc firmus erit talis maioratus, & alienationis prohibitio etiã quo ad legitimam huius filij cõsentientis, quia per l.qm̃ in prio. C.de inof.test.nõ reijciũtur illa onera, quę ipsius filij vtilitatem respiciunt, secundum verã & communem opinio.quã disseruimus suprà limitatione 1.

Quod intellige, quando is filius in tali consensu perseue-
533 rauit, ꝙ si pœnituit postea, iustamq; causam habuit † consensus reuocandi (quale esset, si quando consensum præbuit, liberos nõ habebat, & postea plures suscepit) dixitq; se reuocare cõsensum præstitum, quia cùm plures liberos modo habeat, impijssimum sibi videtur vni eorũ omnia

conferre,

conferre,reliquos aũt nudos relinquere, nec se talem consensum prgstiturũ, si de tot liberis cogitasset, tunc noue affirmarem audiendũ esse,arg.l.si vnquam.C.de reuo.don. l.cum auus.ff.de cond.& dem.l.cũ acutissimi. C.de fideic. l.generaliter.§.cũ aũt.C.de insti.& substi.cũ ijs,quæ supra diximus.eritq; in vsu forensi vtilissimũ.Idemq; admitterẽ,si ipse filius probaret se consensum præbuisse,quia à patre fuit compulsus vi,vel dolo adductus, vel etiã metu reuerentiali constrictus.arg.auth.sacraměta.C.si adu.vendi. c.quanuis.de pact.in 6.c.licet mulieres.de iureiu. in 6.c.cũ conting.de iure iur. per totum. C.& ff.quod met.caus.per totum.C.& ff.de dolo.iuncta.l.Titius.ff.de libe.& posth.

Quid si is filius,cui tot liberi nati fuerunt, non reuocauit consensum , an ipso iure natiuitate liberorum reuocatus intelligatur? Cogita, quia non vacat ratiocinari , licet res sit vtilis.

Stat ergo ex superioribus,quòd filius per expressam tecta.appr.non perdit huius l.beneficium.

534 Modo quæro , an per tacitũ † consensum filius perdat quærelam, vel ius supplementi (nam hucusq; vidimus de consensu expresso.)Et videtur ꝙ sic,argu.l.parentibus.C. de inof.test. Et nota secundum Ias.ibi ꝙ soluens debitum pro hac parte hereditaria,perdit querelam . Quod limitat Sali.ibi,vt non procedat.qñ plus vel minus solueret, quasi tunc non videretur soluere nomine hgreditario.Ergo aut expresit se soluere hæreditario nomine,& indistinctè cessat querela, quasi adire hæreditatem videatur, & testa.approbare , vt ibid.& leg.2.C.de iur.deliber.& leg.si pars.§. illud.ff.hoc titu. Aut expresit se soluere non vt hæres , & tunc cessat illa lex,& poterit mouere querelam,non secus, ꝙ si solueret nihil arg.in princ. Instit.quib.mod.toll.oblig. Aut soluit simpliciter,& dubitatur quo animo soluerit, & tunc tene op. Ias.declaratam vt per Sali.cum hac tñ declaratione, vt si dixit se soluere , nec appareat ꝙ ex alia causa esset debitor. tunc ex causa hæreditaria soluisse videatur, & per hoc hæreditatẽ adijsse, & sic cesset querela, vt ibid. & d.l.2.C.de iure delib.iuncta l.& magis.ff.de solu.l.cũ de indeb.ff.de probat.& facit glo.in l.quanuis.C.de fideic.

Deniq; ex d.l.parentibus.C.de inof.test.generaliter etiã not.secundũ Bar.Ang.Bald.Fulg.Ias.Aret.Pau. Sali.Albe. & alios cõiter ibid.ꝙ † agnoscens iudicium defuncti,non

535 potest mouere querelã,sed eam perdit.idem Fulg.cõsi.83. Bona cursus. Corneus.cons.176. In causa lib.4.tenẽt communiter doct.in l.pen.§.fi.per tex.ibi.& in l.fi.per tex.ibi. ff.hoc tit.cõiter doc.in l.si pars.§.illud.per tex.ibi.& in l.si ponas.§.si hæreditatẽ, quem dicit notabilẽ Ias.vbi suprà, ff.hoc tit.l.6.tit.8.part.6. Intellige primo,qñ filius ex minore portione, quàm legitima institutus, iudicium patris agnouit, adeundo hæreditatẽ, arg.l.sicut maior.C.de rep. hær.iuncta, l.pro hærede.in prin.& l.gerit.& qđ vtrobiq; per Bar.& doct.ff.de acqu.hær.Secundo intellige,quando non expresim adiuit,sed tñ interpretatiue,puta per manumissionem seruorũ hæreditariorum, vel alienationem rerum hæreditariarũ,vel quia alium instituit hæredem in hgreditate sibi relicta,vt in l.si auia,C.de iure delib.& in l. pro hærede.in prin.ff.de acq.hæ. Tertiò intellige,quando debitum hæreditariũ pro hæreditaria parte persoluit . vt ibid. Quarto intellige , qñ agnouit legatum sibi relictum, vt in l.si pars.§.illud.ff.hoc tit.tradit Corn.cons. suprà allegat.Quintò intellige,quando scienter hæreditatem exhæredatus ab hæredibus patris emit, l.si ponas.§.si hæreditatem.suprà all.Sextò,etiam si res singulas illius hæreditatis emisset.vt ibid.in verbo.vel res singulas. Septimò , etiã si non emisset,sed tñ conduxisset,vt ibidem,quod satis mirabile est. Octauò,ẽt si ipse exhæredatus soluit hæredibus quod ipsi testatori debebant,vt ibid.Nono,etiã si filius exhæredatus aduocationẽ susceperit pro hærede instituto.l. 6.tit.8.par.6.Decimò etiã si talem aduocationẽ susceperit pro legatario,l.fi.in pr.ff.hoc ti.& d.l.6.tit.8.par.6. Vndecimò,etiam si agnoscat legatum, quod non sibi,sed seruo suo, vel filiofa.suo relictũ fuit, l.si verò.§.j.ff.de bono.lib.

Duodecimo,etiã si agnoscat legatũ quod relictũ fuit,non sibi,nec seruo suo:sed ipsi hgredi scripto:nam si is exhæredatus hæres extiterit illi, & legatũ petierit,cessat querela.l. pe.§.diuersum.ff.hoc.tit. Decimotertiò intellige in terminis.l.fi.§.fi.eo.titu. Decimoquartò intellige,etiã si mortis causa donationem acceperit,vt d.l.si verò.§.sed & si mortis. Ratio istorum est,vt in l.nã absurdum.ff.de bon.libert.

Limita dupliciter,vt in d.l.si verò.§.1.& 2.Tertiò limi-

536 ta,vt licet † cesset querela,tamen supplemẽtum legitimæ hodie non negetur.l.omnimodo,& l.si quando.§.& generaliter.infra hoc tit.Sed an hodie agnoscens relictum perdat querelam non secus, quàm olim? Et videtur quòd nõ arg.l.si quando.§.& generaliter.hoc tit.vbi qui agnouit relictum,non perdidit supplementũ legitimæ. Sed certè magis est,vt licet supplementum legitimg non perdat,tamen amittat querelam.nec d.l.parentibus.in hoc sit correcta.

Vnde si filius exhæredatus,qui nihil in testamento accepit,hæredem scriptum aduocatione sua defenderit,ces-

537 sabit querela,† cessabitq; supplemẽtũ, quia id supplementum non datur ei,qui nil omnimo accepit, vt in d.l.omnimodo. Vnde & secũdo infero idem esse,si aduocauit pro legatario.Idem & tertiò,si emit hæreditatẽ,vel hæreditariam portionẽ ab hgrede scripto.Idem & quarto,si legatũ emit à legatario.Idem quintò si cõduxit res hæreditarias, Idem sextò si ipse soluit hæredi quod patri debebat.Idem septimò si post mortem patris eius iudicium probauit.Et idem in alijs pluribus casibus , de quibus suprà mentionẽ habuimus,qui omnes etiam hodie sunt incorrecti. Quod nota,quia nullus tangit.Quod etiam procederet in multis ex casibus,quos proximè enumerauimus.

538 Amplia vt talis approbatio † excludat querelam, etiã si fiat viuo testatore secundũ Salic.& Alb.in d.l.parentibus, & Corn.consil.176.In causa,nu.5.Nec inuenio contradicentem.Teneo contrariũ per tex.in l.pe.§.fi.ibi post mortem.ff.hoc titu.expresiùs in l.si quando.§.illud, infra hoc titu.Quod olim Salmanticæ inter 700 paradoxa defendimus.Ex quibus infero verã non esse opi.gl.quæ communiter app.in l.si quando.§.& generaliter.infra hoc tit.quæ tenuit,ꝙ si filius tempore,quo fit testa.consentiat suę exhæredationi,vel prgteritioni,nihil amplius contra testam. dicere poterit.quod est directo contra d.§.illud.& contra d.l.pen.§.fin.dixi latè suprà.

539 Et in gl.mag.d.l.parentibus , notantur sex † casus ex gl. in quibus cessat querela.Alios.14.casus suprà enumerauimus.Cessat.21.querela repudiatione hgredis,vt si in minore portione, ꝙ legitima institutus, vt fuit in terminis text. d.l.parentibus.repudiet hæreditatem,argu.l.filio qui, & l. qui repudiantis.ff.hoc tit. Cessat.22.querela repudiatione hgredis vniuersalis,vt in l.filium.§.sed cũ exhæredatio.ff. de bo.poss.contra tab.Ratio,quia querela non oritur,saltẽ cum effectu, ante aditã hæreditatẽ , l.scimus.§.illud.infra hoc tit. Vnde si hæreditas repudiata est, cessat querela, vt ibi.Cessat.23.querela per renuntiationẽ exhæredati, vt in l.cùm mota.C.de transact.& in l.si quis filium.C.de inof. testa.Cessat 24.per desertionẽ,vt in l. Papinianus.§.si quis post rem.ff.hoc titu.& l.nam & si §.hæredi.eod.tit.Cessat 25.quãdo seruum institutum iussit adire.l.nihil.ff. hoc tit. cum l.sequen.facit.l.filius.eo.tit. Cessa.26.in testam.militis,l.de inof.& l.fi.hoc tit.adeo,vt etiam miles testam.alte-

540 rius militis † inofficiosum dicere non posit. §. de inofficioso,in l.si instituta.ff.hoc tit. Cessat.27.querela, quando filius exhæredatur,& nepos ex eo instituitur,per quẽ ipse filius exhæredatus acquirit hæreditatem , ita probat text. sing.in l.qui in aliena.§.interdum.ff.de acq.hær.Cessat 28 in casu legis.filius non impeditur.ff.hoc tit.Cessat.29. querela in testamento patris putatiui. non enim datur aduersus testam.patris putatiui , l. si suspecta.§. quoniam.ff.hoc titu.Quod autem diximus per d.§. interdum. non firmamus,& vide quæ circa eius intellectum diximus suprà.

In omnibus enim his casibus & similibus filius per tacitum consensum excluditur à querela. Et in quibus casibu

541 bus, is qui † querelam mouere poterat, nihil oīno acceperat ab eo, cuius de successione agebatur, in his etiam amitteret ius agendi ad supplementum legitimæ: quod ei, qui nihil omnino habuit à testatore, denegatur. in d.l. omnimodo.C.de inoffi.testam. Etenim vt portio accrescit portioni.l.si totam.ff.de acquir.hære.l.si Titio.ff.de vsufru.ita id supplementum accrescit relicto, nec aliter accedere posset. Simile etiam in l.fi.C.de lib.præt.

Verùm si aliquid accepisset, tunc licet ab reliquis bonis expreßsim exhęredatus fuisset, & præterea volūtatē testantis expreßsim vel tacitè agnouisset (quale esset in plerisq; casuũ suprà relatorũ) adhuc non prohiberetur supplementũ legitimæ petere, vt docemur.j.§.30. super interpretatione, l.oīmodo.C.de inoffi.testa.in ampliatione, & 18. Licet contrariũ, & male tenuerint Pau.in l.Pap.§.si conditioni. ff.de inof.testa.& nouißsimè Grego. Lup. in l.6.tit.8.part. 6.neminē allegans, neq; aduertēs loqui se cōtra cōem opi. & verā, quæ probatur apertè in d.l.oīmodo. Et sic opinionem nostrā, vt etiā exhæredatus, qui à patre aliquid acceperit, poßsit agere ad supplementum legitimę non secùs, q̃ si oīno non accepisset exhęredationem, tenent expreßsim magis cōiter doct.in d.l.omnimodo.quales sunt Bal.Petr. Cinus, Alber.Butri.Odofr.Io.Faber.Ang.Pau.& Iaso.qui firmant talem filium, cui pater aliquid reliquit, licet eum nominatim exhæredauerit, adhuc tñ gratum præsumi, & bene meritum, non secus, q̃ si exhęredatus nō fuisset, quasi sensus exhæredatis eum filium, cui aliquid reliquerit, non eo pertineat, vt mala mente eum persequatur, sed vt velit eum filium tacitum esse, & contentum cum eo, quod à patre acceperat, à reliquis autem bonis submotus, exhæredatusq; abstineat, facit l.fi.C.de lib.prete. Id quod expreßsim probatur in d.l.omnimodo.si nō cauilletur, vt induximus in d.amplia.18. Quam rationem nō inuenio consideratā.

Vnde cùm is filius per talem exhęredationē non remoueatur, aut priuetur suppleměto legitimæ, non magis, quā si exhęredatus non esset, sequitur, ꝙ licet post mortem patris approbauerit testamentum, adhuc tamen supplementum legitimæ petere poterit, secundum communem opi. suprà relatam contra Gregorium, & Pau.vbi suprà.

542 Quod variè intelligitur. Primũ, quando † expreßsim approbauit testamentum, accipiens id, quod sibi à patre relictum fuit: nam adhuc licet sit exhæredatus, potest petere legitimæ supplementũ, vt in l.si quando.§.& generaliter. C.de inof.test. Et ita debet limitari, l.6.titu.8.par.6.& l.5. versi.E esto se entiende.eod.tit. Quod est ex mente communis opin.suprà relatæ contra Pau.& Greg.vbi suprà.

Secundò intelligitur, quādo filius agnouit patris volun543 tatem legatũ † accipiendo, vt in l.si pars.§.illud.ff.de inof. testa. & in d.l.6.ibi, asi como si le ouiessen dexado manda. Quæ iura ita sunt limitanda ex mente communis opinionis suprà relatæ contra Pau.& Gregorium vbi suprà.

544 Tertiò intelligitur, qñ is filius emit † scienter hæreditatem ab hæredibus patris: nam & tunc licet exhæredatus esset, posset petere supplementum legitimæ, licet querelā mouere nō posset. Ita intelligo & limito, l.si ponas.§.si hæreditatem.ff.de inoffi.test. Quod est ex mente communis opinionis suprà relatæ contra Pau.& Greg.vbi supra.

545 Quartò intellige, etiā si is † filius exhæredatus, qui aliquid à patre recepit, res singulas paternæ hæreditatis emisset: nam per hoc licet videatur patris iudicium sequi, sicq; remoueatur à querela, non tamē remouetur à supplemento legitimæ. Ita nouè intelligo, & limito d.§.si hæreditatē in verbo, vel res singulas, ex mente communis opinionis suprà relatæ contra Pau.& Gregorium vbi suprà.

546 Quintò intellige, etiā si is filius † exhæredatus, qui aliquid à patre accepit, res hæreditarias ab hæredibus condu xisset: nam per hoc licet acquiescere patris vol.videretur, sicq; submoueretur à querela, non ideo minus posset consequi legitimę supplementum. Ita intelligo, & limito d.§. si hæreditatem, ex mente prædictæ communis opinionis contra Pau.& Gregorium vbi suprà.

547 Sextò intellige, etiā si is filius † exhęredatus, qui relictũ sibi à patre ceperit, patrocinatus fuerit hęredi in stituto: nā licet per hoc patris iudicium agnouerit, sicq; à querela ceciderit, adhuc tamen supplementum legitimæ consequi potest, non secùs, quàm si exhæredatus non fuisset. Ita intelligo, & limito, l.6.tit.8.par.6. facit tex.in l.penu.§.si hæres, ff.de inoffi.testam.l.fi.ff.eod.

548 Septimò intellige, ēt si is filius † exhęredatus, qui relictũ à patre accepit, legatario patronus extiterit: nā ꝑ hoc licet voluntatē testatoris agnouerit, sicq; ciciderit à querela, nihilominus tñ non cecidit à supplemento legitimæ, nō magis, q̃ si exhæredatus non esset. Ita intelligo, & limito d.l. fi.ff.de inoffic.testam.& d.l.6.ibi, o si el fuesse abogado.

549 Octauò intellige, etiā si legatum † agnouerit non sibi, sed seruo suo relictũ: nam adhuc licet à querela ceciderit, à supplemento tamen legitimæ non remouetur. Ita intelligo tex.in l.si verò.§.j.ff.de bon.liber.& d.l.6.ibi, asi como si le ouiessen dexado manda e nel, o a su fijo, o a otro alguno que fuesse en su poder. ex mente prædictæ communis opinion.contra Paulum, & Gregorium, vbi suprà.

550 Nonò intellige, etiam si † exhæredatus, qui à patre relictum accepit, hæres extiterit hęredi scripto in testamento patris, nam per hoc licet iudicium testatoris agnouisse, que relaq; cecidisse videatur, non tamen per hoc à supplemento legitimæ abstinendus est, l.pen.§.diuersum.ff.de inoffi. testam. Quam sic intelligo ex mente.d. communis opin. contra Pau.& Grego.vbi suprà.

551 Decimo intellige, etiā si exhęredatus † acceperit mortis causa donationem: nam adhuc à querela tantum, non etiā à supplemento legitimę abstinendus est. Ita intelligo tex. in d.l.si verò.§.sed & si mortis.ff.de bo.libe. Ratio horum est, vt in l.nam absurdum, eo.tit. Quæ omnia sunt ex mente communis iam relatæ contra Paul.& Grego.vbi suprà.

552 Verũ in oībus his casibus † & similibus si is exhæredatus nihil accepisset à patre, tunc per talē voluntatis paternæ agnitionem caderet tam à querela propter agnitionē, quàm à supplemento legitimæ, quod non datur, qñ non est aliquod relictum. Cui accedat, & hoc casu potest saluari opi.Pau.& Grego.& ita intelligo, l.5.& 6.tit.8.par.6.

Verum in omnib. his casibus talis agnitio tūc demum nocet, quando tēpore legitimo facta est, hoc est, post mortem patris. Non sic, si fieret viuo patre, nam tunc non faceret præiudicium quo ad querelā, nec quo ad legitimę supplementum, argum.tex.in l.pen.§.fi.ff.de inoffi.testa.& in l.si quando.§.illud.C.eod. Et ita intelligo, & limito nouißsimè, d.l.5.& 6.vt suprà admonuimus, estq; noua declaratio. Quæ omnia à perpaucis digesta inuenies.

Stat ergo ex superioribus, quòd per agnitionem relictorum filius non perdit huius l.beneficium, licet perdat querelam. Per quod not.hæc l.ampliatur.& limitatur.d.l.parentibus suprà hoc tit.cum similibus.

612 Limit. primo. Nā licèt filia, quæ in suū † corpus peccauit, non debeat ali a patre, nec dotari secundū Speculat. in tit. qui filij sint legi, §. penul. vers. quid si filia peccauerit, & Bal. in l. fi. C. de dotis promis. tamē si pœnitentiam egerit debet ali, & alimentari. argu. c. testimoniū. de testi. secundū eundem Specul. in d. § pen. ver. quid si pęnitentiam egerit, & tenet Antonius de Butr. in ca. Quintauallis. infrà de iureiur. & Bal. in l. si filia. C. de inof. test. & videtur tex. in l. Imperialis, C. de nupt. & in c. ferrum. 50. distinctio. Vnde infert Alex. in l. 1. ff. solu. matri. col. 8. nu. 33. ꝙ si filius cōmisit causam ingratitudinis p p quā posset exhæredari, ꝙ si viuo patre emendatus est, & pœnitentiā egit, nec poterit exhęredari, nec sibi alimenta denegari poterunt. Quā illationē Alex. refert & sequitur Claud. in d.l. j. solut. matr. ff. col. 5. in princ. & Ias. in l. in arenam, nu. 6. C. de inof. test. Et Claudius vbi supra, ait se id alibi nō legisse. Vnde ipse infert idem esse etiā in donatario, qui licet causam ingratitudinis commiserit, propter quā rebus sibi donatis priuandus esset, iuxta l. fi. C. de reuo. don. & c. fi. extra. de dona. tñ si post ingratitudinē cōmissam multa donatori contulit beneficia, quasi per hoc emendatus fuerit, donatione priuari non potest, vel potius quasi iniuriam sibi factā per ingratitudinē donatarij donator munera a donatario collata accipiens, remisisse videatur. argumen. in §. pen. Inst. de iniur. Sed de illatione Alexā. semper dubitaui. Nam sola filij pœnitentia non video vt patrem excludere possit a iure exhæredandi filium, quod iā per filij ingratitudinē quęsitum habebat. Et in contrariū est doctrin. Bar. in l. 3. §. fi. ff. de adimend. legat. dicentis hoc casu non sufficere, ꝙ filius pœnitentiam egerit, nisi ad hæc cum patre reconciliatus sit, inq; eius gratiam redierit. Secundo facit. Nam si sola pœnitentia sufficeret, nunquā haberet locū exhæredatio facienda ex causis, de quibus in auth. vt cum de app. cog. §. aliud quoq; capitulum. Tertio facit. Quia ius patri quæsitū per ingratitudinem filij, vt ipsum filium possit exhæredare, per solam filij pnīam, & sic sine facto patris sibi auferri non potest. arg. l. id quod nostrū, ff. de reg. iur. vbi Decius late in simili. Quartò & fortius facit. Nā ius mihi cōpetens mediante facto alterius, ille alter mihi auferre non potest, sed etiā cōtra eius voluntatē perdurabit. vt est text. not. in l. si post mortem, §. fi. ff. de contra tabu. Vnde licet ius. vel facultas filij exhæredandi mihi cōpeteret ex facto illius filij ingratitudinē committentis, adhuc tamen per ipsum filium ea facultas mihi auferri non potest, etiā si pœnitentiam egerit. Et tenendo hanc partem, non obst. d. le. Imperialis, C. de nupt. Nam ibi non dicitur, ꝙ per emendationem mulieris ius alteri quæsitum minuatur, sed solū dicitur, ꝙ si mulier redierit ad frugem melioris vitæ, per hoc tollitur turpitudo, maculaq; quam ipsa contraxerat. Sed pro concordia potest dici, quòd inter causas ingratitudinis, propter quas filius potest exhæredari, quędam principaliter respiciunt personam ipsius filij, vt si arenarius sit filius, vel filia turpiter vixerit, & in suum corpus peccauerit, & tunc peracta pœnitentia, turpitudo ista purgatur. ita quod non nocet. argu. in c. testimonium, extra. de testibus, & ita procedat opi. Alex. & aliorum, & ita procedat l. imperialis, C. de nup. Quędam verò sunt causæ, quę principaliter respiciunt personam patris, vt si in eum filius manus violentas iniecerit, & in his licet filius pœnitentiā egerit, nihilominus exhæredari potest, & sibi alimē. denegari possunt. & sic procedat opi. contraria, quæ etiam cōprobatur. Quia iniuria semel illata, non tollitur pœnitentia, sed demū remissione, vel reconciliatione, vt §. pen. Inst. de iniur. & semel iniuria facta, infecta esse non potest, l. in bello §. factę, ff. de capti. Pro hac concordia est text. in specie a nullo vnquam ponderatus in §. causas, in fi. in verb. permāserit in authen. vt cum de appella. cogn. Ergo ex 14 causis, ex quibus filius potest exhæredari, quę enumerantur in auth. vt cum de appella. cogno. §. causas. cum seq. quatuor tantū respiciunt ipsius filij infamiam, & turpitudinem (scilicet quòd sit hæreticus, quòd maleficus, quòd arenarius, quòd filia turpiter vixerit, & sit meretrix) in quibus prodest pœnitentia: sed omnes alię respiciunt ingratitudinem filij in patrem & istæ non pœnitentia filij delinquētis, sed remissione patris patientis tolluntur, §. fi. insti. de iniur.

Stat ergo ex superioribus verissima sententia, quòd ingratitudo filij patrē vulnerātis, vel quippiam simile perpetrantis, non aboletur pœnitentia, licet in contrarium sit magis communis opinio. quàm tenuit Ias. numero sex to colum. fina. in l. in arenam. vbi concordantias dixi hoc titul. idem Ias. in authen. non licet, C. de libe. pręt. col. j. idem Ias. in l. filio quem pater, nu. 10. ff. de liber. & posthum. Fabianus nu. 134. in repeti. auth. nouissima, C. de inoffi. test. Alc. in l. fi. C. de pact. Faber in auth. sed si post. infra hoc ti.

dicit cõem Emanuel de Acosta in l.Gallus.§. & quid si tã
tũ.in 3.par.nu.189. ff. de lib. & posth. dixit cõmunẽ Ca-
tellianus Cotta in memor.in ver.filiusfa.tangit Ripa in l.1
ff.solu.matrim.num.71.vbi Alex.num.33. per Curt. iun.
qui nobiscum contra commune tenet in consi. 148. & in
authen.non licet.col.1.C.de libe.præter.Ripa.q.67.in l.fi.
C.de reuoc. dona. Sicq; etiã contra communem nobiscũ
tenent Felinus in cap.Rodulphus.num.6.de rescriptis. &
idem tentat Areti.in l.3.§.filius,col.fin.ff.de lib.& posth.
613 Qua ratione idẽ quoq; in dote † dicendum est, vt cum
dos loco alimentorũ succedat.vt docent Bart.Imo.Pau.&
alij in l.Titio centũ,ff.de conditio.& demonstra.§. Titio
genero.tunc si forte filia ingrata extiterit contra patrẽ,ve-
luti si eũ verberauit,etiam si pœnitentiã egerit viuo patre,
per eũ iuste exhæredari poterit,non secus, quàm si pœni-
tentiã nullam egisset. Nec enim damnũ semel patri illatũ,
contumeliaque, quam semel recepit,recepta esse desinit,
vel infecta fit,propterea quòd filia pœniteat facinoris sui:
nec enim vllus vnquam deliquit,quin pœniteret, cum ad
suppliciũ ducitur, nihilominus tamen debitis pœnis subij
citur. Quæ res tam expeditam habet rationem, æquita-
tẽ & iustitiã,vt contrarium existimantes,atq; contenden-
tes,non tam arguendi,quã ridendi nobis visi sint, similes
que nugantibus,atque oscitãtibus. Vltimo pro nobis tex.
expressus,vbi diximus in l.testamenti.supra eodem titul.
614 Idemq; recipiendũ est in † donatione propter nuptias,
quæ similiter eadem ex causa filijsfami. denegari potest,
cum doti assimiletur, vt Cod. de donation. ante nupt. le.
cum multæ, & authent. dos ipi posita. vbi per omnes.
In summa idem quoque recipiendum in alimentis,quę
doti,& legitimæ assimilantur,vt per Iaso.d.l.si filiam. per
Bart.Bal.Imo.Paul.& alios in d.§. Titio genero,per Bart.
in l.si quis a liberis,§.idem iudex,ff.de lib.agnos.& in tra-
615 cta. † alimentorum,in 2.colum. Quę omnia sunt contra
magis communem opin.supra relatã,sed ex mente,& sen
tentia eorum, quos contra communem opin.tenere dixi-
mus:quorum authoritas non minor est,quàm eorum qui
communẽ opi.tuentur. Sicq; ita tenerem in iudicando,&
cõsulendo. Et ita tenuimus inter plura quàm 700 parado
xa,quæ olim Salmãticæ publicè defendẽda proposuimus.
Secundo limita in exhæredatione,quæ calore iracũdiæ
facta esset.vt hic,ibi,si non inconsulto calore. Simile in l.
quicquid,ff.de regu.iur. Qua de re late per Decium ibi.&
Ias.in d.l.si filiam.
Tertiò limita,etiã si filia ita turpiter viueret,vt nõ iniu
616 stè exhęredari posset:nã adhuc si exhæredatio † calore ira
cũdiæ facta esset,nõ valeret, etiã subsistente illa legitima
causa secundum Iaso. ibidem post Bald.& Salyc. Nec re-
perio contradicentem.
Teneo contrariũ.Nã cum subsistat iusta causa exhęre-
dandi, & præterea accedat summus furor,calor,impetus,
temeritasq; iracundiæ, quæ enixam volũtatem testatoris
ostendunt abdicandi filiã ab hæreditate sua, non solũ exhę
redatio non redditur propter horũ interuentũ iniusta, sed
potius redditur iustior,efficacior,& vehemẽtior. Et cũ fi-
lia moueat querelã, si opponatur ei ipsius turpitudo, nihil
aliud desideratur ad querelã excludendã. Et si rectè aduer
tis,ea est vera mens huius legis. Ergo aut interfuerũt iracũ
dia,& iusta causa,& valet cũ effectu exhæredatio. Aut iu-
sta exhæredandi causa sine iracũdia,& similiter valet. Aut
iracundia sine iusta causa, & non valet, vt hic. Aut nec ira
cundia, neque iusta causa, & similiter nõ valeret,vt in §.
aliud quoq;,& per totũ in auth.vt cũ de appe.cogn.& hic.
Quartò limita,quando turpitudo esset in actu, secus si
tantũ in mẽte,quia cogitationis pœnã meretur nullus. Li-
cet mortaliter filia,quæ adulterã mentẽ habet satis quo ad
Deum peccasse videatur. Vnde Oui.lib.3.Eleg.siue amo.

Dure vir imposito teneræ custode puellæ
Nil agis, ingenio quæque tuenda suo est.
Si qua metu dempto casta est, ea denique casta est,
Quæ, quia non liceat, non facit, illa facit.
Vt iam seruaris bene corpus, adultera mens est,
Nec custodiri, ni velit, vlla potest.
Nec mentem seruare potes, licet omnia claudas,
Omnibus exclusis intus adulter erit.

Et quàm sit difficile custodire puellas,testatur Ouidius
dum ait ibidem

Centum fronte oculos, centum ceruice gerebat
Argus, & hos vnus sæpe fefellit amor.
In thalamo Danaæ saxo ferroq; perenni,
Quæ fuerat virgo tradita,mater erat.

Vt custodiam impudicę puellæ desperatam,ita quoque
honestæ & pudicæ otiosam & superfluam putat Proper-
tius lib.2.eleg.ad Cynthiam,dum ait,

Quos igitur tibi custodes? quæ limina ponam,
Quæ nunquam supra pes inimicus eat?
Nam nihil inuitæ tristis custodia prodest,
Quam peccare pudet Cynthia, tuta sat est.

Fœminas autem ad impudicitiam quid potissimũ im-
pellat,tradit Horat.Satyr.6.lib.2.

Si tibi Penelope frugi est, quæ si semel vno
De sene gustarit, tecum partita lucellum
Vt canis à corio nunquam absterrebitur vncto.

Vtq; eò decurrant,vbi plurimorum concursus est,edo
cemur ab Ouid.lib.1.de ar.aman.

Vt redit, itq; frequens longum formica per agmen,
Granifero solitum dum vehit ore cibum.
Aut, vt apes saltusq; suos, & olentia nactę
Pascua, per flores, & thyma summa volant:
Sic ruit in celebres cultissima fœmina ludos,
Copia iudicium sæpe morata meum est.
Spectatum veniunt, veniunt spectentur vt ipsæ,
Ille locus casti damna pudoris habet.

Impudicitię autem fœminarum causa quę mala ingrue
rint,docemur a Seneca in Hippolyto.

Sed dux malorum fœmina, & scelerum artifex
Obsedit animos, cuius incestæ stupris
Fumant tot vrbes, bella tot gentes gerunt,
Et versa ab imo tot populos premunt.

Stat ergo qñ filia,quæ luxuriose & turpiter vixit,possit
exhæredari,& in quibus casibus potuit exhæredari,in illis
si sub conditione instituatur,nõ reijcietur conditio, sicq;
hæc l.limitabitur. Quod intelligo,dum modo ab ipso pa-
tre expressa fuerit iusta illa exhæredationis causa,nã si ex-
pressa non fuerit,nõ licebit hæredib.hãc veluti accusatio-
nẽ cõtra talẽ filiã proponere,vt in l. omnimodo suprà eo.
Deinde videtur posse limitari vt non procedat in ter-
minis authen.sed si post 20.quæ continuo post,d.l.si filiã,
C.de inoffi.test.collocata est. Et traditur de patre,per cu-
618 ius † culpam filia videtur cepisse occasionem peccandi,in
cuius terminis magis est,vt l.nostra locum habeat,vt si ea
filia sub conditione esset instituta, ea conditio saltem vsq;
ad legitimam reijceretur. Vnde ex illa d.auth.sed si post vi
ginti,notatur in primis secundum Paul.in l.si filiam.supra,
619 eo.ꝙ non possum † tibi imputare inimicitiam,cuius cau-
sam,vel occasionem tibi dedi. Nam hic pater qui etiã vl-
tra annos 25 moratus est filiã maritò copulare, si ipsa filia
in suũ corpus peccauit,turpẽ vitã agens, vel sese marito si
ne consensu copulauit,non potest quicquam filiæ suæ im
putare,cũ erroris causam ipse præbuerit. Simile in authẽ.
vt cũ de app.cog.§.causas.ver. sed si post viginti. Contra-
riũ tenet Iaso.in l.si filiam.in pr.supra eodẽ nisi corruptus
fortè est. Sed tñ videtur opi.Pau.per iura suprà adducta. Fa
cit,c.qui causam,de reg.iur.in 6. Ergo si talis filia sub con-
ditione instituatur,reijcietur conditio per l.nostram.
Regulariter autẽ possum opponere inimicitias, licet ip
se causam dederim. Vnde licèt ipsa causam dederim inim
620 citię tñ inimicitiã possum † testi opponere,secundũ Iaso
ibid.in pr.d.l.si filiam,tenet gl.in l.athletæ, §.dat remissio
nem,in verb.facta,ff.de excus.tuto.vbi etiã Bal.qui ait, q
alib

alibi non reperitur.sequitur Anton.de Butr.in ca.veniens. 2.de spon.quod extendit ad arbitrum, & iudicem. idem Albert.in l.penult.in princ.ff.solu.mat.Alex.consi.99.li.1. incipit.In causa inquisitionis formatæ,& Ias.in d.l.si filiã.

621 Vnde infertur.Tu scis,ꝙ legatũ † reuocatur pp inimicitias superuenientes,vt ff.de adim.leg.l.3.§.fi.tamẽ si testatoris non legatarij culpa inimicitiæ ortæ sunt,tunc legatũ non videtur reuocatũ.Ita tenet Bar.per tex.ibi in l.cum tabulis,§.1.ff.de his quibus vt indig.Sed Ias,in d.l.si filiam, reprobat:quia,inquit,vt quantũ ad repellendũ testem,iudicem,& arbitrũ sufficit inimicitia, etiam si oriatur culpa eius,qui testẽ,iudicem, vel arbitrũ vult repellere,vt modo diximus.ita etiã sufficiet quo ad repellendũ legatariũ si sit inimicitia capitalis.vt in terminis d.l.3.§.fin.de adimẽ. lega.& etiã adducit Ias.contra Bar.l.ex parte ff.de adimẽ. leg.vbi in verbo,inimicitijs grauissimis persecutus,innuit ꝙ inimicitiarum occasionẽ, vel causam dederat ipse testator,& nihilominus legatum reuocatum intelligitur. Facit pro Ias.contra Bar.tex.in l.si iure.ff.de leg.3.& in l.fi.ff.de hæred.insti.Ergo inimicitiam quæ culpa mea causata est, alteri opponere possum. Quod intellige primò,ad repellẽdum testem.Secundò,ad repellendum iudicem. Tertio,ad repellendum arbitrum.Quarto,ad reuocationem legatorum,sicq; repellendum legatarium.Limita, vt non procedat in exhæredatione,vt dixi,secundũquod suprà declara ui.Secũdò limita,qñ tacite,vel expresse ea offensa,vel inimicitia esset remissa,vt in §.fi.Inst.de ini.probat Bar.in d. l.3.§.fi.ff.de adim.leg.Bar.Bal.Imo.Paul.Aret.Ale.Ias. & alij in l.filio quem pater.per text.ibi,ff.de liber.& posthu.

622 Tertio limita,quando is, qui vult repellere † testẽ iudicem vel arbitrum, ex industria captaret occasionem illius inimicitiæ, quo minus esset aduersario contra ipsum copia testium vel iudicis, tunc enim talis inimicitia per eum opponi non posset.per tex.in l.1.§.cum quis,ff.de quæst. secundum Ias.in d.l.si filiam.& Bar.in l.1.§.cum quis. supra allega.idem Barto.in d.l.1.§.si seruus.Vnde si quis accusat alterum hoc consilio,vt si postea accusatus contra ipsum accusatorem producatur in testem,non sit testis legitimus,tunc ea accusatio non oberit.quo minus testis ille dicatur legitimus,non aliter, atque si accusatus nunquã fuisset,secundũ Bar.in d.§.si seruus.Ias.vbi suprà.Bal.in auth. si testis productus,C.de testib.& idem Bald.in le.sed & si quis.§.illud.ff.si quis caut.alleg.Ias.etiam Io.Andr.in l.fin. ff.de testib.Quinimò sunt qui putent,quòd ille,qui simili vtitur cautela,& fraude,perdat causam.Ita Cinus,& Pau. post Richar.in l.prouidendũ,C.de post.& Ias. in d.l.si filiã.Ang.in l.satis aperte,C.de falsis,gl.in c. cũ causam quæ inter Archiepiscopum.in verb.compellas.& ibi Anto. de Butr.extra.de testi.Bar.Veronen.in cautela 17.& tãgit Ias. qui tamen hoc vltimum non firmat in d.l.si filiam.Quod not.quia vsitatissimũ est, & quotidie habemus ex facto.

623 Et not.ꝙ si filia nubit sine † consensu patris ante annũ 25.est iusta causa exhæredandi filiam,licet nuberet honesto viro,d.l.si filiam.Ad idem tex.in §.causas,versic. sed si post 20.in authen.vt cum de appella.cog.l.5.ti.7.par.6.l.5 titu.de los casamientos.lib.3.fori.l.2.& 4.titu.de los matrimonios,lib.5.ord.Tenent in specie Ias.& Paul.in d.l.si filiam.& Aret.in l.cum filium.supra eodem.hoc titu.Intellige in terminis iuris ciuilis,estq; communis opin. vt late per Decius in le.nuptias,ff.de regul.iur.per Decius consil. 231.Viso per Couar.in lib.4.decret.c.6.nu.17.fol. 56. per Pal.Rub.in c.per vestras,de dona.inter vir.& vxor.§.4.n. 5.& §.5.& §.6.& §.7.per Abb.in consi.12.Vt clare.lib.1.

624 Vnde similiter ex eadẽ † causa potest huic filię dos denegari secundum Ias.vbi suprà,& secundũ cõem opin. de

625 qua suprà. Qua etiã † ratione alimenta possent denegari secundũ Ias.vbi suprà,& cõiter doct.suprà citati. Quorum ratio ea est:quia qua ratione potest filius,filia ve exhę redari,eadem quoque ratione potest denegari dos,vel donatio propter nuptias secundum Bald.in authent.res quæ, C.commu.de leg.& etiam alimenta,secundum Bart. in l.si quis a liberis,§.idem iudex.vbi per gl.& omnes,ff.de libe. agnos.estq; communis,& indubitata cõclusio,vt per Decium,Pala.Rub.& alios vbi suprà.per Ias. in l. quidam cũ filiũ,ff.de ver.obl.glo.& Bar.in l.fi.C.de alen.lib.Bar.in tra cta.alim.in.2.col.Ergo filius filia ve, quæ nubit sine patris cõsensu,de iure ciuili punitur.Primò in legitima, quia hac ex causa potest exhæredari.Secũdò in do'e. Tertio in donatione pp nuptias.Quarto in alimẽtis.Quinto etiã in ipso matrimonio,quia de iure ciuili tale matrimonium non valebat.Ita tenet gl.per tex.ibi in l.Paulus,ff.de stat.homi. tex.vbi cõiter doct.in l.si vt proponis,C.de nup.in prin. Inst.eod.titu.vbi per omnes Dec.in dict.consi.231. Viso in pr.Abb.in d.cõsi.12.Vt clare Decius in d.l.nuptias. Ias. vbi supra,estq; indubitata conclusio.Gomez.in l.47.Tauri,nu.48.Hæc,vt diximus,procedunt inspecto iure ciuili.

626 Modò autẽ vidẽdum est, quid iuris inspecto iure canonico. Et cõis sententia est valere † matrimonium de iure canonico sine cõsensu patrisfa.in liberis tam masculis,quã fœminis,vt per Paul.in d.l.si filiam,& Iaso.ibid.per Abb. in d.consil.12.Vt clare lib.1.per Dec.in d.consi.231. Viso,in prin.per Couar.& Pala.Rub.vbi suprà per eũd.Dec. nu.7.in d.l.nuptias,ff.de reg.iur.glo.& doct.in l. Paulus,ff. de statu homi.Fede.de Senis consi.36.Casus talis est in pr. Ang.consi.29.Ex themate,& in cõs.92.Super primo quæ sito.Ant.de Butr.cons.35.Visa forma.in pr.Abb.in c.1.de sponsa.& in c.j.de spon.impu. Vnde cũ materia matrimonij sit spiritualis,vt per Bar.in l.priuilegia.de sacr.eccle.sequitur, ꝙ iura canonica etiam in terris Imperij sunt seruãda,& consequenter quòd sint correcta iura ciuilia desiderantia patrisf.consensum in matrimonio filijf. vel filiæfa. secundum Dec.in dict.l.nuptias,& secundum eũdem Decium in dicto cons.231.Viso,in prin.Pau.& Ias.vbi supra glo.in ca.si.32 q.2.& gl.pen.in cap.1.de spon.impub.& ibi Abb.gl.in l.Paul.ff.de statu hom.Abb.cons.65.lib.2.idem Abb.cons.12.lib.1.Ang.cõs.29.Ex themate,in pr.Ancha. consi.21.Pro solutione dubiorum,estq; communis opi.

627 Vnde infertur non valere statutũ,per quod † imponeretur pœna filijs,vel filiabusf.qui, quæ ve matrimoniũ contraherent absq; patris voluntate.Ita tenet Dec.in d.consi. 231.col.2.post Io.And.& Domi.quos allegat,tenet Abb. in c.ecclesia sanctæ Marię,de constit.col.8.versi.ad prædicta adde.idẽ Abb.in c.1.de spon.& in cons.12.lib.j. Vt clare,& Ale.cons.1.lib.3.idem Ale.in rub.ff.solu.ma.col.fi.& in l.Seius & Augerius,col.j.ff.ad leg.Fal.& idẽ Alex.cons. 97.Principalis dubitatio,lib.j.idem Dec.in l.nuptias.de re gu.iur.ff.Ioa.And.in c.statutũ,de hæreti.in 6.& ibi Dom. & Alexan.Et hæc est communis opi.secundum Decium in d.l.nuptias,nu.8.sequitur Bal.in l.nemini,C.de iudi. & in cap.penult.in fin.de constitu.Francis.de Curt.consi.27. Magnificus vir in primo dubio.Et est indubitata conclusio secundum Decium in dicta l.nuptias, quam etiam dicit indubitatam in dict.consil.231.colum.Cùm enim(inquiunt doctores suprà citati) in omni actu debeant cõcurrere voluntas & potestas,l.nolle,vbi Bal.ff. de acquirend. hæred.l.cũ te,vbi similiter notat Bal.C.de dona.ante nup. cap.cum super.extra de offic.delega.superest, vt tale statutum non valeat, quia deficit potestas laicorum statuendi in causa merè spirituali, qualis est causa matrimonialis.

Contrariam partem affirmatiuam, vt tale statutum valeret, tenent Pala.Rubric.in repet.cap. per vestras, extra de donation.inter vir.& vxor.§.quarto.in fina.sentit glos. in capitulo cum secundum leges, de hæret.in sexto.

Quid dicendũ? Et harũ opinionum neutra simpliciter vera est,vtraq; tamẽ aliqua ex parte defendi potest. Nam per impositionem pœnę nõ potest quis retardari, & abdicari a nuptijs,& matrimonio,vt in l.cùm tale, §.rescriptũ vbi communiter docto,ff.de condition,& demon. sed potest per lucri,& beneficij denegationẽ, per l.j.cũ gl.& ibi communiter doc.C.de inst.& sub.ergo si pœna statuti sit, quòd contrahens matrimonium cũ filiaf.sine cõsensu patris luat in bonis suis amittendis,vel in corpore plectẽdo, certe

certè talis pœna ex defectu potestatis statuentium non teneret. Et ita procedat communis opinio negatiua. Quòd si pœna statuti esset non in bonis amittendis, vel corpore plectendo, vel affligẽdo, sed in denegatione alicuius lucri, vel beneficij, tunc talis pœna teneret: si quidem illud lucrum vel beneficium procederet a liberalitate, & indulgẽtia, vel concessione ipsius legis secularis, vel statuti. vt in d.l.1.cum materia, C.de instit.& substit. Ratio: quia cuius est dare, eius est adimere, l.quidam referunt.ff.de iure codicil.l.quoties, & per totum.de dona.quæ sub modo, C.l.1.§.fi.ff.de leg.3.l.nihil tam naturale, ff.de regu.iu.c.omnis res.extrà.eodem. titu. Non enim vna eademq; causa est debitum amittere, & lucrum non capere, vt in l. fi.Co. de codicil. Vnde pœnam pati non videtur, qui lucro priuatur.arg.l.quia autẽ.in princi. & §.1.ff. quæ in frau.cred. Optimus tex.in simili in §.sed neq;.Insti.de autho.tuto. bon.tex.in l.quia poterat.& vtrobiq; per doct.ff.ad Treb.

628 Vnde infertur decisio illius articuli summoperè cõtrouersi, an valeat statutum, ꝙ † liberi absq; patris consensu si nupserint, possint exhæredari, ita vt hæc videatur iusta causa exhæredationis? Qua in re cõis sentẽtia est, tale statutũ non valere. Ita tenet, & firmat cõem esse opi. Decius in d.l.nuptias nu.7.cũ pluri.seq.sequitur, & dicit cõem idẽ Dec.in d.consi.231.Viso.sequitur, & dicit cõem opi.Ias. in d.l.si.filiam.sequitur & dicit cõem opin.Abb.in c.1.de spon.impuberũ.Abb.consi.12.Vt clarè.lib.j.Ancha.cõsi. 21.Pro solutione dubiorum, lib.1.Hostiensis in d.c. 1. de spon.impub.Alex.consi.97.Principalis dubitatio, lib.j.gl. in l.10.ti.1.par.4.gl.& Ioã.Faber in l.si filiã, suprà allegat. gl.in l.3.§.si emancipatus, ff.de contra tab.per Alex.in le. Seius & Augeri.ff.ad l.Fal.per eundem in rub.ff.solu.matrim.per Paul.Rub.in rep.c.per vestras de dona.inter vir. & vxo.§.5.& iterum ibidem §. 5.nume. 5. per doctores omnes in quæstio.præcedente citatos.& per Couarru d. lib.4.§.sexto.num.17.fol.58.qui tamen nihil ferè allegat.

Contrariam partem, vt tale statutum valeat, tenent in d.l.si filiam.Paul.& Pal.Rubric.vbi supra.qui nullum allegat, & Couarru.vbi supra, idem Pal.Rubr.in l.49.Tauri.

Mouentur tenentes partem affirmatiuam contra communem. Primò, quia tale statutum nihil disponit circa validitatem matrimonij, sed tantum punit contrahentes, quæ punitio remota est ab ipsa nuptiarum validitate.

Vnde licet principes seculares nõ habeant potestatẽ statuendi circa matrimoniũ, c.tuã, de ordine cog.c.causamq; 2.qui filij sint legi.c.1.de sponsalibus.tamẽ hic matrimoniũ non infirmatur, licet nubentes puniantur. Sed certe nihil est. Nã quicquid quoquo modo potest vel leuissimum impedimentũ nuptijs inferre, alienum, remotum, abdicatumq; esse debet a potestate eius principis, qui directò matrimoniũ impedire non potest.arg.l.cũ tale, §.rescriptũ. & ibi communiter doct.tam ordinarij, quã repetentes ff. de condi.& demonst.ne quod vna via prohibetur per aliã admittatur, contra regulã iuris. Secundò mouẽtur per gl. in clem. Ne Romani.de elect.verb. tolli. quæ tenet inferiorẽ posse addere pœnam legi superioris. Quæ gl. singularis est secundũ Felinum in c.2.extra.de probation. colũ. secunda. Decium in cap.quæ in ecclesiarum col.4. de constitu.& secũdum Couar.vbi suprà. Sed similiter nihil est. Nam licet inferior nequeat contrauenire, repugnare, aduersari, reluctariq; aduersus legẽ superioris, nõ tamen denegatur ei facultas coadiuuãdi. est.n.harum rerum perspicua, & plusquã manifesta differentia, ergo, &c. vt in l.fi.ff. de separatio. Simile in princ. Institu.de bonorũ possessio.

Tertio mouentur, quia lex ciuilis circa matrimoniũ valet, quatenus non repugnat iuri canonico.capit. secundo.de spon.impub.& ibi Abbas & Fortunius in tract. de vltimo fine illatione.10.col.5.

Sed id similiter nihil est. Nam agnosco valere legem. quæ non aduersatur iuri canonico: & lex nostra negari non potest, quin iuri canonico aduersetur, quo desideratur omnimoda libertas in matrimonio, & vt omnis pœna pœnæue suspicio longissimè arceatur.

Quartò mouentur, quia licet crimen vsurarũ sit mere canonicũ, tamen potest per legẽ ciuilem puniri, vt in c.1. de officio ordina.tradunt communiter doctor. in cap. cũ sit generale.extrà de foro competen. Sed id similiter nihil est. Nam id ius canonicum iuuat, non autem aduersatur.

Quintò mouentur, quia licet periurium sit crimen ecclesiasticum. Roman.consil.512.tamen punitur per leges ciuiles, l.si quis maior.C.de transactio. Sed similiter nihil est. Nam id iuuat ius canonicum, non aduersatur.

Quid dicendum? Teneo hanc partem cõtra communem opinion.& quia nostri auxiliares, quorum sentẽtiam tuemur, defecerũt, aliunde nobis quęrenda, petẽdaq; sunt fundamenta. Et cùm olim inter plura quàm septingenta paradoxa, quæ publice Salmanticę defendimus, & subsistimus, is quoque articulus obuius esset, hoc vno argumẽto, eodemque firmissimo, præstantissimo, & peremptorio vtebamur, cui nullus vnquam sanum dedit respõsum. Constat enim secundum veras sententias, quòd legitima, hereditasve liberis potest etiam ex toto tolli per legem, vt latissimè per Decium in l.iura sanguinis. ff. de regul. iuris per Bart.Paul.Imol.& omnes in l. Titio centum, §. Titio genero.ff.de condition.& demonstrat.per nos in §.20.in vltima part.circa interpretationem authen.nouissima, C. de inofficio.testam.facit, d.l. Titio centum, ff.de conditio. & demonstra. Dixi latissime in d.authẽ.nouissima. vbi licet dubium sit, an id etiam absq; vlla causa fieri posit, tamen nullus fere vnquam dubitauit, quin id saltem ex causa fieri posit, estq; verissima, & receptissima sententia, vt ibidẽ docuimus. Ergo nulli dubiũ, quin liberis citra cõsensum patris nubentibus ex hac iustissima & honestissima causa posset fieri exhæredatio, cũ talis causa statuti honestissima sit, vt & patet ad sensum, & tenet Bal. in rubri. de constitut.colũ. fina.idem Bald.ca.clerici col.j.extra de iudic.& in cap.tenor.in fin.de re iudica.& in l.omnem.circa finẽ, C.ad Tertullianum.idem Bald.in l.j.§.ius naturale ff.de iusti.& iur. Decius consil.231. Viso col.secũda, idem Decius in l.nuptias, ff.de regul. iuris.post alios ibi relatos.

629 Neque ad rem pertinet, ꝙ † matrimoniũ ab omni pœna liberum esse debeat. Nam intelligendũ est de pœna alicuius rei, quæ vel nostra esset, vel re vera nobis deberetur alias secus, vt probauimus per d.l.1.cũ materia, Co. de institutio. & substitutio. legitima autem liberis nõ vere debita, sed tantum quasi debita est. vt habetur per gloss. Ias.& alios communiter in l.3. C.de iuris & fact.ign. dixi in d.authen.nouissima. Præterea necessitas hęreditatẽ vel legitimam liberis relinquendi descendit a lege ciuili, & positiua vt late probauimus, in dict.auth.nouissima.per tex. in authen.de hære.& Fal.§.primum itaque.& in authen.de triẽte & semiss.§.frequẽter.in ver.ex necessitate late, Decius in dicta, l.iura sanguinis.ergo hęc necessitas per aliam legẽ positiuam tolli potest, l.nihil tam naturale, ff.de regulis iuris. Nec me mouet, quòd matrimonium liberum esse debeat a metu pœnæ. Nam hæc pæna non reputatur, sed magis beneficij & lucri denegatio, quod beneficium cum nõ descẽdat a lege canonica, sed a lege ciuili, potest per eand. legem ciuilem saltem ex causa secũdum omnes denegari, hæc autem caula etiam secũdum omnes honestissima est.

Hinc infertur, quòd similiter huic filiæ etiam hodie stãte iure canonico ex simili causa posset † dos denegari. Nã 630
vera & communis opinio est, ꝙ ex quibus causis potest filia exheredari, ex ijsdẽ & dos potest ei denegari, secundũ Iaso.in d.l.si filiam.Bal.in auth.res quæ, C.com.de leg.Pal. Rub.in c.per vestras.supra alle.§.4.col. pe.& §.5.Deci.in d.cons.231.Viso. Ergo cùm, vt ostendimus, posit filia ex forma statuti exhęredari, quia nupsit absq; patris cõsensu, similiter poterit ei dos denegari. Quod ĩ specie tenuit Pal. Rub.in §.4.col.pe.& in §.5.supra alle.& in §.7. Cuius opinionem non suo, sed nostro fundamento ausim verissimã dicere. Quã & olim publicè inter plura, q̃ septingẽta paradoxa defendimus. Licet in cõtrarium sit cõior sententia, quam

quam tenuit glo. 1. 32. q. 2. c. fi. & glo. in verb. excusata, in c.
de raptoribus. 36. q. 1. Dec. in d. consi. 231. col. 3. idem Dec.
in d. l. nuptias, nu. 10. Paul. hic. De iure autem ciuili omnes
fatētur, ꝙ dos perdebatur, gl. & Bal. in l. fi. de dotis prom.
C. Pala. Rup. in d. §. 4. Gom. in d. l. 47. Tauri nu. 48. Dec. &
alij vbi supra.

631 Hinc similiter infertur, ꝙ etiam †hodie stāte iure cano
nico posset filia hac ex causa priuari alimentis secundum
Pala. Rub. vbi supra, §. 4. & §. 5. Gom. in l. 47. Tauri. nu. 48.
Licet contrarium sentiant Ias. in d. l. si filiam. & cōmuniter
doc. qui superiorem sententiam communem tuentur.

632 Hinc etiam infertur similiter ex eadem causa ēt hodie
amitti & denegari posse †donationē propter nuptias, quæ
doti æquiparatur, vt l. quoniam nouella. supra hoc titu. Li-
cet in contrarium sit sententia communis, de qua per do-
ctores in locis supra citatis.

Hinc etiam infertur veram non esse op. illam, quam te-
nent Bart. in l. 3. §. si emancipatus, ff. de bo. poss. contra tab.
633 Decius in d. consi. 231. col. 3. in fi. Gomez. in l. 47. Tau. nu.
48. dicentes, ꝙ etiam si esset indignus †ille, cum quo contra
xit filiaf. sine d. consensu matrimonium, quòd adhuc non
posset exhæredari, nam imò videtur, ꝙ ex tali causa exhæ
redari possit vt in l. 3. §. si emancipatus, ff. de contra tab. &
in d. §. causas, versi. 3. vel 4. in auth. vt cum de appe. cog. &
in d. l. si filiam.

Et sic contrarium tenet glo. multū sing. quæ hoc voluit
in c. fi. 36. q. 1. in versi. excusata, & sequuntur ibi Io. de Fan.
& Archi. idem tenet Io. An. Ant. & Car. in d. c. accedes, de
procur. Bal. in d. l. qui liberos, in reportatis antiquis, ff. de ri-
tu nu. & in l. 1. ff. sol. mat. & in l. pe. prope finē. C. de spon. &
in l. nec filium. C. de nup. dicens. ꝙ filius in honeste contra
hit matrimoniū, puta cum meretrice, pater pōt eū exhære
dare, ne vilissimā prolē, quæ inde nascitur habeat successo
rē, quia ex his totū genus est infamatū, idē Bar. in l. si roga-
tus, ff. de ma. vin. quicquid dixerit Sali. in l. si vt proponis,
C. de nup. idē tenet Abb. in locis præall. Lud. in rub. ff. solu.
mat. Ias. in d. §. fuerat. 37. col. Insti. de act. quos nominatim
refert & sequitur Pala. Rub. in c. per vestras, de dona. inter
vir. & vxo. §. 7. in pr. per l. 3. §. si emācipatus, ff. de bo. poss.
contra tab. Neq; ad rē pertinet, ꝙ tale matrimoniū de iure
canonico non desinat valere. Nā adhuc defendi facile pōt,
vt talibus matrimonijs contrahendis homines arceantur,
non metu pœnę, sed metu beneficij amittendi. Est. n. vt di
ximus, beneficij loco datū liberis, vt eorum parentes non
possint eis ex toto bona sua denegare, idq; beneficium de
scendit a lege ciuili seculari positiua, nō a lege canonica, vn
de per eandē legē denegari indubitanter posset, etiā sine vl
la causa, secundum nostram quàm plurimorū sententiam,
nedum cum tam iustissima ac honestissima causa.

Sed an idem procedat in masculo? Et communis senten
634 tia est, ꝙ †sic, si quidem ignominiosam duxit vxorem, per
d. §. si emancipatus, ita Pau. in d. l. si filiam. Palat. Rub. in d.
§. 7. Bar. in l. si rogatus, ff. de manu. vind. Ias. in §. fuerat, col.
37. inst. de act. Rom. in rub. ff. sol. mat. sentit gl. vt eā notant
Io. Faber. & Iaso. ibi. in d. l. si filiam, sentiunt Io. And. Ant.
Card. in c. accedens, de procu. gl. in c. fi. 36. q. 1. post. plures,
635 quos allegat Pala. Rub. vbi supra.

Quòd si ignominiosam †vxorem non duxit, sed solum
sine patris consensu nupsit, & adhuc idem secundum Pau
lum in d. l. si filiam. Contrarium tenent ibi. Pet. & Ioan. Fa
ber, quorum sententiam contra Pau. veriorem puto. Mo-
ueor, quia matrimonium sine cōsensu patris f. iure, ff. filius
fa. contrahere non poterat, nec alia pœna erat, nisi ꝙ tale
matrimonium esse ipso iure nullum, vt in l. si vt proponis
2. C. de nupti. l. Paul. ff. de statu. hom. in princ. Instit. de nu-
pti. ergo iure, ff. filiusfa. hac ex causa exheredari non iuste
posset. Et cum hodie iure canonico tale matrimonium
valeat, eodem iure liberis taliter nubentibus nulla pœna re
peritur imposita. Sicque nullus vnquam reperijt, quòd
vllo iure taliter nubentibus pœna exhæredationis im-
mineat.

636 Filia autē, quæ inhoneste nupsit, etiam †priuabitur do-
te arg. d. §. si emancipatus, secundum Pal. Rub. in d. §. 7. nu.
10. & Ancha. consi. 20. & Bal. in c. statutū, de hęr. in. 6. Ex
quorum relatione hæc videtur communis opi. quam verā
puto, etiam stante iure canonico, nam de iure ciuili cū tale
matrimonium non valeret, aliud esset. Quia d. §. si emanci
patus, loquitur eo casu, quo matrimoniū valebat, quia con
tractum fuerat ab emancipato filio sine patris consensu.

637 Ex superioribus infertur, quòd † l. 49. Tauri, quæ ait fi
liam sine patris consensu nubentem posse exhæredari, va-
let, & tenet. Et idē quo ad l. 2. tit. de los matri. lib. 5. ordin.
& quo ad l. 5. tit. de los casamientos, lib. 3. fori, quę iura in fi
lios. non procederent, quia illo casu nec filiosa. iure, ff. vlla
pœna reperitur imposita præter nullitatem actus nec iure
canonico, quo iure tale matrimonium approbatur, vlla si-
militer pœna reperitur imposita.

Sed in terminis iuris communis ēt idē esset in filiabusf.
638 sine consensu patris †nubentibus, quia nec iure ciuili hoc
casu vlla pœna reperitur imposita, præter actus nullitatē,
nec iure canonico vlla pœna sed potius actus approbatio
inducitur. Et ad d. §. si emancipatus, respondeo procedere,
qn̄ non filiusfa. sed emancipatus contraxit matrimonium.
Qua ratione defendi posse videtur, ꝙ qn̄ filiafa. vel etiam
filiusfa. in terminis iuris communis cōtraherent matrimo
nium sine consensu patris, etiam ignominiose, adhuc non
possent exhęredari, quasi de iure ff. & ciuili matrimonium
nō valleret, nec vlla pœna reperiretur imposita, de iure aūt
canonico & matrimonium valeat, & sit impunitū. Sed cer
te in contrarium fortiter facit tex. not. d. l. si filiam, cū glo.
ibi, libero tamen & tex. in authen. vt cum de appell. cog. §
causas, versi. si vero vsque, ibi, libero tamen, vbi filiæfa. im
ponitur pœna exhæredationis, si citra patris cōsensum nu
pserit homini seruo. Nisi dicas, ꝙ iure ff. filij f. non poterāt
matrimoniū contrahere sine patris consensu in prin. Inst.
de nupti. l. Paulus, ff. de statu. homin. l. sit vt proponis. 2. C.
de nupti. & contrafacientibus nulla pœna reperitur impo
sita, præter nullitatem actus. Idemq; iure. C. & Inst. vt in di
ctis iuribus. Neque iure authē. reperitur immutatum in li-
beris respectu eius, in cuius sunt potestate. Sed in liberis re
spectu matris, & materni generis ascendētium, vel patris,
& auorum paternorum, qn̄ aliqua ratione liberi essent sui
iuris, tunc pœna exhæredationis reperitur imposita igno-
miniose, & absq; eorum consensu, quorum de successione
agitur, nubentibus. Sed nulla pœna imminebat existētibus
in potestate respectu patris, præter actus nullitatē. Sed cū
correcta ratione legis lex ipsa correcta intelligatur, & nul
la alia ratione in liberis, qui essent sub potestate nostra pœ
na desierit esse imposita qn̄ ignominiose nubebant nisi qa
id matrimoniū non valebat, & ideo in quibus casibus vale
bat matrimonium pœna imponebatur, sequitur, ꝙ cū ho-
die matrimonium de iure canonico valeat, (ꝙ ius ēt in ter
ris Imperiū seruandum est) generaliter in omnibus liberis
(respectu etiam omnium parētum) tunc exhęredatio, quæ
olim matri & lineæ maternæ permissa erat, & ēt patri &
lineæ paternę respectu emancipatorum, habebit hodie lo
cū in patre, & linea paterna ēt respectu filiorum filiarūq;
familias. Quòd aūt correcta ratione legis lex ipsa videatur
correcta, probatur in l. 1. C. de ind. vid. vbi per doct. & in l.
vn. in princ. C. de caduc. tollendis, vbi per Corneū, & alios
plene Tiraquell. de caus. cessante, in prin.

Denique longa differentia est inter filium & filiam. Nā se
639 cundum mores hominum †non requiritur tāta castitas in
masculis, vt in fœminis, vt docēt Iaso. & alij, vbi diximus
in l. in arenam, C. de inoffi. testa. per nos in §. 30. Et indubi
tatum est secūdum mores hominum perire honorem fœ
minæ, quæ cognita, deflorata, stuprataq; est ab alio, quam
a viro suo. Ergo si filia sine cōsensu patris nupsit etiam ho
nesto viro, quo casu iure ciuili matrimonium non valebat
merito eodē iure ciuili exhæredari a patre poterat, licet id
matrimonium non valeret, quia iam illius filię honor per
sui deflorationē perierat, per quod ipsius patri ingens lęsio
dolor,

dolor,dedecus contumeliaque infertur.Non sic quando si
lius honestæ fœminæ citra patris cõsensum nupsit,quo ca
su licet matrimonium non valeret iure ciuili,ipse filius nul
lum decus subibat,aut patiebatur,neque eius pater, cum li
ber,integerq; secundum mores hominum maneret, vt al-
teri honestæ fœminæ de cõsensu patris nubere posset,sic-
que in terminis iuris tam communis quàm regij tale ma-
trimonium a liberis masculis citra parentum,in quorũ erãt
potestate,contractum,non merebatur exhæredationem.
Secus autem in fœminis. Et hæc est veritas a nemine eorũ
prȩuisa,in quorum scripta inciderim.

Dic ergo,ꝙ liberi sine patris voluntate nubẽtes , puniũ
tur.Intellige multipliciter.Primò ꝙ puniuntur in legitima
quia possunt impune exhæredari.Secundò puniũtur in do
te,quæ talibus põt denegari. Tertio in donatione propter
nuptias,quæ similiter eis denegatur. Quartò puniuntur in
alimentis,quæ similiter eis possunt denegari. Et has qua-
tuor cõclusiones intellige tripliciter.Primò quando filius-
fa.ignominiosam duxit vxorem.Secundò, quãdo filiaf.nu
psit indigno,& turpi viro. Tertio intellige in reliquis libe
ris , qui quoquo modo ad querelã vocari possunt, siue illi
in potestate eius cuius de hæreditate agitur , sint : siue sint
emancipati vel quauis ratione in eius potestate non sint
Quartò intellige vt procedat non solum de iure ciuili, sed
etiam de iure canonico.

Quid autem si matrimonium non ignominiose,sed ho
neste cõtractum esset,sine consensu tamen patris? Et tunc
si esset statutum,ꝙ matrimonium si a liberis factũ esset si-
ne patris consensu possent tales liberi exheredari , tunc ta-
les liberi possent etiam hodie exhæredari,hoc primo. Pos
sent etiam alimentis priuari,hoc secundo. Possetq; eis dos
denegari,hoc tertiò. Ideq; in donatione propter nuptias,
hoc quartò.Idq; tam in filijsf.quam in filiabusf.hoc quin-
tò. Quæ quinque conclusiones sunt ex mente quorũdam
contra communem,vt suprà retulimus.

640 Ex superioribus infert indubitanter valere† d.l.49.Tau-
ri , quæ pœnam imponit contrahentibus matrimoniũ clã
destinum,& etiam testibus assistẽtibus. Nam vt de iure ca
nonico tale matrimoniũ contrahentes puniũtur,ita quoq;
& de iure ciuili puniri possunt.

641 Infertur etiam valere legem† .5.ti.de los casamientos,li.
3.fori , vbi pœna exhȩredationis imposita est filiæfa.quæ
absq; patris maritisve consensu nubit,etiam si id matrimo
nium clandestinum non esset.Nam vt diximus, hȩc pœna
non tam consistit in suo amittendo, quam in lucro, & be-
neficio denegando,quod nullo iure vetitum est.

642 Infertur similiter valere legem† .5.tit.7.par.6.& l.10.tit.
1.par.4.permittentes eandẽ exhȩredationem simili ex cã.

643 Infertur,ꝙ l.2.ti.de los matrimonios,li.5.or. quatenus
disponit,ꝙ filia,quȩ cum famulo,vel seruo patris sui inscio
patre matrimoniũ contraxerit,valet , habetque vim legis,
quatenus vero disponit , ꝙ prȩterea amittat alia bona sua
vndecunq; quæsita,non valet.Ratio differentiæ, quia pri-
mo casu non tã pœna, quã beneficij,lucriq; denegatio est,
nec vitium est aliquẽ a matrimonio contrahẽdo arceri me
tu lucri,vel beneficij cessantis. Secundo autẽ casu mera pœ
na est,quæ matrimonium licitum contrahẽtibus immine-
re non debet.Et similiter quatenus disponit,quòd ipse vir
in exilium mittatur,nõ habet vim legis.Idemq; in reliquis
pœnis ibi impositis. Quæ omnia sunt ex mente & senten
tia communis opinionis supra relatȩ,prȩter primũ,mebrũ
quod est contra communem opi. supra relatam.

644 Infertur similiter,ꝙ† l.4.titu.de los matrimonios, lib.5.
ord.quatenus disponit,ꝙ soror,quæ erat sub cura, vel cu-
stodia fratrum potest exhæredari & priuari ab hæreditate
paterna,vel materna iam sibi quæsita , si quidem nupsit ci-
tra consensum fratrum,similiter non valet talis lex . Quia
priuatio eius,quod iam nostrum erat mera pœna est , quæ
huiusmodi matrimonijs, quæ licita sunt de iure canonico
& diuino imminere non debet,ex mente & sentẽtia com-
munis opi.suprà relatȩ.

Subinfertur grauiter errasse Ioannem Lupum qui in rȩ
petitione c.per vestras,§.4.& 5.& 6.& 7.de don.inter virũ
& vxorem simpliciter,incautus,atque securus cum legibus
645 illis transit,intelligens† vim,potestatemq; legum eas indi-
stincte obtinere. Quæ omnia ab eunte fere pueritia nobis
insita fuerunt , eaq; olim inter plura quam 700 paradoxa
publice defendimus.

Sed quid si filia,qúæ citra patris consensum nupsit,in-
gressa est monasterium viuo patre,an adhuc poterit exhȩ-
redari,an vero per talẽ monachismũ purgetur, & deleatur
646 illa causa † exhæredationis,quȩ ante monachismum iusta
erat,& quasi ad non causam redacta videatur, vel purgata
intelligatur.Loquimur in terminis iuris regij, vel vbi esset
statutũ,ꝙ filia citra patris consensum nubens,posset exhæ
redari,vel qñ in terminis etiam iuris cõis ignominiose nu-
psisset.Et cum quæstio hæc ex facto in prætorio Pinciano
ageretur,Ioan.Lupus de pala.Rub.in l.49.Tauri.refert iu-
dicatum fuisse contra filiam exhæredatã, explosamq; fuis-
se querelã inoffi.test.a monasterio filiȩ nomine institutã.
Egregius aũt Emanuel in l.Gallus,§.& quid si tantũ, ff.de
libe.& posth.in.3.parte.nu.200. ait illam sententiam iudi-
cum in terminis iuris communis defendi posse , licet iuste
ius cõmune prȩtermitti potuerit a iudicibus Hispanis,quo
rum princeps non subest legibus Imperij.Sed certe etiam
in terminis iuris cõmunis magis est,vt per ingressum mo-
nasterij factum viuo adhuc patre iusta illa exhæredationis
causa cessare videatur,& redigatur ad nõ causam. Nã cau-
sarum exhæredationis quædam respiciunt principaliter of
fensam patris , vt si verberatus sit, & hȩ nulla pœnitentia
delẽtur,sed tantũ patris ipsius remissione & indulgẽtia vt
diximus supra eod.l.in arenam.Et denique quædam sunt,
quæ principaliter respiciunt turpitudinem , & ignominiã
ipsius exhæredati,& hȩ tolluntur,& euanescunt per pœni
tentiam,vel emandationem ipsius exhȩredati,si contingit
ea emandatio viuo adhuc testatore veluti si filius arenarius
vel minus esse desierit viuo testatore,vt diximus in dictis
locis,& probat tex.in auth.vt cum de appell.cog.§.causas,
versi.si prȩter,ibi,& in hac professione permãserit ,& hoc
casu per emendationem exhȩredati cessat virtus & iusti-
tia exhæredationis,etiam si per talem turpitudinẽ effectus
esset infamis de iure, & de facto,vel de facto tantum,vt di
ximus in d.l.arenam,licet,hȩc ignominia per emendatio
nem non desinat redundare ex toro in dedecus & ignomi
niam totius sobolis ipsius exhæredati,vt argu.in c.infami-
bus,de reg.iur.in 6.cum materie.Tunc sic.Per ignominio-
sum matrimonium non potest tanta ignominia contrahi,
quanta contrahitur ex alijs causis per quas inducitur, vel
irrogatur infamia iuris, & facti , vnde cũ in illis causis ad-
mittatur emendatio ad euacuandam axhæredationis iusti
tiam,multo magis hoc casu admittetur.

Ergo aut matrimonium cõtraxit cum indigno per ver
ba de præsenti,& antequã esset copula inter cõiuges, suc-
cessit monachismus, & tũc sine dubio cessat virtus exhæ-
redationis longe facilius,quam si mimus,vel arenarius esse
desijsset,idq; in terminis iuris communis.

Aut matrimonium contraxit honeste citra consensum
tamen patris,sed tamen antequam interueniret copula,in-
gressa est monasterium,& tunc similiter licet esset statutũ
ꝙ hoc casu posset exhȩredari,certe per talem matrimoni
cessationem cessabit virtus exhæredationis, monasteriũq
poterit proponere querelã. Vnde infertur idem fore in ter
minis iuris huius regni. Quæ omnia procederent forte,
si copula interueniret , & morte mariti viuo adhuc patr
matrimoniũ cessasset præsertim si inde soboles nulla pro
cessit.Ergo in quibus casibus filia iuste potuit exhȩredar
in illis si sub conditione instituatur, conditio non reijci
tur.Sicq; l.nostra limitabitur.

647 An autẽ iuxta exhæredationis † causa per monachism
deleatur, vi tex.in l.Deo nobis,§.1.C.de episco.& cle.
Accursius,Alberi.Sal.Bal.Paul.Faber,Cinus,& alij.Ial.
4.Alex.nu.8.in authent.non licet C.de libe. præt. vi.etia

text.in fi.19.q.Abb.consi.27.nu.2.lib.2.Hippolyt. in rub. de fideic.nu.116.Ripa in l.1.nu.71.ff.solut.mat.Ro.num. 479.Campegius.in tract.de dote,in 1.par.q.47.Feli.in cap Rodulphus,nu.6.de rescrip.Guili.Benedict.in c.Rainu.in §.in eodem testamento relinquens.2.nu.37.de test. Chas. saneus in consti.Burgund.in rub.Des iustices,§.5.nu.103. Acosta in d.§.& quid si tãtum.3.par.nu.195.Dec.in auth. ingressi.in prin.C.de sacrosf.eccl.Are.in l.3.§.filius, col.pe. ff.de lib.posthu.Curti.Iuni.in d.authen.non licet,col.2.Ri pa.in l.fi.C.de reu.donat.q.67.Alcia.parerg.lib.4.ca.23.Co uarru.in c.Rainu.in prin.nu.20.de testa.Et communis op. est,ꝙ per monachismum tollatur causa,quæ respicit principaliter turpitudinem exhæredati, non quæ principaliter respicit offensam testantis. Et ad ea quæ suprà diximus cir
648 ca potestatem,l.ciuilis in iuramentis,& matrimonijs, adde auth.sacramenta,C.si aduers.vend. & Ias.col.fi.in auth. sacramenta puberum,& gl.fi.in l.adigere,ff. de iure patr.& Add.Bald.in rub.C.qui ad mi.& ad c.debitores,& c.ad nostram,& c.2.de iureiu.dic, indubitatũ est leges siue ciuiles, siue canonicæ, ꝙ possunt inducere præsumptiones etiam contra illud,quod probabiliter gestum est, vt cum præsumunt nõ cõsensisse, qui annuit capite l.1.§.si quis ita,ff.de verb.oblig.ergo vt l.præsumit non consentire qui nubit ante.12.vel 14.annum ita potuit idem præsumere ante annũ. 25.vt non magis isto, quam illo casu matrimonium ratum sit.Quod est verissimum,si l.ciuilis posset inducere matrimonium ne ante annum.14.valeret. Sed nec illud potest. Nam si re vera impuberes consenserunt, tunc matrimonium etiam in foro contentioso canonico (ne dum apud Deum valuit.Est enim matrimonium exemplum a iurisdictione laicorum,c.ecclesia sanctæ Mariæ,de cõst.Infero non valere,l.ciuilem dicentem filiamfa.ante annũ.25. non posse nubere absq; patris consensu,valebit,enim matrimo niũ cõtrà factum,sed & pœna contrarium facienti inutiliter imponetur eademque pœna inutiliter testibus intercedentibus imponetur.Idem in tabellione. Quæ omnia, vt suprà attigimus,communiter app. Infero contra mentem communis opi.de qua per Ias.vbi suprà,ꝙ l.ciuilis non poterit inducere præsumptionem, vt matrimonium contrà factum,dolo factum,metuq; præsumatur, non quoq, ꝙ simulatum videatur,vel fingatur.Quia ꝙ dicitur l.ciuilẽ habere potestatem præsumendi,vel fingendi,id intelligendũ in emptionibus,venditionibus, testamentis, & similibus eius iurisdictionis subiacentibus,non in matrimonijs, iuramentis,& similibus iurisdictioni canonicæ subiacentibus. Qua ratione infero,l.canonicam posse inducere, vt matrimonium a filiaf. absq; patris consensu saltẽ requisito cõtractũ,videatur simulatũ,vel dolo,seu metu factũ,vel ꝙ vsq; ad annum 25, nullus ad matrimoniũ contrahendum satis idoneus videatur quo ad consensum,argu.§.pe.& fi. Inst. quibus ex cau.mat.non licet.Infero, ꝙ in terminis authen. sacramenta,suprà all.l.ciuilis non potest fingere,vel præsumere,ꝙ minor iurans contractum, videatur dolo, metuue adductus, ꝙ ve cõtractus videatur simulatus,ea enim præsumptio est super iuramento ad eius iurisdictionẽ non pertinente.Tamen põt inducere,vt licet consentire videatur, tñ possint omnes contractus etiam iuratos contrauenire, non secus,ꝙ si iurati non fuissent,non ex eo capite, ꝙ contractus fuerit simulatus,vel dolo, metuue initus, sed ex eo capite, ꝙ iuramentum non trahitur ad incogitata, minor autem non videtur voluisse se obligare cum læditur, & de læsione sui facilitate non videtur cogitasse, cum generaliter iurat se non contrauenire contractui.ratio disse.quia ꝙ minor non videatur cogitasse de læsione, id non contradicit,sed consonat præsumptioni canonicæ,quod autem interfuerit metus,dolus,simulatio, id præsumptionibus tam ciuilibus quàm canonicis contrarium est, & quatenus canonicæ repugnat,egreditur iurisdictionem .Ergo cõtra d. authen.sacramenta,ire l.ciuilis modo prædicto,poterit,scilicet præsumendo, quòd minor de læsione non cogitarit, sicq; eo casu nõ videatur iurasse.Nec obest.c.2. de pact.li. 6.nam loquitur in iuramento maioris, qui læsionem intellexisse,& cogitasse videtur,ergo d.authen.cùm sit l.ciuilis, poterit tolli lege ciuili.Et cum mens iurãtis soluere vsuras sit soluere cum effectu vt non repetat, negari non potest, quin si soluens sponte repetat,saltem mentaliter,licet non verbaliter periurus fiat,c.quacunque arte.22.q.5. Ne ergo iste periurus fiat,intellige c.debitores,& c.ad nostram. 1.& 2.de iureiu.ꝙ debet soluere,nec vltro potest repetere.Sed si iudex vsurarium compellat restituere, tũc potest accipere,lex enim canonica cautum voluit, vt nec iurans peieraret,nec vsurarius aliena tenẽs in peccato maneret.Quòd si dicta ita generaliter velis cum communi intelligere, vt vltro iurãs possit repetere,dic,ꝙ licet verba regulariter cũ effectu prolata præsumantur, tamen odio vsurarum non fit illa interpretatio,sed verba sumuntur vt iacent,vt iurãs non videatur cogitasse nisi de solutione tanum facti. Sed tunc fortiter obst.d.c.quacuuque, vnde magis placet præcedens intellectus.

Infero, ꝙ si Imperator, vel comes ab Imperatore datus filium clerici spurium legitimet ad succedendum in bonis patrimonialibus ipsius clerici, licet videretur valere legitimatio quasi exerceatur in persona filij,qui laicus est,& respectu bonorum non ecclesiasticorum,sed laicorũ,tamen non valebit,quia per hoc impunitus foret clericus de peccato,quod cõmisit,liberos irreligiose spurios suscipiendo. Item inuitarentur clerici ad spurios filios habendos contra l.1.& fi.C.de natu.lib. I em si propter castitatis casum vitandum naturales liberi parentibus laicis non succedũt, quanto magis parentibus clericis spurij filij succedere nõ debent,cum illis longe maior castitas debeatur?Itẽ & fortius,ꝙ iute ciuili cautum fuit, vt illegitimi filij non succederent,id iure canonico approbatum est c.per venerabilẽ, in fi.qui filij sint legit. facit per totũ de succe.ab intestato, maxime,c.2.ibi parentibus, nã de liberis nullã fecit mẽtio nẽ,quasi pro constanti haberet illos improbos, detestãdos insuccessibilesq; esse,adeo, vt p l.ordin.suprà all.ẽt a cõsanguineis patris capere nil possint. Ergo si id iure canonico approbatũ est licet ius ciuile cesset per dispensationẽ principis,superest impedimentũ iuris canonici,ergo, &c. c.ecclesia sanctæ Mariæ,de cõst.Facit l.scire,cũ gl.C.vt in possess. legat.Ad c.per venerabilẽ,in fi.quod innuit,ꝙ in vi tantũ iuris ciuilis ea prohibitio nititur,vt filij clerici nõ succedãt resp.ꝙ non loquit̃ in filijs clericorũ,sed illius regis,de quo ibi.Costat enim principem secularem posse dispensare cũ filijs naturalibus laicorum.Item ibi Papa non vult dispensare,has reddens rationes, ꝙ naturalis tantum lege diuina, item etiam canonica,item(quod plus est)etiam ciuili propter casum castitatis vitandum sunt insuccessibiles. Vnde turpe esset,si Papa admitteret,quod & leges vetarẽt profanæ.Non autem fuit sensus, ꝙ ibi ille decisiones ciuiles manerent in vim legis ciuilis vel in vim tantum legis ciuilis. Patet,quia ibi fit mentio de lege ciuili denegante alimenta spurijs,q̃ constat abrogatum esse c.cũ haberet, de eo qui duxit in matrimonium.Quæ omnia alibi plenius ostendimus,& gratia tantum disputationis dicta intelligas.

Denique leges humanæ non tenent personas, aut materias ecclesiasticas,c.eos qui.de immuni.eccle.lib.6.Hippo. sing.29.Bar.Fel.Dec.& alij in c.ecclesia sanctæ Mariæ,de cõst.Ioan. Sainson.in cõst. Turon.fol.289.col.2. ad finem primi arti. Vnde licet l.4.ti.1.lib.3.ordinam.& l.24.titu.2. eod li.& l.7.& l.25.tit.3.lib.1.l.3.& l.7.tit.14.lib.3.ordi. & l.26.tit.2.eod.lib.potuerint disponere,ne iudices ecclesiastici caperent bona,aut personas laicorum, tamen non potuissent disponere, quòd bona immobilia non trãsirent in clericos,aut ecclesias,aut quòd res eis acquisitæ ex necessitate breui tempore alienarentur, nisi id fieret ex concessione,aut dispensatione Papæ . Et ita sancitum, vel saltem intellectum videtur,& mente & sententia legis comprehensum in Comitijs(quas Hispane Curias vocamus) Vallisoletanis anni.1523.petitione 46. & in Comitijs Segobiensibus anni 1532.peti.61.& in Comitijs Madri.anni.1534. petitione.

petitione.9.& 18.& 21. Etenim clerici oĩum rerũ humanarũ acquirẽdarũ capaces sunt,nõ secus,quã laici, rerũ aũt humanarũ immobiles vtiliores reliquis esse videntur, per totum,C.de prædi.minorũ,per totũ,ff.de reb.eor.inq; hu iusmodi rebus vita nostra fere sita est l.aduocati.cũ ibi notatis,C.de aduo.diuer.iudiciorum. Ergo huiusmodi leges. quæ clericis vetarent talium rerũ acquisitiones, aut moderarent,in eorum pernicie non dubiè tenderent, siq; iurisdictionem laicorũ principum, aut legislatorũ egrederentur.

Vnde infertur intellectus ad l.3.in quaderno Alca.vbi habetur clericos,ecclesias,monasteria illius vectigalis (ꝙ Alca.Hispanè appellatur)immunes esse, & iure. Nã & id erat in terminis iuris communis, quod hac in re principes nostri immutare non possent in læsionem ecclesiarũ, aut clericorum,vt plene per Dec. consi.496.in prin.Firminianus de Gabellis.7.q.prin.nu.9. Abb.in c.1.col.fi.de censib. idem Abb.in c.non minus, de immu.eccl. & in c.ex lit.de vita & honest.cleri.Deca. Segouien.de liber.christ.par.1. q.2.est receptissi.opi.Sic ergo & in proposito,&c. Verum quo casu clerici immiscerẽt se laicorũ negotijs,cõmercijs, & similibus,quę ab ordine,vita & honest.cler.abhorrent, tunc eo priuilegio nõ gauderẽt. Vnde clericus negotiator tenetur ad taliũ vectigaliũ solutionem, non secus,quã laicus.Et est recepta sentẽtia,vt per doc.per tex.ibi in c.quanquã,de cẽsib.& in clem.Pręsenti,per tex.ibi.eo.ti.Dec.nu. 57.in d.c.ecclesia sanctæ Marię,de const.vbi.Feli.n.104.cũ seq.Grego.Lupus in l.50.ti.6.par.1.Card.in d.Cle. Pręsenti.nu.9.Tiraq.de vtroq; retract.lib.1.§.32.glo.1.nu.80.

Vnde infertur declaratio ad.c.103.in Comitijs Seg.anni 1532.vbi habetur,ꝙ omnes illi,qui possunt aliqua immunitate gaudere quo ad illud vectigal (quod Alca.appellat) immunes tantũ intelligantur, quatenus egent ad domus, familęq; suæ pabulum,victumq;,ac vestitum, & cętera id genus,nõ sic quo ad ea,quę negotiãtur, mercatorũ more. Id quod similiter per dic.l.3.in quaterno.Alca.expressum fuit.Id ergo nõ iure communi ciuili, aut canonico pugnare,aduersariq;,sed consonare, & respondere intelligẽdum est, quasi clerici tunc non vice clericorum, sed laicorũ vti videantur,laicorumq; personas reprę sentent,nam & tunc suo priuilegio renuntiasse videtur, vt in simili ait l.fi.tit.de los caualleros,lib.4.ordi.ibi. Ningun cauallero,ni hijo dalgo pueda ser perso por deudo que deua, saluo si fuere arrẽdador,ò cogedor de nuestros pechos è derecho, porq; en tal caso el mesmo quebranta su libertad.

Quo casu dubitari potest, si clericus foret cõductor gabellarum regiarum, aut vectigalium, an vinculis a iudice ẽt laico competẽte(quales nos sumus in nostro rei domini cæ summo Pretorio)posset detineri,quasi clericus ille suo priuilegio fori renuntiasse videatur,argum.di l.fin.Mouet quęstionem,ꝙ id tolerabile videretur quodammodo,vbi id vsu inueterato receptum esset vt per Guili.Bened.in ca. Rain.de test.nu.322.in verb.& vxorẽ noĩe.Faber.in §.fi.n. 8.Inst.de satis.Bal.in c.cũ venissent,col.3. de eo qui mit.in pos.cã rei ser.idẽ Bal.in auth.clericus,D.de episc.& cle.qui tñ intelligunt vix tolerabile esse laudabile autem minime.

Quod autem eo casu admitterem,cum tempore cõductionis vt laicus ille incederet, seq; laicum mentitus esset, argu.per totum,C.si minor maiorem se dixerit. & argu.l. 1.cum ibi notatis per doc.C.de test. & in l.Barbarius,ff.de offic.præter. Neq; enim aliter per regis summos rationales ad taliũ cõductionẽ vectigalium admitteretur, & hoc casu videtur procedere,l.16.& l.17.ti.3.lib.1.ord. Nã & in terminis iuris communis clericus coniugatus non aliter videtur gaudere priuilegio fori,quàm si in habitu,& tõsura clericali incedat.Lapus allegatione.118.Id quod licet ab omnibus receptum sit quo ad terminos,c.si quis suadente 17.q.4.tamen quo ad priuilegium fori non sic videtur receptũ,nã impugnaĩ ab Hippolyto singulari.383. Clericus ĩcedẽs,post Ioã.And.& Car.in c.perpẽdimus, de sent.exc. quasi clericus & si expressim velit,tñ nõ possit renuntiare ẽt cũ iuramento priuilegio fori c. si diligenti.de foro cõp.

Illud aũt mirandũ est, qua fronte clerici (vt sæpe vidimus)studeant vectigalia regia subtrahere modo,modo aũt tẽ subtrahentibus opem ferre,existimãtes forte in foro animæ non teneri ad pœnas talibus fraudatoribus impositas. Quod licet verũ esset,tñ non ideo minus tenebuntur in foro animę ad restitutionẽ vectigalis fraudati,non secus quã fur tenetur ad rei subtractæ restitutionem, licet nõ sic ad pœnam legalem. Et in fraudatoribus gabellarum tenetur id cõmuniter,vt per Bald.in l.vt vim,ff.de iusti.& iur.lect. 1.per Caietanum in summa.verb.vectigalia, estq; cõmunis opi.vt per Soci.fallen.164.Alfonsus a Castro de potestate legis pœnalis,c.10.lib.2.Segu.de bon.lucr.const.matrimonio,nu.233.vbi per addi. Dominicus de Soto de iusti.& iur.lib.3.q.6.art.7. Quod intelligendũ est, dũmodo illud vectigal sit licitum.Sicq; nimis dolendũ est, ꝙ facile omnes pleriq; studeant pręsertim mercatores.hmõi vectigalia fraudare in certam animarũ suarum internecionẽ.

Et Hispaniæ vsu venit,vt legum non paucæ latæ ad bonũ publicũ,per interuentum clericorũ fraudentur. Quale est in terminis pragm. latæ in Curijs Pincianis anni 1548. fol.39.cum seq. vbi vetitum est sub pœna reuendere triticum,& omne genus frumenti, cùm vsibus edocti simus id reipublicę perniciosum lõge fururum,fuissetq; semper. Quod cum laici facere legalium pœnarum metu non audeant id faciunt per interuentum clericorum,damnũ non dubium aut leue reipulicæ inferentes,quos peccasse dubiũ non est.Quia leges pro bono publico latæ ẽt a principe seculari obligant ad sui obseruationẽ clericos,non secus quã laicos,licet ad pœnæ restitutionẽ non ligent,vt per Felinũ in c.audiuimus,de simo.& alios, quos supra retulimus,& alibi plenius.Facit l.addictos, C.de episco.audi.Alibi tñ latius quia id in clericis nõ sat expeditũ,licet sit ęquũ, aliter enim leges pro bono publico latæ eluderentur per interuẽtũ clericorũ.Vnde ẽt statutum laicorũ secundũ quosd.quasi latum semper intelligatur pro bono publico, clericos ẽt tenet,arg.c.clerici de vita & honest.cleri.Quod nobis placet,quia tunc clerici vt lege canonica non secus & ciuili ligantur,hoc tñ casu ipsi clerici a iudice ecclesiastico nõ etiã a laico possent capi, & puniri.Ioan.Lup.in c.per vestras,§. sed pulchra.de dona.inter virum. Platea in §. itẽ lex Iulia, Inst.de pub.iudi.Et vt ius canonicum approbauit ius ciuile Romanorum c.1.& 2.cum ibi notatis de op.no.nun.ita & ius ciuile Hispanorũ,vt illico probabo. Vnde ius cano. & ius ciuile tã Romanorũ quam Hispanorũ veluti vnum ius intelligi potest,& constat pluribus partibus, nam & ius ciuile Romanorũ constat multis partibus,vt Insti.de iure nat.ꝑ totũ ergo vt leges Romanorũ tenẽt ẽt clericos quatenus iuri canonico nõ aduersanĩ,ita & leges Hispanorũ.

Denique redeundo ad leges nostras regias quatenus nõ solũ in matrimonijs,vt supra ostendimus, sed etiã in alijs abscedunt aliquãdo a iuri communi tam canonico quàm ciuili,cum constet leges nostras esse quo ad nos ius cõmune, quia Hispaniarum Rex in tẽporalibus nullum cognoscit superiorẽ,glo.in c.Adrianus.63.dist.verb.per singulas est singu.secundum Corsetum de potestate regia.q.22.nu 19.q.101.nu.66.Ioan.Lup. de benefi. in curia vacan. §.8 Seg.in l.Imperator.nu.5.ff.ad Treb. idem in l.cohęredi.§ cum filiæ,nu.19.ff.de vulg.l.5.tit.de las leyes,lib.1.ord.l. tit.12.eod.lib.l.2.vbi Castellus & alij in legib. Tauri.

Videndum ergo est,an iure nostro deficiente,ius canonicum,aut potius ciuile Romanorum sequi debeamus.E sunt qui putent ius canonicũ potius quã ciuile, vt per Io Lup.in rep.rub.nu.15.fol.2.Castellus in l.1.Tau. tangit aliud & melius inclinãs Mich.Cifõti.in l.3. Tau.q.1.quo verius est.Quia ius nostrũ,ius cõmune Romanorũ, no Pontificum videtur approbasse,vt in legibus supra citati nisi in materia mere spirituali,vt alibi per nos plenius.

649 Deniq; aut †lex canonica aliquid propter vitãdum pe catum disponit,idq; declarat,aut declarat se disponere, n propter vitandum peccatũ, sed propter alias subditorũ v litates, aut simpliciter disposuit, nihil horum declarand

Prim

Primo casu præualet iuri ciuili quod in contrarium antea, vel postea statutum fuisset & consequenter longe facilius si a iure ciuili ea in re nil cautum esset, etiam in foro ciuili 651 seruanda esset. Idque intelligitur tripliciter. Primò, quãdo l. canonica id statuit ob vitandum peccatum certum. Secũdo, quando ob vitandum peccatum præsumptum. Terrio, ob vitandam etiam peccati occasionem. Rursus intellige hos tres casus prædictos, siue l. canonica procedat inductiue, siue approbatiue. i. siue induxerit id quod a lege ciuili inductum iã erat, & sic approbauerit. siue etiam a lege ciuilis casus omissus fuerat, siue etiam cõprehensus, sed in cõtrariũ eius, qđ canõ statuit. Ita intelligo, c. 2. de pac. nu. 6. c. cum contingat, de iurei. c. licet mulieres, eo. tit. in 6. Secundo casu, quando processit, l. canonica propter alias subditorum vtilitates, seruabitur in terris tantum ecclesiæ. Ita intelligo c. filius, & c. cum esses, de testa. cum simil. Idem tertio casu, quia præsumam, l. latam propter alias subditorum vtilitates, non propter vitandum delictum, quia omnia cẽsentur permissa, quæ nõ reperiuntur expressim prohibita, l. necnon, ff. ex quib. cau. maiores.

Intellige quando dispositio. l. canonicæ & ratio, in qua fundatur est rationabilis, & probalis, secus si facta videatur ad æmulationem, & vsurpationem iurisdictionis, laicorum. Vnde si l. canonica diceret, Nõ sufficiant in testam 7 testes ratio, quia contrarium est peccatum, vel peccati occasio, non est seruanda, nisi tantum in terris ecclesię. Nam & si Imperator diceret, Iuram. super contractibus interpositum non seruetur, quia id non est peccatum, similiter, l. hunc modũ inducens non valeret, argu. eorum, quæ tradũtur in c. quæ in ecclesiarũ de consti. & quæ suprà diximus.

Deniq; an hęc sint in foro cõtẽtioso seruãda? Dic ꝙ in ijs, quę mere spiritualia non sunt aut a spiritualibus non dependẽt etiam si lex ciuilis contradicat iuri canonico, obseruanda est in terris Imperij, cũ principaliter non quærat̃ de periculo animæ. Ita singulariter Ang. de Peru. in cõs. 233. in fi. vbi dicit, ꝙ si aliud diceremus, extincta esset potestas Cęsarea, & gladius temporalis. Et vltra hoc est cõis cõclusio, ꝙ qñ ecclesia, & laicus litigant in foro seculari, in decidendo quo ad laicũ seruabuntur leges. Ita dicit Mari. Soc. in c. fi. de foro compe. prope finẽ. Ex hoc dicit bene Bal. in fin. verb. cõs. 285. 3. vol. cõi. Tribunalia distingue in disceptationibus fori. Legista aũt militat iu foro Iustiniani, Canonista aũt triumphat in foro beati Petri. Idẽ in effectu dicit Host. in sum. de test. in §. qualiter conficiant̃, vers. si verum, vbi dicit, ꝙ si causa testamenti clerici versatur coram iudice seculari, seruabitur lex humana. Id quod duobus in casibus procedit. Primus, qñ res illa, qua de agitur, indubitáter profana erat, terrena, vel caduca. Secundus, qñ dubitatur, argu. text. in l. necnon, §. quod eis, ff. ex quib. cau. maio. & l. super statuas, C. de religiosis & sumptibus funerũ. Tradit Michael Cif. in d. l. 3. Tau. q. 1. Ioan. Bern. in pract. cau. crimi. c. 60. & cap. 136. Cundisaluus in c. constitutus, de integ. rest. fol. 7. contra Abb. in c. cum esses, de testam.

Et multo minus dubitationis vidẽtur habere prædicta 650 post † l. regis Alfon. approbatam per l. 1. in legib. de Toro, per quam tollitur omne dubium, de quo per gl. & doct. in c. ꝙ clericis de foro compet. qñ in ordinarijs vel decisorijs sunt seruandæ leges fori, vbi causa tractatur, per prædictas leges regni decitur, ꝙ terminandæ sunt secundum ius nostrum regium, non solum in ordinatorijs processus, sed in decisiuis. Et Abb. in d. c. quod clericis, fi. col. dicit, quòd similis, vel statutum licet cõtra canones valet, & tenet, quia etiam populus subiectus ecclesię in tẽporalibus potest statuta rationabilia condere, & secũdum illa viuere, licet sint contraria canonis sanctionibus, nisi sint reprobata, vt in c. 1. de const. li. 6. Maxime in terris Imperij, vbi sola l. Cæsaris seruanda est nisi in spiritualibus, in quibus semper seruãda est l. Papę, vt singulariter per Calder. cons. 18. ti. de cõst.

Quod maxime procedit, quando per talem legem regiã non inducitur peccatum certum, & indubitatũ, vel peccandi certa & indubitata occasio, quia oẽs principũ leges sanctę, iustę, tolerabilesq; esse p̃sumunt̃, arg. l. 2. & 2. ff. de legi. l. humanũ, C. eo. ti. c. erit aũt lex. 4. dist. De quo alibi pleniꝰ.

Illud autem dubiũ est, an † lex ciuilis teneat ecclesiasticas personas, vel contrà? Et quidem plena iurisdictio consideratur quincupliciter, scilicet ratione personarum, rerum locorum, temporum, causarũ, & c. argu. §. plus. In. de act. Ergo cũ quæritur, vt distinguantur iurisd. Papæ, & Imperatoris, Respon. de tẽpo. & loco. non agendũ, quia vtriusq; iurisdictio & tempore perpetua, & loco est vniuersalis. Fallit in terris ecclesiæ quæ ex toto eximuntur ab Imperatoris iurisdictione tam in rebus terrenis, quàm æternis. Non quoq; de causis agendum, quia in laicis Imperator, in clericis Papa plenissimam habent iurisd. in contractibus, delictis, vl. vol. Sup̃est, vt de reb. p̃sonisq; agatur, sermoq; fiat.

Et quidem in rebus fidem catholicam, religionem, peccatum, animarum salutẽ, ecclesias, pia loca, eorumq; bona spectantibus, in cõfesso est nullam Imperatorẽ habere iurisdictionem, quininimo ex toto ad Papã pertinere respectu tam laicorum, quàm clericorum. In rebus aũt caducis, atq; terrenis, non dubiũ, quin laicorum iurisdict. sit solus Imperatoris, c. quoniam, & p totum. 10. dist. Sed an idem in clericis? Et videtur ꝙ sic, vt ibid. cũ sim. sed cũ is in clericos potestatẽ nõ habeat vt in res, bonaq; eorũ habebit. Ad solutionem præmitte, ꝙ iurisdictio est in quadruplici diff. Primo ex vi potestatis. Deinde ex vi confirmationis. Tertio ex vi summissionis, vel conuentionis tacitę, vel expressę, indiuiduæ generalis, vel indefinitæ. Postremò ex vi rationis cognitæ, intellectæ, vel præsumptæ. Dic ergo, ꝙ ex vi potestatis in clericos nunquam, vt quibusdã videtur, habebit iurisd. Non quoq; secundum quosd. ex vi confirmationis quia nõ reperitur per Papam vlla Imperatoris iurisdictio in clericorũ personas approbata, nos contra, vt suprà nu. 649. ad fi. Sed ex vi summissionis põt, vt si clericus petat a laico curã iudice seculari, tunc laicorũ forũ, eiuq; leges subibit. Quod & laico euenire, si a clerico in suo foro petere. Hinc est, & infero, ꝙ si bona & res soli sint ex forma statuti laicorum præscriptibilia triennio, vel inalienabilia in forenses, tunc bona successione, vel contractu ad clericos peruenientia illas leges subibunt idque & in ecclesijs forte recipiendũ est. Quod verũ, si post statutũ res peruenerat in ecclesiã, vel clericũ, ꝙ si postea statutum fieret, tũc in ecclesia dubito. In clerico aũt magis est, vt adhuc obtineat, etenim est res terrena, quæ Imperatori subesse negari nõ põt, & vt si iã statutũ factũ erat, res illa ea lege a clerico suscepta vr̃, similiter, & cum factũ nondũ erat statutum intelligendus est & de legibus futuris cogitasse, seq; submisisse. Nã & qui se alienæ iurisd. subegit, non leges tantũ pręsentes, sed & futuras subibit, argu. l. qui iure mili. ff. de mili. test. Ergo l. regni iubens, ne quisdã frumenta, fructus, reditus futuros alienarũ possessionũ conducat sub pœna amissionis bonorũ, comprehendet clericos, vt conducentes, incidant in pœnã bonorũ temporaliũ. Quod iuuat ex, eo ꝙ quotidie facimus præcepta iudicibus ecclesiasticis, vt deferant appellationibus sub pœna amissionis bonorum tẽporalium. Resp. id non iure constituto, sed præscripto descendit. Et clerici conducentes, non arctantur illo statuto, cuius prohibitio respicit principaliter personas, sicq; impune conducent, quia non tenentur ex vi potestatis propter personarum eminentiã. Non ex vi cõfirmationis, quia ius canonicũ non ius Hispanorũ vt Romanorũ approbauit. Non quoq; ex vi summissionis, conuentionisue, quia clerici se non summiserunt statuto, eiusue conditori. Nõ ex vi pręscriptioni, quia non reperitur per principes Hispanos, vel alios hac in re contra clericos præscriptũ nec forte præscribi posset. Non quoq; ex vi rationis præsumptæ ipsius statuti, quia negatur rationabile esse, vel præsumi a iure canonico, quod ipsi canonico iuri repugnat. Ad illud, Per me reges regnant & legum conditores iusta decernũt. Respõde, ꝙ procedit generaliter, & regulariter, sed subditos tãtũ ligat. Vel tunc demũ pręsumitur iustũ, cum fit ab habente potestatem, & in subditos. Hic autem vtrunq; deficit, quia nec

nec clerici principi seculari subsunt,nec is in eos potesta-
tem habet,sicq; deficiunt requisita,quæ concurrere opor-
tuit,vt iustum præsumeret.Vel dic, ꝙ prohibitio in re in-
differenti,quæ[illegible] est ista, vtcunq; iusta de causa (quod tamē
intelligas gratia tantum disputationis)fiat,seruan-
da est[illegible] subdictis,non ab alijs,maxime cū dirigitur in per-
sonas.Quòd si dirigatur in res,puta , nullorum fundorum,
qui sunt in regione nostra Hispaniæ fructus,reditusve con
ducantur quòd si contra fiat , tunc publicati intelligantur,
valebit tam pœna quam prohibitio, etiam si fundi sint cle
ricorum. Tum argu.eorum,quæ ait Bar.in l.si quis pro eo.
col.4.&.5.de fideiuss.Ias.in l.contra iuris,ff. de pact. Tum
etiam,quia id stat.iustum sanctumq; non solum a iure ciui
li,vt l.2.ff.de legi.sed a iure canonico præsumitur,vt illud,
& conditores legum iusta decernūt.Et vt res mea ob pub.
vtil.mihi auferri ex toto pōt,multò magis vsus eius modi
ficari.Simi.per Ias.in athent.sacramenta, C.si aduer. vend.
col.pen.vel fi.Simi.in l.regia prohibente iura.poni in con-
tractibus.Habetur late in l.si quis nec causam.ff. si cer.pet.
licet re vera id non satis tutum, aut expeditum sit,quia cū
res propter homines, nō aūt hoīes propter res fuerint crea
ti,magis esse videtur,vt fundus sequatur conditionē clerici
eū possidētis, q̃ vt clericus sequatur conditionē fundi sui.
652 Vnde magis est,vt†clerici,& eorū prędia immunes sint
ab omni tributo & vectigali,c. quanquam , de censib.li.6.
vbi gl.c.non minus,de immu.eccle.l.placet, C. de sac.eccl.
authen.item nulla,C.de episc.& cle.c.generaliter,§.placet
16.q.1.Gen.47.Esdræ.lib.1.c.7.l.1.tit.3.lib.1.ord.ibi,exē-
ptos deuen ser los sacerdotes è ministros de la igiesia de to
do tributo tex.in c.1.de immu.eccl.lib.6. & in cōci.Late-
ra.sessione.9. Syluester in sum.in verb.excom.9.§.21. Ca
ieta.in verb.excom.c.39. Antibolus de muner.3.par.§.4.
nu.32.Curt.iuni.consi.61.num.2.Quod procedit tam in
quæsitis,quàm in quærendis,vt d.c.1.& d.c.quanquam.

Proinde si pater fundum, aut domū filio dedit pro cōse
953 quēdo sacerdotio,is †fundus liber efficitur ab illo tributo
in posterū præstando,argu.l.cum facultates , C. de his qui
numero liberorū se excusant,lib.10.l.212.stili. Nā si rusti-
cus a milite prædium emerit,tributum subibit,licet liberū
esset prædium dū militis erat.Spec. in c.de censib. §.nunc
dicendum,l.ætatem,§.fi.de censib.l.3.§.1.ff.de muneri.&
honor.Neq; si priuilegiatus emerit a non priuilegiato,præ
sumitur fraus,l.non ex eo.C.de euicto.gl.in prin.Instit.de
vsuca.in verb.qui bona fide,gl.in c. fi.diligenti,verb.bona
fides,glo.in c.quoniā omne,verb.bona fide.& in c.sancto
rum,de præscrip.Con.consi.242.nu.12.lib.3.

654 Itaque qualitas rei nō † inspicitur,sed tantum personæ
apud quē reperitur.Bar.in l.Pau.nu.3.ff.de acq.hær.Tiraq.
de vtroq; retractu.lib.1.§.2.gl.13.n.12.c.1.de iure patro.
in 6.l.licitatio,§.fi.suprà alleg.Segura in l.3.§.fi.nu.119.ff.
de lib.& posth. Nam & bona ante sacerdotiū possessa,per
interuētum sacerdotijs libera fiunt ab omni munere, licet
antea non essent argu.in c.1.de immu.eccles. & in c. sicut,
cum ibi not.de ver.sign.lib.7.Geminianus,consi.113.

655 Quod intellige,nisi onus esset annexum † ipsi rei. Bar.
in l.is cū quo.nu.2.ff.de aqua pluuia.arcenda.Grego,Lup.
in l.55.in gl.clericos,tit.6.par.1.Ias.consi.20.lib.1.Bar.in l.
si diuina.nu.1.C.de exactoribus tributorum , lib.10.Facit
l.dolia,§.1.ff.de contrah.emp.l.inuitus,§. plerumq;,ff.de
reg.iur.cle.1.de supplenda.negligētia prælatorum,l.1.vers.
Otro sit.tit.3.l.1.ord.

Quod procedit , dummodo in fraudē fisci alienatio nō
fieret,l.pen.vbi Albe.C. de rescin.vend.facit,l.212.stili.&
l.59.tit.5.par.5.Facit etiam l.6.tit.9.lib.5.ord. Vnde neces
sario intelligenda est dic.l.6.dum in re dubia quando bona
tributaria alienantur in personam immunē pręsumit frau
656 dem,vt procedat eo casu †quo loquitur,nēpe quando alie
nans post talem alienationem minus idoneus relinqueba
tur,aliter enim l.ciuilis non potest inducere præsumptio
nē hanc, vt quod alienatur in ecclesiā, in fraudē tributorū
657 regalium †alienatū videatur.Ita Montal.in l.1.in gl.siem-
pre guardadas,tit.5.lib.1.fori.Io.de Platea,in l.2.C.de præ
dijs nauicu.lib.11.& in l.fi.C.de exacto.tribut.li.12.Greg.
Lup.in l.55.in verb.El rey.t.6.par.1.Dec.nu.52.in c.eccle
658 sias sanctæ Marię,de cōst.vbi Feli. n.76. & est † cōis secū
dū,Ias.in l.placet,nu.21.lect.2.C.de sacr.eccl.Bal.in l.nemi
nē,nu.3.eo.ti.& in auth.itē nulla , nu.4.C.de episc.& cleri.
idē Bal.cōs.28.li.2.& in l.fi.C.sine cēsu velreliquis,Roma.
in l.si publi.§.1.n.7.ff,de pupli.Imo.in c.fi.n.16. vbi Abb.
nu.13.de vi.& honest.cleri.Quod vr̃ expressum etiam iu-
re regio in l.2.tit,3.lib.1.ord.ibi. Y enesta mesma pena ca-
yan los que vsaren los dichos statutos.

Stat ergo leges ciuiles non tenere ecclesias,aut ecclesia-
sticas personas , neque in earum pręiudiciū posse quicquā
statuere per modum dispositionis & directo,nec etiam in
directe per modum præsumptionis inductæ, nec etiā per
modum pœnalitatis inducendę,non quoq; per modū pœ
nę auferendæ.Nam si l.ciuilis disponeret,vt clericos expila
tes,aut res ecclesiæ diripientes impuniti essent, non vale-
ret,arg.eorum quæ tradunt Bart.Alex.& alij in l.Seius &
Ange.per tex.ibi.ff.ad.legem Falcidiam.

659 Illud autem dubium est,an bona †clericorum gaudeā
priuilegio ecclesiarum?Idq; firmant Lambertinus de iure
patr.art.2.7.q.principali.par.1.libr.2.Antibolus de mune.
§.4.n.41.gl.2.in c.ecclesia sanctę Marię,suprà all.vbi Feli.
n.7.idē Feli.in c.2.col.2.de foro com.Barb.in c.si clericus,
nu.4.eo.tit.gl.2.in lib.1.con.Neapo.tit.66.& ibi Afflictus
nu.2.& in tit.67.nu.12.Feli.in c.cum sit generale, col.2.de
foro.com.gl.fi.in c.ex lit.de vi.& hones.cler.gl.1.in c.sicut
liter.16.q.1.gl.in verb.obligata.in c.ex lit.de pignorib.Ro.
sing.112.Stepha. Aufre.de potesta.eccl.super laicis,nu.48.
Balb.de præscrip.1.par.5.par.principalis.q.5.intelligens id
procedere nō regulariter,sed in casibus tm̄ a iure expressis
& vtrūq; cōiter receptū est secundū Dec.in c.epis.n.10.de
præb.Vnde clerico non daretur restitutio aduersus rerum
suarū præscriptionē,quæ ēt breuiore tempore quā res ec-
clesiæ pręscriberentur,earumq; subtractio non sacrilegiū,
sed simplex furtum reputaretur secundū resceptas senten
tias in d.loc.per gl.in clem.1.de in integ.rest.Philipp.Fran
cus in c.episcopum,de præscr.in 6.gl.in c.possesiones.16.
q.4.Abb.in c.1.nu.4.de consuet.Spec. de in integ.rest.§.
nu.7.Facit, nā vera & communis opin.est legem generalē
cōprehendere oēs personas vtcunq; priuilegiatas, si in ma
teria,qua de agitur,non reperiuntur habere peculiare pri
uilegiū l,in fraudē,§.fi.ff.de mili.test.per nos in §.35.nu.

Illud autē dubium est,an lex ciuilis obliget in foro ani
mæ ? Et quidem in re spirituali non ligat in foro animę e
defectu iurisdictionis,vt suprà incidente attigimus,c.fi.de
const.in 6.l.fi.de iur.om.iud.facit l.sciēdum,ff.de ædil.ed.
vbi Bal.& Cepo.n.10.c.fi.de reb.eccle.c.nouit.de iudicijs.

Cæterum si loquatur l.ciuilis intra terminos sue iuris
tunc aut constat legislatorem noluisse obligare in foro c
scientiæ,& nō obligat.plene Curti.iun.cons.12.nu.10.A
cōstat voluisse obligare in foro cōscię ob rei publicæ vt
taté,& tūc indubitāter ligat in foro aīæ,vt alibi disseruim

Aut sumus in dubio,& tūc ex mēte doctorū esse vr̃,
liget in foro animę.Nam cōis opi.est secūdum Barb.nu
661 in c.filius,de testa.ꝙ ius † ciuile si expressim non reprob
tur ab ecclesia,nec continet in se peccatū, debet obseru
ri in foro animæ,sentit. Bart.in l.si.quis pro eo.col.4.ff.
fideiu.qua de re per Barb.con.46.n.20.li.1.Tho.1.2.q.
art.4.& 2.2.q.60.art.5.Archiep.Floren.par.1.tit.18.c.
§.2.Baptista Trobamala in verb.lex.q.17.Alfon.a.Ca
lib.1.de potest.legis pœnalis,c.4.Io.Methynensis in lib
rest.q.36.vers.quo.premisso.Greg.Lup.in l.16.tit.1.pa
Sylu.q.8.in ver.lex facit l.16. suprà all. ibi, à meter ley
la carrera de la muerte,& alij plures,quos alibi cōcitau

Verū licet doct.non satis sese explicent,semper fui
in hac opinione,vt lex ciuilis in re dubia non videatu
le,vt quis teneatur in foro animæ,quinimò id vehem
effugit,vt in l.quæ sub condit.in prin.ff.de cond.inst.
l.2.per locum ab speciali.C.de reb.cred.ibi, satis Deu
to

torem habet. Nam tunc demum,l. videtur in conscientia velle obligare,cum aliquid alicui citra vllam pœnā præcepit &,preterea is iurauit, quod postea non impleuit. Non sic cessante iuramento,nam tun siue lex pœnam imponat siue simpliciter precipiat,non ligat in foro animæ, nec de intentione legis esse videtur,vt transgressus peccet,nisi cū legis transgressio damnum intulit, quo casu si damnū dolo inferas,statim paccasti, & præterea ad restitutionē, vel emendationem teneris. Quòd si culpa tantum presertim leui,vel leuissima contra legis preceptū alicui dedisti damnum,veluti si dum in loco insolito,equitares,seruum alienum occidisti,& in alijs exemplis,de quibus Insti. de lege falc.per.totum,& C.& ff.eo.tunc non statim peccasti,licet si damnum postea non emendes,cùm primùm emendādi potestas fuerit,forte peccare videaris.Quid.n.si cōtra præceptū legis ostro quis indutus incesserit, aut mulabus equitauerit aut parietes domus suæ depingat, aut ex præcepto judicis viam publicam nō extruxerit proprijs sumptibus? In omnibus enim ijs casibus,& similibus, siue pœna imposita sit,satis est,vt ad eam legis trāsgressor teneatur, siue pœna imposita nominatim non sit satis esse debet, ꝙ semper arbitrio iudicis punitur, neq; vnquam lex ciuilis in foro animæ transgressorem in re dubia ligasse videtur.Quod procedit in omni præcepto iudicis,vel legis, siue consistat in faciendo,siue in non faciendo, nisi cōtrariū expressum sit verbis,vel ex mente & sententia legis comprehendatur vel nisi damnum inferatur vel alicui priuato vel reipublicę,quo casu succedit prenotata quæstio, Vtrum damnum dolo an culpa datū fuerit. Et tunc si dolo,peccatū fit,non quia contra illā legem positiuā itū fuerit,sed magis quia itū fuit cōtra preceptū illud diuinū vt, Quod tibi nō vis.&c.

Illud autem certum est, ꝙ licet trāsgressor legis in foro animę teneatur ad restitutionem,vel emendationē damni dati secundum præfatam distinctionē, tamen ad † pœnam legalem præstandam in foro animæ nunquam tenetur,vt est cōmunis opi.secūdum Lud.Gom.in §.ex maleficijs.n.14.de act.inst.Segu.in l.filius dum in ciuita.nu.15.vbi eius addi.ff.de verb.oblig.Bal.in l.1.C.de vectiga.& comi.Feli.in c.audiuimus,col.1.de simo.gl. communiter approba.in c.fraternitas.12.q.2.

Vnde(tandem illuc redeamus vnde diuertimus) licet filia hodie stante iure regio famulo patris sui se inscio nupserit,in foro animæ non tenebitur ad penam statutam in † l.1.tit.6.lib.5.& in l.2.& in l.4.tit.1.eod.lib.ord.

4 Et similiter pœna per † l.49. Tau. imposita testibus,qui interfuerint in tali matrimonio,nō debetur in foro animę licet ille testes in tali foro immunes non sint damno parētibus illato,quod considerabile est,vt d.leg.& l.3.§.si emācipatus,ff.de contra tab.sicq; dictę leges sunt intelligendę.

Stat ergo ex superioribus,vt filia, que turpiter vel vixit, vel nupsit,si sub conditione instituatur,non poterit reijcere conditionē per hanc l.nec eius beneficio potiri, nec his impedimento esse,ꝙ matrimonium sit res spiritualis.

Quæritur preterea cū suprà obiter dixerimus quasi ex † consensu suo legitima priuatū eū filium videri, qui iustā exhæredationi causam prebuit,qđ secūdū doc.probat tex. in l.non putauit,§.si quis sua manu.ff.de cōtra tab.quē tex. ad hanc rē non recte adduci alibi ostēdimus. An similiter & qui deliquerit, iustam pœnæ causam consensumq; præbuisse videat? Qua in re sunt qui putēt cōsensum quodam modo prebuisse videri,quales sunt Faber Inst.de obli.quę ex delict.nas.§.furtorū.Ang.Aret.in.§.ius aūt.n.7.Inst.de iure nat.Bar.in auth.de nō alien. aut permu.§.q̃a verò Floria.in l.inde Nera.§.fi.ff.ad le.Aquili.Ias.in l.1.§.sublata,tā in 1.q̃ in 2.lect.ff ad Treb.Alcia.in reg.3.præsump.33.n.4.

Contrariam partem tenent Bar.in l.1.n.11.ff.de condi. ex l.Bal.in auth.adhæc,nu.19.C.de vsuris.Pau.& Iaso.in l.si tibi decem,§.quædā,ff.de pact,Pala.Rub.in rub.de don. inter vir.& vxo.§.66.n.24.Fortu.in l.legitima, ff. de pact. Balb.de prescri.par.1.q.7.Gom.in §.omnium.Inst.de act. Richer.in rub.ff.de verb.oblig.nu.118.quos refert,& tanquam receptam sententiam sequitur Pinel.de bo.mater.in auth.nisi tricennal.n.32.Paul. in l.quam Tuberonis,§.fin. ff.de pecul.contra gl.in d.l.1.§.ad bestias, verb.onerari.ff. de posthul.Quā glo.cū eis,qui partem affirmatiuam suprà relatam tuētur. ineptire ait strenuus Pinel. vbi suprà quasi in re clara turpiter errauerint,a quibus ipse cauedū cōsuluit

Sed sanè qui hac in re ab ipso Pinel.& ijs,quos ipse sequitur,cauerint, consultius mihi facturi videbuntur per text. apertum in l. Imperatores,ibi, tute huic pœnę subdidisti, ff.de iure fisci.& in l.fi.C.ad.leg.Iuli.maiest.ibi, quodāmodo sua mente punitur. Quę iura tā aperta nobis videntur, vt iā non de Accursio & reliquis defendendis nobis agendū sit, sed magis de ipsis Imperatoribus, & Iureconsultis tuendis. Quorum tradito ab omni ratione naturali longe abesse videtur,cum delinquens delinquere tantū velit, nō etiam puniri.Quid enim si rem furto subtraxi,nonne insani esset putare voluisse me dupli,aut quadrupli pœnā subire,cum per contrarium alienis rebus ditescere studuerim? Sed huic argumēto,in quo repositum est totum fundamētum cōis opi.non elegāter responderi pōt per tex.in simili in l.si voluntate,C.de rescin.vend. vbi similiter contrahētiū alteruter suam conditionem meliorem facere,quàm illius quo cum cōtrahit,studet, deteriorem vero minime, & tamen licet deterior fiat,dummodo non sit vltra dimidiam iusti pretij obligatus manet, & intelligitur ex cōsensu suo.Consentire enim non immeritò intelligitur, cū vel sciret,vel scire debuerit cōtractuum plerosq; habere se ad commodum & incommudum, vt d.l.si voluntate, iuncta l.2.eod.tit.l.scio,ff.de minori.Vnde contrahentium alteruter etiam in foro animę non secus, q̃ in foro contentioso tenetur ad contractus obseruationem,licet præter intentionē suā læsus fuerit vt resoluimus in §.1.n.26.quasi is cōsensus in genere obliget,nō aliter,atq; si in specie consensum esset,l.qui iure mil.ff.de mil.test.Sic & in specie nostra,qui deliquit,licet princeps suum intentum fuerit male faciendi tantum,non etiam male recipiendi,tñ cogitauit,consensitq;,vel cogitasse,consensisseq; præsumitur, vt si res male,& præter animi sui sententiā cessisset,plecteretur. Simile in aleatoribus,vel lusoribus, nam alteruter non iacturā facere,sed tantum commodū reportare cum aliena iactura studet,at si res male,& præter animi seiam cesserit null' tā iners est,qui non videat eū sese huic periculo subiecisse.

Sic & in belligerantibus,qui ex consensu suo sese simili periculo subiecisse intelliguntur,vt & predam ab hostibus possint reportare, & per contrarium ipsi quoque possint hostibus predę fieri.Sic & qui adit hæreditatē,ex suo quasi contractu tenetur l.sicut maior.C.de rep.hęr.l.quia poterat,ff.ad Treb.cum tamen princeps intentio fuerit lucri faendi,non iactandi.

666 Sic ergo iure regio nobilis,qui regij vectigalis † conductor extiterit,licet cōmodū reportaret,nō ēt dānū studuerit tñ statim sua sponte nobilitatis priuilegiū in quibusdā debilitasse vr̄,vt in l.4.tit.de los hidalgos,lib.2.ord. Porq; en tal caso(ait lex)el mismo que brāta su libertad.Sic ergo & qui deliquit,ipsemet sese pœnę legali,periculoq; exposuit,subditq;.Nec aliter ei filiof.contingit,qui cū sub cōditione hęres a patre scriptus esset,eā spōte impleuit.Tūc.n. licet per tale implementū hęreditatis aditio, aut immistio regulariter nō inducatur,l.1.ff.de cond.ca.data. iunct.l.eū bonis,ff.de acqui.hęre.tñ ipse filius iure suitatis hæres fit l. condi.pupillus.vbi not.Soc.ff.de cond.& dem.sicq; beneficiū abstinendi amisit,quasi iā sua sponte,non iuris necessitate hæres extiterit,sicq; carebit beneficio abstinendi,qđ prætor ijs tm̄ pollicetur qui ex necessitate hæredes patri existūt.Ita probat l.iam dubitari,in fi.ff.de hęr.insti.iunct. l.si filius qui patri.vers.etenim,ff.de vulg.quasi qui vult antecedens,etiā cōsequens necessariū velle videatur l.2.ff.de iur.om.iud.l.illud, ff.de acq.hæred.Sic & in proposito,qui vult delinquere,videretur velle,& consentire, saltē ex legis interpretatione,pœnis legalibus pro tali delicto impositis,quasi ordo suæ voluntatis is fuerit,vt malit se impuni

tum manere, quàm pleni, sed tamen mauult pœnã, si opus fuerit, subire, quàm a malefico abstinere.

Nec me mouet, ꝙ strenuus Pinel. fortiter argumẽtatur
667 ex l.4.in prin.ff.de act.& obli.ad quod etiã est†tex.in rub. & fere per totũ Inst.de oblig.quæ ex malef.nasc.& in rub. & fere per totum Inst.de oblig.quæ quasi ex malefic.nasc. vbi isthæc obligat.non ex consensu delinquentis, sed potius ex ipso malefico, vel quasi nasci videntur. Nam respondeo, oẽs omnino oligationes esse vniformes quo ad substantiam, quę in consensu consistit, difformes tamen sunt, versicolores, variæ, distinctæq; inter se quo ad formam. Vnde licet Iustin.in titu.Inst.de oblig.dixerit, quòd obligationum quædam contrahuntur re, quædam verbis, quędã literis, quędam consensu, tñ id intelligitur quo ad formam, in qua tantum differunt, & variantur, nõ sic quo ad substãtiam, quæ in consensu consistit, quæ variari nõ potest. Vnde stipulatio si careat cõsensu, licet adsit verborum exacta forma, & legalis stipulatio, illa nulla erit, l. obligationum substantia, ff.de actio.& obligat.l.conuentionis, ff.de pact. Et licet per interuentum rei contrahatur mutuum, pignus depositum, commodum, & reliqui id genus contractus, vt per totum Inst.quib.mod.re contrah.obligat.tamen ea forma legalis nihili erit, deficiente cõsensu, qui in his, & in omnibus obligationibus pro substantia est, vt d.l.obligationum & d.l.conuentioni. & facit l.in vendit.ff. de contrah. emp.Sic & maleficium vtcunq; atrox esse, & immane, impunitũ esset, si cõsensus deficeret, veluti si à furente admissum esset.l.diuus, vbi Ias.post alios, ff.de osti.pręti.diximus plene suprà.§.4.

Ergo dum arguitur sic, Maleficiorum obligationes nõ oriuntur ex consensu, sed tantũ ex ipso maleficio, vel qua hoc, est ex ipso facto, seu facinore, quem obligari Iurecon sulti & Imperatores testantur. Respondetur id verum esse quo ad formam obligationis percipiendam, intelligẽdu & a reliquis obligationum speciebus distinguendam, q distinctionem, & differentiam docere studebant Iurec sulti & Imperatores, cùm pro constanti haberent conse sum interuenire oportere, quo remoto, nullam obligatio nem oriri indubitatum esset.

Quæro, si paterf.filium ex integra legitima vel maior portione hęredem instituit, iussitq;, vt tutor huius filij, c impubes erat, non teneretur inuentariũ facere, an per n videatur onus legitimæ imposuisse, idq; reijciendũ sit pe legem nostram? Mouet quęstionem, ꝙ secũdum commu
668 nem sententiam testator non potest vetare, quin †vsufru ctuarius inuẽtarium faciat, vt resoluunt Ias.cons.40.libr. nu.2.Alex.in l.nemo potest, nu.18.qui plures allegat, ff.de leg.1.vbi etiam Bald. De quo per Barba.consi.64.nu.16. 2.Pinel.de bo.mater.l.1.par.2.nu.76.argu.tex.in l.scire, vt in possessorem legatorum.C.Sed hac in re vltra dicta su rius, magis est, vt onus considerabile in persona filij impu beris, nõ videatur, arg.l.multi.ff.de lib.& posthu.l. cum e filio, in princ.ff.de vulg.l.Seius Saturni.ff.ad Treb.

Diuersum longe est in fructuario, cuius cura non tã so licitat testatorem, quàm cura filij sui impuberis, vt in l. ff.de vulg.& facit Inst.de pudill.& C.de impub.per totu quasi persona, quam testator impuberi filio suo in tuto vel substitutũ pupillarem designauit, insigni probitate p dicta præsumatur, vt sic malignandi pręsumptio in ea ce set, non sic in eo, cui testator vsumfructum legauit.

Libri primi partis primæ Tractatus de successionum creatione, progressu, effectuq;, & resolutione finis.

D. FERNANDI VASQVII MENCHACENSIS,

Iurisconsulti Hispani in summo Dominicæ rei Philippi Hispaniarum Regis C. potentiss. prætorio, Senatoris clarissimi.

De successionum creatione, progressu, & resolutione Tractatus primæ partis,

LIBER SECVNDVS.

1 TEstamētū si destinaui facere ī scriptis, et adhibui solēnia testamēti nūcupatiui. an valeat quasi tes. nūcup. Transformatio iure & natura impossibilis.

2 Forma actus vilis esse potest, licèt volūtas agētis incerta sit.

3 Intell. l. 1. in fi. tit. de los testam. lib. 5. ordi.

4 Intell. l. filio præterito. de ini. rup.

5 Intell. l. si filius qui in potestate ff. de lib. & post.

6 Intell. §. non tamen Inst. quib. mo. test. infir. l. pe. ff. de secundum tab.

7 Intell. §. posteriore. Insti. quib. mod. test. infir. l. si quis priore. ff. de Treb.

8 Testam. factum per nuncupa. vtile esse potest. licèt constet testatorem in scriptis tantùm testari voluisse,

9 Testamen. posterius potest tollere primum, etiam habens clausulam derogatoriam. licèt de ea in posteriore mentio facta non esset.

10 Testamentum mixtum reperitur cum communi.

11 Testamen. destinat. in scriptis valere potest vt nūcupatiuū, & contra, cum communi contra alteram communem.

12 Testari in scriptis testatorē voluisse si ex ipso ordine testādi appareat, id test. vt nuncup. valebit: cum communi contra alteram communem. Idem si appareat per expressionem ipsius testantis cum communi contra alteram communē.

13 Scriptura ut fieret contractus licèt conuenerit, adhuc valeat scriptura non facta, cum communi.

14 Intell. l. 1. ti. 1. par. 6.

15 L. 3. Tauri.

Testa. testes ad probationem tantum iure regio desiderātur.

16 In l. hac consul. §. 1. C. de testamen. l. ad testium. §. fi. ff. eod.

Testam. nuncupa. non desiderat nomen hæredis exprimi explicitè, cum communi.

17 Solennitas testa æquipollenter non impletur cum communi.

18 Certum per relationem ad aliud, est quid per legis interpretationem, non ex proprietate sermonis.

19 Testandi solennitas iure regio ad solam prob. requiritur.

20 Declaratio l. 3. Tauri.

21 Intell. l. 1. ff. de iure cod. & l. fi. C. eod.

22 Testa. habens solennit. iuris tam ciuilis quàm prætoris licèt aliqua ratione infirmetur, tamen potest suscitari, non sic si habeat solennit. iuris tantum ciui.

23 Declaratio l. 1. tit. 2. lib. 5. ord. l. 3. Tauri.

24 Intell § non tamen. Insti. quib. mod. test. inf.

25 Intell. l. filio præteri ff. de ini. rup.

26 L. . ti. 1. par. 6.

27 Compendiosa continet sub se vulg. cum communi in hæred.

28 Compendiosa continet sub se vulg. in legatis

29 Verbum institu, capitur pro substitue.

30 Verbum, si decesserit, non ad exclusionem, sed ad inclusionem seu admissionem substituti adiectum videri.

31 Substitutio facta in casum impotentiæ, trahitur ad casum voluntatis.

32 Verba per priùs intelligenda.

33 Substi. potiùs directa quàm obliqua intelligitur.

34 Compendiosa continet sub se pupill exempla fideicommi. directamque militarem.

35 Vlt. extenditur ad casum nec verbis nec mēte comprehensum, si vero simile est quòd id testator cauturus foret, si meminisset.

36 Compendiosa continet per interpretationem tacitam vulg.

37 Compendiosæ subst. verba quam sensum habeant.

38 Militaris fideicommissariæ simillima est.

39 Intell. l. precib. in fi. de impuberum. C.

40 Testandi facultas ex gratia descendit.

41 Intell. l. 3. §. de illo. ff. pro so.

42 Iustum variè intelligitur.

43 Iustæ hereditatis appellatione, in contractu non venit testamentaria, licèt ead. & legitima esset.

44 Vlt. vol. innominata.

45 Intell. l. 7. ti. 1. par. 6. l. hac consultissi. C. de testamen.

46 L. 7. ti. 1. par. 6. immutat ius commune.

47 Informis substitutio.

48 Informis contractus.

49 Homo innominatus.

50 Informe delictum.

51 Informe quasi delictum.

52 Informe pactum.

53 Informis vlt. vol.

54 Informis vlt. vol. noua declaratio in multis casibus.

55 Testam inter liberos potest dici informe noua. dec.

56 Testamentum factum coram principe, potest dici informe, noua declaratio.

57 Testam de iure canonico potest dici forme, noua declaratio.

58 Testam. militis potest dici informe, noua declara.

59 Testam. ad pias causas potest dici informe.

90 Idem in testamento facto tempore belli.

61 Testamentum factum tempore pestis est informe, noua declaratio.

62 Idem in testam. facto in loco hostili, noua declara.

63 Idem in testam. facto vbi est inopia testium.

64 Idem in testamento facto coram parocho.

65 Testam. peregrini, est informe noua declara.

66 Iformi in testamento opus non est testes. videre testantem.

67 Informe testamentum admittit probationem membratim noua opin.

68 Informe testamētū nō respuit æquipollentia declaratio noua.

69 Informe testamentum admittit vt ex imperfectis perfectum fiat, noua declaratio.

70 Informe testamentum non vitiatur licèt pater testis sit adhibitus, declaratio.

71 Informe testium. iudicis probatur decla. noua.

72 Illatio.7.
73 Illatio.8.noua.
74 Illatio 9.& noua.
75 Illatio.10.& noua.
76 Illatio.11.& noua.
77 Illatio.12.& noua.
78 Illatio.13.& noua.
79 Illatio.14.& noua.
80 Illatio.15.& noua.
81 Illatio.16.& noua.
82 Illatio.17.& noua.
83 Illatio.18.& noua.
84 Illatio.19.& noua.
85 Illatio.20.& noua.
86 Illatio.21.& noua.
87 Intell.l.3.Tauri.
88 Illatio.22.& noua.
89 Illatio.23.& noua.
90 Illatio.24.& noua.
91 Intell.l.3.Tauri.
92 Illatio.25.& noua.
93 Illatio.26.& noua.

POSTQVAM. superiore libro ostendimus vniuersalia quædam ad successionum materiam, testatorisq; potestatē spectantia, de qua primum, deinde de voluntate agere cōducibilius ordinatiusq; visum fuit, reliquum est, vt de singulis supremarū volūtatum dispositionibus agamus. Primumq; de testamento, quod inter reliquas moriētiū dispositiones principem locum tenere videt̃, ad cuius creationem, perfectionem, & cōsummationem varia requisita concurrere oportet, à nullo vnquā, in cuius scripta inciderim, collecta: quæ res antea sterilis, iners, inops, & culta, erit fortè, in posterum diues, & opulenta, nō inhonesta suppellectili, doteq; nata. Id quòd labore magis, quàm nostrorum auxilio fieri oportuit. Apparent enim (ut illud Vergilij referam) rarinantes in gurgite uasto. Quod eruditorum, qui pauci sūt, ignorabit nullus, non tamen sat probabit̃ imperitorum numerosæ turbæ, contra quam scriptorum non pauci solent stomachari, quòd illis gratiam habere soleat, qui cateruatim accersitos, concitatosq; authores plerunq; referunt circa ipsa prima notissimaq; iuris elementa, nō absimiles uentis rapacibus, qui bibulæ arenæ ingentem uim concitare solent, quam ipsi minimè gignūt, sed eleuatam, subliméq; impulsu afflatus, uiolēto modò huc modò illuc euolare & reuolare frustrà compellūt: nonq; absimiles alluuioni, qui hominum nulli quicquam dat, quod nō alteri uicino prius ademerit, ut non tam dedisse, quàm iniurius alienum transtulisse uideatur, l.adeo.§.præterea.ff.de acqui. rerum dominio.§.præterea.Insti.de rerum diuisione.

Qui tametsi obscura illa diligētia iuri nostro addiderint nihil, tamen à uulgi imperita turba quasi ditiores, conducticijs mutuatisq; authorū spolijs onusti, maiorem gratiā plerunq; referunt, quàm qui ingenio, & doctrina pollētes, sua tantum bona alienis abstinentes adducunt. Simillimū est, quod inter fortes & diuites, Lucretius lib.5. de natura rerum cecinit, dum ait.

Aurumque repertum.
Quod facilè & validis & pulchris dempsit honorem.
Diuitioris enim sectam plerique sequuntur.
Quamlibet & fortes, & pulchro corpore creti.

Quòd si corporis pulchritudo ex sententia poetæ opibus etiam veris & diuitijs præferenda erat, quanto magis ingenij animiq; decor huiusmodi mutuatis suppellectilibus anteponenda esset? Huius autem mali vera causa ea est quòd excessus, qui fit ī authoribus cōputādis & referēdis, oculis cernit̃ corporeis: excessus aūt, qui fit in dexteritate arguendi, in claritate, & rectitudine eligendi, sensu tantū, menteq; percipit̃. Quarum rerum egeni sunt plerią; hominum, teste Catone, qui soli Scipioni sensum inesse aiebat, volitare cæteros velut vmbras. Et Cicero ait, Multi homines, pauci homines, multi nomine pauci re.

Verū talia quidē cōquærētes cùm videam vndiq; multos, nō magno pè eos laudo. nā teste Boetio metro.7.li.8.

Herculem duri celebrant labores.

Qui non parū fastidiosi & inamœni subeundi sunt illis, qui ī rebus cōtrouersis, & opinionū varietate æstuātibus, authorū sententias dispersas colligunt, collectasq; offerūt, quasi ministrātes materiā ab ingeniosis fabricandā, fueq; formę pfectioni & pulchritudini tradēdā. Felix ergo istorum ingeniū, illorū laborē non nihil facere debet. Nobis aūt vt isthæc probra fugeremus, prima cura fuit, res serias, & vsitatas exponere, sequens verò subtilia, & elegantia: vt siue ad praxin respexeris, quasi ī foro causarum, siue ad arguendi amœnitatem, quasi nouum ius (quod modò renasceretur) edoceri videaris.

Acturi ergo de testamētorum requisitis, quę ad formā, & perfectionē ipsorū desiderant̃, præfabimur testamentorū quoddā esse formale, quoddā informe. Formale rursus subdiuidit̃. Nam quoddā est in scriptis, quoddā nuncupatiuum quoddā vero duplex vel mixtū, hoc est, tam in scriptis, quàm nuncupatiuū, de quo disserimus infrà hoc §.n. 11. nā de test. in scriptis & nūcupatiuis per totū hūc librū agendum erit. Informia verò testa. non tam specie, q̃ numero inter se differre vident̃, de quibus multa videbimus in hoc §. ante fin. & nonnulla variè agemus per totū hūc lib.

Deniq; admonēdi sumus, quòd non eadē requisita omnibus testamentorum speciebus æquè conueniunt, sed alia alijs, id quod aduertimus suis locis.

Ex quibus requisitis & ibi notatis apparebit, q̃ innumera morientiū testamenta re vera minus solēnia pro firmis perniciosissimè haberi soleāt, apparebuntq; innumeræ cōclusiones cōtra receptas nostrorū traditiones. Nec putauerit, quisquā tot noua dixisse nos studio nouitatis, sed magis quòd postquàm vsibus forensibus versari, exerceriq; cępimus, intelleximus, vt eorum pleraq; probent tam vsus iudiciorū assiduus, quàm leges nostræ regiæ, præsertim partitarum, quarū authoritas, & interpretatio longè certior, grauior, & potentior haberi debet, quàm authoritas, interpretatioq; eorū, qui cōmunes, receptasq; sentētias nostris aduersas tuent̃: nostræq; sententiæ plerūq; pertinēt ad vitandum impiā legū correctionē, earumq; mutationē reipublicæ certissimā pestē: Et cū vt modo dicebamus, non vna, eademq; requisita in omni testamēto formali desiderent̃, antequàm ad requisitorum tractatum descēdamus, operæpretium est videre (id quod sequentibus quasi fores aperire, accessumq; præparare videt̃) an testam. in scriptis in nuncupatiuum possit conuerti. Rursumq;, an nuncupatiuum possit conuerti in testamen. scriptum.

58 Octauò intellige vt procedat etiã in contractu † cómodati. Nã licet cõuenerit mihi tecũ, vt equũ tuũ cõmodatũ accepissem, tñ ante rei interuẽtũ magis est vt posses pœnitere, & ab conuentione recedere de iure canonico, nõ secus, quàm de iure ciuili, essesq; tutus in foro animæ non secus, quàm in foro contentioso, vtrunq; quidem cõtra mentẽ eiusdem communis opinio. Quod tamen similiter probat in ratione sui d. leg. qui pecuniam, & d. le. Titius, cum alijs suprà alleg. Ita intelligo totum titul. C. & ff. commod.

59 Nonò intellige vt procedat etiã in † precario. Nam licet conuenerit inter nos vt precario rem meam teneres, tamen ante rei interuẽtũ potero pœnitere, & rei meæ pos. denegare, recedens à conuentione de iure canonico, non secus, quàm de iure ciuili, eroq; tutus in foro animæ non secus, quàm in foro contentioso. Et ita intelligo totum illum titulum, ff. de precario. Licet vtrunq; sit contra mentem eiusd. communis opi.

60 Decimò intelligo vt procedat in † emptione & venditione. Nam licet conuenerit inter nos, vt venderẽ tibi domũ meã, tamen antequam pretium definitũ fuerit, liberũ mihi erit recedere ab hac conuentione, & non vendere, et si pro ea plus æquo pretij nomine offeratur, liberumq; esse intellige iure tam canonico, quàm ciuili, & etiã in foro cõscientiæ, non aliter, atq; in foro contẽtioso. Licet vtrunq; sit contra mentem communis opi. Id quod re vera seruat consuetudo. Et habuimus ex facto in domo fratris mei obseruandi Ioan. Vasquij, quam prius conuenit vendere Vicecomiti de Altamira, postea verò pœnituit, vẽdiditq; Comiti de Osorno. Ita intellige totum titulum, ff. C. & Insti. de emp. & vend. multis seq.

61 Vndecimò intellige in contractu † locationis, & cõductionis. Nam licet conuenerit inter nos, vt tibi locarẽ domum meam, tamen antequàm de mercede cõuenerit, liberum est pœnitere, & minime velle locare, iure canonico nõ secus, quàm iure ciuili. Et similiter procedet in foro aĩæ non secus, quàm in foro cõtentioso. Et ita intellige totum titulum, ff. C. & Inst. de loca. & cond. Licet vtrunq; sit cõtra mentem eiusd. communis opi. Sed sane in puncto iuris verissimum, & vsu hominum receptissimum.

62 Duodecimò intellige vt procedat etiam in † societate. Nam si conuenit mihi tecum, vt certam societatem inire mus, puta mercis exercendæ ad Indorum regiones vehẽdæ, & similia, nõ tamen fuit modus designatus, ordo, aut partes lucri, aut damni, liberum esset ab hac conuentione recedere iure tam canonico, quàm ciuili, & in foro tã animæ, quam cõtentioso. Licet & id sit contra mentẽ eiusd. communis opi. sed in se verissi. Et ita intelligo titulum, ff. pro socio, & C. & Insti. eod.

63 Decimotertiò intellige vt procedat etiam in † mandato. Nã si conuenimus, vt quandã negotiationem meam ad ministrares, de qua postea agendum erat, interea pœnitere posset nostrũ alteruter de iure canonico, non secus, quàm de iure ciuili, & in foro animæ, nõ secùs quàm contentioso. Et ita intelligo titulum, ff. mandati, & Inst. & C. eod. tit. Licet vtrunq; sit cõtra mentem communis opi. supra relatæ. Quæ oĩa nota, quia neq; vtilius, neque vsitatius quicquam docebimur vnquam. Licet his soleant Theologorũ pleriq;

plerique; aduersari. Quia cùm neq; in negotijs administrãdis, neque in causis agendis sint exerciti, à veris hominum sensibus percipiendis tãtum distant, quantum distat occasus solis ab ortu. Nostras autẽ sententias hac de re vsus hominum re vera probat, probabitq; semper.

64 Vidimus in contractibus innominatis, ꝙ liceat † pœnitere de iure ciuili, & quid de iure canonico regulariter & quid si interfuit iuramẽtum, reliquum est, vt videamus quid iure regio. Qua in re vidimus nostrorum plerosq; legentes, & eorum nonnullos, qui exerciti sunt in vsu forẽsi, tenere ꝙ iure nostro in huiusmodi cõtractibus pœnitere non liceat. Mouentur per l. 3. titul. de las excepciones, libr. 3. ord. à qua lege perperam intellecta, eorum effluxit

65 deceptio, & error. Et illius † legis verba ita habent:

Pareciendo que alguno se quiso obligar à otro por promission, ò por algun cõtrato, ò otra manera sea tenido de cũplir aquello que se obligo, y no pueda poner excepcion que no fue hecha stipulacion, que quiere dezir, prometimiento concierta solennidad de derecho, ò que fue el cõtrato, ò obligacion entre ausentes, ò que no fue hecho à escriuano publico, ò à otra persona que pueda en nõbre de otros entre ausentes, ò que se obligo alguno de dar à otro, ò de hazer alguna cosa: Mandamos que toda via vala la dicha obligacion è contrato que fuere hecho en qualquier manera que parezca que vno se quiso obligar à otro. Ex his verbis constat huic legi studio fuisse formã stipulationis immutare, vt licet cõtrahentibus potestas nõ esset cõtractum stipulationis celebrandi, nisi vtrinq; verba emitterentur l. 1. in prin. ff. de verb. oblig. in prin. Instit. eod. tit. tamen iure nostro citra verborũ etiam solennia stipulatio cõcipi possit per hanc l. ibi, stipulatio, &c. Et licet olim nõ esset potestas contrahendi stipulationem inter absentes, d. l. 1. §. 1. ff. de verb. oblig. tamen hodie iure nostro liceat per hanc l. ibi, ò que fue el contrato, ò obligacion entre ausentes, iũcto prin. legis, ibi, por promission, ò por algun cõtracto. Quod & tertio loco apparet ibi, dum ait, ò que no fue hecho à escriuano publico, ò à otra persona que pueda en nombre de otros entre ausentes. Quorum verborum sensus est, ꝙ licet in terminis iuris communis non obligatur per stipulationẽ quis absenti nisi coram tabellione publico acceptante nomine illius absentis, tamẽ iure nostro per illam legem aliud sit, vt quisq; possit nomine absentis stipulari. Diximus hac de re alibi. Ergo licet in stipulationibus contrahendis iure cõi q̃ plura requisita desiderẽtur, quæ enumerauimus suo loco, tñ per hanc legem fere oĩa illa requisita cessant, & is contractus redactus est ad similitudinem eorum contractuũ, qui consensu contrahũtur, & perficiũtur, in quibus fere nulla solẽnitas ꝑter cõtrahẽtiũ cõsensum desideratur l. cõsensu, in prin. ff. de act. & obl.

Cæterum licet olim huiusmodi formã & solennia cõtrahentes prætermittere non possent (quod & diximus suprà plene) & licet hodie per hanc legem talem formam & solennitatem prætermittere possint, tamen oportet, ꝙ legitimis modis & probationibus constet de voluntate cõtrahentium, quia hæc l. de sola potestate loquitur, eã condonãdo, & concedendo, vt tamen voluntas eorum certa sit, & indubitata, vt patet in d. le. ibi, pareciẽdo que alguno se quiso obligar à otro. Et rursus in fine legis, ibi, en qualquier manera q̃ parezca que vno se quiso obligar à otro. Cæterùm in specie nostra cùm sit contractus innominatus, neuter contrahentium alteri se obligatum voluit irreuocabiliter, sed demum reuocabiliter, secundũ naturã eorundẽ contractuũ, arg. l. si vno, in prin. ff. loca. l. fin. cum ibi late notatis per doct. C. de nõ nu. pe. Nam & similiter qui alteri mandatũ dedit, se obligare voluit, eo casu, quo mandatarius mandatam rem exequeretur, nec tamen per hoc abstulit sibi facultatem pœnitendi, & mandatum reuocãdi re integra, antequam ille mandatum impleret. Idem in eo, qui testa. fecit, quia licet voluerit firma esse ea oĩa, quæ testamento disponuntur, non tamen per hoc sibi videtur ademisse facultatem pœnitendi, & voluntatem mutandi. Idem in eo, qui consensit contrahẽtibus, & paciscentibus super eius hęreditate, nam licet & cõsenserit semel, & per ipsos paciscentes is consensus acceptatus fuerit, non tñ per hoc videtur sibi abstulisse facultatẽ, & libertatẽ pœnitẽdi, & volũtatis mutandæ, vt iã suprà docemur. Ergo idẽ & in specię nostra, vt similis facultas reseruata videatur iure regio non secus, q̃ iure cõi, & consequenter cesset d. le. regia, quæ eo tantùm casu loquitur, quo contrahentes habebant voluntatem deliberatam sese irreuocabiliter obligandi.

Facit, quia lex noua, præsertim correctoria, est interpretanda, & restringenda secundum ius commune, tex. & ibi late Alex. post alios in l. 1. §. lex Falcidia, ff. ad leg. Falc. Roder. Xuarez in l. quoniam in prioribus, in 1. declar. super l. regia. C. de inoffic. testa. nouissimi in auth. quas actiones, C. de sacro. eccl. dixi late suo loco.

Et nostra sententia. 4. loco probatur ibi, y no pueda poner excepcion de que se obligo alguno de dar à otro. Quę verba eo pertinent, vt licet iure communi alteri stipulari non possimus l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. obliga. & §. alteri, & §. si quis alij. Insti. de inut. stipu. diximus late in §. 30. tamen iure regio etiam alteri stipulari possimus post illam legem, & cũ hæ rationes sint expressæ in illa met lege, secundum ipsas est interpretanda, & amplianda, & restringenda, gl. in cle. 1. de electione, gl. in verbo, ordine, in auth. de hær. abi. ven. §. fi. est communis opi. secũdum Ias. nu. 19. in auth. quas actiones, suprà allegata, & in l. de quib. num. 14. ff. de legib. idem Ias. in l. quanuis, C. de fideicom. Dec. Ias. Cur. iun. & Corn. per tex. ibi in l. humanitatis, C. de impuberum. Diximus plenius alibi.

66 Vnde illæ tredecim † illationes, quas supra fecimus, quo ad ius canonicum procedunt etiam, & factæ intelligi debẽt etiam de iure regio. Quod nostrorum pauci percipiunt, quod vsibus forensibus vtilissi. & vsitatis.

67 Deinde & 3. requiritur, ꝙ testes sint † puberes, nam si essent impuberes, tũc eorum interuentus nullius momẽti foret, vt Inst. de testa. §. testes autem, & l. 9. titu. 1. part. 6. & l. 9. titu. 8. libr. 2. fori. Cuius rei ratio illa est, ꝙ pupillus non intelligit quod agit, & quod videt, ignorat, vt in le. pupillus si fari. ff. de acq. hær. & in l. potuit, C. de iure delibe. & in l. in negotijs, ff. de reg. iu. vbi plura per Deciũ. Quid autem si tale testam. in quo impubes interfuit loco testis, habeat clausulam codicillarem, an valebit? Et puto valiturum, si modò ibi interfuerint alij quinq; testes omni exceptione maiores, argu. eorum, quæ traduntur per Bar. & omnes in l. 1. ff. de iure codicillorum.

68 Quòd si talis testis esset † fœmina, pubes tamen, tunc per adiectionem clausulæ codicillaris test. firmaretur, etiã si præter illam fœminam non essent quinq; testes, sed ipsa quintus testis foret, nam fœmina in codicillis testis esse potest, secundum gl. in l. qui testamento, §. mulier, ff. de testam. quam communiter approba. suprà diximus.

69 Sed clausula † codicillaris facit, vt institutio facta in testamento, cõuertatur in fideicõmissum vniuersale, q̃n in tali testamẽto solennia aliqua ex parte defuerũt, vt est cõis opi. quam tenent Bart. in l. 1. ff. de iure codi. Bal. in l. fin. C. de codicillis. Bald. & Sali. in l. si auus, C. de lib. præt. Bart. in l. fi. ad Tertullianũ, quos refert & sequitur Corn. cõsil. 62. Alias consului, col. 1. nu. 2. lib. 2. Ergo si in tali testamento, quod habet clausulã codicillarem mulier interfuerit, talis institutio, quæ directo propter defectum solennitatis valere non poterat, valebit iure fideicommissi vniuersalis.

70 Stat ergo, ꝙ impubes testis † esse nõ potest in testamẽto, & ꝙ per talem impuberis interuentum testamentum vitiaretur. Quod limita. 1. vt testamentum sustineatur, si præter impuberem aderãt alij septem testes legitimi, nam tunc per inutilem impuberis adiectionem, non vitiaretur testamentum, vt in l. testamentum non ideo, C. de testam. quia vtile per inutile nõ vitiatur in separabilibus le. 1. §. pe. ff. de verb. oblig. vbi per Bar. & omnes. Neq; ad rem per-

71 tinet, ꝙ † formæ, quæ à lege data est, addi nihil possit non magis quàm detrahi, vt est communis opi. quam tenent Paris.

Parisi.consi.19.lib.2.nu.188.Bald.in l.si.col.2.C.de suis & legi.Ias.in l.hæc verba,col.5.ff.de leg.1.idem Ias.in l.1.nu. 25.ff.de libe.& posthu.Bald.in l.quoties.C.de suis & legit. Ias.in l.nemo potest,§lec.2.nu.15.ff.de lega.1.& ibi Hannibalis,nu.13. Dec.in le.hac consultissi. nu.12.C.qui testa. facere pos.qui alios refert. Vnde videbatur, ꝙ si quis postquam solennia in suo testamento adhibuit,preterea etiam adijcit impuberem testem,tunc tale testamentum vitiaretur,quasi formæ à lege datæ aliquid superadditũ esset. Sed tamen hæc non obstant. Nã quod dicitur formæ nõ posse aliquid addi, id intelligendum est, vt si aliquid addatur, tale additamentum,vel adiectio non sit de forma illius dispositionis. Vnde licet illa adiectio, quæ abundabat,inutilis postea reperiatur, non vitietur dispositio. Quo fit,vt si testator decem testes adhibuit in suo testamento, quorum tres reperti sunt inhabiles, testamẽtum non vitietur cùm reliqui septem testes sufficiant. Quinimò etiam si testator hoc casu adijceret nolle se, vt testamentum suum valeret, nisi cum interuentu decem testium,adhuc tamen testamẽtum,in quo decem testes interfuerunt,quorum septẽ tantùm legitimi erant,reliqui autem illegitimi, valere nõ desineret ex defectu formæ, cui formæ testator nihil addere potuit, aut detrahere,licet dubitari posit,an tale testamẽtum licet valere non desinat ex defectu formę,desinat tamen valere ex defectu voluntatis.

72 Secundò † limita.vt non procedat in codicillis. Nam licet testamentum non posit proprie codicillus appellari, potest tamen improprie, vt notatur in l.fi.C. de codicillis, notant Bald.& Sali.in l.non codicillum,C.de testamentis, quos refert & sequitur Corn. consi.62.Alias consului,nu. 12.lib.2.Quod tamen intellige, dũmodo præter talẽ impuberem adessent alij quinq; testes, vt superius diximus.

73 Tertiò limit. † vt non procedat,quãdo princeps dispẽsat cũ hoc vitio,vel defectu,dũmodo præter talem impuberem adessent alij duo testes puberes,vt in simili resoluit Parisi.consi.46.lib.3.nu.30.post Alex.consi.65.Quoniam omne,num.14.libr.6.Ias.in le.si testamentum,C.de testamentis, quos refert Parisi. vbi suprà.

74 Quartò limit. vt non † procedat quo ad obligationem naturalem,quæ non desinit oriri ex testamẽto, in quo aliquis testium impubes erat,argum.l.fi.ff.de reb.eor. De cuius veritate diximus suprà §.1.& 2.

Quintò limi.vt non procedat,qñ lex dispensat cum tali vitio,arg.l.1.ff.de cõsti. principũ, & ĩ §. sed & quod prin. Inst.de iure naturali. Nam cùm (vt sepe admonuimus) solennitas testamentorum sit iuris positiui, potest immutari per l.positiuã,non secus quàm per principem l.nihil tã naturale,ff.de reg.iur.§.sed naturalia.Institu.de iure naturali.

75 Sextò eadem ratione limita. vt non procedat in † consuetudine dispensante,argu.l.de quibus,ff.de legib.

76 Octauò limit. secundum quosdam † vt non procedat de iure regio,quo iure solennitas iuris positiui in testamẽtis videtur sublata, & res reducta ad terminos iuris gẽtiũ, arg.l.1.tit.de los testamentos,lib.5.ord.Sed hæc opin.vera non est,vt suo loco dicemus.

Adde, ꝙ vt fœmina repellitur à testimonio dicendo in testamentis propter sui incõstantiã & perfidiam, ita quoq; & impubes. Nam & Ouidius sic ait.

Ardua quippe fides maturos exigit annos.

Amplia vt procedat etiam in testamẽto militis, in quo non reperitur dispensatum cum qualitate testium, sed tãtùm cum numero.arg.l.si quando,in prin. cum ibi not.C. de inoffi.testa.Et ita intelligenda est l.diuus,ibi, conuocatis hominibus,ff.de mil.tit.& §.plane, Instit.eod.ibi,conuocatis hominibus,& l.1.& 2.titu.1.part.6.& l.4.eod.titu. ibi dos testigos.

77 Facit, ne aliter duo priuilegia cõcurrerent † in hoc militis testamento,& in numero testiũ, & in ipsorum qualitate,cõtra l.1.cum ibi notatis,C.de dotis promiss.Facit,quia militis, & cuiuscũq; alterius, priuilegium debet ita interpretari,vt lædat ius cõe quanto minus potest, c.causamq; de rescrip.vbi Panor.Alex.cõsi.33.lib.j.Ias.in d.l.si quãdo Grego.Lupus in l.5.titu.1.par.6.Expresius facit,quia lex generalis comprehendit oẽs personas & casus priuilegiatos,si in illo quo de agitur articulo non reperiuntur habere priuilegiũ peculiare, & indiuiduũ. Hæc est vera & cõis opi.vt nos resoluimus in §.35. nu.5.per l.in fraudem, §.si. ff.de mili. testa. At in testamento militis non reperitur, ꝙ impubes posit esse testis, ergo relinquimur sub regula.

78 Quibus rationibus idem & 2. erit in testamẽto † patris inter liberos testantis, in quo impubes testes esse nõ poterit, non magis, quàm in reliquorum testamentis. Et ita limitatur,& intelligitur,l.fin.C.fami.her.l.hac consultiss.§. ex imperfecto,C.de testa.Et ita limito.l.7.& 8.tit.1.par.6.

79 Idem & tertio in testamẽto † peregrini,quod exæquatur testamento militis,vt diximus in §.24.nu.4.Et intelligo noue l.2.tit.2.lib. ord.

80 Idem & 4.in testamento † facto ab eo,qui testabilis nõ erat, cum quo princeps dispensauit, vt testa.facere posset, iuxta l.si quando,in princ.C.de inoff.testa.Nisi in casu per gl.ibi excepto. Et sic noue intelligo.l.5.tit.1. par.6.

Idem & 5.in testamento facto coram principe.Et ita l. omnium,C.de testa.& l.5.titu.1.part.6.

Idem & 6. in testamento facto ad pias causas.Et ita intelligo,& limito tex.in c.relatum.1.de testam.& quæ plene disserimus in §.22.nu.1.

Idem & 7.in testamento illo,in quo per legem,vel statutum esset breuior numerus testiũ definitus, nam adhuc impubes in tali testamento testis esse non posset per easd. rationes.Et ita intelligo l.1.titu.2.lib.5.ord.

81 Idem & 8.in testamẽto, quod haberet † clausulã codicillarem, quod quidem testa. licet secundum Bart.& omnes ibi per tex.ibi in l.1.ff.de iure codi. & in l.fi.C.de codi. valeret cùm quinq; testibus, tamẽ intelligitur dummodo omnes puberes essent, aliter enim id testa.nec in vim codicillorum valeret, non magis, quàm in vim testamenti.Et ita est intelligenda le.1.& fi.tit.12.par.6.

Idẽ forte & 9.in testamento † facto per ipsummet principẽ, quod licet valeat coram duobus testibus, vt disserimus,in §.26.nu.1.tamẽ si testium alter impubes esset, nõ crederemus tale testa. factũ re vera fuisse, per easd.rões.

Qua ratione idem & 10.in testamẽto † facto ab eo,qui habet merum imperium vbi testabatur, quod factum esse non credam per depositionem duorum testium, quorum alter impubes esset. Et ita sunt intelligẽda quę disserimus in §.22.num.28. & d.l.omnium.

Idem & 11.in testamẽto facto coram † iudice ex duorum tantùm testium authoritate, quorum alter impubes erat,nam minus ratum erit.Et ita intelligendum est quod scripsimus in §.24. num.7.

Idem & 12. in testamento † facto corã presbytero parochiali, quod secũdum receptiorem sententiam valet cũ minore numero testium,puta cum duobus, nã si alter eorum erat impubes,nõ valebit,per easd.rationes. Et ita est intelligendum quod scripsimus in §.22. num.27.

Idem & 13. in testamento, in quo essent † instituti legitimi hęredes testatoris cum interuentu quinq; tantũ testiũ,quorum si alter impubes esset,nil valeret,per easd.rões.Et ita intelligendus est tex.in l.hac consultis.§.si quis autem.C.de testa.& quæ disserimus in §.22. in prin.

Idem & 14.in testamento facto in loco † hostili cum interuentu duorum tantùm testium, in quo si alter testis impubes esset,nil actum intelligeretur.Et ita intelligendũ est,quòd scripsimus in §.24.num.9.

Idem & 15. in testamento facto tempore † belli cũ interuentu duorum tantùm testium,quorum si alter impubes esset,nil actum intelligeretur.Et ita intellige quod disserimus in §.24.num.1.

Idem & 16.in testamento facto tempore † pestis cum interuentu duorum tantum testium, quorum alter si impubes sit,testam.non valebit.Et ita est intelligẽdum quod scripsimus in §.22.num.35.

Idem

Idem & 17.in testamẽto facto, vbi nõ esset copia † hominum, aut testium, nã si alter ex duobus testibus ibi interuenientibus impubes esset, non valeret. Et ita intelligẽdum quod scripsimus in §.24. nu.5.

Idem & 18.in test. ruri facto cum interuentu † testium non plurium, quàm ex necessitate in tali testamento desiderantur, nam tunc si alter testis impubes esset, testa.non valeret. Et ita intelligo quod scripsimus in §.22.nume.29.

Idem & 19.in testamento facto coram † episcopo cum breuiore testiũ numero, quod secundum quosd.valet. Nã & si ea opi.(quam non firmamus) vera esset, tamẽ si ex necessarijs testibus vnus impubes esset, id testa.nihil valeret. Et ita intelligas quod scripsimus in §.24. nu. 10.

Idem & 20.in eo testamento, de quo in le.1.C.de testa. vbi si vnus ex testibus † cõi totius fere populi liber reputabatur, non vitiabitur testa.licet reuera seruus esset, verũ si is seruus etiã impubes esset, non valeret test. Et ita accipe-
82 re debes quod scripsimus circa † intellectũ l.9. tit.1.par.6. quæ lex sic intelligenda est, & §.sed cum aliquis. Instit.de testa. Quod not.quia nouum. Quid autem si ille testis, qui seruus re vera erat, & talis à plerisq; reputabatur, ab ipso tamen testatore liber reputabatur, an ei subueniẽdum sit, vt valeat testamentum? Mouet quæstionem, ꝙ vt dispensatur cum solenni testandi obseruatione, qñ testa.fit in loco hostili, aut tempore bellorũ, aut tempore pestis, aut in carcere tyrãni, aut vbi non est copia hominum, quasi his casibus nil sit quod imputari possit testatori, ita quoque hoc casu dispensandum videtur, cùm re vera testatori eũ liberum esse existimanti nihil imputari possit. Sed teneo contrarium. Tum, quia id admittere, nimis nouũ esset. Tum, ẽt, quia id probat d.l.1.& d.§.sed cũ aliquis & d.l.9.à contrario sensu. dũ tum demũ cum solẽni obseruatione, cũq; hoc vitio dispẽsant, qñ erat error cõis, ergo non sic, si esset error particularis. Deniq; hoc requisitũ, vt testis sit pubes, cõe est oĩum testamẽtorum formalium, & etiã informiũ.

83 Præterea licet cessante † ratione legis cesset ipsius dispositio, vt statim dicemus, tamen id verum est, si cessat in cõmuni, secus autem si cessat in particulari. Ita tenet Aret.in l.2.col.5.versi.tu autem aduerte, ff.de vulg. Tiraq.de causa cessante, lim.32.in 2.par.idem Tiraq.vbi supra in 1.par. nu.132.per tex.in l.1.ff.de minoribus, tex.quem ipse non allegant in l.prospexit.ff.qui & à quibus. Facit quod notat Bar.in l.cum hi, §.eam autem, ff.de transact. Sic & in specie nostra, quando est error in communi, debet esse in cõsideratione, præbetq; iustam causam dispẽsandi. Non sic, si est error in particulari, quasi imputandum non sit ei, qui cum omnibus deceptus est, nõ sic in eo, qui ignorat quod omnes, aut pleriq; intelligunt.

84 Vnde noue dicebam, cũ testator † testes accersiri iussisset, rogatorũ autẽ non omnes, sed sex tantùm venire voluissent, corã quibus factũ est testamentum, id testamentũ non valuisse, licet nihil sit, quod huic testatori imputetur. Quia licet tunc fuit penuria testiũ, ea tñ penuria non erat in cõi iusta, l.fi.C.de testa.sed tantũ in particulari, quæ non præbet iustã causam dispensandi. Et similiter licet tẽpore bellorũ, & tempore pestis remittatur solennitas testamentorum, vt iam docuimus, tñ si in talibus testamentis duo saltẽ testes non interfuerint, ea testamenta non valebunt, licet per testatores non steterit. Quia licet necessitas quæ est in communi, prebeat iustam causam dispensandi, tamẽ non sic in ea necessitate, quæ est in quodam, vel quibusdã testatoribus in particulari, prout ponimus in proposito. Quę nota, quia eorum pleraq; ipse primus inueni.

85 Neq; ad rem pertinet, ꝙ vbi est eadẽ ratio, ibi † sit idẽ ius vt in l.illud.ff.ad l.Aquil. quasi ratio sit diuersorum casuum coniunctio, qui tendunt ad eundem finem. Bal.in l. omnes populi, ff.de iust.& iu.col.7.versi.Tertiò quęro, & col.fi.versi.not.vbi ait, ꝙ vbi est eadẽ ratio, non intelligitur fieri extẽsio, quia inest tacite, gl.in c.sæpe, in verb.Italiæ, de tempo.ord.in 6.l.nõ possunt l.nã vt ait l.ideo quia, ff.de legib. Quinimò qñ plura habent eandẽ rationem, licet de vno tñ fiat mẽtio, videtur id fieri exemplariter, nõ restrictiue, vt si ratio sit expressa in le.ea, quæ sit generalis, licet decisio sit particularis, tamen ratio ipsa pro lege habetur, decisio autem pro exemplo ipsius legis, vt sic l.ipsa generalis videatur quatenus ratio sese porrigebat, non quidẽ per modum, aut ex vi extẽsiua, sed ex vi comprehensiua, quasi vt genus ex vi etiam comprehẽsiua comprehendit sub se plures species, ita quoq; ea ratio generalis ex vi cõprehensiua plures casus complectatur, ita Bald.in l.de quibus, col.12.ff. de legib. Alex.consil.75. Videtur in præsenti.col.1.lib.5.Ias.in l.à Titio, in princ.col.fi.ff.de verb.obli. Idem Ias.cons.63.Per reformationem, col.4.Tiraquel.de causa cessante, par.1.num.152.& in l.si vnquam in verb.libertis, nu.45.C.de reuoc.dona.

86 Quod adeo verũ est, vt etiam in † correctorijs, vbi est ratio expressa in l.fiat extensio, gl.sing.in cle.1.in verb.eligatur, de electio.vbi Pau.de Eleaz.& Cardi.Flo.in q.22.& Imo.col.6.Bal.Pau.& Ias.nu.19.cum seq. in authen.quas actiones, C.de sacr.eccl.Bald.in l.fin.C.de libe.præt.col.3. Imol.Cuma.Paul.& alij in l.si vero, §.de viro, ff.sol.matr. Ias.Dec.Curt.Iuni.& alij in l. humanitatis, per text.ibi, C. de impub.Imo.in l.fi.col.3.ff.de hær.inst. & consi.123.In causa quæ vertitur, col.2.Fulg.consi.104. Titius condidit, col.2.Cuma.& Alex.no.5.ff.sol.matr.in l.cum mulier.per illum tex.Paul.Alex. & Ias.in l.quãuis, C.de fideic.Abb.in c.fin.col.3.de rescrip.& in c.nihil.col.5.de elect.Ias.in l.de quibus, nu.14.ff. de legib. idem Ias.in l.stipulatio hoc modo, ff.de verb.oblig.nu.12. Tiraq.de causa cessante, part.1. nu.153.Alex.in l.4.§.Cato.col.6.ff.de verbor.oblig.idem Alex.consi.50.Visis actis, col.3.lib.2. & consi.17.Ponderatis, col.pen.lib.3.Curti. senior.consi.81.col.2.

Quod & in pœnalibus procedit secundum Tiraq.vbi supra, nu.155.qui allegat Bal.in l.data opera, C.de accusat. per l.his solis, ibi, satis tacite cautum putamus, C.de reuoc. dona.l.fi.C.de indicta viduit.Bal.in c.1.§.porro, col.2.per illum tex.quem dicit meliorẽ de iure titulo. Quę fuit prima causa beneficij amitten. Nam ratio extendit verba legis l.nominis & rei, §.verbum, ff.de verb. sig.c.si postquã, de elec.li.6.l.2.§.quid si curatores, & §.quid si decesserint, ff.ad Tertul.l.liberum, §.senatus, ff.de ritu nupt. Panor.in c.fi.col.2.de rescrip.qui ait id non esse interpretationẽ extensiuam, sed intensiuam, & intellectiuã. Dec.in l.non videtur, col.fi.ff.de reg.iu. Abb.in c.1. col.3.de iura.cal.Dec. in l.si quis id quod, col.penul.ff.de iurisd.om.iud.Ias.in l.1. §.si is qui, ff.ad Trebel.qua in re distinguit Tiraq.de causa cessante, par.1.num.163.

Verum ad hæc omnia responde, ꝙ in dispensationibus isthæc cuncta cessant. Nec dubium est, quin facultas testãdi ex gratia, & dispensatione descendat, non ex iustitia, vt differimus in §.2. in prin.

87 Deinde & 4.requiritur † ingenuum esse testem, qui testamento adhibetur, nam si seruus esset, tale testamentum nõ valeret, vt in l.1.C.de test.& in §.testes autẽ. Insti.eod. tit.& in l.qui testamento, §.seruus, ff.de testa.& in l.1.tit. part.6.facit text.in l.quoniam liberi.C. de testib.& le.3.§. duæ causæ, ff.de Carbo.edicto. Seruus autem liber factus, nõ prohibetur testimonium dicere eorum, quæ seruitute durante viderat, vt tenẽt gl. & communiter doct. in §.testes autem, in verb.neq; impubes, Instit. de testa.quia tali seruus quasi nouus homo esse videtur, vt in le. si seruus, § seruo, ff.de adimen.lega.

Limita vt non procedat, quãdo tempore, quo fiebat te-
88 stamentum, aliquis † seruus, qui in testẽ adhibitus fuit, in communi opinione liber reputabatur, vt in d.l.1.C.de testamentis facit, §.sed cùm aliquis. Insti.de testam.& tex. in le.Barbarius, ff.de offic.prætor.Et an idem sit in eo, qui tabellio reputabatur, cum non esset, vide latissime per Ias. nu.45.in d.l. Barbarius. Illud autem controuersum est, si vnus ex testibus testamẽto adhibitis reuera seruus erat, qui liber reputabatur, quo casu diximus valere testamentum, an tale testamentũ possit probari per talẽ testem seruum.

Mo

Mouet quæstionem, quòd seruus in iudicio testimonium dicere non potest, vt in l.quoniam liberi.C.de testib.& in l.3.§.duæ autem causæ, ff.de carbon. edict. Ad hanc difficultatem quinq; principales reperiuntur opiniones. Nam prima est opi.existimantium, ꝙ licet tale testamẽtum valeat, tamen per illum seruum probari nõ poterit. Ita tenet gl.in l.1.C.de testam.quã sequuntur ibi Butrigarius, Rainerius, Bar.Fulg.Roma. quos refert & improbat Iaso.ibi, nu.7.& recte, quia fit violentia generalitati d.l.1.cum cõc. Altera fuit sententia existimantium, ꝙ in d.l.quoniam liberi, seruus erat vere & putatiue, nos autem loquimur, qñ reputabatur liber, licet seruus esset. Ita tenet Azo.in fi.rub. C.de testam. Bar.in l.3.§.duæ, ff.de carbon.edicto. Cinus, & Bart.in d.l.1. quos refert & improbat Ias.vbi supra. Tertia fuit opi.existimantium referre, vtrum testes sint rogati, quo casu videntur approbati per eum, qui rogauit, quale est in testamentis, vt in authen. rogati.C.de testib.l.hac consultissima, in princ.C.de testa. Aliud autem est in actibus inter viuos, in quibus talis rogitus non est necessarius. Ita Bal.in l.ad testiũ, §.1.ff.de testib. quem refert & improbat Ias.vbi supra. Quarta fuit opin.Bald.in d.l.1.Imo.in d.l.ad testiũ, §.1.vt sit speciale in testamento in scriptis, secus autem in nuncupatiuo. Sed eos refert & reprobat Ias. vbi supra. Quinta fuit opi.Ang.Alex. & Ias.in d.l.1.in fi.vt regulariter procedat d.l.quoniam liberi, sed speciale sit in testamentis, quia eorum conseruatio interest reipublicæ le. vel negari testamenta quemadmodum aperiãtur. Pro quo videtur text.in §.sed cum aliquis. Insti.de testa.in verb.ex sua liberalitate, secũdum vnam literam, nam alias dicit, ex sua libertate. Vltima fuit opi. existimantium longam esse differentiam vt testes adhibeantur ad formam alicuius dispositionis, quale est in testamentis, vt probauimus supra, §.2.nu.2.an vero adhibeantur ad solam probationẽ, quale est in actibus inter viuos, argu.l.Publia, ff.de positi. Nã primo casu inhabilitas postea detecta, non nocet. Secũdo autem casu nocet. Ita tenent Dinus, Iacobus, de Are.& Bart. in d.l.ad testium, §.1.Bald.Pau.& Alex.in d.l.1.& Ioa.Faber in d.§.sed cùm aliquis, & est communis solutio, secundum Ias.vbi suprà per tex.in c.1. an remoueri debeant testes. Et hæc opi.tenenda est, quia aperte probatur in d.c.1. an remoueri debeãt testes, vt in vsibus feudorum, & in d. l.1.de test.in generalitate sui, & in l.ad testium, §.1.eod.& in §.sed cũ aliquis. Insti.eod.in generalitate sui. Idq; comprobatur tali ratione. Nam licet pro forma requiratur, ꝙ testes sint liberi, vt C.de testa.l. hac consultissima, in pr.& l.qui testamento, §.seruus, ff.eod.titu.formaq; ad vnguem sit obseruanda l.cum hi, §.si prętor, ff.de transf.& l.si vnus, C.de testa. tamen adhuc sufficit vt forma impleta videatur ꝙ quis faciat ꝙ in se est in ijs, quæ pendẽt ex potestate actum facientis, vt legibus supra alle. quemad.videmus, ꝙ conditionis implementum desideratur pro forma, & ideo ad vnguem est conditio implenda l.qui hęredi, ff.de cond. institu.l.si ita quis l.si quis ita, ff.de verb.oblig.adeo, vt per æquipollẽs impleri nequeat l. qui hæredi, in pr.& le.Mæuius, & l.Iulianus, ff.de cond.dem.& tamen quando cond. est potestatiua, sufficit, ꝙ quis faciat quod in se est, vt videatur impleta le.quæ sub conditio.§.quoties, de condit. inst.ff.l.de iure ciuili, de cond.& demon.ff.l.fi.de cond.insti.l.iure ciuili, de reg.iu.at iste testator facit quod in se est, vt d.c.1.an remoueri debeant testes, ergo, &c. Idq; procedit nõ solũ in vlt.vol. sed etiam in alijs dispositionibus inter viuos, vt dupliciter probatur in d.c.1.tam in decisione, q̃ in ratione decidendi. Nec obst.d.l.quoniam liberi, nec d. l.3.§.duæ autem causæ. Nam respon.ꝙ ibi testes producebantur ad probandum, cum antea non essent adhibiti ad probationem alicuius testamenti, vel alterius instrumenti inter viuos confecti, idq; in dd.ll.patet, si recte inspiciãtur. Idq; in cõtractibus facilius procedit, q̃ in vlt.vol.nam contractuum probatio regulatur secũdum mentẽ & vol. contrahentium(arg.glo.app. quam all.Ias.in d.l.1.col.pen. in fi.& gl.1.l.iurisiurãdi.C.de testib.dum ait, ꝙ iuramentum testibus omitti potest de vol. partium) vnde non solum si faciant contrahentes quod in se est, sed & si id omittant, testis minus idoneus probare poterit. At in vlt.volũtatibus id non pendet ex volũtate testatoris, vt in l.si vnus, C.de testa.l.cùm hi, §.si prætor.de transac.l. nemo potest, de leg.1.l.fi.C.de fideic.§.fi.Insti.de fideic.hær. vnde in ijs oportet, quòd duntaxat faciant quod in se est testatores.

Et aduerte, quia communis opi. quibusd.nõ placet. Nã vt in contractibus, ita & in testamentis testes etiam adhibentur ad probandum veritatem, excludendamq; fraudẽ, l.fi.C.de fideic.§.fi.Instit. eod.titu.sicut & instrumenta fiunt ad inuestigandã veritatis fidem l.2.C. de edẽdo. Tenent ergo sol.Ias.de qua suprà, sed nõ per suam rationem, quæ mihi videtur debilis. Sed dicunt differentiã esse inter contractus, in quibus etiam tẽpore productionis requiritur ꝙ sint testes omni exceptione maiores, quia cũ in cõtractibus sint testes perpauci, oportet ꝙ sint multùm legales, at cùm in vlt.volunt. desiderentur plures testes, licet aliquis ex eis nõ sit multum legalis, id non obest, maxime quia maximus est fauor testamenti conseruandi, vt Ias.ait. Item testator fecit quod in se est. Et hanc solut.confirma ex his quæ not.Ias.in l.dictantibus, C.de testam.col.2.vbi optimum simil.quem vid.ibidem, col.fina. in fin.

89 Secundò limita, vt seruus testis † esse posset in testamẽto ex permissione principis, quia cum iure ciuili annihilatus sit status seruorum, id alio iure ciuili restitui potest, vt in l.quod attinet, ff.de reg.iur. iunct.l.1.ff.de cõsti.prin. Et late tradit in simili Parisi. consi.46.lib.3.nu.32. Neq; ad rẽ pertinet, ꝙ etiam iure gentiũ status seruorum annihilatus videatur, vt in l.manumissiones, ff.de iust.& iu. Nã per ius ciuile eorum status est diminutus quo ad dispositiones, & effectus iuris ciuilis, vt in d.l.quod attinet. Vnde cum testamentum sit iuris ciuilis quo ad sui formã, de qua loquimur, vt docemur ex dictis suprà, §.1.superest, vt quo ad hunc effectum per aliud ius ciuile possit restitui.

90 Tertiò eadem ratione † limita, vt nõ procedat quando in hoc lex dispensaret, cum legis & principis par potestas sit, vt in d.l.1.& fere per totum Insti.de iure naturali.

91 Quartò eadem ratione † limita ex dispensatione consuetudinis, arg.l.de quibus, ff.de legib.

92 Quintò limita, vt non procedat quantum ad † obligationẽ naturalẽ, quæ ex minus solenni testõ oriri non desinit.argu.l.fi.ff.de rebus eorũ, secundum magis cõem opinionem, quæ tñ suspecta est, vt diximus suprà, §.1.nu.22.

Hæc cõclusio sic declarata. Primò procedit in testamẽ-
93 tis, vt dictum est. Deinde procedit etiã in † codicillis, arg. text.in sui generalitate in l. quoniã liberi.C.de testib.& in l.3.§.duæ autem causæ, ff.de carbon.edict. Neq; ad rẽ pertinet, ꝙ in codicillis dispẽsetur vt mulier testimonium dicat, vnde in seruo idem etiam dicendum videbatur. Nam istarum rerum est insignis differẽtia, cùm mulieris status iure ciuili non sit annihilatus, serui autem vtiq;. Et ita intelligo, l.fi.titu.12.part.6.iunct.cum d.l.quod attinet.

94 Tertiò intelligitur vt procedat † etiam in testamẽto ad pias causas, nam licet in tali testamento iuris tantum gentium non etiam iuris ciuilis solennitas inspiciatur, vt in c. relatum, & in ca.cum esses, de testam.vbi tradunt nouissimi, & diximus suprà, tamen status seruorum etiam de iure gentium videtur annihilatus, vt in dict.l.manumissiones, ff.de iustitia & iure.

95 Quartò intelligitur vt procedat etiam in † testamento à patre facto inter liberos, in quo licet dispensetur cũ solẽnnitate iuris ciuilis, & relinquamur in dispositione iuris gentium, vt in l.fin.C.familiæ herc. & in l.consultiss.§.ex imperfecto, C.de testa.tamen non propterea seruus testimonium dicere potest, cum eius status fuerit annihilatus, vt in d.l.manumissiones. Et ita intellige le.7.titu.1.part.6.

96 Quintò intelligitur vt procedat etiam in † testamento facto coram presbytero parochiali, in quo testamento licet dispensetur cum solennitate iuris ciuilis, vt in ca. cùm esses, & ibi per nouissimos, de testamentis, & suprà diximus,

mus, tamen seruus adhuc non admittitur, cum eius status sit de iure etiam gentium anihilatus.

97 Sextò intelligitur vt procedat in testamento † peregrini, quod exæquatur militis testamento, vt diximus, §. 24. nu. 4. Vnde infertur declaratio ad l. 2. & 3. titu. de los testamentos, libr. 5. ord. in verb. libremente.

98 Ergo similiter declaratur vt procedat etiam in † militis testamento, quod licet solennitatẽ tantũ iuris gentiũ desideret, vt in l. 1. & in l. diuus, ff. de milit. testa. & in l. 4. & 5. ti. 1. partit. 6. & in §. plane. Inst. eo. tit. tamen adhuc excluditur seruus, cum eius status sit etiã de iure gentiũ anihilatus.

99 Septimò intelligitur vt procedat in testamento † etiam Imperatoris, quod licet respuat solennitatem iuris ciuilis, vt in l. omniũ, C. de testa. & diximus suprà, tamen cùm ibi iuris gentium saltem solennitas desideretur, quo iure seruorum status anihilatus est, putarim tale testamẽtum per seruos probari non posse, argu. text. in l. vbi numerus, ff. de testib. iuncto, §. sed naturalia. Insti. de iure naturali.

100 Octauò intelligitur etiam in testamento † facto ab eo, qui habet merum imperium in loco vbi testabatur, nam licet tale testamentum respuat solennitatem iuris ciuilis, vt supra diximus, tamen iuris gẽtium solennitatem non respuit & consequenter testimonium serui nõ admittet, per d. l. manumissiones.

101 Nonò intelligitur etiam in testamento, quod fit † apud acta iudicis, quod testamentum licet respuat solennitatem iuris ciuilis, vt diximus suprà post Guiliel. Bene. in c. Rainut. de testa. in par. 1. in verbo, testamentũ. 1. nu. 18. tñ solennitatem iuris gentium non respuit, & consequẽter nõ admittet testimonium serui, vt in d. l. manumissiones.

102 Decimò intelligitur vt procedat etiam in testamento † peregrini, quod testamentum licet respuat solennitatem iuris ciuilis non secus, quàm testamentum militis, vt superius diximus post Guiliel. vbi suprà, tamen in eo testamẽto seruus non admittetur ad testimonium dicendum non magis, quàm in testamento militis, vt suprà diximus.

103 Vndecimò intelligitur, vt procedat etiam in testamento, quod habet † clausulam codicillarem, in quo licet dispensetur cum solennitate iuris ciuilis, tamẽ seruus ibi testis esse non poterit, vt suprà diximus, argu. d. le. manumissiones. Quid autem in testamento facto tempore pestis, vel tempore bellorum, vel tempore, quo erat hominũ penuria, vel in testamẽto ruri facto, vel in testamento facto in carcere tyranni, vel facto coram Imperatore, an in huiusmodi testamentis seruus testificetur? Cogita. argu. eorum, quæ superius diximus has omnes declarationes sublimita, nisi vitium huius testis serui interuentu alterius testis suppleatur argũm. l. vn. in princip. C. de rei vxor. actio.

Deniq; hoc requisitum, de ingenuitate testium, cõmune est omnium testamentorum. Horum autem oĩum ratio ea est, quia lex generaliter loquens, comprehendit oẽs casus etiã priuilegiatos, si de indiuiduo in materia illa qua de agitur non reperiantur habere peculiare priuilegiũ, vt ex communi & vera opinione resoluimus in §. 35. nu. 5. Sed testam. militis, aut patrisfa. inter liberos testantis, & similia suprà memorata licet reperiantur habere peculiare priuilegium quo ad numerum testium, tñ non ita quo ad ipsorum testium legitimationẽ, sicq; relinquuntur sub regula. Et licet in talibus testamentis fœmina quoq; admittatur, vt iam diximus, tamen fœmina testis legitima non desinit esse l. qui testa. §. mulier, ff. de test. non sic in seruo, cuius status iure tam ciuili quàm gentium anihilatus est l. manumissiones, ff. de iusti. & iure l. quod attinet, ff. de reg.

104 iuris. Et ita est intelligẽda † l. 4. tit. 1. part. 6. ibi, llamados, y rogados para esto, vt subaudiatur fœminam ibi testem esse posse, seruum autem non posse.

Quinimò in huiusmodi militis, aut patrisfa. inter liberos testantis testamento collegium nondum approbatum institui non poterit, non magis, q̃ in reliquorum testamẽtis. Quia cum hoc casu non reperiantur habere speciale priuilegium, relinquuntur sub regula prohibitiua, per rationem prędictam. Et ita debet ampliari le. collegiũ, C. de

105 hær. insti. & † l. 4. titu. 3. part. 6. facit, l. si quando, in princ. cum ibi notatis, C. de inoffi. testam.

1 *Testis in testamento debet esse testabilis.*
2 *L. 9. tit. 8. libr. 2. fori. l. 11. tit. 1. par. 6.*
3 *Testis consanguineus testificat contra alterum pariter consanguineum.*
4 *Hæredis filius, vel pater, testis esse non potest in testamẽto.*
5 *L. 16. titu. 16. part. 3.*
6 *Declaratio. 1.*
7 *Declaratio. 4.*
8 *Declaratio. 5.*
9 *Declaratio. 6.*
10 *Declaratio. 7.*
11 *Declaratio. 8.*
12 *Declaratio. 9.*
13 *Declaratio. 10.*
14 *Declaratio. 11.*
15 *Declaratio. 12.*
16 *Declaratio. 13.*
17 *Declaratio. 14.*
18 *Declaratio. 15.*
19 *Declaratio. 16.*
20 *Declaratio. 17.*
21 *Declaratio. 18.*
22 *Declaratio. 19.*
23 *Informe testamentum non vitiatur ipso iure, licet vnus ex testibus sit filius hæredis noua opi.*
24 *Testes in testamẽto esse non possunt furiosus, surdus, mutus.*
25 *L. 9. titu. 1. par. 6.*
26 *Illatio. 1.*
27 *Illatio. 2.*
28 *Illatio. 3.*
29 *Illatio. 4.*
30 *Illatio. 5.*
31 *Illatio. 6.*
32 *Illatio. 7.*
33 *Illatio. 8.*
34 *Illatio. 9.*
35 *Illatio. 10.*
36 *Illatio. 11.*
37 *Illatio. 12.*
38 *Illatio. 13.*
39 *Illatio. 14.*
40 *Illatio. 15.*
41 *Illatio. 16.*
42 *Illatio. 17.*
43 *Illatio. 18.*
44 *Illatio. 19.*
45 *Furiosus nullus præsumitur.*
46 *Homo solus inter animalia est capax rationis.*
47 *Furiosus quis dicatur.*
48 *Furoris probatio, vt fiat per testes.*
49 *Declaratio l. 2. tit. de los alcal. lib. 1. ord.*
50 *Furor iræ, vel vini non vel mens, non vitiat actum.*
51 *Furiosus non testatur.*
52 *Prodigus post interdictionem non testatur.*
53 *Rogitus testium non præsumitur, si non probetur.*
54 *L. 1. tit. 1. par. 6.*
55 *Rogitus testium necessarius etiam de iure canonico, cũ ci*
56 *Rogitus testium est necessarius etiam in causa pia institu*
57 *Tabellio an possit in testem adduci.*
58 *Rogitus testium etiam iure regio requiritur in testam.*
59 *Intell. l. 1. titu. 2. lib. 5. ordin.*
60 *Intell. l. 1. tit. de los testam. lib. 5. ord.*
61 *Formalis probatio non suppletur aliunde.*

62 Te

62 *Testamentum etiam nuncupatiuum resolui potest per scripturæ cancellationem.*
63 *Testes debent esse rogati in testamento.*
64 *Declaratio. 1.*
65 *Declaratio. 2.*
66 *Declaratio. 3.*
67 *Fœmina iure canonico testis esse non potest: secundum communem, nos contrà.*
68 *Mulier in testamento testis esse non potest etiam de iure canonico.*
69 *Declaratio. 4.*
70 *L. 1. ti. 1. par. 6.*
71 *Testes per tabellionem an possint rogari in testa.*
72 *Declaratio. 6.*
73 *Declaratio. 7.*
74 *Declaratio. 8.*
75 *Declaratio. 9.*

1 DEINDE & 5. requiritur, ꝙ testis sit † testabilis, hoc est, habeat testaměti factionem. Ita probat tex. in §. testes autě. Inst. de test. l. 9. l. 10. cum seq. titu. 1. par. 6.

Intellige tamen vt procedat in testaměti factione passiua, secus autem in testamenti factione actiua. Nā licet filiusfam. non possit regulariter facere testam. etiam patre permittente, vt in l. pen. & fi. C. qui testa. fa. pos. tamen testis esse potest in testamento, eo ꝙ habet testamenti factionē passiuā. vt in l. fi. & l. cū oportet, C. de bo. quæ lib. per totū. C. de bon. mater. Ita probat in specie tex. in §. pater. Inst. de testa. & in l. ad testiū. in pr. ff. eo. ti. Is autē qui est in potestate testantis testis esse non potest, quia hac in re improbatū est domesticum testimoniū, vt in §. pater, suprà allegato. Domesticū autē testimoniū in reliquis negotijs quale esse videatur, habes tex. plene declarantē in † l. 9. tit. 8. lib. 2. fori. & l. 11. tit. 1. part. 6. Et 2 domestici qui dicantur, habes plene in l. 18. ti. 18. par. 3. l. 8. tit. de las mandas, lib. 3. fori.

Illud autē notandum est, ꝙ per d. l. nonam, titu. 8. lib. 2. 3 fori. † consanguinitas, vel cognatio, vel affinitas nunquam repellit testē, quominus testimoniū dicere possit pro consanguineo contra aliū pariter cōsanguineū. Ratio est, quia priuilegiatus contra pariter priuilegiatū non gaudet priuilegio, l. sed & milites, §. coæqualitas, ff. de excus. tut. l. cum pater, §. euictis, ff. de leg. 2. secundū intellect. quē signauimus alibi. docet Bal. in l. cū alienā, nu. 9. C. de leg. & in d. §. euictis. Et conditio testiū an tēpore testamenti, an vero tēpore depositionis inspiciatur, tradit notāter Bar. in l. ad testiū, §. conditionē, ff. de testam. Et hæreticus an, & quādo possit testificari, tradit idē Bar. in l. cū lege. ff. de testam. Et hoc requisitū, vt testis sit testabilis, est commune omniū testamentorum, saltem formalium.

Et considera, ꝙ eorū, qui non habent testamenti factionē passiuam, quidā propter suam improbitatē, & turpitudinē repelluntur, vt in §. testes autē. insti. de testam. Quidā verò repelluntur citra culpā suā, vt notatur per glo. magistrā in §. legari. Insti. de legatis. Vnde hi qui pp suam turpitudinē ex testamento nihil capere possunt, dubitari potest, an tpe bellorū, vel pestis, vel vbi est penuria hominū, vel in carcere tyrāni testes in testamēto adhiberi possint. Et similiter dubitari potest, an per legē, vel principem, vel consuetudinē induci possit vt testis sit in testamēto. Tamē qñ citra culpā suā prohibetur capere ex testamēto non dubito, quin in sepiē casibus cōmemoratis possit esse testis. Vnde qua ratione tpe bellorū minor numerus testium admittitur, eadē quoq; ratione si interfuerint duo testes legitimi, nō oberit, quòd reliqui sint serui, vel alias illegitimi. Idē quoq; si testam. fiat tempore pestis, vel in carcere tyranni, vel vbi esset hominū penuria. Et idem generaliter in omni testamento quando per legem, vel principem, vel consuetudinē cautum esset, vt ibi essent duo testes legitimi, reliqui etiam serui esset possent, cum in tali testamēto iuris gentiū solennitas non deficiat. Ergo idē facilius admittēdū in codicillis, vel in testamēto, quod haberet clausulā codicillarem. Idē ergo admittendū in testamento facto inter liberos, nā & in eo cū duo testes sufficiant, si duo testes legitimi interfuerint, non oberit, quod reliqui testes sint serui. Idemq; in testamento facto ad pias causas. Et similiter in testamento condito a milite. Sic idē etiam in testamento facto corā presbytero parochiali. Et in testamēto facto corā principe. Et in testō ipsius principis. Et in testamēto facto ab eo, qui habet merū imperiū eo loco vbi fit testa. Et in testō facto apud acta iudicis. Et in testamēto peregrini. Nā in his omnibus casibus, & similibus, si in talibus testamentis sint duo testes legitimi, non oberit, quòd reliqui testes sint serui, vt patet ex superioribus.

Illud autem dubium est, quid si in dictis casibus duo tātum testes interfuissent, quorum vnus, vel ambo essent serui, an valeret testamen. Et in testamento militis, vel inter liberos, vel ad pias causas magis est, vt non valeret testam. Et similiter puto, quòd non valeret tale testamentum factum coram presbytero parochiali. Nec valerent talia testamenta, etiam si haberēt clausulam codicillarē. Nec etiā codicillus cum tali solennitate valeret. Nec tale testamentum ruri factum valeret. Nec etiam si fieret apud acta iudicis, nā tunc deficeret probatio iuris gentium, quæ his casibus saltem requiritur, capit. cum esses. capitu. relatum. 1. de testamen.

Cæterùm talia testamenta valerent ex legis dispensatione. Et idem si princeps, vel consuetudo dispensarent. arg. l. Theopompus, ff. de dote præl.

Illud autē dubium est, an tale testamētum valeret si fieret tempore belli, vel tempore pestis, vel vbi esset penuria hominū, vel in carcere tyranni, vel fieret a principe, vel ab alio corā ipso principe, vel si fieret ab eo, qui habet merum imperium ibi, vbi testamentum fiebat. Nā in omnibus ijs casibus iuste dubitari potest, an talia testamenta valeāt, licet vnus ex duobus testibus seruus esset. Mouet quæstionē, quia vbi est summa necessitas, videtur posse dispensari etiā cum solennitate iuris gentium, argumēto eorum quę diximus suprà, §. 12. nu. 23. Vnde in testamento tēpore belli, vel pestis facto, vel facto in carcere tyrāni, vel vbi est penuria hominū, est coacta necessitas, ergo, &c. In testamēto autem facto a principe, vel coram principe, licet non sit talis necessitas, est tamen potestas dispensandi, saltem ex causa, arg. l. ius ciuile. cum ibi notatis. ff. de iustit. & iure, licet de voluntate principis dubitari possit. Dic vt suprà §. 12. nu. 4. ver. idem & 20.

Deinde & 6. desideratur, vt testis in testamento adhibi-
4 tus nō sit hæredis † filius in eius potestate cōstitutus, & similiter ne sit eius pater, neq; etiam frater sub eiusdem potestate constitutus, vt in §. sed neq; hæres. Institu. de testa-
5 men. † l. 16. tit. 16. par. 3. & l. 18. eodē ti. & l. 9. ti. de las mandas, lib. 2. fori. & l. qui testamēto, in prin. & § potestatis, & §. per contrariū, ff. de testam. & §. quæcunq;. eadem l. & § pater. Institu. de testam. in quibus etiam iuribus cauetur, ꝙ ipsemet hæres testis in testamento lōge magis prohibetur quàm personæ suprà enumeratæ.

6 Illud autē dubium est, an ex legis † dispositione huiusmodi personę possent testificari in testamento? Et nō dubito quin possent, præterquam ipse hæres, quem in testē admitti contra omnem rationem esse videtur, vt in l. omnibus, Co. de testibus. Sed adhuc magis est, vt ex legis dispositione admitti possit, quia licet ipsius testimonium suspectum sit, tamē superest testium numerus satis idoneus, scilicet alij sex testes legitimi, & cum secundum veram, & communem opinionem, quam retulimus supra, §. primo, numero quarto. solennitas testamentorum sit lege positiua introducta, potest etiam alia lege positiua repelli. capitulo. omnis res. de regulis iuris. le. nihil tam naturale. ff. de regulis iuris. cùm iure diuino, vel gentium duo testes sufficiant. l. vbi numerus. ff. de testibus. facit tex. in capit. cùm

esses.vbi per nouissim.de testamentis.Et si de iure gentiũ valeat testam. cũ interuentu duorum tantùm testiũ, licèt ex toto remoueantur alij quinq; regulariter requisiti,longè magis valebit testam.in quo duo testes legitimi interueniunt,licèt alij quinq; testes sint illegitimi.vt tenent gl. & cõiter doctores,in d.l.qui testamento,§.per contrarium, ff.de testamentis,in verbo.posse.per l.vnica,in prin. C.de rei vxoriæ actione,vbi in simili per omnes.Ergo idẽ quoque induci posse per consuetudinem.argumento dictę legis,de quibus,cum sequentib.ff.de legibus.Et idem in decreto,vel rescripto principis emisso cum causæ cognitione animo legis condendæ, vt in l.1.cum ibi plene notatis
7 per glo.& omnes,ff.de consti.prin.

Quod etiã quarto † loco admittendũ esset in testamento facto ab eo, qui haberet merum imperium in eo loco, vbi testamen.fiebat. Nam cum is liberè testari possit non secus quã princeps,vt superius diximus,similiter poterit inducere,vt in suo testamẽto testis legitimus sit ipse hęres, dummodo supersint alij duo testes legitimi.Quod intellige,quando certa est voluntas ipsius,vt tale testamen.valeret.Et idem si dubia esset,quia non præsumeretur testam. inane facere voluisse,argument.text.in l.3.ff.de militari te
8 stamento,l.si quando,in prin.cum ibi notatis ff.de leg.1.

Idẽ & quinto,† putarim in testamento facto apud acta iudicis,in quo non noceret,quòd ipse hæres testis adhiberetur,dummodo superessent alij duo testes legitimi. Nam cum ipsi duo testes soli sufficerent in tali testamẽ.vt superius admonuimus,multo facilius admittemus tale testam. in quo præter duos testes legitimos haberet etiam alios testes illegitimos,argum.d.glo. in d. l.qui testamento,§.per contrarium.in verbo posse.ff.de testamen.quam glo. com
9 muniter approbatam diximus.

Idẽ & sexto,dicẽdum in testamento facto corã † principe,vt tale testament.admittat ipsum hęredem in locum vnius testis,dũmodo supersint alij duo testes legitimi prę ter ipsum hæredem.Nam cum superius dixerimus tale testamen.valere etiam cum duobus tantum testibus, longè facilius valebit, si præter duos legitimos testes alios habeat illegitimos,vt per dict.glo.approb.in dict.§.per con
10 trarium.

Idem 7.in testamẽto ipsius † principis.vt in d.l.omniũ,
11 C.de testamen.

Idem 8.in † codicillis,qui si præter quinq; testes legitimos alios haberent illegitimos indubitanter valerent.arg.
12 d.gl.communiter appro.

Idem 9.in testamento,quod haberet † clausulam codicillarem, in quo si præter quinq; testes legitimos etiã ipse hæres adiectus esset in testem,indubitanter non noceret.
13 per dict.gloss.

Idẽ 10.foret in testamẽto † militis,in quo si pręter duos testes legitimos etiam hęres ipse adiectus foret, indubitan
14 ter valeret testam.per d.gl.

Idem 11.eadẽ ratione foret in † testamento facto a patre inter liberos, in quo si præter alios duos legitimos testes etiam ipse hæres adiectus esset in testem,testam.vale
15 ret per dictam gloss.

Idem duodecimò,eadem ratione in testamento † facto ad pias causas, in quo si præter dictos duos testes etiam hæres in testem adiectus esset,non noceret.argumento di
16 ctæ gloss.

Idem 13.in testamento facto † coram presbytero parochiali,in quo si præter dictos tres testes legitimos etiã hæres in testem adiectus esset,non noceret.argu.d.l.in dic. §.
17 per contrarium.

Idem 14. eadem ratione in testamento † peregrini, in quo si præter duos legitimos testes,qui in tali testamento regulariter sufficiunt,vt diximus,non secus,quàm in testamento militis, etiam hæres in testem adiectus esset, non noceret,arg.d.gl.app.

18 Idem 15.foret in testamento facto tpe † pestis, in quo si prętér duos legitimos testes,qui regulariter in tali testamento sufficiunt,vt diximus,etiam hæres in testem adiectus esset,non noceret,arg.d.gl.

19 Idẽ 16.in testamento facto tempore † belli.in quo duo testes regulariter,vt diximus,sufficiunt,& in eo si prçter illos duos testes etiam hęres in testem adiectus esset,nõ noceret,arg.d.gl.in d.§.per contrarium.

20 Idẽ 17. foret in testamento facto vbi esset † hominum penuria,in quo si præter duos testes,qui ibi,vt diximus,regulariter sufficiunt,etiam hęres in testem adiectus fuisset, non noceret.arg.d.gl.communiter appro.

Idem decimo octauo,eadem ratione in testamẽto, vbi
21 esset † testium penuria,quia licet esset copia mulierum,& copia seruorum,vel impuberum,legitimorum autem testium copia non erat.

22 Idẽ 19.eadem ratione in testamento in quibus† iure singulari minor testium numerus sufficit, si ex testibus in tali testamento necessarijs vnus sit filius hæredis scripti, nõ valebit testamen.per rationes supra allegatas,nisi lege permittente.Neque oberit,quòd talia testamenta,vel eorum pleraque informia esse intelligantur, & sic in eis sufficiat solennitas,quæ in actibus inter viuos necessaria est. Nam id,vt differimus suprà,§.vndecimo,ad finem,procedit regulariter, nec dubium est, quin etiam in actibus inter viuos filius meus in contractu à me inito idoneus testis esse non posit.

Illud autem non ineleganter defendi potest,q̃ si in huiusmodi testamentorũ speciebus,de quibus mentionẽ ha-
23 buimus,vel in earũ plerisq;† vnus tantùm testis interfuisset idoneus,& alter esset filius hęredis, tunc id testament. nõ tam in sui forma peccasse,quàm in probatione videretur,quasi in illis testium legitimorum interuentus nõ pro ipsorum forma desideretur,sed tãtum pro probatione,vel ad probationem.Cùm enim hæc testamenta informia,& inertia sint,nec ad sui firmitatem quicquam præter legitimam voluntatis probationem desiderent,vt differuimus suprà § 11.ad fi.superest,vt valeant,licet vnus ex duob. testibus ibi interuenientibus esset filius hæredis.Si tamen is probationis defectus suppleatur alio quouis modo æquipollenti,quia licet ea,quæ requiruntur pro forma,non possint secundum communes,& veras opi.equipollenter impleri,tamen ea quæ requiruntur nõ pro forma, sed ad probationem tantum, possunt impleri æquipollenter secundum veras communesq; opinio. Vnde in testamento regulari nominato,& formato,si sex tantùm testes adessent, defectus septimi testis non suppleretur per aliam probationis speciẽ,licet par,vel etiã plenior esset, quàm fides vnius testis.At quando ad probationem tantum testes desiderãtur,tunc probatio diminuta suppletur per interuentum alterius probationis,etiam diuersi generis.Sicq; in omnibus testamentis informibus, & innominatis suprà relatis licet regulariter non valerent cũ vno teste legitimo,& altero illegitimo,qualis esset filius ipsius hæredis,tñ tunc non ius, sed tñ probatio videretur defecisse,nec defecisse in sui forma viderentur,sed tñ in probatione, vnde ea probatio p̃ diuersi ẽt generis probationẽ suppleri posset, vt docemur ex dictis in §.12.nu.6.& in §.4.nu.40.& nu.31.& suprà, §.11.nu.17.cũ seq.Itaq; in omnib. his casibus licet dixerimus testamenta non valere,intelligitur tñ ex defectu, nõ formæ, sed probatione, vnde is defectus postea suppleri potest,licet non sic si formæ defectus esset.vt pulchrè resoluimus infrà §.14,nu.48.Bal.no.in l.in bonæ fidei,col.3 C.de reb.cred.& in l.2.C.de secundum tabu.

Præterea & septimò requiritur,quòd testis testamento
24 adhibitus non sit † furiosus.vt in l.qui testamẽto,§.furiosus.ff.de testam. Et similiter requiritur quod nõ sit surdus aut mutus,aut cæcus,vt in §.testes autem.instit.de test.& in l.9.ti.primo,par.6.

Cæterùm quando in testamento sufficit minor testiũ numerus quã sit numerus solennis,in ijsdem casibus non
25 oberit quòd testis † superadditus sit surdus, aut mutus, aut cæcus, aut furiosus; quia nulla dispositio regulariter vitiatur

vitiatur per interuentum illius rei, quæ etiam si omnino abesset, & non interfuisset, non vitiaretur, argumẽto text. vbi omnes in l.vnica, in prin. C.de rei vxoriæ actione, gl. communiter approba. in l.qui testamento, §.per cõtrariũ, in verbo, posse. ff. de testamen.

32 Vnde primò infertur, ꝙ si in testamẽto † facto coram principe, in quo regulariter sufficiũt duo testes, alij testes illegitimi, putà furiosi, cæci, surdi, aut muti, interuenissent, eorum interuentus nihil noceret, non magis, quàm eorũ defectus, per suprà dicta.

33 Deinde infertur, ꝙ testam. ipsius † principis, in quo sæpe diximus sufficere duos tantùm testes, valere non desineret, si præter duos testes legitimos, alij testes illegitimi (quales sunt surdi, muti, cæci, & furiosi) interuenissent. Quia quorum defectus non noceret, eorũ inanis interuẽtus nocere non potest, vt dictum est.

34 Infertur, 3. ꝙ testa. eius, qui habet merũ † imperium, si habeat duos testes legitimos, valere non desinit per interuentum alterius testis illegitimi (qualis est furiosus, cęcus, surdus, mutus.) Quia cuius defectus non nocet, eius interuentus etiam inanis nocere non debet.

35 Infertur. 4, ꝙ testa. factum apud acta † iudicis si habeat duos testes legitimos, valere non desinit per interuentum alterius testis illegitimi (qualis est furiosus, cæcus, surdus, mutus.) Quia cuius defectus non nocet, eius interuentus etiam otiosus, & inanis nunquàm nocebit.

36 Infertur, 5. ꝙ testam. militis valebit, si habeat † duos testes legitimos, nec per interuentum alterius testis illegitimi (qualis est cæcus, surdus, mutus, furiosus) vitiabit. Quia cùm tale testamen. valeat cum duobus testibus, interuentus alterius testis illegitimi non officit.

37 Infertur, 6. ꝙ testa. factũ à patre † inter liberos, in quo regulariter sufficiunt duo testes, vt sæpe dictũ est, non vitiabitur per interuentũ alterius testis illegitimi (qualis est furiosus cæcus, surdus, mutus.) Quia horũ inutilis interuentus non nocet, cùm ipsorum defectus non noceret.

38 Infertur, 7. ꝙ testa. factũ ad pias † causas, in quo regulariter sufficiunt duo testes, non vitiabitur per interuentũ alterius testis illegitimi (qualis est furiosus, cæcus, surdus, mutus.) Quia cũ huius testis defectus non noceret, ipsius interuentus etiam inutilis longè minus nocebit.

39 Infertur, 8. ꝙ testa. factũ corã † presbytero parochiali, in quo regulariter tres testes sufficiunt, c.cũ esses, de testa. non vitiabitur per interuentũ alterius testis illegitimi (qualis est furiosus, cæcus, surdus, mutus.) Quia cuius defectus non nocet, eius interuentus etiam inutilis non nocebit.

40 Infertur, 9. ꝙ test. † peregrini, quod regulariter, vt diximus, valet cũ duobus tantũ testibus, per interuẽtũ alterius testis illegitimi (vt est furiosus, surdus, mutus, cæcus,) non vitiabitur. Quia cuius defectus non nocet, &c.

41 Infertur, 10. ꝙ. testa. factum tempore † belli, quod regulariter valet cum duobus tantùm testibus, non vitiabitur per interuentum alterius testis furiosi, cæci, surdi, aut muti. Quia cuius defectus, &c.

42 Infertur, 11. ꝙ. testam. factum tempore † pestis, quod regulariter cum duobus tantùm testibus valet, non vitiatur per interuentum alterius testis furiosi, cæci, surdi, aut muti. Quia cuius interuentus, &c.

43 Infertur 12. ꝙ testa. factum vbi est hominum † penuria, quod regulariter valet cum tribus tantùm testibus, nõ vitiabitur per interuentum alterius testis furiosi, surdi, muti, aut cæci. Quia cuius interuentus, &c.

44 Infertur, 13. ꝙ testa. factũ vbi esset testiũ † penuria (putà quia licet essent plures homines, tñ erant fœminæ, aut serui, aut impuberes) quod quidẽ testam. regulariter valet cũ duob. tantũ testib. non vitiabitur per interuẽtũ alterius testis furiosi, surdi, muti, aut cæci. Quia cuius defectus, &c.

45 Infertur, 14. ꝙ. testam. factum in carcere † tyrãni quod cum tribus tantùm testibus valet, vt suprà admonuimus, per interuentum alterius testis furiosi, surdi, muti, cęci nõ vitiabitur. Quia cuius defectus, &c.

46 Infertur. 15. ꝙ testa. ruri † factum, si habeat testiũ numerum ibi requisitum, non vitiabitur per interuentũ alterius testis furiosi, cæci, muti, aut surdi. Quia cuius defectus nõ nocet, &c.

47 Infertur 16. ꝙ † codicillus qui habet quinq; testes legitimos, nõ vitiabitur per interuentũ alterius testis, qui sit furiosus, cæcus, surdus, mutus. Quia cuius defectus, &c.

48 Infertur 17. ꝙ si lege caueretur, vt test. valeret cũ † duobus testib. tunc ꝑ interuentũ alterius testis furiosi, cęci, surdi, aut muti non vitiaretur. Quia cuius defectus nõ noceret, eius inutilis interuentus nunquam nocebit.

49 Idẽ 18. eadẽ ratione, si consuetudine id † præscriptũ esset, arg. l. de quibus, ff. de legib.

50 Idẽ 19. si tale quid principis rescripto † animo legis condẽdę cautũ esset. Quę nota, quia nullibi inuenies collecta. Idq; vltimum, arg. l 1. cũ ibi notatis, ff. de cõst. princ. Ergo id requisitum, ꝙ testis non sit furiosus, commune est omnium testamentorum, tam formalium, quàm informium.

51 Deniq; acturus, an furiosus † testificetur. Præmitto, ꝙ quilibet præsumitur sanæ mẽtis, non demẽs, vel furiosus, nisi contrarium manifestè probetur, vt l.nec codicillis, C. de cod. & l.fi. C.de testa. gl. in c.cum dilectus, de succes. ab intesta. & in c.iudicas. 3.q.9. & in l.2. C.qui testa. fa. pos. Et ideo dicit Bal. in l.furiosum, C.qui test. fa. pos. ꝙ probatio furoris, aut dementię alicuius est difficilis. Idẽ firmat. Inn. in c.cum eam. de testi. Huius autem rei ratio illa est, ꝙ om-
52 nium animantium solus † homo est, quẽ diuinus ille mundi artifex Deus Optimus Maximus ratione diuinarũ humanarumq; rerum cognitione præditum fecerit, vt præterea, ꝙ id nullus ignorat, bellissimè testatur Ouid. libr. 1. Metamor. dum ait.

Sanctius his animal, mentisq; capacius altæ
Deerat adhuc: & quod dominari in cætera posset
Natus homo est, siue hunc diuino semine fecit
Ille opifex rerum mundi melioris origo.

Rursus idem Ouidius eod. libro.

Pronaq; cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumq; tueri
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.

His quoq; concinit Manilius lib. 4. Astron.

Proiecta iacent animalia cuncta
In terra, vel mersa vadis, vel in aere pendent.
Omnibus vna quies, venter sensusq; per artus.
Et quia consilium non est, & lingua remissa,
Vnus & inspectus rerum, viresq; loquendi.
Ingeniumq; capax varias educit in arteis.
Hic partus, qui cuncta regit, secessit in orbem,
Et domuit terram ad fruges, animalia cœpit,
Impositq; viam Ponto, stetit vnus in arce
Erectus, capitis victorq; ad sydera mittit
Sydereos oculos, propiusq; aspectat Olympum.
Inquiritq; Iouem, nec sola fronte Deorum
Contentus manet, & cœlum scrutatur in alto.
Cognatumq; sequens corpus se quærit in astris.

Quibus etiam concinit Claudi. de raptu Proserp. lib. 3 inquiens.

Quid mentem traxisse polo? quid profuit altum
Erexisse caput? pecudum si more pererrant
Auia?

Et Iuuenalis Satyra 5.

Quis enim bonus & face dignus
Arcana, qualem Cereris vult esse sacerdos?
Vlla aliena sibi credet mala. separat hæc nos
A grege mutorum, atq; ideo venerabile soli
Sortiti ingenium, diuinorumq; capaces,
Atq; exercendis, capiendisq; artibus apti.

Cum igitur vt tam ex Philosophorum plerisque quàm poëtarum constet omnes homines rationis non esse expertes, reliquum est, vt furiosus, vel demens nullus præsu-

matur,niſi probetur, à nobis traditum eſt.

In primis ergo videbimus quis furioſus dicatur.

Deinde quis ira,vel vino percitus.Et quid in prodigo, vt ſubinde appareat,an is facere teſtamentū poſſit nec ne. Qua de re multa videbis per Decium & Coraſ. in d.l.humanitatis,in prin. Sed nos latiùs,pleniùs,perfectiusq; hac de re diſſeremus,vt ſic intelligatur, quis teſtamento teſtis eſſe tanquàm furioſus, aut ei ſimilis prohibeatur.

53 Ad primū dicendū eſt, ꝙ † furioſus dicitur, aut mente captus ille, qui nihil omnino intelligit, aut ſentit quid faciat. Verba ſunt Iuriſconſulti in l.illud.ff.de iniurijs, tranſumptiuè in c.illo.§.ſanè 15.q.1. Vnde dicitur ibi, ꝙ talis demens,vel furioſus non facit iniuriā,cūm nō ſentiat quid faciat.Idē voluit Cōſultus eleganter in l. fi.in §. fi.ff.de ad mi.tut.vbi inquit,ꝙ factū à furioſo, aut demente,perinde eſt,ac ſi caſu accidiſſet,cū ipſe nil intelligat, & alienus ſit à mente & iudicio rationis. Vnde tex.ſingul.in l.2.ff.de iure codicil.dicit,ꝙ furioſus,aut demens loco quieſcentis, aut dormientis habetur. Alibi etiā Conſultus furioſum, aut de mentē quadrupedi animali æquiparat,tex.eſt in l. ſed etſi quęcunq;,§.iniuriā.ff.ad l.Aqui.vbi etiā dicitur,ꝙ ille,qui non eſt ſuæ mentis,dicitur furioſus. Alibi etiā dicit Cōſultus in l.furioſi.ff.de reg.iur.ꝙ furioſi nulla volūtas eſt, nec habet velle,neq; nolle.Ecce ergo,ꝙ ex mente Conſultorū in prærallegat.l.colligitur valde ſingulariter,ꝙ furioſus, aut demens,ſiue ad impugnandū contractū,ſiue ad excuſandum ſe à delicto per eū cōmiſſo dicitur ille,qui nullam intelligentiā,aut ſynceritatē habet,animalibus pronis cōparatus,beſtijs,ſeu quadrupedibus irrationabilibus. Alibi etiā cōparat eū Conſultus infanti minori ſeptennio, vt eſt in l.ꝙ ſi infans.ff.de rei vendi.& in l.ſi infans.ff.de parrici. Et licèt non alleget predicta iura, iſta concluſio eſt de mēte Archidia.in c.legitimus 93.diſt.vbi eleganter inquit, ꝙ fatuus dicitur à fando, quia nec quod ipſe fatur, nec quod alij dicunt,intelligit: vel quaſi inſulſa,ſine ſale.i.ſine condimento diſcretionis,ſiue rationis.Hinc etiā idē Archi.in c. de Conſtantinopolitana.22.diſtin.dicit eleganter, ꝙ ſtultus eſt,qui per ſtuporē non mouetur. Enimuerò cauſam

54 in probatione † furoris teſtes etiā non interrogati neceſſariò reddere tenentur,alioquin eorū dictū non valet, ita dicit Bal.in d.l.furioſum.C.qui teſta.fa.poſ.& in l.ſolā,C.de teſti.in prima con.& in l.vbi adhuc C.de iu.doti.& in le. quæ teſtamento,in §.fi.ff.de teſta.& in l.cū hi.in §.1.ff.de tranſact.Hoc cōmendat,& ſequitur Florianus in alleg.le. ſed.& ſi quæcunq;,in §.igitur.ff.ad l.Aquil.Hoc idē tenēt Rapha.Fulgo.& Pau.de Caſt.in alleg.l.furioſum. Hinc dicit Bal.valde ſingulariter in c.cū cauſam,in 3.con.de teſti. ꝙ ſi ſit articulus,ꝙ talis eſt ebrioſus,aut furioſus, & reſpōdit teſtis verū eſſe,& non eſt interrogatus de cauſa ſciētię, vel interrogatus dicit,quia vidit, ꝙ talis teſtis non probat ea quæ debet neceſſariò probare,vel deponere.i.ſubſtātialia iſtius accidentis,quod probare intendit.Quia iſta accidentia animi non percipiuntur momento tēporis, ſed ex quodā diſcurſu & multitudine actuū,& cōſiderationequadā adiuncta per iudiciū intellectus.Idē eſt,ſi quis velit probare aliquē furioſum, vel dementē: nā hæ ſunt paſſiones cerebri,quas vix cognoſcit phyſicus.Itē furor quādoq; ſimulatur.Vnde teſtis qui dicit,Ego vidi, debet interrogari particulariter,quid vidiſti? quæ ſigna? quos actus? Itē debet interrogari de ſua credulitate,& conſciētia.Hæc omnia Bal.in alle.c.cū cauſam,quę ſunt pulchra verba.In ead. ſentētia eſt Fran.de Are.in l.1.ff.ſi certū pet.in 3.con.poſt Anto.in ca.cùm oportet,de accuſatio.Præterea cùm quilibet præſumatur ſanæ mentis iuris pręſumptione,vt ſuprà dictum eſt,qui dicit eū furioſum, aut dementem, ſatagit negatiuam,quæ probari nō poteſt.vt l.actor,C.de probatio.cum ſeq.Idē magiſtraliter declarat Bar.in l.2.ff. de bono.poſſ.furio.infan.cōpe.vbi dicit, ꝙ iſta verba,furioſus, vel demens,cùm ſint priuatiua ſenſus,ſunt negatiua, & ſic patet,ꝙ niſi teſtes aſſignent rationem ſufficientem, & cōcludētem ſui dicti per multiplices actus affirmatiuos priuationis ſenſus,non probant.Et hoc eſt quod idē Bart.ſingulariter dicit in alleg.l.2.in fi.vbi cōcludit,ꝙ non ex hoc ꝙ quis facit aliquē actum furioſum,vel ꝙ ſemel fuit furioſus,probatur in poſterū furioſus:quia illud potuit contingere p̄p aliquod accidens. Vnde vt teſtis concludat & probet quem eſſe furioſum,debet probare aliquo tēpore,vel menſib.ſic fuiſſe.vt in l.pretia rerū.ff.ad Falcid.tunc.n.præſumitur ſic eſſe,niſi probetur contrariū.Hæc Bart.vbi ſuprà.Et probatio furoris pertinet ad medicos & peritos in arte medicinæ,vt dicit Cinus in l.ſeniū.C.qui teſta.fa.poſ. quod cōmendat Bal.in l.2.ff.de teſtam. Ideo,quia mentis ſanitas,aut dementia eſt quid inuiſibile, & propriè nō percipitur viſu,vel auditu,ſed magis rationis iudicio. Et ideo dicit,ꝙ verba tabellionis,dicentis in inſtrumento teſtamēti teſtatorē ſanū fuiſſe mente, non probant: quia qualitas mentis non probatur per tabellionē:& ſi nō per tabellionem,nec per teſtem,niſi ſit peritus.Ita etiam tenet Salyc. in d.l.furioſum.C.qui teſta.fa.poſ.& Ang.in l.pen.de codicil. Idem ergo à fortiori procedit, cùm teſtis deponit de priuatione ſenſus,eadem ratione,& quia deponunt contra præſumptionem iuris,& in hoc caſu loquitur Cinus in d. l.ſenium.Idem firmat eleganter Bal.in l.obſeruare.ff.de cura.furio.vbi dicit,quòd quia multi fingunt furorem,iudex debet eſſe circūſpectus,& cautus in hoc.Et ſubdit poſt Iacob.de Are.quòd iudex debet adhibere medicos, qui hoc cognoſcant,allegat.l.ſemel.C.de re mili.lib.12.Et ſic quilibet iſtorum teſtium deponūt de negatiua,& affirmatiua, quia qui dicit aliquem fuiſſe furioſum, negat eū fore ſanæ mentis,& qui dicit aliquem fore ſanæ mentis, negat eū furioſum,& propterea in his probandis teſtes æquales ſunt. Iſta eſt doctrina doct.modernorū in c.in noſtra,de teſtib. & præſertim Franc.de Areti.qui ad hoc allegat caſum pro ſingulari,in l.1.C.de cano.frumen. vr. Romæ lib.11. Tamen ſi teſtes eſſent omnino pares in numero,& qualitate pręferuntur teſtes rei. Tum,quia in dubio pro reo pronūciandum eſt. Tum etiam,quia in dubio ea quæ ſunt cōformia iuri communi,alijs pręferuntur,ſed cùm aliquem eſſe ſanæ mentis & non furioſum præſumat ius,vt ſuprà dictū eſt,teſtes deponētes pro iure cōi aut pręſumptione ipſius in dubio præferuntur alijs,doctrina eſt Innoc.in c.auditis de præſcript.in gl.quæ incip.Hinc colligūt.De qua doctrina facit feſtum Pet.de Ancha.in c.1.de præſcript.lib.6.& con.288.quod incipit.Iure ſtatutorū,& Romanus in rub. ff.de arbi.in 12.co.Et per iſta,illud quod aliqui dicunt Abbatem ſenſiſſe in c.cùm dilectus,de ſucceſ.ab inteſtat.vbi mouens quæſtionem,quibus teſtibus potius credatur, an deponentibus de ſana mente, aut de furore, remittit ſe ad notata per Innoc.in c.ſuper hoc de renun.Sed illud, quod Innoc.ibi dicit,non facit ad hoc propoſitum.Quia Innoc. non loquitur niſi cùm teſtes deponunt, alij de ſpontanea voluntate,& alij de metu & voluntate coacta.

Furioſus autem vt teſtificari, ita quoq; & iudicare veta
55 tur † l.2.ti.de los alcaldes,lib.2.ordin.Quòd intelligerem, niſi haberet dilucida interualla,argu.l.furioſum.C.qui teſtam.fac.poſ.Per quod d.l.2.inſigniter limitatur.

Ad ſecūdum de ebrio & vinolento,dic.Certum eſt,ꝙ
56 ebrius,& furioſus † ęquiparantur in iure,tex.& ſingu.quē not.ibi Dominicus in cap.venter.35.diſ.Et hinc eſt, quòd donatio,aut conceſſio,aut cōtractus celebratus ab ebrio, non valet,ſicut neque factus à furioſo. Tamen illud procedit ī ebrio exceſſiuè,qui caret omni intellectu rationis. Secùs autem, quando ebrietas eſſet modica, vt quia aliquis exhilaratus deuiat aliquantulū à rectitudine rationis, nam tunc contractus,& confeſſio per eū facta,valet, & tenet. Ita valde ſingulariter concludit Collectarius in alleg.cap. cùm dilectus,de ſucceſ.ab inteſtato,fi. co. Sic ēt dicimus, ꝙ licèt votum factum calore iracundiæ non valeat, vt eſt glo.not.in cap.dudum,de cōuer.coniugato, quia vouens alio tempore caret intellectu,furore iræ, tamen illud non procedit,quādo motus iræ ſeu mentis turbatio eſſet leuis, & modica, & vouens bene aduertit votum.nam tūc tale

votum

votũ factũ calore iracũdię bene valet, & tenet. Ita singulariter dicit Io. And. & dominus Abb. in allega. cap. dudum, de conuer. coniuga. Et sic intelligunt textũ singula. & non alibi in iure in c. sunt qui opes, 17. q. 4. vbi probatur, ꝙ donatio facta calore iracundiæ bene valet, & tenet. Et idem est de mẽte domi. Anto. in c. ex literis, de diuortijs, vbi firmat, ꝙ licèt confessio facta calore iracũdiæ possit reuocari etiá non docto de errore, vt dicit ibi gl. singu. tamẽ hoc fallit secundũ eum, nisi motus iræ esset leuis, aut modicus, quia tunc non posset reuocari. Facit tex. solennis in proposito in l. si. ff. de legiti. tuto. vbi Iurisconsultus inquit, ꝙ licèt mutus, aut surdus non possint esse tutores, minus autẽ audiens. i. surdaster, qui parũ audit, bene potest esse tutor. Præterea cũ hoc solũ reperiatur in furiosis, aut mente captis carentibus omnino ratione, vt testamẽto non possint testificari, igitur in alijs aliquantulũ insipientibus, & non tã tæ perspicacitatis contrariũ est de iure. Corroborãtur etiã præmissa ex famosa doctrina Odofre. doctoris antiqui, & magni iuris interpretis in l. humanitatis de impub. & alijs, vbi magistraliter loquẽdo dicit, ꝙ mẽte captus est, qui est extra mentẽ, sed in se, vel in aliũ non sæuiret, sed omni careret intellectu rationis. Quæ sunt põderosa verba in ꝓposito, dũ hic doctor declarat mente captũ esse, cui prohibetur testari, & contrahere carentẽ omni intellectu rationis. Et sic apertè innuit, ꝙ ille qui habet aliquã rationẽ mediocriter, dũ tñ in totum non careat ratione, non potest dici mẽte captus, cui prohibeatur cõtrahere, aliosq; legitimos actus facere, quia aliàs si contrariũ diceremus, mille cõtractus perirent, cũ non oẽs homines contrahentes sint ita integri intellectus, & rationis, vt alijs, est longa. n. differentia inter homines in hoc, vt inquit ipse. Quod repetitũ intelligas quo ad testificandũ pro testamento. Adde Tulliũ lib. 1. de offi. dũ dicit, Multi homines, pauci homines, multi nomine, pauci re. Cõcludamus ergo, ꝙ homines mediocris intellectus, & rationis, nõ prohibentur cõtrahere, aliosq; actus legitimos facere, dũ tñ non careãt omni intellectu rationis: quia satis est in contrahente de iure, ꝙ dũ cõtrahit, aliquẽ intellectũ habeat. Et hoc est, quod dixit singularis l. partitę, 5. par. tit. 5. l. 66. in suo summario, dũ loquitur de los que quierẽ desatarla vẽdida de su grado, maguer que diga que lo hizo cõ ira, nã talis nõ auditur, vt prædi. lex innuit. Quod intelligitur, q̃n motus iræ erat nõ tãtus, qui in totum absorberet iudicium rationis, vt suprà dictum est

Et secundum Horatium.

Ira furor breuis est animum rege, qui nisi paret
Imperat.

Et Comicus ait.

Hem homini homo quid præstat? stulto intelligens quid interest?

Huiusmodi. n. disparilitas prudẽtię, ex qua descendit illa volũtatis varietas, de qua in l. quia poterat. ff. ad Treb. non debet vitiare dispositiones, nõ quoq; impedire testiũ testimonia. Vnde Ouid. lib. 2. de remed. amorum, ita ait,

Aut nulla ebrietas, aut tanta sit, vt ibi curas
Eripiat, si qua est inter vtrunque, nocet.

Vergilius autem de Venere & vino ait.

Arcanum demens detegit ebrietas.

Horatius 1. epist. inquit.

Quid non ebrietas designat? operta recludit,
Spes iubet esse ratas, in prælia trudit inermem,
Sollicitis animis onus eximit, addocet arteis.
Fœcundi calices quem non fecere disertum,
Contracta quem non in paupertate solutum?

Rursus idem Ouid. de arte amandi lib. 1.

Vina parant animos, faciuntq; caloribus aptos.
Cura fugit, multo diluiturq; mero.
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit.
Tunc dolor, & curæ, rugaq; frontis abit.
Tunc aperit mentes æuo rarissima nostro
Simplicitas, artes excutiente Deo.

Verùm enimuero licèt ex superiorib. philosophis atq; poëtis appareat, ꝙ vinum homines dementare soleat, tñ ea operatio non perpetua est, & ideo licèt ineũte ebrietate ebrius non multũ distet a furioso, vt diximus, tamen quia id vitiũ perpetuum non est, huic exemplaris substitutio fieri non potest, quia non fit nisi ei, qui in perpetuo furore vel demẽtia est, vt in d. l. humanitatis, ibi, mente capta perpetuo sit, C. de impub. Ebrius enim solet redire ad mentis quietem, vt patet ex Horatio dum ait,

Iners vinosus amator.
Nemo adeo ferus est, vt non mitescere possit, &c.

Ergo is similiter magis est, vt testõ possit esse testis.

57 Deniq; vt furiosus † testis in testamento esse nõ põt, ita quoq; is furiosus non potest facere testamẽtũ, l. furiosum, C. qui test. facere pos. §. prçterea. Inst. quib. nõ est permissum facere testamentũ, & vtrobiq; cõiter per do. l. 13. ti. 1 par. 6. Dec. Ias. & alij in d. l. furiosum. Quod procedit non solũ in eo, qui verè furiosus est, sed etiã in eo, qui ex legis interpretatione furioso assimilatur, qui similiter testamentũ facere nõ põt. vt in l. is qui l. ff. de testa. & in §. item prodigus. Institu. quibus non est permissum facere testamentũ, l. 9. ti. 1. par. 6. & l. 13. eod. tit. & 18. tit. 5. par. 2. Quod tñ
58 intelligendũ est, postquã ei bonis a iudice interdictum † est, nã antea non prohibetur testari, neq; eius testamentũ valere desinit, vt dictis iuribus. Is ergo prodigus similiter testis testamẽto esse non poterit, vt dd. iuribus, & argum. in §. testes autem, cum sequen. Instit. de testam.

Octauò requiritur ad testamẽti creationẽ, ꝙ testes sint
59 † rogati, isq; rogitus articulandus est, & probãdus, rogatio. n. facti est. & quæ facti sunt, probari debent in l. cũ res, C. de probatio. & l. si emancipati. C. de coll. tenet hoc Specula. in ti. de teste. §. 1. in pr. si. col. vbi pulchrè loquitur. Et licèt ipse nõ alleget, est bonus tex. quẽ ponderat Bal. ad hoc in c. 1. de alodijs, per quẽ probatur, ꝙ vbi monitio requiritur in aliquo actu, debet probari, quia nõ prçsumitur, vnde qua rogitus testiũ nihil aliud est, quã ipsorũ aduocatio, vel monitio, nõ ꝓ̃sumitur, nisi probetur. Ex hoc Bar. cõis prçceptor veritatis, in vltimo notabili, l. diuus, ff. de testa. mili. consuluit, vt aduocati sint cauti in formãdo articulo, quia licet testes dicant se audiuisse, & nõ dicunt se adhibitos & rogatos adhoc, nihil probant, per tex. in d. le. diuus, quẽ Specula. etiã allegauit vbi suprà. Idẽ dicit Bal. in d. l. diuus, & sic ꝓ̃sentia corporis nõ sufficit, nisi solẽnitas intercedat, vt. ff. de auth. tut. l. 1. in fi. & pro hoc bene facit gl. le. 2. §. fi. ff. de iure codi. Idẽ tenet Azo, fons legũ in summa de testi. vers. sunt autẽ necessarij testes, cuius verba sunt. Et est notandũ, ꝙ in testamẽtis exigũtur, &c. Probatur hoc
60 ꝑ † l. 1. ti. 1. par. 6. ibi, seã llamados y rogados de aquel que lo haze. Quæ l. est notabilis valde, & tollit varias opiniones doc. in eo, quod dicit, ꝙ debẽt testes esse vocati & rogati à testatore, & nõ a tabellione, nec ab alio. quod tex. iuris cõis non bene declarant à quo debẽt esse rogati, vt poterit videre, qui bene inquisierit. Et ꝑ hanc l. par. approbatur opinio Azo. dicẽtis necessariò requiri rogationẽ, nec sufficere conuocationẽ, vt singulariter per Bal. in d. l. diuus suprà allega. de testa. mili. probatur etiã in l. 4. eiusdẽ, tit. dupliciter. ibi, llamados y rogados para esto. & per locum ab speciali, vbi in test. mili. in conflictu belli sufficit ꝙ testes
61 sint præsentes, licèt non sint vocati, † nec rogati. Et illa le. parti. & auth. rogati. de testi. est canonizata per tex. in ca. si debitum, 3. q. 9. vt dicit Alberi. in dict. authen. in princip. & sic canones, & ll. non videntur differre, vt per Felin. in capitu. quoniam de testib. propter quod omnia prædicta debent seruari de iure canonico. Idem tenet Ioan. Andr. cap. cùm esses. de testa. in fi. verb. & Card. ibi in fine. penul. colum. & refert & sequitur Ludo. Roma. concil. 306. Hác opinionem dicit Anto. de But. in dict. capit. cùm esses, fin. column. de testamen. consuetudine. roboratam. & ibi allegat Federic. de Senis, consil. 23. qui dicit hanc opinionem seruandam in practica. Et licet presbyteri sint priuilegiati in te-

in testando, & pari cũ militibus vtantur priuilegio, tamẽ militibus etiã in tentorio nõ est concessum, vt testari possint, testibus præsentibus, & nõ rogatis, & per l. d. diuus, & per d. l. parti. Et prædicti doct. tenent hanc opinionẽ, etiã
62 si causa † pia esset instituta, per tex. expressum in c. relatũ, cui Ludo. Roma. in prędic. cons. dicit non posse responderi ibi, duobus legitimis testibus requisitis, nã ille ablatiuus resoluitur in conditionẽ, per l. à testatore. ff. de cond. & demonst. ergo sequitur, ꝙ debent rogari: quia si requirendi sunt, ergo & rogãdi. Et licèt ius canonicũ deroget legibus quo ad numerum testiũ, non tñ derogat quo ad solennitatẽ testium. Et propterea tã in foro ecclesiastico, quàm seculari, ex quo de iure canonico non habemus decisionem expressè contradicentẽ, oportet recurrere ad iura, quæ disponunt vt suprà visum est, ꝙ testes & in testamẽto clerici nũcupatiuo non solũ sunt vocandi à testatore, sed rogãdi. Ita singulariter tenet Pala. Rubi. in repe. rub. cap. per vestras, §. 24. qui incipit. Ampliabis, 3. mihi fol. 6. fi. col. & dicat Abbas quidquid velit contra hoc, quia eius opinio nõ fundatur iure, & habet contra se prædictos doct. qui sunt domini Canonistę, & sacri canones non contradicũt, imò concordant, ponderãdo d. ca. relatũ, vt suprà, & d. auth. rogati. de testibus, quã ibi Alberic. in prin. dicit esse canonizatã. Et reperio, ꝙ secundũ prædictam opinionẽ consuluit Alex. cons. 7. in fi. ver. 2. vol. consil. qui nõ dubitauit de hac opinione in testamento non cõdito ad pias causas, licèt ipse non alleget omnes, de quibus suprà, quos videas. Et nimirũ, ꝙ quando relinquitur ecclesiæ, aut pijs locis, non sit necessarius rogitus testiũ: quia illa solẽnitas non remittitur in fauorem testatorum, sed fauore causæ, cui relinquitur, qui casus est magis fauorabilis de iure canonico, & meritò non est idem, quando solennitas remittitur in fauorẽ testatoris, vt in causa de qua agitur. Et ita fertur Innocẽ. 4. pronuntiasse in publico cõsistorio, vt refert Bal. in cõsilio 284. volum. 3. consiliorum. Et Pau. de Castr. in consil. 43 1 2. volum. consi. dicit, quòd si esset iudex, daret sententiam quòd institutio facta etiam in terris ecclesiæ nõ valeret sine solennitate iuris ciuilis, scilicet quòd probetur, quòd testes fuissent rogati, licèt ipse sit de terris ecclesiæ. Et reperio ꝙ secundũ hoc consuluit latè Barba. in consi. 32. 1. volu. consi. licèt omnia suprà dicta non tetigerit, & ibi in pri. 7. colum. dicit, ꝙ omnes scribentes sine aliqua discrepantia firmant, quòd in casu ca. cùm esses de iure canonico requiritur rogitus testium. Et istum casum, de quo nunc agitur, ponit ibi in contingentia facti: & quia testes, non deposuerunt, quòd fuerunt rogati, fuit obtentum non valuisse institutionẽ. Et secundum eum difficultas stat, vtrùm in causis pijs sit id, cùm sint opiniones hinc inde. Sed in alijs casibus omnes tenent contrà, vt suprà. Et Ias. in l. hac consultissime, in fine, verb. de testamen. inclinat in hoc referẽdo, & sequendo Alex. in quibusdam cõsilijs, vt ibi per eũ. Hoc etiam tenet quidam doctor licèt modern. certè satis peritus, & practicus, nomine Stephanus Beltrandi, consil. 326. 2. vol. suorũ consiliorũ, inter alios allegat Angelũ, qui in §. fi. Insti. de testam. in medio. fin. col. dicit, quòd vidit quendam peritum aduocatũ perdere causam propter hoc cùm ipse Perusij assideret ad hoc. Et solennitas requisita in testium adhibitione non est probata per testes, nec præsumitur pro dicto testis quo ad solennitatem, licèt de tenore deponant testamenti, vt notatur in l. 1. Co. de vsuris, & ea quę iuris sunt, non probantur, nisi testes specificè deponant talem casum, ex quo illud eliciatur, vt not. Innoc. in c. cùm causam, de testibus.

Deniq; dũ diximus etiã iure canonico rogitum testium desiderari, id pręter suprà citatos tenent alij plures, quos retulimus infrà nu. 56. Et hæc pars, quæ receptior est, probatur in d. c. relatũ, ibi, requisitis, vt suprà expẽdimus. Quade re vi. suprà, §. 11. ad finẽ, quia res non sat expedita est. Nã licèt decisio d. c. videatur significare, vt testis sit rogatus, tñ ratio in ea lege expressa, quę pręualere debet, vt plenè per Tiraquellũ, de causa cessante, par. 1. nu. 131. cũ pluribus pręce. & sequen. innuit oppositũ, vt rogitus testium in testamentis non desideretur de iure canonico, nõ magis, quã desideratur de iure gentium in actibus inter viuos. Et admonendi sumus hoc requisitum de rogitu testium commune esse omnium testamentorum formalium.

63 Nec superioribus quicquã † aduersatur, aut obstat vulgata. l. Domitius, de testam. quia secundum Ioan. de Imol. in d. l. Domitius, in princ. debet intelligi, quando notarius subscripsit, & idem dicit Angel. quem ibi allegat. Et in d. l. fit mentio de signatura scribentis, quæ habetur loco subscriptionis: & si deficeret subscriptio, aut signatura, licèt ipse scripsisset, non potest produci in testẽ: quia nõ potest dici, ꝙ fuit adhibitus ad hoc. Ita singulariter declarat Franciscus de Areti. in d. l. Domitius, in fi. 2. col. & est cõis, & verissimus intellectus ad illã. le. quòd ad hoc, vt tabellio, qui scripsit testamentum, possit adduci in testem, requiritur quòd subscribat, & signet, & non sufficit vnum sine altero secundum doct. in d. l. Domitius.

Est ergo cõis opinio in d. l. Domitius Labeo. ff. de testamentis, oportere vtrunq; interuenire, & testium rogitum, & etiam testium signacula, & præterea testiũ subscriptionẽ, vt nominatim probat tex. melior de iure in l. ad testiũ, §. si quis ex testibus, ff. de testamẽ. Nec sufficere testes esse rogatos, nisi præterea ad opus testandi rogati fuerint, vt in l. hæredes palàm, §. in testamẽtis, ff. de testamen. Licèt autẽ ad aliam rẽ rogati fuissent, & postea testamẽto adhibeãtur, cũ & tunc præmoniti fuerint sese ad testamẽ. faciendũ adhiberi, id sufficit, quasi tunc ad res duas rogati videãtur, primùm ad aliam rem faciendam, deinde ad opus testãdi. Quod secundum quosdam iure regio necesse non esset in testamento nuncupatiuo, vel hæredis institutione nuncupatiua. Quinimò id secundum nos verum non potest vi-
64 deri, nam & etiam de iure † nostro ista institutio, quã nuncupatiuam dicunt, eodem morbo laboraret, si testes non deposuerint, quòd sint rogati. Quia per l. ordinamenti del Rey don Alonso en Alcala, & transumptiuè in ordinationibus regalibus, libro quinto, titulo secundo, l. 1. licèt in testamẽto nuncupatiuo sit diminutus numerus testium, qui
65 erat necessarius † per l. 1. titu. 16. parti. suprà allegata, tamẽ rogitus testium, de quo in d. l. part. non est sublatus. & vna l. regni suppletur per aliam, l. regni. Quia licèt l. ordinamẽti recedat à numero testium requisito per l. partitæ, nõ tamen recedit à qualitate ipsorum testium. Et totalis correctio legum debet euitari quatenus possibile est, per ea quę superiùs allegata sunt, quæ hic nõ repeto. Et quia cùm possint duo iura regni per distinctionem, seu sub intelligentiam ad concordiam reduci, id semper agi debet, & correctio euitari, vt not. glo. in l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio, & in authen. offeratur, C. de litis contest. & patet per l. non est nouum, & l. posteriores, ff. de legi. Et ita etiã tenet Montaluus in suo repertorio in verb. testamentum, & ibi tenet, quòd si testes, de quibus in dicta l. ordinamenti. non deponunt quòd fuerunt rogati, quòd non valet testamentum, & quòd nihil probant, quod firmat meam cõclusionem, de qua suprà.

Faciunt quę latè tradunt Alex. & nouissimi per tex. ibi post Bar. & alios ibi in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcidiam. Rodericus Xuarez in l. quoniam in prioribus, C. de inoffi. testa. in prin. legis regni ibi insertæ, & l. sed & posteriores, ff. de legibus.

66 Deniq; circa † d. l. tit. de los testam. lib. 5. ordina. quæ de nuò induxit, vt in testamento intersint quinq; testes si reperiri possint, sin autẽ vix possint reperiri, tunc saltẽ tres testes interueniant, nec declarat quando videantur posse reperiri vel non, considera, quòd quando est ciuitas, vel locus insignis, præsumitur quòd tales de facili possunt interuenire. Ita Bart. in l. idem quæritur. ff. pro socio. Et ex hoc dixit bene Montaluus in loco vbi suprà, quòd dict. l. ordinamenti, habet locum in locis, vbi copia testium non reperitur, vt sufficiant tres testes, si est talis locus, vbi non possint reperiri quinque: & si esset talis locus desertus, incumbe-

incumberet onus probandi dicēti quòd potuerunt faciliter quinq; testes reperiri, vt not. singulariter Bart. in l. con ficiuntur, ff. de iure codicil. Et sic prædicta l. ordi. quatenus tangit, ꝙ qñ non possint reperire quinq; testes sufficiunt, tres, loquitur eo casu, quo testator erat cōstitutus in loco, in quo non potuit habere sufficientē numerum testium.

Vnde ista stant simul, ꝙ nō interuenit legitimus numerus testiū, & ꝙ fuerit in loco, vbi potuit habere. Nec suppletur numerus testiū, licèt illi qui deposuerūt, asserant legitimum numerum testium testamento interfuisse, & ꝙ mortui sunt illi, qui desunt. Quia vt dicitur per Bald. in l. 2. de bono. possess. secun. tabul vbi de formali substātia actus est certus numerus testium, vt est in testamentis, tunc si vnus deficit, quia mortuus est, vel non deponit, non suppletur probatio per iuramentum, vel alio modo.

Et idem dicit in l. in bonę fidei. in princi. 3. col. de rebus credit. C. secùs † in alijs causis non ita grauibus, vt in c. ex

67 insinuatione, de procurato. iuncta gl. ibi. & in c. mulieri. de iureiur. Quia voluntas testatoris debet probari per tot testes, quot sunt necessarij in facto, vt dicit ibi Bal. d. l. de bo. poss. secun. tabu. 2. col.

68 Adde pręterea, ꝙ qñ de testō † nuncupatiuo confectū est instrumentū, vt cōiter hodie fit, licèt scriptura non sit de substantia, sed fiat ad probationē, & species probationū sint plures. s. per instrumētū, & per testes, tamē quia testator totá vim probationū censetur posuisse in instrumēto, si reperitur cancellatū, penes ipsum censetur voluisse irritare totam voluntatē, & tunc non potest fieri probatio ꝑ testes. Ita singulariter Paul. de Cast. in l. fi. de ijs quæ in testam. delen. vbi dicit, ꝙ vidit in practica istum casum, & contrarium sentit idem Bal. vnico verbo in d. l. fina.

Et sanè verior videtur opinio Pauli Castrensis, argumē. d. l. fi. & ferè per totū, ff. de ijs quæ in testō delentur. Quia cū nullus præsumatur velle subuertere suas dispositiones, l. 3. ff. de milit. testa. neq; actū otiosum & inanē facere l. nō cogendū, §. Sabinus. ff. de procu. l. hęc stipulatio §. diuus, ff. vt legatorū nomine caueatur, certè ob nullā aliam rē, aut causam præsumendū est talē instrumenti corruptionē testatorem fecisse, nisi quòd illius voluntatis pœnituit.

69 Stat ergo ad firmitatē testamenti requiri † rogitum testium, vt in l. cū antiquitas, & in l. hac consultissima. C. de testam. & in l. hæredes palàm, §. in testamē. ff. de testam. & in §. fi. Insti. eod. tit. Quod variè intelligitur.

70 Primò, ꝙ in re dubia non pręsumitur † rogitus, secūdū cōem opinionē suprà relatā, quā etiam tenent vltra suprà citatos, Alex. cons. 153. nu. 9. lib. 2. idē Alex. cons. 47. abundè, nu. 4. lib. 2. Corn. cons. 308. nu. 4. lib. 3. incipi. Pro decisione, Decius cons. 11. nu. 9. & nu. 16. Alex. in l. sciendum post Bart. & alios communiter ibi. ff. de verb. obli.

71 Secūdò intellige ꝙ procedit de † iure ciuili, vt dictū est.

72 Tertiò ꝙ procedit etiā de † iure canonico, vt suprà pro

73 bauimus. Facit, quia etiā fœmina testis † esse non potest de iure canonico, non magis, quā de iure ciuili in testamētis. Et hæc mihi videtur magis recepta op. licèt modò neutrā partē firmem, quia alibi pleniùs dicturus sum. Et ꝙ sit magis vera opi. contraria, vt possit esse testis fœmina iure canonico diximus suprà §. 12. nu. 32. versi. in omnibus, quasi testa. iure canon. informe intelligatur, vt docemur suprà, §.

74 11. ad. fi. Agnosco tñ, vt ꝙ testis esse nequeat † iure canonico, sit cōis opi. vt resoluunt Dec. in c. 3. de testib. col. penu. idē Dec. in l. 2. de reg. iur. nu. 31. per tex. in c. cū esses, de testam. dū testes testamentorū idoneos esse desiderat, & tenet Alex. consi. 70. col. pen. lib. 2. & cons. 77. col. 2. eod. lib. & Albertus Bru. in tract. de forma. fol. pen. q. 8. quos refert & sequitur Couar. de testamentis, in c. cùm esses, nu. 14.

75 Quartò intelligitur, vt ab ipso testatore † testes rogari debeant, alias rogitus non valeret. Ista est cōis opi. quā tenent glo. 1. & ibi communiter docto. in auth. rogati. C. de testibus, per tex. in auth. de testibus, §. & licet, & late resol uit Ias. in l. hac consultissima, in pr. C. de testa. Alex. consil.

76 47. Abundè, lib. 2. nu. 4. Id quod expressim probarur in † l. 1. ti. 1. par. 6. ibi, è rogados de aquel que lo faze.

77 Limit. 1. vt sufficiat regatos esse a † tabellione, qui hac in re vicē sustinet testatoris. Ista est cōis opi. vt resoluunt Ias. in d. l. hac consultissima, in pr. col. 1, & Alex. in d. cōs. 47. lib. 2. nu. 4. Pau. in l. hac consultissima, §. in testamentis ff. de testa. & est de mente Aret. ibidem.

78 Limit. 2. vt sufficiat etiā a quocunq; alio fuisse rogatos secundum † communem opinionē, vt resoluunt Alex. & Ias. vbi suprà, & etiā Paul. in d. §. in testam. Quod intellige quando pręsente, & consentiente testatore testes fuerūt ab alio rogati secundum eos, argumento tex. in l. qui patitur, ff. mandati. quia his casibus per ipsum testatorem rogati videntur interpretatiue.

79 Tertio limita, qñ ex cōi † stilo instrumentorū, & notariorū receptum esset, vt in testamentis non exprimeretur testes, esse rogatos, sed tantum soleret exprimi testes fuisse præsentes, vt resoluit Dec. consi. 11. nu. 9. & nu. 16.

80 Quartò limita secundum quosdā, quando a † tabellione dictum esset testes fuisse conuocatos. Nā cum tabellio præsumatur iuris peritus, per hoc videtur dixisse, ꝙ testes fuerunt rogati, vt resoluit Iason. in d. le. hac consultima, in princ. col. 1.

81 Quinto limita, vt scriptorē † testamenti non oporteat rogatum fuisse secundum Bar. & cōmuniter doc. in l. Domitius, per illam tex. ff. de test.

Sexto limita secundū quosdā, vt non oporteat esse † rogatos specialiter ad opus testandi, sed sufficiat ad quācunq; aliam rē rogatos fuisse. Sed in contrarium est vera & cōis sententia, quā tenent Bar. & communiter doct. per tex. ibi in l. hęredes palam, §. in testa. ff. de testa. & etiam alij, quos suprà retulimus.

Illud autem notandum est, quòd, si in scriptura testamēti notarius dixerit testes rogatos fuisse ad opus testandi, stādum est instrumento, etiam si de rogitu testium aliter nō probetur secundum plerosque scribentium, quos suprà retulimus. Quia rogitus testium est solēnitas intrinseca, quę pręsumitur per solam tabellionis assertionem, etiam si aliter non probetur, vt in l. sciēdum, cum ibi not. per gl. Bart. & alios, ff. de verb. oblig.

1 *Testes esse debēt in conspectu testantis cum cōmuni.*
2 *Testamentū non valet, si sit paries inter testes, & testatorem, cum communi.*
3 *Testes non est necesse quod videant contrahentes cum cōi.*
4 *Testes non est necesse quod videant contrahentes matrimonium cum doct. aut debitum confitentem.*
5 *Testes deponentes se. vidisse quod nocte fit, suspecti sunt, cū communi.*
6 *Limit. 2.*
7 *Limit. 3.*
8 *Limit. 4.*
9 *Limit. 5.*
10 *Limit. 6.*
11 *Limit. 7.*
12 *Limit. 8.*
13 *Limit. 9.*
14 *Limit. 10.*
15 *Limit. 11.*
16 *L. 2. tit. 2 lib. 5 ord.*
17 *Limit. 12.*
18 *Limit. 13.*
19 *Limit. 14.*
20 *Limit. 15.*
21 *Limit. 16.*
22 *Limit. 17.*
23 *Limit. 18.*
24 *Limit. 19.*
25 *Limit. 20.*
26 *Nobilitas potest etiam à matre deriuari.*

27 *regnum, Papatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus non diuiduntur cum communi.*
28 *Declaratio l. 31. del encabe. vt formæ omissio vitiet, licèt l. dispositiuè loquatur.*
29 *Cæcus testis esse non potest in testamento, cum communi.*
Declaratio. 1.
Declaratio. 2.
Declaratio. 3.
Declaratio. 4.
Declaratio. 5.
Declaratio. 6.
Declaratio. 7.
30 *L. 2. tit. 2. lib. 5. ordina.*
Declaratio 9.
Declaratio. 10.
Declaratio. 11.
31 *L. 4. titu. 1. par. 6. ampli.*
Declaratio. 13.
Declaratio. 14.
Declaratio. 15.
Declaratio. 16.
Declaratio. 17.
Declaratio. 18.
Declaratio. 19.
Declaratio. 20.
32 *L. 1. tit. 2. lib. 5. ordina.*
33 *Informe testamentum per testem probari potest, noua declaratio.*
34 *Declaratio. l. 29. del encabe. vt probationis forma omissa vitiet.*
35 *Testes debent intelligere contenta in testamento, cum communi.*
36 *Testamentum iam conscriptum debet relegi coram testibus, cum communi.*
37 *Tabellionis signum an in testamento requiratur.*
38 *Limit. 1.*
39 *Limit. 2.*
40 *Limit. 3.*
41 *Limit. 4.*
42 *Testa. ordinatum inter testatorem & tabellionem si antequàm testes deuenirent obijt testator, an valeat.*
43 *Testes debent esse præsentes toti testamento, cũ communi.*
44 *Probatio membratim admittitur in actibus inter viuos.*
45 *Limit. 1.*
46 *Necessitatis causa relaxatur solennitas testandi, cum cõi.*
47 *Limit. 2.*
48 *Limit. 3.*
49 *Limit. 4.*
50 *Limit. 5.*
51 *Limit. 6.*
52 *Limit. 7.*
53 *Limiit. 8.*
54 *Limit. 9.*
55 *Limit. 10.*
56 *Limit. 11.*
57 *Limit. 12.*
58 *L. 2. tit. 2. lib. 5. ordinamen.*
59 *Limit. 13.*
60 *Limit. 14.*
61 *Limit. 15.*
62 *Limit. 16.*
63 *Limit. 17.*
64 *Limit. 18.*
65 *Limit. 19.*
66 *Princeps potest donationem reuocare.*
67 *Testamentum vnico contextu fieri debet, cum communi.*
68 *Forma in dubio præsumitur substantialis, cum communi.*
69 *Formæ omissio, etiam in minima parte, vitiat dispositionẽ, cum communi.*
70 *Formæ nil addi, aut detrahi potest, cum communi.*
71 *Formam negligens, actum inanem facere vult.*
72 *Forma incommutabilis inducitur per clausul. annullatiuã, cum communi.*
73 *Forma non impletur æquipollenter, cum communi.*
74 *Formæ nil addi potest.*
75 *Intell. l. 1. titulo de los testamentos, lib. 5 ordin.*
76 *Testamentũ quod vt in scriptis valere nõ poterat vt testator cogitauerat, an valeat vt nũcupatiuũ noua declaratio.*
77 *Declaratio. l. 3. Tauri.*
78 *Declaratio. l. 1. titu. de los testam. lib. 5. ordina.*
79 *Intell. l si quis in prin. ff. de leg. 3.*
80 *L. 2. tit. de los testamentos, lib. 5. ordinamen.*
81 *Subscribens an æquipararetur totum scribenti.*
82 *Tabellio an propria manu testamentum debeat scribere.*
83 *Subscriptio etiam in executiuis exequatur ipsi scrpturę, cũ communi.*
84 *Tabellionis signum est necessarium in instrumentis.*
85 *Aduocatus quando in testamento testis esse possit, vel illud dolo defendere, vel salarium immensum recipere.*

1 DEinde & 9. requiritur, ꝙ testes sint in † cõspectu testantis. Ista est vera & cõis opi. vt resoluunt Decius cons. 354. In casu proposito. nu. 1. & Parisi. cons. 33. col. 1. lib. 2. Bal. in l. si non speciali, C. de testa. Ias. in d. l. si nõ speciali. in 1. & 3. notabili. Cor. cõs. 18. in dñi. lib. 2. nu. 4. Fulg. in d. l. si non speciali. Bar. Sal. Pau. & Bene. de Plũbi. in eadẽ l. si nõ speciali. Imo. & Abb. in c. de cõsuetudine, & est cõis op. secundũ Corn. vbi suprà, nu. 6. Alex. & Cinus in d. l. si non speciali, nu. 6.

præsumitur substantialis. Communis opi. est, quam tenent
Decius consil. 466, num. 13. Bal. in l. comparationes. C. de
fide instru. Bal. cons. 11. Præmissis, col. fi. lib. 1. & cons. 324.
Punctus. lib. 2. & resoluit Decius consi. 612. nu. 3. Decius,
nu. 9. in l. hac consultissima. C. qui testa. fa. poss.
104 Vnde omissio formę statutariæ, vel legalis vitiat † di-
spositionẽ ipso iure, etiam si in minima, vel leuissima sui
parte forma deficiat. Ista est cõis op. vt resoluit Bald. in l. 1.
ff. de lib. & posth. Decius consi. 532. nu. 5. & consi. 466. nu.
14. &

41.& consi.11.n.9. Quod procedit, ēt si esset iusta causa formam omittendi, secundum Bal.in d.l.1. idem Bald.in l.humanum, C.de legi.& generaliter per Bal.consi.11. Præmissis, col.fi.lib.1.& in d.consi.324. Punctus, lib.2. Ancha.cōs.35. Visis, col.fi. Parisius consi.46 libr.3.col.1. Bal.in l.cessante, col.fi.C.quomodo & quando iudex, in ca.ex literis, col.fi.de const.& in c.1.col.de milite vasalli. Parisi.consi.33.nu.24.lib.2. Alex.consi.137. In causa, col.4.& consi.96. Viso, col.fi.lib.4.& consi.112. Ponderatis, col.j.lib.6.

105 Vnde formæ nihil † addi, aut detrahi pōt secundū communem opinionem vt resoluit Parisius consi.19. lib.2.nu.188. Bald.in l.fin.col.de suis & legi. Ias.in l.hæc verba, colū.5.de leg.1. Ias.nu.25.in l.1.de lib. & postum. Ias. in l.nemo potest, lect.2.nu.15.ff.de lega.1.& ibi Hannibalis, num.13. Dec.in l.hac cōsultissima, nu.12.C.qui test.facere possunt, Bal.in l.quoties, C.de suis & legit.

106 Vnde qui formam legis † prętermittunt, prędsumuntur actum inanem facere voluisse, vt resoluit parisius cons.19. num.61.lib.2.

Et similiter qui formam omittit, similis est ei, qui vult actum valere & non valere, qui quasi sibi ipse repugnet, nihil egisse videtur, secundum Bart.in l.nemo potest, ff.de legat.1.in 1.oppo.quem omnes ibi sequuntur.

107 Et quando lex disponit, & vltra † procedit annullando, tūc actus contra factus indubitanter est nullus. Ista est cōmunis opi.& per Parisium cons.19.nu.187.lib.2. Ro.cons.402. In proposita. Quod procedit etiam si tale omissum videretur esse leuissimæ, vel minimę solennitatis, secundum eosdem, & per Ias.in d.l.1.de lib.& posth.col.2.in fi. Bar.in l.non dubium.3.notabili.C. de leg. & ibi Ias.nu.17.& Fulgo.in 4.notab. Dec.in d.l.hac consultissimi.col.2.

108 Adeò, vt etiam æquipollenter talis † forma impleri non possit, vt est communis opi. secūdum Decium vbi suprà. Crotus in l.nemo potest, nu.29. vbi Hannibalis, nu.5. Iaso. in d.l.1.nu.14.& Alex.nu.8. Dec.consi.612. num.3. Bal.& Ang.in d.l.1. Bald.in l.ambiguitates, C. de testament.& in d.l.cessante, & in l.si institorem, ff.si cert.peta. Decius consi.466.nu.19.

Quę limitantur, nisi ipsa lex vltra procederet dispensando. Et ita procedit tex. in l.1.§.fi.ff. de ventre inspicien. secundum omnes suprà allega. Et ita etiam procedit l. filio pręterito, ff.de iniust.rup.

Vnde licet ordo literæ sit lęuissimę sollennitatis secundū omnes per tex.ibi in §.ante hæredis. Insti.de leg. tamen ēt ordo scripturę si non seruetur, vitiat ipso iure dispositio q̄ñ lex vltra non procedit dispensando. Et sic etiam hodie vitiatur ipso iure testamentum cæci legata, & similia pręcedant hæredis institutionem, vt est communis opi. quā post alios resoluit Dec.nu.7.in d.l.hac cōsult.& ibi Cin. Richar. Bar. Alberi.& Fulgo. Ange.in §.ante hæredis Instit.de leg. idem Ange.in §. cęcus, Instit.quibus mod.testa.infir.

Denique secundū omnes authores supra allegatos quādo agitur de creatione & productione alicuius rei, omnia requisita pariter concurrere debent, adeò vt omissio minimi, & leuissimi requisiti vitiet dispositionē, & facit, vt non producatur ea res de qua agitur, sed alia longe diuersa, per tex.in l.ad testium, §.si quis ex testibus, ff.de testam. Notat etiam Bar.in l.j.§.si quis ita, ff.de verb.oblig.quem omnes ibi sequuntur, dum tenet, ꝙ dum agitur de stipulatione producenda, omissio cuiusq; etiam minimi, & leuissimi requisiti vitiat, sed hic agitur de noua creatione, & productione, ergo, &c. Et hæc procedunt, etiam si interueniat iuramentum, Bar.col.pen.in l.si quis pro eo, ff.de fidei.

Sed his omnibus vnico verbo respondetur, ꝙ procedūt regulariter omnes autem limitationes, de quibus suprà mētionem habuimus, procedunt, quando sumus in casibus singularibus, vt in ipsis patet.

109 Dum autē diximus formæ nil † addi posse non magis, quàm detrahi, inde infertur nouus, & inauditus intellectus

110 ad † l.j.titu.de los testamen.lib.5.ordi.dum ait. E otrosi mādamos, que vala el testamento que fuere hecho con buenos testimonios. Nam postquàm docuit quonā modo & forma fieri deberet testam.subiecit valere testa.quod bonis probationibus factum esset, nec aperit quænam forent illę bonę probationes, anne essent illæ de quibus antea specificè mentionem habuerat, an aliæ. Qua in re nostrorum pleriq; variant. Nos autem olim consulti sic respondimus, ꝙ licet testator probaretur destinasse facere testa. cum maiori testium numero quàm regulariter desideratur, tamen quia non potest formæ testamentorum quicquā addi non magis quàm detrahi id testam.valeat, quod habuerit buenos testimonios, id est legitimum testium numerum, legitimamque solennitatē, & formam, licet non interfuerit q̄d præterea testator superaddere destinarat. Id quod in simili probat tex. de iure communi ad hāc rem à nullo vnquam perpensus in l.3.ff.de mili.testa. Nā tunc præsumo testatorē recessisse a priore volūtate, vt d.l.3.& d.l.1.sic intellecta.

Quid autem si testator, qui cum maiore testium numero testari destinauerat, expressit non aliter se velle valere suū testam.q̄ si tot illę superadditę vel superoptatæ solennitates interfuissent? Et adhuc magis est vt tale testa. valeret

111 quia solennitati addi † nihil potuit non magis q̄ detrahi verū quasi ex defectu voluntatis id testam.ratum nō esset, si apud iudicem certum esset non aliter testatorē suū testam. firmū esse optasse, quàm si illæ solēnitates superadditę, aut superoptatæ interfuissent, arg.in simili in l.fi.ff.de hær.inst. & quæ tradunt Bart. & omnes per tex.ibi in l.si quis in pr. testamenti, ff.de lega.3.& in l.si mihi & tibi.§.fi.ff.de leg.j.

Dicet quis, cur ergo imponimus legem verbis contra l.2.C.com.de lega. Quid iuuat dicere formæ testamentorū nihil addi posse non magis quàm detrahi, si cū aliquid superaddere testator destinauit. quod postea omisit, test. licet non ex defectu formæ, tamen ex defectu voluntatis infirmatur, nullus vnquàm responsum dedit. Sed bellissime respondetur multū interesse, quia id testa.in sui forma initio valuerit. licet infirmari posse videretur ex defectu voluntatis, tñ potuit postea testator citra vllam solennitatem declarare se velle, vt id testa.quod formam tantum solennem non ēt pleniorem habuit, valeret, sicq; ratum erit, vt in l.hęredes palam, §.1.& 2.ff.de testa.& tamen si in forma videretur defectus tunc & initio nil valeret, & ex pōst facto refici non posset, nisi per interuentum oīum ex integro solēniū d.l.hęredes palā, in prin.& §.1. Quę no. quia principes & magnates sępe solent destinare cum numerosiore testiū conuentu testari, quàm iure communi requiratur.

Quid autem si testator, qui destinarat testa. in scriptis

112 facere, adhibuit † solennitatem ad testa. in scriptis non idoneam, sufficientem tñ ad testam.nuncupatiuum, an vt testam.nuncupatiuum valebit, licet vt in scriptis testa.valere nequeat? Videtur ꝙ non, arg.l.j.ff.de iure codicillor.l.fi.C. de codi.l.non codicillum, C. de test. præsertim quia (vt diximus) cum agitur de creatione alicuius rei, tunc omissio formæ etiam in minima sui parte, vitiat dispositionem, ita vt ea dispositio ne valeat in vim illius dispositionis, de qua agebatur, neque vim alterius, vt docent Bart.& communiter doct.in l.j.§.si quis ita, ff. de verb. Et ita se habet receptior opin.vt alibi differimus. Licet contrarium teneat, & dicat communiter teneri Ludouicus Gozandi.cons.3.nu.10.per d.l.3.ff.de milit. testamen.cuius opi.etiam communis est, vt infrà dicemus.

Quā opi.in terminis iuris cōis suspectam quidā putant,

113 verū iure regio forte defendi posset, arg.d.† l.1.tit.de los testa.lib.5.or.ibi. E otrosi mandamos, que vala el teston, que fuere hecho con buenos testimonios. Nā postq̄ tex.ille tradidit forma testi, quorsum pertinuit adijcere similiter vt valeret test.ꝙ haberet legitimam probationem, aut legitimam formam, nisi vt monstraret, ꝙ licet testator destinasset testa.nuncupatiuum facere, neque expresisset nomen hæredis iux.l.iubemus, C. de testa.si tamen interfuisset solennitas sufficiens ad test.in scriptis conficiendum, id test. firmum esset, valeretq; vt test. in scriptis? quia tale test.nō pōt non videri habuisse buenos testium.i.solennitatē legitimam

mam. Idem per contrarium. Nam si instituit facere test. in scriptis, nec adhibuit solennitatem ad id testamenti genus sufficientem, sed eam tantum, quę testamento nuncupatiuo sufficeret, tunc quia negari non potest, quin testa. nuncupatiuum habeat satis buenos testimonios, idest satis legi legitimam probationem, magis est, vt tale testamen. valeat in vim testamēti, non inscriptis cōfecti (licet id testator cogitauerit) sed magis testamenti nuncupatiui. Quæ nota, quia nouissima, & summæ vtilia. Et vide omnino, sup. §. 11. vbi teneo idem esse de iure communi.

114 Dum autem diximus, quòd si destinauit † testari cū. 20. testibus, valet testament. licet septem tantum testes adhibiti fuerint, & si objciatur, & euidēter probetur testatorem noluisse valere testamen. nisi haberet. 20 testes, si tamen postea etiam sine solénitate testator declarauit se cū. 7. tantū testibus contentum fuisse, inde infertur, ꝙ licet tesam. primum habeat clausulam derogatoriam, tamen test. secūdū valere non desinit, licet clausula illa derogatoria non reuocetur in illo secundo testamento, sed longe postea, sicq; limitatur l. si quis in princ. testamenti, §. de legatis tertio.

Dum autem diximus, quòd formæ transgressio non nocet, quando l. vltra processit declarando actum contra l. factum in toto vel parte valere, & ita etiam intelligi posse d. l. 3. ff de mili. testa. quia ibi l. vltra processit declarando testamētum valere iure militari, inde etiam infertur declara-

115 tio ad † l. 50. E nel quaderno delas alcaualas, vbi lex iussit, ꝙ si quisquam conductorum gabellorum reddituumue regalium duos redditus diuersos pariter vnoq; contractu cōduxisset, teneretur infra dies quinque eos redditus diuidere, declarareq; quātum pretij pro quolibet redditu dabat, aut offerebat, vt sic qui eam adiectionem, aut incrementū offerre vellet, quam (Puza del quarto) Hispane appllamus posset hanc adiectionem offerre in singulis redditibus, vel in reliquo eorum. Verū si hanc declarationem ille conductor facere distulerit, aut neglexerit infra dictos dies quinque, adhuc cōtractus ille locationis valere nō desinit, quia eadem lex vltra processit declarando, vt cessante cōductore, eadem declaratio fieri posset per regias rationales, sicq; ea lex formam præcisam non videtur induxisse.

Infertur etiam declaratio ad l. 61. E nel quaderno de elcaualas, vbi in redditibus & gabellis & regalibus minor viginti quinque annis neq; conductor esse potest, neq; fideiussor cōductoris, nisi vel dicat se maiorem, vel iuret se restitutionem nō petiturum sub certa pœna, quæ imponitur tabellioni, si aliter instrumentum hac in re conscripserit. Nam in terminis illius legis. 61. contractus, tam locationis quàm fideiussionis, etiam citra talem assertionem, vel iuramentum valere non desinit, licet tabellio puniatur. Quia cum lex illa disposuerit, & deinde pœnam adiecerit vltra procedendo videtur velle, vt contractus valeat dummodo pœna præstetur, vt quibusdam videbatur. Sed sane in terminis illius legis magis est vt contractus ipso iure non valeat quia duo sunt illius legis præcepta. Primum prohibitorium, ne talis contractus fiat, vnde actus contrà factus nullius momenti est. alterū pœnale, vnde talis actus vtilis est, quo ad pœnam tantum exactionemq; simile in l. plane, in princ. ff. de lega. 1. Simile etiā in vēdente rē alienā vt in l. rē alienā, ff. de contrahē. empt. simile ēt in §. penultimo, & fi. inst. de vsufructu. Facit, quia inducta ad vnū effectū debēt contrariū operari. l. legata inutiliter, ff. de leg. 1. sed pœna adiecta fuit quo minus ille contractus fieret ergo, &c.

Ad creationem testamenti redeundo, ad eiusq; formam Deinde & 14. requiritur, quòd testes subscribant sese in testamento vt probat tex. in §. sed cū paulatim, in §. possunt insti. de test. l. ad testium, §. fi. ff. eod. titu. l. hac consultissima in prin. & §. non subscriptum. C. eod. tit. l. 1. tit. 1. par. 6. l. 3. in legibus Tauri.

Limita primo, vt non procedat in codicillis, in quibus nulla lege cautum expressim reperitur, quòd interueniant testium subscriptiones, vt patet in l. fi. §. fin. C. de codicillis, & in §. fin. insti. de fideicom. hęredi. Secundo limita vt nō procedat in testamento, quod haberet clausulam codicillarem, nā absq; vlla testium subscriptione similiter tale testamentum valeret in vim codicillorum, & institutio hæredis conuerteretur in fideicommissum vniuersale, argum. d. l. fin. C. de codicill. l. 1. ff. de iure codicillorū, facit l. codicillis, §. fina. ff. de lega. 2. l. cum pater, §. filius matrem, ff. de lega. 2. & vtraq; limitatio est ex mente gloss. quā dd. sequuntur cōiter in l. qui testamento, §. mulier. verbo. posse. ff. de testam. vnde & in testamētis quæ informia esse diximus non inutiliter adnotare possemus non oportere vt testes subscriberent sese quale est testamentū quod fit a principe iuxta l. omnium, C. de testa. l. 5. tit. 1. par. 6. & testamentum quod fit ab eo qui habet merum imperiū in loco vbi testatur is. n. principi exequatur, l. 1. ff. de const. princip. l. 2. titu. 15. par. 4. l. 18. titul. 4. part. 3. & testamētum quod fit coram principe d. l. omnium, & testamentum quod fit apud acta iudicis vt ibi, & testamentum militis vt per totum, ff. C. & insti. de testam. mili. & testamentum quod fit a patre inter liberos, l. fi. C. famil. hærc. l. hac consultissima. §. ex imperfecto, C. de test. l. 7. tit. 1. par. 6. & testamentum ad pias causas c. cum esses, de testa. nam in ijs omnibus testamentorū speciebus cessat hoc requisitum de testium subscriptione, vt plene in simili diximus suprà, & infrà dicemus.

Decimo limita. vt non procedat in testamento peregrini, in quo iuris ciuilis solennitates remittuntur, non secus, quàm in testamento militis, vt diximus suprà in simili, & traditur per Lupum in l. 3. Tauri. col. fi. & dicemus infrà, & idem iure regio, per quod ampliatur l. 2. tit. de los testamē. lib. 5. ordin.

Vndecimò limita. vt non procedat in testamento facto

114 coram † presbytero parochiali, argumen. tex. in simili secūdum vnum intellectum nouissimorum in capit. cum esses, de testamen.

Decimotertiò limita. vt non procedat in testamento facto tempore pestis, in quo hanc solennitatem prætermitti posse puto, non secus, quàm reliquę solennitates, vt in simili probauimus suprà.

Decicimoquartò limita. vt non procedat in testamento facto in tempore belli, in quo eadem ratione hanc solennitatem relaxari posse puto, non secus, q̄ reliquę solennitates arg. eorum quæ in simili diximus suprà.

Decimoquintò limita. vt non procedat, vbi esset hominum penuria, quo casu hanc solennitatem prætermitti posse existimo, non secus. quàm reliquæ solennitates, vt in simili docuimus suprà.

Decimosextò limita. vt nō procedat in test. facto in carcere tyrāni, in quo hanc similiter solennitatem prętermitti posse puto, non secus, quàm reliquę solennitates, vt in simili diximus suprà.

Decimoseptimò limita. vt non procedat, etiam si hominum copia esset, testium tamen penuria adesset, quo casu hanc solennitatē prætermitti posse puto, no secus, quàm reliquæ solennitates, vt diximus suprà.

Decimooctauò limita. quando princeps cum hac solénitate dispensaret, vt diximus in simili suprà.

Dicimononò limita. quando lex genralis hanc solennitatem abrogaret, vt in simili diximus suprà.

Vicesimò limita vt non procedat, quando consuetudo cum hac solénitate dispensaret, vt docuimus in simili suprà. Quę limitationes licet a nostris nō considerentur, sunt tamen ex mente & sententia doctorū, & probantur ex dictis supra, §. 11. ad fin. vbi docemur in plerisq; horū casuū test. esse informe, nec ad eius firmitatem quicquā solenniū desiderari: pręter legitimam probationem qualis est illa, quæ in actibus inter viuos sufficit.

Illud autem dubium est, an talis subscriptio habeat eandem vim, quam haberet tota scriptura, si facta esse manu propria ipsius testis vel alterius? Qua in re, aut loquimur in scriptura priuata, aut in scriptura publica. Si in scriptura priuata, tunc aut est scripta & subscripta manu propria disponentis, & id sine dubio sufficit. Aut scripta tantum

tũ,& nõ ſubſcripta,& ſimiliter ſufficit,vt in le.cũ antiquitas.in §.fina.C.de teſta. Aut ſubſcripta tantũ,& nõ ſcripta, & id ſimiliter ſufficit,arg.tex.in prin.Inſti.de empt.& vẽdi.facit tex.in l.Domitius,ff.de teſta.In inſtrumẽto tñ publico,aut eſt ſcriptũ,& ſubſcriptũ à tabellione, & ſufficit. Aut ſcriptũ tantũ,& non ſubſcriptum,& nõ ſufficit. Aut ſubſcriptũ tantũ,& non ſcriptũ,& bene ſufficit ſecundum veras,& cões reſolutiones, vt latè ꝑ Alex. cõſ.153.Videtur 1.lib.2.nu.7.Bal.& Alex.& Iaſ.n.12.in d.cũ antiquitas in prin.C.de teſt.& ibi.Pau.& idẽ dicit Bar.ſub dubio fortè in l.cũ tabernam,§.idẽ quæſijt. & ibi Ang.& Saly.ff.de pig.& Bal.per illũ tex.in prin. digeſtorũ.in 10.q.in vlt.col. & dom.Anto.in ca.2.in 2.colum.de fid.inſtrum.eſt tex.in l.2.in verb.tabularius nõ ſubnotauit, C.de conueni.fiſ.debi.lib.10. quẽ adhoc allegat Bal.in l.2.& 3.qñ.fiſ.vel priua. tenet glo.ordi.in l.generaliter C. de tabula.lib.10.Idẽ not. Bar.& alij.in l.emptor,§.Lucius.per illũ tex.cũ gl.in verb. habebitur,ff.de pact.facit tex.in auth.quod ſine,C.de teſt. iuncta auth.ſi modo,C.fami.herciſ.& text.notabilis.in §. 1.Inſti.de contrahẽ.emp.& in l.ſi per epiſtolam,ff.de acq. hær.& in l.ſicut,§.nõ videtur.& ibi no.Bart.ff.qui pig.vel hyp.ſol.& in l.1.ff.de cõſt.priu.& in c.ſi quis presbyterorũ,cũ gl.in ver.ſubſcripſerit.de reb.eccle.non alie.gl.in ca. ex literis.de trãſa.& in c.quãto.de his qui fiũt à præla. Vnde Bald.ait in auth.cõtra qui propriã,in 3.col.C.de nõ nu. pec.ꝙ diſpoſitio illius authẽticę loquẽs in negãte ſcriptu-
117 rã † propriã,habet locũ ĩ eo,qui negat ſcripturã ſcriptã manu alterius,ſed manu ſua ſubſcriptã.facit gl.not.§.his verò in auth.de inſtru.cau.& fi.per quã dicit ſignãter Ange.in l. ſi quis ex argẽtarijs,§.prætor ait.& in l.quædã §.nihil intereſt.ff.de edẽ.ꝙ paria ſunt,vel ꝙ notarius rogatꝰ de principali inſtrumẽto ipſemet exẽplet ſua manu, aut vero faciat ſcribi ꝑ aliũ notariũ, vt tota die fit, & poſtea ipſe ſubſcribat: quia ex tali ſubſcriptiõe eſt perinde,acſi inſtrumẽtũ propria manu ſcripſiſſet.Ange.in l.plurib.in prin.& in l. ſi ita ſtipulatꝰ fuero ſi Titius §. Chryſogonus, ff.de verb. obl.Fortius per prædicta, ꝙ ſola ſubſcriptio habeat eandẽ virtutẽ, ac ſi tota ſchedula eſſet propria manu ſcripta, dixit ſing.Ange.in d.§.Chryſogonus,& ibi ſequitur Ioa.de Imo.in 3.col.Pau.de Caſt.Et in effectu dicit Alex.ꝙ ſtãte ſtatuto in ciuitate Florent.ꝙ ſchedulæ ſcriptæ manu propria mercatoris,vel artificis habeant executionẽ, ſicut ſi eſ-
118 ſet ſententia † diffinitiua, quòd idem erit in ſchedula,quę ſit ſcripta manu alterius, & ſubſcripta manu artificis approbantis omnia in ea contenta:quia virtualiter eſt idem, acſi ipſe manu propria ſubſcripſiſſet.

Cõtrariũ tñ tenent Ang. & Iaſ.in d.l.cum antiquitas,in fi.quia (inquiũt) non verè,ſed fictè dicitur à me ſchedula ſcripta,q̃ ipſe nõ totã ſcripſi,ſed tm̃ ſubſcripſi, arg.l.diuus. in §.item ſenatus, ff.de Fal.Sed verior eſt prior ſnĩa contra Ang.& Iaſ. quia ſchedula à me ſubſcripta non ex mera fictione à ſcripta intelligitur, ſed magis ex iuſta & rõnabili legis interpretatione,vt dd.iurib.probatur.Neq; dubiũ eſt quin leges nouæ recipiãt oẽs legales interpretationes ſecũdũ verã & cõem reſolutionẽ (quam vſus in tota Hiſpania hodie cõfirmat)de qua per Alex.poſt Bar. & alios ibi in l. 1.§.lex Falci.per tex.ibi.ff.ad leg.Falc.per Roder. Xuarez. in l.qm̃,in prioribus.ſuper l. regia in princ.C.de inof.teſta.

119 Et quod diximus ſuprà, ꝙ inſtr̃m † tabellionis valet, qñ eſt ſcriptũ, & ſubſcriptũ manu propria ipſius tabellionis vel ẽt ſubſcriptum tm̃,licèt ſit ſcriptũ manu alterius,vt quotidie fit,id intelligendũ eſt,dũmodo non deſit ſignum ipſius tabellionis:nam eo deficiente, inſtr̃um eſſet nullius momẽti,vt reſoluit ex cõi ſnĩa Alex.conſi.153.nu.7.lib.2.

In ſumma dũ ſuprà incidenter attigimus, an teſtis eſſe poſsit ipſe ſcriptor teſtamenti, quod conceſsimus,ar.l.Domitius.ff.de teſta.idẽ quæri ſolet in teſte adhibito, qui poſtea pro teſtõ patrocinatus fuit. Et magis eſt, vt nõ prohibeatur.argu.in §.teſtes aũt.cum duob.vel trib. ſeq.Inſt.de teſt.licet in cõtrariũ faciat in arg.l.pe. & fi.ff. de inof.teſta.
120 Aduocatus † tñ cũ in eodẽ teſtõ teſtus fuerit, ſicq; certò ſciat contenta in teſtõ eſſe vera, teſtamentumq́; ſolenne,adhuc tñ ſi cõtra teſtamentũ quaſi falſum eſſet, agatur nulla fraude, ſecundum quoſd. vti poterit ipſe aduocatus, ſed more vſitato,& honeſto remota omni fallacia, & dolo illud debet defendere vt reſoluit Couar. variarum reſol. cap.1.nume.2.

Contrarium tamen videntur tenere Præpoſitus in cap. per tuas col.2.qui filij ſint legitimi, Ioa.And.in c.cupientes in verbo malignantium de electione, lib.6. Hippolyt. ſingulari.177.malitijs hominum, idem in practica cauſarum crimi.§.opportunè, nu.93.Tiraq. de vtroq; retractu in præfatione,num.70.Dec.in l.ea eſt natura.num.3.ff.de reg.iur.poſt glo. quam dicit ſingularem in c. dominus,23. q.2.Neuiza.in Silua.nuptiali.lib.4.nu.135.cogita. nam tutius eſt in omni re vti non fraude,ſed ſimplici æquitate,& moderamine. Vnde Horatius ſic cecinit,

Inſani nomen feret
Sapiens,æquus iniqui, vltra quam ſatis eſt virtutem
Si petit ipſam.

Vnde neq; ad ſui vtilitatẽ ſalarij noĩe debet, aut poteſt plus, vltráue, q̃ ſatis ſit exigere, vt per Abulẽ.ſuper Exod. Tomo.1.fol.164.Tiraq.de nobilitate c.29.nu.26.& nu.8. & nu.45.Iaſ.in §.tripli.nu.57.inſti.de actio.poſt Barto.in l.oẽs populi,quęſt.5.niſi in caſu ſpõtaneę oblationis vt per Tiraq.vbi ſuprà,nu.36.& nu.52.poſt Inno.Anto.& Abb. in c.quia pleriq;, de immuni.eccl. de quo per dominicum de Soto de iuſti.& iure c.8.arti.4.Thomas, 22.q.71.idem Dominicus de Soto de iuſtitia & iure,libr.5.q.7. articu.4. Archi.in c.non licet,11.q.3.Ioa.Andr.ad Specu.de ſalario, §.ſequitur,Fely.in c.per tuas.in magno. de ſimonia,num. 3.Iaſ.in §.ſed iſte quidem, num.113.inſtit.de actio.

1 *SIgnacula teſtium in teſtamento requiruntur.*
2 *Solẽnitas ſi deficit ẽt in minima parte vitiatur teſta.*
Solennitatis leuis omiſſio quando noceat.
4 *Teſtatoris voluntas principem locum tenet.*
5 *Dominium non tranfertur contra prohibitionẽ alienandi facta à teſtatore non ſic ſi fieret à contrahentibus.*
6 *Maioratus non admittit compromiſſum cum communi. Idem in tranſactione cum communi.*
7 *Maioratus poſſeſſor cum condemnatur præiud.fit ſequentib. cum communi contra alteram communem.*
8 *Contrarium tenentes.*
9 *Maioratus iuſtus poſſeſſor eius dominium habet.*
10 *Maioratũ qui fecit ab ipſo ſepulchro res quas reliquit, gubernare repugnante natura videtur.*
11 *Naturam ius imitatur.*
12 *Teſta.eſt ſpecies quædam formata.*
13 *Monſtro ſimile eſt teſta minus ſolenne.*
14 *Intell.l. ad teſtium §.fi.ff.de teſtam.*
15 *Codicillorum vim non tenet teſta.informe.*
16 *Informe teſt.nõ põt ſuppleri ſed ex integro oĩa agẽda ſunt.*
17 *Factum infectum fieri non poteſt.*
18 *Deus ſemel factum non facit infectum.*
19 *Intelle.c.ſi Paulus 32.q.5.*
20 *Fabula Iunonis.*
21 *Infamiam facti princeps an tollere poſſit.*
22 *Infamiam facti quam principes & leges tollere nõ poſſunt deus tollere poteſt,idem poteſt tempus,idem poteſt populus mutatis paulatim moribus.*
23 *Varij gentium mores.*
24 *Turpe & honeſtum multis in rebus nõ tam natura, quàm vſu gentium diſtinguitur.*
25 *Caſtitas non maior in fœminis quàm in maribus iure naturæ exigitur, aliud quo ad vſum & mores.*
26 *Legitimitatis ſpurietatisq́; nomen humanum inuentum.*
27 *Caſtitatis violatæ culpa maior eſt in maribus quam in fœminis.*

28 *Factum pro infecto quo ad iuris effectus sæpe habetur.*

29 *Homo idem nouus homo vt videatur lex potest facere.*

30 *Infamiam facti quo ad iuris effectus principes & leges tollere possunt.*

31 *Consuetudinis aut temporis potentia maior quàm principum, aut legum in iis quæ facti sunt.*

32 *Recuperatio facilior quàm noua inductio.*

33 *Filiofam.præterito, aut posthumo an test. valeat iure prætorio, vel ciuili côualescat, plures conclu. côtra cômunē.*

34 *Posthumo præterito in vita testātis nascēte, & moriente non magis, nec minus periclitatur testa. quàm si filiusfam. præteritus viuo testatore moreretur contra cōem.*

35 *Intell. l. si filius qui in potestate, ff. de liber. & posthu.*

36 *Intell. l. 2. & l. 3. de posth. hær. insti. C.*

37 *Indefinita prolata à lege æquipollet vniuersali.*

38 *Nihil vt aliquid fieri non potest ita & extinctum non potest viuificari.*

39 *Homo suscitatus nouus homo est.*

40 *Intell. l. posthu. ff. de iniusto rupto, l. filio præterito, eod. tit.*

41 *Posthumi agnatione ruptū testa. iure ciuili nō suscitatur & si posthumus viuo patre decedat 6 cōclusi. cōtra cōem.*

42 *Signacula testium codicillis non exiguntur, nec in tit. clauf. codi. habente.*

43 *Fœmina codicillis & titu. clausulam codicillarem habente testis esse potest.*

44 *Signacula testium in 30 casibus necessaria non sunt in testamento.*

45 *Signacula testium in tit. nuncupatiuo non exiguntur,*

46 *Abbreuiatura insolita vitiat testa.*

47 *Abbreuiatura facile intelligibilis non vitiat.*

48 *Abbreuiatura non vitiat militis testa. idem testa. ad pias causas; idem si fiat inter liberos.*

49 *Abreuiatura non vitiat testa. nuncupatiuum.*

50 *Abbreuiatura nocet testamento facto in carcere tyranni, aut tēpore pestis, aut belli, aut facto in summa necessitate, aut facto à militibus ad bellū pergentibus reciprocè.*

51 *Limi. plures remissiuè.*

52 *Testes in conspectu contrahentium cum fit contractus vt sint, necesse non est.*

53 *Institutio hæredis coniectura, non fit.*

54 *Institutio hæredis est caput testamenti.*

55 *Loqui an scriptura dicatur.*

56 *Loqui cum bannito prohibitus an epistolam ad eū non mittere possit, ardua quæstio.*

57 *Voluntas primum locum, sequentem verisimilitudo, vltimum verba tenent.*

58 *Aduocare vetitus an possit allegationes in scriptis mittere, ardua quæstio.*

59 *Aduocare nisi examinatus vt Hispaniæ nullus possit vt accipiatur.*

60 *Cancellatio vitiat testam.*

61 *Voluntas expressa non sufficit ad reuocandum testam. nisi aliud extrinsecus accedat.*

62 *Intelle. l. militis. §. veteranus, ff. de milit. testa. & §. ex eo, insti. quib. mod. testa. infir.*

63 *Cancellatū si à testatore fuerit instrumentū de titulo nūcupatiuo confectum, an testam. vitietur ardua quæstio.*

64 *Pact. fu. suc. valet in damnum paciscentis.*

65 *Intelle. l. 1. §. si vir, ff. de acq. poss.*

66 *Possessio ex donatione inter coniuges quare transferatur noua ratio.*

67 *Animus hominis soli Deo notus.*

68 *Intellect. l. si me in vacuam, ff. de acquiren. posses. le. si iure, ff. de leg. 3.*

69 *Legatæ rei dominium, an à morte testantis transeat in legatarium.*

70 *Don. inter coniuges morte confirmatur si cœpit à traditione, egregia quæstio.*

71 *Dominium non transit ex inutili contractu.*

72 *Possessio. an transferatur ex inutili contractu secuta vera traditione.*

73 *Intell. l. si eum, ff. de don. inter virum & vxor.*

74 *Don. inter virum & vxorem præbet iustam causam præscribendi contra omnes, praterquàm cōtra donatorem.*

75 *Præscriptio nititur in legitima possessione.*

76 *Intell. l si vir, ff. pro donato, l. si id quòd, ff. pro derelicto.*

77 *Poss. ciuilis quæritur vxori in re sibi à marito donata, & tradita contra Accur. Bar. Bald. Sal. Tiraq.*

78 *Posses. ciuilis quæ ex donatione coniugi quæritur vtilis est contra eosdem.*

79 *Poss. an quæratur ex donatione inter patrem & filiumfa.*

80 *Posses. an quæratur ex contractu simpliciter nullo, secuta vera traditione ardua quæstio.*

81 *Intell. l si is cui bonis, ff. de verb. obl. l. nō dubiū, C. de legi.*

82 *Intellec. l. quemadmod. C. de agric. lib. 10. l. si quis inquilinos, §. fin. ff. de leg. 1. l. 1. C. de bo. mat.*

83 *Intelle. l. nemo, ff pro legato.*

84 *Intell. l. quòd vulgo, ff pro empt. l. non solum, §. quòd vulgo, ff. de vsuc. l. 2. §. si à pupillo, ff. pro empto.*

85 *Posses. an ex inutili contractu secuta ficta traditione trāsferatur, ingens quæstio.*

86 *In re propria non cadit pignus, aut precarium.*

87 *Vsucapimus interdum rem nostram.*

88 *Poss. an trāferatur ex dona. inter coniuges secuta ficta traditione ingens pugna.*

89 *Posses. an transferatur ex dona. inter coniuges per constitutum, ardua quæstio.*

90 *Intellec. l. Papinianus ff. de do. inter virum & vxor.*

91 *Posses. an tranferatur ex donatio. inter coniuges per retētionem vsusfructus, ardua quæstio.*

92 *Posses. an tranferatur ex contractu vetito per traditionem instrumenti, ardua quæstio.*

93 *Quid in traditione clauium.*

94 *Quid in precario.*

95 *Quid in conductione.*

96 *Quid in commodato aut deposito.*

97 *Pos an transeat in filiumfam. quando pater qui ei donauit, eius nomine se constituit possidere, ardua quæstio.*

98 *Rei appell. continetur proprietas & vsusfructus ac poss.*

99 *Pos. filiof. nō quærit ex don. à patre facta secuta traditiōe.*
Idem in constituto.
Idem in retentione vsusfructus.
Idem in traditione instrumenti.
Idem in conductione.
Idem in commodato vel deposito.
Idem in precario.

100 *Dona. inter coniuges vel etiam facta à patre filiofa. morte confirmatur secuta traditione etiam interpretatiua, estq; ardua quæstio.*

101 *Don. facta à patre filiofa. vel inter coniuges morte confirmatur secuta traditione per constitutum.*
Idem in retentione vsusfructus.
Idem in precario.
Idem in conductione.
Idem in traditione instrumenti.
Idem in commodato aut deposito.
Idem in pignore.

102 *Accessorium an sequitur naturam principalis.*

103 *Donatio inter virum, & vxorem iurata an & quatenus possit reuocari.*

104 *Cancellatione non perimitur ipso iure testamen. sed hæredi obest exceptio.*

105 Testam.

105 *Testam. cancellatum est veluti corpus sine anima.*
106 *Intell.l.cancellauerat,ff.quæ in testa.delen.*
107 *Testam.cancellatum si testatorem pœnitiuit cancellasse, conualescit.*
108 *Intell.l.pen §.testamen. ff.de secundum tab.§.non tamen, insti.quib.mod.testa.infir.*
109 *Intell.l hæredes palam, ff.de testa.*
110 *Formæ vitium difficilius quàm voluntatis reparatur.*
111 *Creatio noua difficilior, quàm reditus.*
112 *Clausula illa cassans,& irritans,&c. sequitur naturam testamenti in quo apponitur.*
113 *Cancellatione eneruantur etiam informia testamenta.*
114 *Ampl.30.remissiuè.*
115 *Cãcelasse si pœnituit testatorẽ,test. ẽt ĩformia cõualescũt.*
116 *Possessio an transferatur traditione quãdo nullus contractus interfuit etiam de facto.*
117 *Tabellionis interuentus iure regio in testamen. in scriptis desideratur.*
118 *Tabellionis signum in instrumentis an exigatur.*
119 *Tabellio an cõputetur in numero testium testamentariorũ.*
120 *Monachus an possit scribere testam.*
121 *Tabellio non requiritur in testamento facto à clerico etiam in scriptis iure Hispanorum cum Panor. contra Micha. secus si fieret à laico cum Micha.contra Panor.*
122 *Tabellio in testa. in scriptis etiam iure regio in 30 speciebus testamentorum informium non est necessarius.*
123 *Tabellionis rogatus vt interuentus in tit. in scriptis requiritur iure regio.*
124 *Tabellio non præsumitur rogatus,sed creditur ei dicenti in instru.se rogatum fuisse.*
125 *Tabellionis interuentus in testa. in scriptis etiam iure regio in 30 casibus necessarius non est.*
126 *Tabellio si sit compulsus vitiatur testa.*
127 *Testis si sit compulsus vitiatur testa.*
128 *Tabelliones si plures interfuerint cõpulsio vnius nõ nocet.*
129 *Tabellio gratis scribit pauperibus.*
130 *Aduocatus pauperibus gratis patrocinatur.*
131 *Aduocatus potest compelli ad patrocinandum.*
132 *Tabellio ex protocollo non potest sumere transumptum nisi iudicis præcepto, idem in eius successore.*

DEINDE & 15.ad creationẽ testamẽti de-
1 sideratur, ꝙ oẽs testes sua † signacula im-
presserint testamẽto, vt in le.ad testium, §.
fina.ff.de testam.& in l.hac cõsultissima,in
prin.& §.non signatũ,C.eod.titu. & in §.
sed cũ paulatim,& §.possunt aũt,instit.eo.
tit.& l.1.tit.1.part.6.& l.3.in legibus Tauri,& licet hæc solennitas sit variabilis, quia testa.potest signari altero de quatuor modis: nam singuli testes possunt
testa.suis signaculis signare, vel etiã signo ipsius testatoris,
vel etiam signo alterius tertij, vel etiã vnus testis cũ signaculo alterius testis, vt probat tex. in d.§.possunt autẽ,& d.
l.ad testiũ,§.si ab ipso, ff.de testa.& d.l. hac consultissima.
tamen adhuc vtcunq; variabilis sit hæc solẽnitas in modo
implendi, tamen in effectu prætermitti non potest:nam si
prætermitteretur testa.vitiaretur, non aliter atq; per defe-
2 ctũ,& intermissionẽ alterius cuiusq; † solẽnitatis, vt probat tex.quẽ vnicum existimo in d.le. ad testiũ, §.fina.ff.de
testa.vnde apparet, ꝙ testamenti, si vel in minima sui parte,forma omittatur, vitiabitur ipso iure, & vide Corneũ,
consi.304.lib.1.nu.23. & oẽs Docto.in d.l.hac consultissi.
præsertim per Pau.ibi,& in d.§.sed cũ paulatim.& in d.§.
pen.& fina.in d.l.ad testiũ. Id quod nobis & cũctis memorabile videri solet vt per omissionẽ tam leuis solennitatis,
q̃ esse videtur, ꝙ defuerit signaculũ vnius testis intercidat
3 testamentũ:præsertim cum omissio † leuis solẽnitatis no-
4 cere non soleat,l.1.§.fina.ff.de ventre inspiciẽdo,& est vera & cõis opi.quam tenent Barto.& cõmuniter docto.ibi.
Alex.in l.2.§.si prius,ff.de vulga.vbi hãc firmat esse communem sententiam, & alij q̃ plures quos retulimus, suprà
§.9.nume.9. licet & non pauci quos & ibi enumerauimus
contrariam partem tueantur, sed non iustè vt ibi disserui-
4 mus maxime in testatore cuius † voluntas principem locum tenet & veluti pro lege,& regina habetur, authen.de
nupt.§.disponat,le.in conditionibus primum locum,ff.de
condi.& demon. vnde testator potest rerũ suarum aliena-
5 tionem prohibere & ipso iure impeditur dominij † trãslatio si contra factum fuerit, licet inter viuos, si talis prohibitio fieret, non tantam vim & potestatem haberet vt in
l.filiusfamilias,§.diui.ff.de lega.1.le. si ita quis,§.ea le.ff.de
verb.obliga.& tradunt vtrobiq; Bart.& communiter docto.l.Titio cẽtum,ff.de condi.& dem.l.2.C.pro emptore,
iuncta,l.nemo,ff.de pact.Hoc amplius non solũ tale præceptum dispositiuũ,quo testator iussit rem in familia seruari impedit alienationem certam, & indubitatã, sed etiã
impedit occasionem alienandi.Nam si lis fuerit super re il-
6 la quæ seruari iussa est,non poterit † cõpromitti,non quidem ꝙ compromittere sit alienare, sed ꝙ alienandi occasio esse potest, vt plene per Ias. in l.fin.num.119.C.de iure
emphi.Abb.& Imo.& alij,in c.cum tempore, per text.ibi
versi.cum & si sponte,de arbitris, plene per Tiraq.de iure
marit.glo.5.nu.202. Dec.consi.44.idem in consi.475.col.
fi.idem Dec.consi.39.nu.4. Capitius cõsi.93.nu.3.Matth.
Afflic.lib.3.consti.Neapol. rub.5.nu.52.Ripa lib.2.respõsorum.de rescrip.c.7.nu.12.Socy.Iunior.consi.77.nu.77.
lib.j.Marcus blandus,de compromissis.q.4.nu.28.nam &
similiter hac de re, transactio fieri non posset,vt plene per
Ias.in d.l.fi.nu.122.q.10. Tiraq.vbi suprà gl.5.n.205.q.20.
Abb.& alij per tex.ibi in c.contingit,de transa.Pau.in l.cũ
2.§.transactiones. nu.4.ff.de trãsac. Tiraq. de retrac.ligna.
§.j.gl.14.nu.60.transactio.n. & compromissum assimilãtur,vt per Lanfrancum,de arbitr. par.3.nu.3.Tiraq.& Ias.
vbi suprà.Cacialupus,de trãsact.q.7.nu.5.Bart.in l.prætor.
ff.de tuto.cura.dat.Alex.consil.22.nu.3.libr.1.Alciatus,in
l.cum te.num.4.C.de transact.Alex.consi.119.lib.2.nu.3.
Bald.in l.de re,ff.de transact.lect.1.

7 Quinimò res illa, quæ per testatorem iussa est † seruari
in familia,licet dispositiue tantùm, non solum alienari nõ
potest voluntarie, vel exponi periculo, & occasioni alienandi,vt diximus, sed etiã alienari per sententiã iudicis nõ
posse videtur,licet talis alienatio non volũtaria, sed necessaria dicatur,le.inter stipulantem,§.1.ff.de verb.obli.l.peto,§.prædium,ff.de lega.2.Nam alienare vetitus,actiones
exercere non potest,leg.ait prætor,ff.de iure delib.vnde si
eas cõtra dispositionẽ illius legis exercuerit, & cõdemnatus fuerit, talis sententia sibi soli, non etiam sequentib.qui
ad rem illam post eum inuitati fuerũt,nocere debet: sicq;
possessori maioratus litiganti,& victo,talis sententia nocebit, sequentibus autem minime, per dictã legem ait prætor,ita in specie tenet, & dicit communem sententiã Dec.
cons.445.num.29.Socyn.Iunior, qui eandem dicit communem sententiam, consi.181.nu.93.lib.2.Aymon.cõsi.
90.nu.1.idem cons.197.nu.7.Cagnolus, in l.res iudi.nu.5.
ff.de re iudi. Tiraq. de iure marit.gl.5.nu.207.Aluaro.Iser.
Matth.Affl.in c.1.§.si vasallus,si de feudo cõtẽtio sit inter
dñm,& agnatũ.Bal.& Præpositus,ibidem Fely.in c.fi.nu.
5.de maiori.& obedien.Casia.de feud.alien.nu.21.Cur.de
feud.par.6.q.11.nu.29. Capitius.decis. 20.nu.23.qua de re
per Abb.in c.edoceri.nu.6.col.3.de rescrip. Imol.in d.l.ait
8 prætor,col.2.per Fely.in d.ca.edoceri,nu.2.licet † contrariam partem,vt sententia lata contra possessorem maioratus noceat sequentibus etiam non citatis teneant plerique
scribentium vt per Tiraquel.de primogenitis.q.35.nu.17.
Alb.in l.pen.col.4.C.de donat.inter virum.Oldral.consil.
94.numer.19.Iacobus,de feudis numer.33.Boerius decis.
255.colum.penultima.Anton.Gomes.in l.40. Tauri.numero,73.Roder.Xuarez,allega.27. post princi.sentit Bartol.in l.in diem,col.1.vbi Paul.colum.1.ff. de aqua pluuia.
Dec.in l.pactum dota.nu.17. C.de colla.per Barto.in d.§.

diui.q.pe.& rursus,in q.1.vbi Ias.nu.47.lect.j.& rursus lectur.2.nu.91.vbi Ripa.nu.60.& Loaces,nu.126.& Crot. num.38. qui omnes hanc dicunt communem sentẽtiam, Fely.in c.quamuis,col.fi.de re iudi.Alex.consil.123.nu.3. lib.1.Ias.in l.decem, nu.38. cum sequẽtib.ff.de verb.oblig. idem in l.ex contractu,per tex. ibi.ff.de re iudicat.Roderi. Xuar.in l.post rem iudi.fol.124.col.2.quod & nominatim probat d.l.ex contractu.& vsibus forensibus receptissimũ est.probatur etiã in l.1.ff.de fundo dotali.le.3.§.hæc enim. & §.item quæri,ff.de reb.eorum,Ad d.l.ait pretor.respõde,ꝙ procedit in eo,quem incertum erat, an dominus fu-
9 turus esset, nos autem loquimur in possessore † maioratus, quem constat dominum esse, vt resoluit Pinellus, de bonis maternis,le.1.par.2. num.4.de quo alibi plenius per nos, cum ergo testatoris voluntas tam principem locũ teneat, vt veluti cuncta possit adeo vt rerum alienationes ei in perpetuum prohibere liberũ sit,vt sic ipse quasi ab ipso
10 † sepulchro orbem gubernare(quo ad res quas in orbe reliquit)videatur cur ei non licuit rem tam facilem,& minimam efficere quale est iubere vt sua dispositio valeat etiã si vnus testium signare, aut subscribere testamentum desijsset,præsertim cum enixam testatoris voluntatem, & si tacite duntaxat colligatur:itẽ etiam si imperfecta fuerit iura seruari iusserint, l.cum pater.§.filius matrem,ff.de lega. 2.ibi enixę voluntatis preces,maxime cùm modicis de rebus curare longe remotius alieniusq; sit à more,& grauitate iurecõsultorũ q̃ nostra egeat cõprobatiõe per le.scio cũ vulgar.ff.de minoribus,vt pleniss.diximus inter casus quibus resoluitur testamẽtum infrà,libr.7.§.7.in casu.Adhuc tamen voluntas testatoris hac in re non seruatur vtcunq; dilucida,& expressa sit, quia nemo potest ꝑ d.l.nemo potest,ff.de leg.1.l.codicillis.§.fi.ff.de leg.2. vbi Accur.ait,nota stultitiam testatoris, stultitia, tamen sua ei non profuit, le.testandi,C.de testa.cum multis simili.per nos congestis suprà.§.3.nu.5.quid dicendum & sanè vera ratio vt nobis
11 videtur illinc descẽdit ꝙ ius ciuile † naturam enixè & veluti religiosissimè imitatur,§.minorẽ natu, instit. de adoptio.l.adoptio.ff.eo.tit.l.si quis posthumos in prin.ff.de libe.& posthu.vbi multa per nouiores,l.filio quem, eo.titu.
12 Idemq; ius ciuile testamẽtum voluit esse veluti † speciem quãdam à se formatam perfectissimã, consummatissimã, & ab omni parte absolutam,l.1.ff.de test. verbo.iusta sententia, ꝙ verbũ iststæc significat vt plene disseruimus suprà in princ.libri primi,vt ergo si homo nasceretur capite, vel altero brachio truncatus, vel duo brachia haberet, alterum tamen eorum nõ ad hominis, sed ad bouis imaginẽ, aut ęqui, vel forte tria brachia, aut duo capita haberet is
13 quidem nõ tam homo q̃ † mõstrum videretur, vel saltem non homo satis perfectus videretur vt in illo mõstro depicto ab Horatio apparet dum cecinit,

Humano capite ceruicem pictor æquinam
Iungere si velis, &c.

Ita quoq; in specie nostra vt testa.esset perfectum in sui
14 forma, & ab omni sui parte † absolutũ ius ciuile, & voluit & vt testium signacula adessent:ac eorum subscriptiones curauit,cui formæ si quicquàm ademeris, vel etiam addideris,vel mutaueris non eã speciem testamenti in sui pulchritudine,& perfectione absolutam, & consumatam,sed veluti monstrum quoddã fecisse videberis, sicq; huic formæ nihil addi posse non magis q̃ adimi , aut detrahi ostendimus,suprà.§.14. num.103.cum 12.seq. ne si quicquam addideris, aut detraxeris, aut mutaueris non eam rem, aut speciẽ de qua agebatur, sed alias longè diuersam fecisse videaris. Idq; quãdo agitur de aliqua re denuo in esse producenda, & formanda: nam quæ minima sunt in cæteris rebus nõ solent considerari , aut obesse vt dictis in locis ostẽdimus,& is est verus sensus,d.le.ad testiũ,§.fina.ff.de testa.
51 An autem id testamentum valeat saltem in vim † codicillorum ,& magis est non valere vt in le.1.ff.de iure codi. an vero postea testator possit addere illã minimã rẽ,quæ initio ad testamenti perfectionem defuerat, puta vnius testis subscriptionem,aut signaculum,& magis est, vt ex interuallo postq̃ ad actus extraneos cæpit diuertere, nõ possit,l.furiosum,C.qui test.facere poss.l.casus, & l.cum antiquitas , C.de testa. qua in re mirandum est ob tam leuissi-
16 mum defectũ, aut † vitium (quale est, ꝙ testator ad actus extraneos diuerterit)test. vitiari ac interdicere.Ergo cum testator ob minimum illum defectum nihil egisse videatur,omnia quidem ex integro agẽda sunt,quasi omnia retro gesta nulla omnino,& pro infectis habeantur, l.hæredes palam,in princ.& §.1.ff. de testam.
17 Sed cõtra hoc fortiter opponitur, ꝙ res facti † nullo iure ciuili potuit suppletionẽ, vel interpretationem illã recipere vt infectus fuisse videretur,l.in bello,§.factę,ff.de capti.l.1.§.si vir,ff.de acqui.poss. semel enim quin ille testamentum fecerit omniaq; solẽnia adhibuerit præter minimum illum vnius testis signaculi defectum negari nõ potest,neque omnia retro gesta lex facere potest quin retro gesta,& facta fuerint,l.verum,ff. de reg.iur. neq; enim lex ait pactiones,aut stipulationes factũ posse tollere,ꝙ enim impossibile est,neq; pacto,neq; stipulationibus potest cõprehendi,l.verba,C.de test.vbi in simili notant Fulgosius, & Corneus,& auth.de ęqualitate dotium in §.1.vbi ꝙ factũ semel fuit infectum manere impossibile esse Iustinianus testatur. Et Theologorum pleriq; testantur ad pręte-
18 ritum non esse potentiam , Deumq; oĩpotẽtem † optimũ maximum,ꝙ semel factum fuerit infectũ facere nõ posse, neq; enim facere posset quin dies præterita semel præterierit,ita interpres sententiarũ,lib.1.dist.42.S.Thomas, in 1.par.suæ summę.1.q.25.artic.3.cum seq.S.Augustinus libr.25.aduersus Faustum , & alij quos refert Andr.Tiraq. de iure constitut. part.3.limit.7.nu.7. Et sanctitate claris-
19 simus Hieronymus in † c. Paulus,32.q.5.audacter dicam inquit cum omnia possit Deus suscitare,virginem nõ potest post ruinam,tenuit idem gl.in l. vnic.C.de raptu virginum,verbo.non potest, gl.magna in c.super eos, de bigamis, vnde Ouid. vt & vbi supra retulit Tiraq. sic cecinit.

— *Nulla reparabilis arte*
Læsa pudicitia est deperit illa semel.

Vnde idem Tiraq. refert Argiuos fabulari fontem esse
20 † canathin nomine vbi Iuno singulis annis cum ablueretur,virginitatẽ recuparet, & per d.c. si Paulus tenuisse Panor.in c.cum te,col.3. de re iudic. Papam non posse tolle-
21 re infamiam † facti,ꝙ verum est,quo ad vulgi opinionem secundum hominum mores quibus hodie vtimur & vigent, vnde non semel audiuimus euenisse vt iniuria iudicis quis fuerit per triuia publica , & plateas flagellis voce præconis cęsus, & postea per iudices superiores qui de causa appellationis cognouerunt sententia reuocata illum ad suum honorem fuisse restitutum, qui tamen, non ideo magis effugere potuit ignominiam semel cõtractam. Sed hæc omnia (vt nobis videtur) non iuste trahuntur ad Dei optimi maximi potentiam,nam non solum diuinæ pote-
22 stati,sed etiam hominum † potentię hæc materia subiecta est,possibile enim esset, vt secundum mores alicuius ciuitatis , aut regionis virgo per sui corruptionem pudorem, aut pudicitiã violasse minime videretur , sed ꝙ potius honorabilior q̃ antea erat esse videretur, nõ ne flagitiũ adulterij ꝙ apud nos teterrimum est , apud Persas impunitum quinimo non solum tolerabile , sed etiam irreprehensibile,ac inculpatum erat , & vilissimum furandi flagitiũ non
23 ne similiter apud † Lacedęmonas inculpatũ erat, vt Aeneas Siluius postea summus Pontifex Pius secundus nomine testatur, quinimò nefandum flagitiũ (suprà omnia scelera detestandũ) non ne permissum, & omnino inculpatum apud Tartaros & Sarracenos est,vt & omnibus notum est, & scripsit Io.Boemus , c.10.lib.de ritu, moribus, & legibus diuersarũ gentiũ,non ne cum matribus, & etiã cum filiabus pecudum more miscere se se viris Pœnis seu Africanis , & communes etiam vxores habere non solum permissum,sed etiam omnino inculpatum erat , & est, vt & ipsemet ibi,c.6.author est,& nemini notum non est.Et ex lege

ex lege vetere Iudęis permissum non ne similiter erat nu
ptias cum sororibus contrahere, idque hodie flagitiosissi-
24 mum esset. Vt sic veluti in prouerbium abierit † turpe, &
honestū multis in rebus non tam natura (vt & Cicero au-
thor est,) quàm in moribus, & vsu gētium inter se distin-
gui, ac differre. cum ergo Deus opti. maxi. ac omnipotens
sit scrutator, & mutator cordium vt reliqua omnia facile,
ita & hominum opiniones facillime mutare, & variare, &
potest, & solet, sicq; efficere, non dubio poterit, vt gentes,
vel regiones quæ hodie existimát virginibus turpe inde-
corumq; esse pudicitiam violare (hoc est sui corruptionē
libēter pati) cras & deinceps huius sententiæ esse incipiát,
vt id inculpatum esse videatur. Sed quid aduentitijs opus
est arg. cum quotidie, & hodie videamus pudicitiam vio-
25 lare citra vllum nuptiarum interuentum nulli vnquá † vi
rorum probro datū esse nisi ex aliquo accidenti turpe aliū
de accesserit, vnde Horatius diuā sentētiam Catonis eam
appellauit qua iuuenes admonebat, vt ad scorta accederēt,
vt sic ab alienarum vxorum congressu cōtinerent sese, nā
quoties (inquit Horatius) venas inflarit tetra libido, satius
est huc descendere q̄ alienas permolere vxores: at inspe-
ctis principijs iuris naturæ nulli vnquàm dubiū fuit quin
eadē parq; ratio sit ī viris, & in fœminis, l. maximū viciū,
C. de libe. præt. §. pe. & fi. inst. de hær. ab intest. §. fi. insti. de
exhib. lib. quinimo quasi ipsius naturæ calumniatores exi
stunt qui hac in re differētias inter mares, & fœminas in-
troducunt, d. le. maximū, ibi, quasi ipsius naturæ accusato-
res, &c. nam & inspectis ipsius naturæ cunabulis nomen
26 † legitimitatis, aut spurietatis cognitō nō erat, sed omnes
liberi æque legitimi nascebantur, & spurietatis seu legiti-
mitatis differentia inuētum mere humanum non iuris na
turæ est, auth. quib. modis naturales efficiun. sui §. natura,
& authēt. quib. modis natura. effici. legitimi, §. sit igitur, &
§. liceat igitur, & in princ. dd. authē. sentiunt Socy. & Ias. in
rubr. ff. de liber. & posthu. & Tiraq. de morte, part. 11. de-
clarat. 6. nu. 7. Barto. in l. 3. ff. de insti. actio. idem Bart. in l. si
quis pro eo, ff. de fideiuss. 3. quæst. princip. Anchar. consil.
225. videtur prima facie, Ias. in d. le. si quis pro eo, nu. 229.
vnde & ipsas nuptias eiusdem iuris esse (quādoquidem il-
linc descendit legitimitatis, vel spurietatis differentia) ve-
rosimillimum est eadem iura eosdemq; authores respon
suros. ergo vt hodierno iure quo vtimur cōgressus fœmi-
næ, & maris ipsis fœminis accedente coniugio probo da-
tum non est; ita & olim sine coniugij interuentu ante nu-
ptias inuentas dedecori dari non potuit, ergo vt id huma-
no iure, humano ritu, moribus, & legibus humanis intro-
ductum fuit, ita ijsdem tolli ac dissolui posset ac remoue-
ri, vt sic congressus fœminæ, & maris etiam citra nuptiarū
interuētum nihil turpitudinis (quo ad honestatem, & de-
corem humanum loquor, nō quo ad peccatum erga deū)
continere ex parte fœminæ videretur nō magis, q̄ ex par-
te masculi, §. sed naturalia, inst. de iure natural. l. omnes po
puli, ff. de iusti. & iur. l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. cap.
omnis res de regul. iur. l. fina. ff. de acceptilat. §. fina. institu.
quibus modis tollitur obligatio. Iá ergo dubitari nō opor
tet quin hoc diuinæ potentiæ subiaceat, quandoquidem
etiam humanæ potentiæ subiacere ostendimus, quæ om-
nia iustificantur, quia fœminæ quo ad animi mentisq; ro-
bur, & vires maribus debiliores sunt vt ex multis tradunt
plenē Philippus Decius, & Cagnolus, in le. fœminæ, ff. de
regu. iur. & cecinit Ouidius his verbis.

Vt corpus teneris sic mens infirma puellis.

Idq; nos multis ostendimus, suprà. §. 12. num. 34. cum
plurib. præceden. & seq. ergo si quid mali est in congressu
27 maris, & fœminæ vbi nuptię non erant, tūc † maris quàm
fœminæ maius peccatū, & culpabilius habere videbitur,
quandoquidem ad id malum effugiendum robustior erat,
ꝙ & Iustinianus videtur significasse, in le. imperialis, C. de
nuptijs. & authen. eod. titu. §. si vero vsus. Ergo redeundo
ad d. c. si episcopus, 32. q. 5. dum ait, Deum non posse susci
tare virginem post ruinam, in primis nō procedit, quò ad
instaurationem carnis, secundum glo. & doct. ibi, quia po
tuit Deus cæco visum restituere, & Lazarum resuscitare,
ergo, &c. nō quoq; potest intelligi quo ad huius seculi ho
nores, quia Deus facere potuit vt homines qui tempore
quo illa corrupta fuit talem corruptionem turpem puta-
bant, nunc incipiant eam corruptionem inculpatam repu
tare, cum homines quotidie, & possint, & soleant mutare
opiniones vt patet in mutatione religionis, & dogmatum,
quæ quotidie fit, ergo accedente diuino afflatu id longe fa
cilius eueniet. non quoq; placet tertius intellectus. gl. in d.
c. dum ait, ꝙ si prēmium, vel aureola veluti à Deo propo-
situm esset virginibus ea iuste à Deo dari non posset tali
virgini, nam immo posset, quia secundum Diuum Augu-
stinum, qui emendatus est laudabilior esse potest eo qui
nunquàm peccauit vt patet in Petro, & in Magdalena, &
in similibus. Quæ enim virgo præter Beatissimā Dei ge-
nitricem, quæ præstantior fuerit, aut beatior, Magdalena
ergo, &c. quinimo etiam leges positiuę non raro inducūt,
28 vt ꝙ semel factum fuit veluti nūquā † factum fuisse: quo
ad omnes iuris effectus intelligatur, vt plene disseruimus
infrà lib. 3. prope finem. in illa, q. de nobilitate per. l. iube-
mus nulli, §. j. C. de sacrosa. eccles. ibi, pro infectis habenda
sunt, l. hac consultissi. §. non subscriptum, C. de testam. l. fi.
C. de decur. libr. 10. & auth. de rebus eccles. non alien. §. 1.
ibi pro non facto, l. nō dubium, C. de legib. ibi pro infectis
habeantur, & ibi notant Bart. Salyc. & Ias. & alij commu-
niter, l. cum ea, C. de transac. l. 1. C. qui pro sua iurisdi. l. cre-
ditor, in fi. C. de donat. inter virum & vxorem, le. diuo, C.
29 qui manu. non possunt, quinimo vt idē homo † nouus ho-
mo esse videatur lex facere potest, le. si seruus legatus, §. fi.
ff. de adimend. lega. ibi nouus homo esse videtur. facit, l. fi-
lio quem, ff. de liber. & posth. & l. si ex precio, C. si certum
pet. Ergo Deus poterit facere in illius virginis persona car
nis instaurationem, hoc primo, secundum glo. ibi, & alios.
& poterit facere vt illius virginis corruptio (quæ in reli-
quis turpis esse videtur) in illa turpis non videatur, nec re
vera fuerit, idq; & facere potest eo tempore quo corrupta
fuit, & etiam postea, & si id postea (occulta quadā, vel non
occulta rōne) fecerit, poterit efficere vt ex nunc illa extra
turpitudinem esse incipiat, vel etiam vt ex tunc extra no-
xam fuisse & nunc esse intelligatur: sed ꝙ si re vera semel
corrupta fuit corrupta, nunquàm fuerit id efficere secun-
dum suprà relatos nō poterit non magis, quàm vt dies ex-
traneus qui semel pręterijt non præterierit, nec ideo desi-
nit esse omnipotens, quia ad præteritum potentia non est,
& in hunc solùm sensum potest sustineri, d. ca. si Paulus, vt
& ibi sensit glos. tu iudicabis an verba repugnent.

Sed cum Papa, reges, Imperatores, leges, aut legislato-
res non possint efficere vt hominum opiniones mutentur
(res enim & corpora, nostra vi iurisdictiōis possunt coer-
cere, animum, animósve nostros coercere non possunt,
aut liberum arbitrium adimere, adeo vt & ipsorum tan-
tùm corpora seruorum seruire videantur nō etiam animi
qui capi nulla arte possunt vt suprà, §. 1. num. 38. ostendi-
mus (euenit, vt si in sui corruptione ea virgo turpiter fe-
cisse (eo tempore quo corrupta fuit) visa fuit, non possint
ipsi legislatores efficere vt apud homines nō sit opinio, ꝙ
turpiter fecerit pudicitiam, pudoremque violauerit, no-
xiam culpáque in se se admiserit, licet quo ad iuris pœnas,
& effectus eam immunem & illęsam seruare possint, sicq;
si quæ infamia ex illo facto quo ad facti infamiam descen-
debat, eam tollere ab hominum opinione non poterunt,
30 sed cum ius ipsi infamiæ † facti plures effectus condona-
uerit, & accommodauerit (vt diximus in le. in arenam, C.
de inofficioso testa.) ipsa lex, vel princeps eos effectus adi-
mere poterunt ab ista facti infamia quam illa virgo con-
traxerat, quia nihil tam naturale, &c. vt in ll. suprà allega-
tis. Ergo neq; Deus, neq; homo facere possunt vt ꝙ re ve
ra semel factum fuit, factum non fuerit. Sed & Deus &
homo facere possunt vt ꝙ semel factum fuit quo ad om-
nes iuris effectus pro infecto habeatur, sed vt pro infecto

ſit quo ad hominum opinionem, crudulitatem,ſententiá,
& memoriam Deus facere poteſt; homo vero non vtiq;,
ſecũdum quæ apparet quibus in caſibus verum,aut ſuſpe-
ctum ſit quod poſt Abbatem, & Tiraquel. ſuprà diximus
in illo articulo , an Papa infamiam facti poſſet tollere.

Hactenus quo ad potentiam Dei & quo ad potentiam
principum & legumlatorum, quid autem quo ad potentiã
31 † temporis,& conſuetudinis,& hæc quidem in his quæ fa
cti ſunt longe maior eſt, quàm principum, aut legum,arg.
l.Sancimus,C.de teſta.vt plenè diſſeruimus, infrà lib.7.in-
ter caſus quos enumeramus teſtamentorum reſolutorum,
in caſu.8. Sicq́ue ſi hodie in hac prouincia turpe reputatur
virginem ſine nuptiarum interuentu corruptã fuiſſe,pau-
latim vſu gentium induci poterit vt eam corruptionem ni
hil turpitudinis in ſe continere hodie,aut etiam tunc con-
tinuiſſe videretur , quaſi qui tunc mores turpes, nunc lau-
dabiles , aut nec laudabiles , nec etiam vituperio digne,ſed
medie , aut indifferentes eſſe videantur , & de genere per-
miſſorum,ſicq; ceſſet illa infamia facti , & illud dedecus,li
cet vt ceſſaret quo ad hominum opinionem,principes,aut
leges efficere non poſſent, ſed tantum quo ad pœnas lega-
les,aut alios iuris effectus,vt ſic appareat longe potentiorẽ
eſſe conſuetudinem ac tempus quàm principum , aut le-
gum edicta,vt ex moribus, & ritibus gẽtium, ſuprà dicta-
rum edocemur in his quæ facti ſunt .

Redeundo ergo ad noſtram oppoſitionem dum dixi-
mus ius non poſſe facere,quin teſtator qui in ſuo teſtamẽ-
to omnia ſolẽnia adhibuit præter vnius teſtis ſubſcriptio-
nem aliquid fecerit,ꝙ infectum eſſe nõ poteſt, ſicq; vt ex
integro agendum ſit,induci non debuiſſe,reſp. quo ad iu-
ris effectus illud factum vt pro infecto habeatur ius effice
re potuiſſe vt ſuprà,oſtendimus.

Iuſtificãtur iſthæc, quia ꝙ ab initio non valuit ſicq; vi
res nullas habuit(quale fuit id teſt. cui ſignaculum alicuius
32 teſtium defuit)eas † recipere lõge difficilius poteſt, & de-
bet,quàm ſi vires quas initio habuiſſet,amiſiſſet,ita tenent
communiter docto. per l.pen.§.fin.ff.de bonor.poſſeſſ.ſe-
cundum tabul.§.non tamen Inſtit. quibus modis teſta.in-
firme.ita Bar.in d.§.fi.idem Bart. in l.ſi tibi teſtamentum,
ff.de teſta.vbi etiam Aretin. poſt Accurſium,ibi Io.Andr.
ad Speculatorem titu.de teſta.§.in primis,Andr.Tiraq.de
conſtit.part.3.declarat.7.nu.43.idem.in l.ſi vnquam,C.de
reuoc.don.verbo ſuſceperit liberos,num.139.verſi.à qui-
bus,vbi plures refert huius ſentẽtię authores per l.poſthu-
mus in prin.ff.de iniuſto,rupto,iuncta,l.ſi filius qui in po-
teſtate vbi plenè per Are. Alex.& Iaſ.ff. de liber.& poſth.
& le.1.ff.de iniuſto, rupto.per Iaſ.Curtiũ Iuniorem Cor-
neum & alios in l.poſthumo nato,C.de bonor. poſſeſ.cõ-
tra tabul.ex quorum dictis colliges quàmplures commu-
33 nes concluſiones,prima eſt † filiofa.præterito teſtamentũ
patris eſſe ipſo iure nullum de iure ciuili : altera , eſſe nullũ
etiam de iure prætorio,tertia poſthumo præterito ab ini-
tio vtroq; iure valere teſtamentũ: quarta quæſtio poſthu-
mo nato,& viuo adhuc patre decedente id teſtam. ꝙ eius
agnatione ruptũ fuerat iure prætorio conualeſcere. 5.cõ-
clu.poſthumo nato non viuo , ſed mortuo tam patre mo-
riente id teſtam.nec iure ciuili,nec prætorio conualeſcere:
6.conclu.id teſta. per ipſam poſthumi agnationem vtroq;
iure tam ciuili q̈ prætorio ruptum eſſe . Harum quidẽ ſex
concluſionum quæ communes ſunt,& ſi nonnullæ veræ
ſint pleræq́; tamen non vtiq;:prima enim concluſio,ꝙ fi-
liofamil.præterito teſta.patris ſit ipſo iure nullum veriſſi-
ma eſt,l.1.verbo nullius momenti.ff. de iniuſto rupto. l.3.
§.ex his, verbo ſemper, ff.eod.tit.in princ.inſtit.de exhæ-
red.libe. ibi, quia ab initio non conſtiterit teſta.l.inter cæ-
tera,& l.pen.ff.de liber. & poſthu.l.Gallus, §.in omnibus,
eod.titu.Altera conclu.vt tale teſtam.etiam iure prætorio
non valeret,eſt contra text.expreſſum in l.ſi teſtamentum
verbo vtroq; iure à contrario ſenſu,ff.de teſtam.& contra
plures quàm viginti leges Iureconſultorum quas vbi hanc
rem plene docemur allegaui infrà, §.20.nu.140.cum plu-
rib.pręced.& ſeq.6. conclu.vt poſthumi agnatione vtroq;
iure tam ciuili,quàm prætorio teſtam.rumpatur ipſo iure
vera eſt,quo ad ius ciuile, ſed omnino ſuſpecta quo ad ius
prætorium , quo iure teſta. eo caſu non vitiatur ipſo iure,
ſed rumpi poteſt per contra tabul.bonorum poſſeſs.ꝙ re-
medium hoc in caſu reſciſorium eſt, & nõ declaratorium
ſicq; ſupponit ipſius teſtamẽti validitatem.d.l.poſthumo
nato cũ innumeris conc.de quibus in dic.§.20.nu.140.vbi
affatim hanc rem explicuimus contra communem ſentẽ-
tiam.3.conclu. vt poſthumo pręterito ab initio vtroq; iu-
re valeat teſta.veriſſima eſt d.l.poſthumo nato,le.poſthu-
morum,ff.de iniuſto rupto, §.poſthumorum inſti.de ex-
hære.lib.per totum,C.de poſth.hær. inſti.l.Gallus per to-
tum,ff.de liber.& poſthu.4.concl.vt poſthumo præterito
viuo teſtatore , & naſcente & moriente iure prætorio te-
ſtam.conualeſceret,vera non eſt, nam tale teſta.nunquàm
ęgrotauit, aut intercidit:ſicq; per mortẽ poſthumi nõ tam
nouas vires recipit,q̈ priores retinet vt dictis legibus.& eę
quas allegauimus in di.nu. 140.5.concluſ.vt ſi poſthumus
poſt mortem teſtantis deceſſerit etiam ante acceptã con-
tra tabul.bonor.poſſeſſion.teſtamentum vtroq; iure tam
ciuili, q̈ prætorio pareat, neutroque eorum reualidetur.vt
neutro eorum reualidetur vera ſanè eſt , quia neutro eorũ
iurium ipſo iure teſtamen.infirmum fuerat , licet vtroque
iure infirmum fuiſſe doctores falſo opinentur vt dictis le
gibus , apparet .

Poſtremò ſi filiusfam. præteritus viuo patre deceſſerit,
tenent idem doctores communiter teſtam.& initio fuiſſe
nullum ipſo iure,& per obitũ filij neutro iure(hoc eſt nec
34 ciuili,nec prætorio)conualeſcere, poſthumo † vero præ-
terito,& in vita teſtatoris moriente teſtam. iure prætorio
conualeſcere per dictã legem , ſi filius, qui in poteſtate,ff.
de liberis & poſthumis.iuncta d.l.poſthumus,ſed veriſſi-
mum eſt hanc differentiam ſuſpectam eſſe , neq; inter eos
vllam eſſe differẽtiam data paritate terminorum , nam vt
filiofam.præterito teſtamẽ.iure ciuili eſt ipſo iure nullum,
neq; eo iure conualeſcit,licet filius ille viuo teſtatore mo-
35 riatur d. † l.ſi filius qui in poteſtate , ita & poſthumo præ-
terito agnoſcente teſtamẽ. ipſo iure rumpitur,nec eodem
iure ciuili conualeſcit, licet poſthumus ille viuo adhuc te-
ſtatore moriatur , text. expreſſus in le.2.verbo illico,& in
36 † l.3.verbo illico,C.de poſthum.hæred.inſtituen.quæ iu-
ra apertius loqui impoſſibile erat , ſuppoſito poſthumorũ
appellatione cõprehendi non ſolũ qui naſcitur poſt mor-
tem patris teſtantis , ſed etiam is qui naſcitur eo viuo poſt
factum tamen teſtam .d.le.poſthumorum,& d.§.poſthu-
morum,notant glo.& docto.in rubr.C.de poſthumis,vbi
per Socynum Iaſ.& alios, per Iaſonem in d.rub.C.de po-
ſthumis hæredib.inſtituen. Ergo d.l.2.& 3.cum velint, vt
poſthumus agnoſcendo rumpat teſtamentum negentq́ue
id teſta.ſuſcitari etiam ſi poſthumus ille continuo deceſſe-
rit, non obſcure ſignificant in omnibus poſthumorũ ſpe-
ciebus id intelligẽdum eſſe , niſi leges illas miſere velis re-
37 ſtringere,& deſtruere , præſertim cum oratio † indefinita
prolata à lege æquipolleat vniuerſali, vt ex vera, & cõmu-
ni opinione reſoluunt Decius, & Cagnolus,in l.1.ff.de re-
gu. iur. Et plenè nos diſſeruimus in opere noſtro contro-
uerſiarum vſu frequentiũ ergo leges illas dicentes poſthu-
mi agnatione ruptum teſtam.non reparari, & ſi ille conti-
nuo decedat, in omni poſthumorum ſpecie intelligendæ
ſunt ſicq́; etiam in poſthumis qui viuo teſtatore naſcũtur
non ſecus,q̈ in reliquis,argum.etiam legis , nam & poſte-
riores,ff.de legibus,l.1.§.1.lex Falcidia, & ꝙ tradunt ple-
nè ibi Barto.Alex.& alij,ff.ad Trebellianum,ergo vt filio
famil.pręterito viuo teſtatore moriente teſtam.non repa-
ratur , aut conualeſcit , ita & poſthumo præterito (cuius
agnatione ruptum fuit teſtamentum,) viuo teſtatore mo-
riente teſtamentum non reparatur , & vtrobique ſi rectè
inſpexeris par ratio eſt , nam vt quòd ab initio non valuit
ex poſt facto non conualeſcit,le. prima, ff.de regu.ca.quia
38 ex nullo , vel † nihilo nihil fit ſecundum Philoſophum,
per

per legem,sed & si manēte, ff.de precario, ita & ꝙ aliquid
fuit si postea occidit, intercidit perijt, & esse desijt, susci-
tari natura non permisit nō magis quàm ex nihilo aliquid
fieri,l.inter stipulantem,§.sacram, ff.de verbor.obligatio-
nibus,lege qui res,§.aream,ff.de solutio.§.1.instit.de inu-
tilibus stipul.hancq; naturam ius ciuile enixe imitatur, §.
minorem,institu.de adoptio.l.adoptio, ff.eod.titu.l.si quis
posthumos,in princip.& l.filio quem, ff.de libe.& posthu.
l.placet,eodem titul.ergo,cum testam.posthumi præteriti
agnatione ruptum fuerit, peremptum, & ad nihilum re-
dactum de iure ciuili par est, vt eodem iure ciuili suscita-
ri, aut valere nequeat in æternum, non magis quàm si ab
initio nullum semper fuisset, aut non magis quàm homo
semel mortuus suscitari naturaliter posset, nam ꝙ mira-
culose fit id in consideratione non est,nam & tunc homo
39 suscitatus nō idem homo qui antea fuerat,sed nouus † ho-
mo esse videretur,d.§.aream,dic.§.sacram,di.§.1.expres-
sius in l.si seruus legatus, §.finali. ibi nouus homo esse vi-
detur,ff.de adimendis legatis.quę omnia iustificantur non
obscure ex d.le.1.ff.de iniust.rupto.Et in princip.instit.de
hæreditati.quæ ab intestato.deferuntur, vbi ęquiparantur
hi duo casus vel ꝙ ab initio testam. fuerit nullum filijfam.
præteritione, vel quòd cum ab initio testamē. valeret po-
stea tamen posthumus agnatione occiderit ruptumq; fue-
rit,& vtroq; casu quo ad ius ciuile paterfami.dicitur inte-
status decessisse,neq; ad rem simpliciter pertinet quòd po
stea iure prætorio id testamen.possit sustineri d.le.posthu-
mus,ff.de iniusto rupto. nam illud ideo quia eo iure id te-
stamen.nunquàm desijt valere vt suprà ostēdimus, intel-
lige,ꝙ nūquam desijt valere mero iure prætorio, licet ip-
se prætor contra tabu.bonorum possess. ad id testam.euer-
tendum polliceatur, sed interea dū eo remedio cōtra tab.
bonorū possessionis posthumus præteritus, aut filius non
vtuntur, testa. ipso iure prætorio valere non desinit, quæ
40 omnia plane iustificantur ex † d.l. posthumus in princi. Et
§.idem & circa,nam cùm testamentum filiofamil.præte-
rito iniustum esse dicatur, posthumo verò præterito non
dicatur,nec re vera fuerit iniustum, sed eius agnatione rū-
patur vt per totū in rubro,& in nigro,ff.de iniusto rupto.l.
3.§.penulti.eodem titu.ibi iniustum faciunt,in dicta tamē
lege posthumus,dicitur,ꝙ siue testamētum ab initio iniu-
stum fuerit siue postea posthumi agnatiōe fuerit ruptum
iure prætorio valere non desinit,quando contra tabul.bo-
norum possessio,eorum nomine, aut petita non fuit, aut
peti non potuit: aspicis ergo iura tam dilucidam æquipa-
rationem vtroq; casu,& vtroq; iure facientia, nam & iure
ciuili testantur vtroq; casu testam.perire hæreditatemque
ab intestato deferri,vt d.l.1.ff.de iniusto rupto,d. princip.
institut.de hæreditati,ab intestato.Et de iure prætorio te-
stantur vtroq; casu testamentum sustineri neq; ab intesta
to hæreditatem deferri interea dum filius, vel posthumus
præteriti per contra tabu.bonorum possessio,testamentū
41 non expugnant: stat ergo testa. posthumi † agnatione ru-
ptum non conualescere eo in vita testatoris decedēte:hæc
conclusio intelligitur varie, primū in posthumo qui post
mortem testatoris nasceretur, deinde in posthumo qui vi
uo etiā testatore nasceretur, tertio in filio legitimato, post
testamen.qui viuo testatore moreretur,4.in filio adoptato
post test.qui viuo testatore moreretur,5.in posthumo fa-
cto per arrogationem qui similiter viuo testatore decede
ret, 6. in posthumo facto per successionem in suitate qui
postea viuo testatore moreretur de quibus posthumorū
speciebus disseruimus in §.20.nu.27. agnosco has sex de-
clarationes seu conclusiones esse contra communes sentē
tias doctorum in locis suprà citatis, sed nobis semper visæ
sunt esse ex vera,& penitissima mente, & sententia iuris,
42 vos iudicaueritis quis iustus induat arma,stat ergo † signa-
cula testium esse necessaria ad validitatem testamenti,limi
ta vt hæc solennitas in codicillis necessaria non sit, le.final.
§.fina.cum ibi notatis,C.de codicillis,glo.in simili in l.qui
testamento,§.mulier, ff.de testamētis, quàm ibi commu.

43 dd.sequuntur dum vult † fœminam,codicillis fore legiti-
mum testem,quàm ibi communiter doct.sequuntur,qua
ratione, idem erit in testamento quod haberet clausulam
codicillarem iuxt.l.primam, ff.de iure codicillorum,idem
& 3.in testam.iurato,argum.l.cum pater,§.filius matrem,
ff.de legat.2.

44 Limita vt nō procedat in pluribus quàm † triginta te-
stamētorum speciebus,quæ informia esse diximus quoq;
enumerauimus suprà, §.11. post mediū & infrà. §.30.ad
finem, & §.21. in princip. quale est testamentum inter li-
beros,& testamentum militis, & testamentum principis,
& testamētum alterius cuiusq; coram principe factum &
testamentum clerici, & testamentū ad pias causas, & om-
ne testamentum inspecto iure canonico, & reliqua testa-
mentorum genera informia in dictis locis enumerata, id
quod facilius admittendum in testamento, vel in vltima
voluntate cōmilitonum ad bellum pergentium, quod fit
per pactum reciprocum inter viuos, vt in l.licet,C.de pa-
ctis.Nam in omnibus his casibus, & similibus,testamen-
tum citra testium signacula valet:quia illis testamentis ni-
hil vnquam solēnium desideratur, præter legitimam vo-
luntatis probationem, qualis est illa, quæ in actibus inter
viuos desideratur, quia in his omnibus casibus semper te-
stamētum informe esse intelligitur,& veluti dispositio in-
nominata,nulli legi,nullíue formæ subiecta, rudis,inersq;
vt iacet seruatur,vt hęc omnia nō minus noue quàm vti-
liter disseruimus suprà,§.11.ad fi.

Deniq; hoc requisitum de testium signaculis peculiare
est in testamento in scriptis non enim desideratur in testa
45 mento † nuncupatiuo, §.finali.insti.de testa.l.hac consul-
tissima,§.per nuncupationem.vbi per omnes, C.eod.le.1.
2.& 3.cum ibi notatis, per Gregor.Lup.titul.1.part.6.

Deinde & 16. ad validitatem testamenti requiritur, ꝙ
46 non scribatur per notas seu † abbreuiaturas insolitas,ita vt
vix percipi possit sensus scripturæ, ita tenet vera, & com-
munis opinio, vt resoluit Alexand.consili.153.videtur 1.
consideratione,nu.6.lib.2.Bart.& commun.doct.in auth.
quod sine,C.de testamentis.per textum ibi,& per textum
in l.sed cum patrono, §.fin.ff.de bonorum possessio.text.
in l.vnica,ff.si tabulæ testamenti stabunt, ibi quia ex con-
iectura non proprie scriptus videtur, Barto.in d.l.sed cum
patrono,§.final.& in l.2.C.de veter.iure enucleando,& in
fine.C.de emendatione iusti.C.Speculator in titulo,de in-
strumentorum editione,§. instrumentum,versi.item op-
ponitur quod instrumentum est factum per notas. Anto.
in c.1.in 7.col.de fide instrumentorum.Ange.in l.Lucius.
in princ.ff.de militari testamento.Bart.& alij in l.quoties,
§.1.ff.de hæredib.instituend. per textum ibi versic. sed &
si quis.Guilielm.Bene.in capi.Rainutius.de testam.1.par.
in fin.num.61.Dynus.in d.l.Lucius.facit quod notat Bar.
in l.quidquid astringendæ, col.1.ff.de verbor.obliga.Spec.
in titu.de instrum.editio.§.ostenso, versicu.quid si abbre-
47 uiatura. Limita primo vt non procedat quando † abbre-
uiatura esset intelligibilis,& adde Tiraquei.de priui.piæ ca.
priuil.12.& priuil.8.intelligibilis inquam & consueta,arg.
text.in d.l.quoties, §.1.in fin. Secundum plerasq; eorum
quos suprà retulimus. Secundò limita vt non procedat in
48 testamento † militis,secundum communiter dd.suprà re-
latos per text.in d.l.Lucius,l.4.titu.1.part.6. Tertiò limita
vt non procedat in testamento facto ad pias causas quod
militis testamento æquiparatur secundum Tiraq. & Be-
nedi.vbi suprà. Quartò limita secundum quosdam vt non
procedat in libertate, sed contrarium videtur verius,argu.
text.in dict.authent. quod sine, secundum Guilielm.Be-
ned.vbi suprà.Quintò limita, secundum quosdam vt non
procedat, in testamento facto à patre inter liberos quod
regulariter in multis militis testamento æquiparatur, sed
contrarium verius esse videtur secundum Tiraquellum
& Benedictum vbi suprà,argument. textus in d.authent.
quod sine.

Et scias hoc requisitū ne testamētū per notas insolitas

49 ſcribatur peculiare eſſe in teſtō in ſcriptis. Aliud in † nun-
cupatiuo, vbi cum nulla ſcriptura requiratur interuentus
ipſius minus legitimę nocere non poteſt per text. cū gl. in
prin.C.de rei vxo.act. eſtq; 6.limi. Hæc etiā quæ de teſtō
notis ſcripto dixi, intellige quādo notæ illæ licet erant in-
ſolitæ multūq; difficulter legi poterant, tamen aliquo mo
do earum ſenſus percipi poterat: nam ſi nullo modo per-
cipi poſſet, tunc id teſtamentum non valeret in nullo ca-
ſu quantumcunq; ſpeciali & fauorabili, arg.tex.in l.ſi quis
cum teſtamētum faceret,ff.de teſta. ergo aut illæ notæ ſeu
abbreuiaturæ nullo modo percipi poterant,& tunc teſta-
mentum non valet,etiam in milite, & alijs perſonis priui
legiatis,argu.tex.in d.l. ſi quis cum teſtamentum: aut illæ
notæ erant conſuetæ, & facile intelligibiles,& tunc regu-
lariter valet teſtamentum etiam in perſona nō priuilegia-
ta, vt in d.l.quoties,§.1.in fi.aut illæ notæ ſeu abbreuiatu-
ræ neq; faciles erant,neq; omnino deſperatę, ſed licet erāt
inconſuetæ,& difficiles,tamen aliquo modo intelligi po-
terant,& tunc regulariter teſtamentum non valet: fallit ta
men in caſibus,ſuprà enumeratis.

Septimò fortè limitari poteſt in teſtamēto facto in car
50 cere † tyranni, quaſi in illa neceſsitate conſtituto ſubue-
niendum ſit, ſi voluit per compendium ſcribere ſuum te-
ſtamentum,cum per tempus,& iuſtum timorem non lice
ret ſibi longiorem facere ſcripturam, argum.eorum, quæ
diximus in ſimili ſuprà.

Octauò eadem ratione limita in teſtamēto facto tem-
pore peſtis,ſi per tempus & morbi ſæuitiam, & cōtagium
non licebat longius proferre ſcripturam, arg.eorum quæ
in ſimili diximus ſuprà.

Nonò limita in teſtamento facto tēpore belli,ſi per tē-
poris anguſtiam ſimiliter non licebat longiorē facere ſcri
pturam, argum. eorum quæ diximus in ſimili ſuprà.

Decimò limita, vt non procedat generaliter vbicunq;
tam vrgens neceſsitas immineret, vt fas non eſſet longio-
rē facere ſcripturam,arg.eorū quę diximus in ſimili ſuprà,
& argu.tex.in l.cū antiquitas, C.de teſt.& in l.caſus.eo.tit.

Poſtremò limita, vt non procedat in teſtamento quod
facerēt milites pergentes ad bellum per modum pacti re-
51 ciproci,de quo per l.licet, C.de pactis. In ſumma † fortè li
mitari poteſt vt in omnibus reliquis ſpeciebus teſtamen-
torum informiū(de quibus meminimus ſuprà,§.11.poſt
medium & infrà lib.3.in princ.& in fi.) id requiſitum non
neceſſario exigatur, neq; noceat talia teſtamēta per notas
inſolitas ſcripta fuiſſe. Nam in omnibus his caſibus intelli-
go teſta.eſſe informe,rude, iners innominatū,nullius for-
mæ,nulliq; legi ſubiectum, nec ſolennium quicquam de-
ſiderari præter legitimam voluntatis probationem, qualis
eſſe intelligitur, quæ regulariter deſideratur in actibus in-
ter viuos: vt nouè, & vtiliter diſſeruimus ſuprà, §.11.ad
finem.vbi docemur vt his caſibus illa legis forma impunè
poſſit prætermitti,quaſi licet regulariter pro forma ſit te-
ſtamenti ne per notas inſolitas ſcribatur, tamē illa teſtamē
ta ab omni forma exempta ſint,quaſi his caſibus mentali-
ter lex vltra proceſſerit diſpenſando, argu.eorum quæ di-
ximus ſuprà,§.14.nu.95. cum ſequentibus, nam in omni
diſpoſitione prætermiſsio formæ legalis non nocet quan-
do poſt præceptum prohibitum ipſa lex vltra proceſsit in
toto,vel in parte diſpēſando etiam tacitè, vt ibi docemur,
ergo in actibus inter viuos regulariter nulla ſolēnitas pro
forma deſideratur,ſed ſolum probatio voluntatis contra-
hentium,le.ita ſtipulatus.in magna,verſicu.Sabinus,ibi ex
mente,ff.de verbor.oblig.vbi notant Paul.Caſtren.& Iaſ.
52 vnde ꝙ teſtes ſint in † conſpectu contrahentium in tali
actu inter viuos neceſſe non eſt, ſed tantum in teſtamētis,
glo.in l.2.§.idem Labeo,ff.de aqua pluuiali.quæ commu-
niter approbatur,ſecundum Alexandrum, nu.6.& Iaſ.nu.
9.in le.nam ſpeciali.C.de teſta.Ita in his teſtamentis infor-
mibus ſola voluntatis probatio oī forma remota & poſt-
53 habita deſideratur.Eſt enim peculiare in hęredis † inſtitu-
tione vt coniecturis fieri non poſsit, vt in le.iubemus,do-
cent omnes dd.per textū ibi, C.de teſtamentis.docet no-
uiſsime Emanuel de Acoſt.in le.Gallus,§. ſed quid ſi tan-
tùm,part.1.nu.21.ff.de liberis & poſthumis, Pau.Pariſius,
conſi.3.num.30.8.lib.2.tex. expreſsior de iure in l.1.ad fi-
nem.ff.ſi tabulæ teſtamē. ſtabunt,ibiq; ex coniectura non
proprie ſcriptus videtur,voluit.n.l. hæredis inſtitutionem
minime obſcuram eſſe, ſed omni ex parte dilucidam,cer-
54 tam & indubitatam, quia ea eſt † caput teſtamenti, §.ante
hæredis inſtitutio.de lega.l.1.ff.de hæredibus inſtituendis,
tradunt omnes dd.ibi & in rubrica.inſti.de teſtam.Benin-
caſius.in §.ſupereſt.num.248.inſtit.de actio.ergo hæredis
inſtitutionē oportet (vt omni ex parte ſit indubitata) ſcri-
ptam eſſe manu propria teſtatoris explicite notis, & lite-
ris conſuetis, vel palam ore proprio ipſius loquentis nun-
cupatam,dict.l.iubemus, l.hac conſultiſsima,§.per nuncu
55 pationem,C.de teſtam.Sed certe hæc differentia † loquē-
di,& ſcribendi nō tam realis videtur, quàm verbalis,nam
qui ſcribit loqui etiam videtur,vt in §.ſupereſt,verbo lo-
quamur.inſti.de action. vbi notant Gomeſius & Benin-
caſius,nume.28.text.in epiſtola.inter claras,C.de ſumma
trinitate,facit.le.non figura, ff.de actionibus & obligatio-
nib.capitul.cùm Marthæ,de celebratione miſſarum,l.1.2.
& 3.ff.de procuratorib. & in princip.inſtitu.de obligat.ex
conſenſu.dum æquiparat nuntium & epiſtolam,le.Arria-
ni,C.de hæreticis.Bartol.in le.1.ff.de conditio.ex le.Alex.
in l.nō ſolum,§.morte.ff.de operis noui nunciatione,qui-
nimò etiam in pœnalibus diſpoſitionibus vetitus loqui cū
56 aliquo,etiam † epiſtolam ad eum mittere nequit.Clemēt.
ſi ſummus Pontifex, iuncta gloſ.de ſententia excommu-
nicat.glo.& d.in cap.conſtitutione,de ſentent.excommu.
lib.6.cap.vbi periculum,§.nulli.de elect.eod.lib.& in cap.
clericus, octuageſima prima diſtinct.text.vbi per omnes
antiquos & nouos in l.1.in princi.verbo vtroq; loquente,
ff.de verbor.oblig.in princi.& §.1.inſtit.eod.titu.per Go-
meſium & Benincaſium,vbi ſuprà. per Ripam & Ioannē
Crotum.in d.l.1.in princip. eſt tamen verum quamplures
noſtrorum tenuiſſe contrarium exiſtimantes prohibitum
loqui cum bannito poſſe,epiſtolam ad eū mittere:& hanc
eſſe communem opinionem teſtatur Benincaſius, vbi ſu-
prà,num.31.& Alciat.in d.l.1.in princi.num.20.Sed prior
ſententia vt etiam epiſtolam ab bannitum mittere vetitū
intelligatur verior eſt,& fortè receptior, nam in omni re
in cunctiſq; diſpoſitionibus principem locum tenet vo-
57 luntas † ſequentem veriſimilitudo.vltimum verba, leg.in
conditionibus primum locum,ff.de condition.& demō-
ſtrat.auth.de nuptijs,§.diſponat, d.l.ita ſtipulatus, verſicu.
Sabinus,verbo.ex mente glo. commu.approbata in l. tale
pactum,§.fina.ff.de pactis, dum ait diſpoſitum id ab ſta-
tuentibus intelligi, ꝙ interrogati veriſimiliter reſponde-
rent,tex.egregius in l.3.C.de inoffic.teſtam.l.3.C.de libe-
ris prętеritis l.licet imperator.vbi multa per Alexandrum
& Iaſ.ff.de lega.j.quod procedit etiam in interpretatione
quæ ex veriſimili mente ſtſit verba atuentiū, vel vtcunq;
diſponentiū repugnarent,text.egregius in l. hæredis mei,
§.cum ita.ff.ad Trebellianum,l. Pater Seuerinam, §.con-
ditionum verba, ff.de conditionib. & demōſtrationibus,
facit leg.quibus diebus,§.dominus,eod.titu.leg.finali.ff.de
fundo inſtructo.le. ſtipulatio iſta,§.2.qui.& §.hæc quoq;
ff.de verborum obligationibus. cuius rei ratio non obſcu-
ra eſt, verba enim teſte Cicerone in oratione pro Cecin-
na reperta ſunt, quæ indicarent non quæ impedirent no-
ſtram voluntatē,quod & probat l.Labeo, ff.de ſuppellect.
legata. vnde cum nullus modo ſanus vt nobis videtur ne-
gare iuſte poſſet quin de mente ſtatuentium fuerit veta-
re epiſtolam ad bannitum mittere non ſecus q̈ cum eo, &
in eius cōſpectu loqui par eſt vt vtroq; caſu idem iuris ſit.
58 Diuerſum eſt in ſtatuto prohibente forenſes † aduocare
poſſe in palatio, tunc enim non prohiberentur allegatio-
nes in ſcriptis ad iudices mittere vt poſt Barto. quem alle-
gat, tenet Iaſ.in d.l.1.in princip.ff.de verb.obligat.tex.vbi
Bartol.in le.Paul.§.fi.de legatio.& in le.1.§.poſtulare,ff.de
poſthu.

posthu.in simili per Bart.in l.1.§.aduocatos, ff.de varijs &
extraordi.cog.Bologninus in auth.habita,num.314.C.ne
filius pro patre.Benincasius in d.§.superest,nu.32.Contra
riam tamen partem tenent Aret.& Ripa,in d.l.1.in princ.
Ang.in l.1.§.postulare, ff.de postul. Feli.in rub.de fide in-
strum.Ana.in rub.de magistris, sed prior opinio verior vi
detur:quia talis statuti ratio verisimiliter nulla alia esse po
tuit nisi ne imperitia aduocatorum processuũ nullitas, &
litigantibus impensa contingeret,ac magistratibus impedi
mentum,quę ratio cessat in allegationibus à longe, vel vn
de cumq; missis, cum illi fiant ad iudicum instructionem
non ad ordinationem processuũ.Verum si propter digni-
tatem personæ aduocātis prohibitum esset aduocare,tunc
etiam tales allegationes mittere fas non esset quasi etiam
per eas læsa aliquantulum dignitas auctoritasq; prohibiti
viderentur, vel saltem non aliter quàm parcissime admit-
tendum esset.& ita procedit opinio contraria,per iura su-
prà allegata & ita etiam intelligendæ sunt leges regiæ Hi-
spanorum quæ auditoribus, & consiliarijs regis catholici
aduocare vetauerunt, & huius distinctionis vtraque pars
vsu iudiciorũ recepta est apud nos Hispanos, nam licet in
pretorijs summis qui sunt in curia regia & in pretorijs Va
lisoletano, & Granatensi, & Hispalensi, & reliquis vetitũ
59 sit nequis nisi ibi examinatus † aduocare posset,tamen al-
legationes in scriptis ab alijs non examinatis compositas
accipere iudicibus & liberum & solenne est.

Deinde & 17. ad creationẽ testamenti requiritur quod
tale testamentum non fuerit cancellatum per testatorem,
arg.l.j.& l.proximæ & per totum,ff.quæ in testa.delẽtur,
60 nam per talem † cancellationẽ testamentũ corrumpitur,
& infirmatur secundũ omnes.Qua in re duo mirabilia an
61 notato. Primum,ꝙ voluntas testantis vtcunq; † expressa
nõ sufficit vt id testamentum rite factum infirmetur, nisi
aliud postea fiat testamentũ,§.ex eo,inst.quib. mod.testa.
62 infirm.l.† militis codicillis,§.veteranus, ff.de milita.testa.
& vtrobiq; cõiter per dd.& tamẽ sufficit cancellatio,licet
per eam tacita tantũ voluntas colligatur,atqui constat for
tiorem esse solere voluntatem expressam,quã sit tacita:l.e.
cum ex filio,§.1.ff.de vulg.nullus vnquã congruũ respon-
sum dedit,licet omnes vbiq; admirentur. Nos solemus di
cere,ꝙ ars ciuilis imitatur hac in re naturam anxie,& ve-
luti religiosissime argu.§.minorẽ instit.de adoptionibus,
l.filio quẽ l.si quis posthumos,in prin.ff.de liber.& posthu.
l.adoptio,ff.de adoptio.vnde vt si vas aureũ, vel argẽteũ,
vel luteum feceris,deinde iusseris illud infectum fieri non
per hoc infectum fiet, nisi manus adhibeas illudq; frege-
ris,ita quoq; testamentum quod veluti species quędam ab
homine fabricata intelligitur, nuda hominis fabricātis vo
luntate nõ redditur infectum,nisi manus quoq; adhibeas,
illudque fregeris, vt sicut in eius formatione, voluntate,&
actu corporeo, opus fuit, ita quoque in eius refectione,&
rescissione vtcunq; concurrere debeat, per rationem l.ni-
hil tam naturale,ff.de regu.iur.c.omnis res, de reg.iur.ex-
tra,sic in simili est tex.expressus in l.si acceptolatum,ff.de
acceptila.dixi plenius suprà,§.11.& forte infrà plenius at-
tingam, id tamen requisitum magis ad conseruationem
quàm ad creationem testamẽti pertinet,idq; in vtroq; te-
stamento tam in scriptis quàm nuncupatiuo.

Illud autẽ notandum est ꝙ quando de testamento nun
cupatiuo confectum est instrumentum idq; instrumentũ
63 testator † cancellauit, tunc infirmatur testamentum, quia
licet tale instrumẽtum neq; ad substantiam testamenti fa-
ctum,aut necessarium foret,sed tantum ad rei gestæ,& vo
luntatis probationem tamen eo ipso, ꝙ apud testatorem
cancellatũ reperitur censentur prioris illius voluntatis pœ-
nituisse illudq; reuocare voluisse, nec prodesset per testes
tenorem testamenti probare,ita egregie Pau.Castren.in l.
fi.de ijs quæ in testa.delentur,ff.licet Bald.ibi.in contrariã
partem inclinet. Cuius rei ratio ea est ꝙ licet illud instru-
mentum ad substantiam testamenti non pertineat sicque
cancellatio prima facie videretur inutilis, tamen ex ea etiã
inutili cancellatione arguitur voluntas agentis vt in l.pla
ne,la.j.in prin.ff.de legat.1.vbi quod Titio legaui transtu-
li in Męuiũ incapacem, quæ translatio, etsi inutilis fue-
rit quo ad vtilitatem Męuij, efficax tamen est,quo ad læ-
sionem Titij quasi ex inutili etiã dispositione arguatur vo
luntas disponentis;simile in l.fi.ff.de reb.eorũ,vbi ex inuti
li dispositione colligitur volũtas testatoris, circa alienatio
nem prędij minoris,quibus affine est, ꝙ & si pactũ de fu
64 tura successione non † valeat, l.pactum ꝙ dotali l.fi.C.de
pact.l.pactũ dotali.C.de colla.l.nec nos, C.de capti.l.fi.ff.
de suis,& legiti.l.si quando,§.illud, C.de inoffi.testa.valet
tamen in perniciem, & læsionem ipsius paciscentis, quia
ex inutili illa pactione colligitur eius animus & improbi-
tas, non secusq; si vtilis foret: tex.egregius in l.quidam in
iure,§.fi.ff.de dona.l.2.§.fi.ff.de his quibus vt indig.Qui-
65 bus concinit tex.solennis in † l.j.§.si vir.ff.de acq.poss.vbi
ex inutili contractu donationis inter virum & vxorem
transfertur possessio de viro donatore in vxorem donata
riam,quia cum nudo animo amittatur possessio, & mari-
tus translationẽ illius rei in vxorẽ facere vellet,eaq; trans-
latio fieri non posset nisi per prius eam rẽ maritus à se ab-
dicaret, certe & si translatio vetita fuerit ex ea tñ arguitur
tacita voluntas ademptionis præambulę, eaq; efficax erat
vt illius rei possessionem maritus perderet,sicq; tolerãtius
visum fuit eam possessionẽ vxori acquiri quàm ꝙ tam ab
ipsa quàm à marito absccderet, hanc rationem reddidit iu
recõsultus in d.§.si vir.vers. Et quid attinet,ideo ergo trãs
fertur ibi in vxorem possessio, quia & si eam non transfer
ri diceremus, aut fingeremus, ex tali fictione nulla omni-
no fingeretur,aut potiretur maritus vtilitate,cũ necessum
66 esset vt maritus amitteret † possessionem eo ipso ꝙ eam
in vxorem trãsferre voluit l.3.§.in amittenda l.si quis vi.
§.differentiam,ff.de acqui.poss.ita cõiter.doct.in d.§.si vir
& And.Tirq.qui alios allegat in tract.de iure consti.par.3.
limi.7.num.13.quæ ratiocinatio(vt nobis videtur)nullius
67 momẽti est,hominis.n.animus soli † Deo(vt patet ad sen
sum) notus esse potest, id ꝙ probatur in l.an inutilis,ff.de
acceptil.l.non solũ, ff.de act.& oblig.l.obligationum sub-
stantiam ad fin.l.non figura,ff.de act.& oblig.l.fi. C.de nõ
nu.pec. vnde si rem meam in te trãsferre volui cũ animus
meus nulli hominum notus esse possit nec etiam legi, sed
soli Deo,lex & potuit & debuit coniectare,& interpreta-
ri me huius animi fuisse vt si tibi huius rei integrum ius ac
quireretur tũc ex integro à me absccderet, siue minus tũc
minime absccderet, quasi sub hac tacita & mentali,ac ve-
rosimillima conditione ius meum à me abdicatum volue
rim si tibi acquireretur & non aliter quam interpretatio-
nem(& subtilius & humanius)in eademmet materiã.pos-
68 sessionis & corporalis traditionis fecit tex. in † l.si me in va
cuam,ff.de acq.pos.Sed & in ademptione legatorum ean-
dem interpretationem fecit iureconsultus in l.si iure, ff.de
legat.3.vbi legata in priore testamento reliqui, feci poste-
rius testamentum minus solenne ꝙ nullius momenti fo-
ret quo ad reuocandã institutionẽ prioris testamẽti con-
stitit,quia institutio nuda voluntate nõ reuocatur, licet le
gata & fideicõmissa nuda voluntate reuocentur,quę qui-
dem nuda voluntas ex illo testamento etiã inutili procul-
dubio colligebatur vt ibi & l.fi.ff.de reb.eorũ l.militis co-
dicillis,§.veteranus,ff.de mili.testa.sed tamẽ prius iurecon
sultus succurrit interpretatione vt non aliter testator prio-
ra legata adẽpta voluisse videatur, ꝙ si posterius testamen-
tum firmum esset. Similis fere interpretatio fit in l.cũ hic
status,§.ait oratio,ff.de dona.inter vir.& vxor.l.simillimũ
69 est, ꝙ dominium rei † legatæ etiam à morte testatoris ad
legatarium pertinere videtur l.à Titio, ff.de furtis l. si tibi
homo,§.cũ seruus,ff.de legat.j. Et tamen si legatarius no-
luerit, aut nõ potuerit legatum acquirere tunc tale legatũ
eiusq; dominium ab ipsa hæreditate nunquã videtur ab-
scessisse,quasi sub hac occulta,ac mentali cõditione rei le-
gatæ ius ab hæreditate separatum videatur si ipsi legatario
etiam cum effectu acquireretur & nõ aliter, sic ergo & in
specie

ſpecie noſtra non modo facile,ſed etiã facillime potuit lex
interpretari vt maritus qui rem donatã vxori tradidit hu
ius animi fuerit,vt non aliter à ſe eius poſſeſsionis abſcede
ret quàm ſi id ius vxori acquireretur,vnde ſi per legem ve
titum fuiſſet ex tali donatione & traditione ius etiã poſ-
ſeſsionis vxori acquiri per eandem legem iuſtiſsime & fa-
cillime potuiſſet fieri interpretatio hoc vt vir ille ſub hac
demum occulta & mentali cõditione ius poſſeſsionis à ſe
abdicare voluiſſe videretur ſi vxori acquireretur & nõ ali
ter, ergo ratio illius diſpoſitionis non tam ex neceſsitate
quàm ex mera legis voluntate deſcẽdit, donationes enim
inter vir.& vxo. non tam rigidè & amarè quàm amanter
vetitæ fuerunt, nec vt inter infeſtos, ſed vt inter ſumma
caritate coniunctos prohibitio fit, text.elegans in l.ſi id ꝙ
§.j.ff.de dona. inter vir.& vxor. ſicq́; tales donationes nõ
ſolum confirmantur morte d.l.cum hic ſtatus, §. ait ora-
tio l.Papinianus, ff.de dona.inter vir.& vxor.ſed etiam ea
dem lex amat tales donationes confirmari, iubetq́; vt iu-
dex procliuior ſit ad talium donationem cõfirmationem
quàm reuocationem interpretandam d.§.ait oratio.Et cũ
talis donatio nõ aliter morte donatoris cõfirmetur quàm
ſi incœpiſſet à traditione vtili l. Papinianus cum ſua gloſſ.
70 communiter app. eo.tit. oportebat vt eam † traditionem
vtilem eſſe lex interpretaretur,ſicq́ue vt ex ea poſſeſsio in
vxorem donatariam trãsferretur,vt ſic ei poſſeſsioni poſt
mortem donatoris confirmatio donationis & conſequen
ter rei legatæ dominium accederet.

Ergo ex inuti.actu vel contractu cũ quæritur quid acce
dat ei in cuius fauorẽ fiebat, dic, aut ſecuta fuit vera tradi-
71 tio † aut ficta ſeu interpretatiua,aut nec vera,nec interpre
tatiua, primo caſu regulariter non transfertur dñium in ac
cipientem l.3.§.ſciendũ,verbo nihil agit, & §.& ſi ſtipu-
lanti verbo nihil agit & verb.nullius momenti,ff.de dona.
inter vir.& vxor.l.nunquã nuda, ff.de acq.rerũ dominio,
tradunt cõiter doct.in l.traditionibus, C.de pact.l.multũ,
vbi gl.Alber.& alij. C.ſi quis alteri vel ſibi l.contractus,C.
de fide inſtru.Bar.in fi.Alex.col.3.in d.§.ſi vir.Bar.& Bal.
in l.eleganter in fin.ff.de dolo.Alex.in l.ſi aliquã rem,ff.de
acq.poſſ.And.Tiraq.qui plures alleg.de conſti.par.3.limi-
72 ta.7.in fi.Sed an tranſeat † poſſeſsio dubium eſt,nam Iaco.
de Rauena tenuit non transferri, cuius opin.communiter
damnata eſt vt per Petrũ de Bella perti.Dinũ & alios com
muniter in d.§.ſi vir,Salic.in l.traditionibus, C.de pact.&
in l.qui rem col.fi.C.locati And.Tiraq.de iure conſt.part.
3.limit.7.nu.17.idem vbi plures allegat in legibus connu-
bialibus gl.5.verb.contract er.q.14.per gl.Bar. Bal.& Sali.
73 in † l.ſi cum ff.de donat.inter vir.& vxor.Pau.Carſtr.in d.
§.ſi vir ad fin.Alex.col.3.Soci.col.2.Iaſ.col.3.lect.2. Paul.
conſi.452.lib.1.Et conſ.193.lib.2.qua de re per gl.& Iaco.
de Arena in l.ꝙ meo,ff.de acq.poſſ.quę in contrarium vi-
detur inclinare.Quid dicendũ & ſane vt ex inutili contra-
ctu ſecuta vera traditione trãsferri poſſeſsionem,deciſum
eſt in d.§.ſi vir,ita ex inutili contractu in eodẽmet exem-
plo,& ſpecie, non transferri poſſeſsionem docemur à lege
ſi eum,ff.de dona.inter vir.& vxor. dum ait vxorem dona
tariam iure ciuili poſsidere non intelligi. Et ꝙ magis mi-
randum eſt vtraq; definitio fuit Pauli iureconſulti, hancq́;
ingentem Antinomiã appellant non pauci noſtrorũ vtro-
biq; & And.Tiraq.de iure conſt.par.3.limi.7.num.11. Et
gl.in d.l.ſi eum,quam ſequuntur Bar.Bal. Sali.& alij ibi &
Tiraq.vbi ſuprà ait ciuilem quidem poſſeſsionẽ non tran
ſire vt d.l.ſi eum, naturalem vero tranſlatam eſſe vt d.§.ſi
vir, & in hanc diſtinctionem inclinant pleriq; noſtrorum
in d.§.ſi vir, id ꝙ ſane eſt contra text.d.§.ſi vir, in ratione
ibi expreſſa dum ait, & quid attinet dicere non poſsidere
mulierem cũ maritus vbi noluit poſsidere protinus ami-
ſerit poſſeſsionem:ſimilis ratio redditur in l.ꝙ meo §.ſi fu
rioſo eo.tit.de acq.poſſ.ſenſit ergo iureconſultus cõſultius
eſſe integram mariti poſſeſsionem ad vxorem transferri
quàm ꝙ ea poſſeſsio ab vtroq; ſeparata eſſet,prohibitio.n.
de qua ibi & in toto titu.C.& ff.de dona.inter vir.& vxor.
non vt eis noceret, ſed vt conſuleret facta fuit vt in l.1.2.
3.& 4.eo.tit.ff.nocentius autem eſſet ab vtroq; poſſeſsio-
nem remouere quàm ab altero. Nec dubium eſt quin ra-
tio illa expreſſa in dic. §. ſi vir potius inſpicienda ſit quàm
eius definitio, quando quidem ratio ipſa habetur pro lege
& deciſio loco exempli tm̃ habetur, ꝙ non arctat regulam
vt eſt vera cõisq́; opi.gl.in auth.de hær.ab int.§.fi.verb.or
dine l.humanitatis vbi notant Cor.nn.15. Et Cur.iun. Et
Iaſ.Deci.& Purpuratus in l.fin.C.de pact.Georgius nata-
nus in c.2.de pact.li.6.nu.32. dixi plene infra §.21.nu.72.
ergo vt maritus qui donauit & tradidit poſsidebat ita &
vxor poſsidere incipiet non quidẽ magis,nec minus plene
quàm maritus poſsidebat ex mẽte & ſenſu d.§.ſi vir.Vn-
de gl.d.l.ſi eum,quã ibi ſequũtur Bar.Bal.& Sali.& Tiraq.
vbi ſuprà. Tranſit ad alium intellectum vt in vxorem do-
natariam ſemel quidem trãſierit poſſeſsio, & ita procedat
d.§.ſi vir,ſed non cum effectu,quia cito poteſt ab ea auo-
cari. Sed is quidem intellectus eſt peior priore,tum ꝙ ſe-
cundum eum d.§.ſi vir redderetur inutilis, eſſetq́; impo-
nere legẽ verbis contra l.2.C.com.de lega.tum & fortius,
quia eo attento talis mulier non poſſet ex vi illius poſſeſ-
ſionis vſucapere ſi forte † res illa aliena foret, id ꝙ nec vi-
74 ro,nec vxori vtile eſſet,ſed potius inutile,ſicq́ue eſſet con
tra mentem & ſententiam illius tituli de donat. inter vir.
& vxor.qui eis(vt dixi)prodeſſe non nocere voluit,& prę
terea eſſet contra tex.expreſſum in l.ſi id ꝙ,§.j.ff.pro de-
relicto l.ſi vir,ff.pro donato, in quibus legibus dicit talem
poſſeſsionem præbere iuſtã cauſam prędcribendi,nec du-
75 bium eſt quin præſcriptiones † nitantur in iuſta, legitima
& ciuili poſſeſsione,non in naturali tm̃ detentatione l.1.§.
per ſeruum qui in fuga, ff.de acq.poſſ.vbi notant commu
niter doct.Vnde poſthabitis aliorũ(quas mihi legere con-
tigit) traditionibus veritas eſt donationẽ inter vir.& vxo.
vetitam eſſe non ſimpliciter, ſed ſecundũ quid d.l. cũ hic
ſtatus, §.ait oratio d.l.ſi id ꝙ §.j.ff.de do.inter vir.& vxo,
vt plenius ſuprà diſſeruimus,vnde quatenus donatori no-
cet vetita eſt,quatenus vero non nocet vetita nõ eſt,ſicq́;
donatarius vel donataria poſsidere etiam ciuiliter & legiti
me videtur ad vtilitatem ſuã & in perniciem cuiuſq́; alte-
76 rius præter maritum donatorem d.§.ſi vir,& in d.l.ſi † vir
ff.pro donato & d.l.ſi id ꝙ §.j.ff.pro derelicto.Sed quo ad
læſionem mariti donantis vel vxoris donãtis poſſeſsio nõ
videtur legitima:lęſionem autem intelligere debemus qñ
donator inter viuos reuocauit donationem pœnituitq́; ſe
donaſſe,non ſic ſi perſeuerauit vſq; ad mortem, tunc.n.læ
ſus non intelligitur, ſicq́; donatio illa & traditio & poſſeſ-
ſio inde ſequuta legitime,& eſſe & retro ſemper fuiſſe in-
telliguntur,quaſi is futurus euentus nõ tam harum rerum
nouã legitimitatem(vt ita loquar) & permiſsiones denuo
induxerit,quàm oĩa eſſe & ſemper retro fuiſſe legitime ge
ſta detegerit,vt ex multis ſimilibus ſuprà adductis edocti
fuimus,vnde & talis mulier interea facit etiam rei donatę
fructus ſuos l.fructus cũ l.ſeq.ff.de iure doti.l.videamus,ff.
de vſuris, quanuis ſi maritus donationem reuocauerit eos
fructus poſsit ſi vellet repetere, ſi quidem vel ſtant vel eis
conſumptis vxor facta fuerat locupletior vt dd.ll. & ple-
nius diximus libr.3.controuerſiarũ poſt medium. Ergo ꝙ
in d.§.ſi vir,dicitur vxorẽ poſsidere,intellige tam naturali
ter quàm ciuiliter ad ſuã vtilitatem & ad læſionem cuiuſ-
cunq; tertij præter maritum,ſed & quo ad læſionem ma-
riti qñ ipſe per totum tempus vitæ ſuæ non pœnituit nec
reuocauit donationẽ, quo caſu minime videtur læſus, ſed
potius vtiliſsimũ ſibi eſſe videtur ſuam volũtatem, aĩum,
votumq́; præſertim in re pia & honeſta explere arg.l.j.C.
de ſac.eccl.§.præterea cũ gl.inſt.de act.§.per traditionem
inſt.de rerũ diuiſi.Quatenus vero in d.l.ſi eum,dicitur mu
lierem ciuiliter non poſsidere, intelligendũ eſt in læſionẽ
mariti non poſsidere ſiquidem ipſe pęniteat & hoc eſt de
quo ibi re vera quærebatur,nã fundũ emi,iuſsiq́; vendito-
rẽ vxori tradere,tradidit, dubitabatur an eundẽ venditorẽ
poſſem cõpellere vt iterum traderet, ꝙ ibi negatur, quaſi
ſemel

semel etiā functus fuerit iussu meo officioq; suo, mihique
imputandū qui iusseram vxori tradere, quiq; aliunde pote
ram mihi consulere repetendo possessioné à muliere quæ
quo ad lęsioné meam nunquam videbitur neq; possidere
neq; retro possedisse, si me pœnitere cōtingeret. Hinc pri
mò infertur contra gl. Bar. Bal. & Sali. in d. l. si eum, & con-
tra Tiraq. vbi suprà, non esse verum ꝙ talis mulier non vi
77 deatur ciuiliter possidere, imo certe etiam † ciuiliter pos-
sidet, & ideo potest præscribere, & fructus suos facere quę
omnia minime contingerent si ciuiliter non possideret.
Infertur 2. contra eandem gl. Bar. Bald. Sali. Tiraq. non
78 esse verum quòd in talem mulierem transiret † possessio
ciuilis sine effectu, quinimo transiuit ciuilis & cum maxi-
mis effectibus, qui in ciuili vtiliq; possessione nituntur vt
etiam ostendimus.

Hactenus quo ad donationé inter virum & vxoré, quæ
omnia repetita esse intelligatis in donatione † inter patré,
79 & filium in potestate, quia vtroq; casu fere par ratio est, &
hęc equiparatio fieri videtur in d. l. donationes quas paren
tes. C. de dona. inter vir. & vxo. cum ibi plene no. per gl. &
doct. Nam & isthæc omnia, quo ad fructus & vsucapien-
di ius & facultaté, assimilantur donationi causa mortis li-
cet non sic quo ad dominij acquisitionem, argu. d. l. cū hic
status. §. ait oratio. & l. videamus per totam l. ff. de vsuris.
Sed quia cōmuniter doct. suprà citati non solum in specie
bus suprà citatis de dona. inter vir. & vxor. vel inter patré
& filium in potestate, sed etiam generaliter volunt ex in-
utili contractu secuta vera traditione † transferri possessio
80 nem, superest an id tutum sit vt videamus. Quid. n. si rem
sacram, aut religiosam, aut publicam tibi vendidi, & tradi-
di qui eam rem liberā esse putabas, & quidem his casibus
ius possessionis non magis transire putem quàm ius domi
nij arg. l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. oblig. §. 1.
inst. de inuti. stipul. l. qui res, §. aream, ff. de solut. aliud est
enim possidere, aliud in possessione esse l. si quis ante & l.
si aliquam rem, ff. de acqu. poss. nam & qui alieno nomine
possidet, id quidem minime possidet, quia non sibi, sed al-
teri possidet l. ꝙ meo in prin. ff. de acq. poss. Et tamen is nō
desinit esse in possessione vt d. leg. si quis ante & d. l. si ali-
quam rem, ꝙ nos appellamus detinere, non possidere, &
ita intelligimus l. male agitur. C. de pręscr. 30. annorum, nā
& commodatarius, & depositarius, & inquilinus sunt in
possessione rerum quas eo nomine detinent, & tamen nō
intelliguntur possidere, quia non tam sibi quàm alteri pos
sident, vel quia non tam possidere quàm solum in posses-
sione vel in detentatione esse videntur, ergo quandiu eo
nomine in possessione fuerint, etiā post annos mille non
præscribent, ergo & in terminis d. §. sacrā cum conc. is cui
tales res traditæ fuerint non tam possidere quàm in posses
sione esse videbitur, sicq; cessabit præscriptio & fructuū
irreuocabilis acquisitio, sicq; hoc casu cōis opi. doctorum
suprà relata existimantium translatam esse possessioné su
specta est. Quinimo si is cui bonis interdictum est tradi-
derit possessionem rei quam vendidit, possessionem non
81 transfert, † l. is cui bonis. ff. de verbo. oblig. verb. tradere, ꝙ
similiter est contra generalitatem doctrinæ illius commu
nis quam impugnamus, neq; ad rem pertinet l. 3. §. sciend-
dum & §. sed & si stipulanti, ff. de dona. inter vir. & vxor.
nam in donatione inter vir. & vxor. singulare ius esse su-
prà ostendimus, & præterea illa iura non tā aduersa quàm
amica huic rei videntur, pro nobis text. expressus in d. l. si
eum & d. §. si stipulanti, verbo, nullius momēti, & verbo
nihil agit, & d. §. sciendū, verbo. nihil agit, & d. l. si aliquam
rem, & d. l. si quis ante, ff. de acq. posse. & l. non dubiū, C. de
legib. licet. n. lex impedire nequeat quin si traditio semel
facta fuit, facta quidé fuerit l. in bello, §. factæ, ff. de capti.
& d. §. si vir. c. si Pau. 32. q. 2. tñ effectus plures ciuiles (qua-
les sunt fructuū acquisitio, vsucapiendi conditio & simi-
lia,) vt lex tali possessioni, & traditioni concessit, eidé po-
test & solet facillime adimere, quia nihil tam naturale per
l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. c. oīs res de reg. iur. l. fi. ff.
de accep. l. j. §. fin. ff. de lega. 3. §. sed naturalia instit. de iure
82 nat. l. oēs populi, ff. de iusti. & iure, ita intelligo † l. quem-
admodum, C. de agr. & cens. libr. 10. l. si quis inquilinos, §.
fi. ff. de legat. j. l. j. C. de bon. mater. in quibus casibus negēt
ex illis inutilibus titulis trāslatam possessioné videri, licet
traditio corporalis fieret, accipientemq; non tam posside-
re quàm solum in possessione esse, aut detinere intelligen
83 dum esse, optimus tex. in † l. nemo, ff. pro legato, vbi tituli
legati mihi incapaci tradita fuit possessio, & negāt me pos
sidere intelligi, aut posse vsucapere, & tñ quo ad factum
traditio facta fuit, sed omnes effectus, & vtilitates iuris tali
45 *Idem in matre renuntiante, contra mentem communis opin.*
46 *Idem per contrarium contra mentem communis opi.*
47 *Intel.l.pactum, C. de coll.l.si quādo, §.illud, C. de inof. test. c.2. de pact. in 6.*
48 *Pactum inter patrem & filiumf. vtile esse potest, cōtra Iaso. Dec. & alios.*
49 *Hæres an ex quasi contractu teneatur creditoribus.*
50 *Intell. §. item is. Inst. de obli. ex quasi contrac.*
51 *Testator debet scribere, vel nuncupare nomen hæredis.*
52 *Heredis institutio an rite fiet ad interrogationem alterius, cum communi contra Ias. & alios.*
53 *Institutio fieri potest per relationem ad aliud.*
54 *Hæredis institutio ad interrogationē alterius facta, valet, cum communi.*
55 *Si dixi, Titium ne facis heredem? & respondeas, Facio, an valeat institutio.*
56 *Coniecturarum probatio an sit vera.*
Declaratio. 1.
Declaratio. 2.
Declaratio. 3.
L.1.tit.2.lib.5.ord.
L.4.ti.1.par.6.ampl.
Declaratio. 6.
Declaratio. 7.
Declaratio. 8.
Declaratio. 9.
Declaratio. 10.
Declaratio. 11.
L.2.titu.2.lib.5.ordina.
Declaratio. 13.
Declaratio. 14.
Declaratio. 15.
Declaratio. 16.
Declaratio. 17.
Declaratio. 18.
Declaratio. 19.
Declaratio. 20.
57 *Illationes plures contra mentem communis opi.*
58 *Declaratio, l.72. in quaterno alcauar. & an eius transgressio vitiet.*
59 *L.44. in quaterno alcaua.*
60 *Testamentum vitiatur cancellatione.*
61 *Instrumentū si rasum reperitur, quis presumatur vitiasse.*
62 *Liberatus non præsumitur debitor eo solo, quod instrumentum debiti sit apud eum.*
63 *Occultans instrumentum, perdit ius suum.*
64 *Instrumentum vitians, eo iuuari non potest.*
65 *Instrumentum vitiatum falsum præsumitur.*
66 *Intellec. l. si. tit. de las exception. lib.3. ord.*
67 *Instrumentum si falsum dicatur, nil probat, cum communi.*
68 *Intel. l.115. & l.118. ti.18 parti.3.*
69 *L.2. ti.8. lib.1 fori. l.9. tit.19. par.3. nu.69.*
70 *Declaratio, l.37. del encabezamien. vt formæ omissio, quæ addit pœnam, non vitiet actum.*
71 *Testamentum secundum non valet, si in primo testamento erat clausula derogatoria.*
72 *Clausula irritans apposita in testamento infirmo, non est inutilis.*
73 *Testamentū primum reuocatur per secundū, etiam inutile, si inter primum & secundum decennium præterijt.*

74 Testamentum an pœnitentia reuocetur, noua declar.
75 Intellect.l.sancimus,C.de test.
76 Hæredis institutio in rebus alienis an fieri possit.
77 Testari possunt de rebus alienis de consensu domini, nequ pœnitentia illius, qui semel consensit, admitteretur.
78 Testamentum fieri debet per dominum hæreditatis, cum communi.
79 Captatoria voluntas quid.
80 Captatoria voluntas fauore piæ causæ sustinetur, cum communi.
81 Capt.vol.non valet.Fallit in 15.casib.
82 L.4.ti. .par.6.limi.l.4.ti.14.lib.2.ord.
83 Declara.l.2.ti.2.lib.5.ord.
84 L.5.ti.1.par.6.decla.
85 Capt.volun.valet ex permissione legis, cum communi contra nouissi.
86 L.31.Tauri.
87 Testari vt mulier nequeat sine interuentu consanguineorũ, lege induci potest, cum communi.
88 Procuratoris constitutio non extinguit ius eũ constituentis.
89 De eadem re.
90 De eadem re.
91 Mandatum per mutationem status quando videatur reuocatum cum communi.
92 Mandatum recipiendæ solutionis descendens ex contractu duorum, nunquàm reuocatur per mutationẽ status, etiã in deterius, contra communem.
93 Mandati an teneatur solutioni adiectus, cum multis contra magis communem.
94 Intel.§ planè.insti.de inu.stip.
95 Mandatum valet, licèt initio non intersit mandatoris, contra communẽ. Aliud in stipulatione, etiã si postea interesse receperit, contra communem.
96 Testamentum a mandatario si fiat, an vitietur testamentũ factum à domino hæreditatis de iure regio.
97 Intel.l.31.Tauri.
98 L.3.ti.de las donacio.lib.5.ord.
99 L.2.& 3.ti.3.lib.4.ordi.
100 L.4.ti.2.lib.4.ord.
101 L.3.ti.12.lib.3.ord.
102 Vectigalis lanarum impositio.
103 Testamentum requirit consummatam volun.
104 Successio ab intestato multiplex.
105 Emancipati præterito iure, ff.non vitiat testamentũ, cum communi.
106 Successio reperitur aliter quàm ex testamento, vel ab intestat.
107 Successio singularis est in multiplici differentia.
108 Legatum an sit pars testamenti, contra communem.
109 Partes cuiusque sunt in multiplici differentia.
110 Legata vt pars testam.videantur.
111 Legatum est donatio.
112 Legata res si tradatur, non potest legatũ reuocari, secundũ communem, nos contra cum Alb.
113 Pro legato non act. personalis, sed fam.her.datur, cũ Theo. contra communem.
114 Aditione hæreditatis hæres obligatur creditoribus, & legatarijs, ipsi tamen hæredes inter se non obligantur, cũ communi.
115 Intel.l.cùm pater,§.euictis,ff.de leg.2.
116 Intel.l.nostra.insti.de leg.
117 Intell.§.nostra.insti.de lega.Estq; noua decla.
118 Legatum relictũ per sinẽ di modum, an haberet olim action. contra communem.
119 Legata, & fideicom.an sint exæquata.
128 Libertas sub conditione, si hæres voluerit per fideic. nõ per legatum relinqui poterat, cum Cuman. contra cõmunẽ.
121 Libertatem fideicom.inducunt illa verba, iubeo hæredem libertatem dare cum communi contra Corn.
122 Legatum peto actione reali, & etiam personali sim vel cõtra glo.appro.
123 Fideic.an olim iure actionis peterentur.
124 Legata codicillis an relinquantur, contra communem.
125 Legatę rei fructus vt debeantur.
126 Legata pecunia circunscripta ioco, vsuræ, quæ currebãt viuo testatore, non debentur, contra communem.
127 Legans non refert dixit quod restabat, an quod restiterit, contra Paul & Alex.
128 Dominium legati statim post mortem testantis trãsit in legatarium. Limi.17.modis.
129 Legati taciti dominium transit in legatarium, cum cõmuni contrt alteram communem.
130 Intel.§.præterea Inst.de fid.hær.& pr.Insti.de singu.reb. Vnde plura noua inferuntur.
131 L.2.ti.2.lib.5.ordi.
132 L.4.ti.1.par.6.ampl,
133 L 1.ti.2.lib.5.ord.

1 DEINDE & 21.requiritur, q̃ hæredis institutio † præcedat reliqua in testamento contenta, argu. tex.in l.1.cum ibi nota. per Imol.& Cuma.ff.de hęre.insti.& per text. in §.ante hæred.Insti.de leg. quæ iura hodie sunt antiquata, & correcta, & sic hodie id requisitum necessariũ non est.vt in l.præposteri,& in l. ambigui.C.de testa.& in d.§.ante hęredis. Sed hæc obseruatio licèt regulariter sublata sit, remansit tñ in testamẽto ceci, cuius testamentũ non valet, nisi incipiat ab hęredis institutione, quã tñ impugnamus alibi. Id tamen requisitum olim in vtroq; testamento formali necessarium erat.

Deniq; hoc requisitũ fortè non requireretur in pluribus quàm 30 casibus, vel testamentis informib. quæ enumerauimus suprà, §.11.ante finem.per rationes ibi nouissimè signatas, vbi vide, & §.30.in fin. An autem institutio hæredis fieri possit coniecturis, vide notant.per Eman.de Acosta in l.Gallus,§,& quid si tm̃.ff.de lib.& post.in part. 1.nu.21.& in par.3.nu.14.& nu.17.late Paris.cons.3.lib.2 nu.38. Et vt intersit testatoris, q̃ valeat hæredis institutio, & cum testamento potius, quã ab intestato decedere, vide per Alex.consi.119.nu.3.lib.6.

2 Illud autem dubiũ est, an si testator † omnes filios suos hęredes instituat, videatur instituisse eum filium, quem se habere ignorabat, vel mortuũ esse putabat. Qua in re cõmunis opi.est, quòd is institutus non videatur, per tex.in l. si quis ita,§.pe.ff.de test.tut.vbi qui generaliter, vel indefinitè filijs suis tutores dedit, licèt ex vi, & proprietate verborũ etiã eum filiũ comprehenderet, quẽ se habere ignorabat, tñ ex sñia, quæ præualet, non videtur eum comprehendisse. Vt quemadmodum qñ plus sensũ quã verbis cõprehensum fuit, stamus sensui, & nõ verbis, vt sic fiat extẽsio, vt in l.cũ auus, ff.de condi. & demonst. ita quoque per contrarium quando plus verbis quàm sensũ comprehensum fuit, restrictio fit verborũ, vt verba ad sensum redigãtur, vt in d.l.si quis ita,§.penult. ita tenent Dyn.& Bar.ibi & tenet glo.in l.Titius.in princ.in gl.fi.ff.de libe.& posth. quã sequuntur ibi Dynus, Cumanus, & Nicolaus de Neapoli.& Bal.in l.sicut, C.de testamento militis, & Cynus in l.si pater, C.de hære.insti.& est communis opi.secundum Ias.in d.l.sicut.

Contrariam sententiam tenent Paul.& Ias.col.2.in d.l. sicut, Imol.Paul.& Alex.in d.l.Titius in prin.per tex.in le. 4.C.de inoffi.testa.

Sed certè prior sñia verior est. Nã in d.l.3.filius infans, qui pręteritus fuit, nõ potuit ingratus existere erga matrẽ nõ sic in filio maiore. Præterea tpe illius l.3.per pręteritionẽ matris erga filiũ non vitiabitur ipso iure testm̃. sed mero iure valebat, licet querela rescindi posset, vt in §.mr̃.Insti.de exhær.liber. Non sic in præteritione p̃ris erga, filiũ,

quæ

quæ ipso iure vitiat testamentum,in princ.Inst.de exher.liberorũ l.inter cæteras l.si filius qui in potestate,ff.de lib.& posthu.Vnde quod ab initio semel valuit, longe facilius sustinetur,q̃ quod ab initio fuit oĩno nullũ arg.text.in l.patre furioso,ff.qui sunt sui vel alieni iuris,multaq; per Ias.ibi.

5 Illud autem dubium est,an legata † testamento relinqui necesse sit,quasi sint pars etiam testamenti? Qua in re sunt qui putent non esse partem testamenti,cum legata possint adesse,& abesse præter testamenti corruptionem,vel testator possit facere testa.licet nulla legata relinquat, vt in l.1.§.qui neq; legaturus,ff.de hær.inst.& illa dicitur pars,sine qua suum totum consistere nõ bene potest l. malum,ff.de verb.sign.adhuc tamen legata videntur pars testamẽti prędicamentalis,secundum Alex.Socin. & Ripã nu.6.in rub. ff.de leg.1.Ias.tamen ibi,nu.5.tenet,quòd sint pars accidentalis tantum.Et istam opi.Ias.puto veram, postquàm test. est perfectum,quia licet tunc repudietur legatum, testam. nihilominus valebit,cum hæredis aditione confirmetur testamentum non agnitione legatariorum, vt l.2.§.adeò,ff. de vulga.& pupil. Item vera est,antequam constet testamen.esse perfectum. Si tamen & institutio iam processit, nec constat testatorem legare voluisse, vt l.si quis cũ testamentum,versic.Labeo,de testamẽ.vbi post institutionem hæredis non aliter dicitur imperfectum esse testam.quàm si constet testato.substituere,vel forte legare voluisse,nam si cõstat,bene dicitur imperfectum. Et licet lex loquatur, qñ constat testam.substituere voluisse, idem puto & quando constat legare voluisse quia ead. ratione dici debet imperfectum esse testam. cum esset iniquissimum totam substantiam fere hęredem contra volunta. testatoris legare, vel fideicommi.volentis.Facit quod ibi ait Iaso.quòd forma testam. concluditur in vltima litera.ergo,&c. item nil actum esse intelligitur, dum aliquid superest addendum,l. pen.fin.C.de quibus vt indig.ergo,&c. Et id perfectũ est, quod ex omnibus suis partibus constat l.1.de orig.iur.ergo,&c. Item testa.est actus indiuiduus l. furiosum,C. qui testa.facere.pos.& d.l.si quis cum ergo qui partem fecit,nil egit l.bis qui §.quidam,ff.ad l. Falci. l.in executione,§.2.ff. de verb.oblig.Item in indiuiduis nisi in solidũ peccari non potest l.4.§.Cato.& l.2.§.item si in facto eodem , & facit l.ex ea scriptura,de testam.& l.fideicom.in princ.de lega.3. ergo magis corruet solennitas voluntatis pro parte deficiente.Et huic rationi non cadit respon. Et facit l.1.§.diẽ. ff.de edendo l.eum qui ædes,de vsucap.l.malum, de verb. signifi.Non obst.quod ait Ias. Nam fateor substitutionẽ testamenti partem esse principaliorem legato quo ad firmandum testam.quia ab ea testam.incipere potest, & non a legato:tñ quo ad infirmandum testam.legatum, & quælibet alia testamenti pars etiam minima sufficit pariter atque maxima.Habes ergo,quòd legatum est pars etiam substantialis testam.postquam & testam.est cœptum,& constat testatorem legare voluisse secus si non constat , vel test. erat iam perfectum. Infero declarationem ad l.1.§.diem, ff.de edend. Nam ibi licet sine die stipul. esse posset , tamen ibi dies pars est stipulationis, quia adiecta fuit,& idẽ si adiecta non esset,si tamen pactum erat vt adijceretur, nam & tũc dies etiam non adiecta pars diceretur substãtialis,vel integralis stipulationis,sine qua stipulatio consistere nõ posset vt l.ita stipulatur,in princ.ff.de verb.oblig . Et hinc infero intell.ad§.scaphã,ff.de euictio.ad l.granaria, ff. de act.emp. vbi gubernacula nauis licet anteq̃ adijcerentur, pars nauis non viderentur,tñ postquàm adiecta fuerũt,pars esse dicũtur,s.accidentalis.Item granaria, pars domus postquã sunt adiecta videntur,antè vero,non.Ita sentit gl.1.in l.malum, de verb.sig.licet gl.2.ibid.aliter sentiat,& male.

Deinde & 22.requiritur,quòd testator non fuerit † coactus.Ista est vera & communis opi.vt late resoluit Guliel. Bened.in ca.Rainutius, de testam.in verb.condidit,el.2.in princ.Bart.in l.fi.§.si quis aliquem testari prohibuerit, ff.facit quæ tradunt Ange.in §.quadrupli.Institu.de actio.Abb.in c.1.& c.cum causam , de offi.delega.Bar.post gloss.ibi in l.1.§.quæ onerandæ,ff.quarum rerũ actio non detur. Emanuel de Acosta in l.cum tale.§.si arbitratu, ff.de cõd.& demon.pag.74.nu.7.Roma.in l.stipulatio hoc modo concepta,ff.de verb.oblig.Bald.in l.fin.nu.15.C. de pact.Dec. in l.pactum,num.6.C.de coll.Facit text. in l.testamenti,C.de inoffi.testa.vbi per omnes doct.in l.1.C.si quis aliquẽ testari prohibuerit,& ibi omnes doct.in l.2.eod.titu.& per totum,ff.eod.Anchar.consi.62.Duplici respectu.Bald.cons. 26.Punctus.par.3.idem Bald.consi.350.Proponitur,par.3. Corn.consi.319.In hac consultatione,lib.4.Corne.notabiliter consi.110.Licet,nu.3.lib.4.

5 Denique hac in re considera,quòd quando quis † cõpellitur vi,vel metu satis efficaci,vt faciat intestamentũ tunc, id testamentum non desinit valere. Quod procedit in duobus casibus.Primus,quando ille violentus coegit me,vt eũ hæredem instituerẽ.Secundus,quando coegit me,aut aliũ tertium hæredem scriberem.Ita sentit glo.in rub.ff.si quis aliquem testari prohibuerit.Licet his casibus scriptis hæredib.hereditas auferatur,& fisco applicetur,& ita tenet Bar. in rub.& in l.fi.ff.si quis aliquem testari prohiberet. quem ibi sequuntur docto.communiter,tenet gl.in l.2.eod. quã ibi sequuntur Cuma.& Paul.qui hanc dicit communem sententiã sequuntur simpliciter Alex. & expressim Corn. ibi in l.1.nu.1.latius per eundẽ Corn.consi.110.Licet,col. 1.lib.4.Sed contra istam communem sententiam tenet solus Ias.in d.rub.C.si quis aliquem testari prohibuerit, cuius opinionem cõtra cõmunem ausim verissimam dicere per tex.in l.qui testamento,§.fi.in fi.ff.de testam.vbi qñ testis testamentarius compulsus fuit adesse testamento tunc testamentum est ipso iure nullum,quia in hac materia voluntas coacta,non est voluntas,quinimo pro volũtate habetur,vt ibi , quod longe fortius locum vendicat in ipso testatore , vt de se patet. Deinde vt coactio vitiat in matrimoniũ ipso iure c.gemma,de sponsal.cum simil. ita quoq; debet vitiare testamentum,secundũ Ias.vbi suprà, quia in hac materia a pari videntur procedere matrimoniũ,& testamentũ,argu.tex.in l.stipulatio hoc modo cõcepta,ff. de verb.oblig.iuncta l.Titia,in prin.eod.ti.& iunctis ijs, quę habẽtur ꝑ Bar.in l.si quis pro eo,ff.de fideiu. Tertiò , quia in testamẽtis liber stylus & voluntas esse debet l.1. C. de sacrosf.eccl.sed in specie nostra non est illa libertas , ergo nõ est testa. Quartò,quia testamentum est voluntatis nostræ sententia l.1.ff.de testam. sed in specie nostra non est volũtas testatoris,sed eius,qui eum coegit,ergo non est testam. Quintò,quando testamentum non est imperfectum ratione voluntatis, etiam in minima sui parte tunc vitiatur ipso iure l.si quis cum testamentum,ff. de testa.adeo,vt ẽt inter liberos vt non valeat,vt notatur per gl. & cõiter doct.in l. fi.C.fam.her.ergo ridiculum esset dicere ꝙ valeat testamẽtum in specie nostra, in qua est defectus totius voluntatis. Et hæc pars adeo vera est,vt contraria nobis ridẽda videatur.Neque ad rem pertinet l.1.C.si quis aliquẽ testari prohibuerit,in qua iacet vnicum fundamẽtum cõmunis opi. Nam ille tex.nil probat,vt fatetur ibi Corne.n.1. in fi.licet sequutus sit communem sententiam , & tunc demũ fisco locus aperitur , quando mero iure hęreditas delata fuit ei qui violentiam fecit, quale est,cũ is , qui primũ locũ tenet ab intestato,testatorem testari prohibuit,vt sibi hæreditas ab intestato deferretur,prout realiter delata fuit,vel quãdo hæres priore testamento scriptus,prohibuit testatorem secundum testamentum facere : quo casu ex vi primi testamenti,quod re vera mutatum non fuit,sibi defertur hæreditas,quę ei adimitur,& fisco applicatur. Cæterum in specie nostra,cũ defuerit libera testatoris voluntas , neq; testamentum ab initio valuit,neque hæredi scripto ex tali inutili testamẽto hęreditas defertur,neq; aufertur,vt fisco applicetur , sed remanebit penes legitimos hæredes testatoris, ne delictum alterius eis immerentibus noceat, contra tex. in l.si quis in suo,§.legis. C.de inof.testa. Quæ ratio adeo æqua,& pia est , vt sola sufficiat ad huius partis tuitionem.

6 Stat ergo contra communem,quòd si † cõpuli testatorẽ

vt me

vt me heredem faceret testamentum est ipso iure nullum.
Deinde, quòd si testatorem, coegi, vt alium heredem face-
ret, testamento similiter est ipso iure nullum. Vnde tertio
loco infertur contra communem, quòd mihi vel illi hæ-
redi instituto non defertur hereditas, etiam mero iure. Vn
de quartò loco infertur contra communem, quòd talis hæ
reditas mihi vel illi per fiscum auferri non potest, cùm no-
bis nunquam delata fuerit. Quinto infertur cõtra commu
nem, ꝙ talis hæreditas defertur abintestaro venientibus
quo casu si ille violentus abintestato primũ locũ tenebat,
ei hæreditas per fiscum aufertur. Deniq; hoc requisitũ, vt
patet commune est omnium testamentorum formalium.

Quod autem diximus, testamentum, vi aut metu factũ
non valere, procedit non solum in testamentis solennibus,
7 sed etiam in testamẽtis, † priuilegiatis, aut imperfectis, quę
iure singulari sustinentur. argu. l. si quãdo, C. de inoffi. test.
bonus tex. in simili in l. 11. titu. 10. lib. 6. ord. vt sic eorum
testamentorum priuilegia, secundum ius commune, vt de
bent, interpretentur, c. causamq́;, de rescrip. vbi Panormit.
& alij Alex. consi. 33. lib. 1. Iaso. & alij in d. l. si quando. Et
quia cum ex gratia data fuerit testandis facultas, vt ex com
muni. opi. resoluimus in §. 2. in princ. non debent plura spe
cialia cõcurrere cõtra l. 1. cũ ibi notatis, C. de dotis promis
si. Et quia lex generalis omnes personas vtcunq; priuilegia
tas omnesq; casus etiam singulares comprehendit, nisi hac
in parte reperiantur habere peculiare priuilegium, & pro-
uisionem, l. in fraudem, §. fi. ff. de milit. testam. l. 1. & 2. ff. de
leg. c. erit autem lex. 4. dist. l. 1. & 3. tit. 4. libr. 1. ord. & ex cõ
muni opin. resoluimus in §. 35. nu. 5.

Et hanc conclusionem, vt per coactionem testantis om
8 ne testam. etiam priuilegiatum vitietur † non secus, quàm
reliqua testamenta regularia, & solennia, varie intelligere
debemus. Primo intellige in testamento facto, vbi de-
est copia testium, vel hominum, vt in simili scripsimus, §.
24. nu. 5. quod sic intelligendum est, vt & hoc casu testamẽ
tum vitietur ipso iure contra mentem communis opi. quę
vult ope excep. tolli. Secundo intellige in testamẽto facto
corã episcopo, retenta opi. quorundam, qui putãt in tali te
stamento remitti solennitatẽ. Etsi quod scripsimus §. 44.
nu. 10. intelligendum est. Nam & hoc casu similiter cõtra
mentem cõis opi. per testantis coactionem intelligimus te
sta. ipso iure vitiari, & si doct. velint ope exceptionis tolli
Tertiò intellige in testamẽto facto ruri. Et ita ꝙ docemus
in §. 22. nu. 29. intelligendum est, licet sit contra mentem
cõis opi. Quartò intellige in testamẽto facto tẽpore pestis.
Et sic intellige quod scripsimus §. 22. nu. 35. vt & hoc casu
testatore coacto test. ipso iure vitietur, quod est cõtra mẽ
tem cõis opi. vt iam dixi. Quintò intellige in testamento,
quod fieret in carcere tyranni. Et ita illa materia, vt alibi
docemus intelligitur, vt in fin. lib. seq. Sexto intellige in te
stamẽto, vbi legitimi heredes scripti essent. Et ita quod ad-
monuimus in §. 22. in prin. est intelligendũ. Septimo intel
lige in testamento facto in loco hostili. Et ita quod scripsi-
mus in §. 24. n. 9. est intelligẽdũ, nã & hoc casu si hęres scri
ptus coegit testatorẽ, ipso iure testa. vitiatur contra mentẽ
cõis opi. quę vult per excep. tolli. Octauò intellige in testa
mento facto corã presbytero parochiali. Et ita quod doce
mus in §. 22. n. 27. est intelligendũ. Nono intellige in testa
mento patrisfa. testantis inter liberos. Et ita intellige quod
scripsi in §. 21. n. 45. & l. 7. tit. 1. par. 6. quę sic ampliatur, nã
& hoc casu testatore coacto, testam. ipso iure nullum est,
9 Decimò intellige in testamento † peregrini. Et ita intel
lige quod admonuimus in §. 24. nu. 4. & ita l. 2. tit. 2. libr. 5.
ord. est intelligenda. Vndecimò intellige in testamento ad
pias causas, quod docemus in §. 22. num. 1. vt per coactio-
nem, &c. Duodecimò intellige de iure etiam canonico. Et
ita intelligas c. cum esses, & c. relatum. 1. de test. cum simil.
10 Decimotertiò intellige in testamento mili. Et ita intelli
gendũ quod docemus in §. 24. nu. 18. & l. 4. tit. 1. par. 6. quę
sic ampliatur, nam & hoc casu si hæres coegit testantẽ, te-
stam. ipso iure infirmum est. Decimoquartò intellige in te
stamento facto ab habente merum imperium vbi testabi
tur. Et ita intelligo quod scripsimus, §. 22. nu. 28. quòd est
contra mentem communis opi. Decimoquintò intellige
in testa. facto apud acta iudicis. Et ita intelligas quod scri-
psimus in §. 24. nu. 7. quasi etiam tunc per coactionem te-
statoris, &c. Decimosextò intellige in testamento facto à
principe, quod cum minore solennitate quàm regulari va-
let. Et ita accipias quod scripsimus in §. 26. nu. 1. quasi &
hoc casu, &c. quòd est contra mentem communis opi. De
cimoseptimò intelligitur in testamẽto habente clausulam
codicillarẽ. Et ita intelligas tex. & quod ibi per Bart. & oẽs
in l. 1. ff. de iur. codi. l. fi. vbi oẽs, C. de codi. l. fi. titul. 12. part.
6. Decimooctauo intelligitur, quando per consuetudinem
remissa est hæc solẽnitas. Et ita intelligas quod scripsimus
in §. 21 num. 44. Quod vero non est, vt illico dicam; intel
lige quod consuetudo non, valeret. Decimonono intel-
ligitur, quando per legem, vel statutum solennitas remissa
11 esset in testamento. Et ita potest, & debet intelligi. † l. 1 ti. 2.
lib. 5. ordin. & l. fi. tit. 12. par. 6. secundum quosd. Quod ve
rum non est. Nam licèt lege caueri possit, vt valeat testam.
cum interuentu testium, qui compulsi fuerunt, vt suo loco
differimus, non tamen sic, si testator compulsus esset, arg.
c. erit autem lex. 4. distin. Itaq; in omnibus his casibus, &
similibus testamẽta priuilegiata vitiantur per testantis coa
ctionem non aliter, ac vitiarentur testamenta solennia, &
regularia, imò facilius, arg. l. eius mil. §. fi. ff. de mili. testam.
Inq́; omnibus his casibus etiam ipso iure testam. vitiari in
telligimus, licet tenentes communem, non dubium est in
his omnibus speciebus contrarium responsuros.

Quod &. 21. loco etiam procedit intelligo in testamen
to vel pacto illo reciproco, quod fit inter commilitiones
ad bellum pergẽtes, si similis coactio interfuisset. Et sic in-
telligo tex. in l. licet. C. de pact. Et similiter in his. 20. casi-
bus contra mentem communis opin. intelligo, quod hęre
ditas fisco non applicatur, sed hæredi legitimo si innocens
fuit. Itaq; his. 20. casibus magis est vt testam. sit nullum ip-
so iure contra mentem communis opi. suprà relatæ. Quæ
nota, quia nullibi collecta.

Denique præterea quod his casibus testamentũ sit ipso
12 iure nullum, etiam ipsemet † violentus tenetur, secundum
doct. suprà relatos iniuriarum. Nam & qui alienum fun-
dum vetante domino ingreditur, etiam si aucupãdi, venã
diue causa faciat, iniuriarum domino ipsius fundi tenetur. l.
diuus. ff. de serui. rust. prædiorũ l. iniuriarum. §. fin. ff. de in-
iuri. §. sanè. Insti. de rerum diuisione. Verum licèt iniuria-
rum teneatur, tamen quod ibi ceperit, restituere nõ tene-
bitur: etenim in causa damni pati nõ venit fera capta in fun
do meo, cùm eius dominiũ ipse non haberem, & iure gen
tiũ occupantis, aut capientis fiat, adeò, vt nec in foro con-
tentioso, nec in foro conscientię id mihi restituendũ esset
vt est vera & cõis opinio, teste Angelo & Cãtiuncula in §.
in §. fære. Inst. de rerum diuisione. glo. Ang. & Paulus in d.
l. diuus. Bar. in l. prima. §. omnia ff. de acq. rerũ dominio. gl.
in l. 3. ff. eod. titu. Felin. in c. omnes leges, col. fi. dist. 1. facit l.
quia autem, in princ. §. 1. ff. quæ in fraud. creditorum.
13 Simile in his, quæ bello † capiuntur, nam fiunt capien-
tiũ, nec cuiquam sunt restituenda. Ias. in l. ex hoc iure, ff. de
iusti. & iure, nu. 24. Couar. in c. peccatũ, de reg. iur. in 6. par.
2. §. 11. nu. 1. vbi etiam Ancha. nu. 15. Thomas, de regimi.
prin. li. 3. c. 11. Adrianus, in 4. de restitutione, §. aggredior.
Archi. Floren. in 3. par. titu. 4. c. 1. Ioan. maior in 4. sentẽtia
rum, dist. 15. q. 20. Syluester in summa, verb. bellũ. q. 1. Ari
sto. lib. 1. politi. c. 4. Ias. in l. 1. nu. 8. ff. de acq. poss. gl. in c. si-
cut. 3. de iureiur. l. hostes, l. si quid in bello, ff. de capti. l. natu
ralem, §. fi. ff. de acqu. rerum dominio. Quod licet etiam in
hominibus captis regulariter procedat, vt dictis iuribus, fal
lit tamen inter Christianos belligerantes, vt ex cõmu. op.
resoluit Couar. vbi supra, Bart. in d. l. hostes, Abb. & Aegi-
dius Bellam. nu. 20. in d. c. sicut, Sali. in l. ab hostibus, colũ.
2. ff. de capt. Facit. l. 3. titu. 12. lib. 1. ordi. Facit quod elegãter
tradit Aristoteles, libr. 1. politicorum. capitulo. 5. dum res
bel-

belicas, & venatorias æquiparat.

Sat ergo testam.vitiari per compulsionem, aut coactionem testatoris. Preces, autem, & ambitus pro compulsione non habentur.

Vnde et si precibus,& blando sermone maritus vxoré, vel alium quemlibet adduxerit, vt eum hæredem faceret, valet illa hæredis institutio, licet is, cuius de hæreditate agitur, esset mortis cogitatione turbatus, arg.l.hac cósultissima,§.at cú humana,C.qui testa.facere possunt. Quod in specie probat tex.in l.fi.C.si quis aliqué testari prohib. vel coegerit, id quod suo loco ex professo docebimur.

Vnde ex facto cótrouersum fuit in causa Iacobi de Máz. qui de certo officio, seu honore patriç suæ se inuestiri petierat,& electio secundú eius preces facta fuit, quæ ab eius aduersarijs quasi ambitiosa impugnabatur, licet in eius fauorem prima sententia lata fuerit.

Et prima fronte videbatur eam infirmari debere ex sequentibus. Et primo, quia ab electoribus dictus Iacobus petijt vt eum eligerent ad officium, super quo conteditur, & officia publica non sunt de iure petenda l.1.C.de ambitu † cuius verba sunt. Nullus omnino principatú vel muneratum, seu commentariensis gradum, vel cçtera officia repetere audeat ad idem test.iuncta gl. in l.si quéquam, C. de episco.& clericis, qui expressit, ꝙ precibus dignitas peti nó potest. Pro hoc etiam videtur tex. in l. 1.ff.de ambitu ibi.Quòd si in municipio contra hanc l.magistratú, aut sacerdotium quis petierit, per senatusconsultum centum auri cum infamia punitur. Facit tex.in l.fi.C.ad l.Iulia.repetund.Et est ratio, quia eo ipso, quòd petit, ambitiosus videtur,& est repellendus l.quæ omnia,ff.de procura,c.in scripturis.8.q.1.Quia priuilegium concessum electoribus, prohibet huiusmodi prece, ergo nullo modo fieri poterát.

Sed istis non obstantibus (iudicio meo) iustam credere sententiam. Ad quod induco text.expressum in l.Barba.ff. offi.præto.cuius verba sunt. Barbarius Philippus cum seruus fugitiuus esset Romæ præturam petit,& prætor designatus est.Ecce textum expressum dicentem, quòd licet officiú petere. Aliqui volunt, ꝙ iste tex. procedat in vrbe Romana itaq; in ea nó habet locum l.Iulia. de ambitu.Sed hoc reprobat Albericus, quia cum dictus Barbarius petit præturam a populo Romano, quod probatur ibi, inquantum dicit, cum etiam potuit populus Romanus seruo decernere hanc potestatem, si non licuisset petere, in ambitú incidisset, quia in populo Romano locus erat ambitui secundum Iacob.& Bart.in d.l.1.col.& probat l.prima,ff.de ambitu.dum dicit.Hçc l.hodie in vrbe cessat, quia ad curá principis magistratus creatio pertinet, ad populi fauoré.Ex quo colligitur, quòd quádo populus magistratus creabat, ambitus erat, quanuis in hoc contrarium dixerit Salic. in l.1.C. de ambitu.& (iudicio meo) non recte,& contra d.l. primam.Postquàm verò translatum fuit in Imperatorem cessauit in principe ambitus. Et ratio in principe est, quia non est præsumendum, ꝙ muneribus, & precibus moueatur,& quia actum gerendo, omnia purgat l.quidam consulebant,ff.de re iudic. Nec etiam dici potest, vt voluit Albe ꝙ in d.l.dictus Barbarius non petit expresse, sed tacite bonis operibus, cum hoc sit confundere verba tex.qui expresse dicit.Barb.Philippus.Romæ pçturam petit,& si ipse nó petisset, sed populus Romanus motus fuisset ad dandum dictam præturam sine eius petitione, improprijssime loquutus esset, quòd ipse petit, quod non est dicendum, nec discedédú est a verbis legis l.non aliter,ff.de leg.3.Nec etiá potest dici, ꝙ quanuis dictus Barbar. eo quia petiuit non debuerit prætor fieri, tamen quia factus, tenuit. Quia multa non possunt fieri, facta tamen tenent l.patre furioso, cú ibi nota.ff.de ijs qui sunt sui vel ali.iur. quia vt dicit ibi Alber.si est impedita petitio, non valet subsequuta cócessio l.fi.in fi.C.si núpt.ex rescri.petantur. Ex quibus concluditur, ꝙ idem Barb.prætor fuit petendo præturam, quia illi petere licuit. Et ideo probatur ex d.l.clarissime, ꝙ precibus officium publicum petere licuit, ad idem tex.expressior in l.eos,ff.de Decuri.cuius verba sunt. Eos qui vtensilia negotiant & vend.licet ab ædilibus cçdantur, non oportet quasi viles personas negligi. Deniq; non sunt prohibiti huiusmodi homines Decurionatum, vel aliquem honorem in sua patria petere,&c. Ecce tex.clarum disponenté officium peti posse, cui responderi non potest. Nec sunt cauillanda illa verba, petere, vt placuit Accursio, quia exposuit petere pro habere. Ad idem tex.in d.l.Reus postulatus etiam ante sententiam honores petere principalibus cóstitutionibus prohibetur. At nec interesset, plebeius an Decurio fuerit sed post annum quem reus delatus est, petere nó prohibeaur, qui tex.dilucide probát posse officium peti. Et hanc opinionem, ꝙ liceat petere, tenent gl.Bar. & omnes in d.l.1.ff.de ambi. & Bart.in lectu.& in repe.Bald. Alb.in d.l.Barb. & hoc etiá tenet ibi Ias.in 4.col.in ver. in gl.designatus.Et hoc sequitur Abb.in c.tuam, de ætate & qualita & Tacitus li.2.hoc expresse tenet, quem refert Budçus in annotationibus,ff.veteris, in tit.de offi.quæstoris, verba cuius hçc sunt. Cunctisq; ciuibus, si bonis artibus fiderent, licitum petere magistratus, & ita obseruat vniuersus orbis quia fere nullú confertur officium sine electione, siue prouisione siue alio quocunque modo nisi petitum, & huiusmodi mos luculétissime probatus est in similibus electionibus. Et si propter petionem electio ista cassanda esset, omnia mundi officia cessari deberent. In futuris potest dari lex, sed hactenus mos & consuetudo prçterita seruanda est maxime cum illa sit iuri conformis. Nec obstant allegata in contrarium. Nam l.1.C.de ambi.intelligitur de repetitione officij, quod iam fuit quis assequutus, hoc enim nó licet repetere: itaq; qui anno fuit officialis, non pót petere, ꝙ illi iterum de eodem officio prouideatur, quia honores non sunt continuandi l.1.C.de honor.non continu.lib.10. Ad l.si quéquam, C.de episcop.& cler.respondeo, ꝙ loquitur in dignitate episcopali, ad quam nemo volens, sed inuitus trahendus est. Quod hodie male seruatur, cum nullus sit, qui nó optet totis viribus espiscopus fieri, nam omnes tenent episcopatum, aut dignitatem ecclesiasticam non esse petendam, in d.l.si quenquam, in d.l.Barb. Nec obstat d. l.1.ff.de ambi.quia secundum gl.& Bart. ibi loquitur quando clandestinè petitur officium, tunc enim non licet, vt d. l.1 secus verò palàm,& publice, tunc licitum erat officium petere, arg.l.non existimo,ff.de excusa.tutor.& l.fi.ff.de ritu.nup.& sic intelliguntur iura superius allegata. Et ita tenent Ricar.Bar.Bal.& Alber.in d.l.Barba. Et quanuis Alberi.in 2.col.sequitur eam in prin.ibi, dú dicit, iuxta hoc sequeretur, an petés dignitatem incidat in l.Iuliam ambitus? dic, vt petit palàm,& bona fide, non offerendo pecuniam. & non incidit, vt hic secundum solu.Ioan.And.dum.tñ sit idoneus, alias puniretur, argu.l.fi.C.ad l.Iulianam peculiatus.Hæc solutio quanuis communiter teneatur, mihi non satisfacit, nec eam teneo. Quia cum nulla [l.fiat distinctio hçc, vtrum clàm, an palàm officium petatur, nec nos facere debemus, l.de pretio, ff.de Publicia.in ré actione. Ideo aliter crederem dicédum, scilicet, ꝙ indistincte, siue clá siue palàm officiú publicú licet petere. Nec obst.d.l.1.quia intelligitur, quando pecunia officium petitur, quod clarissime.d.l.dicit inquantum dicit, quòd si municipio contra hanc l.magistratum, aut sacerdotium quis petierit.&c. & tunc dicitur quis petere contra l.ambitus.quando pecunia vel munere petitur, nam alias prohibitum non reperio.Et hanc credo veram solutionem.Et verbis meis detur audacia, ita expresse dicit Bud.in annotationibus sup,ff.de pollicita.vbi allegando Publium Sulpitium consulem hçc verba dicit.Petere aút honorem, vel sacerdotium núquàm lege Roma.prohibitum fuit, sed cótra.ll.de ambitu. latas petere id demum erat vetitum, hoc est, pecunia tributim, céturiatim ve pronuntiata. Moris enim fuit apud Romanos, vt candidati,& magistratuum petitores nó modo publice palàmq;, sed etiam singulatim vnumquemque orando.obsecrando, præhensando, hoc est, promissionem accipiédo, peterét. Ad idem alleg.Cicero. in 2.de orato. vbi inquit in persona

persona Crassi. Cum peterent magistratum, solebant in præhensando admittere a me schedulã. Imò fortius d.l. si quis ob honorẽ, videtur permittere officium pecunia petere cum dicat. Si quis ob honorem, vel sacerdotiũ pecuniã promiserit, & ante honorẽ & magistratũ in ea decedat, &c. Et sic videtur permittere magistratũ pecunia petere, qđ denegat d.l.1.ff.de ambitu.Sol.dd.ꝙ d.l.1.loquitur de honore cũ administratione, & hoc non licet d.l.si quis, & aliæ similes loquuntur de honere sine administratione doc.ita dicunt. At in d.l.si quis ob honorẽ, videtur ꝙ loquatur de sacerdotio & magistratu, de quo loquitur d.l.1.ff. de ambitu. & non potest assignari ratio, quare magis in vna l.q̃ in alia sacerdotium & magistratus erant sine administratione. Et ideo (iudicio meo) vera solutio est, ꝙ d.l.1.ff.de ambitu. intelligatur, qñ antequã aliquis erat designatus ad sacerdotiũ vel magistratum, pecuniã, vt designaretur, dabat, tunc.n.in l.Iuli.ambitus, incidebat.d.l. si quis ob honorẽ, & similes intelligantur qñ vltro a populo erat designatus & anteq̃ officium iniret, vltro pecuniam promittebat, hoc enim licitũ erat. Nam antiquitas prius magistratus designabatur, & aliquo tempore elapso magistratus inibatur, & ita declarat Budæus in d.l. si quis ob honorem. Quæ sunt notanda, & speculanda ad intellectum multarum.ll. Ad l.fi.C.de repu ta.respondeo, ꝙ ibi non dicitur, quòd nõ liceat petere officium, nec potest dici, quòd hoc dicat in eo quòd dicit ambitio, vel precio & sic ambitio ponatur pro petitione, & precibus, & pretio pro eo quod sonat. Quia cum (ita suprà dixi) ambitione esse non potest sine interesse, nõ potest ibi sumi ambitio pro precibus, seu petitione, sed ambitio & pretium idem sunt, & vnum sine alio esse nõ potest, exponendum est ambitione.i.pretio ambitioso, vt dicimus in rubr.C.de seruitutibus & aqua. cũ seruitus & aqua seruiẽs idem sunt, exponitur, id est, de seruitute aquali. Et hęc est natura dictionis; & vel, quòd quãdo ponitur inter duo substantiua idem importantia, vnum substantiuũ conuertitur in adiectiuum alterius vt late not.in l.1.ff.de iust.iure. Vel aliter & clarius, quòd ibi ambitione ponatur pro alijs muneribus & seruitijs in pecunia non existentibus & pretio pro pecunia, itaq; quòd ambitus committatur siue pecuniam largiendo, siue aliud munus loco pecuniæ.

Stat ergo ex superioribus, hæreditatẽ posse precibus acquiri, non secus, quàm dignitates, & officia, aut munus publicum. Quòd autem hereditas precibus acquiratur, caute intelligendum est. Nõ enim sola deprecatio vnius, & concessio alterius sufficeret, nisi ea concessio fieret per tex.solennẽ, vel similem aliam vltim.vol. vt in l.hæreditas, C.de pact.conuen. Nam & per contrarium hæreditas nondum delata amitti non potest repudiatione simplici, vt in l.qui superstitis, ff.de acq.hæred.l.is qui hæres, in princ.eod.titu. nec etiam per pactum conuentum l. pactum dotali.C. de coll.l.si quando, §.illud C.de inof.test.

16 Quinimo etiam si filius, qui integram legitimam a patre recepit facere pactum † de patri non succedendo, adhuc tamen per tale pactum a patris successione non intelligeretur exclusus, nec illud pactũ quicquam valeret, vt probat tex.in sui generalitate in d.§. illud, & in d.l. pactum dotali facit l. fi.ff.de suis & legi. Quod & probatur ratione. Nã hæreditas abintestato lege deferebatur, & quasi in bonis nostris non esset, neque ego meam hæreditatem alicui ex testamento dare poteram, quia testandi potestas tunc nulli hominum data erat, nec longe minus poterã eam dare per pactum, illudq; tantum licebat, vt res suas posset quis dum viueret alicui concedere, quo tempore ius, potestasq; erat concedendi, §. venditæ, & §.per traditionem.Inst.de rerũ diuisione, at post mortem dare vt nullus quicquã potest, ita quoque non poterat concedere, ita vt effectus illius cõcessionis post mortẽ ipsius concedentis conferretur, quasi paria, essent quid tempore prohibitio fieri, vel conferri in tempus vetitũ, vt probat d.l.hæreditas, iunctis ijs, quæ plene diximus supra, §.2.in princ. Id quod etiam in adimẽdo procedebat. Nam quod ego dare nõ poteram, nec possem adimere l.quidã referũt, ff.de iure codi. Itaq; postea superuenerit ius, potestasq; disponendi de hęreditatibus nostris ex testamento tamen id licet, non etiam per actũ inter viuos, & quo ad actus inter uiuos relinquimur in terminis antiquæ prohibitionis, vt plene docemur infra, §.seq.circa princ. Ergo qui velit suam hæreditatẽ legitimis hæredibus auferre, is sciat per modum vltimæ vol.id sibi permissum non sic per modum actus inter viuos. Rursus qui, suam hæreditatẽ alicui extraneo velit concedere, is similiter sciat per modum vltimæ vol.non autem per actum inter viuos id sibi licere, vt ex dictis supra, §.2.& infra, §. seq.ad pri.fu sius apparebit. Simile in §.1.Inst. de inut.stip.l.inter stipu. §.sacram, ff.de uerb.oblig.l.cætera, §.1.ff.de leg.1. Ergo cũ filius meus ad meam hęreditatem a lege inuitetur, si ab ea eum remouere velim, per vlt.vol.id facere potero, eum exhæredando, per totum Inst.de exhæ.lib.& ff.de lib.& posth.& C.de lib.pręt.& de posth.hęr.inst.per actum autem inter viuos non potero, vt d.l.hæredita, C.de pact.conu.d. l.pactum dotali.d.l.fi.d.§.illud. Neque ad rem pertinet, ꝙ inter uiuos integram legitimam receperit, nec etiã si fere vniuersa bona mea recepisset, nam nullibi vnquàm reperitur dispensatum, quòd ex hac causa, quòd integram legitimam, vel etiam ferè omnia bona patris filius receperit, desinat ad patris hęreditatem ab intestato inuitari, nõ secus, q̃ si accepisset nihil, licet tunc soleat a fratribus aliquãdo ope exceptionis remoueri, donec cõferat in quibus casibus cõferendi ius est. Non quoque facto testamento is filius excludetur, nisi expressim fit vel in his quod acceperat institutus, vel exhæredatus a reliquis bonis paternis ex hac causa, quòd integram inter viuos legitimam recepisset, quo casu quid iure authen.denuo inductum fuerit, alibi ostendimus. Sed & tunc verum esset filium excludi testamento, non autem ex vi pacti inter viuos initi. Itaque is filius, qui fecit pactũ de non succedendo, licet integrã legitimã inter viuos recepisset, siue pater intestatus decederet, ei intestato succederet, siue patris testamento præteritus esset, illud testam.nullum dicere posset, siue etiam exhæredatus eo testamento esset, tunc non pacto, sed testamento excludi videretur, siue institutus esset in eo, quod inter viuos receperat, tunc quasi a reliquis bonis separatus, & exhæredatus, videretur non pacti vi, sed testamenti exclusus intelligeretur, vt sic nullo casu vnquam defendi possit cõis opi.existimantium, quòd filius, qui integram legitimam recepit, possit per pactum repelli a successione patris. De qua cõmunis opi.per Decium in l.pactum dotali, nu.16.C.de colla. per Natan.in c.quanuis, de pact.lib.6.nu.6.glo.in d.§.illud. vbi Fulg.idem sentit gl.in l.1.§.si parens, ff. si quis a par.dũ allegat.l.cum quo, §.fi.ff.ad leg.Falc.Bart.in l.fi.C. de pact. Odofred.in d.l.pactum dotali.Curt.iun.n.43. in d.l.fi.vbi Alcia.in gl.quæ contra Ial.col.2.in d.l. pactum dotali.Couar.in d.c.quanuis, in fi.Dec.nu.29.& Ias.nu.27.in d.l.fi.C. de pact.sentit gl.mag.post prin. in d.l.fi. vbi rursus Alcia.in glo.iniquũ.Alex.n.28.in l.stipulatio hoc modo ff.de verb. oblig.nu.28.vbi Roma.nu.20.Bart.nu.7.in d.l.fi. Alex.in d.l.pactũ.dotali.n.8.Bar.in d.§.si parens, gl.in l.qui superstitis, ff.de acq.hær. vbi per Areti.& alios gl.in d.c.quanuis.

Tenendo nostram sententiam, quam non pauci tenent, vt dictis locis videbit ad d.§.si parẽs, in quo iacet fund.cõmunis opi.facilis est responsio. Nam pater quo ad successionem filij emancipati eo tempore æquiparabatur patrono respectu successionis liberti, vt in d.l.1.in princ.ff.si quis a part.sed libertus non tenebatur patronum instituere in testamento, sed ei dare legitimam suam, vel inter viuos, vel quoquo titulo in vltima voluntate l.3.§. si debita l.si ex patronis ff.de bonis liber.l.si libertus cum duos, & l. si libertus sub cõditione, §.libertus, eo.gl.in l.2.C.de bon. poss.contra tabu.liber. Vnde similiter si filius emancipatus patri suo legitimam integram dedit, vel reliquit, præteriri pater impune potuit, neque illo iure ad filij siue testati, siue intestati morientis successionem inuitabatur. Non sic in filiof.qui ad patris successionem a lege inuitatur, a qua per pactum

pactum exludi non potest, sed tantum per vlt. vot,

Ad l. cum quo. de peculio, §. fin. ff. ad legem Falc. resp. ꝙ hæres qui integram quartam inter viuos recepit, non tam per pactum quàm per ipsum testam. a reliquis bonis excluditur, cum licet ad totum fuerit inuitatus, totum eod. testamento restituere iussus fuerit. Ad l. Papi. §. si quis mortis, & l. sed si non mortis ff. de inoffi. testam. resp. quòd filius, qui integram legitimam inter viuos recepit, si exhæredet tunc non pacto, sed testamento a reliquis patris sui bonis excluditur, nã si exhæredatus non foret, a lege inuitaretur ad patris intestati successionem, nõ secus, quàm si a patre nihil accepisset, nec cum eo pepigisset.

Quid autem per contrarium, si pater, qui a filio integrã legitimam recepit, pepigit cum eo de non succedendo? Et tunc omnes supra citati facilius admittũt, patrem ex vi hu-
17 ius † pacti excludi a filij successione per d. §. si parẽs, estq; cõis omnium sententia secũdũ Couar. vbi supra. Quod sane verũ non est iure, ff. quo iure, vt ostendimus filius, qui, integram legitimam patri suo inter viuos dederat, nõ simpliciter, sed hac contemplatione, vt pro legitima id haberetur, eum poterat impune præterire, nec tunc pacto excludebatur, sed ipsa legitimę receptione, vel numeratione, nec hac in re pactum conuentum necessarium erat, sed sat superq; erat volũtatẽ huius quoquo modo intelligi, vt aperte probat d. §. si parens, & dict. l. sed si non mortis, & dict.
18 §. si quis mortis.

Sed hodie iure † auth. quo iure secundum cõmnes opi. de quibus alibi dicemus, cum pater a filio pręteriri impune non possit, nisi expressa iusta causa præteritionis, §. aliud quoq; cum seq. in authẽ. vt cum de app. cog. euidentius est communem sententiam veram non esse. Nam tunc licet pater inter viuos integram legitimam reciperet, & pactus esset de non succedẽdo, adhuc per tale pactum a filij successione nõ excluderetur, sed siue ille intestatus decederet, ei intestato succederet, siue testatus, eius testam. posset impugnare, si pręteritus, relinqueretur non secus quàm si nihil pactus esset. Nam vtcunque reluctaris, nunquàm poteris inuenire illud pactum quicquàm prodesse, non magis, ꝗ̃ si interpositum non fuisset. Sicq; hoc etiam casu communis opi. vera non est, cum vult patrem pacto excludi.

19 Qua ratione contra mentem communis sententiæ idẽ dicerem in † fratre, qui integram legitimam recepisset, hoc pacto inito, ne fratri suo succederet, nam & tũc si fratrem turpem personam institueret, frater pręteritus posset querelam mouere, nec pactum excluderetur. Ita intelligo & amplio. l. fratres, & l. si fratris, C. de inoffi. test. Siue etiã ille intestatus decederet, tunc is frater ei succederet, intestato, nõ secus, quàm si pactus nil esset.

20 Vnde idem quoq; contra mentem communis opi. firmarẽ in simili pacto facto a † matre cũ filio suo, nã adhuc filio intestato succederet, non obstante pacto, & integra legitimę receptione, cõtra eius aũt test. agere ẽt posset, in quibus casibus agere liceret, nullo pacto interposito. Et ita intelligo. d. §. aliud quoq;, cũ seq. & l. cũ filiũ, C. de inoffi. test.

Qua ratione idẽ similiter contra mentem & sententiã
21 communis opi. intelligerem in pacto simili, per contrariũ filius † recepta integra legitima pasciscerctur de non succedẽdo matri suæ. In omnibus enim his casibus, & similibus cum huiusmodi personę a lege inuitetur ad successionem istorum, nec hæreditas pactionis inter viuos initis subia-
22 ceat, relinquitur pactionem nullius omnino esse momenti

Vnde ead. ratione, & in terminis † l. 9. Tauri, per quam ab intestato parentes inuitãtur ad successionem liberorũ, non secus quàm liberi ad successionem parentum, dicerẽ contra mentem communis opi. supra relatæ, ꝙ licet integram legitimam a liberis recepissent, & pepigissent de non succedendo, adhuc tamẽ succedere possent, non secus, quã si pactum nullum interfuisset, aut in quibus casibus succederent, si pactum nullum interfuisset, quod not.

Denique quod Bart. & cõiter doct. in l. fi. C. de pact. & plerique eorum, quos suprà retulimus, & gl. in d. l. pactũ dotali. vbi Alex. nu. 9. & Ias. nu. 3. in fi. & glo. in d. c quanuis pactum, verbo, lex ciuilis, vbi Georgi. Nat. nu. 6. Alex. & Ias. col. 2. in d. l. stipulatio hoc modo, ff. de verb. oblig. cũ quibus communis opi. est secundum Couar. in d. c. quanuis in fi. quod (inquam) aiunt patrem, qui filium non gratis
23 sed pretio † emancipauit, videri delictum fecisse, sicq; qua si delinquentem filij hæreditate indignum reputari, eaque priuari, id quidem nullo colore defendi potest. Constat. n. pretium hoc casu recipere, esse de genere permissorũ, sicq; impunitum, vt in l. vtrum, ff. de verb. oblig. Neq; ad rẽ pertinet, ꝙ pater, qui pretio filium emancipauit, nõ habeat beneficium bono. poss. contra tabu. vt in d. §. si parens. Nã & similiter qui seruum suum non gratis, sed pretio manumisit, non habet beneficium bon. posse. contra tabu. liberti. l. 3. §. 1. ff. de bo. libert. facit l. pen. & fi. ff. si quis a parente, & tñ dominus ille per hoc nõ videtur deliquisse, licet similiter non videatur beneficium liberto suo fecisse, aut dedisse sed magis vendidisse, vt dd. ll. aliud est enim maleficium fecisse aliud verò beneficium non fecisse. Itaq; licet hoc casu neque pater, neque dominus beneficium filio, aut seruo fecisse videantur, & consequenter beneficium pretoris meruisse non intelligantur, non magis, quàm videtur venditor emptori beneficium fecisse, tamen pater, & seruus nõ propterea videtur maleficium fecisse, nõ magis, quàm vẽditor respectu emptoris. Neq; his aduersatur d. §. si parẽs, cuius verus sensus est, quem modo signauimus.

Stat ergo ex superioribus, quòd licet filius receperit in-
24 tegrã legitimã & pactus fuerit de nõ † succedendo, non excluditur a successione patris. Cæterum tale pactum in hoc saltem vtile est, vt id quod hac lege inter viuos datũ fuit, non simpliciter datum, aut donatum intelligatur, sed hac l. & contemplatione, vt pro legitima habeatur, si legitimam expleat vel si minus sit legitima, imputetur in legitimam. Constat enim quod hac tacita contemplatione datum fuit vt in legitimam imputetur, vel pro legitima habeatur, inimputandum esse in legitimam, non secus, quam si nominatim cautum esset, tex. in l. si non mortis, ff. de inoff. test. tex. in l. quoniam nouella. C. eo. ti. & in l. si quãdo, §. & generaliter, in prin. eo. ti. Facit in simili auth. de triente & semisse, §. illud l. 1. cum gl. & authen, ibi posita. C. de collat. l. 3. §. pe. & fi. ff. de bon. liber. sentit Bar. in l. in quartã, ff. ad l. Falc. Licet contrariũ teneant in specie cõiter doc. in d. l. si qñ, §. illud, per tex. ibi. ita Butrig. & Cin. in d. §. illud sentit Dec. consi. 181. col. pen. ꝙ saltem eo casu, quo pater voluit astringere filiũ per pactũ ne amplius peteret admitti gl. in vlt. solutione in d. §. illud, vbi sequuntur. Fulg. Paul. & Ias. & Georg. Nat. in d. c. quanuis. nu. 6. in fi. & Sali. in d. §. illud, dicens, ꝙ oportebat nominatim a patre caueri, vt illud in legitimã imputaretur. Qua de re per Ias. in l. pactũ, col. 2. C. de colla. qui firmat illud in legitimã imputãdũ, qđ & sentit gl. Bar. & Oldral. in d. l. non mortis. Bar. Per. & Salice. nu. 1. in d. l. omnimodo, per Imo. in l. ita tñ, §. qui rogatus, ff. ad Treb. & in l. inter cętera, ff. de liber. & posthu. vbi Alex. col. j. Paul. & Ias. in d. l. oĩmodo. Albe. & Fulgo. in d. l. si non mortis. Areti. in d. l. inter cætera. Xuarez in l. quoniã in prio. fol. 2. col. 3. & 4. C. de inof. testa. Ex quibus apparet vtranq; opi. satis receptam esse. Sed nostra opi. affirmatiua, vt imputetur in legitimã, longe verior est, per supra dicta.

25 Et verus sensus d. §. illud est, quòd querela ibi sumitur pro petitione supplementi legitimæ, nam & eodem sensu accipitur verbum, querela, in §. & generaliter, qui statim sequitur post d. §. illud, in verbo, legitimam partẽ repleri. iuncto verbo, omni exclusa querela, vbi qui post mortem patris accepit quod sibi relictum fuit, licet esset minus legitima, si conuenit cũ hæredibus de amplius nõ petendo, tex. ait omnem querelam excludi, quia tunc supplementũ legimæ petere non potest. Nam querela, vt ibi & alibi sępe, generaliter sumitur pro querimonia, vt in l. contractibus, in prin. C. de non nu. pec. docet Cataldi. de syndicatu. n. 115. Itaq; in d. §. illud, indubitatum erat, quòd id, quod filius accepit in legitimam imputandum erat & consequenter cessabat

9 sabat querela ad rescindendum testamentum totum, sed pater agebat, vt etiam cessaret querela, seu querimonia ad legitimæ supplementum, qui enim legitimę supplementũ petit querulus esse solet, quasi pater erga eum impiè se gesserit, vt sic, &c.

Stat ergo quòd in terminis d.§.illud.filius licet non posset mouere querelam ad rescindendum totum testamentum tamen legitimæ supplementum petere posset, vt tamen id, quod acceperat, in legitimam imputaret. Et is est verus sensus illius tex.

Ex quo apparet, & ex d.§.illud secundum hunc intell.
26 plane infertur, quòd legitimæ † supplementum eadẽ actione petitur, qua portio primordialiter relicta. Vt enim si nihil relictum esset tunc querela daretur ad integram portionem virilem consequendam, ita quoque qñ aliquid relictũ fuit, quasi eadem querela dari videtur ad id quod deest consequendum, vt in d.§.illud. Cum enim supplementũ legitimæ si quoddam augmentum, superest, vt eadẽ actione cõsequatur, qua id, quod primordialiter relictum fuit, vt tenent Bart.& communiter doct. in l.re coniuncti, ff.de leg. 3.in 2.par.dum ait, ꝙ portio accrescens petitur eadẽ actione, qua illa portio, quę primordialiter relicta fuit, ꝙ & probat tex.recte intell.in l.scimus, in princ.verbo, ipso iure, & in §.repletionem, C.de inoffi.testa. Vnde si quod primordialiter relictum fuit titulo singulari datũ erat, in testamento, tunc videtur easdem actiones competere ad supplemẽtum, quę competebant ad primordialiter relictũ. Quòd si portio hæreditaria primordialiter relicta fuit, tunc supplementum legitimę consequetur familię herciscundæ iudicio, licet non sic, qñ primordialiater datum inter viuos traditum fuerat, nam tunc supplementum necesse est vt cõditione ex lege petatur, vt tene glo. communiter approbatà in l.omnimodo, C. de inof.tectamento, quæ hoc tantum casu defendi potest. Quod nota, quia nullus aduertit.

Qua ratione apparet, ꝙ legitimę supplementũ nõ semper eodem tempore præscribitur, nam aliquando breuiore tempore aliquando vero tardiore præscribitur, secundum vitam longam, vel breuem earum actionum, quę cõpetunt pro eo supplemento consequendo, cum in alijs casibus aliæ (vt diximus) actiones competant. Vnde cauendũ est a Ias.qui in l.certi condictio.in princ.nu.25.post plures, quos ipse refert.ff.si cert.petat. tenuit eadem semper actione tale supplementum competere, eodemq; tempore semper præscribi.

27 Quòd autem diximus in legitimam † imputari, id qđ filius a patre cum hoc pacto recepit, vt querelam non moueret, id varie intelligitur. Primùm enim inteligitur in filiosfam.vt in d.§.illud, & d.l.si non mortis, C.de inofficios. testamento.

28 Secundò intelligitur etiam in filio † emancipato, in quibus casibus ei debetur legitima. Nam per d.l.si quando, §. fi.versi.quę omnis sanctio.C.de inoffic.testa.hæc materia procedit in omni persona, quæ testamentum posset impugnare. Quod apertius probat d.l.omnimodo, eo.ti.ibi, alio modo subuertendis. Idq; esse videtur ex mente illius communis opinion.quam suprà sequuti sumus contra alteram communem.

29 Tertiò intelligitur in liberis respectu † matris, per eadẽ iura. Quod esse videtur ex mente.dict.communis opinio. quam sequuti sumus contra alteram communem opinio. ibi relatam.

Quartò per eadem iura idem intelligitur ex mente eiusdem communis opin.contra illam communem aduersam
30 vt procedat per contrarium † in filio, qui aliquid eodem pacto patri suo inter viuos dedisset. Nam licet tale pactũ non valeret quo ad impediendum legitimæ supplementum, tamen valere non desineret quo ad hoc, vt id in legitimam imputaretur, sicq; querela ad totum testament.rescindendum cessaret.

Quintò per eadem iura & ex mente d. communis opi. contra illam communem sibi aduersam idem intelligitur
31 etim in † filio, qui cum matre sua simile pactum fecisset, & ei aliquid inter viuos ea lege dedisset. Nam licet per tale pactum mater ab eius hæreditate non excluderetur, tamẽ pactum in hoc saltem vtile esset, vt datum in legitimã matri imputandum esset, sicq; querela ad totum testamentũ euertendum cessaret. Quæ nota, quia nullus sic declarat.

Sextò eadem quoq; ratione idem (ex mẽte eiusd.communis opinio. quam contra alteram sibi aduersam sequuti
32 sumus) intelligitur etiam in † fratre, qui alteri fratri aliquid daret, posteaq; vel intestatus decederet, vel testatus turpi persona instituta. Sicq; intelligas l.si fratris, & l.frates, C. de inoffi.testamen.

Infertur similiter ex superioribus, ꝙ licet pater aliquid inter viuos filio dederit, & pepigerit, vt cum eo sit conten
33 tus, neq; plus petere posset, aut † querelam mouere, adhuc per tale pactum non priuaretur pater beneficio d.l.omnimodo, imo si datum inter viuos non explebat legitimam, filius querelam mouere ad rescindendum totum testamentum non posset, sed tantum agere ad supplementum legitimę. Licet contrarium tenuerit gloss.in d.§.illud, in vlt.sol. quæ hoc casu volebat, d.l.omimodo limitari. Sequuntur ibi Pal.Fulgo.& Ias.& Georg.Nat. in c.2.n.6.in fi.de pac. in 6.Nos. autem tenemus contrarium, vt suprà diximus, per quod ampliatur d.l.omnimodo.

34 Quod eadem ratione intelligitur procedere, etiã si † paterfam.cum filia sua similiter pactus esset, quia fœminę hodie masculis exæquantur, vt in l.maximum, C.de lib.præt. §.pen.& fi.Inst.de exhæ.lib. Quod similtier est cõtra mẽtem gl.Fulg.Paul.& Ias.& Georgij, vbi suprà.

35 Id quod similiter eadem ratione intelligitur, si † auus paternus cum nepotibus suis tale pactum faceret quia hodie liberi vlterioris gradus exæquantur in hac materia liberis primi gradus, per d.l.maximum, & d.§.pen.& fin. Id quod est contra mentem & sententiam eorundem.

36 Id quod quarto loco intelligitur, quando † mater cum filio filiáve pactum tale fecisset, nam adhuc non tam peccasse videretur, vt per hoc priuaretur beneficio d.l.omnimodo, retento nostro intellectu ad d.§.illud. Id quod similiter est contra mentem & sententiam eorundem.

Quod & quintò contra eorum mentem & sententiam
37 defendi debet, etiam si tale pactum filius † faceret cum patre suo, cui aliquid inter viuos ea lege dedisset, nam adhuc idem foret, vt is filius non tam peccasse videretur, vt priuaretur beneficio.d.l.omnimodo, quinimò pater querelã ad totum filij testa.rescindendum mouere non posset, sed tãtum ad supplementum legitimæ.

Quod & sextò contra mentem & sententiam eorundẽ
38 intelligendum est, cum † mater tale pactum cum filio faceret dum eum a successione excludere vellet.

Idque & septimo per contrarium contra mentem eorũ
39 dem, qñ, † filius matrẽ suã per tale pactum, aliquo inter viuos dato, a successione sua vellet remouere, nam in omnibus his casibus & similibus non tã peccatum videretur, vt per hoc cessaret beneficiũ d.l.omnimodo, quinimò secundum nos ampliatur satis vtiliter, vt etiam his casibus locũ habeat, retẽto nostro nouissimo intellectu ad dic.§. aliud.

Illud autem non est prætermittendum, quod per dic.§. illud.Bald.& communiter docto. ibi tenent, quòd filia quę
40 dote accepta, † renuntiauit cum iuramento successioni paternę non videtur intellexisse de legitima, sicq; non prohitur petere legitimæ supplementum.& est communis opi. vt per Dec.cons.180.& cons.379.num.15.Ripa libr.3.responsorum.cap.15.Are.in d.l. qui superstitis.ff.de acq.hęr. Sed hęc conclusio est contra tex. in ca. quanuis.suprà alle. in sui generalitate. Neque ad rem pertinet d.§.illud, sed potius probat contrarium, dum ibi pactum desinit valere & in totum filium excludere, non quidem ex defectu voluntatis, sed magis ex defectu potestatis, quod & probat l.fi.ff. de suis & legi.tam in princ.quàm in 2. responso & l.pactũ dotali.C.de colla.facit l.quidam in iure, §.fi.ff.de don.quæ iura si ex parte renuntiantis adesset potestas, non dubitauerunt

uerunt,quin esset animus,& voluntas in totum, & sic etiã a legitima excludendi,facit tex.in d.l.si quãdo,§. fi.præsertim in versi.quæ oĩs sãctio.Facit,quia pater filio suo legitimã non debet de hæreditate aliena, sed de sua hæreditate suisq; bonis,vt patet,& probat text.in l.scimus,in pr. & §. repletionem,& auth.nouissima,& l.parentibus,l.cum quęritur,C.de inof.test.§.fi.Inst.eo.l.Papi.§.quoniã aũt,& §. quarta aũt & l.si non mortis,ff.eod. Ergo filia,quæ renuntiat cũ iuramẽto hæreditati patris,ẽt legitimæ sue, quæ ex illa hęreditate sibi,non ex alia debetur, renuntiasse vr̃.Facit,nam hęreditatis appellatione simpliciter prolatæ, tota hęreditas venit,nihilo dempto l.si quis cum totũ,ff. de excep.rei iud.l.1.verbo,totius,l.inde Neratius,ff.de vsufr.ac. l.Mæuio,in pr.verb.totus,ff.de leg.2.l.Iulianus.ff.de legat. 3.l.si pluribus,ff.de leg.1.l.si separatim.ff.de condi.& dem. l.coniunctim,verb.totam.ff.de lega.3.l.vn.§.vb.aũt, & §. seq.C.de cad.toll.l.cum quæstio,C.de lega.Ergo quæ simpliciter hęreditati renuntiat,ex proprietate sermonis nihil excepit, ex mẽte autem excepisse similiter videtur nihil, vt dd.ll.quinimò ridiculum est dicere, ꝙ ex mente aliquid, id est,legitimam videatur excepisse, quia tunc pactum nihil operaretur.Constat enim,ꝙ filia taliter renuntians, nõ impeditur succedere patri intestato,non quoq; ex testamẽto, vt secundum veras & communes opi.resoluimus in §. seq.contra testa.autem similiter venire non posset si legitimam haberet ergo dicere,ꝙ intelligeretur contra testam. nihil vltra legitimã petituram ex vi illius renuntiationis tã solennis tamq; iuramento firmatę, cum etiã si nihil renuntiasset,nihilq; iurasset,plus petere non posset,ludibrio, & risu dignum est,& magis elusoriũ,quàm longe confutatione egeat,præsertim cum hæc opin.nullũ fund.habeat, præter d.§.illud,quod nostram, non cõem probat sententiã.

Et nostram sententiam contra communem primũ intellige in filia renuntiãte,vt dd.iuribus.

41 Secũdò etiam in † filiof. qui accepta donatione propter nuptias similiter renuntiaret,quia dos & don.propter nup. æxequantur l.quoniam nouella, C.de inoffic.testa.contra mentem eiusd.communis opi.

Tertiò contra mentem eorund. communiter intellige
42 etiam in † nepotibus,& deinceps in quibus casibus eis debetur, quia iure nouo æxequantur liberis primi gradus l.maximum,C.de lib.præt.§.pen.& fi.Inst. de exhær.libr.

Quartò intellige contra mentem eorund.communiter
43 vt procedat, etiam si nihil omnino † accepissent, id quod facilius procedit,vt in simili per Aretinum,in d.l.qui superstitis.

Quintò intellige contra mentem eorundem communi
44 ter etiam in † patre, qui aliquo a filio accepto similiter cũ iuramento renuntiasset, cùm hac in re videantur æquiparari l.nam & si parentibus,ff.de inof.testa.

Sextò contra mentem eiusd.communis sententiæ intel
45 lige etiam in † matre,qua eo.modo cũ iuramẽto filij hęreditati aliquo accepto renuntiasset,arg.l.cũ filiũ.C.de inoff. test.& per generalitatẽ d.l.oĩmodo,& d.l.si qñ,in fir.verb.

46 Septimò intellige in † filio, vel filia matris successioni similiter enuntianti cum iuramẽto,nam in omnibus his casibus legitimæ pepercisse non videntur, ne aliter renuntiatio nullius foret momenti,quod est contra mentem dictæ communis opinio.sed nobis verissimum,& etiam in iudicando sequendum videtur propter salutem animarum.

47 Quæro deniq; circa intell. † d.§.illud,& d.l.pactũ dotale & d.c.quanuis,cum simil. quare omnes istæ leges non in stipulatione,sed in pactione nuda loquantur?Responde,ꝙ ius in rerum natura non existẽs,quale est ius futurę successionis,nec potest adquiri stipulatione,nec etiam põt amitti,aut perimi repudiatione,aut acceptilatione l.qui superstitis,ff.de acq.hær.l.is qui hæres,in prin.eod.titu.facit in simili l.inter stipulãtem,§.sacram,§.de verb.oblig.§.1.Inst.de inut.stip.Vt enim posthumum nondum conceptum perimere non poteris,ita quoq; ars ciuilis, quæ naturam imitatur,non permisit, vt huiusmodi iura nondũ creata possent perimi,quia non entis (secundum philosophũ) nullæ sunt passiones l.decem,ff.de verb.oblig.§.seruus.Inst.de capitis diminutione l.sed & si manente,ff.de precario.Cũ ergo constaret ipso iure id perimi non posse,& de eo tantũ agendum esset,si quando ius illud competere cœpisse, daretur exceptio,consequens fuit,vt de pacto potius loqueremur, quod ad exceptionem producendam spectat, quàm de stipulatione,quæ ad ius perfectæ adquirendum, vel de acceptilatione,quę ad ius imperfectę perimẽdũ pertinet.Pręterea secundum communem opi.de qua differimus infra, §.sequenti.qui per pactum renuntiat efficaciter futurę successioni,quale est cum interfuit iuramentum,d.ca.quãuis, is non excluditur a successione patris intestati,& longe minus impeditur succedere ex testamento,sed solũ contra testamentum agere vetatur, vnde si contra testamẽtum egerit,pacti exceptione repellitur,nõ minus efficaciter,quàm si per solennem stipulationem facta esset renuntiatio,sicq; de stipulatione,& eius solennitate quasi superflueret, non fuit facta mentio in casibus,qui comprehenduntur in d.iuribus.Estq; nouissimus & verissi.intell.

Vnde cauendum est a Ias.& Dec. ꝗ in d.l.pactum dotale,eam legem & concor. cõtra suam generalitatẽ turpiter restringentes, dicebant ea iure necessariò esse intelligenda
48 in filia † emancipata, neq; aduertunt ẽt in filiaf.procedere, quæ patri in casibus & materijs permissis obligatur,& pater ipsi obligatur per pactum, quod producit obligationẽ nat.l.fratre a fratre, versic.nat. vbi omnes l. si id quon.ff.de cond.indeb.facit.§.1.Insti.de fideiussor. facit l.iurisgen.§. igitur nuda,ff.de pact.Nec ad rem pertinuit,quod lis nulla esse posit inter eos l.lis nulla,ff.de iudicijs, nam non agebatur,vt inter patrem & filiumf. renuntiantem lis esse posset,sed vt esse posset inter ipsum renũtiantem,& hæredes patris paciscentis.

Redeundo,ergo ad hæredis institutionem,quæ non vi, vel iusto metu,sed precibus,ambitu, & blãdo sermone hæredis scripti facta proponatur, tunc si hęres ita scriptus sit, quidam eleganter contendunt, talem hæredem, si postea adeat hæreditatẽ,teneri ex vero & proprio contractu.Licet enim regulariter hęres adeundo hæreditatem nõ ex vero & proprio contractu,sed tantum ex quasi contractu teneatur,vt in l.ex maleficijs,§.hęres.ff. de actio.& oblig.& in §.hæres quoq;.Inst.de oblig.quę ex quasi cõtractu nas. tamẽ illud intelligunt in hærede, qui scriptus fuit citra sui facti interuentum,cum aũt interfuerint preces sui & ambitus iam quasi ex facto suo teneri videtur tam legatarijs,q̃ creditoribus.Sed bellissime tatari potest, quòd licet nullũ factum eius interfuerit, tamen creditoribus semper teneatur ex vero contractu.Et præmitte duas conclusiones,quę communiter receptæ sunt.

49 Hęres tenetur legatarijs ex † quasi cõtractu hęc prima Hæres tenetur creditoribus ex quasi contractu,hęc secunda.Ratio ad primam conclusionem, quia is nõ tenetur ex delicto,nec ex contractu,ergo,&c.Quòd aũt ex cõtractu non teneatur,patet, quia legatarius nullam conuentionem fecit cum hęrede,nec cum defuncto.Et ratio dubitãdi ex l.apud Iulianum,§.fi.cum l seq.ff.quib.ex ca.in poss.eatur, vbi adeũdo,cõtrahit. Sed respon.ꝙ nõ proprie contrahit, vt l.ex malefi.§.hæres ff.de act.& ob.Et ampli. conclusio vt contrahere videatur non solum qui adiuit,sed ẽt qui immiscuit l.sed & is,ff.quib.ex.causa.in poss.ea. Videbatur cõtra, quia filius acquirit hęreditatem ex dispositione legis l. in suis,de lib.& posthu.§.sui.de hęr. qual.& §.sui.Insti.de hær.abi,melior tex.in l.conditionibus pupillus,de cond.& dem.ff.ergo,&c.Sol.Acquisitio hæreditatis in personis filiorũ est duplex.Vna,quę fit per l.ipso iure,& ista est reuocabilis.dd.§§.sui.l.necessarijs;de acq.hęre.& in ista nullus contractus interuenit,nec quasi cõtractus.Altera ex facto hominis per immixtionẽ,& ista est irreuocabilis l.iã dubitari,in fi.ff.de hære.institu.l.si filius qui patri.de vulg. & in ista interuenit quasi contractus, cũ fiat per actũ ipsius filij

Sed secunda conclusio non est vera, vt patet in § hæres.

Insti.de

Inſt.de oblig.ex quaſi contract.ibi.legatorum.nomine,nõ dicit debitorum,& ibi.nullum negotium legatarius geſſiſſe,& ibi,neq; cum defuncto,innuit enim a contrario ſenſu quòd is,qui vllum negotium contraxit cum defuncto,hæredem obligatum habet,non quaſi contractu, ſed ex proprio contractu. Idem probatur etiam tripliciter inducẽdo in l.ex maleficijs,§.hæres.ff.de act.& obli.Tertiò adduco rationem.Nam ex perſona ſucceſſorum qualitas obligationis non poteſt immutari l.2.§.ex his, de verb. oblig.l.2.§. in certam,ff.de prętor.ſtip.l.cui fundus,in fi.de cond.& de mon.ff.Si ergo ex vero contractu obligatum habeo defunctum, ex vero ſimiliter contractu eius hæredem obligatũ habeo, ne alias qualitas obligationis ex perſona hæredum immutaretur. Quartò hęres repreſentat perſonã defuncti ergo quibus actionibus ex contractu natis defunctus tenebatur,ex ijſd.& hęres teneri deberet:facit regula,qđ ſubrogatus,&c.ſed heredem conſtat ſubrogari loco defuncti,& ergo,&c.Tenendo hanc in partem,nil obſtat l.apud Iulianum,§.fi.ff.quib.ex ca.in poſſ.dum ait(etenim videtur pupillus contrahere, cum adit hęreditatem) nam ille non eſt cõtractus,ſed quaſi vt denotat verbum vr̃, & dum ait,cõtrahere,non aperit cum quibus, intelligendum ergo eſt cũ legatarijs.Quòd ſi id referas ad verbum, creditorum hęreditariorum,quod videtur ex mente literę,quaſi qui adit,ẽt cum creditoribus videatur quaſi contrahere. Sed tũc reſp. dupliciter.Primò,quòd creditorũ appellatione,largo modo veniunt legatarij,tex.eſt in l.creditores,& in l.creditorum & vtrobiq; Alcia.ff.de verb.ſigni.ergo dũ ibi fit mentio de creditoribus,non dubiũ eſt , quin poſſit intelligi de legatarijs.Sed & ita intelligi debere,patet , quia in pr.illius tex.fuit quęſtionis,an pupillus patiatur miſſionem propter legata,quæ debebat, & decidit ꝙ poſſit creditoribus volẽtibus, ergo vt reſponſio cõgruat interrogationi (iuxta l.vt reſponſum,C.de tranſ.in l.in ciuile,ff.de legib.in l.Titia,§. 1.ff.de verb.oportet,quòd verbum creditores,intelligatur de legatarijs præterea quæſtio præcedens,declarat reſpon. ſequentem l.fi.ff.de hær.inſti.l.ſi ſeruus plurium §.fi.ff.de lega.1.ergo verb.illud creditores,quod poteſt tripliciter intelligi,vel de creditoribus tãtũ, vel de legatarijs tãtum,vel de vtriſque declaratur vt de legatarijs tantum intelligatur. Quòd ſi de vtriſq; vis intelligere(quod ſatis probabile eſt, tum vt ſeruetur generalitas illus tex. tum etiã,quia ſi adeo hęreditatem,non minus videor velle obligari me creditoribus,quàm legatarijs,cum ante aditionem cõſtat neutris me obligatum fuiſſe.tunc dic, quòd legatarijs tenetur ſolum ex quaſi contractu,quia nullum negotium geſſerunt cum hærede,neq; cum defuncto,vt dd.§§.hæres,ſed creditoribus tenetur & ex quaſi contractu,qui reſultat ex aditione,vt d.§.hęres,vbi gl.& ex contractu , propter negotiũ,quod creditores cũ defuncto geſſerunt , qui cõtractus magis conſiderari debere vel ex eo liquet , ꝙ creditores conueniunt hæredes nomine defuncti,ergo magis inſpicitur ille verus,quàm iſte fictus contractus.Conclude ꝙ creditoribus debetur ex contractu , quem fecerũt cum defuncto, legatarijs vero debetur ex teſta. ipſe aũt hæres vtriſq; obligat̃ fuit ex quaſi cõtractu , vel ex aditiones ante enim q̃ adijſſet,obligatus nõ erat. Itaq; ead.cauſa eum varie obligauit,ſicut ſi ex credit.hæred.alij obligatum haberent defunctum ex mutui receptione,alij ex venditione, is adeundo per eund.actum varijs obligat ſubiaceret.

Denique nouum,aut mirum non eſt,ſi vnum idemque factum uarias obligationum ſpecies producat, varioſq; effectus.Nã & is, qui pecuniam mihi ſolutionis cauſa dedit, cum re vera nihil deberet,debere tamen ſe iuſto & legitimo errore putaret,facit,vt inde nunc diſtractus , nũc verò quaſi cõtractus videatur oriri.Circa quam rem,& quo ad §.is qunque.Inſtitu.quib.mod.re contrah.obligat. & §.itẽ is.Inſti.de oblig.ex quaſi contractu , & l.ex maleficijs,§ is quoque,ff.de actio.& oblig. quę iura probant,quòd qui accepit indebitum , tenetur ex quaſi contractu , & ead. iura innuunt cõtrariũ,vt magis ex diſtractu obligatus videatur conſidera,ꝙ inter ſoluentem, & accipientẽ vnũ agitur expreſſe,& aliud tacitè.Expreſſe agitur,ꝙ illa ſolutio obligationem tollat. Tacitè verò agi.credẽdum eſt,vt obiligationem inducat ad reſtituendum,ſi forte id indebitum reperiatur.Primum probatur in dd.§§.Secundum probatur argumen.l.ſi in area,ff.de cond.indeb.vbi ait,aliquid negotij geſtum videri inter ſoluentem indebitum & accipientem facit l.ſi non.ſortem,§.ſi decem,eod.ti.vbi Iaſ.nume.2.Et vtrunq; membrum videtur probari in d.§.item is,cũ cõc. vbi poſtquam dixit ex quaſi cõtractu obligationem oriri ſubdit, ſi certiorem rationẽ ſequamur , magis ex diſtractu ortam videri.quaſi dicat,& ſit ſenſus, veritas huius inueſtigationis pender a vol.ſoluentis,& accipientis,quorum expreſſa,& verbis declarata vol.fuit diſtrahere, quę vol.vt pote verbis expreſſa,certior apellatur,ſed tacita volu.fuit contrahendi obligationem ad reſtituendum,ſi forte indebitũ eſſet.& quia veritas præfertur opinioni, & concurrit cum tacita vol.contrahentium,ideo nomen deſumptum eſt potius a tacita vol.cum qua cõcurrit veritas, quã ab expreſſa, cum qua concurrit error, qui tollit conſenſum vt ff.de iur. omn.iudi.l.ſi per errorẽ . Quæ nota,quia noua declaratio.

Illud autem non eſt prætermittendum, quod a quibuſdam controuerſum fuit , quare Iuſtinianus cum quis indebitum per errorem ſoluit, tractauit primum in §.is quoq; Inſt.quib.mod.re.contrahi.obli.& rurſus eandem materiã reperijt ſub alio longe diuerſo titulo,nempe ſub titu.Inſt. de oblig.ex quaſi contractu, §.item is gl.ibi variat. Vnde quantũ ad gl.1.d.§.item is.Inſt.de oblig. ex quaſi cõtract. dũ opponit de §.is quoq; Inſt. quib.re contrah.reſp. vltra omnes docto.ꝙ vt ad producendam quamcunq; ſpeciem oportet quòd interueniãt duę cauſæ,ſcilicet efficiẽs, & materialis,& altera ſine altera non ſufficit (nec enim ex maſſa auri fiet anulus, niſi aurifex illum faciat, nec etiam ſolus aurifex illum facere poſſet , dempta auri maſſa)ita ad producendam obliga.oportet eaſd.duas cauſas interuenire.ſ.efficiens,& materialis,efficiens,eſt conſenſus,qui adhibetur ab homine materialis,eſt vel res,vel verborum ſolennitas, vel ſcriptura.Modo ſic.Receptio indebiti pertinet ad titu. quib.mod.re.contrah.ob.propter cauſam materialem,quę eſt ipſa res,pertinet & ad titu. de oblig. ex quaſi contract. propter cauſam efficientem,quæ eſt conſenſus. Nam inter ſoluentem indebitũ, & recipientem,eſt ficta quædã vol.& preſumpta,vt ſi quid indebitum fuerit,id reſtituatur,argu. l.ſi in area.ff.de cond.indeb.Hinc fero,quòd Imperator videtur diminutus,quia dũ dixit,quib.mod.re contrah.obli. deberet addere,quib.mod.re & conſenſu,& dum dixit,de obligat.quę contrahuntur verbis,deberet addere & cõſenſu,& dum dixit,de lit.ob. deberet dicere , de ob.quæ contrah.literis,& conſenſu.Sul.Imperator voluit docere differentias quæ ſunt inter iſtas oblig.ſed omnes iſtę obligatio. differunt inter ſe quo ad cauſam materialem , non quo ad cauſam efficientem , ideo de cauſa tantum materiali (quæ eſt aliquando ipſa res , aliquando verborum ſolennitas, aliquando ſcriptura) fecit mentionem , non de efficiente qualis eſt conſenſus , qui vniformiter pertinet ad omnes omnino oligationes,l.obligationum ſubſtantia,per totam ff.de action.& obligation.l.1.§.adeò, ff.de pactis.Quæ nota,quia nouiſſima.

Vel dic , retento eodem ſenſu , quòd cauſa formalis eſt multiplex,cauſa verò materialis eſt vniformis.Vt enim ex eadẽ cera,maſſa,vel metallo varias formas fabricari poſſumus,ita ex vno eodemq; conſenſu agentium poſſunt variæ formę contractuũ effici. Ergo conſenſus loco materiæ vel ſubſtantię in omnibus obligationum ſpeciebus ſeu formis deſideratur l,obligationum ſubſtantia ff.de act.& obl. nec eſt commutabilis,aut alterabilis, forma autem variabilis eſt,nam is conſenſus , ſeu materia per interuentum verborum producit verborum obli. per interuentum ſcripturæ producit literarum obligationem,per interuentum rei producit obligationem,quę re cõtrahi dicitur & ſic de ſingulis. Ergo Imperator voluit docere varietatem obligati-

nun

num quo ad formam,in qua poſſunt inter ſe differre, non quo ad materiam, vel ſubſtantiã,in qua differre nõ poſſűt Sic & in teſtamẽtis,& reliquis vlt. vol. Nam alia forma eſt teſtamenti in ſcriptis,alia vero teſtamenti nuncupatiui l.hac conſultiſsima in prin.& §. per nuncupationem, C. teſta.l.ſi vnus,eod.tit.§.1.cum ſeq.iuncto.§.fi.Inſti.de teſtam.aliaq; forma eſt teſtamenti cæci. vt dd.ll. & hæc conſultiſsima,C.qui teſta.facere poſ.alia vero forma eſſe videtur ſecundum quoſdam in teſtamento militis.l.diuus.ff. de milit.teſta.§:planè.Inſti.eod.alia etiam forma codicillorũ vt inſtit.de codi.per totum·Tauri.l.3.l.1.tit.2.lib. 5.ordinam.& tamen dum iſtarum rerũ differentias traderent Iureconſulti,& Imperatores,omiſerunt de voluntate teſtãtis ratiocinari,non ꝙ ea adeſſe non oporteat in omni vltima voluntate,quinimo principalem locum tenet in oĩ vltima volunt.l.in conditionibus primum locum.ff.de condi.& demonſtratio.authen.de nup.§.diſponat.adeo,vt ex voluntate defuncti ab omni fere iuris regula recedatur,vt diſſerimus ſuprà,lib.1.§.3.per totum cum multis,§§.ſeq. quod& in teſtamento militis ſimiliter procedit l.ſicut certi,l.ſi cum vel in vtero,C.de teſtam.mili.l.captatorias, l. ſi Rufinus.eod.ti.Sed de tali voluntate ratiocinari omiſſum fuit ꝙ ea in omni vlt.volunt.vniformiter adeſſe oportet, vt ſic vltimarum diſpoſitionum nulla a reliquis declinata, aut diſtincta ſit, quo ad voluntatem,quæ pro ſubſtantia earum eſt,l.1. ff.de teſta.Sed quia vltimæ diſpoſitiones quo ad formam inter ſe differunt,iõ formarum differentiæ ſeparatim traditæ fuerunt, & otioſum fuiſſet de voluntate in ſingulis quaſi eand. cantilenam repetentes ratiocinari. Nam vt homo mortuus homo non eſt, ſed hominis mortui cadauer,ita quoq; vltima teſtantis, aut codicillantis diſpoſitio vltima volunt.non eſt remota voluntate, licet formam,ſpeciem,imaginemq; habeat vltimæ voluntatis,l.filio quem,ff.de lib.& poſt.iuncto tex.in rub. & per totum ff.de cada.puni.l.mortuo,ff.de lega.2.Vnde (vt illuc redeamus vnde abſceſsimus)ſi teſtator fuerit coactus. teſtamẽ. nullum erit ex defectu voluntatis,licet formam, & imaginem habeat teſtamenti.

Itẽ requiritur & 23.quòd ipſe teſtator nomen hæredis, exprimat proprio ore,qñ teſtamentũ eſt nuncupatiuũ,vel
51 illud propria manu† ſcribat,qñ teſta.eſt in ſcriptis, ſi ſcit, & põt ſcribere: quòd ſi neſciat,vel non poſsit,tunc oportet quòd proprio ore noĩa hæredum exprimat. Iſta eſt vera & cõis opin.per tex.ibi.in l.iubemus,C.de teſtam. tradunt oẽs per tex.ibi in l.hac conſultiſsima,§.at cum humana,C.qui teſta.fac.poſſunt.

52 Illud autem dubium eſt,ſi teſtator proprio†ore nõ expreſsit,nec ſua manu ſcripſit nomẽ hæredis,ſed alio hæredẽ noĩante ipſe agnouerit ſe illũ hæredẽ facere, an valeat teſtamentũ? Quia in re cõis opi.eſt tale teſtamentũ valere Ita tenet gl.in d.l.iubemus.quã oẽs ibi ſequuntur ſecundũ Iaſ.ibi.nu.10.Bar.& cõiter doct.in d.l.hæredes palam. in prin.Ang.in l.in fraudem,§.1.ff.de mili.teſta.Ant.&Imo. in c.cũ tibi de teſta. Roma.conſ.306. Propoſita conſultatio.& in l.1.§. ſi quis ita,ff.de verb.obli.Ang.in pr. inſtit. de teſta.ſequitur & dicit communem opi. Alex.conſ.33. lib.3,inci.Ponderatis verbis Cy.Bal.& Ang.qui hanc dicit communem opi.& approbatam, tam in iudicijs , q̃ in ſcholis in d l. iubemus,vbi etiam Iaſ.nu.10.qui eos refert, firmat,quòd hæc opi.tenetur ab omnibus. Couarru.de teſta.in ca.cum tibi.num.4.& 5.qui plures allegat contra cõtrariam partem, vt tale teſtam. non valeat tenet Iaſ. vbi ſuprà,motus,quia forma non poteſt impleri æquipollẽter vt ex communi opi.reſoluunt Alex.& Iaſ. poſt alios in l. 1.ff.de lib. & poſth. & nos late diſſerimus,§.4.nu. 31. cũ præced. & ſeq.Quid dicendum?Et tenenda eſt communi ſentẽtia:quia licet teſtator ad interrogationem alterius reſponderit,non ideo minus arguitur , voluntatem ipſius fuiſſe deliberatã quinimo magis deliberata videtur.argu.l. 1.in pr.cum §.ſeq.ff.de verb.obli.& quod tradunt doct.in rub.eod.tit.dũmodo verbis reſpondeat,non nutu capitis, vel alijs ſignis,argumen.d.l.1.in prin.& in pr.inſt.de verb. obli.& in his terminis loquuntur gl.& doct.ſuprà allegati Et hęc cõis opi.probatur in l. hęc cõſultiſsima,§.at cũ humana,C.qui teſtamen.facere poſſ.Et cõem ſententiam ſequuntur etiã Alex.in d.l.iubemus.per tex.in l.quoniã indignũ,C.de teſta,Iaſ.in l.vbi aũt non apparet,§.illud, ff. de verb.obl.Dec.con.489.In caſu occurrente nu.5.Ale.con. 12.Viſo inſtrumento donationis,li.1.nu.6.idẽ Alex. cõſ. 47.Abunde li.2.nu.7.Pariſ.conſ.19.Conſideratis.nu.13.li. 3.Corn.in l.hac cõſultiſsima,§.per nuncupationẽ.C.de teſta.Alex.conſ.176.col.2.cum ſequẽtib.lib.5.idem Ale. cõſ.14.Viſis,nu. 15.lib 6.Soc.in l.ſi ita ſcripſero,col.1. ff.de cond.& demonſt.

Sed vltra eos,quos ſupra allegaui.cõtrariã ſñĩam,vt inſtitutio hęredis facta ad interrogationẽ alterius nõ valeat, tenet Cor.cõſ.77.Viſo d.them. li.4.n.j. poſt Pinell. in ſuis qõ.Iaco.de Are.in d.l.hęredes palã.ſenſit Bal.in d.l. iubemus,ſaltẽ in teſtõ nũcupatiuo,in quo l.codicis nõ reperitur correcta per auth.Et nõ obſeruato,C.de.te.& Sal. in d. authen.& ibi Ful. Ant.in c.cum.tibi.de teſta.Io. And.in addit.Spe.in tit.de teſta.§.1.ver.quid ſi is qui.

Sed tenenda ẽ cõis ſnĩa,quæ in teſt.in ſcriptis ab vtriuſq; partis fautorib. indifferenter recepta ẽ ꝑ d. auth.& ẽt in teſtõ nũcupatiuo verior eſt & receptior.Eſt ẽt verũ,quod & ſi tale ẽt teſtm̃ factũ eſſet ſuaſionib.quod teſtm̃ nõ deſineret valere.vt per Cor.cõſ.209.n.26.li.2.per l.fi.ff. ſi quis aliquẽ teſta.prohi.& l.fi.C.eod.tit.vt ſupra dixi.

Sed iuxta iſtã ꝑtẽ dubitatur. Teſtõr corã 7.teſtib. dixit ſe hæredẽ facere illũ.qui cõtinetur ĩ quadã ſchedula manu
53 ſua ſcripta,quæ ẽ apud †quẽdã,quæritur an is,qui ĩ d.ſchedula cõtinetur,rectè inſtitutus videatur? Et cõis opi. hẽt rectè inſtitutũ videri,quia nõ refert aliquid certũ ſit ꝑ ſpecificã ſui expreſsionẽ,an ꝑ relationẽ ad aliud arg.l.vbi aũt §.illud,ff.de ver. Sed in cõtrariũ fortiter faciebat, ꝙ attẽta cõi op.ſequeretur,ꝙ hæredis inſtõ valeret ſine ſolẽnitate, ſeptẽ teſtiũ(qđ eſſet abſurdũ,cũ iſta ſolẽnitas deſideretur ad falſitates vitandas,l.fi.C.de fideic.§.fi.Inſt.e.facit.l. iubemus,C.de teſt)Nã licet 7.teſtes adhibiti ſint in illa ſcriptura,qua dico me illũ hr̃dẽ facere,qui quadã ſchedula cõtinetur,tñ illa ſchedula nõ hẽt vim 7. teſtium, vñ ille, qui in d.ſchedula ſcriptus eſt,leuiſsimæ ſolennitatis,probõniſq; authoritate hr̃ditatẽ ſibi vendicauit,qđ eſt multũ abſurdũ quia de facili falſitas cõmitteretur cõtra d.l.fi.C.de fidei.§ fi.Inſt.e.& d.l.iubemus.Præterea pro forma deſiderãtur 7 teſtes ĩ hæredis inſtõne,vt vel vno deficiẽte,inſtõ corruat l.ſi vnus,C.de teſt.l.hac conſul.eo.Bar.in l.nemo põt col.j vbi oẽs,ff.de le.1.facit l.cũ hi,§.ſi prætor,ff.de tñſ. at in q. nr̃a inſtitutus,illius ſolius ſchedulæ probõne nititur, ergo nõ deberet obtinere.Et tenẽdo hãc ꝑtẽ cõtra cõem non obſ.rõ cõis op.dicẽtis nõ referre,vtrũ aliqđ certũ cẽt ꝑ ſpecificã ſui expreſsionẽ,an ꝑ relatiõẽ ad aliud. Nã id verũ eſſet,qñ illa relatio eſſet indubitata,& ita loqtur d.§. illud ſecus ſi ſit dubia & ſuſpecta,vt ĩ nr̃o caſu. Nã ſi teſtõr dicit ſe eũ inſtituere,qui cõtinetur in quadã ſchedula ſua manu cõſcripta,quæ ẽ apud me tũc ſi ego volo alicui gratiã facere,facile poſſum aliũ q̃ quẽ teſtõr voluit ſcribere , faciens aliã literã ſimilẽ literæ teſtõris,vnde iſta relatio ſuſpecta eſt,cũ pendeat ab fide vnius ſolius.Sed tene cõem op. Nã cũ dico corã teſtib. 7. Is qui in tali ſchedula cõtinetur , hæres eſto. tunc ille mõ inſtitutus vr̃,& ſic ſolenniter coram teſtib.7.licet incertũ ſit apud teſtes quiſnã eſſet ille, quẽ teſtõr hæredem eſſe voluit: vnde ſi poſtea illa ſchedula oſtẽdatur,q̃ dicatur manu teſtõris cõſcripta fuiſſe , ĩ qua nomen hæredis ſit ſignificatum,& declaratũ.licet iſta hæredis declaratio vel demonſ.ſuſpecta facile eſſe poſsit,quia literarũ cõparatio ꝑꝑ literarũ ſimilitudinẽ ſuſpecta ſæpe eſſe ſolet,in iſta declaratione hæredis inſtituti leuior ſolennitas ſufficit.q̃ in noua hæredis inſtõne vt l.hæredes palã, §.ſi quid poſt,ff.de teſt.vbi oẽs,maximè Arc.ĩ prin. Quod aũt ſi dico corã teſtib.7. Quem in quadã ſchedula ſcripſi, vel ſcripſero,is hęres eſto.ille modo inſtitutus videatur,& ſic lo-

sic solenniter, non aũt in illa schedula, probat tex. in asse toto, ff. de hæredib. instituen. in verb. tñ ex testamento data videntur. & l. institutio, in verb. nec videtur hæreditas codicillis data, & in verbo, q̃ testamento data esset, ff. de condit. instituend. facit, l. hoc articulo, ff. de hæredib. instituen. & l. si ita scripsero, ff. de conditio. & demonst. & l. quē hæredi, ff. de reb. dub. & l. 1. C. de cod. & l. Theopompus. ff. de de dote præleg. Hinc infero in tel. ad d. l. asse toto. & ad d. l. institutio, in quibus habetur, ꝙ si dixi, Quē in codicillis hæredē scripsero hæres esto, postea q; Titium in codicillis coram quinq; testib. institui, ꝙ Titius ille hæres erit, videbatur contrariũ, quia institutio corã quinq; tm̃ testibus codicillis facta non valet, l. si unus C. de testamen. l. hac consultissima. eod. iuncto, §. fina. Inst. de codicil. Sed nõ obst. Nã procederent, si talis institutio denuò coram quinq; tãtum testibus fieret, nam tunc non valeret, sed mõ secus est quia talis institutio iã facta erat, in testamento, sed mõ declaratur in codicillis, in qua declaratione tanta solennitas, non desideratur, quanta in constitutione, vt dixi per d. §. si quid post & d. l. institutio, & d. l. adesse toto. Sed certè ista vera esse videntur in declaratione quæ fit per ipsum testatorem, quæ bene sufficiat licet contineat minorē solennitatē, & ita procedunt, d. §. si quid post, d. l. institutio. d. l. asse toto. Secus tñ videtur in declaratione facienda per alium, vt est in quæstione nostra. Dic ꝙ imò idem est ẽt in declaratione facienda per eum, cuius fidei commisit testõr. tex. est in l. Teopompus, & in d. l. quem hæredi, quod obtinet duobus demũ cõcurrentibus, ꝙ & is, cuius fidei commisit testator, iuratus declaret, vt tenet Bar. in d. l. Theopompus numero septimo, & ꝙ aliç coniecturæ concurrant. vt Bar. ibid. numero quintò, & Paul. in l. si ita scripsero, ff. de cond. & demõ. & ibi Soc. ad fi. post alios multos, quos ipse refert. Ista ergo procedunt propter tria, s. propter confidētiam probatamq; fidem, quam testator habuit de illo, cui illam schedulam tradidit. Et propterea ꝙ agitur de declaratione institutionis iam factæ (certum, n. est testatorem hæredem facere voluisse, licet de quo dubitetur) non de noua institutione facienda. Et propterea ꝙ is, cuius fidei cõmisit testator, tenetur (vt dixi) iurare. Præterea & quartò, quia aliæ etiam coniecturæ concurrere debent, vt dixi. Hinc infero referre vtrum testator dicat se testari prout cõtinetur in quadam schedula manu sua conscripta, quç est apud tertium, an vero dixerit se testari prout continetur, in quadam schedula, quæ est apud tertium, non adijciendo manu sua conscripta. Nam primo casu adest & coniectura, quæ colligitur ex literarũ cõparatione, & iuramento illius, cuius fidei cõmisit testator. Secundò aũt casu cũ cesset illa comparationis cõiectura, ex quo testator nõ declarauit, cuius manu confecta esset illa schedula, sequitur, quia non aliter valeret istius (cuius fidei cõmisit testator) declaratio, quàm si præter eius iurament. aliæ etiam coniecturæ adessent vt in l. quem hæredi. supra alle. & supra dixi. Quod nota, quia est pulchra limit. cõis opi. Et demum de tota quæstione 6. not. per Ias. in l. vbi autem non apparet, §. illud. de verb. post omnes ibid. & per Bar. Pau. & Socy. no. in d. l. si ita scripsero, & per Aret. in l. hæredes palã. in pr. de test. vbi Aret. & Ias. teneť cõtra cõē. Et ex mea limitatione potes colligere no. cõc. inter cõē op. & cõtrariã.

Et communem opin. vltra Ias. in d. l. vbi autem nõ apparet, §. illud. & alios supra citatos, ff. de verborum obligatio. sequuntur Decius consilio 489. In casu concurrenti. num. 3. Alexander. cõsilio 12. Viso instrumento donationis libro primo, numero 6. idem Alex. consil. 47. Abunde per excell. libro, 2. numero septimo. Parisius consi. 19. numero 13, Consideratis libro 3. qui omnes dicunt communem esse sñiam valere testa. quando testator fecit hæredē ad interrogationem alterius, per Couar. de test. c. cum tibi, numero 4. & 5. Quod intelligitur primo, quando ad† i
54 terrogationem tabellionis respondit testator. Deinde etiã si ad interrogationem alterius. Tertiò non solum si interroganti, Titium instituis hæręde m? respondea, Titiũ hæredē facio. sed etiam si taliter interroganti respondeat, sic, secundum eosdem. Facit l. 1, §. si quis ita, ff. de verb. oblig. Et hanc cõem opin. sequuntur Ang. in l. in fraudem, §. 1. ff. de testamento militis. & probatur in l. quonam indignũ C. de testam. quem tex. optimum esset dicit Alex. vbi supra sequitur & dicit communem opi. Alex. in d. l. iubemus Ang. in princ. Inst. de testament. cum similibus suprà adductis, Corn. in l. hac consultissima, §. per nuncupationem, C. de testam. plenè Alexan. consi. 176. col. secunda, cum sequen. lib. 5. & cons. 14. Visis. nu. 15. lib. 6. & cons. 114. Visa scriptura, lib. 7. & cons. 121. Discussis, lib. 1. & cons. 77. Põderatis, lib. 3. Socy. in l. si ita scripsero, col. 1. ff. de condi. & demon. & consil. 142. col. 4. lib. 1. Alex. cons. 76. Ponderatis, nu. 5. li. 3. Cor. cõs. 324. Viso processu. nu. 19. li. 1. Et sic iste est casus specialis, in quo priuata scriptura facit plenã fidem, Alios. 14. casus speciales. in quibus facit plenam fidem scriptura priuata, enumerat Ias. in l. admonendi, nu. 88. ff. de iureiuran. Adde, quod si testator (vt sepissimè fit) commisit alicui sapienti, vt sibi ordinaret testam. secundũ voluntatem, quam ei declarauit, & ille sapiens ita fecit, testamentumq; ordinatum, & descriptum ei obtulit, & ille testator coram sollenni numero testium cum iam intellexisset quç ea scriptura continebantur, adiecisset se testari, prout continebatur in illa scriptura ordinata per illum sapientē, tunc id testa. valeret. vt resoluit Corn. cons. 258. In hac consultatione, nu. 4. lib. 2.

Adde quòd potissima ratio, quç vrgere videtur contra cõem est, ꝙ (secundum Ias. in l. Iubemus, C. de testamen. glo. quemadmodum,) vt valeat testamentum, oportet nomen hæredis explicitè declaratum fuisse a testatore, vnde non sufficit, implicite per relationem ad schedulam, & eadem ratione tenet Ias. contra communem in l. vbi autem §. illud ff. de verborum oblig. Sed defendendo communē resp. etiam implicitè factam hæredis declarationem sufficere. quod probatur in l. institutio talis. de cond. insti. & in l. asse toto. de hære. inst. vbi dixit, Quē codicillis scripsero is hæres esto, & is hæres ex testamento esse videtur, qui postea codicillis scriptus fuerit, vel etiam nuncupatus. iuxta gl. appr. in rub. Inst. de codicil. & in rub. C. eod. Ecce ergo ꝙ nuncupatio hæredis codicillis coram quinq; tm̃ testibus facta ualet, licet in l. hæredes palam. de testam. dicatur, nuncupationē ita faciendã, vt saltē a septē testib. exaudiatur. Ecce ergo, ꝙ licet iure. ff. requiratur a testatore scribi, vel nuncupari, coram septem testibus nomen hæredis in testamento, tñ id fieri poterat & in alia scriptura, vel rectius sufficiebat fieri implicite in testamento per relationē ad aliam scripturã, licet dicta scriptura non haberet solennitatem testamentorum, sed minorem.

Et iuxta prædicta (licet supra incidenter attigerim) quęro de simili quęstione, quam mouet glo. quemad. in d. l. iu-
55 bemus, s. Si alius interrogaret tastatorem, an† Titiũ vellet hæredem facere, & ille agnoscat verbis, an valeat institutio? Et d. gl. cum qua est communis opi. secundum Alex. Cor. & Ias. ibi super eadē tenet quòd sic. Sed Ias. tenet contra communem, contra quam duo potissimè vrgent. Primum, quòd (vt naturaliter sentimus, & probatur in l. cũ gl. de peti. bo. sub. lib. 11.) sæpe quis concedit ad petitionē seu rogitum alterius. quod vltro daturus non esset, maximè in testamento, quod fieret ab eo qui grauiter ægrotaret, quem plerũq; rerum humanarum nulla cura sollicitat quo fit, vt talis institutio valere non deberet, cum institutionibus summa libertas desideretur, l. 1. de sacr. san. eccl. l. stipu. hoc modo, de verborum oblig. ff. Sed retenta communi respon. fatendum esset, non videri, ita liberam esse vol. illius, qui ad petitionem alterins seu interrogationē, dicit se aliquem hæredem scribere, sicut videretur, si illũ vltro institueret, sed tamen, id nihilominus sufficere (licet non nihil libertatis deesse videatur) per legem final. C. si quis aliquem testari prohi. in l. fina. ff. eodem, vbi testatorem (quem si velis, fingere poteris grauiter ægrum) possum precibus, & blanditijs allicere, vt me hæredem faciat: &

ciat, & licet ista videatur captatoria vlt.volun.tamen non improbatur tex.cum glo.in l.captatorias,ff.de hæred.inst. Secundum,quod vrget contra cōem est,ꝙ vt valeat testamentum,oportet ꝙ testator,vel nomen hæredis scribat, vel ita explicite nūcuparet,vt a testibus septē exaudiri pos sit l.hæredes palā,ff.de testa.l.iubemus.C.eod. Sed resp.de scriptionē seu nominationē hæredis sufficere quod in testam.fiat,implicitè,in alia scriptura explicandam,idq; sufficiat,licet illa alia scriptura non sit ita solennis sicut testam. vt proximè dixi. Sic ergo & in proposito ista hæredis nūcupatio, licet implicitè fiat a testatore, tñ explicatur per alium,quod sufficit,argum.d.l.asse toto.d.l.institutio talis idq; facilius in proposito admittendum est, cum explicatio fiat coram solenni numero testium: at in dictis legib. nō fit nisi corā quinq; testibus,nunc autem cōis opin. fundatur tali consideratione. Valet testamentum, in quo nomen hæredis implicitè nuncupatum est, siquidem postea in alia scriptura explicitè nuncupatum sit.tex.in l. asse toto,ff.de hær.inst.in l.institutio talis,ff.de cond.inst. facit, l. quē hæredi.ff.de rebus dub.l.si ita scripsero,de cond.& de mo.sed in proposito nomē hæredis saltem implicitè nuncupatum fuit a testatore,ergo dicendum est testamentum valere.Stringo hoc fundam.nā in dictis iurib. nomen hæredis nuncupatum fuit implicitè in testamento à testatore deinde in alia scriptura minus solēni nuncupatū fuit explicitè,puta in codicillis,qui corā quinq; testibus fiunt at in proposito nostro & implicitè nuncupatum fuit a testatore corā testibus septē & explicitè ab alio corā eo solenni testium numero,quo fit,vt talis hæredis nuncupatio facilius valere debeat.Deinde sic argumentor. Non solum valet illa institutio,q̄ quis ad nullius petitionem,sed vltro fecit,verum & illa valet,quam quis facit ad petitionem seu interrogationem alterius tex.in l.finali.C.si quis alie. test. pro.& in lege fin.ff.eodem,quæ institutio,licet re uera nō nihil captionis habere videatur,tamen vel talis captio nulla est, attenta iuris censura,vel adeò leuis est,vt obesse non posit,nec debeat.tex.in l.captatorias,ff.de hæredibus instituendis.vbi Consultus ait (captatorias institutiones non eas senatus improbauit,quæ mutuis affectionibus iudicia probauerunt.)Ecce ergo Iureconsultus fatetur captatoriā esse talem institutionem,verum ob id nō infirmari ex eo quod talis captio vel nulla est.attenta legis cēsura,vel adeo leuis,vt obesse non debeat.Sic ergo & in proposito & specie nostra,si quid est,quod huic testamento obesse videretur,est quod institutio talis ad petitionē alterius facta fuit, per quod captiosa videbatur,sed certè licet captiosam fatemur,tamen huiusmodi captio adeo leuis est, vt obesse nō debeat,quo fit,vt cum solennem testium numerum interfuisse pro constanti ponamus,& legitimam testatoris volunt.non defuisse probauerimus,institutio ex toto perfecta firmaq; videatur.Et huic adde,quod dicta glo. in qua fundatur cōis,possumus intelligere,quando interroganti, Titium hæredem facis? respondit testator,Titium hæredem facio quo casu etiam explicitè, & secundum legis formam proculdubio facta fuit institutio,de cuius validitate dubitari non posset,nisi propterea,quod ad interrogationem alterius facta fuit,quod, vt probaui,non obstat. Tertiò sic arguo,Quod nomen hæredis vel literis,vel voce testatoris exprimatur,ad hanc finem desideratur, vt hæredis nomen,per hoc certum,& indubitatumq; fit, sicq; falsitatis suspicio excludatur,ita probat dicta lege iubemus. ibi(nomina hæredū ab eo nuncupati,vt omnimodo sciāt testes qui sunt hęredes scripti, & ita certo hæredis nomine successio procedat.)Item vt falsitatis suspicio excludatur vt patet,ibidē dum ait si enim talis est testator qui nec scribere,nec articulate loqui potest, mortuo similis est,& falsitas in elogijs committitur,adde l.finali, C. de fide, §. finali.institu.de fideicommissis hæred. Sed in proposito seu specie nostra nulla incertitudo nullaq; falsitatis suspicio esse potest circa personam hæredis scripti,quia eius declaratio implicitè facta fuit a testatore,& explicite ab interrogante corā solemni numero testium,& dūmodo aliquid certum sit nō refert,qūo certum fiat,iuxta,l.certum, ff.si cer.peta.& de dote præleg.l.1.in fi.de verbor.obligat. l. vbi autem,§.fi.de sentent.quæ sine certa quantitate.C.l. 1.& 2.ergo cum per nuncupationē hæredis de qua in proposito,& certum sit nomē hæredis,& nulla falsitatis suspitio adesse posit,superest vt testm̄ valeat,cum ista solennitas ad hunc tantum finem desideretur vt hæredis persona certa sit,& falsitatis suspicio excludatur.

Et dum diximus suprà quod institutio facta per coniecturas non sufficit ad validitatem testamenti,adde id inde descendere,quod probatio coniecturarum non satis perfecta esse videtur,quinimò censetur esse impropria,& imperfecta,dubia, anceps,& periculosa secundum Bart. per tex.ibi in l.Lucius,ff.de conditionib. & demonstrationib. vnde idem Bar.per istam,l. Lucius, tenet quòd probatio coniecturarum non est vera,nam si vera esset, testamentum ibidem,non deficeret, sed quòd sit vera, probatur,in lege.licet imperator,de legatis primò,ff.in l.penultima.de apochis.publi. libro decimo, C.vnde Alexand. in l. Licet imperator.delegatis primo, columna prima, & in l. prima. C. de testament. milita. ait veram esse regulariter fallere tamen in conditionalibus dispositionibus,id quod respon.Deci.in Rub.extra de probationibus,nnmero decimoquarto per legem primam.C.quorum bonorum. vbi filium se probanti, conceditur interdictum quorum bonorum.& tñ sufficit ibi probatio, de qua in.l. filium eum diffi.de his qui sunt sui vel alien.iuris,vnde ipse ait ideo testamentū deficere,non quod non sufficiat probatio coniecturarum,in d.l.Lucius,sed quòd vel per coniecturas probare filiationem suam non est in potestate filij vnde conditio tanquam non sat potestatiua vitiat institutionem,vt in l.4.C.de institutio.& substit.in l.filius,ff.de conditio.in stituen.& hoc innuit tex.aperte sed Alciat. in tract. præsumptio.tertia parte,in princip.num.quinto tenet oppo. imò quòd ibidem testamen.vitiatur per conditionē, quæ turpis videtur ex quo & filium iniuriat, & eius matrem, sed si est turpis,vitiat institutionem filij vt in l. filius, suprà allegata,ergo &c.Sed ista opinio mihi non placet, nā licet filius iniurietur,non sequitur, quòd institutio vitietur,vt in l.his verbis,§.1.ff.de hæredib.instituend. non obstat,l.filius supra allegat.Nam hic filius non iubetur facere turpe aliquid, nam probare se filium testatoris,& tollere sinistram suspicionem matris,non turpe,sed honestum est,ergo,&c.

In summa hoc requisitum,vt testator nomē hęredis exprimat ore proprio est peculiare in testamento nuncupatiuo per d.l.iubemus cum similibus.

In summa in omnibus his casibus, vel eorum plerisq; in quibus diximus,suprà.§.vndecimo ante finem. testamenta esse informia,magis esse videtur, vt hæc solennitas remittatur non secus quàm reliquæ solennitates remittuntur, videamurque relicti in terminis iuris gentium, sicque solam voluntatis legitimam probationem requiramus, legitimamque eam esse intelligamusque in actibus inter viuos idonea est vt docemur suprà dict.§.vndecimo ante finem.Quod est non minus vtile,quàm nouum. Et hoc puto verum.agnosco tamen forte hæc esse contra mētem sensumque doctorum communiter, qui in omnibus his casibus exigunt hanc solennitatem nullam facientes differentiam inter testament.formale & testamen. informe nisi in testamen. militis, & testamen. inter liberos, & ad pias causas,vnde potest facere,quàm plures illationes, præter, & contra doctorum sententias? ex dictis infra. §. 30.ad finem.

Deinde & 24.Requiritur vt suprà incidenter attigimus quòd nō præcedat, vel facta fuerit cancellatio ipsius testamenti vt in l.proximè & per totum,ff.de his quæ in testamen. delen.& est non solum communis, sed etiam indubitata conclusio, contra quam fortiter facit,quia testamentum quod semel ritè factum fuit,per nudam voluntatem

tatem teſtatoris non infirmatur ipſo iure, etiam ſi ea voluntas ſit expreſſa,certa,& indubitata ita probat tex. in §. ex eo inſti.quibus modis teſtam.infir.qui tex.ad hanc cõcluſionem,eſt melior de iure ſecundum doct. in l. ſancimus,C.de teſtam.facit tex.in l.militis codicillis,§. veteranus,ff.de militar. teſtamento,aſtringitur hoc fundamentũ nam ſi per expreſſam,pœnitentiam teſtatoris non infirmatur teſtamentum,vt dictis iuribus, longè minus infirmabitur per tacitam voluntatem teſtatoris, quæ colligitur per cancellationem,vel deletionem, cum expreſſum efficacius ſit,& fortius,quàm tacitum,l.cum ex filio, §. 1. ff.de vulgaribus.vnde glo.in d.l.1.quam ibi doct.cõiter ſequũtur,ff.de his quæ in teſtamen.delen. Fatetur, ꝙ per talem cancellationem teſtamentum vitiatur non ipſo iure, ſed ope exceptionis vt ſic id requiſitum non tam ad teſtamenti creationem inducendam quàm ad eius reſolutionẽ vitandam deſideretur, & iuxta iſtam partem formo tibi quæſtionem neceſſariam, & opportunam, quam habuimus de facto in quodam priuilegio quod erat raſum, in verbo,matriniega,quæſtio ergo eſt quõ.inſtrumẽtum eſt raſum.& ſuſpectum in aliquo loco, quem præſumemus, deleuiſſe & vitiaſſe illum locum,& quid præſumetur fuiſſe ſcriptum in loco raſo ante raſuram?

61 Et videtur quòd ille,penes quem†reperitur,nedũ præſumatur deleuiſſe,ſed vere probetur,ẽt ſi eſſemus in caſu quo ageretur ad ipſum puniendũ & conuincendũ de crimine falſi,ex quo non docet huius rei authorẽ tex.eſt in l.maiorẽ,C.de falſ.Ex quo dicebat ibi Bal. poſt Butrigar. ꝙ ſi appareat inſtrumentum falſum, præſumitur ꝙ originẽ accepit illa falſitas apud vtentẽ: nã qui vtitur falſo inſtrumento,præſumitur ipſum feciſſe, niſi noĩet eũ qui fecit.Ad idẽ eſt caſus ſecundũ vnã lecturã in l.iubemus. C. de probatio.& iõ eſt inductum ſpecialiter,ꝙ ille,qui vtitur priuilegio,vel reſcripto Papæ,vel Principis taliter abraſo,punitur pœna ordinaria,ac ſi fabricaſſet, quia præſumitur ipſum vtentẽ feciſſe,vel fieri mandaſſe. d.l.maiorẽ. ca.ad falſariorum.de crimi.falſi. Nec ſufficit, quod alleget ignorantiã,niſi illã probet,vt puta allegando authorẽ, & probando.vt per glo.in dic.l.maiorem.& per illum text. Tertiò facit,lege in ciuilem.& l.ciuile C.de furti.cum plene ibi notatis.& textus in capitulo.qui cum fure de furt.& ſic patet,quod ratione vſus iſtius priuilegij eſt præſumptio contra producentem,& vtentem,quòd ipſe deleuerit vel delere mandauerit. Iſtã concluſionem in terminis tenet Alexander in apoſtillis.in l.ſi falſos.C.de falſ.plenius primo libro conſiliorum,conſilio ſeptuaginta.Et quia iſta prima perſuaſio non habet difficultatem,ideo non inſiſto quia idem tenet Bald.in l.fina.vltima. colum. C.ſi ex falſ. inſtrument.

Præterea alia & ſecunda ratione cõfirmatur hoc ipſum. Nam cuilibet intuenti patebit raſura dicti priuilegij in eo loco,vbi erat ſcriptum,martiniega,non ſolum ſi charta eleuetur in ſolem, & interponatur inter ſolem, & oculos vt dicit glo.fina.in capi.licet de falſi.& ibi doctores,quod, debet diſcerni,& perpendi raſura,verum etiam ſi in vmbra inſpiciatur,ex iſta inſpectione non ſolum conſtat de raſura,ſed conſtat prima literarum figura, & vera, & naturalis,& vbi conſtat quod continetur in particula raſa prima figura eſt attendenda,ſequenda,& conſideranda. Bar. in l.prima.§.finali.verſiculo, a muribus. ff. de bonorum poſſeſſio.ſecundum tabulas.Angelus,Salycetus, Alexan. vndecima columna.in l.final. de edi.diui.Adria.gloſſ. no. tab.in capitu.cum venerab.de religio.domi.verſicu.fin.Si igitur iſta fiat indagatio, & conſideratio,patebit apertiſsimè ad cuius commodum,vel incommodum prædicta raſura fuit facta & ſi illa adminicula,& præſumptiones ceſſarent ſemper tamen præſumitur raſura priuilegij facta per illum contra quẽ prior figura,& priora elementa cõferebant:nec eſt veriſimile,quòd ſit factum ab eo,contra quẽ raſura,& verba ſuprascripta probant.Hoc in terminis iſta ratione communi alibi tenet Bald.referendo Hoſtienſ. & Ioannem Andræ.in nouella.in l.1.C.de fid. inſtrumento. verſ.quæro hic loquitur,&c.vbi ipſe concludit, & dicit. Not.bene,ꝙ nunq̃ cancellatio inſtrumenti præſumitur facta ab illo,ad quem pertinet inſtrumentum, nec ſuo mandato,quia nemo præſumitur iactare ſuum l.cum de inde, de probation.cap,ſuper hoc de renunciati.

Ad huius confirmationem facit gloſſ.magna in l. poſtquàm.& in lege. Labeo.ff.de pactis.quę dicit, quòd tunc
62 demum†debitor,penes quem reperitur inſtrumentum cancellatum in quo debitum continebatur præſumitur liberatus à ſuo creditore,quando conſtat de traditione facta, per creditorem debitori alias,ex hoc ſolum,quod debitor habet inſtrumentum cancellatum penes ſe,liberationẽ nõ conſequitur,ideo quia præſumitur inſtrumentum cãcellatum ab ipſomet debitore,contra quem inſtrumẽtum faciebat,non autem per creditorem.Eandem rationẽ præſumptionis allegat glo.in lege prima §.ille autẽ, de lati.libert.tollend.& ibi videtur textus expreſſus (iudicio meo) qui doctrinam Bald.probat, dum dicit,quòd ad hoc, vt ſeruus,penes quem reperiuntur ſeruitutis inſtrumenta cãcellata, præſumatur ſeruitute liberatus, ipſum oportet, quinque teſtibus probare,quod dominus tradidit,& cancellauit.Et hoc ideo,quia cum cancellatio conferat in fauore ſerui,ſemper præſumitur per ipſum facta,niſi aperte probet,quòd dominus in cuius fauorem ante cancellationem inſtrumentum faciebat, cancellauit, & iſtud eſt iuri & rationi conſonum,nec eſt præſumendum, quòd pars actoris hoc deleuiſſet,cum totũ ius ipſius actoris pendeat ab illa parte raſa ſecundum primam figuram, nec alias poſſet obtinere.Et ſi dicatur,quod dicta ratio militaret indiſtinctè,ſi conſtaret,quòd in loco raſo ſecundum primam figuram dicebat martiniega.reſpondetur ad hoc, quòd illud eſt indubitanter tenendum, quòd dicebã martiniega. Primò quia in loco,vbi eſt raſura,remanſit tantum de prima figura,vt legi poſsit qualiter ibi prius fuit ſcriptũ martiniega.& illud dicitur poſſe legi,quod oculis poteſt percipi,l.1.§.1.& ibi glo.& Bald.de ijs,quæ in teſtamentis delentur.Secundo,quia caput impoſitum literæ.g.quæ ſecundum primam figuram continebantur, vt videtur ſ.eſt ſane attramenti nigrioris,& modernioris, vt ipſius inſpectione patet,ex quo probatur,quod fuerit impoſitum, & falſatum, vt probatur in capitulo, inter dilectos. de fide inſtrumẽtorum.ibi.litera quoq; recenter videbatur quod incertum,& raſum,& eſſet infectum, vt antiquius appareret,&c.probatur in l.fina.C.de edict.diui.ibi,prima figura &c.& in capitu. in memoria. decimanona diſtinctio.vbi declaratur,quod tunc dicitur prima figura ſine vituperatione apparere, ex quo poſtquam prima vice ſcriptum eſt nil eſt detractum,additum,vel mutatum, vt aliæ literę nõ ſint diſsimiles.

Et in materia addo,quod ſi probatur,prout eſt probatũ
63 quod pars aduerſa†celauit illud priuilegium,eo ipſo perdit omne ius quod ex priuilegio,vel ſcriptura.quem celauit ſibi competebat.Caſus eſt in terminis in l. ſi legatarius. C. de legat.

Item alio ſecundo capite. Nam cum per prædicta verè vel præſumptiuè conſtat, vel præſumitur aduerſam par-
64 tem deleuiſſe prædictum†priuilegium,cõſequenter eſt neceſſario fatendum,quod ipſe non poſſet ex eo iuuari, imò proceditur contra ipſum delentem,acſi priuilegia indiſtincte,& plene contra ipſum probarent.text.eſt in capitulo olim.de reſcrip.& capitulo.cum olim.de officio deleg. & capitu. ſi quis de clericis duodecima quęſtione ſecunda probatur idem in l.ſi de poſſeſsione,C.de probation. tene Abb.in c.accepimus.de fide inſtrum.& eſt indubitata omnium ſententia.

Item in materia quæſtionis ſupradictę addo ſententia
65 Primò ꝙ de iure quando inſtrumentum apparet†cancellatum,vel vituperatum cum raſura,pręſumitur falſum. calũnioſa enim ſcriptura vim in iudicio obtinere nõ debet ff.de fideiuſ.l.2.in authen.de fideiuſſor.§.ſi vero moriat

c.e

c. ex literis,c.inter dilectos.de fide instr.ca.licet.de crimi. falsi.l.fi.de edicto diui.Adria.c.cum venerabilis.de religio. domi.& isto casu oportet producentem probare veritatē: quod si non fecerit,præsumitur falsarius,& punitur.l.iubemus, C.de probatio latè per Specu.tit.de instru.edi.§. restat,tex.in d.c.cum venerabilis,vbi Papa absoluit reū propter suspicionem instrumenti,hoc etiam tenet Specul. ti. de probatio. §.1.vers.sed pone,vbi notabiliter distinguit. de hoc etiam est tex.3.par.tit.18.l.44.quæ incipit. No deue ser creido.inquãtum,l.ibi dicit, y aun dezimos,que no deue ser creido el priuilegio si fuere raso,ò apuntado en lugar sospechoso,ò si fuere roto,ò rayado,&c.Nec obstat si dicatur,quod falsitas non debet præsumi faciliter,sed difficulter cap.accedens.de accusatio.facit tex.in cap.illud. de præsumptio.cap.ad falsariorum.de crimi.fal.glo.in l.1. C. de fi.instr.Nā hoc fallit in eo,qui produxit instrumentū cācellatū,vt supra dictū est: nā qui vtitur falso instrumento, præsumitur ipsū fecisse fieri.notatur in l.maiorē, C.de fal.

Hæc quando testamentum cãcellatum esse dicitur, vel rasum.Quid autem si falsum diceretur? vt in l.eum qui C. de inof.test.Et quidem falsum quod est,nihil est, vt ibi habetur.Quod variè intelligitur.

Primum in testamentis,vt ibi.& in l.2.§.1.ff. queād. testamenta aperiantur,vbi per doct.& per Ias.in simili in l. hac consultis.§.ex imperfecto.col.fi.C.de testa.

Deinde intelligitur in monetis publica forma excusis, nam falsa moneta,moneta non est,quia caret vera , & publica forma:quia vera forma est,quæ dat esse rei.l.Iulia,§. sed si quis.ff.ad exhibendum.Ita in specie docet gl.in l.omnes,per tex.ibi.C.de hæreti.Platea in l.1.C.de veteris numi.potest.lib. 11.estq; elegans gl.illa secundum Alexand. cons.104.Statutum loquens.col.2.libr. 1. Barba.cons.43. Præclarè.nu.16.lib.1.gl.in c.vera.45.distinct.habeturque in simili per Bart.& nouissi.in l.1.§.si quis ita,ff. de verb. oblig.per gl.singul.& communiter approba.in §.1.insti. eod.per Bar.not.in l.quis pro eo,ff.de fideius.vbi stipulatio quæ peccat in forma non dicitur esse vlla stipulatio. Licet enim aliquid sit,tamen est longe diuersum ab stipulatione transitq; in aliam diuersam speciem conuentionis.

Tertiò intelligitur de iudice.Nam falsus iudex, re vera iudex non est,licet mentita gerat iudicum insignia. ita tenet gl.in c.vera.45.dist.

Quartò intelligitur in tutore.Nam falsus tutor, tutor non est,l.Paulus.ff.de verb.signifi.

Quintò intelligitur etiam in iustitia. Nam falsa iustitia re vera non est iustitia.vt per gl.in d.c.vera.

Sextò intelligitur in modio,qui cum falsus est,nullus est vt probat d.l.Paulus.ff.de verb.signi.

Septimò intelligitur in emptore, qui cum falsus est, & simulatus,nullus est,vt probat.l.vbi aūt.§.cū dicitur ff.de in diē adiect.not. per gl.in d.l.Paulus.Licet aliud sit in emptore malę fidei secundū eand.gl.qui non desinit esse emptor.per Ioan.And.in c.quàm graui,extrà de falsis.qui meminit de falso denario,de quo suprà mentionē habuimus & Gregorius Natan in c.quamuis pactum.de pac.in 6.co. 45.nume.143.per Tiraquel.de vtroque retract. pag. 377. qui eos allegat.

Octauò intelligitur in instrumento falso , quod re uera instr.non est,sed simplex papyrus secundum Bal.in l.si nō sortem,§.1.ff.de cond.indeb.Ideo infertur, quòd licet cōtra instrumentū guarētigium nulla exceptio ex forma statuti posset opponi,tamen exceptio falsitatis non impeditur quin opponatur secundum eum.

66 Vnde deducitur necessaria declaratio †ad l.fin. tit.de las excep.lib.3.ordinamen.vt licet contra instrumentum publicum nulla exceptio per illam legem opponi possit , tamen exceptio falsitatis non impediatur. lex enim illa hāc vim & potestatem instrumen.accommodans , de instrumento falso,& sic re uera nullo non videtur intellexisse.argumento dict.l.Paulus,& d.l.2.§.1.ff. quemadmodum testamen.aper.

Nonò intelligitur in teste falso,qui re vera testis nō est secundum Bal.in c.licet causam.extra.de prob.per text. in d.l.2.§.1.& in d.l.Paulus.

Decimò intelligitur in consanguineo,qui ex forma statuti pōt rem maiorum suorū ab altero cōsanguineo alienatā pro pari cōcurrenteq; pretio extrahere,& vēdicare,seu euincere:nā is si falsum pretiū,puta numos falsos offerat, nihil obtulisse videtur,secundū Tiraq.vbi suprà,arg.l. elegãter, §. qui reprobos, ff. de pign.act.& eorum quæ suprà diximus.

Vndecimò intelligitur secundū eū,& secundū Ale.ī d. cons.104.& Geor.Natan vbi suprà.& Mat.de Affli.in cōsti.Siciliæ.incip.Adulterinā,in 1.q.& Io.And.in add.Spe. ti.de cri.fal.quod ludentes ad par & impar,non possunt falsum numerum computare inter alios numeros.

Duodecimò intelligitur etiam in pœnis.Nā pœna īposita conflanti monetā,non īminet ei,qui falsam conflauit sed ea tm̄ pœna ei īminet, quæ falsam monetā conflanti īposita est secundū Dy.in l.cuiusq;.ff.ad leg.Iul.maiesta.& ibid.sequitur Alb.dicens ita fuisse iudicatū.facit, l.fundi.in prin.ff.de acq.poss.Dec.in l.quod te.col.3.ff.si cer.peta.

Decimotertiò intelligitur etiam in promissionib.& stipulationib.quæ licet regulariter strictè,& contra stipulatorē interpretentur,l.quicquid astringēdæ,ff.de verb.obl. l.stipulatio ista,§.eum qui.eo.tit.tamen qui numos promisit,vel quālibet aliam rē,non liberatur,si numos falsos,vel aliam rem falsam præstiterit,quasi præstitisse videatur nihil.Ita tenet gl.& doc.in l.lecta,in verb.prob.vbi per Bar. Bal.& alios.ff.si cert.pe.

67 Hinc est,quòd instrumentum nihil probat,si falsum †esse dicatur ab eo, contra quē productū fuit.Vnde cū quæritur, onus probandi ad quæ pertineat,vtrū ad producentē an ad eū,cōtra quē ꝓducitur?Et magis est,vt ad producētē ꝑtineat.Ista est cōis op.secundū Nic.Boe.decis.56. nu. 10.Rode.Xua.in l.post rē iud.fol. 154.nu.35.Spe. & Ioā. And.de inst.edi.§.restat ver.&scias, & ver.illud aūt notā. Imo.in l.ad testium,§.condōnem,ff.de test.decis.capellæ Tolosanę.330.& ibi Steph.Aufre.l.115.tit.18.par.3. & l. 118.eod.titu.

68 Per quas leges cōiter aduocati solēt distinguere , vtrū reus,cōtra† quē producitur instrumentū,dicat illud nō esse publicū,vt tunc publicū non presumatur, nisi per producentē probetur tabellionē fuisse illū,cuius signo signatū erat instrumentū,nō sic,(inquiūt) si falsum dicatur,quasi tunc iā quasi publicū agnoscatur,i.à tabellione confectū licet falsum continere asseueretur, quod nō præsumitur, nisi probetur.arg.l.merito.ff.pro socio.Quę differētia nec illis legib.probatur nec vera est.Nā qui falsum dicit,nullū esse firmat,sicq; ēt a tabellione confectū negat. Nā si falsum est ergo publicū non est.nam nō entis nullæ sunt qualitates secundū Philosoph.l.sed & si manēte,ff. de precario l.decē.vbi per oēs,ff.de verb.ob.ergo qui falsum dicit, nullū dicit,vt probaui,sicq; publicū esse negat,vt sic nil differat ab eo, qui instrumentū publicū esse negat. Quod no. Quia cū nō semel ex facto res ageretur,sic aduocatorū argutias quo ad illā diff.eludebā.Hinc est,q͂ licet cōtra instrumenti publicum nulla exceptio regulariter possit opponi l.5.tit.de las excep.lib.3.ord.fallit tamen,vt dictū est,si opponatur exceptio falsitatis.& ita limitatur d.l.5.

Tabellio autem obseruare tenetur,& custodire originalē matricē illius instrumēti, seu protocollū, vt si deinceps aduenerit dubitatio de veritate,aut falsitate scripturæ, exinde fiat comparatio literarū,seu scripturarum , vt in authen.de tabellionibus.§. illud quoq; collatione.4.l.2. ti.8. lib.1.fori.l.9.ti.19.par.3.ibi deuen hauer vn libro por registro.prag.209.col.1.& in tali matrice debent esse subscriptiones partiū, & testiū, prout obseruat consuetudo,& in fine cuiusq; anni a tabellione debent signari,quasi per hoc renouētur,& instaurētur,c. 86.Segouię anni.1532.Quod vltimum vix obseruatur.Quia cum in hoc,l. vltra processerit ibi pœnā addēdo,nō videtur eius trāsgressio inducere nul-

re nullitatem actus, vt plenè resoluimus supra. §.4. ex qui
70 bus ibi dictis in quantum, diximus † factum contra legis formam valere, quando lex dispensat per pœnæ adiectionem, infertur opportuna declaratio ad l. seu conditionem. 37. en el quaderno del encabeçamiēto. vbi habetur, quòd illi ad quos spectat cura earum gabellarum administrandarū (quas vocant alcaualas encabeçadas) non debent in eis gabellis aliquam partem, aut communionem habere cū conductoribus earum sub pœnis in ea lege statutis. Nā si locatio aut conductio earum gabellarum aduersus formā illius legis fieret, contractus mero iure valere non desineret, licet ipsi administratores pænas ab illa lege statutas subire tenerentur. Quia cum illa lex pœnam statueret, nec vltra procederet contractum aduersus illius legis formā initium annullando, videtur dispensasse, vt pœna præstita contractus valeret, & cum tali pœna legem fuisse contentā intelligere debemus ex ratione eorum, quæ iā retulim. Et an eorum, ad quos ea res pertinebat, consensus proficeret, patebit ex superioribus.

71 Deinde & 25. requiritur vt valeat† testamētum, quod non præcesserit aliud testamentum habens clausulam derogatoriam. Nam si tale testamentum præcederet, tūc secundum testamentū nō aliter valere posset, quàm si in eo expressim esset derogata & reuocata clausula derogatoria præcedens. vt tradunt latè Bar. Bal. Ang. Cuma. & Imo. & alij cōiter in l. si quis in princ. testamenti, ff. de leg. 3. per tex. ibi tradunt Bar. Imol. Paul. Cuma. Aret. Alex. Soc. Ias. Ripa Zasius. & alij in l. si mihi & tibi, §. in legatis, ff. de leg. 1. Ias. in l. qui in aliena, §. fin. col. 4. ff. de acqui. hære. idem Ias. in l. sancimus. C. de testamen. Gul. Bened. in ca. Raynutius. de testa. in prima parte. nu. 22. in verbo. testamentum el. 2. Alc. consi. 105. nu. 6. lib. 4 idem Alex. consi. 25. lib. 2. nu. 3. idem Alex. consi. 104. lib. 2. Corn. consi. 174. num. 1. lib. 2. Et illa clausula cassans, & annullans omne aliud testamentum, quæ communiter apponi solet in omnib. testamentis, non inducit reuocationem primi testamenti, si quidem secundum testamentū nullo iure valuit, secundū plerosq; eorū, quos supra retulimus, & est cōmunis opi.

72 Sed illud quod dicitur, quòd clausula† cassans & irritās apposita in secundo testamento inualido nihil operatur, si contemplatione secundi testamenti fuerit apposita, quia credebat ipsum valere, & sic inest sibi conditio, si validū est, vt in l. si iure, ff. de leg. 3. & secundum Paul. de Cast. in l. sancimus, C. de testamen. in fi. verb. qui allegat. d. l. si iure. ad hoc, per quam l. fundantur tenentes hanc opinionem, quæ licet sit vera, est in casu d. l. si iure. Secus tamen est cōcurrente cursu decennij. Quia sicut nuda voluntas testatoris reuocantis primum testamentum probata tribus testibus concurrente cursu decennij sufficit ad reuocandum primum testamentum quantumcunq; solēne, ita ēt qñ in testamento inualido apparet de huiusmodi voluntate per clausulā cassantē, & irritantē oē aliud testamentū. quod pbat. d. l. sancimus, ibi, vel alijs verbis vtendo, contrariā apparuit voluntatē. Et sic non interest, ꝙ nuda voluntate reuocet testamentū corā tribus testibus post lapsum decennij, aut alijs verbis in testamento minus solēni apparet de volūtate testatoris ꝙ voluit reuocare primū. & l. loquitur de alia vltima voluntate imperfecta, quod apparet ex titulo, in quo posita est. argumento, l. Imperatores, ff. de adiect. ī diē. Ita singulariter declarat Phil. Corn. in decis. vir magnę authoritatis, in d. l. sancimus, prope fi. Et ita est de mente Bar. in summa d. l. vbi dicit, ꝙ voluntas testatoris in testamento imperfecto propter cursum decennij tollit primū testamentū perfectū. Ecce quemadmodū sufficit, ꝙ constet de voluntate reuocatoria in testamento secundo minus solenni propter adminiculū cursus decennij, quo non cōcurrente, esset secus secundū Paul. de Cast. in fi. verb. d. l. sancimus. qui allegando, d. l. si iure. ad hoc intelligi debet, secundū legē quā alleg. vt dicit Bar. in l. nō solū. §. liberationis. ff. de liber. leg. Et inquantū Pau. de Ca. ibi dicit. Tene menti hāc legē singularē. non intelligit, quòd d. l. sancimus. sit singularis ad illud, quod ipse allegauit, d. l. si iure. sed quod d. l. sancimus. est singularis & vnica, & menti tenenda ad id quod dicit de cursu decennij, & si Pau. de Ca. nō tetigit, ibi, vtrū cōcurrente cursu decēnij operetur clausula irritans, & cassans in testamēto inualido. Et ex hoc dixit singulariter Soc. in l. si mihi & tibi, ff. de leg. j. in medio fin. col. quod sumenda est vna generalis cōclusio, quòd ex quibuscunq; coniecturis iudici constare posset, quòd testator voluit secundum testamentum præualere, tollitur primo, quia tota ista materia est fundata in præsumpta voluntate testatoris. Ex qua conclusione secundū eū deciditur prima, quòd post lapsum decem annorum si fuerit fa-
73 ctum secundum testamentum, præsumitur testatorē velle illud præualere, ideo primum † tollitur, licet secundum non valet. ad quod Socy. alleg. d. l. sancimus. & ibi not. Idē dicit Ias. in §. sed si quis posteriore. Institu. quibus modis testam. infirm. in addi. ad Christopho. in 4. fallen. qui dicit quod quando testator in secundo testamento inualido declarauit non velle valere aliud testamentum, tunc concurrente lapsu decennij, reuocatur primum testamentum. allegat glo. in. §. pen. Institu. eod. Secundum prędicta magis in indiuiduo, & in proposito nostræ quæstionis consuluit Bal. in consil. 40. 2. volu. consi. vbi dicit, quòd clausula cassans, & irritans omne aliud testamentum apposita in testamento minus solenni. & inualido, operatur reuocationem primi testamenti, si ponatur cursus decennij, & quod valet dicta clausula, licet non valeat secundum testamentū secus si nō est lapsus decēnij. & quod ita intelligatur Bar. in l. si iure. ff. de leg. 3. Et secundum hoc consuluit ēt Ioan. de Anan. consi. 28. licet de Bal. mentionem non facit. vbi dicit, quòd licet ex aliqua causa secundum testamentū nō valeret, puta quia voluntas fuit imperfecta, bene probatur ex eo voluntas defuncti, scilicet quòd propter clausulam irritantem primum testamentū, voluerit illud reuocare concurrente decennio. & d. l. sancimus, ēt habet locū de iure canonico secundū Ias. ibi paulò ante finē. & ad excludendū eum. sufficit, n. quod non habeat voluntatem testatoris, & cum testator reuocasset testamenta antè condita, & voluit haberi pro infectis, sequitur quod nullius sunt efficaciæ. vt voluit glo. singularis in clem. prima. de immunita. ecclesi. Et licet oporteat quod interueniat aliud testamentum perfectum, & habeat rationem in se, quia illud quod est validum non tollatur per inualidum, intelligitur nisi concurrat aliud adminiculum, vt est cursus decennij. Et in ijs terminis, scilicet quando lapsum est decennium, nullus scribentium contradicit. Et sic Paul. & alij, qui loquuntur de clausula irritante apposita in testamento inualido quòd nihil operetur, non dicunt concurrente cursu, decennij. Et idem in indiuiduo tenet Ioann. Faber. vnico verbo, vt sui moris est, in §. penul. institutio, quibus modis testam. infirm. in secunda col. vers. item nec obstat. vbi dicit, quòd quando aliquis perficit suum testamentum, si non est solenne, realiter non reuocatur primum, fallit in casu. l. sancimus. per ista verba determinat expresse. Quia licet testamentum secundum non sit solenne, concurrente cursu decennij, si de eius voluntate apparet velle reuocare primū, reuocatio valet, & tenet, licet, testamentū nō subsistat. Nec est reuocatio sub conditione, si secundū testamentum valuerit, quod operatur adminiculum cursus decennij lapsi a tempore primi testamēti, secundū cōem intellectū, & non quòd labatur istud decennium a tēpore secundi testamenti. secundū doct. & secundum Ias. ibi pe. col. & Moder. repe. c. Rainu. fol. 174. col. 2.

Illud autem dubium est an licet per secundum testam. minus solenne primum testam. quod rite factum fuit non
74 reuocetur, an saltem reuocetur per† expressam, certam, & indubitatam, voluntatem testatoris ab intestato decedere volentis? Mouet quæstionē, quod licet regulariter per secundū testam. minus solenne primū testam. nō tolli indubitatū sit, §. si quis priore & §, posteriore. insti. quib. mod. testa. infirm. illud tñ est quia testator sub hac demum conditione

ditione a primo testamento per secundum testamentum videtur velle recedere, si secundum testam.valeat, secus si non valeat, l.si iure, ff.de leg.3. Vnde si omnino certum sit testatorem voluisse vt primũ testamentũ non valeat, quia fortè eo etiam casu, quo secundum testa.non valeret, inte status decedere voluit, videbatur primum testamentũ nõ valere. Sed contrarium tenetur cõiter vbi suprà. Et de individuo tenet per suprà dict. Philip.Cor.in consi.149.in 2. col.vers. itẽ non videtur 2.vol.cons.vbi dicit, ꝙ per pęnitentiam contentam in secundo testamento non solẽni nõ reuocatur primũ, quia secundum non fuit validũ, nisi concurrat cursus temporis, de quo in l.sancimus. tenet & idẽ singulariter Alex.cons.105.4.volu.cons.2.col. ibi, ad hoc probandum considero. vbi dicit, ꝙ si inter primum testamentum, & secundũ lapsum esse decennium, ꝙ isto casu per secundum testamentum quanquam imperfectũ tollitur ipso iure primum. per tex.singularem.in d.l.sancimus. etiam si in primo testamento non esset apposita clausula derogatoria cuiuscunq; posterioris voluntatis, & etiam si in secundo testamento inualido non esset mentio de clausula derogatoria, & allegat Pet.& Bal.in d.l. sancimus. Ad hoc etiam idẽ moder.Stephanus Beltran.cons.281.1.col. 2.vol.cons.vbi dicit, ꝙ licet cassatio, seu reuocatio facta in secundo testamento non valuerit per id quod not. Bar. in l.si iure, ff.de leg.3. & Ale.& Imo.in l.si ita scriptum, §.regula, ff.de lib.& posth.tamẽ si prætereunt decem anni, bene reuocatur. Ergo si inter primum, & secundum testamentum pręterijt decenniũ, tunc primũ testam.infirmatur per d.l.sancimus. Quòd variè intelligitur. Primum q̃n prius testamentum habuit clausulã derogatoriã. Deinde etiã si clausulam derogatoriã non haberet. Et hoc casu nõ habuit clausulã derogatoriã, infirmatur, non solũ si secundũ testamentũ esset solenne, sed etiam si esset minus solenne. Idemq; & facilius in priore casu.

75 Illud autem veluti monstrum videtur, quare testament. prius per posterius etiam inutile infirmetur, quando † pręterijt decennium, per cuius lapsum obliuio & mutatio voluntatis præsumitur, cum etiam expressa & indubitata voluntas non soleat sufficere, §.ex eo.institu.quib.mod.testa. infir.l. militis codicillis, §.veteranus, ff.de militar. testam. Resp.nouissimè, quò ad consummationem testamenti ut præter volun.testantis etiam factum & longa solẽnitas desideratur, ita & ad testamenti resolutionem præter vol.testatoris factum desideratur, puta cancellatio.vt per totum ff.quæ in testamento delen. Nam & vas, quod manibus & voluntate conflasti, frangere potes, nuda autem voluntate infectum reddere nequiueris. Verum tempus omnia vincit. Nam & oblig. rei interuentu, & mutua contrahentiũ voluntate contracta, licet nuda voluntate tolli non possit l.si acceptilatum. ff.de accepti.tempore tamen tollitur, l. sicut l.omnes, C.de peæscrip.30.sic ergo & testamen. perfectum, quod sola voluntate non tollitur, tempore tamen concurrente voluntate tollitur.

Quod diximus ad validitatẽ testamenti requiri, ne aliud testamen.præcederet habens clausulam derogatoriam, id procedit in testamentis etiam priuilegiatis, non aliter atq; in reliquis testamentis regularibus, argumento, l.si quando in princip.C.de inoffic. testam. & quia ea priuilegia sunt interpretanda quo magis accedant ad ius commune.c.causamq; de rescrip.vbi Panor.& alij. Alex.cons.33.libr. 1.& quia lex generaliter loquens comprehendit casus etiã priuilegiatos, si in re illa, qua de agitur, non habeant specialẽ prouisionem, l.in fraudem, §.fin.ff.de milita.testamen.l.1. & 2.ff.de legib.facit, l.3.tit.4.lib.1.ord.& est cõmunis opi. vt dixer.mus in §.35.nu.5.

Hæc conclusio, vt ad validitatem testamenti etiam priuilegiati oporteat ne aliud testam.p. æcedat, quod habeat clausulam derogatoriam, variè intelligere debemus in 30. testam.informium speciebus vt per totum lib.seq.

Nam in omnibus his casibus, & similibus solẽnitas formalis ex priuilegio remissa est, non autem solennitas substantialis, quæ in voluntate consistit, ne ipsum priuilegiũ in læsionem ipsius priuilegiati conuertatur, contra legem legata inutiliter, ff.de lega.1.l.legata inutiliter, ff.de adim.lega.l.quod fauore.ff.de legib.

Qua ratione idem quoq; admittendũ in eo testamento vel vltima dispositione, quod fit inter commilitones ad bellum pergentes, vt in l.licet.C.de pact. cum & ibi agatur de voluntate, non de forma. Horum enim testamentorum pleraq; licet quo ad formam differant a testamentis regularibus, ideoq; ea informia dixerimus supra, §. 11. ad fi.tñ non sic quo ad vol.testatoris, circa quam oĩa testamen. paria sunt, vt suprà diximus, sicq; cùm hic de voluntate agatur, consequens est, &c.argu.d.l.si iure, ff. de leg. 3. Quæ nota, quia alibi non collecta.

Deniq; cum hoc requisitum requiratur in testamẽto ẽt informi (vt diximus) longe magis intelligendũ est requiri in vtroq; testamento formali, i.tã in testamento in scriptis, q̃ in nuncupatiuo. Quæ nota, quia nullibi inuenio.

76 Deinde & 26. requiritur ꝙ instituatur hæres in bonis proprijs ipsius testatoris. Nam si in rebus tantum † alienis. non etiam testatoris hæres scriptus esset, tunc testamentũ non valeret, non magis, quàm si in tali testamẽto nullus hęres scriptus fuisset. Ita resoluit Parisius consi.26. Ex tenore nu.17.lib.2.dicens ita teneri per scribentes in l.j.ff.de testam. Quinimò secundum eum etiam si in bonis suis hæres institutus esset, non tamen in omnibus testatoris, sed in illis tantum, quę restitutioni subiecta erant, tale testamẽtum non valeret, secundum Parisi.vbi suprà.& tradit Bar. in simili in l.codicil.§.institutio, ff.de leg.2.Bald. in l.j. C. quæ res pignori. Alex.consi.168. Requisitis.col. 2. libr. 2. Cor.consi.160.num.20.lib.2.incip. Circa primũ. per tex. in l.Stichus qui meus erit.& l.serui electione, §. cum fundus.ff. de lega.j.amplia vt hoc requisitum procedat etiã in omnibus testamentorum informium speciebus infra, libro seq.in fi.sicq; erunt plures quàm 30. ampl. prout tot sunt dd.species informium testamentorum.

Quod limita, nisi de rebus alienis quis testaretur de cõsensu domini.vt tradit Guliel.Bened.in c.Rainu.de testamentis, parte prima.in verbo, condidit.el,1.nu.2.per text. in l.sicut, §.venditionis.ff.quibus modis pignus vel hypotheca soluitur.Bal.in c.1.§.præterea.quib. mod. feudum amittatur. Et hoc casu testamentũ non reuocatur per pœnitentiã illius domini consentiẽtis, vt alter de rebus suis testaretur.secundum Bal.in l. senium, C.qui testam.fac.pos. & Guliel.vbi supra.Ias.in l. si quãdo, §.fi.C.de inoffi.test. tangit idem Ias.in l.cum proponas, C.de pactis. De rebus autem communibus sine dubio possunt testari.vt per nouissimos, in l.5.§.fi.per tex.ibi, ff.de leg.j.Dec.in l.id quod nostrum, ff.de reg.iur. Et vt patet, hoc requisitum omniũ testamentorum. saltem formalium, commune est.

77 Deinde & 27.requiritur, quòd testamentum fiat per † ipsum testatorem, & non per alium. Ista est vera & communis opin.vt late resoluunt Decius.cons,494. Quod supra nu.6.Tiraq.in l.connubialibus.glo.5.nume.95. Didacus de Segura in repetitione legis.cohæredi, §.cum filiæ, ff.de vulga.Calcar.consi.107.nu.1.& consi.108.nu.3. Bal. in l. 1. col.pe.C. de sacrosanct.eccles.Ang.consi.201. Viso themate.in prin.Bar.in l.qui in potestate, col.2. de testamen. Ias.in l.senium.nu.5.C.qui testa.face.pos.Guliel.in c. Rainutius.in verbo, condidit.1.de testamen. Bertachi. in tractatu de episc.par.3.lib.4.nu.91. Roderi. Xuarez in quæstione de captatoria voluntate, fol.100.Bernardus in fallẽtia, 195.Gometi.in l.45.Tauri.nu.25. Didacus de Couar. in suo capite.cum tibi de testam.Corn.cons.156.lib. 2 numero quinto, per tex.in l.captatorias.C.de testamento militis l.captatorias, & l.institutio talis, ff. de hæredibus instituen.l.captatorię, ff.de lega.1.Ratio, quia testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia, l.1:ff.de testamen. vnde vbi voluntas non esset nostra, sed aliena, ibi testamentum esse non posset. Et hoc requisitum commune est omniũ testamentorum formalium.

79 Captatoria autem † voluntas illa eſſe videtur, quæ pendet ex alieno arbitrio. vt notatur per gloſſ. & doct. in l. captatorias. C. de teſtamẽto mili. vel ſi captatoria non eſt, vt nouiſsimorum nõnullis placere video, ſaltem vitioſa eſt, vt d. iuribus. Et quæ ſit captatoria voluntas, tradit Alciatus in l. moribus, nu. 5. ff. de vulg. poſt Ale. Sozi. & Ripam ibid. in prin. Iaſ. & Dec. nu. 5. in d. l. captatorias. Didac. de Couar. in c. cum tibi. de teſt. Alcia. in lib. 2. parergon. c. 31. Ruin. cõſil. 20. lib. 2. col 4. Anto. Aug. lib. 4. emendationũ c. 15. Abb. & Barb. in d. c. cũ tibi. Bart. Pau. Alex. & Iaſ. in l. cum donationis. C. de trãſac. Corn. cõſi. 159. libro 4. nu. 1. Bart. conſi. 168. Quidam Decius conſi. 494. Quod ſuprà. Anchar. conſi. 436. In his. Cuma. 130. Magiſ. Bologni. 47. Viſis igitur. Zabar. 124. Puto ſtandum, Fulgo. 90. In queſtione Panor. conſi. 32. Circa duo. part. 2. Bald. conſil. 482. Quia dictus. par. 4. idem. Cor. 259. In hac par. 4. & cõſi. 89. Multa. Abba. conſi. 4. lib. 2. Bar. in l. 1. ff. de lega. 2. Ludoui. Luſitanus in l. vtrum, §. cum quidem. ff. de rebus dub. col. 3. cum ſequen. Zaſius in l. ſenatus. §. lega. primo. Ex quib. patet hanc eſſe communem ſententiam, vt hæredis inſtitutio non poſsit pendere ex alieno arbitrio, vel voluntate libera: legatum autem licet ex libera voluntate alterius pẽdere non poſsit tamen ex alieno arbitrio, quod ad arbitriũ boni viri reducitur, pendere poteſt. vt dict. iuribus. & d. l. ſenatus, §. legatum, de leg. 1. ff. & l. 1. ff. de leg. 2. & l. nonnunquam, ff. de condi. & demonſt. & l. fideicom. §. quanquam, ff. de leg. 3. l. ſi ſic. in prin. ff. de leg. 1. l. fideicõmiſſa, la 2. §. quanquam, ff. de fideicommiſſarijs libertatibus.

80 Illud autem dubium eſt, an fauore † piæ cauſæ ab alieno arbitrio, vel libera voluntate hæredis inſtitutio, vel legatum poſsit pendere? Qua in re communis opinio. eſt, vt poſsit, ſecundũ pleroſq; eorum, quos ſuprà retulimus. Et hanc ſequitur, & dicit cõmunem ſententiam Decius col. pe. in l. captatorias, C. de teſt. mili. poſt Corn. Alex. Iaſ. & alios ibi. Didacus de Couar. in cap. cũ tibi. per tex. ibi. de teſta. & tradunt pleriq; eorum. quos ſupra retulimus. Calderi. conſi. ſi. De conſtitu. Abb. conſi. 26. Videtur. libro. 1. Anania conſi. 28. Viſis. in 2. dubio. in fin. Andræas Siculus conſi. 28. lib. 3. Alex. conſi. 14. Circa finem. libro primo colum. 2. Abb. conſi. 32. Circa duo. lib. 2. col. 2. qui hanc dicit communem ſententiam. idem Abba. conſi. 110. In cauſa. col. pen. lib. 2. Card. conſi. 124. Puto ſtandum. in prin. Bal. conſi. 169. Conſtitutio. col. pe. lib. 1. & conſi. 147. Quia dictus. lib. 2. Bart. conſi. 5. Viſa, & conſi. 6. Viſo teſtamento. prout eos refert & ſequitur Decius vbi ſuprà. Licèt cõtra communem ſentẽtiam teneat Iaſ. & Riminal. & alij quãplures, quos ipſi referunt in d. l. captatorias. vbi contra cõmunem ſententiam tenent etiã Bald. & alij quamplures, & Montaluus in l. 6. titu. de las mandas. libro 3. fori. Neq; hæc opin. ex toto videtur diſplicuiſſe inſigni viro Didaco de Couar. in d. cap. cum tibi, & latius dicemus alibi.

81 Stat ergo, quod regulariter alteri † per alterum nõ licet teſtari. Amplia vt procedat etiam in teſtamento militis. vt in d. l. captatorias, quia licet in ijs, quæ pertinent ad ſolennitatem militibus propter eorum imperitiam ſubuentum ſit. vt in prin. Inſti. de teſtam. milit. & per totum. C. & ff. eod. tit. tamen ſi militis teſtam. peccet ratione voluntatis, tale teſtam. non ſuſtinetur, non magis, quam teſtamentum pagani ſuſtineretur, neq; id vllorum magis inter eſt quam ipſorum militũ. vt in ſimili ait tex. in §. planè. Inſt. de milit. teſta. & in l. diuus, ff. eo. titu. Alteri autem per alterum teſtari non licet, ne fiat contra ipſius defuncti voluntatem. vt patet in d. l. captatorias, C. de teſta. milit. & in l. illæ autem inſtitutiones. & in l. inſtitutio talis. ff. de hære. inſti. & in l. captatoriæ. & l. ſenatus, §. legatum, ff. de leg. 1. & in l. nonnunquam, ff. de condi. & demõ. Nam ꝙ voluntas alterius, mea ſit voluntas, poſsibile nõ eſt, non magis, quã ꝙ anima alterius anima mea eſſe videatur, vt inquit Bal. in d. l. captatorias. quem refert & ſequitur Montaluus vbi ſuprà. Vnde facultas declarandi voluntatem noſtram, non tranſit etiam ad hæredem vniuerſalem. vt in l. ſi ita legatum, §. illi ſi volet, ff. de legatis primo. & in l. inter ſtipulatem, §. ſi Stichum, ff. de verbo. obli. vbi ita. notant Barto. Cumanus, Imola, Paul. Alex. Iaſ. & reliqui communiter. tex. cum gl. in l. idem Pomponius ſcribit ſi frumentum. §.

82 ſi. ff. de rei vend. Sic ergo † limitatur, l. 4. tit. 1. par. 6. facit l. 4. tit. 14. lib. 2. ordi. verſ. E por quanto.

Amplia 2. vt procedat etiã in teſtamento inter liberos, nam tale teſtamentum etiam per alium fieri non poteſt, quia in hoc teſta. diſpenſatur cum ſolennitatis defectu, vt in l. fin. C. de fam. herciſ. nõ autem diſpenſatur cũ defectu volũtatis. vt ibi notatur per tex. in l. ſi quis cũ teſtamentũ, ff. de teſtam. ſed in ſpecie noſtra teſtamẽtum improbatur propter defectum voluntatis, ergo, &c. Præterea prohibitio eſt generalis, & conſequẽter cõprehendit caſus etiã priuilegiatos, qui in hoc caſu non reperiũtur habere expreſſum, & peculiare priuilegium. vt in l. in fraudem, §. fi. ff. de milit. teſt. & videtur eſſe ex mente communis opinio.

83 Tertiò ampl. vt procedat etiam in teſtamẽto † peregrini, quod æquiparatur teſtam. milit. vt diximus ſuprà. Et ita puto limitandum, l. 2. tit. 2. lib. 5. ord.

Quartò amplia. vt procedat etiam in teſtamento facto coram presbytero parochiali, in quo quantum ad voluntatem teſtatoris nihil noui ſtatutum reperitur, licet quo ad ſolennitatem ſic. vt in c. cum eſſes. de teſta. ergo ſtandũ eſt regulæ. vt in l. in fraudem, §. fin. ff. de milit. teſta. Dec. conſi. 5. in ſimili. idem Dec. in l. ex teſtamento, C. vnde libe. Alcia. lib. 4. paradoxorum, c. 10.

Quinto amplia. vt procedat etiam de iure canonico ſecundum opinionem quorundam, quos ſupra retulimus. licèt in contrarium ſit magis communis opin. per text. in d. c. cum tibi. vt iam diximus.

Sextò amplia. vt procedat etiam in teſtamento facto tẽpore peſtis, in quo licèt ſuppleatur defectus ſolẽnitatis. vt diſſerimus alibi. tamen non ſuppletur defectus voluntatis. arg. tex. in d. l. ſi quis cum teſtamentum, ff. de teſt. & cõſequenter ſtandum eſt regulæ. vt in d. l. in fraudem, §. fin.

Septimò amplia. vt eadem ratione procedat etiam in teſtamento facto tempore belli, in quo licet ſuppleatur defectus ſolennitatis, non tamen ſuppletur defectus voluntatis arg. d. l. ſi quis cum teſtamentum, & conſequenter ſtandum eſt regulæ. vt in d. l. in fraudem. §. fi.

Octauò amplia. vt procedat etiã vbi eſſet hominũ, vel teſtium penuria, quo caſu, licèt ſuppleatur defectus ſolennitatis, non tamen reperitur diſpenſatum cum defectu voluntatis, vnde ſtandũ eſt regulæ. arg. tex. in d. l. ſi quis cum teſtamentũ, ff. de teſt. iũcta. d. l. in fraudẽ, §. fi. ff. de mil. teſt.

Nonò amplia. vt procedat etiam in teſtamento facto in carcere tyranni, in quo licet (vt ſæpe diximus) diſpenſetur cum defectu ſolennitatis, non tamen reperitur diſpenſatum cum defectu voluntatis, nec eſt vlla ratio diſpenſandi, ergo ſtandum eſt regulæ, argumen. d. l. ſi quis cum teſtamentum. iuncta, d. l. in fraudem, §. fi.

Decimò amplia. vt procedat etiam in teſtamento facto coram principe, in quo licèt diſpenſetur cum defectu ſolennitatis, arg. tex. in l. omnium, C. de teſtam. tamen non reperitur in noſtro caſu diſpenſatum, vbi intelligitur eſſe defectus voluntatis, arg. tex. in d. l. ſi quis cum teſtam. Facit l. 5. tit. j. par. 6. quæ ſic declaratur. cogita.

84 Vndecimò eadã ratione amplia. vt procedat etiam in † teſtõ facto ab ipſo principe. arg. tex. in d. l. ſi quis cum teſtamentum. licet in tali teſtam. diſpenſetur cum defectu ſolennitatis, vt ſæpe diximus. per tex. in d. l. omnium. Facit, l. 5. tit. j. par. 6. cogita quia non firmo.

Duodecimò ampl. vt procedat etiam in teſtamento facto ab eo, qui habet merum imperiũ in loco vbi teſtatur, in quo teſtamento, licet ſuppleatur defectus ſolennitatis, argumen. dicta lege, omnium. non tamen ſuppletur defectus voluntatis, & ſic non valeret in ſpecie noſtra. argumen. dicta lege, ſi quis cum teſtamentum cogita quia non firmo.

Decimotertiò amplia. vt procedat etiam in teſtamẽto facto

facto apud acta iudicis, in quo licet ſuppleatur defectus ſolennitatis, vt ſæpe diximus, per d.l.omnium, non tamẽ reperitur diſpenſatum in ſpecie noſtra vbi eſſet defectus voluntatis, argum. d.l.ſi quis cùm teſtamentum, iuncta d. l.in fraudem, in §.fin.

Decimoquartò amplia. vt procedat etiam in codicillis, in quibus cũ hoc vitio diſpenſatũ non reperitur, ergo ſtandum eſt regulę, vt in d.l.in fraudẽ, §.fi.ff.de mil.teſtamen.

Decimoquintò eadem ratione amplia. vt procedat etiã in teſtam. quod habet clauſulam codicillarem, in quo ſimiliter cum hoc vitio diſpenſatum non reperitur, ergo, &c. vt d.l.in fraudem, §.fi. Et ita poteſt & debet intelligi l. fina.tit. 12.part.6.

85 Limita. vt non procedat, vbi eſſet lex † noua, quæ contrarium diſponeret. Iſta eſt vera & communis opi. vt late reſoluunt Alex.Soci.Iaſ.Ripa.Alc.& alij nouiſsimi.in l.2. in prin.ff.de vulg.& Tiraq.in legibus cõnubialibus, in gl. 5.nu.97. Probatur in l.31.cum 7.legibus ſeq. Tauri.

86 Contrariam ſententiam, vt ſtatuto non poſsit captatoria voluntas approbari, tenet nouiſsime inſignis Didacus de Couuar.in d.c.cum tibi.poſt Areti.& Iaſ.quos ipſe refert motus, quia captatorię voluntati inſit dolus, & improba alienæ hæreditatis ambitio, l.illæ, ff.de hæredib. inſti.l. ſi maioris.C.de tranſact.l.j.ff.ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, §.manet, Inſti. de ſocietate. Sed errat, nam in hac ſpecie ſoli Deo notum eſt, an tale vitium ineſſet, cum pẽdeat ex voluntate & animo agentium, arg.l. ſi quis intentione ambigua.ff.de iudicijs. Vnde licet per legem poſitiuam in tali ſpecie improbus animus præſumatur, tamẽ nõ eſt cur alia lege poſitiua non poſsit præſumi bona mens, bonus, ſyncerusq; animus. Simile in pacto futuræ ſucceſſionis, quod eadem ratione regulariter vetitum eſt, l.fi.l.pactum quod dotali.C.de pact.l.pactum dotale.C.de collat. non tamẽ dubium eſt, quin tale pactum per l. poſsit permitti, vt in c.j.de filijs natis ex matrimonio ad Morganaticã contracto, tradunt Dec.Iaſ.& alij, in d.l.pactum quod dotali, & nouiſsimi in d.l.fi. Ratio, quia vt iure poſitiuo in tali pacto præſumitur votũ captandæ mortis, ita quoque alio iure poſitiuo põt præſumi bona mens, & bonus animus l.nihil tã naturale, ff.de reg.iur.c.oĩs res, de reg.iu. Et pro nobis & cõmuni ſententia vide Guliel.in c.Rainu.de teſt.par.j.nu.15.fol.160.& Decium con.494.nu.6.

Et eadem ratione limi.2. vt nõ procedat principe permittente, argu.l.j.ff.de conſt.prin.§.ſed & quod prin.Inſt. de iure naturali, ex mente eorundem.

Tertiò limita. ſecundum eoſdem, vt non procedat, quãdo id per conſuetudinem permiſſum eſſet, arg.tex. in l. de quibus, ff.de legibus & eſt communis opin. vt late reſoluit Tiraq.vbi ſuprà, nu.97.

87 Quartò limita. vt etiam per ſtatutum induci poſsit, ꝙ alter per alterum teſtamentum faciat, vt reſoluit ex communi opin. Tiraq.ibid. Vnde valet ſtatutum, quòd † mulier non poſsit teſtari ſine conſenſu viri, vel vt non poſsit teſtari citra interuentum duorum conſanguineorum, vt ex communi opi. reſoluit Tiraq.ibid.nu.97.cum plu.ſeq. Quia poteſtas teſtandi, lege poſitiua data fuit, & conſequẽter alia lege poſitiua poſſet ex toto tolli, & longe facilius moderari, vt ex communi opi. reſoluimus ſupra, §. 1. in princ.poſt præl.& §.2.in princ.

An autem qui ab alio habuit mandatum ad teſtamentũ faciendum iuxta leges noſtras regias, quod iure noſtro indubitanter admiſſum & introductũ fuit, vt in d.l.31. Tauri & in l.32.ſimiliter edita in conuentu & comitijs Tauri nis, poſsit prætermittere formam, & facultatem ab ipſomet, cuius de hæreditate agebatur, deſignatã, & præterire id; quod ſibi mandatum fuit plenius forte voluntatem teſtatoris implendo, & ſequendo, vehementer ſæpe ex facto agitatũ fuit, quod pendet ab ijs, quæ ibi traduntur per Palatiũ Rubeũ, & Antoniũ Gometiũ, & Gometiũ arietẽ & alios. Et iuxta hæc accipe quæſtionẽ ex facto agitatam in eo, qui teſtam. ab alio de mandato ſuo factum reuocare volebat, ille autem contradicebat. Qua in re ſciendum eſt.

Primo, quòd quando aliquis concedit alicui facultatẽ
88 actum faciẽdi, illa poteſtas † non tollitur ab illo principali dante poteſtatem, ſed eadem & maior poteſtas remanet apud illum. Probat tex.vbi notatur in l.3.ff.pro ſocio, quę loquitur in creditore cedente, vel mãdante actiones & iura ſua, nam per mandatum in mandatarium tranſeũt vtiles, & exercitiũ directarum, directę vero, & principales, ſemper remanent apud dominum principalem, probatur in l.per diuerſas.C.mandati, & in l.1.C.de actionibus & oblig. Et ſunt alia iura vulgata, neq; poſſunt ab eo ſeparari, ſicut anima non poteſt ſeparari a corpore dum viuit homo, vt notat gl. in l. quis ergo, ff.de peculio. neq; fides ab homine, vt dicit glo.in d. l.3.ff.pro ſocio.

Secundò probatur per tex.in terminis, quem notant Dominicus & doctores in c.dudum, de præben.lib.6. vbi Papa dedit epiſcopo poteſtatem conferendi beneficia, & dicit ibi tex.ꝙ eadẽ, & maior poteſtas remanet apud Papã, & eſt tex.ibi, dum dixit, Nos igitur attendẽtes, ꝙ & ſi memorato epiſcopo prædictam conceſſerimus poteſtatem, apud nos tamen remanſit maior, licet eadem poteſtas etiã in prædictis. Et ibi Ioan.And.& Archid. ponunt exemplum in fonte, & riuo procedente a fonte, nam maior eſt fons, quam riuus a fonte procedens.

Licet enim vulgo dici ſoleat, procuratorem poſt litẽ cõteſtatã effici dominum litis, vt ſic aliqua ex parte poteſtas libertas, iusq; eius, qui eum procuratorem fecit, minutum
89 eſſe videatur, tamen illud procedit in† iudicialibus, in reliquis autem poteſtas, libertasq; mandantis non coarctatur vt probat tex.in allegato c. dudum, vbi Papa dedit epiſcopo poteſtatem conferendi beneficia in certa prouincia, & poſt datam poteſtatem, Papa contulit vnum beneficium in eadẽ prouincia vni, & epiſcopus authoritate, & poteſtate Papæ cõtulit illud beneficiũ alteri dicit ibi tex. ꝙ valet collatio, ſeu prouiſio Papæ, & præfertur collationi Epiſcopi, probat tex.ibi dum dixit, Nos igitur attendentes, ꝙ & ſi memorato Epiſcopo prædictam conceſſerimus poteſtatem, apud nos tamen remãſit maior, licet eadem poteſtas etiam in prædictis, propter quod noſtra, qui eandẽ præoccupauimus poteſtatem, potior eſſe debet conditio.

Præterea ad idem accedat tex.in c.ſi a ſede, de præb.lĩ. 6. vbi dicitur, ꝙ Papa, & ordinarius contulerunt vnũ, & idẽ beneficiũ diuerſis perſonis, Papa vni, ordinarius alteri dicit ibi tex. ꝙ in tali collatione, ſeu prouiſione præfertur ille, cui prius eſt facta prouiſio, & prioritate ceſſante, quia vtraq; prouiſio facta eſt eadẽ die, præfertur ille, qui habet poſſeſsionẽ, & poſſeſsione deficiente, præfertur ille cui a Papa eſt facta prouiſio, propter conferentis ampliorem prærogatiuam.

Quinimò non ſolũ eadẽ, & maior poteſtas remanet pęnes mandantẽ, ſed etiã facultas reuocandi illum mandatarium, ſeu mandatũ, ſaltẽ re integra, §.recte quoq; Inſt.mãdati. Sed & ſi reuocatũ non fuerit tale mandatũ, adhuc ipſe mandans non videtur ab ſe abdicaſſe poteſtatem faciendi illummet actum, quem illi commiſit, vt diximus.

90 Et idem eſt in prouiſione facta per †Papam, & eius legatum de eodẽ beneficio diuerſis perſonis eadem die, per prædictã rationẽ, nã valet prouiſio Papæ, per glo.in d. c.ſi a ſede. Et idẽ eſt in collatione epiſcopi, & eius vicarij facta de eodem beneficio eadem die diuerſis perſonis, quia præfertur, & valet prouiſio Epiſcopi ſecundũ Calderinum in conſi. 7.in titu.de præb.quem referunt, & ſequitur Dominicus, & doctores, in d.c.ſi a ſede, quia habet conferentis ampliorem prærogatiuam, per tex.ibi.

Illud autem non eſt prætermittendũ, ꝙ ille, qui dedit alteri mandatum vt pro ſe teſtaretur, non ſolum poteſt ipſemet mandans, cuius de hæreditate agebatur, teſtari, & ſi ab vtroq; teſtamentum factum fuiſſet, pręferretur teſtamentũ factũ ab ipſo mandante, cuius de hęreditate agebatur, arg.eorum, quæ iã diximus. Sed etiam mandatum,

ita

ita datum posset reuocare, nō modò expressim, quod indubitatum est, sed etiam tacite, putà per mutationē status ipsius mandatarij. Quæ res in terminis non tangitur per doct. quia in terminis iuris communis per alterum testari non licebat, sed in contractib. tangitur per Ias. post alios in l. eum qui §. qui sibi, ff. de verb. oblig.

Ergo quo ad Ias. in l. eum qui, §. qui sibi, nu. 14. de ver.
Alias quinq; diff.inter legata & fideic.quæ iure ff. ēt tēpore huius legis,1.& poſt legem illam vigebant,enumerat gl.in l.Iulia.ff.de man.teſta.quæ cōiter app. ſecundum Ripā ibid.in d.l.1.nu.24.Sed licet illæ differentiæ de quibus, per d.gl.tempore tā huius l.1.q̃ ēt poſt Iuſtin. ſecundum cōem vigeant,tamen ſuperiores ſeptem differentiæ, poſt Iuſtin.ſine dubio ceſſant ſecundum cōes,ſed ante Iuſtin. poſt hanc l.1.magis dubium tñ ſecundum cōem ceſſabāt, & euanuerunt per hanc l.1.nos contra, vt omnes ille decem diff.vel vndecim, de quibus mentionem habuimus, vigerent iure ff.etiam poſt hanc.l.1. Et ad hanc l. reſp. ꝙ hæc l.fuit intruſa per compilatores iuris vt in ſimili dicunt gl.& Bar.in l.ſi non mortis,ff.de inoffi.teſtam. quod firmat Vigl.in §.legatarijs.Inſt.de leg.Couar.de teſta. §.10. nu.3.in c.Rainutius, poſt Fran.Duarenum in l. iuris gentium,§.& ideo,ff.de pact.qui & Vigl.dicunt ita inueniſſe ſe in quodam codice vetuſtiſsi.Vel ſecundò reſp. ꝙ hæc l. 1.dicens per oĩa,&c. eſt intelligenda quo ad effectus & efficaciam. (vt eæd.actiones pro legato competant, quę cōpetunt pro fideicommiſſ.& in ijſd.caſibus.) vt dixi. Vel ꝙ leges nonnullæ, ff.poſteriores ſunt quibuſdam legibus, C.ſecundum nouiſsi.

Iure. C. etiam poſt Iuſtinianum ſunt 5.differ.inter legata & fideic.quas enumerat gl.in l.Iulian.ff.de man.teſt.quę app.cōiter ſecundū Ripam vbi ſuprà,nu.24.per Bar.ibid. col.2.in fi. Iaſ.nu.58. Pau.nu.10.& Cor.in l.2.col.2. in pr. C.com.de leg.

121 Et vt illa verba,iubeo hæredem†domū Titio dare,legatum inducunt l.2.verb.iubeo.commu.de leg.l. ſi dānatus, ff.de lib.leg.ita & illa verba,iubeo hæredem libertatē Sticho dare,inducunt legatū libertatis,non fideicom. ſecundum Corn.in d.l.2.col,2.in prin.C.com.de leg.

Contra omnes defende cōem,vt ea libertas ſit fideicōmiſſa,non directò legata. Et ratio differentiæ inter primū & ſecundum caſum,quia primo caſu verb. dare refertur ad translationem, vel traditionem magis poſſeſsionis, q̃ dominij,arg.l.nō dubium,C de leg.aliud in libertate, arg. l.vn.§.libertatibus,de cad.toll.Cum ergo de manu hæredis non poſsit poſſeſsionem libertatis accipere, ſed tantū proprietatem,refertur ad eam,cum hodie poſt l.1.& 2.C. com. de leg.& §.noſtra,& §.ſed olim.Inſ.de leg.legatū relictum per modum damnationis transeat in legatarij dominium non minus,quàm ſi per vendicationem daretur, ſequitur ita fore regulariter,niſi in libertatē legata,vbi verba fruſtrarentur,ſi ipſo iure competeret.

Eſt ergo ſenſus eorum,qui tenent communem opinionem contra Corneum conſtituere differentiam,vtrū verba teſtatoris,qui libertatem ſeruo ſuo dare volebat,referātur,ad ipſum ſeruū,an verò referantur ad ipſum hæredē, vt ſi ad ſeruum referantur,tunc libertas directo data & intelligatur & dari poſsit,non ſic qñ ad hæredē verba referuntur,quia ſi ipſo iure libertas competeret, tunc eam libertatem ipſe hæres dare non poſſet,per quod verba teſtatoris eiuderentur,& otioſa viderentur.

Et quod dicitur regulariter neminē poſſe rē ſuā códicere,ſed tm̄ vendicare a fure,aut ēt poſſe condicere,§.ſic itaq;.Inſt.de actio.l.ſi.vſufruct.quemad.ca.ff.id plures habet vtilitates.Prima,quia re iu.longo tēpore præſcribitur,i.dominiū ēt rei immobilis,perſonalis aūt durat annos 30.Secundò quia re ſine culpa poſſeſſoris perempta, vendicatio excluderetur,at perſonalis ſupereſt.Niſi dicas, ꝙ debitor, ſpeciei eius interitu liberatur.Sed adhuc vtile eſt ſi ille forte fuiſſet in mora tradendi.Tertio ſi poſſeſſor rem illā bona fide alienaſſet, has vtilitates habet legatarius, cui præter vendicationē datur perſonalis,quæ ēt vt tradatur poſſeſsio competere poteſt,vt & perſonalis exemptio competit vt tradatur poſſeſsio l.exempto,ff.de act.empt.dixi ſuper lect.l.cum alienā,in prin.C.de leg.ita,&c.Adde, ꝙ ſi ſeruus legatus,cuius dominium ab adita tranſit in legatarium,longe abſit,tunc per ſolā rei u. legatarius nō poſſet cōpellere hæredē vt eū requireret.ſed ipſe ſuis ſumptibus id facere deberet (quid .n.ſi nec eius poſſ.hæres nactus eſſet)at per perſonalē conſequitur,vt hæres illū tradat,vnde gratia traditionis eum ſuis ſumptibus debet requirere l.cū ſeruus,cū pr.l.ſeq.de leg.j.facit,l.cū res,eod.Ad l.huiuſmodi,§.ſi.de leg.1.& l.cum filies,§.varijs,de leg.2.reſpon. ꝙ loquuntur quo ad hoc,vt ſcindatur legatum.Non.n.poſſum proponere act.perſonalem,& in rem, vt per actionē in rem conſequar rei partem per perſonalem,alterius partis æſtimationem.Sic & in l.neminem, cum ſeq.de lega.2. Sic in l.1.& 2.ff.de acq.hær.

122 Infero verā non eſſe opi.glo.app.in gl.mag.in fi.§. noſtra.Inſt.de leg.dum tenet,quod cum†actione in rem non poteſt concurrere perſonalis,& pro nobis l.ſeruo legato, §.ſi.de lega.1.ibi,agi ex teſtamento poſſe, non enim dicit rei vendicatione,& ibi,ſe rem perſecuturū,vt innuat ſuis ſumptibus,non legatarij.Adde aliam vtilitatem in l. huiuſmodi,§.ædes,ff.de leg.1.& alias duas vtilitates in ead.l.§. qui ſeruum,iuncta l.ſi a ſubſtituto,§.1.eodem. Adde l.ſi ab hær.ff.ſi vſusfructus pet.l.ſi vſusfructus mihi in bienium ff.de vſufruct.leg.(Ripa,nu.60.in l.1.de leg.1.) vbi extincto culpa hæredis legato ſupereſt actio ex teſtamento ad intereſſe.Adde l.ſi res obligata,cū cóc.de le.1.l.Mæuius,§.pen.de leg.2.l.3.C.de leg.l.prædia.C.de fideic.l.licet,ff.de dote præleg.§.ſed & ſi rem,& §.ſi rē.inſti.de leg. l.ſi imaginem,ff.de auro & argento leg.Adde Bar.in l.naturaliter,§.nil.commune,col.ſexta,in princip.de acquirē. poſſeſsione.ff.

123 Quæ actiones pro†fideicom.cōpeterent,tradunt Bart. & alij in l.1.ff.de leg.1.Ergo quæro an iure,ff.poſt Octaui.actiones competerent pro fideicommiſſo,non ſecus,q̃ pro legato? Bar.ibid. colum.ſecunda quòd ſic, quod dicit communiter teneri ibidem,numero viceſimo ſequitur Iaſon.numero quadrageſimoquinto pòſt Angelus, Paulus, & Alexander quos allegat.& eſt communis ſecundum Alciat.in l.pecuniæ verbum,in glo.actiones,in fine de verborum ſignification.per l.ſi res,ibi,actionem, de legatis tertio l.quarta eodem,ibi,vtilibus actionibus l.ſi alienus, ſeruus, de legatis,ſecundo,ibi.vtilis actio.l.ſi cui,§.finali, de lega.1.ibi fideicommiſsi petitio.l.ſi hæres ab eo.ff.ad Trebellia.ibi,legatarij vice l.quæ ſub conditione,§.in fideicōmiſsis,ff.de conditio.inſtit.ibi,legatorum vice l.Lucius,§. quiſquis ſecunda,de legat.2.ff.ibi nullam quaſi ex debito actionem,ſed ex fideicommiſſo,l.ſi perluſorio,§.finali.ff. de appel.ibi, actiones l. ex imperfecto,de legat.tertio,ibi vendicare.

Teneo

Teneo contra communem, contra quàm tenent quam plures, quos citat Ripa vbi supra, & Iaso. vbi supra. Primò per d.§.persecutiones.in d.l.pecuniæ.vbi expressum. Secundò per l.2.§.deinde Cornelius, ff.de orig.iur.vbi Imperator Claudius creauit Prætorem, cuius solius nobili officio fideic.peterentur, & exequerentur. At si iure actionis possent peti, certè apud quemlibet ordinarium iudicē id ageretur. Tertiò per fi.in prin.Insti.de fideicom.hęre.vbi idem dicitur.vnde colligitur illū morem vsq; ad Iustinianum durasse. Ad allegata pro communi resp. ꝙ actionis verbo, etiam persecutio, idest iudicis officium continetur. l.actionis verb.cum gl.ff.de verb. sig.vnde non obsunt.ll. dicentes actionem dari. Ad l.si cui, ibi.fideicommissi petitio.resp.secundū Alcia.in d.l.pecuniæ, & in lib.2.parad.c. 10.ꝙ hæc verba peti, agi, vendicare, sumuntur pro offic. iudi.Sed nouis.pro cōmuni allego fortis.text.in l.j.in prin. ibi, personalem actionem, C.commu.deleg.

Tenendo contra communem, inde infertur sine dubio verum esse, quòd dominium fidei.non transibat ab adita. de quo dubitat Ripa in d.l.j.nu.21.est tex.expressus in l.testatrix, ff.si ser.vend.

Secundo infertur, ꝙ d.l.1.fuit addita à compilatoribus noui iuris.(quod in simili dixit glo. Bar.& alij in l.fin.non mortis, ff.de inof.testa,) Nam tempore huius legis.1.si essent exequata legata fideicommissis, sequeretur, quod pro fideic.competeret actio non secus, quàm pro legato. Sed certè non sequeretur secundum Alcia.in d.l. pecuniæ.vbi suprà.Probatur vltra eum, quia per hanc.l.j.non augentur fidei.secundum Bar.ibid. & est communis secundum Ias. ibi.nu.36.& Ripam, nu.18.

Tertiò infertur, ꝙ intell. Petri cōmuniter app.vt dixit Bart.ibid.non est verus.nam circuitus in omnibus legatis est vtilis.Quia cum dominiū fidei.non transeat ipso iure, tunc hæres etiam post aditam facit fructus suos ante moram, sicq; semper interesset eius, sicq; nunquam æquipararentur legata fideicom.vi.Ias.ibi.nu.12.Ripam.nu.21.

Stat ergo ex superioribus, an olim fideicommissa iure actionis peterentur, & an eorum dominium à morte testatoris in fideicommissarium transiret, non secus, quàm in legatis.

124 Deniq; iuxta istam partem quæro, an legata † posśint codicillis relinqui? Resp. Ante hanc d.l.j.non poterant secundū gl.ibid.quę appro.vt ad eā notaui.sed post hanc l.j. possunt.vt ibid.& l.codicillis.in prin.de lega.2.l.quidā referunt.in prin.ff.de iur.codicil.secundū hanc d.gl.communiter appro.& Ias.ibid.nu.52.ergo post, l.j.& 2.C.comm. deleg.sine dubio possunt secundum omnes. Tu dic, ꝙ primum est indubitatum.Secundum non est verū.arg.§.præterea. Insti.de fideicom.hære.& l.illud, §.tractari.de iure codicil.ff.& l.legatum est.in princ.de leg.j.& l.legatum est de leg.2.l.libertas.ff.de man.testam.Ad.l.codicillis.& l.quidam referunt.resp.ꝙ loquuntur, quando codicilli erant testamento confirmati. argu.d.l. libertates. facit pro nobis, §.non tantum, Insti.de codicil.l.j.C.eod.Ad hanc l.j.resp. ꝙ fuit addita à compositoribus noui iuris. Vel ꝙ loquitur quo ad efficaciam, vt pro legatis posśit officiū iudicis implorari, non secus, quàm pro fideicom. Vel vt omnis legatarius posśit actionem personalem contra heredem secundum communem, vel persecutionem intentare, nō secus quàm fideicommissarius. Constat enim ꝙ fideicommissarius semper poteram, non ita legatarius, sed demum cum per damnationem grauabatur. Nam si per vendicationē, vel præceptionem, vel sinendi modū, tunc non act.personalem contra hæredem legatarius habebat, sed tantū vendicationem contra possessorē, vel exceptionem, vel iudicium fam her.vt per Theophilū in §.2.Inst.de leg.gl.in l. 1.C.commu.deleg.Et ad d.l.1.ibi.plerunq; resp.ꝙ loquitur, quando personalis intentatur contra hæredes pro possessione rei consequenda, in quibus casibus non consequebatur dominiū legati, quia res aliena, vel generica, vt dixi in simi.super lect.l.cum alienam, in prin.C.de legibus.

Infero intel.ad l.1.C.commu.deleg.& §.nostra. Instit. de leg. dum ait concurrere rei vendicationem cū actione personali ex testam.quod videbatur imposśibile, quia rei vendicatio pręsupponit dominium apud actorē, & personalis cōpetit, vt ipse dominus fiat ergo, &c.quia duę causę lucratiuę, &c.vt l.Meuius, §.si duobus.de lega.2.& §.si res aliena.Insti.de leg.& quia quod meum est.&c.§.sic itaq;. Insti.de actio.Sed vltra Corn.in d.leg.j.resp.nouis.quòd si possesśio rei testatoris legatæ sit apud tertiū, tunc rei vendicatio competit legatario contra illū tertiū, sed personalis, & hypothecaria contra ipsum hæredem, vt eā sumptibus suis persequatur, & legatario tradat, sicut & olim cum per damnationē legabatur. Quid enim si res erat à testatore pignorata? Tunc certè ab herede luenda esset, l.si res obligata.vbi Ias.de lega.1.qui per act.personalē ex testamento ad hoc conuenietur. Quid itē si res aliena legetur? Tunc personalis competit, vt redimat, & etiam vt poss.tradat, si fortè posśidebat.vt dixi super lect.d.l.cum alienam.

Ergo post hanc l.prima, pro omni legatorū genere datur saltem actio personalis, quod olim non erat sicq; id in uentum accommodat, & condonat Iustinianus anterioribus Imperatoribus, non sibi arrogat, in §.sed olim.Inst.de leg.Hoc innuit.d.l.1.commu.deleg.ibi, actionem personalem plerunq;.hoc est, post hanc.l.1.vbi Vlpianus refert ius constitutum dictorum Imperatorum, Sicque intelligo illam l.1.ff.de leg.1.

Ergo si teneas, ꝙ hæc, l.1.non fuit intrusa per compilatores, debes dicere, ꝙ per eam non tolluntur differentiæ, quæ erant inter legata, & fideicom.in rei creatione, non quoq; differentiæ, quæ sunt in sui resolutione, sed tantum eas, quæ erant in effectu, & efficacia. Nec me mouent hæc verba, per omnia. Nam respon.ꝙ l.nemo potest.de lega.j. l.in toto iure, ff.de reg.iur.& omnes regulæ quæ incipiūt. Nemo.&c. & capi.omnis res.de regul.iur. extra.recipiunt plures limi.secundum Cor.in d.l.1.comm.deleg.C.& tamen loquuntur vniuersaliter.

Hinc apparet nil obesse quod ait Ripa ibidem, nume. decimonono.in fin. Nam l.Pap.§.fina.cum l.sequent.ff.de inofficio.testamento.non loquitur quo ad efficaciam, vel effectum, sed magis quo ad resolutionem, in terminisq; illius, l.si testamentum rescissum non fuisset, valerent libertates tam legatæ, quàm fideicommissæ, & eodem iure, iisdemq; actionibus exequerentur. Sed tamen difficilius fideicommissæ, quàm legatæ resoluuntur, ꝙ legatæ cum non posśint ab initio nisi in testamento relinqui, testamento rescisso, ex toto infirmentur. Sed fideicommissæ, quæ etiam ab intestato possent relinqui, etiam rescisso testam. fauore libertatis conseruentur, licet alias sit totum econtra in l.1.cum, l.fi.C.qui man.non poss.

Denique veritas huius quæstionis illinc pendet, ꝙ in §. pręterea.Insti.de fideicom.hære.& in pr.Inst.de sing.reb. per fideic.relic.planè dicitur, legatū codicilli relinqui non posse, & loquitur per verbum præsentis tpis. Si tamen velis defendere communem opin.ad illa iura potes asśignare nouisśimum, & inauditum intellectum. Nam Iustinianus gratia facilioris doctrinæ in §.sed olim.cum seq.Inst.de legat.pollicitus fuit se separatim acturum de lega. deinde de fideicom.licet iam exequata fuissent: sicq; cū de fideicom. ageret, simpliciter ait legata nisi ab hærede & in testam.relinqui nō posse, licet aliud esset in fideic.quod intelligo potest aliud esse in fideic.inspecto iure vetere, quod simpliciter, & separatim à legatis se expositurum, vti primordialis eorum natura erat, pollicitus fuerat Iustinianus, diuersa traditurus si promiscue tam de legatis, quàm de fideicomm. ageret, prout hodie eorum natura exæquata est.

125 Deniq; dum attigimus de fructibus rerū † legatarū, & sic de effectu legati, & quo ad l.fi.C.de vsuf.leg.l.i minorū C.in quib.cau.in integ.rest.nō est nec, l.si tibi homo, §.cū seruus.l.quęsitum.§.si.de leg.j.Ad Bar.Alex.& Ias.in d.§. cum seruus.dic nouisśimè, vt fructus naturales non quæruntur etiā bonæf.possessori.gl. & oēs in §.si quis nō domino,

mino.per text.ibi, pro cultura,& cura.Inſti.de rer.diuiſ.ita quæ ſeruus legatus abſq; vlla cultura, & cura hæredis quæſiuit (donationis cauſa, ſtipulando, vel ex cauſa legati, vel alia quacunq; cauſa lucratiua accipiendo per traditionem, vel promiſsioñe)non here di bonã fid.habenti,ſed legatario,cuius poſt aditam dñium eſt:quæruntur.d.§.cum ſeruus.& d.§.fi. At fructus induſtriales licet ratione dñij mero iure poſt aditam ad legatarios pertineant tamen eos hæres bo.fi.ſuos facit pro cultura,& cura. Ita intelligo d.l.fin. idem in vſuris,quas niſi poſt moram non debet.d.l.in minorum.vnde poſt morã, vel culpam tenetur de fructibus etiã quos percipere potuit.l.apud Iulia,§.1.de lega.1.Iuncta gl.l.ſi ſeruus legatus.in prin.de leg.j.Dic ergo,quòd de percipiendis tenetur à tempore moræ ſecundum cõem, vt per Corn.in d.l.fin.col.j.probatur in d.l.apud Iuli.§.j.de perceptis legatario dandis tenetur hæres ab adita ſecundũ eund. ibid. Nos vt licet mero iure ad legatariũ perineant, tamen eos recipere ſuperiorẽ diſtinctionem.Sed percepti ante aditam,pertinent ad hęredẽ ipſo iure ſecũdum oẽs,l. quod ſeruus,leg.de leg.2.nec ſunt reſtituendi legatario,ſecundum cõem.vt per Cor.vbi ſuprà.& Iaſ.& Alex.in d.§. cum ſeruus. Vi.l.Herennius,leg.equis,ff.de vſufr.Fac ergo cõcluſiones ſequẽtes,vel quatuor caſus.Primus ante mortem teſtatoris, ſecundus poſt mortẽ,tertius poſt aditam, quartus poſt morã hæredis.Primo caſu fructus,& aliæ acceſsiones non pertinent ad legatarium, l.quæſitũ, §.pe.de leg.1.Lim.cũ nomen debitoris fuit legatũ, nam tunc vſuræ etiã viuo teſtatore ex curſæ cedunt lucro legatarij.l. nomen debitoris, ff.de leg.3.Alex.in d.§.cũ ſeruus, ad fi.vbi Iaſ.col.pe.ad fi.poſt Pau.ibi.qui oẽs illum tex.dicunt ſing.
126 Vnde inferunt,ꝙ ſi legaui † pecunias,quas habebam ſuper impreſsis Venetijs,debentur etiã vſuræ,quæ cucurrerunt etiam viuo teſtatore.teneo contra Paul.Alex.& Iaſo. quia tũc ea pecunia habetur loco ſpeciei.l. ſed & ſi certos, l.talis ſcriptura,§.item ſi legetur.de leg.j.l.cum res.eo.tit.l. ſi certos,ff.de verb.obli.at cum legatur ſpecies,eſt expeditum,vt d.l.quęſitum,§.pe.ergo,&c.Secundò,quia vt equitio legato fœtus poſtea nati accedunt, l.equis, ff.de vſu.ita & in terminis d.l.nomen debitoris, qui nomen debitoris legat, vel contra debitorem iubet hæredem actioné legatario cedere (quod habetur perinde acſi nomen debitoris legaretur.vt ibid.)videtur quid genericum legare. & probatur optimè noſtra diſtinctio in l.nil, §.fi.de leg.j.ibi,à legatario perceptos.vbi ſatis innuit,ꝙ ſi eſſent percepti ab hærede,non à legatario,tunc eos lucrifaceret, ſecus ſi ab ipſo legatario percepti forent.facit pro me.l.cum pater,§.filia. l.Lucius.in princ.de leg.2.l. Lucius.cum gl.commodis.eo. titu.vt tali legato accedant incrementa, non quaſi acceſsiones ſeparatæ,ſed quaſi latenter idem legatum creuerit. Ergo ille text.non procederet, niſi poſtquam dixit teſtator, Lego. 10.quæ mihi Titius debet adijcere & iubeo hæredem actionem cedere.

Infero,quòd ſi teſtator dixit,Lego quod ſolutis debitis
127 meis † reſtabat, vel reſtaret, vel reſtiterit ex pecunia quã habeo apud campſorem. ꝙ tunc licet pecunia, quæ apud campſorem erat locata creuerit ſuprà modũ,adhuc debebitur omne id,quod ſolutis debitis mortis tẽpore reperiatur.licet contrà velint Paul.& Alex.per Iaſ.relati vbi ſupra facientes diff.dixerit,quod reſtabat, an quod reſtiterit vel reſtaret.quod non curo, cum illa verba ad mortis tempus ex neceſsitate referenda ſint,cum ante mortem improbus eſſet legatarius, qui curaret liquidationem fieri. facit.l.qui Romæ,§.Augerius.de verb.obl.ff.

Secundo limi.niſi teſtator rem cum ſuis commodis legaſſet,gl.commodis,in leg. Lucius.1.de leg.2.per tex.ibi. Bar.Alex.& Iaſ.vbi ſuprà.

Secundus caſus.Quando poſt mortem ante aditam fructus pertinent ad hæredem, l.quod ſeruus, ff.de lega.2.d.l. æquis.d.l.Herennius,l.ſi tibi homo, §.cum ſeruus,de leg. 1.hæres tamen legatario tenetur eos reſtituere, glo.in d.l. quod ſeruus.Bart.in l.ſeruo legato.in pr.eo.Bart.in d.§.cũ ſeruus, vbi etiã Bal.& Pau.in d.l.ſeruo legato, Ange.ibi.& in d.§.cum ſeruus,Bar.in l.fideicommiſſaria,ff.ad Trebel. Mouentur,quia licet in rei vendicatione illi fructus nõ veniant,veniunt tamen actione ex teſtamento. In contrariũ eſt vera & communis opi.ſecũdum Alex.& Iaſ.in d.§.cũ ſeruus, & Corn.in l.fi.C.de vſur. & fruct.leg.col.2.ad fin. per ll.ſuprà alleg. Tu etiam adde, ꝙ actio ex teſtamento non oritur niſi demum poſt aditam, §.hæres.Inſti.de ob. ex quaſi contra cum conc.ergo impoſsibile eſt,ꝙ actione ex teſtamento petantur fructus nati ante illam act.ortam vnde reſoluitur fundamen.contradicentium.

Tertius caſus.Quãdo poſt aditam ante moram fructus & aliæ acceſsiones regulariter pertinent ad legatarium iure dominij.l. Herennius.j.de vſur.d.§.cum ſeruus,l.nil §. fi.de leg.j.niſi ratione bonæ fidei eos lucretur hęres.Ita intelligo,l.fi.C.de vſur.leg.l.in minorum.ſupra alle.l.j. C.de vſufru.leg.l.quæſitum.ff.de acq.rer.domi.gl.in l.fi.in gl.fi. C.de vſu. leg. Quæ limitatio intelligitur ſecundum nos in fructibus induſtrialibus,ſecus in naturalibus,& in cæteris acquiſitionibus,quæ citra operam,& impendium contingunt. Ita intelligo,d.§.cum ſeruus, l.apud Iul.§.j.in fi.eo. iuncto,§.ſi quis à non domino.cũ gl.de rer.diui.inſti. Vnde ſi fructus poſt aditam colligantur à legatario ſine vitio (quod forte viuo teſtatore poſſ. habebat rei legatæ, vel ei permiſit teſtator propria authoritate capere poſſ.)indiſtinctè ad eum pertinent,l.nil,§.fin.de leg.j.Ergo aut fructus ſunt collecti à legatario, aut à nullo, ſed ſunt apud ſequeſtrũ,& ſine dubio legatarius iure dominij præfertur. Aut ab hęrede colliguntur, & tunc poſt ſcientiã rei alienæ,vel poſt moram, vel litem conteſt.tenetur.gl.in d.l.j. Idem & ſi hæc ceſſent, ſi tamen erant fructus naturales, vel acquiſitiones ſine ſumptu fiunt,aliàs ſecus.

Quartus caſus.Poſt moram, vel litem conteſt.indiſtinctè tenetur, l.quæſitum, §.fi.de leg.j.l.apud Iuli.§.j.eod.l. 1.& fi.C.de vſuf.leg.Ampl.vt procedat etiam in re aliena legata.gl.in d.l.fi.de vſur. leg. quæ vult, quod poſt lit.cont. debeantur.Nos cõtra ſecundũ Iaſ.in d.§.cum ſeruus.in fi. poſt moram tamen debebuntur,l.equis.cũ glo.ff.de vſur. ergo poſt lit.bona fide conteſtatam non tenetur de percipiendis nec de perceptis in re hæredis, vel alterius legata. Eſt ergo inter legatũ rei alienæ,vel propriæ hæc diff.ꝙ in re propria hæres tenetur ad vſuras & fructus, quibus locupletior exiſtit, etiam ſi iuſte litigaſſet vt in terminis, l.aduerſus, C.de vſu.& fru.arg.l.planè,ff.de pet.hære.& l.j.C. de pet.hære.licet non teneretur ad reſtitutioñe fructuum, & vſurarũ percipiendarum, vel earũ, quibus locupletior factus nõ eſſet.vt dd.ll.& d.l.aduerſus.Sed in re aliena cum nullos fructus, vel vſuras ceperit, nõ potuit fieri locupletior,ſicq; nõ teneť, ſi habuit iuſtã cauſam litigãdi,vt in terminis.d.l.aduerſus.in cuius terminis hęres nõ ſtatim poſt lit.conteſt.conſtituitur in mora.Ergo poſt lit.cont.hæres ſi habuit iuſtã litigandi cauſam,& locupletior effectus nõ fuit(quod in re aliena legata ſemper accidit,in hæreditaria autem aliquando) non tenetur de fructibus,vel vſuris,d.l. aduerſus,gl.l.j.in fi.eo.At poſt moram indiſtinctè tenetur l.ſi homines, eod.l.fi.eod.l.Africanus,§.fi.eo.tit.

128 Et dñium † legatorum,& fidei.tranſit ſtatim poſt mortem in legatariũ,vel fidei.Ripa.nu.48.in l.j.de leg.j.per §. j.inſt.de leg.& per l.j.& 2.C. com.de leg.nam conceſſa rei vendicatione,ſequitur dominium tranſlatum fuiſſe,l.vni. C.de ali.iud.mu.ca.l.in rem,ff.de riu. Item per l.à Titio.ff. de furt.l.legatum ita,de leg.2.§.in nouiſsimo, de cad.toll.

Primò limi.in legato ſpeciei genericè facto,l.apud Aufidiũ,ff.de opt.leg. Ratio.per Ripã in d.l.1.nu.56.Item & melius,quia in tali legato eſt incertitudo,quę per optioñe & declaratioñe legatarij venit declaranda,ergo,&c.vt habetur in l.cũ quidam,§.quod dicitur.de acq.hære.& ita id legatũ recipit ſuã conſummatioñe,& perfectioñe demum poſt optioñe legatarij,non aũt ſtatim poſt mortẽ teſtõris, & hæc eſt rõ, quare nõ tranſit dñium rei optatæ ante optioñe.Sed quare oĩum rerum,inter quas fieri optio debebat,

bat, non transeat.resp.ne plus iuris transeat, q̃ legatum est super enim fauemus hæredi.l.Titia.§.qui inuita.de lega.2. ff.l.si tibi homo,§.j.de leg.j.l.si pluribus.eo.tit.

Secundò limi. in legato speciei alternatiuè facto, l.huiusmodi.§.Stichum.de lega.j. Ratio per Ripá in d.nu.56. Tu dic, aut quæris, quare non transeat dominiũ rei ab hęrede electæ, aut dominium vtriusq;.vt dixi in j.limitatio. Tertiò limit.in legato quantitatis. Ratio vt per Ripam d.nu.56.vel quia est incertitudo, cum ea demum corpora nummorum legata ab initio videantur, quæ hæres tradere maluerit, ergo, &c.facit,l.quin quartam, §.si quis vnã.de leg. 1.l.si Titio & ei.l.fi.§.Seio.de leg.2.

Quartò limi.vt l.sed si certos,l.cum res, post prin.l.talis scriptura,§.item si legetur.de leg.j.si certos.de verb.l.1.§. si decem quæ in area,ff.vt leg.no.c.in verbo,ipso iure vendicauit.quem dicit meliorẽ de iure Iaso.in l.j.de lega.j.nu. 118.adde.l.plane,§.j.de leg.j.

Quintò limi.in legato generis, tritici, vini.&c.Simi.quia equiparantur quantitatibus,l.2.§.mutui.cum gl.si cer.pet. §.constituitur.Inst.de vsuf.per totum.ff.de vsufr.ear.rerũ.

Sextò limi.in legato alternatiuo tacitè, secundum communem opi.vt per Ripam d.nu.56.

129 Septimò limi.in legata re non † expressim, sed tacitè secundum Bar.in l.j.ad fi.de leg.j.cũ quo est cómunis secundum Soc.ibi.& secundũ Ripam ibi,nu.33.licet in contrarium dicãt esse cõem Cuma.& Ias.in l.seruum filij,§.fi.de lega.j.& idem Ias.nu.82.in l.j.eod. Sed teneo contra hanc limit.per text.in l.2.§.rectè, ff.si ser.vend.& l.testatrix.ff. eod.l.j.§.j.ff.si vsufr.pet.l.si fundũ sub condi.§.qui fundũ. de leg.j.Ad l.seruum filij,§.fin.resp.vt per Aretinum, quẽ refert Ias.in d.§.fi.nu.10. cum seq. cuius solutio veriss.est. & probatur etiam in l.damnas.ff.de vsuf.leg. quem inepte Ias.in contrarium allegat.Sed contra me facit, quod legato vsufr.earum rerum, quæ vsu consum.videtur legata proprietas secundum Ripam in l.j.de leg.j.nu.61.per l.fi.ff.de vsufr.earum rerũ. & tñ earundem rerum non transit ipso iure dñium, sed demum sequuta traditione.vt dixi supra

Resp.falsum esse, q̃ dictæ res videãtur legatæ in consequentiã, vt ibi probaui,& notaui ad eund. Ripã. Vel illud nõ ex consequẽtia volũtatis testatoris, sed ex cõsequentia legis necessitatis. Dic ergo, q̃ trãsit dñium rei quæ in consequentiam legatur, non secus, quàm si legaretur principaliter. Fallit, qñ consequentia descendit, non ex voluntate testantis, sed ex necessitate legis. Secundò fallit, qñ est tale dñium, quod non potest acquiri personæ, quale est dominiũ seruitutis realis, quod non personę, sed rei debetur.seruitus.n.reali dicitur, quæ debetur à rei, non personæ.

Octauò limi.in legato rei alienæ. Ripa in d.l.j.num.57. Ias.in d.l.1.nu.121.

Nonò limi.in legato, vel fidei.à legatario, vel fideicommissario relicto.vt si fundum tibi & abs te legaui, vel per fideic.Seio reliqui.gl.actiones.in l.2.C.com.dele.quæ appro.vt ad eam dixi teneo contrarium.per l.fi.C.de leg.facit l.qui in alienã, §.interdum.de acqui.hære.l.miles ita.in prin.de mili.testa.facit l.filiosa.de condi.l.legatũ.j.de leg.j. ex quibus.ll.potest sumi vtilitas huius vestigationis, & ex. l.Mæuius, & l.qui hæredi.in pr.de cond.& demon.& ex l. 3.& l.qui liberis,§.hæc verba.de vulg.facit l.boues.§.hoc sermone.de verb.sig.Sicq; cessat inconueniens adductum per Pau.Facit, Inst.de adem.leg.in princ.

Decimò limi.in re hęredis secundũ Ripam,nu.59.Cui adde concludentem rationem. Nam licet adesset voluntas expressa hæredis, tamen non potest transducere hæres rei suę dominium in legatarium.Ias.nu.121.in d.l.j.

Vndecimò limi.in legato vsusfructus communis, vel regularis secundum Ripam. in d.l.1.nu.60. vbi contrarium probaui. Vi.l.j.§.j.ff.quando dies vsusfru.leg.ced.

Duodecimò limi.in legato vsusfruc.earum rerum, quæ vsu consumuntur secundum eun.ibid.nu.61. Nos contra

Decimotertiò limit.in dominio earund.rerum.Sed dic vt dixi ad Ripam.& ibi.& supra.

Decimoquartò limi.in re sub cond.legata,l.fi.§.fin autẽ sub cond.com.de leg.l.seruo legato.in princ.de leg.j.l.j.ad pr.ff.ad Sillani.

Decimoquintò limi.in re in diem legata.l.Sempronius Attalus, ff.de vsuf.legato.& probatur in suprà dictis.& vi. Constan.lib.j.interp.c.20.Ias.nu.127.in d.l.j.

Decimosextò limi.quando vnum est in obligatione,& aliud in solutione secundum Iaso.in l.j.de leg.j.num.119. Quod intelligo, quando plura erant in obligatione, quàm in solutione, vt ll.per eum allegatis, alias si tantundem, secus, vt l.non amplius §.fi.de leg.j.secundum nostrũ intell.

Decimo septimò limit.quando incertum est quid sit in legato,& venit declarandum per hęredem secundum Ias. nu.120.in d.l.j.de leg.j.ff.

Deniq; quia pleriq; omnium scribentium in d.l.j.ff.de leg.j.laborant circa intellectũ.d.§.præterea.Instit.de fidei. hæred.& d.§.1.insti.de sing.rebus per fidei.relictis.

130 Tu dic ad † d.§.pręterea.Inst.de fid.hæ.& in pr.Inst.de sing.reb.per fidei.reli.q̃ cõis opi.q̃ tenuit glo.vtrobiq; & gl.in l.j.ff.de leg.j.vt attestant Ias.nu.46.& Ripa.nu.22.in d.l.j.& Ias.in d.§.prętereà.est, vt illæ duæ diffe.nõ procedãt de iure hodierno Inst.C.vel.ff.sed quodã iure antiquissimo.& tũc.dd.§§.exponũtur.verb.valeat.pro valebat,& verb.nõ possit.pro,nõ poterat. Sed qa hæc est violẽtia, est secunda opi.volentiũ, quod dd.differentiæ ẽt hodie militent.quã tenuerunt Cuma.& Aret.in d.l.j. Sed & hæc op. cõfunditur per l.2.in fi.comm.deleg.per,§.sed nõ vsq; de leg.Insti.per l.j.ff.de leg.j.Vnde est tertia op.quã tenuit Faber tam.in d.§.præterea, q̃ in d.prin.vt talis dispositio, de qua in dd.§§.valeat in vim nõ legati, sed fideicõmissi.Vnde colligũtur variæ cõclusiones. Prima. Legatũ codicillis relictũ,nõ valet in vim legati.Secũda. Legatũ codicillis relictũ,valet in vim fideicom. Tertia.Legatũ à legatario relictũ,non valet in vim legati. Quarta.Legatũ à legatario relictũ valet in vim fideicom.Sed cũ teneamus valere talẽ dispositionẽ,nil oĩno interest valeat in vim legati, an fideicõmissi, cũ pariter pro vtroq; eæd.tres actio.cõpetant, & eadem sit oĩno natura.Sed dic, q̃ in libertate est vtilitas. Nã si dico, In codicillis lego libertatẽ, tũc perinde est acsi dicerẽ, Libertatẽ per fidei.relinquo.arg.l.2.in fin.C.com. deleg.quia in vim legati secundũ nos valere non põt.Effectus aũt est magnus, qa si valeret in vim legati, fieret libertus testatoris, sin aũt in vim fideicõmissi, tunc fit libertus ipsius hęredis,§.qui aũt.Inst.de sing.reb. per fidei. Secũda vtilitas, quia cũ id legatũ libertatis in vim tñ fideicõmissi valeat libertas non cõpetit ab adita hæreditate, sed demũ à manumissione postea sequuta. secundũ gl.in l. Iulianus, ff.de manu.testam. quæ app.cõiter secundũ Ripã in l.1.de leg.j.nu.24.qui sextã addit diff.& secundũ Iaso.ibi.nu.55. Ad tex.dicentẽ, q̃ exæquata sunt legata fideicõmissi, resp. id verũ, postquã sunt in esse producta, secus antequã producantur in esse. Et ista not.qui Faber in locis supra all.fatetur,& turpiter, nostrã inuestigationẽ esse inutilẽ. Infertur contra cõem, legatum codicillis relictũ, in vim legati non valere.Infertur contra Aret.& Cuma.relatos per Ias. & Ripã vbi supra.valere saltem in vim fideicõmissi.Infertur contra Fabrum differentiã esse etiam in effectu valeat in vim legati, an fideicõmissi.Quartò infertur legatũ à legatario relictum non valere in vim legati, contra cõem. Quintò infertur contra Cuma.& Are.vbi supra.legatum à legatario relictũ valere saltem in vim fideicommissi.Sextò infero contra Fabrũ vbi supra. non esse absq; affectu, q̃ valeat in vim legati, an fideicommissi:nam si Titio centum legaui,& ab eo libertatem legaui, seruo vel ipsius Titij, vel alterius id legatum nec valebit in vim legati, vt vult cõis, nec desinet valere, vt volunt Aret.& Cuma.sed valebit in vim fideicommissi. Septimò infero declarationem ad cõem opi.quæ vult, q̃ diff.adhuc vigeat inter libertatẽ relictam per modum legati, an fideicom.vt Iaso.nu.55.& Ripa nu.24.in l.1.de leg.j.in qua libertate nil immutatum esse censent. Quinimò aiunt, q̃ vt olim seruo alieno libertas

tas legari non poterat,sed per fidei.tm relinqui iuxta glos. in l.Iulianus, ff.de manumis.testamento.ita & hodie. Sed contrarium teneo,vt seruo alieno legata libertas licet non valeat in vim legati(vt & olim)valeat saltem in vim fidei. Moueor per l.2.versi.& si specialiter,C.com.de leg.Secundò per eund.tex.ibi,non inefficax.cuius sensus,ꝗ ad validitatem relicti non refert fiat per modum legati, an fidei. Tertiò quia si id receptum in alijs relictis,facilius in libertatis relicto,l.libertas.de reg.iur.Qua ratione pleræq; aliarum diff.de quibus per d.gl. quæ communiter app.secundum Ias.d.nu.55.& Ripam,nu.24.non procedunt.

Denique quo ad intelligentiam illorum iurium,scilicet in prin. Inst.de singu.reb.per fidei relict.& §.præterea.de fidei.hære.nouissimè aduerto, quòd Iustinianus in §.sed olim.Insti.de leg.postquam. planè fassus est nullam omnino esse diff.inter legata, & fideic.adijcit se velle sub diuersis titulis materiam primò legatorum, deinde fideicõmissorum separatim tradere, quo faciliùs tyrones instituantur.Sicq; securè tradit in dd.§§.quid iuris esset olim, non quid iuris hodie obseruetur.

Vnde in d.princ.Insti.de sing.rebus dum ait,quanuis à legatario legari nõ possit. intelligo secundum ius nõ quod hodie viget,sed quod olim vigebat,quodq; simpliciter Iustinianus referebat. Qui enim refert hodie ius antiquum, semper loquitur per verba præsentis temporis, licet illud ius iam diu viguerit præteritis tẽporibus,sicq; hodie consenuerit, & ita ius præteritum, & vetustissimũ referimus per verba præsentis temporis, quo modo loquẽdi vtimur oẽs doctores,& præceptores,dum dicimus;hoc dicit iure consultus;hoc dicũt Vergilius,Cicero, Quintilianus,& reliqui,qui tamen hoc hodie non dicunt,sed præteritis temporibus dixerunt. Ergo ibi sunt verba Iustiniani nõ ius inducentis, sed ius retro inductum & exoletum referentis. Et ita est intelligendus,d.§.præterea.& cessabunt amaritudines suprà relatæ.Estq; nouus,& verus intellect.

Stat ergo ex superioribus, ad validitatem testamenti requiri consummatam fuisse testantis vol.quo ad legata non secus,quàm quo ad reliquas dispositiones,& non solum in testamentis solennibus & regularibus huius solennitatis transgressio vitiat,nocetq; sed etiam in testamentis priuilegiatis, quæ iure quodam singulari sustinentur. Tum,ꝗ lex generaliter loquens,comprehendit casus etiam priuilegiatos,l.in fraudem,§.fi.ff.de mili.testam.l.1.& 2.ff.de legib.l.1.&3.tit.4.lib.j.ordina.estq; communis opi.vt diximus, §.35.nu.5. Tum, ꝗ per hoc proprius accedimus ad ius commune.argum.c. causamq; de rescri.l. si quando C. de inoff.testa. Præsertim cum hæc interpretatio non tam aduersari,quàm fauere videatur priuilegijs.Ergo ꝗ voluntas imperfecta ratione voluntatis non teneat etiam in causis priuilegiatis,variè accipere debemus.

Primò intellige in testamento facto ruri.Et ita quod docemur in §.22.nu.29. intelligendum est.nam id fauor, nõ odium reputatur.

Secundò intellige in testamento coram episcopo,retenta opinione quorundam, qui in tali testamento remitti solennitatem contendunt. Et sic quod scripsimus.§.24.nu.10.intelligendum est.Quod in se verum est,licet in illo testamento nihil sit specialitatis secundum nos.

Tertio intellige in testamẽto, quod fieret in carcere tyranni.Et ita illa materia,vt alibi docemur,intelligitur.Nã & si suprà.§.11.ad fi.id testam.informe dixerimus,tamen hic de voluntate agitur,non de forma.

Vnde & quarto intellige in testamento facto, vbi deest copia testium,vel hominum.vt in simili scripsimus,§.24.num.5.quod sic intelligendum est.nam & ibi imperfectio voluntatis noceret.

Vnde & quintò intellige in testamẽto facto in loco hostili.Et ita quod scripsimus in §.24.nu.9.est intelligẽdum. licet id testam. similiter informe videatur.

Sextò intellige in testamento facto tempore pestis. Et sic intellige quod scripsimus.§.22.nu.35.nam & illo casu vitiat imperfectio voluntatis.

Septimò intellige in testamento peregrini.Et ita intel-
131 lige quod admonuimus in §.24.nu.4.Et † ita.l.2.tit.2.lib.5.ordinamen.est intelligenda.

Vnde & octauò intellige in testamẽto,vbi legitimi hæredes scripti essent. Et ita quod admonuimus in §.22.in prin.est intelligendum.

Vnde & nonò intellige in testamento ad pias causas.Et ita accipias quod docemur in §.22.num.1.nam & ibi imperfectio voluntatis magis est,vt vitiet.

Decimò intellige in testamento facto coram presbytero parochia.Et ita quod docemur in §.22.num.27.est intelligendum.

Vndecimò intellige in testamento militis.Et ita intelligendum quod docemur in §.vigesimoquarto, nume.18.
132 & † l.4.titu.1.par.6.quæ sic ampliatur,vt & ibi imperfectio voluntatis noceat.

Duodecimò intellige in testamento patrisfamil.testantis inter liberos. Et ita intellige quod scripsi in §.vigesimoprimo,numero quadragesimoquinto, & leg.septima, titulo primo part.6.quæ sic ampliatur, vt vitiet voluntatis imperfectio.

Decimotertiò intellige in testamento facto apud acta iudicis. Et ita intelligas quod scripsimus in §.24.nu.7.licet & id testamentum informe videatur.

Decimoquartò intellige de iure etiam canonico.Et ita intelligas,capitulũ,cum esses, & capitulũ,relatum, primo de testam.cum hic non de forma,sed de voluntate agatur.

Vnde decimoquintò intellige in testamento facto corã ipsomet principe, quod cum minore solẽnitate valet:at si ex testibus in tali testamento necessarijs vnus esset seruus, vel impubes, id testamen.ritè probatum non videretur. Et ita intelligas quæ scripsimus in §.26.numer.1.& leg.5. titulo primo, par.6. Et imperfectio voluntatis sine dubio noceret:sicq; id intelligendum vt noceret nõ secus,quàm si in d.forma esset imperfectio.

Amplia 16. & intellige in testamento facto ab habẽte merum imperiũ vbi testabatur.Et ita intelligas quod scripsimus in §.22.nu.28.

Decimoseptimò intellige idem fore in codicillis, vt si vnus ex quinq; testibus sit filius fideic.vniuer.non valeat codicillus,saltem si quæstio esset inter ipsum fideicom.& hæredem legitimum.argum.suprà dictorum.Et ita intelligo,l.9.10.& 11.titul.1.part.6.l.nona,titulo octauo,libro secundo fori. vt nos interpretamur. in quorum terminis imperfectio voluntatis similiter noceret nõ secus, quàm si in forma esset imperfectio.

Amplia 18.& intellige in testamento facto à principe, quod cum minore solennitate quàm regulari valet. Et ita accipias quod scripsimus in §.26.nu.1.nam & ibi imperfectio voluntatis noceret, licet in d.§.11.ad fi.hoc testam.informe esse dixerimus.

Id quod ampliatur.19.& intelligitur, quando per consuetudinem remissa esset solẽnitas. Et ita intelligas quod scripsimus in §.21.num.44.nam adhuc hæc solennitas de voluntatis imperfectione remissa non intelligetur.

Vicesimo intelligitur,quando per legem, vel statutum solennitas remissa esset in testamento.Et ita potest & de-
133 bet intelligi,† leg.1.titu.secundo,libr.5.ordina.& l.fin.tit.12.part.6.nam adhuc cum voluntatis imperfectione non videretur dispensatum.

Vicesimoprimò intelligitur in testamẽto habente clausulam codicillarem. Et ita intelligas text.& quod ibi per Bart.& omnes in l.prima, ff.de iure cod.l.fin.vbi omnes. C.de codi.l.fin.tit.12.par.6. nam & in illo testamento fortè imperfectio voluntatis noceret. argu. suprà dictorum. Nam in omnibus his casibus & similibus solennitas tantũ formalis, non etiam ea, quæ pertinet ad voluntatis perfectionem, remissa videtur. Nec vllibi has.21.ampliationes collectas.inuenies.Cui annumerabis idem fore in terminis.l.licet.C.de pact.vbi testam.informe est, & irregulare:

lare. vt diximus suprà. §. 11. ad fi. cum hoc tamen vitio ibi non dispensatur. Stat ergo quod vitiatur testamẽtum per imperfectionem voluntatis, quæ etiam in eo consistit, quod testator, qui legaturus erat, id prætermisit, morte præuentus, aut alio quouis impedimento. Et hoc in loco nonnihil circa legatorum naturam libuit (vt vidistis) disserere, præsertim circa eorum creationem, ne cum in hac prima parte de reliquarum dispositionum creatione ageremus, legata silentio præterire videremur. Et id testamentorum omium formalium commune est. Et idem fortè in informibus, vt iam diximus.

Testamentum requirit suorum institutionem, vel exhæredationem.

Duodecim rationes dubitandi, ex quibus videbatur valere pactum de non succedendo.

2 *Prima ratio dubitandi.*
3 *Secunda ratio.*
4 *Tertia ratio.*
5 *Quarta ratio.*
6 *Quinta ratio.*
7 *Sexta ratio.*
8 *Septima ratio.*
9 *Octaua ratio.*
10 *Nona ratio.*
11 *Decima ratio.*
12 *Vndecima ratio.*
13 *Duodecima ratio.*
14 *Octo rationes decidendi quare vetitum pactum de futura successione.*
15 *Prima decidendi ratio.*
16 *Secunda ratio.*
Tertia ratio.
17 *Quarta ratio.*
18 *Quinta ratio.*
19 *Sexta ratio.*
20 *Septima ratio.*
21 *Pactũ de futura successione reprobatur quia contra ius, &c.*
22 *Declaratur sexta ratio decidendi contra Saly.*
23 *Octaua ratio.*
24 *Declaratio rationum, quibus improbatur pactum de futura successione.*
25 *Pactum de futura successione ideo nõ nocet renuntianti, quia cùm ius illud renuntiatur, nondum erat in rerum natura, non potuit mero iure perimi per renuntiationem.*
26 *Intell. & vera decidendi ratio ad tex. in l. si ff. de suis, & leg. hæred.*
27 *Pro Salyceto.*
28 *Sicut hæreditas viuẽte eo, de cuius hæreditate agitur, non potest vel aditione acquiri, vel repudiatione amitti, ita quoque non potest amitti pactione.*
29 *Ius futurum, & conditionale non perimitur pacto conuento, imo post pactum cõuentum ipso iure manet integrũ, quamuis pacti exceptione adimpleta conditione submoueatur.*
30 *Ius futurum hæreditatis viuentis, & ius futurum hæreditatis iam defuncti sub conditione delatæ, licet in aliquo concordent in aliquo tamen differunt.*
31 *Pacti exceptio ex eo datur contra eum, qui pactione renuntiauit pẽdente conditione fideicommissi sub conditione delati, quia cum agatur de hæreditate mortui, non est tale pactũ à lege reprobatum, &c.*
32 *Pacti exceptio non datur contra renuntiantem ius hæreditatis viuentis, quia cum agatur de hæreditate viuentis, est à iure improbatum.*
33 *Pactum de non succedendo non solum ex parte eius, in cuius fauorem fit, sed etiam ex parte renuntiantis continere turpitudinem ostenditur nouissimè ex lege secunda, §. fi. ff. de donatio. & ex lege, 2. §. fi. ff. de his quib. vt indig. hucusq; non consideratis.*
34 *Pactum de non succedendo videri contra bon. mor. contra Alciat.*
35 *Ratio quare pactum de non succedendo initum cum eo, de cuius hæreditate agebatur, reprobatum sit, scilicet, quia filij potius sunt ad obsequia paterna beneficijs prouocandi, quàm pactionibus astringendi.*
36 *Secunda ratio, quia oneratur filiorum libertas circa successionem.*
37 *Intell. & exponitur, & declaratur ratio decidendi huius, §. illud, in l. si quando, C. de inof. test.*
38 *Quare prohibitum pactum de fut. suc. ratio noua.*
39 *Pactum de futura successione ex eo prohibitũ est, quia hæreditas non potest dari, nec adimi, nisi in vlti. voluntat. interuenientibus solẽnitatibus à iure requisitis, vt fraudes euitentur. Hinc est, quod in pacto de futura successione vbi minor interuenit solennitas, præsumitur fraus, & dolus.*
40 *Pactum de futura successione ea nouissima ratione censetur prohibitum, nempe quia cum potestas disponendi de rebus nostris post mortem fuerit à iure positiuo inducta, idq; non libere, sed vno duntaxat, modo, scilicet, per solenne testamentum, in cæteris relinquimur in dispositione iuris naturæ, secundum quod mors omnia soluebat.*
41 *Leges loquentes de pacto futuræ suc. non tam inducere, quam declarare.*
42 *Pactum de futura successione etiam si nullis legibus esset prohibitum, adhuc non posset hæreditas huiusmodi pacto dari: quia neq; ius naturæ id permittebat, neq; ius positiuum id induxit.*
43 *Legitima in vita patris an possit renuntiari contra Aret. & Decium, quod non.*
44 *Filius non potest in vita patris renuntiare legitimæ contra Are. & Decium.*
45 *Legitima esto quod sit quota bonorum, non potest à filio omitti antequam sit delata, non obstante, l. 1. C. de pact. cum similibus, quia procedunt in relicto conditionali, non autem in hæreditate, vel alio iure.*
46 *Quicquid in vltim. volun. relinquitur, habet hanc virtualem conditionem, scilicet, si testator prior decesserit, quam is cui relinquitur.*
47 *Iura conditionalia licet per pactum possint omitti, id tamen procedit mortuo testatore, adhuc tamen superstite præmaturum est, & nimium suspectum de his, quæ ab eius testamento procedunt, tractare.*
48 *Pactum de non petendo aliquid de bonis patris viuentis à filia interpositum non valet. contra Bar. Veron.*
49 *Pactum de non petendo aliquid de bonis paternis à filio celebratum, etiam si tale pactum non ad hæreditatem, quotamve hæreditatis referatur, sed ad bona, vel quotam bonorum, adhuc tamen non valet. contra Bar. Veron.*
50 *Pactum de non succedendo an sit contra bon. mo. contra Bar. Abb. Dec. Alcia.*
51 *Pactum de non succedendo contra bonos mores esse aduersus docto. ostenditur.*
52 *Pactum de non succedendo non solum ex parte illius, in cuius fauorem fuit facta renuntiatio, est contra bonos mores, sed etiam ex parte renuntiantis.*
53 *Pactum de non succedendo tunc demum firmatur iuramẽto, quando fuit celebratum cum eo, de cuius successione agebatur, vel cum alio de voluntate ipsius, secus si cum alio citra eius voluntatem.*
54 *Pactum de non succedendo quando est initum cum eo, de cuius successione agebatur, vel cum alio, de eius voluntate nec est contra bonos mores, nec contra publicam vtilitatẽ, sed tantum contra vtilitatem priuatam. Secus si pactum*

celebratur citra voluntatem eius de cuius hæreditate agebatur tunc enim & contra bonos mores est, & contra publicam vtilitatem.

55 Si filius aliquo accepto renuntiat hæreditatem patris, valet pactum in hoc, vt acceptum etiam in studio consumptum teneatur in legitimam imputare, non tamen excluditur à successione patris.

56 Commendabilis cautela, qua quidam scholaris decepit patrem, & nouercam.

57 Interpretatur l.omnimodo, C.de inoffic.testam.defendendo communem opinionem.

58 Exponitur, l.scimus, in prin.C.de inof.test.

59 Pactum de non succeden. iuramento confirmatur.

60 Pactum de non succedendo firmatur iuramento, & est contra bo.mo.contra Bar.& sequaces.

61 Pactum negatiuum de non succedendo est à iure ciuili reprobatum, eo quod sit contra bo.mo.& eo quod filius modico contentus, faciliter renuntiaret magnæ successioni, hinc est quod iuram.firmatur.

62 Pactum negatiuū de non seccedendo iure ciuili, non confirmatur iuramēto, ea potissima, & noua ratione, quia ius ciuile non considerauit vincula iuramenti quo ad Deū, sed solum respectu partis, cui iuratur, ius autem canonicum considerat iuramentum & quo ad Deum, & quo ad partem, ex quo fit, quod iuramento confirmatur.

63 Intell.& vera, & germana interpretatio ad tex.in c.quāuis pactum.de pact.lib.6.

64 Pactum de non succedendo initum cum eo, cuius de successione agitur, firmatur iuramento initum tamē cum alio, eo ignorante, non firmatur iuramento tum, quia est contra bon.mo.tum, quia inducit præiudicium tertij, & hoc contra communem.

65 Pactum de non succedendo à prodigo factum firmatur iuramento.

66 Pactum de non succedendo à prodigo celebratum, iuramento confirmatur, quia sicut obligatur delicto, ita & iuramento.

67 Pactum illud etiam firmatur iuramento, licet renuntiauerit propter exp.studij.

68 Pactum de non succedendo factum propter consequendas expensas studij iuramento confirmatur, licet celebrauerit contractum necessitate compulsus.

69 Interpretatur, l.si.C.de non nu.pecu.

70 Taliter pasciscens non Deum solum vltorem habet.

71 Pactum de non succedendo iuramento vallatum, adeo validum est quod etiā si paciscens suæ salutis immemor velit infringere iuramentum, & succedere, adhuc non admittitur, quia vbi alteri est ius quæsitum, non admittitur quis ad deierandum.

72 Pactum de non succedendo etiam iuratum eam habet conditionem subintellectam, scilicet, nisi pater in suo testamento instituat hæredem filium qui renuntiauit, quia tunc succedere potest.

73 Filius qui cum iuramento renuntiauit paternæ hæreditati, non censetur periurus, si ex aliquo iusta causa, vel iniusta, quæ tamen sibi iusta videbatur, ad patris successionē redire conetur.

74 Procedit, licet ex forma stat. mulier renuntians non posset contrahere sine consensu propinquorum.

75 Pactum de non succedendo iuramento confirmatum, validum est, etiam si caueatur statuto, quod mulieres non possint contrahere sine consensu duorum propinquorum.

76 Lex ciuilis disponens non valere matrimonium à liberis contractū citra patris consensum, inspecto hodie iure canonico nō valet talis prohibitio ex defectu potestatis.

77 Procedit in renuntiatione alimentorum.

78 Renuntiatio alimentorum iuramento confirmata, valida est, & tenet.

79 Procedit, etiam si postea augeatur facul.

80 Pactum de non succedendo iuramento firmatum non solū est validum secundum communem opi. rebus sic stantibus, sed etiam si facultates postea augeantur.

81 Excrescentibus facultatibus, licitum esse recedere à renuntiatione etiam iurata, ostenditur per plura atq; vrgentissima fundamenta, licet author cogitandum relinquat.

82 Responditque iuribus, quæ contra præmissam ampliationem vrgebant.

83 Si pater seclusa renuntiatione assignat legitimam filio, & postea augeantur eius facultates, vtrum possit filius plus petere vel agere ad supplementum.

84 Filius qui recepit legitimā voluntariè à patre in vita sibi assignatam sine renūtiatione, si postea augeantur facultates patris, potest agere ad supplemētum, quia in omni legitima attenditur tempus mortis paternæ.

85 Pactum de non succedendo iuramento firmatum de quo in capitulo quamuis, pactum, procedit & in filio à fortiore ratione.

86 Pactum de non succedendo, iuramento munitum non solum procedit in filijs maioribus vigintiquinq; annis, sed etiā minoribus vigintiquinq; annis, & sic impuberibus doli capacibus, secundum communem & veram opi.de iure communi.quamuis de iure regio aliter dispositum sit.

87 Pactum de non succedendo iuratum procedit, etiam si mulier renuntians non fuerit certior facta de prohibitione legis ciuilis vetantis tale pactum.

88 Pactum de futura successione omittenda iuramentum non solum procedit in filia emancipata, sed etiam in filia in potestate patris constituta.contra Odofred. Iaso. Deci. Couarru.& communem.

89 Noua & germana interpretatio ad tex.in l.pactum, C.de colla.ad tex.in l.fin.ff.de suis & leg.hære.ad tex.in l.si quando, §.illud, C.de inoffi.testam.ad tex.in c.quamuis pactum.de pac.lib.6.

90 Vbi lex resistit, pacto non oritur naturalis obligatio.

91 Pactum de futura successione omittenda iuratū valet, ēt si filia dotem, aut aliud quippiam à patre non acceperit.

92 Pactum de futura successione omittenda validum est, etiā si fiat ante dotem receptam, vel postea.

93 Pactum de futura successione omittenda non solum est validum, quando filia tempore nuptiarum renuntiat, sed etiam si renuntiasset tempore, quo velit religionem profiteri.contra Soci.Corn.Caro.Rui.& Felyn.

94 Declaratur radicitus sententia existimantiū, quod hæreditas monachi professi, qui iuramēto renūtiauerat, potius videatur delata ipsi monasterio quàm monacho professo.

95 Repudiatio, vel renuntiatio iurata, quam facit filiusfami. viua matre, & sic antequam hæreditas ipsi deferatur, non nocet patri, licet noceat ipsi filio contra Couarru.

97 Hæreditas matris, cui filiusfamilias viua matre renuntiauit cum iuramento, si mortua matre filio in potestate existenti hæreditas deferatur, integro iure defertur patri tam in vsufructu, quàm in proprietate. Ex quo venit reprobanda sententia Couar.

98 Pactum, quo caueretur, ne monachi succedant, ea ratione validum est, quia cum successio hæreditatum sit iure ciuili introducta eadem etiam l.ciuilis potest eam tollere. pro Bar.contra communem.

99 Consuetudine potest introduci, ne monachi succedant in bonis coniunctorum.

100 Pactum de non succedendo iuratum validum est, etiam si filia quando profitebatur religionem, opulentissimæ hæreditati renuntiasset.

101 Qui

101 *Qui religionem ingreditur potest vniuersa bona inter consanguineos, vel extraneos distribuere, nihilo monasterio relicto, nec ex eo monasterium potest dici se læsum.*

102 *Monachus, vel monialis, quæ oẽs fortunas, & diuitias suas neglexit, non præsumitur aliena, eaq; incerta captare.*

103 *Pactum de non succedendo, & sic dispositio tex. in c. quamuis pactum. procedit non solum quãdo filia tempore quo nuptui traditur vel ingreditur religionem, recepit congruam, idoneamq; dotem, sed etiam si nihil omnino recipiat contra Deci. Anch. & Sal.*

104 *Pactum de non succedendo iuratum longè minus rescindi posse quando filia renuncians nihil recepit quàm si dotẽ accepisset, nouissime ostenditur.*

105 *Pro communi opi. contra Couar.*
L.1.ti.8.lib.5.ord.

106 *Pactum de non succedendo iuramento firmatum nõ solum valet quo ad bona, quæ sunt vltra legitimã filiæ renuntiantis, sed quo ad ipsam legitimam. cõtra Are. Roma. Nico. Boer. & Matth. de Afflict.*

107 *Pro communi contra Aret. Roma. & alios.*

108 *Filia, quæ cum iuramento renuntiauit patris successioni, nõ poterit habere recursum ad hæredem, ex eo, quod nullũ habet fratrem masculum tempore mortis patris, quasi renuntiasset fauore, & contemplatione masculorum fratrum nasciturorum.*

109 *Pro communi contra Bal. Dec & Imo. & Aymo. Sabil.*

110 *Renuntiatio facta à filia tempore, quo nullum fratrẽ masculum habebat, per interuentum iuramenti eandem vim habet, quam haberet repudiatio facta post mortẽ patris.*

111 *Præmissa ampliatio intelligitur primo quando pater in testamento nominatim hac ex causa exhæredauit filiam, quia renuntiauit.*

112 *Secundò intelligitur, etiam si paterfamilias in suo testamẽ: prætereat huiusmodi filiam adhuc testamentum erit validum, & filia remanebit exclusa.*

113 *Tertiò intelligitur, etiam si is paterfa. intestatus decedat.*

114 *Quarto intelligitur, etiam si filia tempore, quo defertur hæreditas, nullos habeat fratres, quos tamen habuit tempore renuntiationis.*

115 *Quintò intelligitur, etiam si reliqui fratres, vel sorores nõ renuntient.*

116 *Sextò intelligitur, quando filia renuntiauit tempore, quo ingrediebatur religionem, nam tunc monasterium excludetur à sororibus.*

117 *Pro communi contra Couar.*

118 *Pactum de futura successione omittenda validũ est, etiã si tẽpore, quo filia renuntiauit, habebat fratres masculos, quorum cantemplatione & ipsa renũtiauit, & pater renuntiationem recepit. Quod procedit quando apparet propter solam dotem receptam filiam renuntiasse.*

119 *Pactum de futura successione omittenda validum est, etiã si paterfam. cuius de successione agebatur, intestatus moriatur.*

120 *Pactum de non succedendo, quod filia iurauit, procedit nõ solum ad hoc, vt ipsa filia excludatur, sed etiam eius liberi, modò filia moriatur post mortem paternam.*

121 *Pactum de non succedendo iuratum procedit, etiam si filia renuntians liberos post renuntiationem susceperit, per quorũ superuenientiam non eneruatur renuntiatio. quod procedit etiam in hæreditate iam delata ipsi filiæ.*

122 *Pactum de non succedendo validum est, etiam si filia renuntians cum iuramento futuræ patris hæreditati sit læsa vltra dimidiam iusti pretij secundum communem opinionem. Communior tamen est in contrarium, secundum Decium.*

123 *Referuntur plures doctores tenentes cõtrariam sentẽtiam, vt ratione grauissimæ læsionis possit rescindi talis renuntiatio, vt filia ad paterna recursum habeat. Hãc Decius magis communem appellat.*

124 *Redditur prædicta ampliatio dubia, incerta, ambigua, & periculosa.*

125 *Filia maior, quæ in renuntiatione iurata fuit læsa vltra dimidiam, vel in dimidia, vel non multum vltra dimidiã, non poterit reuerti ad bona patris.*

126 *Per interuentum iuramenti renuntiatur remedio legis. 2. C. de res. vend. secundum communem.*

127 *Exponitur, & limitatur præmissa ampliatio. 23.*

128 *Quid, quando filia maior, quæ cum iuramento renuntiauit reperitur enormissimè, & longè vltra dimidiam læsa.*

129 *Pactum de futura successione omittẽda validum est, etiam si filia maior, quæ cum iuramento renuntiauit, reperiatur enormissimè, & longè vltra dimidiam læsa, nouissimè, & eleganter per plures rationes contra communem ostenditur.*

130 *Consuetudo cõmunis his regnis obseruat, quod omnes filiæ procerum, magnatum, & nobilium, dum religionẽ profitentur, modico dotis nomine accepto, renuntiant cũ iuramento futuris hæreditatibus parentum: quæ renũtiatio tenet, licet talis dos respectu portionum aliorum fratrũ vltra plures dimidias minor esset.*

131 *Filia, quæ accepta dote ex bonis matris renuntiauit successioni patris, nihilo penitus ab eodem patre accepto, gratis renũtiasse videtur, nec potest dici læsam longè vltra dimidiam. contra Couar. Georg. Nat. & Corn.*

132 *Filia minor 25. annis, quæ cum iuramento renuntiauit futuræ patris hæreditati, non potest retrocedere, quasi id pactum lege ciuili vetitum sit, non quoque beneficio minoris ætatis.*

133 *Pactum de futura successione omittenda à filia minori cũ iuramento celebratum, non potest rescindi prætextu læsionis vltra dimidiam, & rescindi non potest, quando filia renuntians est congrue dotata, vel ad nubendum, vel ad profitendum. contra Couarr. Aymon. Ant. Rub. & Dec.*

134 *Filia minor, quæ sine authoritate curatoris renuntiat in fauorem fratrum hæreditati paternæ iam delatæ si appareat læsa, concedenda est, iuramenti absolutio, nisi tempore, quo ingrediebatur religionem, congruam dotem acceperit.*

135 *Filia minor, quæ semel, & iterum cum iuramento sine curatoris autho. renuntiauit fratribus hæreditati patris iam delatæ, si appareat enormissimè læsa, cõcedenda est sibi iuramenti absolutio. contra Couar. & Deci.*

136 *Pactum de futura successione omittenda adeò confirmatur per iuramenti interuentum, quòd non solum ipsum iuramentum seruandum est, sed & ipsum pactum manet firmum de iure canonico.*

137 *Pactum de non succedendo iuramento firmatum procedit hodie tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, cui in hoc standum est.*

138 *Pactum de futura successione omittendo etiam si filia renuntiet cum iuramento tam patri quàm fratribus, non procedit si pater postea instituat hæredem filiam renuntiantem.*

139 *Qui renuntiat beneficio, cum iuramento promittens illud amplius non petere poterit admitti ex noua collatione.*

140 *Exclusus à vendicando per sententiam poterit ex dominio superuenienti vendicare.*

141 *Qui iurat non repetere vsuras, poterit eas petere, si sibi relinquantur.*

142 *Iuramentum est intelligendum rebus sic stantibus.*

143 *Iuramentũ vbi deficit cõsensus, iuramentũ nihil operatur.*

bere præ oculis, concedenda est absolutio iuramenti sic renuncianti.

190 Pactum de futura successione omittenda metu celebratum non potest rescindi, nisi metus sit talis, qui cadat in cōstantem virum contra Bald. & Paul.

191 Pactum de futura successione omittenda limitatur 15 modis remissiuè.

192 Pactum de futura successione omittenda non valet, vbi filiusfam. fecit generalem renūciationem de omni eo, quod sibi debetur. nam talis renunciatio non extenditur ad illas res, quas renuntians poterat vendicare.

193 Pactum de succedendo non valet.

194 Pactum de futura successione acquirenda celebratum inter eum, cuius de succes. agebatur, & eius filium, non valet.

195 Pactum de succedēdo qua ratione non valeat, nouissimè vltra doc.

196 Pactum de succedendo conuentum inter eum, cuius de successione agitur, & eius parentes, non valet:

197 Pactum de succedēdo confirmatur iuramēto reuocabiliter, non autem irreuocabiliter, verùm tamē iurans efficitur periurus, si contraueniat iuramēto, nisi posteà malè cœpisset cogitare de aduersario.

198 Pactum de futura successione acquirenda, contra bonos mores esse apertissimè probatur.

199 Pactum de succedendo, vel de successione certo modo diuidenda inscio eo, cuius de successione agebatur, non valet, nec confirmatur iuramento.

200 Pactū de hæreditate certo modo diuidenda de consensu patris per fratres iuratum validum, est reuocabiliter.

201 Pactū de hæreditate certo modo diuidēda de consensu eius, cuius de successione agebatur, ex eo pōt rescindi, licet iuratū sit, quia in his, quæ pendent ex voluntate concedētis, cessante voluntate, nō intelligitur datū, nec cōcessum.

202 Cōsensus præstitus diuisioni hæreditatis ab eo, cuius de successione agebatur, non tam assimilatur consensui contrahentis, quàm consensui vltimam volun. condentis.

203 Pactum de hæreditate certo modo diuidenda iuratū ab eo, cuius de successione agebatur, validum videtur, non tam in vim pacti, quàm in vim vltimę volun. contra Bar. & communem ex quo fit, quod pater potest contrauenire.

204 Testator, qui iurat non reuocare testamentū, potest non obstante iuramento iterum testari.

205 Iurans non contrauenire contractui de hęreditate certo modo diuidenda, si contraueniat, dicens se male suspicari de futuris successoribus, non potest conuinci de periurio.

206 Pactū de certo modo succedēdo, vel de hæreditate certo modo diuidēda, initū cum eo, cuius de successione agebatur, noua atq; vrgentissima ratione ostēditur esse inualidum.

207 Iure positiuo concessum fuit hominibus sub longa, & exactissima obseruatione de successione & hæreditate sua disponere per modū vltimarum volunt. non autem temere, aut indiscrete.

208 Qui alio modo, quàm per vltimā volun. vult de hæreditate sua, eiusúe parte disponere, sciat id nulla lege sibi licere, sed potius sub veteri prohibitione manere.

209 Pactum de certo modo succedendo, etiam si ipsi paciscentes velint, adhuc non producit vllā obligationem personalē, nec naturalem, quia le. noluit obligationē posse contrahi.

210 Lex pactum quod dotali etiam per interuentum iuramenti non inducit obligationem, contra Couar.

211 Pactum de certo modo succedendo hodie iure nostro validū est irreuocabiliter.

212 Pactū de non succedendo adeo iuramento confirmatur, quòd promittens cum iuramento se renūciaturum hæreditati, statim habetur pro renuntiante vt perpetuo excludatur. Intell. c. quamuis, de pact. in 6.

213 Pactum de futura successione acquirenda non valet, etiam si sit interpositum à fratre, qui potest proponere, querelam.

214 Pactum de succedendo non valet, etiam si fiat inter eū, cuius de successione agitur, & alium coniunctum, cui nullo modo poterat querela competere.

215 Item non valet, si fiat inter eum, de cuius successione agitur, & alium coniunctum existentem in gradu remotiori, vel etiam extraneum omnino.

216 Item non valet, si fit inter duos filios eius, cuius de successione agitur, ipso ignorante.

217 Item non valet si fiat inter duos fratres, qui poterant proponere querelam.

218 Item non procedit, si fiat inter duos alios coniunctos eius, de cuius successione agebatur, existentes in primo loco successionis ab intestato, quibus non competebat querela.

219 Item non valet, si fiat inter eos, qui non tenent primum locū in successione in testam.

220 Idem si essent omnino extranei.

221 Item non valet, etiam si fiat in fauorem militis.

222 Pactum de succedendo non valet, etiam si fiat in fauorem ecclesiæ.

223 Pactum de succedendo non confirmatur iuramento, quia cōtra bonos mores.

224 Pactum de succedendo non valeat, etiam si fiat in fauorem alicuius collegij, vel vniuersitatis.

225 Item non procedit, etiam si fiat in fauorem principis.

226 Item non valeret, si taliter paciscentes ignorarent, an esset viuus vel mortuus ille, de cuius successione agebatur.

227 Item non procedit, etiam si fiat in fauorem alicuius priuilegiatæ personæ.

228 Pactum de succedendo non solum non valet, sed etiam puniendus est paciscens.

229 Paciscens de succedendo non solum venit puniendus, quando fecit pactum super vniuersa hæreditate, sed etiam si super parte tantum hæreditatis.

230 Pactum de succedendo non valeret, etiam si esset statutum disponens, quod pacta generaliter seruarentur.

231 Pactum de succedendo nō producit naturalem obligationē.

232 Pactum de succedendo etiam si nulla causa mutandi superueniat, non est adimplendum, quia eo ipso quòd paciscens cœpit male suspicari de hærede successuro, etiam si iurauerit, sine metu periurij poterit retrocedere, etiam in foro animæ.

233 Pactum de succedēdo initum ignorante eo, cuius de successione agebatur, non valet, etiam ex vi consuetudinis, vel statuti.

234 Intell. l. 9. tit. 6. libr. 3. fori.

235 Pactum de succedendo initum cum eo, cuius de successione agebatur, valeret ex vi statuti.

236 Pactum de succedendo non valet, etiam si fiat inter milites pergentes ad bellum secundum quosdam. Cōtrarium defenditur, etiam si tale pactum non esset reciprocum.

237 Lex ex generali ratione in ea assignata non tam videtur extendi, quàm omne illud virtualiter comprehendere.

238 Pactum de succedendo non valet, etiam sit fiat inter filios, & eius patrem.

239 Dispositio tex. in l. fi. C. fam. herci. & in l. hac consultissima, §. ex imperfecto. pocedit in vim vltimæ volun. non autem in vim pacti.

240 Pactum de succedendo non valet, etiam si fiat inter coniuges, nisi sit reciprocum.

242 Pactum de acquir. hær. viuentis non solum non valet, quādo principaliter ageretur, sed etiam si incidentur, & accessorie agatur, adhuc non valet.

242 Concessio beneficij viuentis facta per ordinarium, vel etiam per

per Papam, non valet.

243 *Patronus non solum non potest præsentare in beneficio viuentis, sed etiã prohibetur dare alteri mandatũ de præsentando, etiã si exprimatur, quod eo mandato non vtatur nisi post mortem illius, cuius de beneficio agitur.*

244 *Impugnatur Abbatis sententia.*

245 *Ratio diuersitatis.*

246 *Qui beneficium in alterum confert, ob id, quòd accipiẽtem debitorem sibi acquirat, lucrum fecisse existimatur.*

247 *Pactum de succedendo non valet, etiam si sit iuratum, siue fiat inter filios sine consensu patris, siue inter parentes, siue fiat inter reliquos coniunctos.*

248 *Pro Ias. contra Bart. & Bald.*

249 *Pactum de succedẽdo septem modis remissiuè procedit, vt per Ias. in l. fi. C. de pact. quorum primus modus nouissimè declaratur.*

250 *Pactum de acquirẽda re aliena his verbis conceptum, scilicet, Promittis, mihi rem Titij viuentis habere licere? validum est.*

241 *Pactum de succedẽdo, vbi tacita, vel expressa conditio cõcessionis non potest verificari nisi post mortem eius, cuius de successione agebatur, nõ valet, secus si alias possit verificari.*

252 *Intell. tex. in l. qui in iure. §. fi. ff. de dona. & in le. 2. §. fi. ff. quib. vt indig. nouissimè interpretantur.*

253 *Non est prohibitũ concipere dispositiones nostras post mortem alicuius tertij.*

254 *Pactum de succedendo gestum cum eo, cuius de successione agebatur, validum est, licet non secus, quàm vltima voluntas reuocari possit.*

255 *Pactum de succedendo gestum cum eo, cuius de successione agitur, ad hoc, vt valeat, debet ad minus quinque testibus probari.*

256 *Pactum de succedendo in hæreditate accessoria, qualis est hæreditas pupilli, validum est.*

257 *Pactum de futura successione acquirẽda validum est in casu. l. & hæredi. §. filia & §. filius. ff. de pact.*

258 *Item valet, vbi per statutum, vel consuetudinem esset approbatum.*

259 *Item valet in terminis l. quidam cum filium, de verborum obligatio. ff.*

261 *Item valet in militibus.*

262 *Item valet in fauorem piæ causæ.*

263 *Item valet in patre paciscente cũ liberis, & intestato moriente.*

264 *Item valet inter fratres paciscentes, at æqua lance hæreditas inter eos diuideretur, patre intestato decedente.*

265 *Item valet in minore viginti annis quo ad pœnam.*

266 *Item valet quo ad pœnam, quando viuẽte testatore contrahentes pœnituerunt.*

267 *Item valet, vbi esset mortuus is, de cuius hæreditate agebatur, licèt ipsi paciscentes pro certo non scirent.*

268 *Tamen si cõtrahentes viuere putabãt, & re vera mortuus est, non valet quo ad pœnam.*

269 *Pactum de succedendo non solum quando consensit à principio is, cuius de hæreditate agebatur, sed etiam postea ratum si habeat, validũ est. Quod in minoribus nõ procedit contra Alcia.*

270 *Pactum de successione certo modo diuidenda ampliatur & limitatur septem modis remissiuè.*

271 *L. Tauri permittens pactum de hæreditate certo modo diuidenda, potius limitat, quàm corrigit ius commune.*

272 *An lex Tauri approbans pactum de successione certo modo diuidẽda, extendatur ad huiusmodi conuentiones, quę ante illam legem actæ fuerunt, licet lis longè postea mota fuisset.*

273 *Pactum su. su. per l. 20. Tauri an sit correctoria.*

274 *Lex, vel constitutio licèt propriè debeat futura respicere, & ad præterita non extendi, tamen si in ipsa lege dicatur, quòd ad præterita extendatur, bene se extendit.*

275 *L. declaratoria refertur etiam ad præterita.*

276 *Lex, vel constitutio declaratoria bene se extendit ad præterita.*

277 *Lex noua ad futura tantùm pertinet, & ita est intelligenda l. Tauri.*

278 *Lex Tauri approbans pactum inter socerum & generũ, scilicet, ne possit socer meliorare aliquem ex filijs, non extenditur ad casus præteritos.*

279 *Constitutio noua, aut iuris correctoria si extenderetur ad præterita, esset calumnia, & causa nouarum litium.*

280 *Cõstitutio noua adeò nõ extenditur ad præterita, quod ẽtsi præterita sint incœpta, & nõ consummata ante legẽ nouam, adhuc non extenditur, nouæ legis dispositio.*

281 *Leges Tauri ad futura ne tantum, an etiã ad præterita trahantur.*

282 *Leges Tauri ad futuras lites sunt trahendæ, licet earũ causæ seu casus ante illas leges fuerint.*

283 *Nouæ legis dispositio vbi causa est de præterito, licet iudicium sit de futuro, non disponit de illa causa.*

284 *Causæ in l. Tauri non pro litibus, nec pro causis ordinatis in iudicio, sed pro primordialibus causis & factis, ex quibus poste a lites oriuntur, intelligi debent.*

285 *Noua dispositio, cuius verba & ad præterita & ad futura possunt referri, semper est intelligenda, vt futura respiciat, & ad præterita non trahatur.*

286 *Noua legis dispositio non comprehendit lites, quarum causę sunt de præterito ante illam legem, licet lis super eadẽ causa moueatur post legem conditam, id quod lege regia cautum est.*

287 *Pactum de futura successione conseruanda non valere cõtra communem.*

288 *Pactum de futura successione conseruanda validum est in feudo, in fideicommisso, & in maioratu, quia in his non hæreditas, sed potius ius quoddã singulare pacto datur.*

289 *Pro communi contra Baldum, Fulgosi. & Paul.*

290 *Filia exclusa ab intestato, vbi statuto cauetur, quòd stantibus masculis filiæ non succedunt, ab intestato succedere potest, vbi conuenerit inter patrẽ & filiam, vt ipsa ab intestato succedat.*

291 *Hæreditas licet nõ possit pacto cognatis, vel extraneis dari, potest, tamen filijs pacto relinqui, id quod mediate procedit.*

292 *Donatio omnium bono. præsentium, & futu. valet, contra communem.*

293 *Ius futur. etiam sub conditione non posse perimi, contra cõmunem, conclusiones tres.*

294 *Iuramento hæreditas nondum delata non repudiatur, cum Accursio contra communem.*

295 *Testis testamentarij compulsione vitiatur testamentum, regula cum viginti declarationibus.*

296 *L. 1. tit. 2. lib. 5. ord.*

297 *L. 4. tit. 1. par. 6. amplia.*

298 *L. 2. titu. 2. lib. 5. ord.*

299 *Illationes. 20. contra mentem communis opi.*

REDEVNDO ad requisita testamenti, deinde & 29 requiritur, vt qui liberos habet in potestate, qui à nemine præceduntur, is eos
1 † liberos in suo testamento, vel hæredes instituat, vel nominatim exhæredes faciat l. inter cætera, ff. de lib. & posth. Inter cætera enim, ait iureconsultus, quę ad ordinanda testamenta necessariò desiderantur, principale ius est de liberis hæredibus instituendis, vel exhæredandis, &c.

Etenim

Etenim hæredis extranei, vel etiam sui institutio, nõ sufficeret in hoc testamẽto, si ex suis heredibus quilibet preteritus repertus esset, vt ibid. & in prin. Inst. de exhær. lib. l. 1. ff. de iniust. rupt. l. fin. l. Gallus, §. in omnibus. ff. de libe. & posthu. in auth. non licet, & in auth. ex causa, C. de libe. præt. & in auth. vt cum de appellatio. cognos. §. aliud quoque capitulum, collatione. 8. & plenissimè infrà dicemus ex professo.

Fallit tamen per interuentum iuramenti, & in alijs varijs casibus. Sed ille casus de iuramenti interuentu, quia reliquis frequentior est, plene excutietur, & ordinatius, q̃ alibi, quia secundum communiter doctores per interuentum iuramenti dispensatur cum hoc requisito institutionis vel exhæredationis.

Limita. ergo vt præteritio patris erga filiũ si cum iuramento patris successioni futuræ renuntiauit, nõ vitiet testamẽtum, c. 2. de pact. lib. 6. Vnde infertur planè, ꝙ liceat regulariter nemo possit facere, quin leges locũ habeant in suo testõ, d. le. nemo põt, ff. de lega. 1. cum mille similibus suprà alleg. id tñ procedat, & ĩtelligatur per modũ vlt. vol. per modũ aũt cõtractus, vel actus inter viuos, aliud respõdendum sit. Mouebat quæstionẽ, ꝙ vt in successionibus testamentarijs formã legis prætermittere non possumus, vt in d. le. nemo, ita quoq; etiã in successionibus legitimis formam, ordinem, & vocationẽ legalem prætermittere, aut immutare non possumus de iure ciuili. vt in l. fin. ff. de suis & legi. & in l. hæreditas, C. de pact. conuentis, & in l. si quando, §. illud. C. de inoff. testam. & in l. fi. & in l. pactum dotali, C. de coll. & in l. ex eo. C. de inut. stipu. §. fin. inst. de legi. agna. successione, cũ multis similibus iam referendis.

Per contrariũ videtur, ꝙ possimus hac in re mutare, & inuertere formam, ordinem, & vocationẽ factam à lege, arg. tex. in c. quanuis, de pact. in 6. Quæ res tã frequens & assidua est in vsu forensi, vt earũ, quæ in vtroq; iure repe、riuntur, nulla vnquàm frequẽtior, aut vsitatior possit inueniri. Nam procerum, magnatum, nobilium, diuitumq́; præsertim in regionibus nostris, nullus est, qui ex filiabus suis si vnam, aut alterã nuptui tradit, reliquas omnes nõ curet, & studeat dicare Deo, & religioni, quas tamen suadẽt (ne dicam compellunt) vt per prius parentum, atq; fratrũ suorum futuris successionibus cũ iuramento modicis dotibus contentæ renuntient. Quę res similiter vsitata est in filijsfam. qui religionem profitẽtur, & monasticam vitam eligunt. Et idem in ijs, qui ordinem diui Ioannis Hierosolymitani suscipiũt. Quod & similiter faciunt quamplures eorum, qui in numero collegarum haberi volũt, dum ijs collegijs se inhabitare student, quæ pauperibus deputata sunt. Quæ res latissimè patet, vt in re propria non semel, sed pluries expertus sum. Nam primũ cùm Martinus pater meus obseruandus vnus esset è duodecim summis senatoribus, quos inuictissimus Imperator Carolus quintus Hispaniarum rex primus iuri dicũdo designatos habebat duas sorores meas, Ioannam, & Annam religioni dicare vellet, fecit, vt ipsæ solita dote accepta, vniuersis parẽtum successionibus renuntiarent.

Deinde cùm frater meus honorandus Ioannes Vascus Abulensis appeteret consortium collegarum, qui insignia gerunt collegij sanctæ Crucis, simili renũtiatione in fauorem fratris Melchioris vsus fuit. Et ita pro voto res cessit, qui hodie est vnꝰ meritissimus è summis senatoribus pijssimi regis nostri Philippi Hispaniarum, & Angliæ regis. Post deinde cum dilectissimus frater meus Alfonsus ordinem nobilium diui Ioãnis Herosolymitani susciperet, simili primùm renuntiatione vsus fuit in fauorem Ioannis fratris iam memorati.

Enimuerò cùm ipsemet antequam in contuberniũ, & consortium collegarum diui Iacobi Zebedęi Salmanticẽsis admissus essem, cuius immeritus insignia gessi, simili renunciatione vsus fui in fauorem eiusdem Ioannis, fratris colendi.

In summa cũ Rodericus frater meus charissimus, atque honestissimus contubernium collegialium sanctæ Crucis oppidi Vallisoletani appeteret, vbi admissus fuit, & hodie est vnus è senatoribus supremis, qui iuri dicẽdo à Philippo pijssimo Hispaniarum rege nostro designati sunt, atq; præfecti prętorio Granatensi, simili etiam renuntiatione vsus fuit.

Hanc ergo materiam reliquis omnibus frequẽtiorem, atq; vtiliorem Bart. in l. fin. C. de pact. disseruit ordinatius, quàm alibi, quæ constat quatuor pactorum speciebus, nẽpe pactum de futura successione omittẽda, pactum de futura successione diuidenda, pactum de futura successione conseruanda, pactũ de futura successione acquirenda. Primùm ergo agemus de pacto de nõ succedendo, quod reliquis vsitatius est. Deinde de pacto de succedendo, & sic de reliquis.

Ergo in primis sciendum est, illud pactum de non succedendo nõ valere. Ratio dubitãdi potuit esse multiplex.

2 Prima, quia prætor ait, pacta † seruabo le. iuris gentium §. prætor ait, ff. de pact. l. 1. in prin. ff. de const. pecun. l. non minorem. C. de transact.

3 Secunda † ratio, quia in re sua quilibet est moderator & arbiter. l. in re mandata. mandati. C.

4 Tertia, quia spes & † cedi potest, vt in l. 1. C. de dona. & transmitti. vt in §. ex conditionali. Insti. de verbo. obligat. Vnde cùm hic agatur de spe tantùm omittenda, quam in rebus alienis habemus, videbatur id permissum.

5 Quarta, quia spes ex † causa iã existente est in consideratione, vt ea disponatur, vt no. docet Bar. in l. qui Romę, §. duo fratres, ff. de verb. oblig.

6 Facit & quintò, ff. & C. vt legatorum seu † fideicomiss. nomine cau. vbi de eo quod spe tantũ consistit possumus esse soliciti.

Sextò per l. primam. C. de pact. le. de fideicommisso. C. de transactio. l. si pater puellæ, C. de inoff. testa. vbi per pa-
7 ctum ius † futurum potest remitti, licet in spe tantum, incerta, lubricaq; consistat.

8 Septima ratio. Nã vbi est † incertitudo, ibi nullus intelligitur lædi, nec senex, nec iuuenis, d. le. si pater puellæ, d. l. de fideicommisso l. si ea lege. fi. ea pactione. C. de vsur.

Vnde filius filiáue, qui se eo, quod à patre acceperunt, contentos vocant pro sua legitima, nil amplius deberent accipere, cũ tẽpore receptionis incertũ esset quãta eorum legitima tempore mortis patris futura esset, vnde minor, angustiorq́; esse poterat, nec per hoc ipsi redderent quod vltra acceperũt: ita quoq; si effecta sit amplior, nil amplius deberent petere. Quę ratio colligitur ex Bald. in l. pactum dotali. C. de colla. q. 6.

9 Octaua ratio, quia omnia † censentur permissa, quę nõ reperiuntur expressim prohibita le. necnon, §. quod eis, ff. ex quib. cau. maio. l. super statuas, C. de religio. sed pactum de non succedendo nulla lege reperitur prohibitum, saltem generaliter, nam omnes ll. quæ tale pactum improbant, signanter loquuntur inter liberos, & parentes, ergo videtur quòd liceat inter alios.

Nona ratio colligitur ex hoc text. in d. §. illud, in ratione
10 ibi, meritis magis † filios ad obsequia paterna prouocandos, quàm pactionibus adstringendos. Quæ ratio cum sit peculiaris liberis respectu parentum, non iuste huius legis & similium prohibitionem trahimus ad vniuersos.

11 Decima ratio. Cessante causa † rationaleq; finali prohibitionis, deberet cessare ipsa prohibitio. l. adigere, §. quãuis, ff. de iure patr. l. vn. in pr. C. de cad. tol. vnde cum pactũ de futura successione ex eo potissime improbetur, ꝙ inducit votum captandæ mortis, vt in le. fin. C. de pac. vel ꝙ impedit liberam testandi facultatem, vt in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbo. oblig. quæ rationes cessant in pacto de non succedendo, per quod potius videtur tolli, quàm induci votum captandæ mortis, ergo, &c.

12 Vndecimam rationẽ collige ex † l. si quis in conscribendo, cum simi. C. de pac.

13 Duodecima ratio dubitandi colligitur ex l. 1. C. de pac. ibi, non

ibi, non iniquis rationibus, & ex l. de fideicommisso. C. de
13 transactio. ibi, remoto † captādę mortis alterius voto improbabili, vbi tale pactū fere in indiuiduo agnoscunt Imperatores longe abesse ab incudendo mortis captandæ voto, tamq; longe abesse, vt potius illud impediant. Verū hæc omnia & alia, quę conclusioni aduersari videntur, ex inferioribus facile dissoluentur.

Et ratio, omniumq; istorum fere solutio colligitur ex decisione tex. recte intellecti in d. l. si quādo, §. illud. C. de inoff. testa. cuius verba referenda duximus, eo quòd illum tex. sępe allegaturi sumus, quia pertinet ad resecandas plerasq; earum dubitationum, quæ circa hanc materiam occurrunt, eius verba ita habent.

Illud etiā sancimus, vt si quis à patre certas res, vel pecunias accepisset, & pact⁹ fuisset quatenus de inofficioso querela aduersus testamentum paternū minime ab eo moueretur, & post obitum patris filius cognito paterno testamēto non agnouerit eius iudicium, sed oppugnandum putauerit, vetere iurgio expulso, huiusmodi pacto filium minime prægrauari secundum Papiniani responsum, in quo definiuit meritis magis filios ad paterna obsequia prouocandos, quàm pactionibus adstringendos. Sed hæc ita admittimus, nisi transactiones ad hęredes paternos filius celebrauerit, in quibus apertissime iudicium patris agnouerit, ergo.

Ratio huius est multiplex.

14 Primum ponitur † per iurisconsultum in l. fin. ff. de suis & legi. hære. dum dicit, priuatorum enim cautiones, scilicet,
15 illicitas † legum authoritatem non censeri, nam hęc illicita est, vt dictis iuribus.

16 Secunda ratio est, quam ponit † tex. in l. si quando, §. illud, C. de inoff. testa. dum dicit, meritis magis filios ad paterna obsequia prouocandos, q̃ pactionibus adstringēdos.

Tertia ratio, quam ponit Bar. in l. stipulatio hoc modo, de verborum obligationibus, scilicet, quia pręsumit ius, ꝙ filius modico de præsenti contentus, renuntiaret magnæ successioni, ꝙ ius non approbat, iuxta illud. Ad pręsens oua, cras pullis sunt meliora. Et illud, Omne futurū despicitur, suadentq; præsentia fructum, vt in l. cum ij, in prin. ff. de transactionibus. Sic dicimus in alimentis relictis in vltima voluntate, vbi non permittitur transactio eadem rōne, quia modico, &c. d. l. cùm ij, & in l. de alimentis, vbi plene notatur, C. de transactionibus. Istam rationem sequitur Paulus de Cast. in d. l. pacta quę contra, C. de pactis. Et facit vnum simile de eo, ꝙ dicimus in pacto legis commissoriæ reprobato in pignoribus, vt in l. fina. C. de pactis pignorum, cum similibus.

17 Quarta ratio † ponitur per Bald. in l. pactum dotali, C. de collation. 19. quæst. vbi dicit, ꝙ leg. non vult renuntiari hæreditati futuræ, ne filius videns se sic priuatum hæreditate patris, omittat obsequium, hoc enim est satis inconueniens, at si se priuatum nō videt, patrem obsequijs prouocabit: item viuet virtuose secūdum patris voluntatem, & desiderium, & hoc est valde conueniens, scilicet ꝙ spes pulcherrima foueat filios in successione parentum lege cū duobus, §. idem respondit, cum similibus, ff. pro socio. Et ad istam rōnem Bal. facit tex. elegans, quem ipse non allegat in l. verum, in fine, vbi vide ff. de verbor. obligat. Item adde illud Iuuenalis Satyra. 10.

Quis enim virtutem amplectitur ipsam
Præmia si tollas?

Facit etiam tex. in c. fi. 7. q. 1. dum dicit. Nam cum laborem suum sine fructu esse considerant, aliò ad laborem cū fructu migrant. Et potes addere plura similia. Et istam rationem sequitur etiam Paul. de Castro, in d. le. pactum dotali. 1. colū. vbi subdit, quod improbatur hoc pactum, quia contra publicam vtilitatem secundariò.

18 Quinta ratio ponitur per Sali. in † l. pactum quod dotali. C. de pact. per l. hæreditas, C. de pact. conuent. quem vide per te.

19 Sexta rō pōt esse, quia † aditio, & repudiatio à pari procedunt, nam ille potest repudiare, qui potest adire, & econtra l. is potest, ff. de acquir. hær. l. & nec is, sed hęreditas viuentis non potest adiri l. qui superstitis, ff. de acq. hær. cum simil. ergo etiam viuentis hæreditas non potest repudiari, vel ei renuntiari. Hinc est, quòd si pater esset defunctus, posset hęreditas eius repudiari, & super ea fieri pactum d. l. si quando, §. illud, C. de inoffi. testa. & l. de fideicommisso. vbi Bart. C. de transactio. facit l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verbor. obliga. Et istam rationem reperio per Ias. in leg. pactum, de collat. 1. colum. in fin.

20 Septima ratio potest esse, quia † iuri de futuro non potest renuntiari l. si ita scriptum, §. si sub conditione. ff. de legat. 1. & le. nec is, de acquir. hæred. cum simil. sed hæc successio est de futuro, vt patet, imò est vana spes, de qua non habetur cōsideratio l. post emācipatū, ff. de libe. lega. notabiliter Bart. in l. fi. in fi. C. de pact. vbi vide. ergo nō valet repudiatio, vel renunciatio. Sed hęc ratio est nullius momēti. Nam fateor, ꝙ iuri de futuro non potest renuntiari, scilicet, per simplicem renuntiationem, vt dictis iuribus, sed per pactum bene potest l. 1. vbi plene, C. de pact. & ita l. de fideicommisso. cum simi. Cùm ergo nos loquamur de pacto futuræ successionis, ergo videbatur, quòd posset, & sic illa ratio non est bona.

21 Vera ergo ratio est, quia † illud pactum est cōtra ius, ideo non valet l. pacta quæ contra. C. de pact. Et quare sit contra ius, vel ius illud reprobet, patet ex rationibus suprà positis. Et ex ijs (salua veritate) videtur mihi, ꝙ sexta ratio
22 suprà relata nō sit bona, cùm ibi loquatur de † repudiatione, vel renūtiatione, nos autem in pacto, vnde illa ratio est vera in permissis à iure, secus in ijs, quæ sunt contra ius, vt hic, quo casu non est differentia inter pactum & renuntiationem, imò neutrum valet, vt dixi.

23 Octaua ratio, quia hæreditas † debetur filijs iure naturæ, l. scripto, ff. vnde liberi, sed iura naturę tolli nō possunt, nec immutari, vt §. sed naturalia. Inst. de iure naturali. ergo cùm hæreditas filij iure naturæ debeatur, idq; ius immutari non possit, consequens est tale pactum nihili fore.

24 Verùm quia superiores † rationes non eodem tendūt, sed quædam huc quędam illuc, ideo aduertendum est hac in re tres esse inspectiones: Prima, quare pactum de non succedendo non sit impedimento, quominus ea hæreditas renuntianti ipso iure deferatur, nō secùs, quàm si re vera non renuntiasset. Altera inspectio, quare licet ex vi talis renuntiationis mero iure non excludatur, cur saltem nō repellitur exceptione pacti, quando pactum non fuit cōuentum inter renuntiantem, & eum, cuius de successione agebatur sed inter eum, & alterum tertium. Tertia inspectio quare is renuntians non repellitur exceptione pacti, quando id pactum fiebat inter se, & eum cuius de successione agebatur.

Quo ad primum præmitte id ius, quod in rerum natura non est perimi nullo modo posse, quia priuatio præsupponit habitum l. decem, ff. de verb. obli. l. eius qui, ff. si cert. peta. §. seruus. Inst. de capitis dimi. Ita procedit l. inter stip. §. sacram, ff. de verb. oblig. §. 1. Insti. de inut. stip. l. vsusfructus, ff. de stip. seruorum. Modo sic. Hæreditas futura (quæ est sicut posthumus è ventre nondum editus) cum nondū
25 sit in rerum natura, non potest mero † iure perimi per repudiationem, vel renuntiationem, quia quod non est, id nec rumpi, nec perimi potest l. nā & si. ff. de iniust. rupt.
26 l. quidam referunt, ff. de iure codicillorū. Huc † ergo pertinet ratio Papiniani, qui in l. fi. ff. de suis & legiti. hær. scriptum reliquit, eam scripturam ius successionis nō mutasse constat. Huc etiam spectat secunda ratio Saliceti dicentis,
27 quòd vt † hæreditas viuentis pacto dari non potest, quia nondū est in esse producta l. hæreditas, C. de pact. conuen. ita nec pacto perimi potest. Eodē etiā spectat tertia ratio
28 existimantium, ꝙ vt hæreditas † antequam moriatur is, cuius de successione agitur, nō potest vel aditione acquiri, vel repudiatiōe amitti, ita quoq; nō pōt amitti pactiōe.

Eiusdem

Eiusdem farinæ est & illa quarta ratio dicentium, ꝙ vt
ius de futuro(quale est legatū, vel hæreditas,quæ sub con-
ditione relinquuntur) non potest repudiari seu renuntiari,
ita & ius futurum hæreditatis viuentis.Sed hanc rationem
quidam impugnant,dicentes ius futurum licet nō simpli-
ci repudiatione,tamen pacto conuento posse perimi,vt in
l.1.C.de pact.cum similibus. Sed & hi non minus errant.
29 Nam in terminis d.l.1.intelligendum est,non ꝙ ius † futu
rū & conditionale ipso iure perimatur, quinimo pro con-
stanti tenendum est, tale ius etiam post pactum conuentū
integrū ipso iure manere, quanuis pacti exceptione post-
quàm extiterit cond.submoueatur is, qui pacto ius suum
omissum voluit. Dic ergo, ꝙ ius futurum hæreditatis vi-
30 uentis,& ius futurum † hæreditatis iam defuncti, sub cō-
ditione tamen delatæ,bene concordāt quo ad hoc, ne pos
sint pendente conditione, vel morte illius, cuius de hære-
ditate agitur,mero iuro perimi: tamen non æque adsimi-
31 lantur quo ad pacti exceptionem.Patet,quia pacti † exce-
ptio datur contra eum, qui pactione renuntiauit pendente
conditione ius fideicommissi sub conditione delati,& tñ
non daretur contra renuntiantem ius hæreditatis viuen-
tis.Accipe facilem rationem. Nam primo casu pactū non
est improbatum, ideo suos operatur effectus, & sic produ
cit exceptionem. Secundò autem casu est improbatum,
ideo nullum producit effectum. Si quæras quare primo ca
su improbatur,secundo verò minimè. Respondetur,quia
32 altero casu de hæreditate † agitur mortui, quod leges non
improbant: altero autem casu agitur de viuentis hæredi-
tate,quod detestatum est,cùm fit inter duos sine consensu
illius, de cuius hæreditate agitur. Quia licet videatur ex
parte renuntiantis nullum esse vitium, cùm per hoc non
tam inuitetur,quàm abdicetur à voto capt.mor.tamen ex
parte illius,in cuius fauorem renuntiatio fit,negari non po
test, quin interfuisse videatur votum, vel saltem occasio
capt. mort. Sed & ex parte renuntiantis vitium adesse vi-
33 detur non leue,cùm † renūtiando in fauorem alterius, per
hoc erga illum largitiōe & liberalitate visus videatur, quo
fit, vt huius beneficij debitorem illum sibi constituat, id
quod lucri species est, vt dicit text. in l.si pignore,in princ.
ff.de fur. lucrum autem facere etiam per hunc modum ex
hæreditate viuentis, turpissimum est, plenumq; nimia, &
scelesta festinatione. Idq; mihi visus est sensisse Consultus
vulgo non intellectus,saltē ab ijs,quos mihi legere conti-
git,qui in l.2.ff.de don.§.fi.& in le.2.ff.quib.vt indig.in §.
fi.hunc renunciante indignū illius hæreditatis frustra omi
sisse censuit, eumq; ita hæreditate priuauit. Quam ratio-
nem à nullo vnquam animaduersam inuenies. Hinc col-
ligo male sensisse Alciatum,qui in l.fi.in glos. quæ contra,
34 C.de pac. scripsit pactum † de non succedendo nunquàm
esse contra bonos mores,quod verùm non est. Nam quā-
do fit inter aliquos sine consensu illius,de cuius successio-
ne agitur,tunc ex parte eius in cuius fauorem, & vtilitatē
fiebat,renuntiatio est euidens turpitudo, captatioq; hære-
ditatis viuentis, ex parte autem eius, qui omitttebat, est
præmatuta elargitio, ac liberalitas improba & punibilis,
dd.ll. Vides ergo quò tendant illæ quatuor rationes, scili-
cet, vt intelligamus, quare mero iure hæreditas viuentis
renuntiatione perimi non possit,quin post mortem illius,
de cuius hæreditate agebatur, mero iure deferatur renun-
tianti,qui ea hæreditate indignus censetur, quando id pa-
ctum iniuit citra consensum illius,de cuius hæreditate agi
35 tur. Nunc superest, vt videamus, quare † etiam si cum eo
cuius de hæreditate agitur,paciscatur,licet tunc hæredita-
te vt indignus non priuetur, non remoueatur exceptione
pacti, nam mero iure eum submoueri non posse iam do-
cuimus.Et ratio traditur in §.illud ibi,meritis,&c.Secun-
dam tradit Fulgo.ibid.& Natan in ca.quanuis, de pact.in
6.num.57.dicentes id ideo esse, ꝙ libertas filij oneraretur
si pactione adstrictus esset, & priuatus facultate impugnā
di testamentum patris eum exhæredātis, vel prætereun-
tis,arg.l.1.§.quæ onerandæ,ff.quarum rerum act.non de-
36 tur.Tertiam rationem adducunt quidam, dicentes † opor
tere parentes id agere,vt liberi eis obediant,obsequiumq;
præstent magis paternis beneficijs prouocati,quàm metu
pœnarum, id est, exhæredationis, vel præteritionis coa-
cti,argu.tex.cum glo.in l.1.in fi.prin.ff.de iust.& iu.Quar
tam rationem adducunt ex tex.l.fin.ibi,priuatorum enim
cautiones legum authoritatem non censeri, ff.de suis &
leg.exponendo cautiones,scilicet,illicitas. Sed id nihil est,
id enim est de quo disputatur quare illæ cautiones illicitæ
iudicentur. Præterea hæc expositio sonat in delictum, at
in terminis illius legis nullum plane erat delictum. Quin-
tam rationem adducit Bald.in l.pactum dotali. C.de colla.

37 Quę omnes rationes tendere † videntur ad declaratio-
nem rationis,quam ponit Imperator in d.§.illud,dum ait,
meritis magis filios ad obsequia paterna prouocādos, quā
pactionibus adstringendos. Quæ ratio exponitur ibid.
per Fulg.vt sit sensus,quòd si tale pactum valeret,tunc fi-
lij libertas coarctaretur,argumento.l. primæ.§.quæ one-
randæ,ff.quarum rerum actio.non detur. Altera expositio
horum verborum est, quòd beneficiorum, paternorum
exhortatione magis, quàm parernarum pœnarum metu
(qualis est pœna exhæredationis, vel præteritionis) filij
sunt ad paterna obsequia prouocandi. Quę expositio ma-
gis placet,quàm superior. Tertia expositio fuit Bald.in d.l.
pactum dotale,de collatio.q.19.qui scripsit,filios videntes
se à paterna hęreditate exclusos,parentibus non esse pari-
turos, nec curaturos parentes colere.

38 Sed quia harum rationum pleraq; † militant, cum filij
cum parentibus paciscuntur, nunc accipe aliam rationem
procedētem,etiam si inter remotiores pactum fieret. Nā
cùm in vltima voluntate de supremo agatur præiudicio,
nempe omnium † fortunarum, facultatúmve eius, cuius
de successione agebatur, & ideo ne in re tanti momenti
fraudes fierent, inuentæ sunt tot solennitates in testamen-
tis ordinādis septē,testes testiū subscriptiones,sigilla, reli-
quaq;,de quibus in prin.& per totum Inst. de testam.ord.
Si ergo pactione dari posset,adimive hęreditas.ad cuius pa
cti probationem duo tantum testes sufficiunt l. vbi nume
rus,ff.de testib.certe si id pactū,quod de successione quę-
renda, vel amittenda interponeretur, valeret iam duorum
testium probatio, licet de vniuersa successione ageretur,
sufficeret,per quod facile fieret fraus,contra l. fin.C.de fi-
deic.cum sim.Cùm ergo in falsitatibus, reliquisq; delictis
euitandis vertatur principaliter fauor publicus, consequēs
est,vt priuatorum consensu talem solennitatem non pos-
sit dispensari,vt l.priuatorum.C.de iurisd.om.iud.le.ius pu-
blicum,ff.de pact.l.nemo potest.ff.de lega.1.l. conuenire,
ff.de pact.dotali.l.diuus,ff.de militar. testamē.§.plane.In-
sti.eodem titu.

40 Deniq; est & alia nouissima ratio. Potestas † disponēdi
de rebus nostris post mortem est iure positiuo,non natu-
rali inducta,ac concessa,iure enim naturę mors omnia sol
uebat,authent. de nupt.§.deinceps, collatione.5. Et Pro-
per.eleg.5.lib.3.

Nudus ad infernas stulte vehere rates.

Sed & Cornelius Gallus cū de morte caneret, nec plus iuris intelligeret relicturum diuitem, quàm pauperem, sic ait.

Hac pueri,atq; senes pariter iuuenesq; ferentur.
Hac par diuitibus pauper egenus erit.

Idq; procedit,coacta naturaliq; ratione. Etenim resolutio,finisque rei cuiusq; assimilatur naturaliter suæ creationi.Iuxta illud Boetij metro.2.lib.3.

Repetunt proprios quæq; recursus,
Reditusq; suo singula gaudent,
Nec manet vlli traditus ordo,
Nisi quod fini iunxerit ortum.
Stabilemq; sui fecerit orbem.

Vides ergo vt qualis ortus noster, talis quoque futurus iure naturæ erit exitus,finisq;,& per hoc vt nudi in lucem

editi fuimus, ita quoq; nudi ab hac luce euolaturi intelligebamus. Quòd ergo morientes legem viuentibus impoſitam relinquamus, id iure poſitiuo, nõ naturali receptum inductumq; fuit, vt l.1.C.de ſacr.eccleſ.l. lege obuenire,ff. de verb.ſign. Quinimò teſtamẽtaria ſucceſsio lõge poſterior fuit,quàm legitima, vt docet Coraſius in l. filium quẽ habẽtem,in pr.C.fam.her. Tiraq.in l.ſi vnquã, C.de reuo. donat.diximus ſuprà, §.1.& §.2. vbi docemur diu in vſu fuiſſe morem ſuccedendi ab inteſtato,& poſtea receptam fuiſſe teſtamentorum faciendorum poteſtatem,facit tex. in prin.Inſti. de teſta. Hæc autem poteſtas teſtamẽtorum faciendorum,per quam datum eſt hęreditates neceſſarijs, coniunctisq; auferri poſſe,non libere per ll.ciuiles conceſſa fuit,ſed coanguſtata,vt vno duntaxat modo, ſcilicet,per ſolenne teſtamẽtum poſſet alijs adimi, & in alios trãſferri, per pactum autem inter viuos id conceſſum non fuit,vnde niſi per teſtamentum detur, adimaturue hæreditas, relinquimur in diſpoſitione iuris autiqui, quod legitimis tãtum neceſſarijsve ſucceſsiones deferebat moriẽtium, nec
41 vnquam ſcriptum, relatúmve eſt, quòd ad † tales hæreditates quiſquam ex vi pacti aſpirare poſſet. Vnde noue tẽtari poſſet, ꝙ & ſi leges nullæ exiſterẽt, quæ vetarent pa-
42 cto hæreditates non dari, adhuc tamen per pactum † dari non poſſunt,quia neq; ius naturæ id permittebat,nec vllũ ius poſitiuum id induxit, neq; moribus præſcriptum vllibi inuenitur.

In primis circa hunc locum conſidera,quòd filius ſecũdum quoſdam poteſt legitimæ renuntiare in vita ẽt patris ſui.Et ipſi dicunt,ꝙ lex ſit quando §.illud,non loquitur in eo, qui renuntiat hæreditati viuentis, ſed ſolùm petitioni
43 legitime.Vnde filia ſi pater decederet † ab inteſtato poſſet ei ſuccedere ſine dubio.Eſt enim legitima non quota hæreditatis,ſed quota bonorum,vt docent Bart.& Areti.in l. gerit,ff.de adquir.hære.vnde licet illo caſu permittatur renuntiatio,quia per pactum poteſt renuntiari iuri de futuro,l.1.cum materia.C. de pact. & in l.in plurium, ff.de acquir.hær. non tamen permittitur renuntiatio hæreditatis viuentis,vt probatur in d.§.illud,iuncta d.l.in plurium.eſt
44 enim quædã ſpecialis prohibitio,quaſi de hæreditate † viuentis paciſci ſit abſurdum. Ita Areti.in le. qui ſuperſtitis, col.2.ff.de acq.hær.quem ſequitur Dec.in l.pactum dotali.C.de colla.Quorum op. eſt euidenter contra d.tex.in §. illud ibi,huiuſmodi pacto filiũ minime pręgrauari.Nam ſi (vt Aret.& Dec. volunt) tale pactũ quo ad legitimam valeret ia[illegible] verum nõ eſſet, quod generaliter text.ait,huiuſmodi pacto filium minime prægrauari, grauaretur enim ſaltem in legitima.

45 Nec ad rem pertinet, quòd legitima † ſecundum quoſdam videatur quota bonorum. Nam & ſi id ſine præiudicio veri admitteremus, non ideo ſequeretur, quòd poſſet omitti ante quàm eſſet delata,quinimò non poſſet,argu.l. quidam referũt,ff.de iure codicil.le.decem,ff.de verb.l.inter ſtipu.§.ſacram,eod.§.1.Inſt.de inut.ſtipu.l.ſi vſuſfructus,ff.de ſtipulatione ſeruorum. Nec his aduerſatur le.1. C.de pact.l. de fideicõmiſſo.C. de tranſact.l.ſi pater puellæ,C.de inoffi.teſta. Nam procedunt, quando agitur non de hæreditate, vel alio iure viuentis, ſed de relicto conditionali, quod proceſsit ex bonis iam defuncti.

46 Quinimò etiam ſi legitimam † agnoſceremus ſimilem eſſe relictis ſingularibus, adhuc tamen ei renuntiari non poſſemus viuo patre, quandoquidem non poſſe nos repudiare legatum nobis in teſtamento viuentis relictum teſtatore adhuc ſuperſtite,euidentius eſt, quàm contentione egeat le.qui ſuperſtitis,ff.de acq.hær. Etenim quicquid in vltima voluntate relinquitur, id virtualem hanc habet cond.ſi teſtator prior deceſſerit, quàm is cui relinquitur l. hæres meus l. quibus diebus, §.quidam Titio,ff.de condi.
47 & dem.Relicta autem conditionalia pendente † cõditione nec acquiri poſſunt agnitione, nec amitti repudiatione vt ff.de legat.ſecundo leg.ſi ita, & §.ſin autem aliquid ſub conditione.C.de caduc.tollend. Et licet iura conditionalia per pactum poſsint omitti dict. leg. primo cum conc.C. de pact. tamen illud procedit, quando teſtator iam deceſſit,ſecus ſi adhuc ſuperſtes ſit,quo caſu de eorum, quæ ab eius teſtamento proceſſerint, acquiſitione, vel renuntiatione tractare,præmaturum eſſe, valdeq; ſuſpectũ,& impium videtur, vt d.§.illud & l.fin.C.de pact.cum concor. pro nobis facit argu.de toto ad partem l. quæ de tota,ff.de rei venditi.

Et per ſuperiora euidenter, & etiam per iſtud ius videtur cõfundi cautela,quã tradit Bart.Veronenſis in cautela. 72.incip.Tu ſcis,ꝙ ſi filia, vbi inquit cautelam eſſe,ꝙ filia
48 faciat pactũ † de nõ petẽdo aliquid de bonis paternis, & tale pactũ valet etiã nõ iuratũ.Nã hoc videtur contra iſtũ tex.in d.§.illud,& cõtra l.pactũ dotale.C.de colla.& l.fi.ff. de ſuis & legit.Et ita reprobat & bene Dec.in d.l.pactum,
49 col.2. Etenim etiã ſi tale pactũ † non ad hęreditatem hęreditatísve quotam referatur, ſed ad bona,vel quotam bonorum,adhuc tamen non valet nõ magis, q̈ ſi ad quotam hæreditatis referretur, vt hic, ibi, huiuſmodi pacto filium minime prægrauari,licet Dec.in d.l.pactum, colũ.2.contrarium teneat poſt Areti.in le.qui ſuperſtitis,ff.de acquir. hær.col.2.Etenim aliter dicentibus fere obeſſent omnes, vel pleræq; rationum decidendi, quas ſupra retulimus.Et quia per pactum licet iura conditionalia poſsint omitti,tamen id intelligitur, quando procedũt ex teſtamento eius, qui iam defunctus eſt,ſecus ſi ex teſtamento eius, qui adhuc ſuperſtes eſt. Pro hoc, quia huiuſmodi pactiones inſpecta legis cenſura, ſapiunt delictum, & puniuntur,vt in l.quidam in iure,§.fi.cum l. ſeq.ff.de dona.& in l.2.in fi.ff. de his quib. vt indig. Vnde non ſolum videntur ex defectu materiæ ſubſiſtentis vetari,ſed etiam ratione honeſtatis,& publicæ vtilitatis, quaſi inhoneſtum ſit,& reipublicæ contrarium huiuſmodi pactiones admitti, quæ nimiũ infeſtæ ſunt,vt in l.fi.C. de pact.

Et dicit Bar.in l.ſi quis pro eo.in princ.ff.de fideic.ad fi-
50 nem,quod tale † pactum non eſt prohibitum,quia ſit cõtra bonos mores, ſed quia quis remitteret ius futurũ pro modico præſenti, vt in l.cum hi, ff.de tranſactio.in princ. & ideo lex ſtatuit,occurrendo facilitati ſubditorum, & ad hoc facit tex.in l.fi.ff.de ſuis & legit.Et cum opinione Bar. tranſit ſimpliciter Alciatus in cap.cum contingat.extra.de iureiur.nu.192.tenet Abb. idem ibid.nu.30.ſequitur Dec. in l.pactum dotali,col.2.C.de coll.qui ſubdit, tale pactum
51 reprobari nõ ex eo,ꝙ † ſit contra bonos mores, ſed ex eo ꝙ eſt contra publicam vtilitatem. Sed in hoc articulo licet non reperiam contradictorem, tamen tenendum eſt tale pactum de non ſuccedendo eſſe contra bonos mores, per tex.in l.2.in fi.ff.de his quib.vt indig.vbi remiſsio, ſeu donatio hæreditatis viuentis improbatur, quaſi ſit contra bonos mores,& ideo punitur,vt ibi. Idem probatur in le. quidam in iure,in §.fi.ff.de donationib.& in l.nam ei.eod. titu. ad idem facit text. in l.fi.in verb.donationes.ſuprà,de pact.in quibus iuribus patet, improbũ eſſe pactum de nõ ſuccedẽdo,atq; punibile,idq; duplici ratione.Prima, quia ſi (verbi gratia) inter duos fratres fieret pactum, vt patri, vel alteri conſanguineo alter ex eis ſuccedere non poſsit, tunc licet nulla videretur turpitudo ex parte illius, qui ſpẽ ſuccedendi omittebat,tamen ex parte alterius, in cuius fauorem fiebat renuntiatio,eſt turpitudo, votum captandæ mortis,& improba feſtinatio, non ſecus, q̈ ſi paciſceretur de futura ſucceſsione acquirenda,cum virtualiter ex parte
52 illius,in † cuius fauorẽ fit renũtiatio,vel donatio,vel omiſſio hæreditatis, quaſi pactum de ſuccedendo intelligatur, facit tex.in c.2.& in c.conſtitutus,dę conceſsione pręben dæ,& in c.deteſtanda,& in ca.ne captandæ,de conceſsione præbendæ,in lib.6.Quinimo etiam ex parte renuntiantis eſt turpitudo,argu.text.in l. ſi pignore,in prin.ff.de furtis vbi qui rem ſibi commodatam alteri cõmodauit, furti tenetur,ſpecies enim lucri eſt, inquit iuriſconſultus,de alieno largiri,& beneficij debitorem ſibi acquirere.Ideoq; in d.l.2.ff.de his quib.vt indig.& in d.le.quidam in iure,& in

d.l.nam

d.l.nam ei.ff.de donat.punitur ipse donans, seu renuntiãs, quasi ex parte eius vitium,delictumq; fit, nõ secus,quam ex parte illius, in cuius fauorem fiebat renuntiatio. Neque
53 ad rem pertinet, ꝙ pactum de nõ † succedendo firmetur iuramento,vt in c. quanuis pactum, de pact. libr. 6. Nam illud procedit,quando pactum de non succedẽdo fit cum eo,de cuius successione agitur, vel cũ alio de voluntate ipsius, secus si cum alio citra eius voluntatem, vt signanter colligitur ex d.l.2.in fi.& ex l.fi.C. de pact. Adde ꝙ Imo. in c.cum contingat,extra,de iureiur.in 10.membro.num. 85.tenet tale pactum de non succedendo non esse contra bonos mores, sequutus errorem eorum, quos suprà retulimus.Ex superioribus infertur, id pactum de non succedendo, in quibus casibus dicimus esse contra bonos mores,non firmari iuramento,quod suo loco dicetur.Praeterea quod Dec.in d.l. pactum dotale, C.de collationib.ait non esse tale pactũ contra bonos mores,sed duntaxat cõtra publicam vtilitatem, id non rectè animaduersum fuit. Nam si id pactum fiat cũ eo, de cuius successione agitur, vel cum alio de volũtate ipsius, tunc tale pactum neq; est contra bonos mores,neq; contra publicam,sed tantũ cõtra † priuatam vtilitatem esse intelligitur,vt tenent Bar.in
54 l.si quis pro eo.in fine prin.ff.de fideiussoribus.Abb.num. 30.Imo.nu.85.Alcia.num.192.in c.cum contingat,extra, de iureiur. Quòd si tale pactum de non succedendo non fiat cum eo,de cuius haereditate agitur, neque cum alio,de voluntate ipsius, tunc id pactum & contra bonos mores est,& contra publicam vtilitatem, vt suprà ostensum est.

55 Vnum tamen animaduertendum est, quod † ex ista regula infertur ad id quod Odofredus refert in l. pactum dotali.C.de collat.(id quod mille locis refertur) vbi dicit, ꝙ quidam non male cautus scholaris Cremonensis maturo consilio decipit patrẽ suũ nouercae nimis deditũ commẽdabili fallacia. Cum haberet nouercam insidiantem,quae prohibebat patrem subministrare pecuniam necessariam huic filio studenti,is renuntiauit successioni paternae,cum hoc,ꝙ pro expensis studij sibi alimenta darentur. Nouerca vt proprijs filijs totam successionem arrogaret,persuasit patri,vt faceret.Perfecto studio mortuo patre fili⁹ partem virilem haereditatis obtinuit,quia renũtiatio non valuit.Quod fallit,nisi iuramẽtum interuenisset, debet tamẽ computari in partem suam illud, quod expendit in illo studio propter renuntiationem factam,quae sane expẽsa alias non computaretur filio, quia praesumeretur facta à patre affectione paterna,& animo donandi l.quae pater,ff.famil. hercis.& idem tenet Bald.in 10.& 11.q.& Salic. & Pau.de Cast.in d.l.pactũ dotali.C.de collat.Et Pau.id reputat notatu dignum, & idem vult Alex.& Ias.in auth. quod locũ. C.de colla.Sed pro opinione Cini cõtra tenentis multum facit tex.in l.si quando,§.1.C.de inoff.testam. dum ait huiusmodi pacto filium minime praegrauari.

Duo ergo dicunt communiter doct.Primò,ꝙ in supe-
56 riore exemplo filius † non excluditur à successione patris. Secũdò,ꝙ illud,quod accepit,tenetur in legitimã ĩputare. Cõtra primum arguitur, ꝙ eo ipso, ꝙ filius aliquid receperat, solum possit supplementum legitimae consequi, non aũt possit virilem portionẽ in patris haereditate cũ re-
57 liquis fratribus habere, vt in † l.omnimodo,C.de inoff.testa.Defendendo communẽ opi. resp.ꝙ le.illa procedit,quũ aliquid fuisset relictum in testa.secus si inter viuos datum, vt nos ponimus.Secũdò arguitur, ꝙ etiã si inter viuos datũ esset, adhuc oporteret legitimae tantũ supplementũ pe-
58 ti,vt † l.scimus,in prin.eod.tit.de inoffi.testa.ibi,si quis rẽ donatam vel inter viuos,&c.Solue. Necesse est intelligere ꝙ illud inter viuos datum,fuit in vltima vol.repetitũ,quia ibi filius institutus fuisset in eo, quod inter viuos acceperat,vel exhaeredatus,aliter enim id testa. eo praeterito nullum fuisset le.inter caetera, & fere per totum,ff.de liber.& posthu.& in prin.Inst.de exh.lib.Item contra secundum, ꝙ illud, quod filius ad expensas studij cepit,debeat ei in legitimam imputari, arguitur, ꝙ sit expressim contra hunc tex.d.§.illud,ibi,querela aduersus testa.vbi innuitur,ꝙ in specie proposita filius posset test. per querelam expugnare,quod non eueniret,si id in legitimam imputaretur, sed ad supplementum tamen legitimae ageretur, iuxta l.quoniam in prioribus,C.de inoff.testa.Quae tamen omnia suspecta sunt, vt infrà dicemus. Modò ista regula, ꝙ pactum de non succedendo nõ valeat, limitatur aliquibus modis, qui colliguntur ex verbis Bart.in l.fi.pe.col.C.de pactis,& latius ibi per Ias.pe.col.& per eund.in l.pactũ, C.de colla. pen.col.vbi ponit 7 limitationes, inter quas praecipue no-
59 tanda est illa,scilicet ꝙ valeat pactum,quando † iuramento firmatum,tex.est in cap. quanuis pactum, de pact.libr. 6.licet contrarium tenuerit glo.in l.pactum, C.de colla.& in l.si quando,§.illud,verbo,germinare, C.de inof. test.& in l.qui superstitis,ff.de acq.haer.Et si dicatur contra, quia
60 si pactum improbatur à iure ciuili, eo quia † contra bon. mores, ergo nondum firmari iuramento etiam de iure canonico,per c.non est obligatorium, de reg.iu.in 6.Ad hoc
61 respondendum,licet Dynus aliter dixerit, ꝙ pactũ † negatiuum de non succedẽdo non est reprobatum à iure ciuili,eo quia contra bonos mores, nam tunc non firmaretur iuramento,sed eo, ꝙ filius modico contentus,faciliter renũtiaret magnae successioni,quod est incõueniens. Sed de hoc inconuenienti non curat ius canonicum, quod potius inspicit salutem animae, & ideo firmatur iuramento. Hoc voluit Barto.in le. stipulatio hoc modo concepta,de verb.oblig.ff.ante medium,& in le.fi.pe.col.C.de pact.& Paulus de Cast.in l.pacta quae contra.eod.titu.& Bald.in l. pactum,de colla.11.q.Ego dico magistralius.Ius ciuile nõ considerat vinculum iuramenti, quo ad Deum sed solum
62 respectu partis,cui iuratur. Vnde si non valet † principale pactum,vel conuentio, similiter quicquid tendit ab obseruantiam eius,vt iuramentũ,& promissio poenae l.non dubium,C.de leg. Sed ius canonicum cõsiderauit vinculum quo ad Deum. Nam iurans non solum obligatur parti,sed etiam Deo,per quem iurauit:vnde iniuriam faceret Deo non seruando,sicut quis iurans per principem facit iniuriã principi si non seruat,ideò fustigatur l.si duo patroni, §.fi. ff.de iureiur.declarat Paul.de Cast.in d.l.pactum,de colla. j.col.post medium.Ego addo in simili notata in c.si is qui. 23.q.4.cum simili.vbi videas.An autẽ illud c.non est obligatorium,intelligatur de ijs, qui sunt contra bonos mores de iure canonico, an etiam de ijs quae iure ciuili, vt Bal.& Pau.de Cast.in d.l.pacta quę contra.C.de pact.ex quo poterit inferri ad multa.Deniq; veritas est, ꝙ pactum de nõ succedendo est contra bo.mo.vt probatur in l. quidam in iure,§.fi.cum l.seq.ff.de don.& in l.2.ff. quib.vt indig.saltem cũ fit inter aliquos inscio eo,cuius de haereditate agitur,vt supra diximus. Sin autem fit cum eo,cuius de haereditate agitur,maxime à filijs suis, potest videri non esse
63 contra bo.mores,saltem naturales,& ita procedat † d.c.2. de pactis.in 6. Licet enim pactum de non succedendo inter cognatos forte vel alios interpositum inscio eo, cuius de successione agitur,sit cõtra bonos mores, vt plusquàm manifeste probatur in d.l.2.& in d.le.quidã in iure, & etiã fi.in l.C.de pac.tamen quando fit cum eo,cuius de successione agitur,tunc interpretamur nõ esse cõtra bonos mores,quasi is,cuius de successione agitur,id permittere possit,& veluti hac in re dispensare, vt in d.l.fi. Ratio differẽtiae, quia primo casu est turpitudo ex parte acquirere volentis, estque similiter turpitudo ex parte renuntiantis, siue pretio renuntiet,siue etiam gratis, quia tunc quasi beneficij debitorem acquirit l.si pignore, in prin.ff.de furtis.
64 At si tale pactum fiat † cum ipso,cuius de successione agitur tũc hęc sinistra suspicio cessat,facit in simili l.filio pręterito,ff. de iniust. rupt. Praeterea quando inscio eo, cuius de successione agitur,fit pactum de non succedendo, tũc ei fit praeiudicium, vt probant iura suprà allegata, & nullus vnquàm negauit,sed iuram.non firmat dispositionem in praeiudicium alterius,Bar.in l.Titia Seio, §.Imperator, col.fi.ff.de lega.2. cuius opi. communis est secundum Alcia.in

cia.in le.pacta quæ contra. C.de pact. & ſecundum Tiraq.
in l.ſi vnquam,in prin.nu.91.C.de reuo. don.ergo hoc caſu tale pactum non firmatur iuramento. Eſt ergo ipſa veritas, ꝙ pactum de non ſuccedendo initum cum eo,cuius de ſucceſſ.agitur, firmatur iuramento d.ca.2.de pact.in 6. ſed initum cũ alio, eo ignorante, non firmaretur iuramẽto,tum,quia eſt contra bonos mores, tum etiam, quia inducit præiudicium tertij, licet hoc vltimum contra mentem communis opinio. eſſe videatur. Et ita olim publice Salmanticæ defendimus inter 700 paradoxa.

Modò illud c.quanuis pactum, extendo aliquibus modis licet ſic per neminem inueniã.Primò vt procedat etiã
65 in filio † prodigo, cuius renuntiatio viuo patre bene valet cum iuramento,ex quo non habet curatorem.Secus ſi haberet curatorem,quem poteſt habere, ſi eſt emancipatus, ff.de verb.obli.l.is cui bonis,& ff.de tute.l.is qui habet, per Iacob.de Are.Iſtam extenſionẽ ego colligo ex verbis Bal. in l.pactũ,de colla.2.col.7.q. Quæ res ſummopere cõtrouerſa eſt. Quia prodigus non ſatis mẽtis cõpos eſſe vide-
66 tur, & cõſequenter videtur ꝙ non † obligetur iuramẽto, ſed cũ certũ ſit ſe obligari delicto,videtur ꝙ ſimiliter obligetur iuramento, non ſecus,quam ex delicto obligatur. Quo argumento vtuntur moderni in le. is cui bonis, ff.de verbo.oblig.& in l.pupillum, ff.de reg.iur.ſed certe hac de re latius alibi dicemus,vbi noſtram opi.videre poteris,per quam reducuntur ad concordiam opi. communis & opi. quorundam,quæ cõmuni opin.aduerſatur.Et ſane alia ratio eſt in delictis, alia longe diuerſa eſt in contractibus, ſi quidẽ facinora perpetrantur plerunq; proprio motu propriaq; libidine & temeritate,cõtractus autẽ ſæpe fiũt ſuaſionibus eius quo cũ contrahimus, & inuicẽ nos decipere ſtudemus l.ſi voluntate.C.de reſci.vendi.vnde non eſt ferendus qui delictorũ impunitatẽ poſtulet.Lõge diuerſum in eo,qui reſtitutionẽ dãni ex cõtractu deſcendẽtis petat.

Secundò extendo, vt renuntiatio valeat etiam in filio,
67 qui renuntiat ſucceſsioni paternæ propter † expenſas ſtudij, & cum iuramento,nam tunc bene excluditur,ſecundũ Bald.in l.pactum,de coll.10.q.vt etiam ibi Paul.de Caſt.1. col.Videbatur forte contra fauore ſtudij, ſcilicet vt renũtiatio nõ valeret,nec filius excludetur. Sed ſolue,quia maius eſt vinculum iuramenti, quod Deum & animã cõcernit, quia quod in Deum cõmittitur, in oĩum fertur iniuriam,authen.Gazarus,C.de heret.ꝙ̃ ſit fauor ſtudij, vt patet.Item forte videbatur contra,quia cum filius fecerit ex
68 neceſsitate,ſcilicet, vt expenſa † conſequeretur non videtur conſentire in donando, quia in neceſsitatibus nemo liberalis exiſtit l.rem legatam,ff.de adimend. leg.cum ſimilibus.Si ergo non conſentit,habeo regulã,ꝙ vbi deeſt cõſenſus,ibi iuramentũ nihil operatur l. fi.C. de non nu.pec. ergo illa renuntiatio non debet firmari iuramento.Sed poteſt ſolui,negando aſſumptum. Nam fateor ꝙ filius fecit.i. renuntiauit vt expenſas conſequeretur, & alias nõ feciſſet tamen cum renuntiauit,& iurauit, bene conſenſit,licet ipſe maluiſſet conſequi ſine renuntiatione, vt patet.Itẽ,quia coacta voluntas, volũtas eſt l. ſi mulier.§.pe.ff. quod met.
69 cau.ſecus ſi nullo modo conſenſiſſet, vt d. † l.fi. quia videtur ibi conſentire ſub quadã conditione,ſi numeretur, vnde numeratione ceſſante,ceſſat conſenſus, quo caſu iuramentum nihil operatur, vt ibi, quia deficit totum iuramẽtum,& ſic non obſtat. Nam aliud eſt conſentire ſub cõditione expreſſa, vel præſumpta, quæ ſi non extitit, conſenſus euanuit, vt in d.l.fi. aliud eſt præſentialiter conſentire, licet reſpectiue,& compulſus neceſsitate, non coacta, ſed tantum cauſatiua, vt in ſpecie noſtra.

Tertiò extendo, vt in tantum renuntiatio valeat,quod
70 etiam ſi † iurans diceret, licet ſuccedendo incidam in periurium, tamẽ poſſum, & volo ſuccedere, nihilo magis admitteretur.Quia vbi alteri eſt ius quæſitũ, vel quærendũ,
71 non admittitur quis ad † deierandum l.ſi quis maior.C.de tranſact.Silere ergo debet. Iſtam extenſionem colligo ex verbis Bald.in d.l.pactum de colla.18.q. Quod tamen intelligendum eſt,ſi paterf.in teſtamento hũc filium,qui iuramento renuntiauit futuræ patris hæreditati hæredem non fecit,nam ſi eum hæredem faceret in ſuo teſtamento, poſſet ſine dubio ſuccedere, nec videretur periurus.

Non quoque is filius periurus videtur ſi ex aliqua iuſta cauſa vel iniuſta, quæ tamen ſibi iuſta videbatur ad patris ſucceſsionẽ adſpirare properaſſet, vt ſuo loco diſſerimus. Qua de re per doctorum pleroſque,pręſertim recentiores videre poteris in leg.ſtipulatio hoc modo concepta, ff.de verb.obli.& in l.fi.C.de pact.& in l.pacta quę contra,eod. titu.& in l.qui ſuperſtitis.ff.de acquir.hær.

Quartò extendo hoc modo, ſcilicet, ꝙ renuntiatio facta cum iuramento valeat d.c.quanuis pactum, etiã ſi ca-
72 ueretur ſtatuto, ꝙ mulieres † non poſſent contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum, & cum iuramento,nã & iſto caſu valet renuntiatio facta patri cũ iuramẽto. Iſta extẽſio poteſt colligi ex verbis Bal.in d.l.pactum, de coll. vltima col.22.q.quod eſt tenendum menti.Et illud dictũ ibi egregie examinat Iaſ.pe. & vltima col.Et illud dictum eſt ſingu.ſecundum Iaſ.in l.tranſactionem,in medio.C.de trãſa. Et illud etiam ſingulariter allegat in l.præſens 1.col. in fin.eod.titu.Et ſimiliter ego addo,quod ponit Bald.in l. fi.ante fin.C.qui & aduerſus quos. Confirmatur,quia iſto
73 † caſu cùm lex canonica iubeat iuramentum obſeruari,licet lex ciuilis contrarium præcipiat,nihil releuat, quia deficit poteſtas legis ciuilis, vt in ſimili diximus in authẽ.ſed ſi poſt viginti,C.de inof.teſta.dum diſſeruimus cõem eſſe
74 opi.ꝙ licet lex ciuilis diceret nõ valere † matrimoniũ à liberis contractũ citra patris conſenſum, tñ hodie inſpecto iure canonico non valet talis prohibitio ex defectu poteſtatis.Sed tamen non dubito, quin hoc caſu valeret lex dicens ꝙ puniatur,qui tale iuramentum receperit à muliere abſq; conſenſu conſanguineorũ contrahente. Licet enim lex canonica dum ſtudet animarum ſaluti proſpicere, iubeat talia iuramenta obſeruari poſtquàm de facto inter-
75 ponuntur, tamen ipſa non gaudet talibus † iuramentis, & conſequenter non aduerſaretur legibus, quæ talia ſacramenta vetant ſub pœna interponi.

76 Quintò extendo, vt non ſolum iuri † ſucceſsionis poſſit renuntiari d.c.quanuis pactum, ſed etiam iuri alimẽto-
77 rũ ſecundum diſtinctionẽ traditam per Bal.in † d.l. pactũ de colla.vlt.q. De quo etiam per Iaſ.in authẽ.quod locum 2.notabili in fi.eod.tit. & per Bart.in l.cum ij, in fi.princi. ff.de tranſact.& notanter Iaſ.in l.de alimẽtis, C.de tranſa. Sextò extendo, ꝙ in tantũ, renuntiatio cũ iuramento ex-
78 cluditur, ꝙ etiam ſi poſtea † augeãtur facultates patris, nihilominus renuntians excludetur. Ita expreſſe tenet Bald.
79 in † l.ſi qñ, §.illud, C.de inoffic.teſta.per d.c.quanuis,& ibi Paul. Idem tenent Paul.& Alex. in l.in ratione la.2.ff.ad l. Fal.Et ego dico,quod idẽ expreſſe tenet Bal. in l.quanuis, vlt.q.C.de fideic. Itẽ reperio tenere Iaſ. in l.quod Seruius, vlt.col.ff.de cõdictione ob cauſam.Idẽ tenet ipſe, in auth. nouiſsima.3.col.C.de inoffi.teſta.& in l.ſi qñ, §.illud,eod. tit.nec reperio qui cõtradicat in hoc.In cõtrariũ facit tex. in c.cũ.Ferrarienſis,de conſti.vbi in effectu eſt tex. ꝙ cõſtitutio etiã iurata nõ vẽdicat ſibi locũ, qñ poſtea facultates excreſcũt,ergo ſic in propoſito. Secundò in contrariũ facit expreſſe,quod tenet ibi Bal.7.col. Nã ſecundũ Bal.ibi eſt tex.ſingularis,qui nõ reperitur alibi, ꝙ ſi ſit facta conuẽtio de nõ accipiẽdo aliquẽ in canonicũ vltra certũ numerũ, & ita fuit iuratum, pone quod poſtea facultates ſuperexcreſcũt,dicit ibi tex.ꝙ poſſunt recipere aliũ, nõ ob-
80 ſtãte iuramẽto. Et ſic eſt text.quod excreſcẽtibus † facultatibus,licitũ eſt recedere à iuramẽto. Ideo ſecundũ Bald ibi.ſi filia, quæ habuit dotẽ, renũtiauit cũ iuramẽto,cũ facultates ſuperexcreſcunt,poterit petere ſupplemẽtũ legitimæ,nõ obſtãte iuramẽto.Et ita reperio quod illũ tex.cũ deciſ.Bal.alleg.Iaſ.in d.auth. nouiſsi.3.col.circa fi.& in d.l. ſi qñ, §.illud,vbi relinquit cogitandũ. Niſi dicamus ſecũdũ eũ,quod ibi eſt ſpeciale,qñ tractatur de fauore publico ſcilicet de diuino cultu augẽdo,propter quem fauorẽ illud ibi di-

ibi disponitur, secus in terminis nostris, in quibus agitur de fauore priuati, cui potest renuntiari, præsertim cum iuramento, per d.c.quanuis. Item contra prędicta vltra illum tex. ego addo. Nam iuramētum intelligitur rebus sic stantibus.l.si.ff.qui satisd.cog.c.breui.de iureiurando nota tur in cap.quemadmodum, eod.titu. & illud procedit etiā in statutis iuratis, & in quibus dictum est, quod sint præcisa, vt tenet notabiliter Bal.in l.tlari.C. de fideicommissis. Cùm ergo in nostro casu res non permaneat in eodem statu propter excrescentiam facultatum, ergo ad illud non debet iuramentum extendi. Item contra prædicta facit optimè text.in c.cum inter p. de renūciatione. vbi renuntiatio etiam iurata, vt in nostro casu, non trahitur ad ius superueniens de futuro, ergo sic in nostro proposito. Prætere a iuramentum non extenditur ad incogitata, vt est notum, ergo nec ad facultates futuras, de quibus non cogitauit. Præterea iuramentum non operatur vbi deest consensus, l.si.C.de non nume.pecu.& suprà dixi. sed filia nō videtur consentire circa facultates, quæ non vigebāt tempore renunciationis, ergo non debet iuramētum ligare respectu illarum. Præterea & 7. iuramentum non ligat vbi noua causa superuenit.cap.ad nostram.el 2.de iureiurā. & infrà latius dicam limitando, ergo, &c. Vltimò pro hoc illa regula, quòd ea quæ de nouo emergunt, nouo auxilio indigent.l.de ætate, §.ex causa.ff.de interrogat. actio. cum ibi plenè nota.& in l.si hominem, vbi casus singula.ff.mādā. Cogitabis ergo super prædictis. Et ad iura, quæ ego allegaui, potest responderi.

82 Primò ad tex.in c.cum. m.Ferrariensis, quòd ibi est speciale, vt suprà dixi. Licet illa † solutio mihi non satisfaciat, attenta ratione illius textus, quod est propter id quod de nouo emersit, ad quod iuramentum non extenditur.& illa ratio est generalis, tam in fauore publico, quàm in priuato. Item non obstat, ꝙ debeat intelligi rebus sic stantib. quia in nostro casu propter repræsentationem eius, quod sibi datur ante tempus, videtur cogitare etiam de futuris facultatibus, & compensare cum dubio euentu, vnde non potest conqueri tanquàm deceptus. arg.l.de fideicommisso. de transactio.& C.de pact.l.1.cum simi. Cogita de meliore solutione. Item non obst. c.cùm inter. p. de renun. quia ibi est propter nouam dispositionem hominis, cui ille, qui iurauit, non videtur renuntiare, vt infra dicam. Sed non est sic in nostro casu, vbi nulla dispositio interuenit. Sed solue per excrescentiam facultatum.&c. Et eadem responsio datur ad c. ad nostram. el 2. de iureiur. Item non obst. ꝙ iuramentum non extenditur ad cogitata. Nam fateor, tamen dico, quòd in isto casu bene cogitauit de facultatibus futuris, & pro hoc, quia ad iuramentum nemo prę sumitur accedere, nisi certioratus, & cum deliberatione l. fin.C.ad l.Iul.repetundarum. & per Ias. in l.1. 2.col.C.de errore cal. Item quia de facultatibus præsentibus nemini dubium, quia videtur eis renunciare, ergo vt afferat dubium, debemus intelligere etiam de futuris. Et per hoc remanet solutum aliud contrarium, scilicet, quòd vbi deest consensus. iuramentum nihil operatur l.final.C. de nō numerat, pecu.quia imò dico, quod licet adest consensus etiā expressus per renunciationem, quem consensum dico extēdi ad bona futura vt modo dixi, nec per hoc dicitur quis deceptus ratione dubij euentus, vt suprà dixi. Vltimum contrarium, scilicet, ꝙ ea quæ de nouo emergūt, nouo auxilio indigent, remanet solutū. Prædicta vera sunt, quando renunciauit. Quid autem si non renunciauit, sed pater

83 voluntariæ assignauit legitimam filio vel filiæ in vita, postea autem auctæ sunt facultates, an possit aliud petere, vel agere ad supplementum, vt inspiciatur tempus legitimæ sibi datæ? Et in hoc sunt opiniones. Nam Iaco. But. in l. pactum, C.de collation. tenet quòd tunc attendatur tempus legitimæ datæ, nec vlterius curandum sit, si paternæ facultates accrescant, sicut nec si diminuerentur, quia non debet quis postulare, cuius contrarium non esse petitus, l. si ea lege, C.de vsur.& C.de solutio.l.pen.cum sim. Et illā doctrinam pro eleganti refert & sequitur Bal.in l.2.C. de reuocan.ijs quæ in fraud.cred.& in l.fin.3.colū.C.de vsur. rei iud.& in auth.res quæ, C.communia de leg., vers.quæro statuto cauetur. Ang.in l.si proponas, ff.de inoffi.testa. & in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig. Sed communior opinio est, ꝙ in omni legitima semper attendatur tempus mortis paternæ.l.cum queritur.C.de inofficio.testa.verb.mortis tempore. & quando legitima est assignata in vita, & filius renunciauit.text.est in l.si quando §.illud.C.de inoffi.testamen.& ibi Pau.de Cast.& hoc no. & per illum text.ita tenet Bal.reprob.opin.Iacob.Butr.in d.l.pactum, de colla.6.opinio.& in l.quanuis.vltima quęstione.C. de fideicommiss. Imol. Roma. & communiter Modern.in l.stipulatio hoc modo. de verb.obli.& omnino per Alex.in l.in ratione.ff.ad l.Fal.& hoc tenet etiā Ias. in auth.nouissima.3.col.C.de inoffi.testa.& in l. quod Seruius.ff.de condi.ob causam. quem omnino videas. Sed primam opinionem reperio tenere Alex. de quo alij mentionem non faciunt in l.pacta. de colla. circa fi. quem videas. Et super prædictis cogitabis. Et hæc sufficiāt quo ad sextam extensionem, quia etiam hac in re nōnihil attigimus, in d.authent. nouissima.& in alijs locis suprà citatis, vnde alia fundamenta, quæ hic prætermissa sunt, sumere poteris. Et ita olim tenuimus inter plura quàm 700 paradoxa, quę olim Salmanticę publicè defendenda proposuimus. Et vide per Conar.in c.quanuis.de pac.in 6.io 8. par. §.1.

Amplia.7.vt procedat non solum in filia, quæ cum congrue dotata esset, renunciauit cum iuramento futuræ pa-

85 tris hæreditati, sed etiam in † filiofam.renuntiante. Quia licèt d.c.quanuis pactum.de pactis in 6.specificè loquatur in filia renuntiante, tamen eius ratio militat etiam in filio, non secus, quā in filia, cùm in vtroq; pariter agatur de obseruatione iuramenti propter salutem animæ. Quinimò longè maior ratio est in filio, quàm in filia, cùm fœminæ sint imbecillioris intellectus, quàm viri. vt in l.iuris ignorantia, C.de iuris & fact.igno.& habetur in l.fin.eo.titu.& in l.iuris ignorantiam, C. qui admit. Et ita in specie tenet Didacus de Couar.in d.c.quanuis.in 3.par.§.1.in prin.cōtra Carol.Molin.in Alex.consi.180.lib.5.

Amplia.8.vt procedat etiam in filia minore 25 annis, quæ si fecit pactum de non succedendo patri suo per interuentum iuramenti, id pactum firmatur non aliter, atq;

86 si ipsa † maior 25 annis existeret, secundum communem & veram opinio. de qua per Couar.vbi suprà per Paulum Paris.consi.26.lib.3.nu.13.Geor.Natan. in d.c.quanuis.in 4. limitatione per authent. sacramenta puberum, C. si aduers. vend. Quod probatur primò, quia impubes doli capax citra tutoris interuentum obligatur naturaliter, l.1.ff de dona.& consequenter potest iuramento obligari. Deinde, quia etiam ad contractum matrimonij, qui est supremi præiudicij, obligatur.c.ex literis.2.extrà, de spon. ergo facilius obligatur cum non de personis, sed de rebus tamē ageretur. Et ita est communis opin. quòd non solum minor 25 annis, sed etiam impubes doli capax, qui contractū lege vetitum facit, & iurat, obligatus intelligatur. Ita tenet & dicit cōmuniter teneri Bar.in auth.sacramenta puberū. C.si aduer.vend.& ibi Ias.colū.4. post Corneum, & alios. Abb.consi.108.lib.2.Dec.in l. pupillum. de regul.iur.ff.

Contrarium tñ tenet Cyn.in d.auth.sacramēta. quē ibi plures alij sequuntur: & hāc partem sequitur, & cōem dicit Alex.in l.qui iurasse.in princ.ff.de iurei.& Alcia.in c.cū cōtingat, nu.141.vbi multa allegat extra.de iurei. sequitur Couar.vbi supra.& in epitome lib. 4. Decre.1.par.c.5.§. 1. Sed de iure communi primam opi.veriorem puto, de iure autem regio obserua.l.56.tit.5.par.5.& l.6.tit.19.par.6. Stat ergo, ꝙ procedit etiam in filia minore.25.annis. Item ꝙ procedit etiam in impubere doli tamen capace, & sic sunt duæ ampliationes.

Amplia.10.vt procedat, etiam si mulier renunciās non fuerit certior facta de ꝓhibitione legis ciuilis sue tātis pacti ū de non succedendo inter patrē, & filiam secundū Couar. in d.

in d.cap.quanuis in 3.parte §.j.nume.4. & Guido . Pap.q.
227.& Guiliel.Benedic.in c.Rainutius.de testam . in ver.
duas habens filias.nume.294.Cùm enim virtus iuramen-
ti quatenus se extendit potestas iurantis sese extendat, l.cũ
pater,§.filius matrem,ff.de leg.2.nec ipsi iurantis desit po-
testas de iure canonico , nihil ad rem pertinuit , quod ipse
iurans prohibitionem legis ciuilis ignorauerit . facit in si-
mili optimus text.cum gloss.in l.j.§.si legatarius,ff.ad le-
88 gem Falcidiam.

Amplia.11.vt procedat non solum in†filia emancipata,
sed etiam in filiafamil.in potestate patris constituta . Quæ
res pendet a vero intellectu,l.pactum,C.de collatio.Ergo
reuoco in dubium intellectũ.d.l.pactum dotale. C. de col.
& l.final.ff.de suis & legi.hæred.& l.si quando,§.illud, C.
de inofficio testamento,& capitu.quanuis,de pact.in 6.Et
Odofr.& Iaso.in prin.Decius etiam in princip.in lege.pa-
ctum dotale. aiunt quod d.ll.non possunt procedere in fi-
89 lia in potestate,sed necessariò secundum Decium sunt in-
telligendę in filia emancipata.Cæteri doct.in†d.l.pactum
dotale . id non tãgunt.Contrarium puto, quòd procedant
dd.ll.etiam in filia in potestate.Primò moueor per dd.ll.in
sui generalitate . Secundò, quia in dubio filius præsumitur
in potestate,l.filius,ff.de probatio.l.si emancipati.C.de col
latio.Tertiò lex.in casu magis dubitabili intelligenda est,l.
quod Labeo,ff.de Carbo . edict . Tenendo hanc partem,
nõ obst.quòd inter patrem,& filium lis nulla esse posit, l.
lis nulla,ff.de iudic.nec posit esse actio , §.hi.qui. Institu.
de oblig.ex deli.Nam id verum est,sed non sequitur quod
inter eos non posit esse obligatio , saltem naturalis , nam
imò est tex.in l.fratrer a fratre.in pr.& ibi gl.& do.ff.de cõ
di.indebi.& in l.si id quod eodem titu.in §.j.insti. de fide-
iusso. vnde cùm ex pacto oriatur naturalis obligatio,l.j.in
princ.l.iuris gẽtium,§.igitur nuda, & §.quinimò.& §.prę
tor ait,ff.de pact.l.j.ff.de consti.pec.l.non minorem,C.de
transactio.quæ naturalis obligatio producit exceptionem
in §.præterea.Institu.de exceptio & obligat naturaliter,&
elidit ciuilem obligationem.vt no.ibid.vnde si pactum de
futura successione omittenda non esset improbatum per
l.pactum dotali,cum concord.eueniret, vt si tale pactum
interpositum esset inter patrem,& filiam in potestate, tũc
filia a successione patris per exceptionem repelleretur, ne
ergo per pactum repellatur , ope exceptionis prouisum
per dd.ll.dum tale pactum improbant,statuentes,ne inde
ius oriatur.Idque comprobatur.Nam dd.ll.cautè loquun-
tur in pacto,non in stipulatione,vt denotetur, quod inter
patrem & filium stipulatio efficax esse non poterat , ideo
interposita non fuit,sed cùm pactum efficax inter eos esse
posse videretur quo ad exceptionẽ, & obligati.naturalem
ideo,pactum interpositum fuit, quod proculdubio quo
ad prædicta efficax esset, nisi per has leges improbaretur.
Vnde infero , quod ex tali pacto etiam obligatio naturalis
non oritur , nam si oritur , tunc etiam exceptio oriretur,
quia qui naturaliter vi pacti obligatus est non petere , is si
petat,repellitur exceptione vt d.§.præterea.cum glo. Vn-
si in dd.ll.pactum valeret quo ad exceptionem producen
dam,filia repelleretur à successione patris,ꝙ esset iniquũ
90 & contra prouisionem . dd.ll. Et quòd inde non oriatur
etiam†naturalis obligatio,probatur in l. pactum dotali. in
ver.iuris authoritate improbatur. & in l.fi.ff. de suis & le-
giti.ibi,priuatorum enim cautiones.Nam si lex resistit ta-
li pacto,ergo inde etiam nat.ob.non oritur,gloss.appro.in
l.stipulatio ista,§.alteri,ff.de verb. oblig. Præterea si dd.ll.
non impedirent ortum naturalis obligationis , tunc. dd.ll.
nil inducerent , quia etiam alias ex pacto naturalis tantum
oritur,ergo,&c.vt l.si quando.de leg.1.C.Extat ergo con-
tra doct.ꝙ dd.ll.procedunt etiam inter patrem , & filiam
in potestate.Ratio dubitãdi erat, quia inter eos & pactum
fieri,& naturalis oblig.oriri poterat . Et retenta mea opi-
nione infertur contra prædictos , quod pactum interpo-
ni potest inter patrem, & filium in potestate,idque efficaci
ter,si non repugnet materia subiecta.vt ibidem.

Ex superioribus infertur,veram minimè esse illam cõ-
munem opinio existimantium , quòd in terminis d.cap.
quãuis,cù similib.illud pactũ nõ valeret nisi vel filia ema-
cipata esset,vel causa dotis donatio fieret . Quam opinio.
tenuerunt Odofred.Ias.& Decius in d.l.pactum.in princ.
& Couar.in d.c.quanuis parte.3.§.j. & Ioan. & Crotus in
d.l.stipulatio hoc modo concepta,nume.47.ff.de verborũ
obligat.Pulus Paris.consi.26.lib.3.nume.12.Quinimò ve
rissimum est,pactum valere inter patrem & filium in po-
testate quo ad producendam naturalem obligationem, &
exceptionem,& similia,non secus,quàm inter omnino ex
traneos,& in hoc sustinetur concessio,seu remissio,quàm
filia faciebat in fauorem patris.

Nec dubium est,quin tale pactum de succedendo vale-
91 ret,etiam si†filia dotem,aut aliud quippiam à patre non ac
cepisset,& in eo tãtùm quæstio maneret , an postea posset
ea filia iuramento minimè impediente petere legitimam,
dotem,aut alimenta,de quo suo loco differimus. Aliud.n.
est quærere de primordiali pactionis firmitate, & validita
aliud autem est quærere , an eo prætextu pactum ex põst
facto modificetur,quòd renuntians integram legitimam
nõ receperit, cuius quãtitas cùm inspiciatur tempore mor
tis.§.quantitas.Insti.de leg.Fal.§.fi.Inst.de inoffi. testame.
tempore renuntiationis quanta futura esset intelligi non
potuit , & consequenter eo prætextu pactum iuratum in-
firmari non potuit.

Amplia . 12. vt procedat non solum quando tale pactũ
fiebat eo ipso tempore , quo filia renuntians dotem acce-
92 pit,sed etiam si fieret†ante dotẽ receptam , vel postea . Et
ista est vera & communis opi.quam tenent insignis Dida
cus de Couaru.in d.ca.quanuis.3.par. §.2. in prin. Guiliel.
Benedic.in c.Rainutius,de testam.in verb.duas habens fi-
lias.nu.260.Ioannes Andr.Domi.Fran.& Geor. Natanus
in d.c.quanuis.columna.tertia.

Amplia.13.vt procedat non solum quando filia tempo
re nuptiarum renuntiauit,sed etiam si†renuntiasset tem-
93 pore,quo vellet religionem profiteri.Ista est vera, & ma-
gis communis opinio.quàm tenent Decius consi. 31. col.
2 ,Purpuratus,nume.188.in d.l.fi.C.de pac.Couar.vbi su
prà.& Bal.in d.l.fi.& est magis commmunis opi. secũdum
eundem Couar.post Bar.in d.l.fi.

Contrariam sententiam , vt talis renuntiatio nõ noceat
filiæ religionem profiteri volenti,tenent Socy.cons. 183.
lib.2.Cor.consi.272.lib.3.Carol.Ruin.consi.204.lib.5.Fe-
ly.inter consilia Ruin.consi.206.

Quid dicendum ? Teneo priorem sñiam, vt renuntia-
tio valeat propter generalitatem d.c.qnanuis.Neque ad rẽ
pertinet,quòd huiusmodi renuntiatio habebat hanc taci-
tam conditionem,si hæreditas,de qua agitur,fuerit renun
tianti delata cui tamen delata non videtur , cum ipse iam
erat monachus tempore,quo defertur hæreditas, sed ma-
gis videtur delata ipsi monasterio , vt per hoc monasteriũ
inuito etiã monacho,posit adire,vel repudiare,licet aliud
sit in seruo hærede instituto , cuius dominus eo nolente
non potest.l.3.C.de hær.Insti.ita in specie tenent Io.And.
Ant.Abb.& alij in c.in præsentia.de proba. resoluit. Cou.
94 in c.j.num.21.de testa.Sed certè præterea†quòd hæc opi.
dubia est,vt patet in locis suprà citatis,tamen etiam si cer-
ta esset,non obesset:nam monasterio delata videretur hæ
reditas ex persona non sua , sed monachi , vnde vt mona-
chus si religionem nunquam intrasset propter suam renũ
tiationẽ iuratã excluderet,vt d.c. quãuis ita ẽt & monaste
riũ excludetur.ridiculũ.n.esset cõtẽdere, vt plus iuris mo-
nasteriũ habeat ex ꝑsona monachi,ꝗ ipse monachus,si sui
iuris ꝑseuerasset,habiturus esse, cũ in hac materia lõge for
tius pinguiusque ius sit,quod quisque ex persona sua,quã
quod ex alterius persona consequitur arg.tex.in §.fi. In-
sti.de vul.l. si paterfa.ff.de hær.insti.l.3.& l.qui liberis, §.
hæc verba,ff.de vulga.

Nec quenquam mouere debet , quod Paulus in l.fin.in
princ.C.de bon.quæ lib.scripsit,filiumfam.cum iuramẽto
renuntian-

renuntiantem hæreditati matris viuentis nocere patri suo in cuius erat potestatē tempore, quo mater decessit. Quia cùm filiusfam. (inquit) talem hæreditatem morte matris delatam repudiare non possit in præiudicium patris, quinimò ipso filio repudiante, tunc pater statim admittatur non aliter, atque si ipsi patri ea hæreditas delata esset, vt d.l.fi. in prin.euenitur, vt repudiatio, vel renuntiatio iurata, quàm facit filius viua matre, & sic antequam ea hæreditas ipsi de feratur, sibi tantum noceret† possit, patri autem non possit,
95 vt d.l.fi.in pin. & filij iuramentum in præiudicium patris nihil efficere, aut operari potest. vt in cap. cum contingat. de iureiuran. & in d.c.quanuis. Diuersum est in specie nostra, vbi is cum iuramento renuntiauit antequàm monachari cœpisset, & sic eo tempore, quo monasterium in eo ius nullum habebat, quo tempore indubitanter potest de rebus suis disponere, ita vt nudus, omnibusque copijs, facultatibus, opibusque exutus monachari incipiat. vt in auth. de monachis, §.illud. Bar. & doct. in auth. si qua mulier, C.de sacrosanc eccle.

96 Quinimò ipsamet† opi. Paul. in sese dubia est secūdum Socy. in l.2. nume.5.ff.de his quæ pœnæ nomine. eamque ore libero falsam esse affirmat insignis Couarru. vbi suprà. contra quem ausim ipse Pauli sententiam verissimam dicere, quia remoto iuramento, renuntiatio hæreditatis viuentis nullius momenti est, non magis quàm si re vera facta non fuisset. vt in l.qui superstitis.ff.de acquiren. hæredi ta.& in l.is qui hæres.eodem titu. vnde post mortem matris ipse filius haberet integrum, saluum, incolumeque ius adeundi, vel repudiandi, vt dictis legibus, quo repudiante, pater adire posset, non secus, quàm si ipsemet pater reuera hæres scriptus foret, idque ius sic patri competens per interuentum iuramenti a filio præstiti nulla ex parte minui potest, non magis, quàm si id iuramentum præstitum non fuisset. vt d.c. quanuis & d.cap. cùm contingat.

Quòd autem insignis Couar. vbi suprà ait, opinionem Pauli recipi posse quo ad hoc, vt vsustructus saluus patri sit, non autem quo ad proprietatem. nā quo ad proprietatem (inquit) ea renuntiatio filij iurata bene noceret ipsi patri. Id quidem parum fœliciter dicere tentauit. Nam cùm filius hæreditatem matris adire, & acquirere vult, tunc fit distinctio inter proprietatem, quæ filio acquiritur, & vsumfructum, qui patri reseruatur. vt per totum. C. de bon.mater.

Diuersum est in ea hæreditate, quàm filius non adeundam, sed respuendam putauit, quæ integro iure patri quæritur, tamen in vsufructu, quàm in proprietate non secus, quàm si in ea is† paterfa. primordialiter institutus fuis-
97 set, vt dict.l.fina.in prin.C.de bon.quæ liber. in qua hæreditate inter proprietatem & vsumfructum nulla fit differentia, cùm vtrunque patri post filij repudiationem pariter & ex æquo acquiratur.

Postremò nostrę sententiæ, dum contendimus valere renuntiationem iuratam factam a monialibus tempore ingressus religionis, nihil oberit, quòd ipsi per hoc videantur retardari, vel abdicari a religionis professione. Nam (vt Couarru. vbi suprà satis opportunè aduertit) is qui professionem religionis elegit, parū solicitus est de bonis huius seculi, nec quicquam curat, vtrùm multa, pinguiaq; bona secum conferat monasterio. Cùm enim ipse omnes suas fortunas, copias facultates, opes neglectui habuerit, missas que fecerit ex toto, quæ insania esset easdem velle monachismi causa participare?

Vnde infertur 14 extensio ad d.cap.quanuis pactum valeat statutum, quo cauetur ne monachi possint succedere. Licet enim monasticę vitæ impedimentū non debeat inferri. argumen. authen.de sanctiss.episc.§.& hæc de præsenti, & argumen. in simili l. Titiæ si non nupserit, ff.de conditio.& demonstration. Bar. consil.j. doctores in authen.nisi rogati. C.ad Trebell. tamen qui religionem profiteri vult, ab ea nō abdicabitur, neque auertetur, eo quod intelligat se postquàm monachari cœperit, non successiurum. Etenim ridendus esset ille, qui cùm omnes res suas, opes, copias, fortunas neglectui haberet, alienas captaret. contra tex. elegantem & eius rationem in l. vnum ex familia, §. si rem, ff. de legatis secundo. & contra tex. vnicum, eiusque rationem in l. quia autem in princip. & §j. ff.quæ in fraud.credito.

Pręterea successio hęreditatum iure ciuili data est sine qua potestas succedendi† nulla esset. vt late monstrauimus 98
suprà lib.j. per legem. lege obuenire.ff. de uerborum signifi.cum multis ibi adductis ergo eadem succedendi potestas lege quoque ciuili auferri potest. capi. omnis res. de regu.iur.l.nil tam naturales, ff.eod.§.fina. Insti. quibus modis tollitur obliga. Et ita in specie sentit Bar. sub quadam tamen distinctione in l.fina.C.de pact.

Licèt contra Bar. indistinctè sit communis opi. secundum Couarru. vbi suprà. & secundum Decium in capi. ecclesia. S. Mariæ. nu.49. de consti. Bal. in l.omnes populi.7. colum.de iustitia. & iur. Ange. in d.l.fina.col.pe. Mathesel. no.145. Paulus in l.si quis id quod.ff. de iurisditio. omniū iud. Alexāder in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verborum obligatio. idem Alexander consi.139. Viso themate. colum.final. libro 2. Abb. in d.c. ecclesia. col.20. Petrus de Vbaldis in tracta.de successio.ab intesta.col.10. versic. an valeat statutum. Ioan.Bap.de sanct.Seuerin. in l.omnes populi, ff.de iusti.& iure.col.48. Socy. consi.241. libr.2. & consilio 81. libro prima & communiter doctores in l. fin. C.de pact.

Consuetudo tamen ab omnibus receptum est, quod possit excludere monachos a cōiunctorum successione, quasi in ea inducenda interfuerit tacitus consensus eccleſiarum, † monachorum, clericorum, atque prælatorum. Et
99 ita est communiter receptum secundum Coua. vbi suprà. Guiliel. Bened. in d.c. Rainutius, de testa. in verb. & vxorem nomine Adalasiam. nu.224. & n.249. Chassanæus in consuetudinibus Burgundiæ. rub. de succes. §.fi.

100 Amplia.15. vt procedat dict.capi.quanuis. etiā si † opulentissimæ hęreditati renuntiasset ea filia, quæ religionem profitebatur, secundum Decium col.final. in consilio. 31. & Aymon. Sabilli. consilio 160. colum.j. sequitur Couarr. ibi. Quorum opinionem verissimam puto. Primùm, quia in monachismo profitetur, quis paupertatem, ita vt postquàm monachari cœpit, habiturus sit nihil. capi. cùm ad monasterium de statu monacho. vnde verisimiliter non potest vltra dimidiam lęsus videri, qui gratis omnia relinquit. Itaque filia, quæ futuris parentum successionibus iuramento renuntiauit, accepta dote ad monasterium congrua, & idonea, vel minus fortè idonea, non potest videri vltra dimidiam lęsa, licèt illæ hæreditates futurę, quibus renūtiauit, essent opulentię, amplissimæ, & prætiosissimę quia verisimiliter apud talem religiosam nullius pretij esse debent omnia bona huius seculi. facit, pro nobis text. elegans in l.quia autem, §.j.& 2.ff.quæ infra.cred.& §.sed neque. Institu. authori.tuto.& l.quia poterat.ff. Trebellia. Qua in re Couarruuia. vbi suprà arguit a partium enumeratione.

Siue enim monastrium alleget se lęsum vltra dimidiam audiendum non est, quia ipsi monacho liberum fuit ante ingressum monasteri† vniuersa bona sua dimittere, & inter consanguineos, vel extraneos distribuere, nihilo penitus monasterio relicto, vt in authe.de monach. §. illud, & §.nunc autem, & in authen.nunc autem, & in auth.si qua mulier, C.de epis.& cler. Et qua ratione bona iam quęsita potuit distribuere dimittere, eidem, & faciliori ratione potuit dimittere bona acquirenda per interuentum iuramenti, argumento dicta l.quia autem, §.prima ff. quę in fraudi. creditores. & l.vnum ex familia, §.si rem, ff.de lega.2. iuncto d.cap.quanuis.

Siue etiam ex persona monachi monasterium agere velit, quasi monacha illa per interuentum renuntiationis iuratę læsa fuerit vltra dimidiam, & id similiter causari, allegareque iustè non potest, cum monacha, quę omnes

omnes fortunas † suas, copias, diuitias missas fecit, neglectuique habuit, non multũ solicita futura sit, vtrum pingue patrimoniũ monasteriũ habeat, an tenue, præsertĩ cũ dementis esse videretur, si is omnia sua, seque neglexerit, & aliena, eaque incerta captaret.

Amplia. 16. vt dict. capitu. quanuis procedat non solum quando filia, quæ renuntiauit, dotem monasterio congruã
103 vel marito satis idoneam † recepit, sed etiam si nihil omnino recepisset. Et ista videtur magis communis opin. quã tenent Alex. nu. 9. in dicta l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verborum obligatio. Imola, in l. qui superstitis, ff. de acqui. hære. Dominicus col. j. Georg. Natam in 5. limitatio. in d. c. quanuis, Couar. vbi suprà.

Contrariam partem, vt talis renũciatio nõ valeat, tenẽt Dec. in d. l. pactum dotale, C. de colla. n. 7. & Anchar. in d. c. quanuis, & Sal. in l. pactum quod dotali, C. de pact. Sed prior opin. longè verior est, per rationem tex. in d. ca. quanuis. quæ militat, cum filia renuntiãs nihil omnino accepit non secus, quàm si dotem cõgruam accepisset, vtroque enim casu pariter id iuramentum seruari potest sine interitu salutis æternæ.

Quinimò bellissimè tentari potest, atque nouissimè lõgè minus rescindi posse iuramentum prætextu lesionis,
104 vel iniquitatis, quando filia renuntians † nihil omnino accepit, quàm si dotem accepisset. Qui enim gratis futuræ successioni renuntiat, non in dimidia tantum, sed in vniuerso læsus fuit scienter, ex proposito, & consultò, sicque causari nõ põt se de læsione vltra dimidiã nõ cogitasse, cũ de læsione ex vniuerso necessariò cogitauerit, quę læsio in cõsideratione nõ est, cũ volẽti cõtigerit, cui læsio nulla cõtigisse videtur: quia id portat leuiter quod portat quisque libenter, vt in §. præterea, cum glo. Inst. de action. cuique nulla fraus facta videtur, cùm sciens, prudensque id voluerit, l. cum donationis, C. de trans.

Cæterùm si propter dotem acceptam futuræ hæreditati renuntiasset, posset facilius allegare sed id non fecisse animo liberalitatis exercendæ, sed quòd putauerit id, quod dotis nomine acceperat, non minoris pretij esse, quàm ꝙ missum renuntiatione iurata faciebat. Et ita in simili nota eleganter Aretinus in d. l. qui superstitis, ff. de acqui. hære.
105 Vnde infero suspectum esse, quod insignis † Couarruuias vbi suprà. parum feliciter tentauit. ait enim talem renuntiationem gratis factam valere, sed quia ex parte patris durities, quædamque iniquitas arguitur, concedenda esset absolutio. Quod verum non est in re dubia: nec hac in re video vt filia, quæ donandi animum habuit, & liberalitatis exercendæ, possit iuramenti relaxationem merere, vel impetrare, nisi metus reuerentialis, vel simile vitium argueretur.

In quibus casibus tamen conceditur † absolutio, & relaxatio iuramenti, notandum est a principe etiam seculari concedi posse vt expressum est in l. 1. titulo octauo, libro quinto ordinamen. Per quod ampliatur, l. finalis, §. qui satisdare cogantur. de potestate tamẽ d. l. j. alibi forte dicam.

Amplia. 17. vt dicto capitu. quanuis pactum. procedat nõ solum quo ad ea bona quæ sunt vltra legitimam filiæ re-
106 nuntians, sed etiam quo ad † ipsam legitimam, nam filia renuntians cum iuramento, non poterit petere legitimam. Ita tenent Bald. in l. si quando, §. illud. C. de inofficioso testamento, idem Bald. in l. quanuis. C. de fideicommiss. Decius consilio, vigesimo sexto columna secunda. idem Decius consi. 180. columna quarta, Alexand. consi. 181. Perspectis. libro quinto, sentit Ripa libro tertio, responsorũ. responso. 15. Paulus in lege. in ratione. 2. in princip. ff. ad legem Falcidiam, & est communis opin. secundum Couar. in dic. capitulo, quanuis. 3. part. §. tertio, & Roman. in l. prima. §. si quis ita. numero vigesimotertio, ff. de verborum obligation. Alexan. in dict. l. in ratione. in princip. Ias. in d. l. si quando, §. & generaliter, Georgius Natan. numero vigesimo. in dict. capitulo. quanuis. & est communis opin. secundum Ripam, libro. j. respo. c. 6. col. fi. Tiraquel. in l. si vnquàm. C. de reuo. don. in prin. nu. 139.

Contrariã sentẽtiam, vt per talem renuntiationem iuratam filia non excludatur a legitima, tenent Areti. in dic. §. si quis ita. columna quinta, sentit idem Aretin. in dict. l. qui superstitis. & ibi expressius Romanus limitatione. 3. ff. de acqui. hæredita. Tiraquellus in dict. l. si vnquàm. in princip. numero 155. Et hanc partem dicit communiter ceptã Nicola. Boerius decisio tertia, numero decimo Matthæ. de Afflict. in c. si quis inuestierit, nu. 25. cum sequen. de feudo dato in vicem leg. com.

107 Quid dicẽdum? Teneo priorem partẽ, quæ lõgè verior est per † textum in d. capitulo quanuis. in sui generalitate. Quod ibi probatur. Primò in decisione. Deinde etiam in ratione decidẽdi. Tertiò, quia sensus iurantis est non succedere contra voluntatem patris, cuius de successione agebatur, contra cuius voluntatẽ ẽt si filia non renuntiasset cum iurõ, succedere nõ poterat, nisi in legitima tm̃, vt l. cũ quæritur, & l. parentibus, C. de inof. test. §. fi. Inst. e. ti. l. Papinianus §. qm̃ aũt quarta, & §. quarta aũt. & l. si non mortis, ff. eo. ti. in quibus locis hæc est cõis sententia. Ne ergo nihil operentur tam renuntiatio quàm iurm̃, dicendm̃ est, quòd filia etiam legitimam petere non poterit.

Tenendo hanc partem, nõ oberit d. l. si qñ, §. illud C. de inoffi. testam. in quo situm est totum fundamẽtum eorũ, qui cõtrariam partem tuentur, nam ibi nullum interfuit iurm̃. Non quoque oberit. d. l. si quando, §. fi. nam ibi similiter nullum interfuit iuram. & præterea nulla ibi interfuit renuntiatio, si recte inspiciatur.

Amplia. 18. vt procedat, etiam si filia renuntians cum iuramento nullum fratrem masculum haberet, sed tantum fœminàs, nam licet eius pater tempore mortis nullum adhuc filium masculum haberet, nõ posset hæc filia renun-
108 tians allegare se renũtiasse fauore, & cõtemplatione † masculorum fratrum nasciturorum, & cõsequenter se patri velle & posse succedere, quasi cessante ranũtiationis causa, quinimò exclusa manebit, licet is pater, qui renuntiationem illam recepit, nullum filium masculum pòst talem filiæ renuntiationem recepisset. Et ita se habet communis opi. secũdum Couar. in dicto cap. quãuis parte. 3. §. 3. Quã opinio. sequitur & dicit communem Paulus Paris. consil. 26. nu. 52. lib. 3. & Corn. cousi. 291. lib. 4. col. 4.

Cõtrarium, vt talis filia quasi cessante causa renũtiationis succedere possit, tenẽt Bald. consi. 437. libr. j. inci. Quædam puella. Dec. consi. 370. col. fi. idem Decius consi. 433. numero 2. Eleganter Aymon Sabill. consi. 42. Rota in antiquis. 850. in j. patre, & Decius in dictis consilijs licẽt nõ satis aperiat cum iuram. interfuit, tamen necessariò intelligendus est, quando iuramentum interfuit, quia loquitur de renũtatione hæreditatis patris viuentis, quam fecit filia, quæ citra iuramen. fieri nõ posset, vt dicta l. si quãdo, §. illud, C. de inofficioso testamento. l. pactum dotali, cum simil. C. de collatio. l. fi. ff. de suis & legi.

109 Quid dicendum? Teneo † superiorem partem, vt filia, quæ tempore renuntiationis nullum fratrem, sed tm̃ sorores habebat, excludatur ab eisdẽ sororibus, licèt t pe mortis patris nullus frater existeret. Probatur primum in d. ca. quanuis. in decisione. Deinde probatur ibid. in ratione decidẽdi. Tertiò probatur, quia in re dubia ad suam quisque,
110 non alienam † vtilitatem contraxisse videtur, l. & magis, ff. de solu. l. stipulatio ista §. alteri, ff. de ver. ob. & §. alteri. Insti. de inut. stip. Vnde in re dubia, & filia renũtians, & consentiens, & ipse pater renuntiationem concessioneq; accipiẽs huius animi esse intelliguntur, vt patri, cuius de successione agebatur, non etiam hæc renuntiatio prodesset fratribus nascituris. Præterea secundum Imo. & Aret. in d. l. qui superstitis, talis renuntiatio per interuentum iuramenti eandem vim habet, quam haberet repudiatio facta post mortem patris, ergo, &c.

Intellige primò, quando ipse pater testm̃ fecit, in quo
111 hanc filiam renuntiantẽ † nominatim hac ex cã exhæredauit, quod ipsa iam cũ iuramento renũtiauerat, ita intellige d. c. quanuis

d.c.quanuis. Neque ad rem pertinet, quòd ista non sit de causis exhæredationis enumeratis in authe. vt cum de appella.cognos.§.causas. Nam respondeo, quòd licèt de iure ciuili hæc causa non sufficeret, vt d.§.illud.iuncta, l. nó dubium, C. de legib. l. si quis inquilinos, §. fi. ff. de legatis. 1. tamen de iure canonico sine dubio sufficiet. vt d. capitu. quãuis. nam filius inuitus ex illis. 14. causis tantùm, & similibus, quæ enumerantur in d. §. causas. potest exhæredari. Cæterum sua sponte potest etiam ex alijs causis excludi ab hæreditate patris. vt d. capitu. quanuis. facit glo. appro. in l. si quando, §. & generaliter, C. de inofficioso testamen. De cuius veritate latè ibidem. differimus, & in l. cùm quęritur. eod. ti.

Secundò intellige, etiam si is paterfa. testatus decederet 112 filia præterita, nam testa. adhuc† valeret, eaq; filia excluderetur a sororibus institutis: argumento dicto capitu. quanuis, nec præteritio huius filiæ renuntiantis vitiaret testam. non magis, quàm si ipsa incapax esset ex causa deportationis, vel alia simili causa. arg. in simili in l. j. §. deportatos, ff. de contratabu. l. si necem, §. fi. ff. de bon. libr.

Tertiò intellige, etiam si intestatus is paterfa. decederet, 113 nam adhuc non†ab intestato tacitè hanc filiam renuntiantem vocasse videtur. iuxta. l. conficiuntur, ff. de iure codici. sed in priore filiæ excludendæ voluntate perseuerasse, videtur, argu. l. nam ad ea, ff. de condition. & demonst. l. sancimus. C. de testam. Et ista est vera & communis opi. secundum Paul. Paris. consi. 26. nu. 17. vol. 3. secundũ Ioan. Crotum in repeti. l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verborum obligatio. nume. 26. Bal. in l. cùm Archimedoram, C. vt in possessio. leg. & in l. pactum dotali tertia quæstione, C. de collatio. & ibi Salycetus.

Quartò intellige, etiam si filia tempore renuntiationis 114 haberet† fratres, & sorores, qui quidem fratres tempore mortis patris, cuius de successione agebatur defuncti erãt, nam adhuc ea filia a sororibus excludetur, nec videtur ꝑpter fauorem fratrũ dumtaxat renuntiasse. Ita videtur cõmunis opin. quam tenent Couarru. vbi suprà. Alex. consi. 29. nu. 8. libro. 3. Socy. 34. lib. 4. nu. 6. quos sequitur Parisius in dic. consi. 26. numero. 27. Angel. consi. 52. in fi. Are. consi. 17. columna octaua. Quorum opinionem verissimam puto per superiora fundamenta contra Decium, & Bal. in consilijs, & locis suprà citatis.

Quintò intellige procedere, quãdo pater tempore, quo filiæ renuntiationem recepit, alios filios & filias habebat, 115 quas similiter†renuntiare non fecit secũdũ Couar. vbi suprà & secũdũ Pari. vbi supra. pòst Ale. in dicto consili. 29.

Sextò facilius id procedere intelligendum est, quando 116 pater talem filiæ renuntiationem recepit tempore quo ea †filia religionẽ profitebatur, ea. n. postquam monacha fuerit, & monasteriũ ingressa fuerit a reliquis sororib. excludetur, cum hac mente renuntiatio facta intelligatur, vt reliquæ sorores maiore cũ dote posint matrimoniũ contrahere. secundũ Couar. vbi suprà. Id quòd est secundum mentem & verba communis opinionis suprà relatæ. Quòd si is paterfam. intestatus decesserit nullo liberorum relicto, tunc Couar. vbi suprà. existimat monasterium ex persona illius filiæ renuntiantis admittendum, quasi hoc casu cessauerit mens tam renuntiantis, quam renuntiationem reci- 117 pientis. Quod suspectum mihi videtur, & contra†generalitatem dicti capitu. quanuis. tam in decisione, quàm in ratione decidendi. Et etiã est cõtra illã cõem opini. proxime relatã, quæ habet, ꝙ filia renuntians cũ pater intestatus decessit, exclusa ꝑmanet, nõ secus, ꝗ sit testamẽtum fecisset, nec in eo eã vocasset. Et satis periculosũ est monachã ad peierandum admitti cõtra generalitatẽ suæ renũtiationis, eo prætextu, ꝙ ipsa in fauorẽ fratrum, vel sororũ tantum videatur renuntiasse. Adhuc tamen cogitãdũ est hac in re.

118 Amplia 19. vt procedat, etiam si filia tempore renũtiationis fratres masculos haberet, quorum fauore, & contemplatione verisimiliter, & ipsa renuntiauit, & pater renuntiationem recepit, nam adhuc licet fratres illi viuo patre cuius de successione agebatur, decesserint, ipsa filia non admittitur ad successionem patris intestati, si in ipsa renuntiatione expressum fuit ipsam filiam renũtiasse propter dotem, quàm re vera recipit. Ita tenent Bartol. Socy. consili. trigesimo quarto, libro quarto, numero quinto, & Romanus consil. vigesimo secundo, colum. secunda, & Corneus consilio 291. libro quarto colum. tertia. expressius idem Paulus Parisius in dicto consil. vigesimo sexto. libe. 3. numero quadragesimo quarto. qui allegat Claudium in l. stipulatio hoc modo concepta, columna quarta, ff. de verborum obligatio. Mouentur quia hoc casu cũ integra semper maneat causa, propter quam facta fuit renuntiatio, nẽpe dotis receptio, tunc licèt filij masculi decesserint, non per hoc videtur defecisse, & cessasse causa renuntiationis. Quod insignis Couar. vbi suprà admittit eo casu, quo appareret propter hanc solam causam, quòd dotem recepcrat, filiam renuntiasse. Cæterum eorum opinionem regulariter veram non esse, cùm vero simillimum sit non aliter patrem illum, cuius de successione agebatur, illam renuntiationem accepisse, filiamq; ipsam non aliter illam renuntiationẽ facturã fuisse, ꝗ si ꝑ eã reliqui fratres supstites, pinguius, pleniusq; ius assequãtur ad bona paterna. Nec. n. illum patremf. credendum est solicitũ fuisse de excludenda filia sua, nisi cõmodũ aliorũ filiorum, quibus defunctis, cessat ratio, & vltimus finis illius exclusionis, arg. l. cũ acutissimi, C. de fideic. l. generaliter §. cũ autem, C. de insti. & subst. l. cũ auus, ff. de cond. & dem. l. vn. C. qui ante a p. tab. l. si vnquã C. de reu. do. Neq; ad rẽ ꝑtinet, ꝙ expressum fuerit in ipsa renuntiatione, filiam renuntiasse ꝑ p dotem, quã recipiebat. Nam illius causę expressio non impedit, quin aliæ quoq; causæ inter paciscentes concipi possent, argu. gl. in l. tale pactum, §. fi. ff. de pact. vbi per omnes, & l. semper in stipulationibus, ff. de verbo. obligato. l. ita stipulatus, versi. Sabinus & ibi Pau. & Ias. ff. de verb. obliga.

Amplia 20. vt proximè dicebamus vt d. c. quanuis. pro- 119 cedat, etiã si is paterfa. cuius de successione † agebatur, intestatus moreref. Nam licèt regulariter intestatus tacitè inuitasse videatur legitimos eius successores, vt in l. conficiũtur, ff. de iure codicil. l. j. §. pen. ff. de lega. 3. l. non iustam. cũ ibi notatis, C. ad Trebel. tamen fallit in ea filia, quàm inter viuos expressim, nominatimque exclusam voluit, remouitq; ab sua successione per pactum iuratũ. expressum. n. facit cessare tacitum, l. cum ex filio, §. j. ff. de vulga. nec mutatio voluntatis præsumitur, nisi probetur, l. non ad ea. ff. de cond. & demonst. Vnde hæc filia patri intestato succedere nequit, quasi inuitata ab eo tacitè videatur, cum ipse expresim eam inter viuos exclusam curauerit, nec mutatio voluntatis præsumatur, nisi legitimè probetur. Et ita se habet vera, & communis opi. quàm tenent Paul. Paris. vbi suprà. nu. 17. col. 3. in pr. Georgi. Natã in d. c. quanuis, limitat. 9. Bar. & Alexand. n. 8. in d. l. stipulatio, hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. Bal. in l. cum Archimedoram, C. vt in possess. leg. idem Bal. in l. pactum dotali, C. de colla. q. 3. & ibi Salyce. Roma. Imola, & Areti. in l. qui superstitis. ff. de acqui. hæred. Areti. consi. 17. Consideratis col. 8. Gemi nia. & Philipp. Franc. in d. capit. quanuis, sequitur & dicit communem opinio. Io. Gro. in l. stipulatio hoc modo, n. 26. ff. de verb. obliga. sequit, & dicit communem opi. Ale. consi. 29. Præclare, colum. 2. nu. 4. lib. 3. idem Alex. consi. 149. Viso themate, col. 2. n. 4. Rota in antiq. decisi. 850.

Amplia 21. vt procedat d. c. quanuis. non solum quo ad 120 hoc, vt filia† renuntians excludatur, sed vt etiam eius liberi similiter repellantur ab successione eius, de cuius hæreditate agebatur, siquidem post mortẽ ipsius patris filia renuntians decessit, alias secus. Ita tenent gl. & communiter doct. in d. c. quanuis. vt late ꝑ Couar. vbi suprà. dixi latissimè in l. si pater tuus, C. de inoffic. testamen. infrà.

121 Amplia 22. vt procedat d. c. quanuis, etiam si † filia renuntians, liberos post renuntiationem susceperit, per quorum superuenientiam non reuocatur, aut eneruatur vis, & potestas huiusmodi renũtiationis. Ratio, quia d. l. si vnquã C. de

C. de reuoc. don. per quam infirmatur donatio omnium bonorum, vel partis eorum propter superuenientiam liberorum, procedit cum donamus res nobis iam pleno iure quæsitas, nos autem cum ius futuræ hæreditatis missum facimus, ꝙ parui momenti esse intelligitur, non solum si agatur de hæreditate viuentis, & sic de hæreditate nondum delata, sed etiam si agatur de hæreditate iam mortui, & nobis delatæ, nam adhuc ea antequam adita sit, non multi facienda esse videtur. argum. tex. not. in l. quia autem. in pri. & §. j. ff. quæ in frau. cred. l. quia poterat. ff. ad Trebellia. §. sed neque. Institu. de autho. tutorum. facit text. elegans in ratione sui in l. vnum ex familia, §. si rem, ff. de legatis secundo. Et ista est vera & cõmunis opinio, vt late resoluũt insignis Couarru. vbi supra. Tiraquellus in l. si vnꝗ. suprà allegata, in verbo, donatione largitur. numero 151. Deci. cõs. 181. idẽ Dec. in d. l. pactũ dotali. col. fi. C. de col. Alex. consi. 29. lib. 3. Anto. Rubeus consi. 99. Socy. cons. 39. li. 3.

Amplia 23. vt procedat, etiam si filia renuntians cũ iura
122 mento futuræ † patris hæreditati sit læsa vltra dimidiam iusti pretij, nam adhuc ex vi huius renuntiationis iuratæ exclusa permanebit. Ita tenent Archidiacon. Philippus Francus, & Dominic. & Georg. Natan in dict. capitu. quanuis. & est Natan in sexta limitatione. Parisius in dicto consil. 26. numero 81. libro tertio, Ioannes Crotus, numero vigesimo secundo in dicta, l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. Ale. cõs. 125. libr. 1. idem Ale. in d. l. l. stipulatio, nume. 10. & est cõmunis opi. secũdũ Curt. seniorem consi. 65. in fi. Ale. cõs. 42. col. pen. lib. j. Anto. Rub. cõs. 12.

Contrariam sententiam, vt ratione grauissimæ læsio-
123 nis possit rescindi talis † renũciatio, vt filia ad bona patris recursum habeat, tenuerunt Abb. num. 23. Anto. in 4 casu in d. c. cùm contingat. de iureiurand. Dec. consi. 180. idem Decius consi. 181. & consi. 380. idem in c. in presentia, nu. 36. de proba. Ripa lib. 3. responsorum. 15. responso, Socy. Iunior. consi. 53. libr. j. & consi. 144. nu. 10. eo. lib. Parisius consi. 12. nu. 80. libro j. Ancha. in regula, Accessorium. de regu. iur. in 6. Anto Rub. consi. 101. & hanc opini. magis communem esse firmat Dec. in locis suprà citatis. Et in hanc partem magis inclinat insignis Coua. in d. c. quanuis, 3. parte. §. 4. in princip.

124 Quid dicendum? Nimirum dubia, † incerta, ambigua, & periculosa est eritq; semper huius controuersiæ electio quia eius status est coniecturalis. Et primùm videndũ q̃d iuris in filia maiore renũtiante. Deinde quid in minore. Pri
125 mo casu si filia † maior in tali renuntiatione iurata vltra dimidiam tm̃, non ẽt vltra vel non multum vltra dimidiam læsa fuit, non poterit reuertere ad bona patris. Quia ꝙ talis renuntiatio lege ciuili vetita sit, id non obest, quia l. canonica per interuentum iuramenti permissa est, d. c. quanuis. Quòd autem fuerit læsa vltra dimidiam similiter non
126 obest, quia per interuentum iuramenti † videtur renuntiatum remedio, d. l. 2. C. de rescin. vend. secũdũ gl. Bar. Bald. Sal. & cõiter doct. in d. l. 2. Panthal. Crem. ibid. 3. no. 14. limitatione, Canonistę in c. pen. de emp. & vẽdi. Ale consil. 133. col. 3. lib. 5. sequitur, & dicit communem esse op. Cur. seni. consi. 65. ad fin. Socy. consi. 155. lib. 2. per Aymon. cõsi. 192. nu. 8. post alios, quos refert insignis Coua. vbi suprà
127 Etenim † iuramentum concedentis hanc vim & potestatem habere videtur, vt actus valeat, suumq; effectum extendat, quatenus extendit sese potestas concedentis, l. cùm pater, §. filius matrem, ff. de leg. 2. vbi notant Bart. Imola, Pau. & alij. Vnde cum filia renuntians per iuramenti interpositionem sese omnino excludere potuerit, etiam si per hoc enormiter læderet, sup est, vt exclusa maneat. Et isto casu procedit cõis opi. eorum, quos priore loco retulimus tenere partem affirmatiuam, & etiam nonnulli eorum, q̃ posteriorem partem tuentur, qualis est Couaru. vbi supra Dec. d. consi. 181. Iacobinus in d. authen. sacramenta puberum. col. penu. C. si aduersus venditio.

Cæterum si talis filia maior enormissimè, & longè vl-
128 tra dimidiam † læsa fuerit in tali renuntiatione quid iuris dubium est. Et tunc secundum eos, qui partem negatiuã defendunt, hæc filia recursum haberet ad bona paterna eo colore, quasi consensum præstitisse nõ videatur tam enormissimę læsioni. Quod in specie tenent Couar. vbi suprà Matth. de Afflic. in c. quis inuestierit, de feudo dato in vicem l. cõmiss. n. 21. Aym. cons. 7. nu. 15. & consi. 192. nu. 5. Paris. consi. 75. libro. 3. Corne. consi. 27. lib. 4. Hierony. Gratus consil. 88. libe. j. Ripa lib. 3. responsorum, c. 15. idẽ Couarru. libe. 2. varia. resolu. c. 4. nume. 5. cum alijs, quos alle. Couar. vbi suprà.

Quid dicendum? Sanè etiam hoc casu veriorem puto primam partem eorum, qui opinionem affirmatiuam sequuntur, vt hæc filia † adhuc excludatur. per tex. in d. cap.
129 quanuis. Primum in decisione. Deinde in ratione decidẽdi. Tertiò per verba generalia. d. c. dum ait, omnino seruari, & ibi, nullum regressum. Quartò quia iurm̃ concedentis sese extendit eatenus, quatenus iurantis potestas sese extendit. d. l. cum pater, §. filius matrem, vbi Barto. Imola, & Paul. ff. de leg. 2. Nec dubium est, quin filia renuntians potestatem habeat per interuentum iuramenti sese abdicandi a bonis paternis post dictum cap. quamuis. Deniq; quia iurans, saltem implicitè, videtur omnes casus cogitare, qui euenire possunt, vt d. §. filius matrem. & tradit Tiraquel. in d. l. si vnquàm. C. de reuo. dona.

Et sufficit, quòd quis in genere cogitauerit, vel cogitare potuerit, vt ff. de mil. testa.

Postremo hęc pars tenenda est, quia per eam consulitur saluti animarum, quæ cunctis rebus terrenis sunt anteponendæ, l. sunt personæ, ff. de religi. & sumptib. fun.

In summa ita obseruat consuetudo. Nam omnes filiæ
130 procerum, magnatum † & nobilium dum religionem profitentur, priusquàm monasterium ingrediátur, cum iuramento renuntiant hæreditatibus parẽtum futuris, modico dotis nomine accepto, quod tamen sufficit ad dotem monasterij. Et licèt si talis dos cum reliquis fratrum legitimis vel portionibus hæreditarijs compararetur, vel conferret ea dos vltra plures dimidias minor esset, adhuc tamen tales moniales nunquàm restituuntur. Et ita cõsulerem, & iudicarem, nisi quis me suspectum cẽsorem hac in re diceret, quia in re propria habui hunc casum, cum a Martino patre meo obseruandissimo cum Cæsaris summus Senator esset, duæ sorores meæ religioni traderẽtur, quæ dote ad monasterium cõgrua accepta, futurę patris successioni cũ iuramento renuntiarunt, in qua enormissima læsio interfuit, habita ratione legitimarum aliorum fratrum.

Quinimò si rectè aduertis, quo maior est læsio, eo euidẽtior est animus donãdi, vel gratis remittẽdi ex parte renũtiãtis, & cõsequẽter tãto minus poterit retrocedere. Nã & si nullo oĩno accepto hæc filia amplissimæ patris hæreditati futuræ renũtiasset, nullius læsionis prætextu retrocedere posset secũdũ Imolã, Romanũ, & notabiliter Are. in l. qui superstitis. ff. de acq. hær. quasi cum iuramẽto renuntians eo casu de lęsione non dubiè cogitauerit.

Vnde infero veram minime esse eam opinionem, quã tenent insignis Couar. vbi suprà. & Georgius Natam in d. ca. quamuis. in 7. limitatione. Decius in d. l. pactum dotali.
131 col. 3. Corneus cõsi. 147. lib. 4. aiunt enim quòd si filia dotẽ accepit ex bonis matri prædefunctæ, & cum iuramẽto renuntiat futuræ patris hæreditati, talis renũtiatio sibi nõ nocet, quasi enormissimè læsa videatur, nec obesse ei d. c. quamuis, quia loquitur, quando filia renũtians, dotem acceperat ex bonis ipsius patris. Sed hi authores parum feliciter id tentarunt, cũ hæc filia hoc casu gratis renuntiasse videat, nec possit dicere se longe vltra plures dimidias læsam, quãdoquidẽ nõ ignorauit se in totũ læsam fuisse, & ita voluerit, nec de eius potestate dubitari possit. vt d. c. quanuis. quo casu retrocedere non potest secũdũ Imo. Romã. & Areti. in d. l. qui superstitis. & est cõis opin. secũdũ Dec. consi. 180. col. pe. Et ꝙ dictum c. quamuis, procedat etiam si filia nullo penitus a patre accepto renuntiasset, communem, & veram opin. esse diximus suprà.

132 Secundus caſus principalis eſt Filia † minore cum iuramento renuntiante futuræ patris hæreditati, quæ retrocedere non poterit, quaſi id pactum lege ciuili vetitum ſit, quia hæc poteſtas iure canonico data eſt vt d. c. quamuis. non quoque poteſt retrocedere beneficio minoris ætatis quia per interuentum iuramenti maiori aſsimilatur auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduer. vendi. Sed an prætextu læſionis vltra dimidiam poſsit diſcedere ab illa renunciatione? Et Couarru. vbi ſuprà in ſexta concluſione. & Aymon conſil. ſeptimo, numero ſexto, & Antonius Rube. in dic. conſilio duodecimo, tenẽt in ſpecie eam filiam poſſe retrocedere. Sentit Decius conſilio .403. columna, 16. Socy. conſilio quadrageſimo octauo, ad fin. libro, quarto, Aymon conſilio. 114. columna penulti. & conſilio. 7. numero. 6. & conſilio. 192.

Sed cum per interuentum iuramenti renuntians aſsimi133letur maiori, & in maiore renuntiante tenuerimus prætextu læſionis vltra† dimidiam non licere retrocedere, idem quoque & in minore tenendum eſt. Eſtque ex mente, & ſententia illius communis opin. affirmatiuæ, quàm retulimus in primordio huius articuli. Quod ſaltem admittendum cenſeo, quando filia renuntians eſſet congrue dotata, vel ad monaſterium, quod ingrediebatur, vel ad uirũ, cui nubebat. Alias enim, ſi abſque vlla matrimonij contrahendi, vel monaſterij ingrediendi cogitatione renuntiaſſe facile deprehendi poſſet iniquitas, & deceptio ex parte patris renunciationem accipientis, qua probata, danda eſſet filiæ iuranti abſolutio, tuncque ſaluari poſſet opinio contraria.

Hæc intellige, quando loquimur in hereditate deferenda, & filia cum patre conuenit. Quòd ſi iam patris hrẽditas delata foret, & cum alio contraheret, puta cum fratribus, & ſine authoritate ſui curatoris, tunc quia qui contra iura mercatur, & contrahit bonam fidem non præſumitur habere, c. qui contra. de regul. iur. in 6. l. quemadmodum, C. de agrico. & cenſ. li. 11. in re dubia ſi appareat filiam minorem enormiter læſam, præſumam machinationem ex parte fratrum in talem renuntiationem recipiẽtium. arg. l. omnes, §. Lucius, ff. q de frau. cred. & cõſequenter concedenda eſſe huic minori iuranti abſolutio iuramenti.

Niſi ea minor tempore, quo ingrediebaẽ religionem, 134accepta dote monaſterio congrua renuntiaſſet, nam tunc non videretur† læſa ſi, quod ipſa ſibi habere iam non poterat, id fratribus cõdonare potius volebat, quã ſecũ in monaſterium conferre. arg. eorum, quæ tradunt Bar. Alexan. & Iaſo. & alij in l. ſi quis cum aliter, ff. de verbo. obl. & Couaruu. vbi ſuprà.

Quid autem ſi hæc filia minor citra curatoris quẽ habebat authoritatem hæreditati patris iam delatæ fratribus ſuis renuntiauit ſemel & iterum cum iuramento, & ſic geminatẽ, an ſi enormiſsimè leſa reperiatur, retrocedere poſſit, ſaltẽ vt ſibi cõcedaẽ abſolutio iuramẽti? Et Cou. vbi ſuprà verſ. octaua concluſio. & Dec. conſi. 181. col. pe. id negant. arg. authen. ſiue a me. cum ibi notatis, C. ad Velleian.

135 Quorum opinio ſemper nobis ſuſpecta viſa eſt. Nam geminatio licet operetur aliquid † quando adhibetur ab eo, qui intellectũ integrum habet, licẽt is ſui natura facilis, & exorabilis, atq; benignus ſit, qualis eſt mulier maior. 25 annis, quæ regulariter non reſtituitur, l. fi. cum ibi notatis, C. de iur. & fact. igno. licet aliquãdo ei ꝑ ꝑ ſui facilitatẽ ſubueniatur, vt per totum, C. & ff. ad Velleian. & ita procedat quod de geminatione dicitur in authe. ſiue a me. C. ad Vellei. nam propter geminationem præſumitur, quod mulier fideiubens, maturo, & deliberato conſilio, non facilitate interceſſerit. non ſic in minore renuntiante, in quo præſumitur imperitia, quæ re vera per geminationem non ſuppletur, ſed potius geminatur iniquitas eius, qui cum eo contrahit non rite, quia defuit authoritas curatoris, nec recte, quia enormiter læſus fuit, & quo magis iſtius iniquitas geminata eſt, eo magis minori læſo relaxatio iuramenti concedenda eſt.

136 Amplia 24 vt non ſolũ per interuentũ iuramẽti ipſum iuramentum ſeruandũ ſit, ſed etiã, ꝙ ipſum pactũ † firmũ maneat ſecũdũ Couarru. vbi ſuprà. per d. c. quãuis. ibi. omnino ſeruari debet, ſcilicet, pactũ. Quòd verũ eſt de iure canonico, de iure ciuili minimè, vt in l. non dubium, C. de legib. l. ſi quis inquilinos, §. fi. ff. de leg. j. Vnde infertur, ꝙ effectus, qui regulariter lege ciuili fuerunt pactionib. accommodati non aderunt huic pactioni iuratæ, ſed tãtum illi effectus qui regulariter iure canonico pactionibus accommodati fuerunt. De quibus per oẽs, præſertim ꝑ Fortuniũ ĩ c. j. de pactis, dixi in materia, l. ſi qs, ꝑ eo, ff. de fidei.

Amplia 25 vt procedat non ſolũ de iure canonico, ſed etiam de iure ciuili. etenim tale pactum etiã iuratum non 137 valeat† de iure ciuili, vt modo dicebam, tamen valet de iure canonico, & in materia iuramẽti, in vtroque foro iuri canonico ſtandum eſt. tex. in c. licet, extra. de iureiur. lib. 6. gloſ. in d. c. quamuis. in verb. ſeruari. & eſt cõis opi. ſecũdũ Paul. Pariſ. conſi. 26. libro 3. nu. 15. col. 2. per Couarr. in d. c. quamuis. in fi. vbi Georgius Natan limitatione. 7. Tradunt communiter doctor. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verbo. oblig. & in l. pactum, C. de colla. in l. qui ſuperſtitis, ff. de acq. hære.

Modò illud c. quãuis pactum. limito aliquibus modis, vt nõ procedat, quando poſtea† pater inſtituiſſet hæredem 138 filium renuntiantem, nam tunc poſſet bene ſuccedere, nõ obſtante iuramento, nam ſi aliud diceremus, tollitur patri libera teſtandi facultas, contra, l. 1. C. de ſacroſanc. eccle. cũ ſimi. Ita tenet Bar. l. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verbo. obli. ante medium. idem tenet in l. pactum. de colla. 3. q. alle. l. fi. C. de pac. & d. l. ſtipulatio hoc modo. idẽ tenet Paul. in l. pactum. in prin. & Bal. notabil. quem videas in l. fi. 3. col. C. de pact. Alex. in l. ſtipulatio hoc modo. 2. col. in fi. Imo quod eſt plus, ſi filia cum iuramento renuntiaſſet ſucceſsioni paternæ ipſi patri, & fratribus, tamẽ adhuc pater ſolus poſſet in teſtamẽto eam inſtituere. Ita eleganter tenet Bal. in c. ad noſtram. el. 2. de iureiurand. quem reperio relatũ ꝑ Iaſ. in l. fi. C. de pac. 7. col. ad fi. Quod tene menti pro limitatione prædicta. Addo facere ſequentia.

Primò tex. cum ibi nota. in c. cum interp. de renuntia. vbi ille qui renuntiauit beneficio cum iuramento & pro139miſit ipſum amplius† non petere nihilominus poterit admitti ex noua collatione, ergo ſic in propoſito poterit ex noua inſtitutione non obſtante renuntiatione, & ille text. optimè ſtringit in propoſito.

140 Secũdo facit ꝙ dicimus, ꝙ excluſus a vẽdicãdo per ſentẽtiã poterit ex dominio ſuperueniẽte vẽdicare, l. ſi mater. §. eãdẽ. ff. de exce. rei iud. ergo ſic in ꝓpoſito ex noua ĩſtitutione. Et hoc ſimile alle. Pa. ĩ l. dicta pactũ. de col. in pri.

Tertiò optimè facit tex. in c. ad noſtram el. 2. de iureiu. 141 vbi ille qui iurauit non† repetere vſuras, nihilominus poterit eas petere, ſi ſibi relinquantur in teſtamẽto. Ergo iſte qui iurauit non petere, poterit nihilominus ſuccedere, ſi de nouo inſtituatur. Quod tene menti.

Quartò facit quod dixi ſuprà, ꝙ iuramẽtum debet in142telligi rebus ſic† ſe habentibus, l. fi. ff. qui ſat. cog. ca. breui. de iureiur. & notatur in c. quemadmodum. per gl. eo. ti. & Bal. loquendo in iuramẽto in l. fin. C. de nõ numerata pec. Iaſ. in l. fi. §. fi. ff. ſi cer. pet. 6. col. in fi. Ergo cũ de nouo inſtituatur, poterit capere, quia res non ſic ſe habent, prout erant tempore teſtamenti, & hoc optimè ſtringit.

Quintò facit illa regula, quod ea quæ de nouo emergũt & c. l. de ætate, §. ex cauſa, ff. de interrogati. actio. & in l. arbitro, ff. q. ſatiſd. cog. & ĩ l. ſi hominẽ, ff. mãda. & in l. ĩ cõfirmãdo, & in l. vtilitatẽ, ff. de cõfir. tuto. & in l. cũ qs in prin. & in l. ſi cũ Cornelius, ff. de ſol. facit, l. admonendi. ff. de iureiur. & tex. in l. 1. 2. C. ſi ſæpius in integ. reſti. poſt.

143 Sextò bñ ſtringit illa regula, ꝙ vbi cõſenſus deficit, iuramẽtũ † nihil operaẽ, l. fi. C. de nõ numerata pec. ſed certũ eſt, ꝙ q. renũtiat ſucceſsioni, nõ cogitauit de iſtitutione futura, nam ẽt ille, qui cũ iuramento aſtringit, non cogitabat eum inſtituere, immo penitus excludere, ergo, & c.

Sextò neceſſario ſtringit. Aliud eſt petere, aliud eſt recipere, vt eſt notum, cum ergo iſte iurauit non petere, ergo bene poterit recipere, ſi inſtituatur, nec iuramentum ſe ad hoc extendit.

144 Septimò iuramentum debet impleri in † forma ſpecifica.c.ad noſtram, el.2.de iureiur. vbi caſus ſingularis. ſi ergo qs iurauit nō petere, ſufficit ſi non petat, & ſic impleat in forma ſpecifica, vnde ſi poſtea inſtituat, nihil prohibet quo minus poſſit caperre. Et per iſta remanet corroborata iſta prima limitatio.

Octauò etiam facit. Nam ſi filia renuntiauit tempore, quo pater habebat filios maſculos, qui poſtea viuo patre mortui ſunt, non prohibetur filia ſuccedere vt infrà dicā, quia renuntiatio intelligit̃ rebus ſic ſe habentibus, l. quod Seruius, ff.de cond.ob cauſam & hoc eſt quod pōdero. Ergo ſic in propoſito, cum res non ſic ſe habeant propter inſtitutionem nouam: Iſtud fundamentum colligo ex verbis Paul.de Caſt.in l.pactum, C.de colla.col.j.in fi.

Nonò optimè facit tex.in l.ſi patronus non aluerit. vbi videas, ff.de bon.liber.

Prædicta limitatio intantum procedit quod etiam ſi expreſſe renuntiaſſet filia ſucceſsioni futuræ etiam ex teſtamento, ſibi nō præiudicaret quo minus poſſet inſtitui, ne alias auferatur patri libera teſtandi facultas, cū poſſit quoſcunque alios inſtituere.arg.l.cum ita legatum. vbi caſus notabilis, ff.de condi. & demonſt. Et ita per iſtam rationem tenebat Roma.in d.l.ſtipulatio hoc modo. Pro veritate vi. ibi Ale.2.colu.in fi.cum princ. ſequentis. Et hæc quo ad primam limitationem.

Denique quo ad hoc vltimum cum filius expreſsim,
145 ſpecificè, & ī indiuiduo iurauit † ſe patri non ſucceſſurum, etiam ex teſtamento, ſi poſtea a patre inſtitutus ſit, nō video, vt eius hæreditatem adire poſſit, & periurium effugere, quinimò neceſſe eſt, quod periurium incurrat, & conſequenter videtur, quod prohibeatur hæreditatem adire. Neq; ad rem ptinet, quod per hoc impediatur libera teſtādi facultas. Nam hoc verum non eſt, & contrarium probatur in l.cum ita legatum, ff.de conditio.& demon. Niſi forte dixeris, quod ſi de facto hæreditatem adierit, licet per hoc periurus fiat, tamen eius dominium non ideo minus acquiſiuit, & obtinebit, quod extra mentem iuris non eſt. Ad capitu.2.de pact.in 6.reſp. quod ibi hæreditas non potuit per renuntiantem adiri.

Secundo principaliter fallit.d.c.quamuis. quando filia renuntiauit patri propter fratres, qui ſuperuiuebant, qui vi-
146 uo † patre poſtea deceſſerunt, nam tunc talis renuntiatio ſibi non nocet quo minus ipſa admittatur. Ita tenet notabiliter Baldus in l.pactum dotali.C.de col.4.q.idem ibi Pau. 1.col.in fin. Pro iſta limitatione facit, l.iubemus.C.ad Velleian. Secundo, quia iuramentum debet intelligi rebus ſic ſtantibus, prout ſunt tempore repudiationis, l. quod Seruius, ff.de condi. ob cauſam. cum ſimi. & iſtam rationem ponit Paul.de Caſtro vbi ſuprà. Tertio, quia ceſſante cauſa antequam effectus ſit in eſſe productus, ceſſat ſuus effectus.c.cum ceſſante.cum vulg.de appella. Quarto, quia limitata cauſa limitatum parit effectum, l. age. cum ſimilibus, C. de tranſanctio. ſed hic cauſa limitata renuntiationis fuerunt fratres, ergo eis de medio ſublatis in vita patris debet ceſſare renuntiatio, vel eius effectus quia limitata cauſa, &c. Quinto optimè facit, l.filio præterito, ff.de iniuſt.rupto. vbi ceſſante fauore eius, cuius contemplatione teſtamen.a lege annullatur, id teſtam. ex bono & æquo per prætorem tuetur, etiam ſi tale teſtamen. eſſet ipſo iure nullum vt in l.1.in verſi.nullius momenti, ff.de iniuſt.rup. & in l.inter cætera, & l.fi.ff.de libe.& poſthum.& in prin. Inſti.de exhær.libe.latiſsimè per Corne.Alexand.Iaſ.Decium, Curti.iuni.poſt alios in l.poſthumo nato, C. bono. poſſ.contra tabu.

Et ſic hanc limitationem vltra Bald. & Paul. vbi ſuprà tenent Domini. col.fi. & Philippus in 4 & Georgius Natan in 8.limi.nume.24.in d.c.quanuis, Dec.in d.l. pactum dotali, nume.9. Guiliel.Bened.in c.Rainutius, de teſtame. in verb.duas habens filias, numer.297. Matthæus ab Afflict.in c.ſi quis inueſtierit, numer.25. de feu. dato in vicem legis commiſſ. Ale.conſi.29.libe.3. Salice.in l.pactum quod dotali, C.de pact. Aretin.col.4.& Roma.in l. qui ſuperſtitis, ff.de acq.hær. Crot.nume.33.& Alex.nu.11.in d. l.ſtipulatio hoc modo concepta, ff.de verb.obli.poſt Claudium ibi, col.4. Paul.Pariſi.conſi.26.li.3.nu.20. Rom.conſi.22. Propoſitæ Gemi.in d.c.quanuis col.fi.

Pro hac vera & communi opi.fortiter ſtringit tex.in d. l.cum auus, ff.de cond.& dem.& l.generaliter §.cum autem, C.de inſt.& ſub.& in l.cum acutisſimi, C.de fideicōmisſis, facit tex.in l.ſi vnquam, C.de reuo.dona.& in l.adigere, §.quanuis, ff.de iure patro.& in l.cum pater, §.dulciſſimis, ff.de lega.2.& in l.proſpexit, ff.qui & a quibus, & in l.fi. ff.de hæ..inſt. Licet in contrarium faciat tex.in l.demōſtratio.§.quod autem, ff.de con.& demon.& in §.longe, & in §.huic proxima. Iuſt.de leg.

147 Tertiam, & quartam, & quintam limi.6.per † Ale.in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff.de verb.oblig. colum.3.

Sexta limitatio & principalis, vt d.c.quanuis, non habeat locum, quandocunque filia prius iuraſſet ſe, nunquā
148 renuntiaturam hæreditati † paternæ per pactum, quia licèt poſtea renuntiaret etiam cum iuramento, talis renuntiatio eſſet nulla propter iuramentum præcedens, quia contineret peccatum. Ita eleganter reperio tenere Alexandr. in d.l.ſtipulatio hoc modo.2.cauſa.1.col.pòſt mediū. Pro hoc allegat gloſſ.in c.licet mulieres, de iureiu.lib.6. vbi gl. tenet, quòd licet mulier poſſet conſentire alienationi rei dotalis cum iuramento, vt ibi eſt tex.in c.cum contingat,
149 de iureiur.tamen ſi a principio † iurauit nunquam conſentire, conſenſus poſtea interueniens, etiā cum iuramento, nihil operatur. Et eſt ſimilis cautela ad capitulum cùm contingat, ergo ſic in propoſito. Et illam glo. ſequitur Bar.in l.is cui bonis, ff.de verb.oblig.ad fin.& in l. ſi quis pro eo ff.de fideiuſſo.& in l.ſi prædium.C.de iur.dotium Abb.in c.intellecto.de iureiur. Imol.& alij in c.dilecto, de præb. Ange.Imo.quibus alienare licet vel non, in prin.vbi illam gloſſ.reperio ſingularem. Dicebat tamen ibi Faber, quòd illa cautela non eſt bona quo ad animam, quia non reſeruata a periurio, ſed præcipitat infernum. Idem dicit Alex. in d.l.ſi prædiū, in apoſti.ad Bar. non tamen per hoc reprobant illam gloſſ.ſed cum eo tranſeunt. Eandem concluſionem in d.c.quanuis pactum, tenet Bald.in concluſionibus ſuis, quem refert Roma.in l.ſuperſtitis, ff.de acq.hæred. Et pro iſta concluſione facit tex.notabilis in c.intellecto, de iureiur. vbi princeps iurat a principio non alienare bona imperij, vnde ſi poſtea alienet, non valet alienatió, etiam ſi eam firmauerit iuramento, quia contra iuramentum primum, & ita illum tex.allega.gl. in c. licet mulieres. Itē pro
150 hoc facit tex.notabilis in authen. de non alienand. §.ſcimus, colla.9. vbi quando pactum † concord.cum eo, quod per ius commune diſpoſitum eſt, impedit tranſlationem dominij, licèt regulariter ſecùs. Et ideo ſi detur aliquid ecclesiæ, appoſito pacto de non alienando, alienatio poſtea facta erit nulla. Ratio, quia illa prohibitio pacti concordat cum iure communi, ſecundum quod regulariter res eccle-
151 ſiæ † alienari non poſſunt, vt in titulo, de rebus eccleſię nō alienand.cum ſimil. Ad propoſitum pactum de non ſucce-dendo regulariter non valet l.pactum, de coll.cum cōcor. ſi ergo quis iurat non facere pactum de non ſuccedendo illud pactum concord.cum prohibitione iuris, licet ergo poſtea paciſcatur de non ſuccedendo, etiam cum iurame-to, non valet quia primum pactum fuit licitum, & conſo-nans iuri. Et ita voluit inducere illum tex.gloſſ. in d.c. lice-mulieres, pro quo tamen adde glo.in l.ea lege, glo. magna C.de condictione ob cauſam, & ibi dd. per tex.in d.§. ſa-ctisſimus. Addo in ſimili, quòd dicimus in ꝓpria materia
152 quòd pactum † de non ſuccedendo, quod facit pater filio habent valet l.1.§.ſi parens, ſecūdū vnum intellectum, ſi ſi apparente quis fuerit manumiſſus. Ratio eſt, (& hoc e- quo

quod pondero) quia ibi illud pactum cum natura concordat, secus econtra. Ita Bal. in l. pactum, de coll. 3. oppositio Quando ergo aliquid cum natura concordat, vel iure cõmuni facilius sortitur suum effectum, vt supra est dictum Et illam rationem Bald. licet ipse non dicat, declarat per tex. cum glo. in l. nam & si parentibus, ff. de in inoffi. testa. & melius per l. scripto, in fi. ff. vnde lib. Ex qua etiam habes, quòd secundum iuramentum contra primum nõ valet, sed contrà, de tex. in c. tua nos, de iureiur. vbi in effectu dicitur, quod si præsentatus iurat præsentanti de antiquo censu augendo, & postea contrarium iurat instituenti, valet secundum, & non primum, ergo falsum videtur, quod supra dictum est, quòd secundum iuramẽtum† contra primum non valeat. Pro cuius solutione licet non inueniam
153 ego considero quatuor casus. Nam vt vtrunque iuramentum est licitum, & tunc valet primum, non secundum, ita intelligo gl. in d. c. licet mulieres. Declaro. Iuramentũ primum de non alienando rem dotalem, concordat cum iure communi, & est licitum, vt in ti. C. & ff. de fundo dotali, vbi prohibetur alienatio fundi dotali. Item secundum iuramentum de non renuntiando alienationem fundi dotalis est licitum, quia approbatum per c. cum contingit, de iureiur. & d. c. licet mulieres, quia express. vtrunque licitum statur primo, non secundo, vt d. glo. quàm sic intelligo. Et facit in simili, quia par in parem non habet imperium l. ille a quo, §. tẽpesti. cum simil. ff. ad Treb. cum ergo vtrunque iuramentum sit licitum, & paris potentiæ, ergo secundum non debet posse tollere primum. Et confirmabitur multipliciter. Aut vtrunque iuramentum est illicitum, & tunc neutrum valet, tex. est in authen. sacramenta puberũ in fi. C. si aduersus vend. & ibi. Ias. 8. col. nu. 1. Aut primum illicitum secundum licitum & tunc valet secũdum
154 non primum. Ita debet intelligi tex. in† d. c. tua nos, de iureiur. nam ibi pactum de augendo antiquo censu, erat contra ius, sed factum in contrarium erat secundum ius, vnde illi standum est. Ad d. auth. sacramenta, a contrario sensu, & ibi etiam vi. Ias. 8. col. in prin. Et facit ratio, quia cum primum erat illicitum, reputatur pro nullo. l. non dubium. C. de legibus ergo non impedit secundum iuramentum Item, quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, vt in regula iuris. Item, quia in effectu non dicitur ibi adesse nisi vnicum iuramentum, cum primum non habuerit effectum, ergo statur secundo, quod in effectu videtur primum. Aut contra primum fuit licitũ, secundum illicitum, & iste videtur casus indubitatus, scilicet, quòd valet. Nam si primum licitum per secundum etiam licitum non tollitur, vt supra dixi per glo. in d. cap. licet, ergo a fortiori primum licitum non tollitur per secundum illicitum quod in effectu est nullum. Et pro hoc
155 vltimo dico propriè esse tex. in† c. intellecto, de iureiura. vbi primum iuramentum de non alienando bona Imperij, est licitum, & secundum ius, sed iuramentum de non reuocando alienata est illicitum & reprobatum a iure, vnde nimirum si non tollat effectum primi. Prædicta bene notabis. Et ex hoc ego attentarẽ, ꝙ gl. in d. c. licet mulieres, nõ bene allegat pro se tex. in d. c. intellecto. Nã in casu
156 illius† glo. vtrunque iuramẽtũ fuit licitum, & gl. dicit stari primo, nõ secũdo, & in c. intellecto, primũ fuit licitũ, secũdũ illicitũ vnde nimirum, ꝙ nõ tollat primum, & sic ille tex. loquitur in casu minus dubitabili, & sic non probat decisionem illius glo. ideo illam diligentius notabis, & cogita bene super prædictis, licet docto. vbique illum ad hoc allegent, & Iaso. in l. duobus, §. fi. de iureiur. pe. col. in fi. & Abb. in d. c. intellecto, pe. col. Restaret inuestigandum, an glo. in d. ca. licet mulieres, sit indistincte vera, & consequẽter limitatio nostra. Et veritas est, quòd illa glo. communiter tenetur cum quibusdam limitationibus, licet multa in oppositum stringant, de quo vi. singulariter nouissime per Iaso. in l. duobus, §. fi. ff. de iureiur. 1. col. ad fi. cum seq. per totum. Retenta tamen illa gloss. pro vera, ex ea infero sequentia. Primò, quòd licèt cõtractus factus a minore firmetur iuramento, authen. sacramenta. C. si aduersus vend. & in corpore vnde sumitur, tamen si minor iurasset nun-
157 quam† facere talem contractum, nisi cum decreto iudicis & authoritate curatoris, si postea faciat contractum sine illa solennitate, non valeret, etiam si in eo apponeretur iuramentum, & hoc per glo. in d. c. licet. Et ideo consilium est, quòd patres faciant filios suos iuuenes iurare, quòd nũquam alienabunt sine consensu curatorum, vel decreto iudicis. Ita per illam gloss. tenet singulariter Iaso. in authen. sacramenta. C. si aduersus. 16. col. post medium. Et pro illa decisione facit aperta ratio, quia licet regulariter vltimo iuramento videatur stare l. duabus, §. fi. ff. de iureiur. quia regulariter vltima derogant prioribus l. pacta nouissima, cũ concordantijs. C. de pact. verum est, nisi primum habeat clausulam derogatoriam ad secundum, vt dicimus in simili in l. si quis in prin. testamenti, ff. de leg. 3. sed sic est in proposito, ergo, &c. Idem vult Iason. incidẽter in d. l. duabus, §. fi. 1. col. ad finem, quod tene menti.

Item vltra omnes ego infero sequentia, Primò, quod si
158 mulier iurat† non fideiubere, quod iuramentum concordat cũ prohibitione iuris in C. & ff. ad Velleianum, quòd si postea fideiubeat, etiam cum iuramento talis fideiussio non valet contra primum iuramentum. Et ita limito tex. singularẽ in c. ex rescripto de iureiur. vbi fideiussio mulieris valet, quando est iuramẽto firmata, ꝙ ppetuò notabis.

Secundò nouissime infero, quod si quis iurat non apponere pactum legis commissoriæ, quod iuramentum est consonans iuri. C. de pact. pig. per totum, quod si postea
159 †iuret, tale pactum iuratum non valebit contra iuramentum primum. Et ita singulariter limito tex. in c. significante, cum ibi notatis de pig. vbi pactum legis commissoriæ reprobatum, in pignoribus, bene firmatur iuramento.

160 Tertio nouissime infero, quòd si mulier † iurauit non donare marito, quod iuramentum cum prohibitione iuris concordat, vt C. & ff. de donatio inter virum & vxorem quod si postea donat, etiam cum iuramento, talis donatio non valet contra iuramentum primum. Et ita limito conclusionem singularem, quæ habet, quòd donatio inter virum & vxorem firmatur iuramento per Bar. in l. Seius & Augerius, ff. ad l. Falc. & in l. si quis pro eo. ad finem principij, ff. de fideiuss. Paul. de Cast. in l. pacta quæ contra. C. de pactis. & ibi per Iaso. qui plura refert, quamuis contrarium tenuerit Bar. in l. 1. ff. de dona. inter vir. & vxo. & alij, quos refert Iason. vbi suprà.

Quartò vltra omnes infero, quòd licet donatio exce-
161 dens quingentos solidos firmetur iuramento † sine insinuatione, vt concludit Abb. in cap. cum contingat, de iureiur. 13. col. licet Bald. alibi tenuerit contrarium tamen si quis iurat non donare vltra legitimam summam sine insinuatione, quod iuramentum est secundum ius l. sancimus, C. de dona. & postea donet sine insinuatione, non valet donatio etiam iurata contra iuramentum primum, quod est notandum.

Quintò vltra omnes infero, quòd licet donatio inter patrem & filium firmetur iuramento secundnm Bald. in l. irritum. C. pro donato. & late per Iaso. ad quem recurras in l. fi. ad fi. ff. de cond. indebi. vlt. charta, in lectu. & repe. ta
162 men si præcedat iuramentnm† de non donando, quod cõsonat iuri communi l. donationes quas, C. de dona. inter virum, tamen donatio postea sequuta, etiam cum iuramento, erit inualida, quia contra iuramento primum, quod singulariter nota.

163 Sextò nouissime infero, quòd licèt† instrumentum iuratum habeat executionem paratam, secundum Bar. singulariter in l. 2. in fi. ff. de iurei. vbi latissime per Iaso. & per Bal. in l. 1. C. de reb. cre. licet regulariter secus l. minor. 25 annis cui fideicõmissũ, ff. de minor. illud tamẽ verum erit, nisi quis iurasset a principio nõ petere executionem instrumenti futuri. Nam cum iuramentum primum concordet cum iure communi d. l. minor. 25. annis, ergo debet præualere secundo iuramento, vt d. glo. in c. licet mulieres

lieres, quod singulariter tene menti.

Octauò nouissime infero, quòd licèt pactum de non reuocando donationem prætextu ingratitudinis firmetur iuramento, secundum Ioan. And. in addi. Specu. in ti. de do na. §. fi. Ias. in l. fi. 5. col. C. de pact. illud. est verum, nisi præ
164 cedat † iuramentum de non faciendo tale pactum, nã tunc postea pactum appositum, etiam cum iuramento, non valet contra iuramentum primum quod est singulare.

165 Nono nouissime infero, quòd licèt renuntiatio casuũ fortuitorum in genere valeat cum iuramento, vt dd. in l. sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis cau. illud tamé esset verum, nisi iuramentum præcessisset de non renuntiando casibus fortuitis in genere, nam tunc aliud iuramentem sequens nihil operatur per prædicta, quia contra primum, quod fuit consonum iuri communi, per notata plene in d. §. quæsitum, quod bene nota. An autem præsuppositum scilicet, quòd renuntiatio in genere casuum fortuitorum valeat cum iuramento sit verum, vi. eleganter Iason. in d. §. quæsitum vltima columna, quia communiter tenetur contrarium.

166 Decimò nouissime infero. Scire debes, quòd † licèt fideiussor non possit obligare plus quàm principale. Inst. de fideiussori. §. fideiussores, cum similibus, tamen cum iuramento bene potest se obligare in plus quàm principale secundum Bar. in l. si quis pro eo, ff. de fideiussor. Imò infero, quòd si a principio fideiussor iurasset se non obligare in plus, quod iuramentum consonat iuri communi d. §. fideiussores, & est licitum, quòd licet postea se obligasset in plus, etiam cum iuramento, nõ valeret illa obligatio cõtracta contra iuramentum primum licitum, quod perpetuo videtur mihi notandum.

Vndecimò vltra omnes infero. Scire debes, quod licet
167 donatio præsentium † & futurorum bonorum non valeat, quia per indirectum auferat potestatem testandi, vt per Bar. & omnes, in l. fi. C. de pact. tamen si apponatur iuramentum de non contraueniendo, bene valet propter iuramentum, vt plene per Alex. in l. stipulatio hoc modo, de verbor. obliga. 2. causa. 3. col. Modo infero, quod si a principio quis iurasset de non donando præsentia & futura, quod iuramentum concordat cum iure communi, vt suprà dixi, quod licèt postea donasset præsentia, & futura, ẽt cum iuramento, non valuisset donatio, quia contra iuramentum primum, & licitum per suprà dicta. Quod nota, quia nullibi legi.

168 Duodecimo nouissime † infero. Scis, quod renuntiatio non numeratæ pecuniæ bene valet, si apponatur iuramen tumaliàs secùs secundum Bar. & alios in l. fin. C. de nõ nu. pe. & Bald. in l. qui pecuniam, ff. si cer. pet. & ibi latè Iason. Modò infero, quòd si quis a principio iurasset se nõ renũtiaturum exceptioni non numera. pecun. quòd renuntiatio posteà facta, etiam cum iuramento, esset nulla per prædicta, quòd perpetuò nota.

169 Decimotertiò infero. Scis, quòd licèt † transactio super alimentis futuris non valeat l. de alimentis C. & ff. de transa. l. cùm ij, per totum illa transactio cum iuramento bene valet secundum Bar. in l. si quis pro eo. circa finem, de fideiuss. licet contrarium teneat ipse in d. l. cum ij, in prin. Modò infero, quòd si quis iurasset nõ transigere super alimentis, quod iuramentum concordat cum iure communi d. l. cum ij, quòd licèt posteà transegisset, etiam cum iuramento, transactio esset nullius momenti per prædicta, quia contra iuramentum primum licitum, quòd perpetuò notabis.

Decimoquartò nouissimè infero. Scire debes, quod fideiussor indemnitatis, vel ille, qui promittit in subsidium, & si renuntiauerit expresse beneficio de fideiussoribus, tunc non potest conueniri ante principalem excussum, vt per Bar. in l. 1. C. de conuen. fisci. lib. 10. & in l. quæro, ff. locat. Bal. in l. 1. C. de reuocand. ijs quæ in fraud. cre. hoc ta-
170 men est verum, nisi talis † fideiussor iurasset, tũc enim virtute iuramenti potest conueniri ante principalem excussum. Ita singulariter nota Bal. in c. ex rescripto, de iureiur. per illum tex. vbi in illo fideiussore indemnitatis, de quo ibi, non requiritur excussio. Modò ergo infero, quòd si ille fideiussor indemnitatis iurauit se non renuntiaturum illi beneficio, quòd licèt posteà renuntiet, etiam cum iuramento, non propterea poterit conueniri ante principalem excussum, quia iuramento primo, quod fuit licitum, standum est per prædicta. De veritate tamen illius decisionis Bald. 6. Alex. in l. fi. ff. si cer. pet. vbi illam reprobat, de quo etiam ibi per Ias. 1. col. in fi. cum prin. seq. Et prædictas illationes bene notabis, quia nullibi tactas reperio. Et hæc sufficiant quo ad istam sextam limitationem.

Septimò principaliter limito, quòd d. capitulum, quanuis pactum, non habeat locum in Iudæo renuntiante successioni futuræ & iurante. Ita singulariter tenet Bald. in c. 1. §. item sacramenta. 3. col. de pa. iurament. firma. in vsibus feu. & illud pro singulari refert Ias. in rub. ff. de iust. & iur. 2. col. in prin. An tamé decisio Bal. sit vera, 6. Ludo. Roman. qui hoc reprobat in l. qui superstitis, ff. de acq. hære. & in l. pactum, C. de colla. Et latius per Ioan. And. in c. fi. de Iudæis. Et sanè satis absurdum videretur, si † Iudæus pro-
172 pter suam infidelitatem & delictum esset in hoc melioris conditionis, quàm quilibet Christianus. Nisi fortè respondeas, quòd non per hoc erit melioris, sed potiùs deterioris conditionis. Iuxta illud, Quid prodest homini si totum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur. Est enim salus † animæ cunctis rebus terrenis, & caducis præferenda l. sunt personæ, ff. de relig. & sump. funerum. Denique cùm de iure ciuili tale iuramentum non valeat l. non dubium, vbi omnes, C. de legib. & ius canonicũ cum Christianis tantùm loquatur, cum agitur de materia peccati, non comprehenditur Iudæus in præcepto d. c. 2. de pact. in 6. & consequenter Iudæus hac in re vtetur iure ciuili, quo iure id iuramentum non valet. Et hoc puto verum.

Denique ex superioribus infertur, veriorem esse op. eorum, qui partem negatiuam tuentur, vt in Iudæo, Saraceno & similibus d. c. quanuis non procedat. Cui etiã se subscripserunt Soc. consi. 65. col. 9. & in cons. 66. lib. 1. Romã. cõsi. 155. Guili. Benedict. in c. Rain. de test. in verbo. duas habens filias, num. 289. qui hanc opinionem dicit esse cõmunem. Quæ planè probatur in d. c. quanuis, & in d. capi. licet mulieres, de iureiur. liber. 6. & in d. c. cùm contingat,
173 eo. ti. in decretalibus, vbi † huiusmodi pactiones seruari iubentur per interpositionem iuramenti, non eo quòd earum obseruatio reipublicæ expediat, sed eo quòd earum trãsgressio animarũ saluti aduersetur, repugnetq;, res cessat in ijs infidelibus, quorum animæ iam perierunt.

174 Neque ad rem pertinet, quod insignis † Couarru. in d. c. quanuis. 3. parr. §. 4. post Decium in d. l. pactum, nume. 12. & Roma. in d. l. qui superstitis, ff. de acq. hære. ait, dum contra communem contendit, quòd d. capitulum, quãuis, procedit in Iudæo, & Saraceno, & similibus, qui falsa numina colunt, si iurauerit per ea numina, quę vera esse existimãt. Nam adhuc in eis cessat ratio dictorum iurium, quia trãsgressio huiusmodi iuramenti in talibus infidelibus non aduersatur saluti animarum suarum non magis, quàm aduersaretur ipsa iuramenti obseruatio, vel non magis, quàm si re vera non iurassent. Vnde cùm tale pactum sit de genere prohibitorum, vt d. l. si quando §. illud, C. de inoffi. testamen. & d. l. fi. ff. de suis & legi. hære. d. l. pactum dotali. & iuramentum nullius momenti sit, permanemus, in simplici iuris ciuilis prohibitione. Et vt Cicero li. de natura deorum ait. Nulla † vnquam gẽs tam ferrea, tam immanis fuit, quæ non aliqua numina coleret, siue vera, siue falsa. Vnde Iudæus, & Saracenus hac in re nihil differunt a reliquis infidelibus.

Octauò vltra omnes limito d. capitulum in casu qui sequitur. Pone, quòd filia maritatur a patre, & tempore quo maritatur, renũtiauit hæreditati paternæ, & maternæ, moritur pater & mater relictis filijs masculis, & ista filia maritata

ritata clarum est, quòd propter renuntiationem cum iura-
mento excluditur a successione patris & matris, per d. ca-
pitulum, quanuis, modò filij adeūt vtranque hęreditatem
posteà moritur alter ex filijs qui nihil habebat in bonis
præter bona patris & matris. nūquid filia, & sic soror †pro
176 hibeatur vigore renuntiationis succedere? Dicendum est
quòd non, eo quòd filia renuntiauit hæreditati paternæ,
& maternæ, sed ista nō est amplius hæreditas paterna, vel
materna, postquā est adita. Inst. qui manumittere nō pos
sunt. §. 1. Inst. de hæredum qualitate differentia, §. 1. glo. in
l. 1. §. veteres, ff. de acq. poss. vbi dd. sed est effectum patri-
monium fratrum, & filia non renuntiauit hæreditati fra-
trum, ergo ad illam non extenditur renuntiatio. Ita nota
biliter cōsuluit Angel in consi. 52. incip. Dominus Ziglius
Idem in terminis consuluit Ludo. Roma consi. 168. in-
cip. Circa primum quo quæritur, an renuntiatio dominæ
Catharinæ, & c. illa duo consilia reperio relata per Ias. in l.
pe. §. fi. ff. si cer. pet. 6. colum. ad fi. vbi videas, & pro hoc fa
cit ratio, de qua suprà memini, quia renuntiatio iurata sim
pliciter facta, intelligitur rebus sic se habentibus, prout
sunt tempore renuntiationis, c. cùm interp. de renuntiatio
ne. l. fi. cum similibus, ff. qui satisd. cog. Et ideo in practica
177 debes esse cautus, quòd facias filiam renuntiare hæredita-
ti paternæ, maternæ, & fraternæ iuramēto, vt sic filia om
nino excludatur. Et pro confirmatione limitationis præ-
dictæ adde illud, quo notabiliter dicit Bald. in l. 1. ff. de rerū
diuisione. 2. q. vbi quærit. Pone quòd filia cum iuramen-
to renūtiat hæreditati paternæ, in illa hęreditate adest feu
dum, certum est, quod in illo filia non potest succedere ꝓ
pter renuntiationem, pone quòd illud feudum perueniat
ad alios fratres, deinde vnus ex illis fratribus moritur, an fi
lia, quæ renuntiauit, poterit succedere in feudo, qui nunc
est fratrum, non obstante renuntiatione. Et similiter con-
cludit quòd poterit, allegat tex. in argumento, in l. Paulo
Callimacho, §. primo, ff. de lega. 2. Et illam decisionem re
perio relatam per Ias. in l. fi. ff. si cer. pet. §. fi. 7. col. in prin.
Quod tamen intelligo secundum eum, quando erat tale
feudum, in quo filia fœmina poterat succedere si non fuis-
set renuntiatio facta, putà quia pater acquisiuisset pro filijs
masculis, & fœminis. Et prædicta perpetuo nota. quia in
locis ordinarijs nō tanguntur. Et facit ratio legis, sed si plu
res. §. filio impuberi, ff. de vulga: & pup. vbi habetis, quòd
postquàm hæreditas adita, est iam in posterum non est hę
reditas, sed proprium patrimonium eius, qui eam adiuit
& acquisiuit, ergo filia, quæ renuntiauit hæreditati patris
non prohibetur succedere fratri licet in eius hæreditate ēt
patris hæreditatem reperiat, vt in simili dicit text. in l. qui
duos, ff. de reb. dub. & in l. qui duo. & in l. ex duobus, in pr.
ff. de vulg. Facit, quia sermo simpliciter prolatus, intelligi-
tur de prima vice. l. boues, §. hoc sermone, ff. de verbo. sig.
ergo filia, quæ patris hæreditati renūtiauit, licèt cum pri-
mùm ea hæreditas defertur, non possit eam capere, tamen
postea non prohibetur.

Qua ratione eleganter defendi potest, quòd licèt filia
simpliciter renūtiasset hæreditati patris, nec apparet cuius
contemplatione ea renuntiatio fieret, si postea hæreditas
178 patris fratribus huius †renuntiātis deferatur, & repudiaue
rit, tunc ipsa non obstante renuntiatione iurata patri suc-
cedet exclusis omnibus agnatis, pro hoc tex. elegans, in l.
1. ff. de success. edict. Et principalem quæstionem habui de
facto in re propria. Nā cùm pater meus esset vnus ex duo-
decim summis senatoribus Cęsaris, duæ sorores meæ mo
nasterium intrarunt, facta prius renuntiatione hæredita-
tis paternæ, & maternæ cū iuramēto, & postea fratri meo
Martino intestato morienti successerunt, in cuius hæredi
tate inuenerunt partem hæreditatis paternæ & maternæ,
quibus prius renuntiauerant.

Quinimo eleganter defendi potest quòd etiam si hære
ditas patris per fratrem cui per prius delata fuit, adita non
179 esset, nec repudiata, isque frater † decessisset hærede reli-
cta filia, q̄ patris hæreditati renūtiauerat, hæc filia poterit
ex persona fratris acquirere patris hæreditatem, quam fra
ter ille transmiserat in hanc filiam hæredem, idest, in hanc
sororem, quam hæredem scripserat. Ita in specie tenent.
Dec. in l. hæredita. nume. 8. de regu. iur. ff. idem Dec. in l.
quoties duplici iure, ff. de regu. iur. in fi. Bene. Capra. consi.
12. in fi. Aretin. consi. 161. in prin. Soci. consi. 74. lib. 3. Pur
puratus in l. fi. nu. 198. C. de pact. insignis Couar. in d. capi.
quanuis. 3. par. §. 3.

Pro hac vera & communi opi. stringit aperta ratio. Nā
si is frater cui patris hæreditas delata fuit, quemlibet extra
neum hæredem scriberet, is extraneus posset fratris hære
ditatem adire iure suo, & patris hæreditatem iure trans-
misso capere, vt in l. 3. C. de iure delib. l. cum antiquioribus
eod. titu. l. vni. C. qui ante apertas tabu. & qua ratione ex-
traneo quem is filius idemque frater huius sororis renun-
tiantis liceret patris hæreditatem iure transmisso capere
non obstante renuntiatione sororis, eadem quoque ratio-
ne idem licere debet sorori renuntianti, non obstante re-
nuntiatione, quia licet hæreditatem capiat tanquam patris
hæreditatem, tamen eam capit non ex persona sua, sed ex
180 †persona fratris, cui hæres extitit sicut quilibet extraneus
ab illo fratre institutus eam patris hæreditatem transmis-
sam capere posset, pro hoc tex. expressus, quem nullus alle
gat in l. 1. §. sed videndum, ff. de success. edict. vbi filius, qui
repudiat ex capite vnde liberi, pōt, quasi sibi ipsi successerit
admitti ex capite vnde agnati, licèt enim ab vno iure ex-
clusus sit, non per hoc ab omni iuri exclusus videtur. Sic
& in proposito filia, quæ ex persona, & iure suo ab hęre-
ditate patris exclusa fuit per renuntiationem, non remo-
uetur ab hæreditate illa ex persona & iure fratris conse-
quenda.

Nonò limitatur hæc regula, vt licet renuntiatio cum
181 iuramento valeat, illud sit verum respectu † renuntiantis
tantum. nepotibus autem, vel similibus talis renuntiatio
nō nocet. Ita ponit Bar. in l. q. superstitis, ff. de acq. hær. Bal.
in l. pactum dotale, C. de colla. 2. q. & aliquid per eum. 18.
q. & pulchrè ibi per Pau. 1. col. in fi. cum seq. quem omni-
no videas, & per Bald. in l. fin. C. de pact. Salic. in l. pactum
quod dotale, eod. titu. & pro hoc. facit regula. Quia res in-
ter alios acta alijs non debet nocere, & c. Secundò, quia iu-
ramentum præstitum ab vno, non extendit suum effe-
ctum quo ad alium l. 2. §. pen. ff. de iureiu. & ibi de hac quę
stione aliquid per Ias. 2. causa, in prin. Tertiò, quia iuramē
tum est personale, c. veritas, cum ibi notatis per Imolam,
de iureiu. & per Bald. in authen. sacramenta, in fi. C. si ad-
uersus vend. & in l. 1. vltima col. C. de rebus cred. Si ergo
est personale, ergo persona non debet transgredi l. quia per
sonale, cum similibus, ff. solut. matri. Quartò, quia senten-
tia lata cum vno, non se extendit ad alium, toto titulo, qui-
bus res iudi. non nocet, cap. quanuis, de re iud. sed iuramen
tum & sententia æquiparantur l. 2. ff. de iureiu. l. sed & si
possessori. §. pen. & fin. eod. titu. ergo idem in iuramento.
Contra hoc tamen facit glo. in c. quanuis pactum, vlt. glo.
quæ dicit, quòd hoc iuramentum secundariò bene potest
nocere filijs vel viro, vel nepotibus ab intestato, vel simili
bus ꝑsonis. Vnde pro plena notitia huius quæstionis, quia
ardua & difficilis, recurre ad dominum Alexander quem
postea vi. in l. pacta, C. de colla. 2. & 3. coll. per totum. Et
hac de re plenè dicemus infrà circa materiam, §. illud. l. si
quando, C. de inoff. testam.

Decimò vltra omnes limito, vt licet filia renūtians suc
cessioni cum iuramēto excludatur, illud sit verum, nisi pa-
182 ter postea disponat quòd filia simul cum † fratribus succe-
dat, non obstante iuramento, nam tunc iuramentum sibi
non nocet. Ita dicit eleganter Bal. in c. ad nostram, el. 2. de
iureiu. pro hoc allegat tex. quem dicit singularem & vni-
cum in l. fi. C. de pac. hoc modo, quia inuito patre, de cuius
hæreditate agitur, nō tenuit pactum d. l. fi. ergo requiritur
perseuerantia patris vsque ad mortem. Et subdit ibi Bald.
quòd licet illa l. fin. sit omnibus nota, tamen per neminē
est ad hoc specialiter allegata. Ergo circa illud dictū con-
sidero,

sidero, quòd si intelligimus, quòd pater illud disposuit postea in testamento illam instituendo, non videtur dubium, quia hoc deciditur per ea quæ suprà latè dixi. 1. limi. vnde debet intelligi, quando pater illud disposuit non in testamento, tunc erat singulare. Secundò considero, quòd veritas illius decisionis consistit etiam in hoc, quòd licèt renuntiatio fuerit facta in manibus fratrum & patris, solus potest pater illud remittere, quod est singulare. Videbatur contrà, quia solennitas requisita in actu componendo, requiritur etiam in actu destruendo l. si ut proponas, la. 2. C. de impu. Sed caue, quia hic non requiritur interuentus fratrum in ista renuntiatione, vnde nimirum si pater solus possit renuntiare. Reperio tamen circa illam decisionem, quòd Ias. in l. fi. 10. notab. C. pe pact. referens Bald. vbi supra dicit, quòd Bald. errauit in hoc. Nam vt declarant Bar. & Bald. & alij in d. l. fi. quadruplex est pactum illa materia. Quoddam de non succedēdo, & de hoc nō loquit l. illa fi. & illud firmatur iuramento, c. quanuis, de pact. lib. 6. & in hoc non requiritur consensus patris. Et ille est casus Bald. quem male retulit ad illam legem fin. Quoddam & 2. est pactum factum inter aliquos de hæreditate tertij viuentis inter eos certo modo diuidenda, & de isto loquitur proprie illa l. fi. nam in eo requiritur eius cōsensus, & perseuerantia, vt ibi plene per Bar. & alios, & sic secundum Iaso. Bald. æquiuocauit quo ad illam l. fin. Cogitabis diligentius per te, & vi. vnum verbum Ias. quod suprà retuli. in d. l. fi. 7. col. ad finem. Et puto Bald. opinionem veram, quia per tale pactum non excluditur successio de expressa testatoris volūtate quoquo modo declarata, idest, siue testamēto, siue alias. Quicquid contra Bald. Ias. vbi supra euomuerit, confirma, quia filia habet suam intentionem fundatam de iure ciuili, vt patri possit succedere, non obstante renuntiatione, non secus, quàm si ea renūtiatio re vera facta nō fuisset, vt d. §. illud simil. suprà allegatis, & si contra eam opponatur, vel excipiatur de renuntiatione iurata, replicabitur, quòd cùm tale pactum fuerit interpositum inter ipsam & patrem suum, eius pacti vis & potestas euanescit de contraria volūtate paciscentium, vt in §. fi. Inst. quibus mod. tollitur obliga. l. nihil tam naturale, de regu. iur. cap. omnis res, de reg. iur. ex tra. Neque ad rem pertinebit, etiā si alij filij tempore pactionis & renuntiationis fuerint præsentes, & acceptantes, & per hoc ius quæsierint, quod ius eis per patrem videbatur nō posse adimi, arg. l. si post mortem, §. fi. ff. de contra tabu. l. id quod nostrum, ff. de reg. iu. Nam fallit hoc casu, cùm tale pactum iuratum etiam si sit de non succedendo, & etsi sit interpositum alijs filijs præsentibus & acceptantibus, adhuc tamen non sustinetur, nisi ex voluntate & consensu patris, non secùs, quàm si esset pactum de succedendo, vel de successione diuidenda, ne alias videretur in præiudicium & perniciem patris redundare, vt diximus suprà præter omnes. Et ita etiam olim tenuimus inter plura quàm 700 paradoxa, quæ Salmanticę defendimus.

Vndecimò vltra omnes nouissimè limito. Scis, quod paria sunt, vel quòd iuramentum præstetur, vel quòd remittatur a deferrente l. non erit, §. fi. cum l. seq. ff. de iureiuran. & l. nam & postea, §. iureiu. eod. tit. vbi melior tex. de iure.
183 Illud tamen est verum in iuramento decisorio † litis, secùs in iuramento confirmatorio contractus, vel renuntiationis, nam tunc remissio iuramenti non sufficit. Ita tenet Cinus in authen. sacramenta C. si aduersus vend. 5. q. princi. declarat & sequitur Alex. in d. l. non erit, §. fi. ff. de iureiu. Ex hoc ergo infertur, quòd cùm iuramentum, de quo in cap. quanuis pactum, sit confirmatorium contractus, vel renuntiationis, quòd non sufficit remissio, imò requiritur quòd actualiter præstetur, per d. Cin. supra relatum. Quod singulare tene menti. Et reperiò quòd etiam tenuit Iaso. vnico verbo in d. l. non erit, §. fi. 4. nota. de iureiu. vbi dicit, quòd ita potest limitari c. quanuis pactum, de pact. libe. 6. Si ergo minori mecum contrahenti, & volenti iurare super contractu remisero iuramentum, non habetur pro præstito, & ideo non impeditur petere restitutionem in integrum secundum Cinum vbi suprà, & Alc. in d. §. si neque, in princ. Et ita limitatur dicta authen. sacramenta. ergo idē eadem ratione in d. c. quanuis. Quod notabis, quia nullibi vnquam in locis ordinarijs & communibus tactum reperies, estq; in se verissimum. Nam de iure ciuili etiam post iura. remanet nulla ex parte peremptum ius succedendi, vt d. §. illud, cum concor. suprà allegatis. Quòd si renūtianti qui vult succedere opponatur de iuramento, replicabitur, quòd id iura mēt. præstitum non fuit, sed tantum remissum, neque vllibi vsquam legitur, quòd tale iuramentum remissum impediat facultatem adeundæ hæreditatis, vnde stabimus regulæ.

Duodecimò limita, vt illud c. procedat, quando iuramentum est præstitum spontanea voluntate iurantis, secus si per vim, vel metum, vel dolum, nam tunc non obligat. tex. est in d. cap. quanuis, & est indubitatum. Ad idem tex. in auth. sacramenta puberum, C. si aduersus vend. cum
184 mille similibus. Et regula, quæ habet, quòd illa, quæ † vi, vel metu facta sunt, non sortiuntur effectum, C. & ff. quod metus causa. per totum, & C. de transact. l. interpositas, cū concor. facit, quia ei, qui aliquid facit compulsus necessitate præcisa, subueniendum est, vt in l. si fideiussor. §. si necessaria, vbi multa congerit Iason. ff. qui satisdare cogātur.

Quod intelligendum est si non præcessit factum volūtarium istius, qui est in tali necessitate, nam si facto spontaneo meo incidi in aliquam necessitatem, tunc ea necessitas me non excusat, neque subuenitur mihi, non magis, quàm si omnia sponte fierent, vt in l. 1. dubitari, in fi. ff. de hære. insti. declarat Soci. in l. conditionibus pupillus, ff. cōd. & dem. Vnde eleganter & nouissime infero, quòd si filius sub certa pœna promisit patri se eius successioni cum iura
185 mento renuntiaturum, & metu † pœnæ cum iuramento renuntiauit, tunc ea renuntiatio valebit. Neque ad rem pertinebit ea necessitas, quæ ex facto volūtario suo descēdit.

Decimotertiò vltra omnes ego limito, quòd licèt renūtiatio cum iuramento ualeat d. c. quanuis, tamen si statutū
186 † prohiberet iuramentum recipi, tunc ex tali iuramento non posset excipi contra iurantem. Ita colligo ex verbis Bald. in l. pactum, C. de colla. 1. opposi. in fi. allegat notata in l. inuitus, fi. ff. de reg. iur. Et an per statutum posit prouideri, ne valeat iuramentum, dicas quòd sic secundum eundem Bald. eadem l. 2. col. 3. q. quia lex habet vim apostolici vt notatur in l. adigere, §. fi. ff. de iure patro. idem sentit ipse ead. l. 21. q. quod notab. Et aduerte ad vnum, nam videtur præsupponere Bald. in decisione, quod legi prohibitiuæ non posit renuntiari, etiam cum iuramento, dum dicit, quòd si statutum prohibet iuramentum, ex tali iuramento non potest excipi contra iurantem, & c. sed contra hoc tantùm. Ioan. Andr. in addi. Specul. in ti. de instru. edi. §. porrò, & Bald. in l. antiquæ, §. fi. C. ad Velleia. refert Iaso. in pen. C. de pact. 6. col. in prin. Ad hoc respondeo, quòd non est contra, nam ibi intelligitur, quando lex aliquid prohibet, non tamen reprobat iuramentum, nam tunc potest renuntiari illi legi prohibitiuæ cum iuramento, vt in in cōtrarijs secundum Bald. in d. l. pactum. 1. opposi. loquitur quando statutum expresse prohibet iuramentum recipi quo casu nimirum si non habeat effectum, nec ex eo possit excipi. Et si hæc solutio est vera, est notabilis limitatio ad contraria suprà alleg. Cogitabis, nam isthæc omnia mihi suspecta videntur ex defectu potestatis legis ciuilis, quia
187 licèt vetet iuram. tamen si de facto iuratū sit, oportet iuram. seruari. Sic & cum lex vetat matrimonium contrahi a filiisf. sine consensu patris, si tale matrimonium de facto absque patris consensu fiat, valebit matrimonium, vt est vera & communis opi. quàm tradidimus in authen. sed post viginti, libr. 6. Et sic olim tenuimus contra Bal. & sequaces inter plura quàm 700 paradoxa, quæ Salmanticæ publicè defendenda proposuimus.

Decimoquartò limitò, vt d. renuntiatio cum iuramento valeat, scilicet quando renūtiatio fit sponte, secus si metu patri

tu patris, vel nimia reuerentia, nam tunc sibi non nocet, dum modo petat absolutionem a iuramento, per notata in l.1.§.quæ onerandæ,ff.quarum rerum actio non detur, & in l.pen.ff.de furt. Et istam limitationem colligo ex verbis Bald.in l.pactum dotale.C. de colla.1.col.ad fi.1.q. Addo quod idem tenet Pau.in d.l.pactum.prima colum. ante fin. Qualiter autem probetur,quòd propter nimiam reuerentiam videatur hoc fecisse, vi Bar.in d.§. quę onerandæ. Aduerterte tamen,quia contra hanc decisionem vltra omnes videtur mihi facere. Nam licet in metu,qui non sit talis,qui cadat in constantem virum,subueniatur per officium iudicis,licet non actione quod metus causa l.fi.§. si generaliter,cum similibus,ff. quod metus causa, tamen si
188 in illo metu interueniat iuramētum,requiritur quòd †metus sit talis quòd cadat in constantem virum, alias ei nullo modo subuenitur. Hoc tenet singulariter Abb. in c. penu. extrà,quod metus causa.3.col.post princi.quod est perpetuò notandum. Cum ergo isto casu interuenerit iuramentum,quia alias renuntiatio non valuisset d.cap. quanuis pactum,videtur quòd non sufficiat patris reuerentia, quia illa non inducit metum qui possit cadere in constantem virum. Posset fortè dici,quòd in casu Bald.auditur filia,scilicet si petat absolutionem a iuramento,non alias, vt expressè dicit Bald.& clarius Paul.de Castro vbi suprà. vnde tūc est perinde,ac si non iurasset, & sic tunc bene poterit restitui,alias non posset,nisi esset metus qui posset cadere in cōstantem virum,vt suprà. Cogita,quia quicquid sit de iuris nimia subtilitate,nimioque rigore,tamen id est verum, in specta æquitate,quàm iudices ante oculos perpetuò habere debent, vi.quid dico in l.si quando,§.j.C.de inof.testamen.libe.8.

189 Decimoquinto limito,vt colligitur†ex verbis Bal.in d.l.pactum,de col.6.q. pro qua limitatione addo facere tex. singularem in l.hæredem,ff.mand.cum simi.

Decimosexto limito,quòd renuntiatio cum iuramen-
190 to valeat,tamen si fecit generalem†renuntiationem fratribus de omni eo, quòd sibi debetur, hæc renuntiatio non extenditur ad res, quas iste remittens poterat vendicare, tex.in l.an rebus,§.Mæuia testamento,ff.de lib.leg. Et istā limitationem colligo ex verbis Bald.in d.l.pactum,de col.12.q.& illam tex.in d.§.Mæuia,reputat singularem Bald. in l.cū acutissimi.C.de fidei.sed certe est tex. singularis in l.Aurelio,§.fi.eod.ti. Et ego etiam addo similem alium in l.sub prætextu specierum,verbo,error.C.de trāsact. quod teneas menti. Circa istam tamen limitationem est aduertendum,quòd,Bald.loquitur,quādo refutatio est facta fratribus post mortem patris,quo casu regulariter valet, nec requiritur iuramentum l.1.C.de pact.l.fideicommisso, C. transactio.& in l.si quando,§.illud,C. de inoffi. testam. & in l. qui Romæ,§.duo fratres,de verb.obli.& suprà incidēter tetigi.vnde nimirum quod remissio valeat, & tanquā facta super qualibet alia re non extendatur ad ea,quæ possunt vendicari,d.§.Mæuia.cum suprà allegat. Et per prædicta sumus expediti de extensionibus, & limitationibus ad c.quanuis pactum,quas proprio labore collegi. Nunc descendendum est ad pactum de futura successione acquirenda. Et vide suprà,§.17.nume.16.cum plu.seq.

191 Pactum de succedendo non † valet l. ex eod. C. de inuti.stipul.l.pactum quod dotali.C.de pact.l.cum donationes,C.de transact.l.stipulatio hoc modo,ff.de verb. oblig. l.13.titu.5.par.5.l.hæreditas,C.de pactis conuent. Tres rationes adducit Natan in c.2.de pact.in 6.nu.58. Prima, quia contra bon.mor.d.l.ex eo.d.l.stipulatio. Secunda, quia hæreditas pacto dari non potest l.hæreditas,C. de pact. conuent. Tertia,quia aufert liberam testamenti factionem si valeret d.l.pactum quod dotali.quod esset contra substantiam vltimæ volunt.quæ est deambulatoria vsque ad mortem capitu. cum Matthæ. de celebratione mis.l.si quis in princip.testamen.ff.de lega.3.l.1.C.de sacrosanct.eccle. Prima ratio bona.secunda nil †valet,quia nō agitur,an hære-
192 ditas pacto deferatur, sed quòd &c. Tertia non multum concludit. Adde quartam, nam cum omnes successiones sint supremi momenti, non oportet quòd deferantur per pactum,ad cuius probationem sufficiunt duo testes l. vbi numerus,ff.de testibus quinimò propter vitandas falsitates oportet plures,(idest septem)testes interuenire l.fi.C. de fideicommiss. Nam ea magna, summaque solennitas, quæ in testamentis desideratur ob id,quòd sunt vltim. vo
193 lunta.supremi momenti,facile†cludetur, si hæreditas pactione(in qua duo testes sufficiunt)deferri posset. Hæ tamen rationes non omnes simul,sed singulæ in singulis casibus locum habent.

Faciunt, & accommodari possunt etiam hoc casu pleræque earum rationum,quas suprà in pacto de non succedendo signauimus. Hæc conclusio negatiua, quòd non valeat pactum de futu.succes.acquirenda, primò intelligitur,vt procedat,quando tale pactum fuit interpositum inter eum, cuius de hæreditate agitur, & eius filios. Ista est communis opin.quàm tenet gloss.in d.l.fin.C.de pact.quę per omnes ibi appr.

194 Secundò intellige,etiam si pactum†conuentum sit inter eum,de cuius hæreditate agitur,& eius parentes,vt dd. alle.& militant omnes rationes, de quibus suprà, & quia cùm futura successio deducitur in pactionem, æquiparantur filij & parentes,vt fin.in fin.in l.fin.C.de inofficio. testamen. Sed an id pactum improbetur etiam quasi contra bon.mor.videatur? Et videtur quòd non, cùm fiat cum ipso de cuius hæreditate agitur,argum.l.fin. C.de pact. In contrarium videtur tex.in d.l.stipulatio. Tamen dic, contra bon.mor.dicitur esse pactum,vel quòd præbeat occasionem captandæ mortis vt d.l.ex eo.& c.ne captandæ,& c.detestanda,de ces.pręb.l.de fideicommiss.C.de transl.l.1. ibi,non iniquis C.de pactis.vel quòd auferat libertatem testandi d.l.stipulatio. Pactum ergo de succedendo initum cum eo,de cuius hæreditate agitur,est contra bono.mor. non ex eo capite, quòd præbeat occasionem captandę mortis (ea enim suspicio tollitur per factum & consensum ipsius d.l.fin.)sed ex eo capite, quod auferat libertatem testandi, & cùm potestas faciendi testamenti data sit a lege ciuili,vt probaui suprà,§.1.& 2.superest,vt hanc facultatem auferre magis contra bonos mor. ciuiles quàm naturale esse videatur. Vnde cū in iuramento non curetur authoritas & dispositio legis ciuilis, id pactum videretur firmari iuramento,id quod probarem,nisi forte postea is, de cuius hæreditate agitur, male cœpisset suspicari de aduersario suo, nam tunc non adstringeretur iuramento ex hac noua causa,argum.cap.cum inter.glos.de renuntiatione,cap.ad nostram,el.2.cum gl.omnibus,de iureiura.facit l.fin.C.de non nume.pecu. facit Institu. quod cum eod.§. penul.& l.4.ff.de inoffi.testam. Dic ergo, quòd id pactum
195 confirmatur iuramento,sed†reuocabiliter,non irreuocabiliter. Sed an iurans fiat periurus? Communis opi. quòd sic,secundum Alexand.in d.l.stipulatio.colla.2.ad fi.quod durum videtur,si iurans postea male cœpisset suspicari de aduersario,arg.d.c.cū inter,ergo & d.c.ad nostrā,& d.l.fi. ergo communis opi.ex parte defendi potest, cùm iurans cœpit suspicari,alias recipi non potest.

Denique quòd id pactum sit contra bon.mor. indubitatum esse debet,vt d.l.ex eo.C.de inut.stipula. & l.stipulatio hoc modo,ff.de verbo.oblig. expressius in d.l. quidam
196 in iure,§.fin.cum l.seq.ff.de donat.vbi per solam illam†festinationem præmaturam dicimus contra bon.mor.fecisse,ad idem l.2.ff.quibus vt indig. Sicque non solum ex eo capite contra bonos mores esse intelligendum est, quòd auferat libertatem testandi, sed etiam ex eo capite, quòd prędmatura illa festinatio ex parte acquirere volentis detegat eius animi improbitatem, etiam si fiat cū ipsomet, de cuius successione agebatur,vt dictis legibus. Cōtra quòd tamen fortissimè facit d.l.fin.C.de pact.& §.1.versi.accessit.Institu.de testam.l.quidam cùm filium, versi.quare, ff. de verb oblig.§.fin.Institu.de legit. ag. successione. Nam nullibi legitur vlla lege expressim cautum, quòd pactum de futura

de futura successione initum cum eo, cuius de successione
agitur, vel cum alio de vol. ipsius, dicatur esse contra bon.
mor. quinimò in legibus proxime allegatis dicitur contra
rium. Licet negari non debeat, quin ex parte eius, qui de
hæreditate viuentis agebatur, non sit solicitudo omnimo-
dò inhonesta, & illaudabilis, vt in l.2. §. interdum, ff. de vul.
Quod intelligo, siue pactum sit de futura successione ac-
quirenda, siue diuidenda, siue conseruanda, siue ammitten
da, nam in omnibus ijs casibus pactum cum ipsomet, cu-
ius de successione agitur, vel cum alio de consensu ipsius
initum, contra bon. mor. non reputatur, imò firmum est,
siue simplex sit, siue iuratum, nisi fiat cum eo, cuius de suc
cessione agitur, quo casu tale pactum non valet, nec est ob
ligatorium in foro tam canonico, quam ciuili etiam si sit
iuratum, quasi tale pactum licet sanum & honestum ab
initio videatur propter consensum illius tamen inhone-
stum, periculosum, & portentosum esse incipiat simul ac il
le pœnitere cœpit, & consequenter euanscere incipiat, etiã
iuratum, non secus, quàm si esset simplex, argu. d. l. fi. C. de
pact. Præterea ipsi domino hæreditatis nulla lege licuit
post mortem suam hæreditatem concedere huic paciscen
ti, cum eo tempore non esset dominus rerum suarum futu
rus. Id ergo potuit per testam. tantum, non etiam per pa-
ctum, vnde tale pactum quasi contineat quid impossibi-
le, etiam si iuretur, non est obligatorium l. impossibilium,
ff. de reg. iur.

197 Quid autem si tale pactum de† succedendo, vel de suc-
cessione certo modo diuidenda, fiat cum iuramento inter
alios de consensu ipsius, cuius de successione agebatur, vel
fiat cum ipsomet, cuius de successione agebatur? Non si
citra consensum ipsius, vel inscio eo fieret, tunc expeditũ
est non valere, nec firmari per interpositionem iuramen-
ti, vt est vera & communis opi. quam tenet gloss. ibi com-
muniter appr. in l. qui superstitis, ff. de acq. hæred. per om-
nes in l. fina. C. de pact. & in l. pactum dotali. C. de colla. &
Tiraq. in l. si vnquàm, in princ. nume. 153. C. de reuo. don.
Fortunius de vltimo fin. illatione. 20. Couar. in d. capitulo
quanuis, de pact. in 6. par. 3. in pr. qui hanc firmat esse com
munem opin. & latius superius attigimus.

Verum si de consensu ipsius patris filij conuenirent de
hæreditate patris certo modo diuidenda, an tale pactum
198 per interuentum † iuramenti firmum esset? Et quidem ab
initio indubitanter valeret etiam sine iuramento, vt in l. fi.
C. de pact. Sed quid si pater reuocauit consensum, & vo-
luit aliũ modum quo ad suam successionem seruari inter
hos filios paciscentes, quo casu si iuram. non fuisset inter-
positum, absque dubio pactum euanuisset, vt d. l. fin. an si-
militer euanescat, licet tale iuram. interfuisset? Et magis
communis opi. esse videtur, quòd euanescat, vt tenent Pur
puratus, num. 185. in l. fin. C. de pact. qui alios refert, & Bal.
in c. ad nostram. 2. de iureiu. col. 2. De. in d. l. pactum quod
dotali. C. de pact. Alex. in d. l. stipulatio hoc modo concep
ta, ff. de verb. oblig.

Contrarium tenet insignis Didac. de Couar. in d. c. quan
uis, in 3. par. in prin. de pact. in 6. motus vnico fundamen-
to, quia (inquit) id pactum simul ac interfuit consensus il-
lius, cuius de successione agitur, desinit esse contra bono.
mores, vt in l. fi. C. de pact. & consequenter debet ipsos pa
ciscentes tenere, cum illud seruare possint citra interitum
salutis æternæ, ergo, & c. vt d. ca. quanuis.

Quid dicendum? Teneo priorem partem, quæ procul
dubio verior est, vt tale pactum cùm primum ille, cuius,
de successione agebatur, cœpit pœnitere, & cõsensum prę
stitum reuocare, statim euanscat, vt in d. l. fi. Quod præter
omnes hic bellissime probatur. Quia in his, quæ pendent
199 ex voluntate† concedentis, quod ademptum, seu reuoca-
tum est, id nec datum quidem intelligitur, tex. elegans in
l. quibus diebus, §. quidam Titio, in fi. ff. de cond. & demo.
Vnde consensus ab eo, cuius de hæreditate agitur, præsti-
tus simul ac reuocatus fuerit perinde habetur, ac si re vera
præstitus nunquam fuisset, vt probat d. l. fi. & d. §. quidam
Titio. ergo vt si ab initio consensus illius, cuius de succes-
sione agebatur, non accessisset, iuram. paciscentium non
firmaret pactum, ita quoque id pactum infirmari incipit
simul ac is consensus fuerit reuocatus. Præterea id iurm in
cipit esse nociuum, perniciosum suspectum, acerbum,
periculosum simul ac is, cuius de successione agitur, con-
sensum præstitũ reuocauit, ergo ipso iure euanuit, vt nec
ipsis paciscẽtibus necesse sit illud seruare, argum. d. c. cum
contingat, de iureiu. & d. cap. quanuis. Euanescit enim ex
eo capite. quòd incipit vergere in alterius detrimentum,
id est illius, cuius de successione agitur, cui nihil nocet, q
200 consensum semel† præstiterit, cum hic consensus non tam
assimiletur consensui contrahentis, quàm consensui vlti-
mam voluntatem condentis, vt d. l. fi. C. de pact. & meri-
tò, cùm hic de eius hæreditate agatur. Præterea etiam ipsi
paciscentes quasi sub hac virtuali & subintellecta condi-
tione iurasse videntur, si is, cuius de successione agitur, in
eadem voluntate perseuerauerit, nam id venit ex natura
rei, arg. l. fi. C. de non num. pec. facit tex. in c. quemadmo-
dum, & in ca. ad nostram. 2. de iureiur. vt sic cum primum
ille pœnituit, ipsum quoque iuramen. euanuisse, finitumq;
esse, & ad nihilum recidisse videatur per aduentum, & su-
peruenientiam illius conco. resolutiuę, quæ tacitè inerat.

Quid autem si conuenit inter ipsum patrem, cuius de
201 successione† agebatur, & eius filios. vt hæreditas patris in
ter ipsos filios certo modo diuideretur, hancque conuen-
tionem pater ipse iuramento firmauit, an valeat conuen-
tio, & an possit postea per patrem reuocari? Et quidem
licet Bar. & alij communiter doct. in l. fi. C. de pact. velint
non valere, argum. l. pactum quod dotali. C. de pact. tamé
veritas est, quòd tale pactum valeet, non in vim pacti vel
cõtractus quo ad partem sed quasi in vim vltim. volunt.
arg. d. l. fi. Vnde licèt in actibus inter viuos quod semel pla
cuit amplius displicere non possit, vt in l. sicut ab initio. C.
de act. & oblig. tamen in tali pacto licet patri pœnitere, vt
d. l. fin. ergo tale pactum quo ad patrem non valet in vim
actus inter uiuos, ita intelligo d. l. pactum quod dotali, va-
let tamen in vim vltimæ voluntatis, argume. d. l. fi. idque
etiam si nullum interfuisset iurament. Quòd si interue-
niat, an pater impediatur, per eius interuẽtum reuocare cõ
sensum. Et Decius in d. l. pactum quod dotali. & in consil.
184. tenet quòd non impediatur.

Contrariam partem nouissime tenuit Didacus de Co.
in c. quanuis, in 3. par. in pr. dicens apertissimi iuris esse cõ
trarium eius, quod vult Dec.

Quid dicendum? Et quidem sententiam Decij ausim
verissimam dicere. Nam & si te hæredem in testamento
instituí, & iuraui me nũquàm id testam. reuocaturum, po-
tero iuramento† non obstante id testam. reuocare, & in eo
202 tantum quæstio est, an tunc periurus sim secundum verã
& communem opin. quam resoluit Alex. in d. l. stipulatio
hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. Alex. Ias. & Dec. in
l. pactum dotali. C. de coll. & per omnes in d. l. fi. C. de pac.
Sic ergo & in proposito is, cuius de successione agitur, per
interuentum iuramenti non impeditur id pactum vel con
sensum pactioni præstitum reuocare, non magis, quàm im
pediretur testam. iuratum reuocare, cùm is consensus vlti
mæ voluntati, non actui inter viuos celebrato assimiletur
vt d. l. fi. & in eo tantum quæstio manebit an periurus sit.
Et quidem si male cœpit suspicari de paciscentibus, non
erit periurus, siue id iusta ex causa putauerit, siue etiam in
iusta, si tamen ei iusta videbatur, argu. l. quia poterat, ff. ad
Trebel. vnde in foro contentioso de periurio conuinci no
poterit, cum possit ipse dicere se cœpisse male suspicari de
paciscentibus, de quibus etiam si liberi ipsius sint, potest
formidari, non secus, quàm de extraneis, vt tenet gloss. ibi
communiter appr. in d. l. fin. C. de pact. arg. §. pe. & fi. Instit.
quod cum eo.

Qua de re latiùs differimus in materia l. si quis pro eo
ff. de fideiu. Præterea id iuramentum ab initio nõ fuit obli
gatorium, quasi cõtineret impossibile, vt diximus suprà

Denique

204 Denique licet modo dixerimus valere pactum† de cer
to modo ſuccedendo, vel hæreditate certo modo diuidé-
da initum etiam cum eo, cuius de ſucceſsione agebatur, id
modo ſuſpectum puto. Vnde tale accipite exemplum. Ex
duobus filijs meis alter mecum cõuenit, vt in dimidia hę
reditatis parte ſuccederet, vel cum filium filiamque habe
rem, quam nuptui tradebam, ipſa, & eius maritus mecum
conuenerunt, vt in dimidia hæreditatis parte ſuccederent,
quæritur, an tale pactum valeat? Videbatur valere, argum.
l.fi.C.de pact. Contrarium expreſſum eſt in d.l. pactum
quod dotali eo. tit. & ita tenendum eſt. Ratio, quia olim
erat de genere prohibitorum, quòd quis de hæreditate &
ſucceſsione ſua diſponeret, Ita notant Tiraq.in l.ſi vnquã,
C.de reuoc.dona.vt retuli ſuprà, §.2.in prin. & Coraſi. in
l.filium quem habentem, in princ.C.fami.herc. diximus la
tius ſuprà lib.1. Etenim cùm mors omnia extinguat, vt in
authen.de nup.§.deinceps, bona cuiuſque remanent in cõ
muni ſub nullius dominio. Hinc dicimus, quòd hæredi-
tas iacens nullius in bonis eſt, nec ei fit furtum, vt tradunt
moderni in rub.ff.de acq.hær. & paria ſunt aliquid fieri tẽ
pore prohibito, vel quòd conferatur effectus in tempus
prohibitum l. quod ſponſæ, C.de dona.inter vir. & vxor.
Vnde licet tempore quo quis teſtatur, ſit dominus rerum
ſuarum, tamen cum diſpoſitionẽ & alienationem, ſeu cõ-
ceſsionem ſuam cõferat poſt mortem ſuam, & ſic in tem
pus, quo dominus ſuarum rerum futurus non eſt, id per-
miſſum olim non erat, nec eſſe debebat de ſtricta, & co-
acta ratione, & iure, non magis, quàm ſi quis inter viuos
de rebus non ſuis diſponeret, quæ diſpoſitio non valere
quoad ius transferẽdum, etiam ſi res illæ nullius in bonis
eſſent, quia nemo dat, quod non habet l.traditio, ff.de ac-
qui.rerum domi.l.nemo plus.ff.de reg.iur.c. nemo poteſt
plus, de reg.iur.in 6.

205 Superuenit poſtea ius poſitiuum, quo permiſſum fuit
de ſucceſsione, & hæreditate, † noſtra diſponere, vt in l.1.
C.de ſacroſ.eccl. non quidem temerè, aut indiſcretè, ſed
ſub ſolennibus, & per modum vltimarum voluntatum, &
ſub longa & exactiſsima obſeruatione vt per totum. Inſt.
C.& ff.de teſtam.vt ſic qui alio† modo quàm per modum
vltimæ volu.velit de hæreditate ſuas eiúſue partes diſpo-
206 nere, is ſciat id nulla lege licere, ſed ſub vetere, & regulari
prohibitione manere, vt probat l.hæreditas, C.de pact. cõ
uent. Vnde gener ille meus, vel filius, qui partem hæredi-
tatis meę captabat, & acquirere per pactum conuentum
volebat, nihil agebat ex defectu poteſtatis meæ, qui eam
eiúſue partem concedere non poſſum per alium modum,
quàm per veram vltimam voluntatem, vel interpretatam
de qua loquitur l.fi.C.fam.hærc. a cuius terminis longe dif
fert quæſtio noſtra. Sicque veriſsimum eſt, quòd in d.l.pa
ctum quod dotali, dicebatur, nullam obligationem ex ta-
li actione contrahi aduerſus eum, cuius de ſucceſsione age
batur, ſed contrà. Quia licet per tale pactum filio paciſcen
ti ius reale non quæratur, videbatur quòd ius ſaltem per-
ſonale, quæreretur contra ipſum patrem, cuius obligatio
perſonalis paſsiua eius quoque hæredes teneret, ſicque ex
vi illius obligationis perſonalis is filius conſequeretur pa-
ctam hæreditatis portionem. Reſpondeo, quòd actus agẽ
tium nihil operatur vltra eorum intentionem l. non om-
nis, ff.ſi cer.pe.l.fin.C.de non nume. pecu.l. obligationum
ſubſtantia, ff.de actio.& obligatio. Vnde cùm ipſi paciſcẽ
207 tes re vera, vel ſaltem inſpecta legis interpretatione non
huius animi eſſent, vt perſonalis obligatio naſceretur, ſed
ius ipſum hæreditatis acquireretur, quod non potuerunt,
nec illud voluerunt, totum id, quod agebatur, recidit ad ni
hilum, argumen.l.multum intereſt, C.ſi quis alteri vel ſibi
Quinimò etiam ſi ipſi paciſcentes vellent, adhuc tamen
inde nulla naſceretur obligatio perſonalis, quia lex noluit
circa illam materiam vllam obligationem poſſe contrahi,
vt d.l. pactum quod dotali, iuncta d.l.hæreditas, Simile in
§.1.Inſt.de inu.ſtip.& in l.inter ſtipulantem, §. ſacram, ff.
de verb.oblig.& in l.non ſolum, ff.de action.& oblig.& in
l.in illa ſtipulatione ſi calendis, ff.de verborum oblig.& in
l.impoſsibilium, ff.de regu.iur. Qua in re intelligo, quòd
re vera etiam naturalis obligatio non oritur, vt dictis legi-
bus, tum ex defectu poteſtatis eius, qui ſe obligatum vole-
bat, tum, quia vbi eſt impoſsibilitas, lex inteprętatur con-
ſenſum defuiſſe, ipſoſque contrahentes non tam animum
contrahendi, quàm nugandi habuiſſe, arg.l.non ſolum, nec
ſi vere animum ſeſe obligandi habuiſſent, quicquam pro-
ficeret l.impoſsibilium, ff.de reg.iur.

Ex quibus apparet grauiter erraſſe Didacum de Couar
ruuias vbi ſuprà, qui contra communes traditiones cõteu
dit, quòd in terminis noſtræ quæſtionis, & dictæ legis, pa
ctum quod dotali, per interuentum iuramenti id pactum
valeret, quod ridendum eſt, cùm validitas huius pacti pro
hibeatur ex defectu poteſtatis eius, cuius de ſucceſsione
agebatur, vt iam declaratum eſt. Ergo ipſa veritas eſt, quòd
208 in terminis d.l.pactũ† quod dotali, nulla obligatio etiam
per interuentum iuramenti contraheretur de iure canoni
co, iure autem regio obſerua d.l.22.Tauri.

Ex ſuperioribus infertur, verum non eſſe primum intel
lectum, quem Couuarru.vbi ſuprà aſsignat ad d.cap. quan
uis, poſt glo.vbi intelligẽs, ꝙ in terminis d.l. pactum quod
dotali.C.de pact.per interuentum iuramenti firmaretur
pactum de certo modo ſuccedendo, quod verum non eſt.
Nam ſiue id pactum fieret de conſenſu illius, cuius de ſuc
ceſsione agebatur, tunc valeret etiam ſine iuramento, ſiue
inſcio eo fieret, tunc non valeret, nec ꝑ interuentũ iuramẽ
ti firmaretur, quia id eſſet in præiudicium tertij, id eſt eius
cuius de ſucceſsione agebatur, ergo, &c. vt d.c. quanuis &
c.cum contingat, de iureiur.

Tale autem pactum hodie iure noſtro nõ ſolum valet,
209 ſed etiam valet † irreuocabiliter ex conſenſu ipſius cuius
de ſucceſsione agitur, vt in l.22.Tauri. quaſi lex illa muta-
uerit naturam huius conſenſus, vt non tam vltimæ volũt.
naturæ, quàm actus inter viuos accedat.

Denique pactum de non ſuccedendo adeo verum eſt
210 iuramento† firmari, quòd etiam promittens cum iuramẽ
to ſe renuntiaturum hæreditati patris, ſtatim pro renun-
tiante habetur, vt perpetuò excludatur, ſecundum Couar.
vbi ſuprà. Bald.in l.pactum dotale.q.18.C. de colla. Rom.
ſingu.183. Nico.Boer.deciſ.3. quos ipſe allega.& ſimiliter
per Ioan.Andr.in addit.ad Spec.rub.de oblig.& ſol. col.1.
Alex.Soci.& Iaſ.in l.cũ fundum, §.ſeruum tuum, ff.ſi cer.
pet.Tiraq.de vtroque retract.nu.26.in fi.in præfa.

Poſtremo circa intellectum, d.c.quanuis, de pact.in 6.
vi.quod dicimus infra, §.20.par.1.n.12. vbi contendimus
illum tex.minime fuiſſe intellectum a pleriſq; eorum, qui
eum commentantur. Nam ſi filiam meam iuramento re-
nuntiantem hęreditati meæ poſtea teſtamento præterij,
videtur nullum omnino eſſe teſtam.vt l.inter cætera, ff.de
libe.& poſth.l.fi.C.de libr.præt.in prin.Inſt.exh.libe. Nec
iuuat, aut prodeſt illa renuntiatio, quia licet filia renuntiãs
ex vi iuramenti repellatur ab impugnatione teſtamẽti, vt
ibi, tamen ſuperſunt alij fratres, qui licet ſint inſtituti, tamẽ
beneficio filiæ præteritæ poterunt contra illud teſtamen.
agere, etiam tacente filia præterita, & etiam expreſsim ea
contradicente, agereque poterunt, non ſecus, quàm ſi ipſi-
met præteriti forent l.poſt mortem §.fi.ff.de contra tabu.
per Iaſ.plenè in ſimili in l.patre furioſo, ff. qui ſunt ſui vel
alieni iuris. Parum ergo eſt teſtam.ab ipſa filia renuntiante
& iurante non poſſe impugnari, cùm ſuperſint alij fratres,
qui illud euertere poſſint, & tamen ſummus Pontifex in
d.c.quanuis.ſecurus, & incautus pro conſtanti, & expedi-
to habuit ad firmitatem illius teſtamenti ſolum illud iura
mentum filiæfami.renuntiantis deſiderari, & præterea ni
hil. Vnde ſimiliter idem ſummus Pontifex pro conſtanti
ſecurus, & incautus intellexit in capit. Rainutius. de teſta.
in capitu.Rainaldus, eodem titu.teſtam.valuiſſe, in quo fi-
liafam.neq; inſtituta eſſet, neque exheredata. Quod inde
euenire intelligo, quòd filiafa. nullo vnquã iure neceſſum
fuit hæredem inſtitui, aut exhæredari ad primorpialem te
ſtamenti

stamenti validitatem, licet receptissima nostrorum opin. (quos retulimus infrà. §. 20. in princip.) contrarium intellexerit, vbi plenè videbis.

211 Tertiò intellige conclusionem, vt tale pactum de† succedendo non valeat, etiam si a fratre interpositum sit, qui querelã potest proponere, vt in l. fratres. & l. si fratres. isto ti. §. soror. Insti. eo. l. Papinianus. §. sed neq; impuberis. cũ glo. ff. eodem. Idq; per nostram. l. si quãdo, §. fi. in fi. ibi, quę omnis sanctio. C. de inoffic. testa. quæ hãc materiam extẽdit ad omnes omnino personas, quibus de inoffic. testam. querela cõpetere potest. facit in simili tex. in auth. de triẽte, & semis. §. j. Et an id pactum sit contra bon. mo. & an firmetur iuramento, & an contraueniens sit periurus, dic vt suprà proximè.

Quarto intellige, etiam si id pactũ fiat inter eum, cuius
212 de successione agitur, & alium coniunctum, cui† querela competere nullo modo poterat, nam similiter non valeret quia contra bo. mo. videretur. d. l. cũ donationis, C. de transac. d. l. ex eo. C. de inut. stipu. l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. ob. l. 13. ti. 5. par. 6.

213 Idq; quinto loco potest etiam intelligi, cum fiebat inter eum, cuius de hæreditate agebatur, & alium coniunctũ non solum tenentem primum locum in successione ab in testato, sed etiam si esset in gradu remotiori, idque per generalitatem. dd. ll. & per generalitatem rationum, de quibus suprà in pri. huius glossellæ.

Sextò idem, si fieret pactum cum omnino extraneo,

Per easd. rationes, & septimò longe fortius procedit, cũ id pactum fiebat inter duos filios eius, cuius de hæreditate agebatur ipso ignorante, arg. suprà dictorum.

214 Octauò idem similiter, si inter duos ex† parẽtibus eius, de cuius hæreditate agebatur, se ignorante.

215 Nonò cùm inter duos† fratres, qui querelam proponere poterant.

216 Decimò cùm inter duos† alios coniunctos eius, de cuius hæreditate agebatur, qui querelam inofficiosi testamẽti nullo iure proponere poterant, tenebant tamẽ primum

217 locum in successione intestati.

Vndecimò etiam si primum † locum non tenerent in

218 intestati successione.

Duodecimò idẽ si essent† omnino extranei. Quæ omnia dic vt per Alcia. in d. l. fi. C. de pac. in gl. certos. per Ias. ibi. nu. 5. & per Natan. vbi suprà.

219 Decimotertiò amplia, vt tale pactum non valeat, etiam si fiat in† fauorem militis, secundum Alcia. in d. l. fi. in glo. certos. & est de mẽte Ias. ibid. nu. 5. Quia ẽt hoc casu militant omnes prohibendi rationes, de quibus suprà mentionem habeimus, nempe votum cap. mor. non integra solẽ-

220 nitas in dando. sublata libertas in adimendo.

Decimoquartò procedit, etiam si id pactum fieret in fauorem† ecclesiæ secundum Natan. in d. ca. quamuis. de pac. in 6. nu. 61. Ias. in l. licet, C. de pact. no. 4. vbi etiam Ale. & Alci. in d. l. fi. in gl. certos. Ratio dubitandi, quia in ecclesia non potest esse suspicio cap. mor. Sed certe adesset non integra libertas forte in dãdo, & libertatis defectus in adimẽdo, quia in pactis non licet pœnitere, l. sicut, C. de actio. & obli. l. sicut, C. de rep. hær. quod licitum est in vlt. vol. l. 4. & per totum, ff. de adi. leg. §. sed & posteriore. Insti. quib. mo. testa. infir. l. si filius qui in potestate, ff. de lib. & posth. l. fi.

221 ff. de hæred. insti. l. si quis priore, ff. ad Treb.

Decimoquintò extende, etiam si intersit† iura. secũdũ Ias. in d. l. fi. no. 5. & Alcia. in gl. certos, ibid. per ca. non est de obligatorium. de reg. iur. in 6.

222 Decimosextò extende, etiam si fiat in fauore †alicuius collegij, vel vniuersitatis. ex mẽte Ias. in d. l. fi. C. de pa. n. 5.

Decimo septimò extende, etiam si id pactum fiat in fa-

223 uorem principis, arg. §. fi. Inst. qui. mod. test. infir.

224 Decimo octauò extende, etiam si taliter † paciscentes, qui inscio eo, cuius de successione agebatur, pactum faciebant, ignorassent, an is, cuius de successione agebatur, viueret, an vero mortuus esset. arg. tex. in l. nec nos, C. de c. & in l. cùm quidam, §. quod dicitur, 2. ff. de acq. hær. idq; ex mẽte Ias. in d. l. fi. num. 5. vbi Alc. in gl. certos.

225 Decimo nonò amplia, etiã si is in cuius fauorem† fiebat pactum, esset alias persona priuilegiata. argu. l. in fraudem, §. fi. ff. de mili. testa. quia prohibitio legis generaliter loquẽtis comprehendit personas vtcunq; priuilegiatas. per d. l. in fraudem. vnde cum prohibitio in nostra materia sit generalis comprehendit minores, non secùs, quàm reliquos cõprehenditque milites, & similes, vt in simili ex communi opi. resoluimus in §. 35. nu. 5.

226 Vicesimò amplia, vt tale pactum nõ solùm† nõ valeat, sed etiam puniatur paciscens. vt in l. quidam in iure. §. fi. ff. de dõna. cum l. seq. l. 2. ff. quib. vt indig.

227 Vicesimoprimò amplia, vt paciscẽs puniatur † nõ solũ quando pactum fuit super vniuersa hæreditate, sed etiã si super parte tantùm hæreditatis. Ratio, quia bonum est argu. de toto ad partem, l. hæredes mei, §. cùm ita. vbi p Moder. ff. ad Treb. l. an. pars. ff. pro derelict. l. quæ de toto, ff. de re iudi. Idem si super rebus certis hæreditatis alicuius viuentis fieret tale pactum, quia militant eædem prohibendi rationes, de quibus supra mentionem habuimus secundum Cur. nu. 16. in d. l. fi. C. de pact.

228 Vicesimosecundò amplia, etiã si esset† statutum, q̃ pacta generaliter seruarentur secũdũ Purp. nu. 176. in d. l. fi. Ratio, quia tale statutum esset intelligendũ de pactis, quæ non essent contra iuris regulas. arg. tex. cum glos. suprà in prin. huius l. si quando. C. de inoffi. test.

229 Vicesimotertiò exte. vt ex tali pacto† cũ ipso, de cuius hæreditate agitur, non oriatur etiam nat. obliga. Idq; probatur per l. pactum quod dotali. ibi, nullã obliga. C. de pac. Sed oppono, quia hoc casu obligatur iuramento nõ ad pseruerandum, sed ad periurium, si nõ perseuerauit, secũdũ cõmunem, vt dixi suprà, tradit & Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. ob. col. 2. ad fin. ergo obligatus fuit naturaliter, ex mente Bar. in d. l. si quis pro eo. in prin. ff. de fidei. Dic ergo, quòd de iure ciuili, & etiam de iure canonico in foro contentionis nulla est obl. etiam nati. nullius omnino effectus est nat. obl. quæ inde oritur. Verum quia negari non potest, quin ipse iurans, de cuius hæreditate agitur, qui mecum conuenit, vt me hæredem faceret cõsenserit, vt eius verba volunt, dicendum est eum naturaliter obligatum, & consequenter ea obli. nat. eum ad periurium cõstringere, nisi impleat promissa, nisi iusta suspicionis causa superuenerit, quo casu de ea non videtur cogitatum, sicque ad periurium, neque in foro animæ alias, & ad periurium, & in foro conscientiæ secũdum quosdã.

230 Qua in re etiam si iusta causa† mutandi voluntatem nõ superuenerit, si tamẽ is, cuius de hęreditate agebatur, persuasum habebat, quòd ille, quem se hæredem facturum iurauit, ei parabat insidias, non tenebitur eum hęredem facere, & licet eum hæredem non faciat, neque erit periurus, neque tenebitur in foro animæ, etiam si nulla iusta causa ad hanc susp cionem adductus fuerit. argumento. le. quia poterat, ff. ad Trebellianum. l. quia autem. in principio. & §. primo, ff. quæ in fraudem creditorem. Quinimò etiam si neque iusta causa re vera superueniat, neque ipse putet superuenisse, periurus non erit: quia (vt iam diximus) id iuramentum ab initio obligatorium non fuit, quasi impossibile contineret. Quod vltimum non puto verum.

231 Vicesimoquartò extende secundum quosdam etiã† si esset statutum, quòd valeret pactum de succedendo. Ergo quæro, an statuto vel consuetudine approbante valeat pactum de succedẽdo? Bal. quòd sic in l. cùm Archimedorã, C. vt in poss. leg. Cõtrarium tenet ipse in l. 2. col. 3. C. quæ sit long. consue. quem sequitur Natan. in c. 2. de pac. nu. 59. Teneo primam op. Quia licet ciuile Romanorum id pactum improbet, reputãs, iudicãsq; illud esse cõtra bo. mo. tamen aliud ius ciuile, siue scriptum, siue consuetudinariũ potest illud reputare non esse captiosum, & ad validitatem huius statuti cõsuetudinisue nil aliud desiderat, nisi quòd

poterit

potuerit habere aliquem non inhonestum finē.arg.l.pro-spexit,in pr.ff.qui & a quib.c.erit aut lex.4.dist.late Tiraquel.de vtroq; retrac.pag.31.nu.75. Nec obst.q̀ præbeatur occasio delinquendi. Nā & in terminis,l 1.& l.cū proponas,C.de pact.l.si pater puellæ,C.de inoffi.testam.l.qui Romę,§.duo fratres,ff.de verb.est ead.occasio ex parte fideicommissarij.& apertius in terminis,l.licet,C.de pac.&
232 apertius in † l.9.ti.6.lib.3.fori.vbi inter cōiuges valet pactum de futura successione acquirenda. Vt ergo hæc occasio delinquendi tanquam parum verisimilis. iuxta,l.merito ff.pro socio.admittitur ob hāc causam, vt testatoris vol. seruetur vel vt militū votū expleatur,vel coniugū, quare non ita admittetur ob hāc cām, vt pacta seruentur? maxime cū imputandū sit ei,qui propriam succ.pollicetur, & tunc propter eius consensum nullū sit delictū ex parte stipulantis.arg.l.fi.C.de pact.Ergo teneo indubitáter,quòd
233 si interponeretur cū eo,de cuius hæreditate † agitur, valeret.Et vt l.ciuilis,(scilicet l.pactum quod dotali,C.de pactis.)induxit in hac specie nullam ob.contrahi,neq; auferri libertatem testādi,ita alia l.ciuilis potuit inducere,quòd obl.contraheretur,& libertas testandi auferretur,maxime cum testandi potestas,l.ciuili data sit.dixi supra.§,1.& §.2.eritq; effectus,vt si is,cuius de hæreditate agitur,moriatur viuēte stipulatore,tunc is,ad quem eius hæreditas mero iure,directaq; via ex testamento,vel ab intestato defertur,teneatur eam hęreditatem huic stipulatori tradere, vt eius author tenebatur relinquere. Sed an poterit induci cōsuetudine,vel lege,vt etiā ipso iure hęreditas pacto deferatur? Et nō dubito de potestate legis,maxime cum inter patrem,& filios iam illud(secundum cōmunem opi.) induxerit.Sed quid si stipulator cœperit insidiari promissori,nōne iniquiss.foret,si is cōpelleretur stare promissis? Resp.hactenus de potestate legis,validitateq; pactionis responsum,verū de perfidia stipulatoris,quæ allegatur, apud iudicem agi oportere, quia probata, dicerem eum veluti indignum remouendum,argu.per totum,C. & ff.quibus vt indign.Hactenus cum pactū sit cum ipso,cuius de hæreditate agitur. Verùm si inter alios duos sine consensu illius fieret,durissimum esset id pactum, le.probari, cùm quid illi imputaretur,non esset. Nisi dicas, quòd le. hoc admittens,potuit habere hunc finem,vt seruentur contrahentium. Sed certe in detrimentum alterius non oporteret seruari. Vnde hoc casu potest,defendi opi.cōtraria, eritq; nouiss.conc. Nec ob.cap.1.& cap. mulier de filijs natis ex matrimonio ad Morg.contract.Nam ibi nullum fuit pactum de succedendo,quinimò per l.mutatur mensura,& modus successionis,vel si fuit pactum de succedēdo,id non fuit interpositum ab ipso, qui successurus erat, hic autem sic vnde festinatio acquirere volentis,eius detegit improbitatem.Et eod.modo resp.ad l. 1.cum conc.le. pactum,C.de pact. Nam & ibi nullum vitium fideicommissarij,qui successurus erat,argui potest,cum nō sua, sed testatoris prouisione vocetur post mortem grauati,& grauato imputandum,qui cum sua causa, & conditione hæreditatem post mortem restituendā agnouit tertio, nec etiā per hoc eius vita periclitatur,cū possit(si velit ante mortē restituere,seq; ab illo periculo subducere,l.si post mortem,C.de fideic.Extat ergo.nat.amp. vt id pactū non valeat,etiam ex vi consuet.vel statuti sub.d.distinc. Id quod admitti potest in statuto edito ab ea ciuitate,quę recognoscit superiorem.Cæterum si lex vniuersalis fieret a pijssimo nostro Hispaniar.Rege,qui nullum in temporalibus recognoscit superiorem,vel consuetudo Hispanorum similiter induxisset,vt pactum futuræ successionis,siue acquirenda,siue certo modo diuidenda,siue conseruanda, siue amittenda valeret,magis est,vt talis lex,vel consuetudo valeret. Nam & olim in vsu, & communi obseruatione erant solæ legitimæ successiones,non etiam testamentariæ,vt admonuimus supra,quo tempore nulli dubiū, quin legitimi hæredes,qui alicuius essent perfidię,immanitatis, & improbitatis possent insidiari vitę eorum,quorum post mortem successiones sperabant, nec id euitare posset ille cuius de successione agebatur,licet de legitimis suis hæredibus male,& etiam non temere suspicari cœpisset. Ergo similiter & hodie,licet tali lege lata,vel consuetudine admissa euenire posset, vt his,cuius de successione agebatur, non leuitate,sed iustissimis rationibus motus,male suspicari cœpisset de illis,qui de eius successione paciscerētur, & adhuc id malum mederi,consulere,vitare, aut subterfugere non posset,tamen nihilominus ea lex,eáue consuetudo firma esse posset,vt & olim fuit.

Vicesimoquintò amplia,secūdū quosdam,vt pactū, de succedendo non valeat,licet fiat inter ipsos milites pergentes ad bellum, nam si ad bellū non pergerent iā suprà docuimus.Ergo quæro,quid si pactum fiat inter milites pergentes ad bellum? Et Natan in d.c.nu.60.ait q̀ non valet, si pactū sit simplex,licet secus,si esset duplex, seu reciprocum. Tene contrarium,quia quanuis in l.licet,C.de pact. de facto fuisset pactum reciprocum, tn̄ ratio ibi expressa est generalis,ergo,&c.arg.l.1.ff.de dam.infect.facit,l.milites,§.proinde,C.de militar.testam.

Stat ergo,quòd pactum de succedēdo interpositum inter milites pergentes ad bellum valet in terminis d.l.licet. etiam si non esset reciprocum.

234 Confirma.quia ex generali † ratione in l.assignata extēditur ipsa lex,quinimò tunc non tam lex videtur extendi, quàm omne illud virtualiter comprehendere,ad quod se extendit ratio in illa expressa.arg.l.cū pater,§.dulcissimis ff.de leg.2.l.in fraudem,§.fi.ff.de testam.mili.latissime per Tiraq.de vtroq; retract.pag.566.num.2.

Vicesimosextò,ampl.secundū nos,etiā si pac. fiat inter
235 † filios & eius patrem.Ergo quæro quid si fiat id pactū in ter patrē,& filios? Et Natan.tenet valere. Tu tene sine dubio nō valere,per l.pactū quod dotali.C.de pac.vt sic amplia.conulusio nostra,& per l.licet.C.de pact.Bene facit,l.fi.tam in decisione,quā in ratione,ff.de suis,& leg.& l.pactū dotale,C.de colla.& d.c.quanuis,& tex.in d.l.si qn̄, §.illud,Monstro,hoc modo inducendo. Si ponimus pacto conuentū fuisse,vt pariter filij succederent,tunc id parum operabitur,licet habebit vim vltimæ volū.quod vtile erit testatori,p.p præstationem legatorū,& similium,vt d.l.fi. C.fa.her.Sin autem ponimus pactionē conuentū,vt dispariter filij succederent, tunc licet sit pactū de succedendo ex parte eorū qui meliorantur,tamen ex parte cęterorum est virtualiter pactum de non succedendo,vel de in minore portione succedendo,quod per dd.ll.improbatur. Ta-
236 men præmitte,q̀ † dispositio de qua in l.fi.suprà alle. & l. hac consultiss.§.ex imperfecto C.de testa.valet,nō in vim pacti,sed in vim vlt.volun. vt illuc sæpissimè exprimitur. Secundò præmitte,q̀ dispositio,de qua.in d.l. licet. similiter valet in vim vltim.voluntat.non in vim pacti. Probatur primò ibi(vim supremi iudicij.)Nec me mouet, q̀ illud dictū est in ratione, seu similitudine, quā Imperator adduxit ad cōprobationē suæ decisionis.Nā resp. eā decisionē regulandam secundum rationē ibid.expressam.

Secundò patet ibi in verb.delatū. quod innuit ipso iure hæreditatem deferri,nō autem ex vi pacti,& exceptionis eā posse retineri,at si in vim pacti valeret ea dispositio non ipso iure deferretur hæreditas l. fi.maximè in ratione sui,ff.de suis.& legiti.l.hæreditas, C.de pactis conuentio. Itaque in quibus casibus pactum de futura successione valet, in illis neque successio contingit ipso iure, vt dd. ll.& l.fina.in verb.pactione seruare, C. de pact.neq; perimitur ipso iure,vt c.quāuis,de pact.in verb.ab ea oīmodo seruare debebit.Vnde cū in d.l.licet in verb.delatum. dicatur ipso iure deferri(quod ex causa cōtractus fieri non posset)cogimur fateri id ex causa vltimæ volun.fieri. Tertiò patet ex ratione decidēdi,quæ alludere videtur ad l.milites ver.proinde.C.de testam.mili. Tertiò præmitte, q̀ valere in vim cōtractus,an vim vlti.volun.multiplex est effectus,propter facultatē reuocandi,transmittendi,aliaq; innumera,de quibus Ias.in l.quę de legato,ff.de leg. 1.Adde

etiam & quartò ad d.l.licet. quòd ibi pactũ fuit morte cõfirmatum, vnde liquet vim vltimę volun. habuisse. Modò sic. Si ille pactiones habent vim vltimæ volun. non potest dici pacto datam hæreditatem, sed vltima volũ. cuius vim habet ijs casibus pactum, in quo vsq; ad mortem est perseueratum. Huiusq;(vt dixi) inuestigationis, s.in vim pacti, an in vim vlt.vol.valeat, sunt innumeri effectus. Stat ergo conclusio, ꝙ etiam inter patrem & filios hæreditas pacto dari non potest. vnde amplia.concl.nostra.nec etiam inter milites.& est alia ampliatio.

237 Vicesimoseptimò amplia vt procedat, etiam si id pact. fiat inter † coniuges, etiã de iure regio. Ergo quæro, an le. 9.ti.6.lib.3.fori procedat, cum pactum de succedendo fuit simplex, an demum si sit reciprocum? Et teneo ꝙ demũ si sit reciprocũ. Patet ibi in verb. (hermandad.) sæpius repetitum. Facit, quia alias videretur donatio mera, quę non valet inter coniuges. vt no.ibi gl.& quia alias mutuo amore se spoliarent, & deterior ditior fieret. contra l.1.2. & 3. ff.de dona.inter vir.& vxor.

Vnde infertur noua ampliatio ad nostram conclusionem. Id quod suadetur. Quia licet legis decisio videatur multum generalis, si tamen eius ratio specialis est, & peculiaris, restringitur ad terminos illius rationis, quę mouit legislatorem, si ea ratio in eadem lege expressa fuit, non aliter atque ex contrario. si legis decisio esset peculiaris, & specialis ratio tamen in ea lege expressa generalis esset, tũc legem ipsam porrigeremus quatenus ratio illa sese extenderet. vt latè tradunt nouissimi in authenti. quas actiones C.de sacrosanct.eccle. præsertim Ias.ibi. numero 19.cum pluribus sequ.idem Iaso.numero 14.l.de quibus, ff.de legibus.& in l.quanuis, C.de fideicom.glo.in cle.1.in verbo, eligatur.de electio.gloss.in authen.de hęred.ab intestato veniend. §.fina. in verbo, ordine, le.fina.in verbo.satis tacite cautum putamus.vbi per doct.C.de reu.dona.l.fin.ff.de hæred.insti.Ias.nu.12.in l.stipulatio hoc modo cõcepta ff. de verb.oblig.Corn.Ias.Dec.& Curt.iuni.post alios, in le. humanitatis, per tex.ibi.C.de impube. Vnde cũ in d.l.9.in verb.hermãdad. significetur quasi in vim & rationem cuiusdam societatis id coniugibus permissum esse, ad hũc casum eius legis decisio, vtcunq; generalis redigenda est, vt non in pacto simplici procedat, sed tñ in reciproco, quod habet speciem, imaginem, & similitudinem fraternitatis,
258 seu societatis. Et ita vsu forensi videtur receptum.

Vicesimo octauò amplia, etiã si incidẽter † ageretur de hæreditate viuentis, & accessoriè. Ergo quęro, quid si alia hæreditas sit principalis (qualis est paterna) alia accessoria (qualis est filij) & venierit paterna post mortem patris, an & pupilli viuentis venire possit? Et puto non posse l.2.§. illud.ff.de hæred.vend.intelligendo, quòd ibi verb. maximè, vel abundet secundum gloss. vel sumatur pro saltem. secundum nos. Nam & Iureconsulti solẽt casum clarum exprimere, & subdubium indecisum relinquere, per adiectionem illius dictionis maximè. quòd & nos sæpe fecimus. Id quod Alciatus probat (licet sit contra communẽ) in l.fina.C.de pact.in glo. Pro hac Alciati opin.facit text.in l.2.§.interdum, ff.de vulga.ibi improbum esse eum, qui solicitus esset de hæreditate viuentis, A d d.§.illud.responde, quòd siue iure substitutionis, siue etiam iure accrescẽdi ea pupilli hæreditas deferatur hęredi scripto in testamento paterno, licet post venditam patris hæreditatem ea pupilli hęreditas deferri cœperit, non minus pertinere poterit iure accrescendi ad hæredem patris, postquam hæreditatem paternam vendidit, quàm pertineret, si eã nondũ vendidisset. Nam vera, & magis communis opin. licet multis pugnantibus est, quòd emptori hæreditatis, non accrescit portio hæreditatis postea obueniens, sed potius ipsi hæredi, qui portionem suam vendiderat. vt plene iam diximus & optime facit l.scimus, §.repletionem.C.de inoffici. testamen. Adhuc tamen si contra Alciatum velis defendere communem opin. quam tenent plerique scribentium in d. l.fina.C.de pac.dic, quòd licet improbus videatur ille, qui solicitus est de hæreditate pupilli viuentis, tamen illud intelligitur, quando de illa acquirenda principaliter agebat, vt in le.2.§.interdum.ff.de vulgar.l.fina.C.de pact. Secus si hæreditatem patris iam delatam, & aditam emebat, & veluti incidenter, & accessorie emit etiam pupilli hæreditatem, vt d.§.illud argumento, l.si quis, neque causam, ff.si cer.peta.

239 Vicesimononò extende, vt sicut † concessio hęreditatis viuentis de iure ciuili non valet l.2. in fi.ff.quibus vt indign.l.qui in iure §.fi.ff.de donatio. ita etiam concessio beneficij viuentis facta per ordinariũ non valet c.2.& c.constitutus.extra.de concel.præb.nec etiam factam per Papã, c.detestanda, & c.ne captandę.de concel.præb.libr.6.nisi in casu, de quo ibi.& in l.3.§.de illo.ff.pro soc.& l.13.tit.5 par.5. Ita etiam, quod est amplius, qui habet potestatẽ pręsentandi, quia patronus, is in beneficio viuentis præsentare non potest cap.fi.de concel.præb.vbi Abb.& Imo. Sed
240 & quòd amplius est, non solùm † prohibetur præsentare alterum in vita eius, cuius de successione agitur, sed etiam prohibetur dare alteri mandatum de præsentando alterũ clericum in locum illius viuentis, etiam si exprimatur, ꝙ eo mandato, eáue facultate non vtatur, nisi demum post mortem illius, cuius de beneficio agebatur, d.capitu.fi.in verb.donationes.vbi gloss.Abb.Imo.& doct. Sed videndum quæ sit ratio. Et nullus tangit ibi, præter Abb. qui ait hoc ideo esse, quia qua ratione impeditur pręsentatio in vita illius, cuius de beneficio agebatur, eadem ratione prohibetur mandatum, facultatemq; de præsentãdo dari, ne qui se præsentandum sperabat, insidiaretur vitæ beneficiati. Sed parum sane maturè aduertit. Non ne similiter, & qui sperat se pręsentandum ab ipso patrono poterit insidiari vitæ illius, cuius de successione agitur? & tamen id inconsideratione non est, ergo, nec illud. Pręterea vana esset
241 spes † illius, qui se præsentandum speraret, cum ea pręsentatio velut impossibilis reputetur, cum ex vnius tantum (scilicet patroni) voluntate pendeat. argumen.l.apud Iulia.§.constat in fi.de lega.1.ff. Vnde non est verendum fore aliquem tam temerarium, qui propter tam incertum commodum, desperatissimamq; spem alteri insidietur. Quòd si instes id saltem possibile esse. Respon.idem periculum imminere, etiam si mãdatum datum non fuisset. Tu ergo dic, quòd qui suscepit benefic. iure præsentationis, cum sua causa illud suscepit, vt post mortem suam spẽ pręsentandi, donandique (præsentare enim donare est, vt dict.capitu.fina.vbi Abb.& Imo.) habeat patronus, & si per hoc videatur quale quale periculum sibi imminere a patrono, idq; sibi imputandum, qui cum sua causa id suscepit. Sed si facultas præsentandi in vita pręsentati ac iam be-
242 neficiati alteri concederetur, per hoc ipsi † clerico periculum insidiarum ab ipso mandatario immineret, quod iniquissi.foret, cum in hoc non consenserit ab initio ipse clericus, qui potuit fidere de patrono, non sic de mandatario. Vitium ergo non ex parte illius, qui sperat se pręsentandũ (quod falsò opinatᷣ Abb.) sed ex parte ipsius patroni, qui pręmaturam largitionem facit, vt dixi, & probatur in d.c. fina.in verb.donationes, & in l.fina.in verb.neq; donationes.C.de pact. Hinc videmus, quòd punitur non solum is, in cuius fauorem hę iniquæ concessiones fiunt, sed etiam ille, qui concedit, quasi & id saltem impium lucrum faciat, quòd beneficij debitorem sibi acquirat. Ita intelligo l.2.in fin.ff.quibus vt indig.d.l.qui in iure, §.fina. de dona.ff.per rationem l.si pignore.in princ.ff.de fur. vbi
243 lucrum fecisse existimatur, qui beneficium † in alterum confert, ob id, quòd accipientem illius beneficij debitorem sibi acquirit.

Trigesimò secũdum quosdã amplia. etiam si interfuerit
244 iuramentum, cùm id pactũ ageretur inter † filios sine cõsensu patris. argumen. eorum, quæ dixi suprà. Licet cõtrarium teneat Bar.in d.l.stipulatio hoc modo.de ver.obl.ff. colum.1.ad med.& Bal.in loco, quem citat Ias.ibid.n.12. Sed contrarium & bene concludit Ias.& facit Instit. quod

cum

cum eo,§.penulti.Quæ limit.ampliatur, etiam si id pactũ iuratum inter fuit inter parentes illius,de cuius hæredita-
245te agebatur.argu.eiusdem rationis iuncta l.4. ff.de inoffic. testam . Ampl.idem si fieret inter reliquos † coniunctos eius,de cuius hæreditate agitur,qui possunt mouere querelam,veluti fratres,nam idem in ill's.argu.§.fi.versi.quæ omnis in l.si quando.suprà alleg.iunctis superioribus.Am plia.vt idem etiam sit , & si fiat inter duos coniunctos remotiores,etiam quibus querela competere non potest. argumem.supra dictorum iuncta l.2.§.fi.quib.vt indig. & l. quidam in iure §.fi.ff.de dona.Deniq; ꝙ pactum simplex initum inter filios eius cuius de successione agebatur,non valeret,communis & receptissima opi.est,quam tenet gl. ibi ab omnibus recepta in d.l.fi.C.de pact. idq; pactũ simplex ea ratione valere desinit,quod in patris præiudicium vergere videtur,vt ibidem omnes aduertunt,argumen.§. penulti.Instit.quod cum eo,quem text.glo.ibi allegat, sed omne pactum,quod propter præiudicium tertij prohibetur(qualis est ille , qui pactioni,& contractui illi nõ interfuit)non potest firmari iuramento,vt in capitu. licet mulieres,de iureiuran.lib.6.in cap.quanuis pactum.in fi.eod. lib.in capit.licet mulieres,de iureiurã.ergo tale pactum in præiudicium huius patris,qui huic conuentioni non inter fuit,non valebit.

Limit.septem modis per Ias.in l.fi.nu.7.C.de pact.Sed
246ad primam limi. adde,ꝙ dum communis ait in l. & suum §.idem probat,ff.de pact.speciale esse fauore † liberationis , certè id parum probabile videtur.Tu ergo nouiss.dic ibi nullum fuisse votum cap. mort. Nam paterfa. de cuius hæreditate ibi agebatur,non erat soluendo . Patet . Nam si esset, tunc creditores statim eum possent ex toto conuenire,ergo frustra,& inepte paciscerentur cum filio de suo iure concedentes.Debitores ergo ibi aduertentes,ꝙ tempore illo hæres tenebatur etiam vltra vires creditoribus,l. si te bonis,C.de iure deli.vnde si filius immisceret se,teneretur insolidum,pacti sunt cum eo,&c.Vel melius,ibi nõ erat pactum de succedendo,sed de soluendo diminutè,in quo planè non aderat votũ captandæ mortis, & iunge ambas sol.Cùm ergo paterf.non esset soluendo, nullus verisimiliter eius hæred.captabit.

Præterea pactum de futura successione tunc demum vetitum est,& improbum iudicatur,cùm id principaliter agitur,vt ex vi illius pacti succedat is,qui alias successurus non erat,nec vllo iure poterat,vel si poterat, tamen nõ eodem modo,vt per hoc paciscentium improbitas arguatur quæ res in terminis d.§.suum.longè aliter se habebat,nam ibi filius nolebat se implicare hæreditati paternę, sed cùm res alia principaliter ageretur, nempe agebatur de solutione debitorum,vel ęris alieni,quo pater premebatur,& vt id exolueretur vtrisque principaliter curæ erat,vnde si in necessariam consequentiam tractandum erat de successione futura,id vitio non adscribitur.argumen.l.secunda,§.illud,& quod circa illum tex.suprà diximus,ff.de hęred. vel actio.vendi.

Limit.etiam nisi stipuler,Promittis mihi rem Titij viuentis tui cognati habere licere.Et teneo valere.argumen. l.stipulatio ista §.quæsitum in sui generalitate, ff.de verb. obliga.Moueor, quia hæc res stipulatori deberi potest nõ
247solum in casum † mortis illius,cuius de re agebatur,sed ẽt alijs multis casibus in vita illius domini potuit res illa trãsuolare in dominium promissoris, vnde conditione verificata debeatur,vt d.§.Non obst.l.fi.C.de pac. quinimò cõfirmat,cum solùm procedat in hęreditate,quę non potest a dominio nostro discedere nisi post mortem nostram,ita que quando conditio.tacita, vel expressa concessionis nõ potest verificari,nisi demum post mortem illius, de cuius
248† rebus agebatur , tunc procedit materia nostra , secus si alias possit verificari , vt in terminis, §.quæsitum . Licet contrarium sentiat Cuma.in d.§.quæsitum.Alc.in d.l.fin. in gl.1.ad fi.Ias.nu.9.post Bar.Veronen.quem referunt .

Ergo secundum hoc,quod superius diximus improbari pactum etiam si fiat super rebus certis hæreditatis alicuius viuentis,id suspectum per superiora redditur.Sed certè isthęc non sunt similia.Nam illud intelligitur, quando pactum fiebat sub hac conditione,si post mortem illius , de cuius rebus agebatur , res illæ tanquam hæreditariæ ad nos peruenissent,in quo est votum capitu.mor.non secus quàm cùm agitur de tota hęreditate . nec enim differunt in specie,sed tantum tanquam plus & minus,ergo,&c. vt in le.fina.ff.de fund.instru . Nunc autem loquimur,quando agitur de rebus alienis acquirendis , siue post mortem illius, siue etiam se viuo earum rerum acquisitio nobis cõtingat.Sicq; si rectè inspexeris,est harum rerum nõ obscura euidensq; differentia.Hinc infertur intelle.

249 Ad † l.qui in iure,§.fina.de dona.ff.l.2.§.fina.quibus vt indi.vt non procedat, quando rem Titij tibi promisi habere licere.Quod intellige primò,quãdo simpliciter promisi.vt l.rem alienam.ff.de contrahẽd.emptio. quia tunc teneor statim non expectata morte domini . Secundò etiam si tacitè , vel expressè dixi me daturum , si mea esse cœpisset,quia tunc vel in vita illius, cuius de re agebatur , res illa ad me peruenire potest,l.stipulatio ista,§.quęsitum ff.de verborum obligatio.Intellige 3.etiam si expressi me daturum si post mortem illius ad me peruenisset , potuit enim peruenire per emptionem,vel alio modo. Nec repe
250 ritur prohibitum † concipere nostras dispositiones post mortem alterius tertij.l.quibus diebus,§. quidam.de con dition.& demonstrat.ff.Confir. quia id non aliter improbatur. quàm si expressim dicerem me daturum sub condition.hac,si hęreditas eius,cuius de re agebatur, mihi deferretur,quod hic non est . Quod si & post mortem alterius promisi, & non aliter me daturum dixi,quàm si eius hæreditas deferretur mihi,tunc ibi est votum capt.mort. vt d.l.fina. Vi.Alcia.aliter dicentem in l.fina.de pact.C. in gloss.certos.

Adde not.limi.vt non procedat,quando pactum de suc
251 cedendo fieret cum † ipso,cuius de hæreditate agitur , nã tunc valeret,argumen.l.fina.C.de pact.& melius in §.accessit.Institut.de testamen.vbi Viglius in fi.Non obstat l. pactum quod dotali.de pact.& l.cum donationes.de transac.C.Nam fateor, ꝙ non tollitur per hoc libertas testãdi Item fateor,ꝙ ipse cuius de re agitur , non obligatur per hoc etiam naturaliter(non magis quã is,qui me hęredem scribit,qui nullo iure obligat̃, & ideo liberrimè potest mutata voluntate,alium instituere)sed tamen si non mutauerit voluntatẽ , tunc ex illa voluntate pactione declarata
252 mihi non secus,quàm ex testamento debebitur † hæreditas,cum verum sit,me primum locum tenere in volũtate illius.Estq; inaudita op.Putarem tamen opus esse quinque ad minus testibus in tali pactione.argumento eius , quod ait Ias.in l.filio quem,de lib.& posth.ff.col.2.Infero verã non esse gl.accommodauerit in l.fi.C.de pac.quã sequuntur Bar.ibi.Dec.nu.18.Curt.nu.23.quę vult,ꝙ in materia nostra qui potest consentire,is non potest facere quod irrationabile videtur.Et quia cętera iura in gl.alle.nil faciunt, tamen dic,ꝙ l,fi.de pac.nil facit,data paritate terminorũ . Nã vt si alijs de succes.mea consentior paciscentibus, tũc is consensus operatur,me vsq; ad mortẽ perseuerante , vt ibi ita & si tibi concessi suc.meã, me vsq; ad mortẽ perseuerante operatur secundum nos,me autẽ pœnitente, neq; operatur ibi,neq; hic.Hinc intelliges doct.Bar.in l.stipulatio hoc modo,ff.de ver.col.1.dũ rep.Dy.Vi.Natan.in c. 2.de pac.in 6.nu.58.Sed certe vera est cõis op.cõtra Vigl. vt si pactũ fiat cũ eo,cuius de hęreditate agitur.nõ valeat quia qñ fit cũ alio de consensu ipsius,ea tm̃ ratione sustinetur,ꝙ illi ꝑ l.fuerunt ex testamento,vel ab intest. ad illam hæreditatẽ,de qua agebatur, vocati,& ex vi pacti alter cõtra alterũ habet ius quæsitũ,vt executio fiat, non secundũ portiones ex testõ vel ab intest.delatas,sed secũdum conuentionem.At cum pactum fit cum domino hęreditatis, tunc contra,cum nullum ius acquirit paciscens.

Pro opi.tamen affirmatiua,vt tale pactum valeat , facit

text.in §.Inst.de leg.ag.suc.& in l.quidam cũ filium.vers. quare,ff.de ver.ob.Pro cõi tamen op.quæ lõge verior est, facit illa viua ratio, quia tale pactum initũ cũ eo, cuius de succ.agitur,a sui principio non est obligatoriũ,quia hæreditatem nostrã alicui conferre erat de genere prohibitorũ quod nulli licebat, neq; hodie licet, nisi per viam vltimæ vol.non per actus inter viuos.vt diximus suprà,& probat l.hæreditas,C.de pact.conuen.

Præterea etiam limita,vt pactum de succedendo valeat
259 in hæreditate † accessoria, qualis est hæreditas pupilli viuentis,per l.2.§.illud ff.de hær.vel actio.vendi.secundum Bar.in d.l.fi.ff.de pact.col.1.& iterum col.fin.vbi per omnes Moder.per Bart. & omnes Modernos in l.re coniũcti ff.de lega.3.in questione illa.Ius accrescen. an transeat in singularem successorem.

Et erat fortis ratio dubitandi. Nam vt ait Iurescõsultus in proprijs terminis loquendo in l.2.§.interdum,ff.de vulgar.improbus videtur ille, qui solicitus est de hæreditate pupilli viuẽtis.Quinimò grauius,propius,verisimiliusq; periculum imminet,quando quis est solicitus de hereditate pupilli viuentis, quàm si de hæreditate hominis maturi solicitus esset: cum facilius insidiæ parentur aduersus pupillum,quàm aduersus hominem virilis virtutis.argumẽto,in §.sin autem quis ita formidolosus. Institutio.de pupillar.substitution.

Præterea & 5.limitat.per l.hæredi.§. filia. & §.filius.ff.
257 de pact.sed ibi non disponebatur † de rebus illius, de cuius morte agebatur,sed de reb.paciscentium. Præterea ẽt citra mortem patris alijs modis sui iuris effici potuerũt, vt per totum insti.quib.mod.ius pat.potest.sol.

258 Sextò fallit,vbi per statutum,vel consuet.id pactum esset approbatum.Quod intelligo, quando pactum fieret cum ipso.de cuius hereditate agitur,secus si cum alio citra consensum illius,nam tũc non valere statu.dixi suprà,vbi tu vide.

259 Septimò fallit in terminis l. quidam cũ filium. de verbo.oblig.ff.vers.quare. iuncta gl. mag.ad fi.& Natan.in d.c.quamuis.nu.61.versi.Sextò fallit.

261 Octauò fallit in † militibus.Natan.ibid.nu.60. per l.licet,C.de pact.dic vt dixi suprà.

262 Nonò fallit fauore piæ † causę secundũ Natan.ibid.nu. 61.Sed dic vt suprà in ampliationibus.

263 Decimò fallit in patre † paciscente cũ liberis,& intestato moriente.Natan.ibid.d.nu.61,per l.fi.C.fam.herc. Sed dic vt dixi suprà in ampliationibus.

Limi.inter fratres(secundũ.Alc. in l.fi.de pac.in gl.cer-
264 tos.)paciscentes,vt æqua lance hereditas inter † eos diuideretur,si pater intestatus decederet. Secus tamen si testatus.vt per gl.2.d.l.fi.Ratio,quia tacitè inerat a lege, ꝙ per tale pactum expressum fuit,licq; id pactum cùm nil operetur,vt l.3.ff.de leg.1.nullum vitium in se continere potest. Quæ ratio efficaciter concludit id pactum nõ valere quia pactum cuius validitas nihil interest paciscentium,nõ valet l.ex conuentione,C.de pact. l. ex conuentione,C.sine cens.vel reli.facit l.stipulatio ista.§.alteri,ff.verb.ob.§.alteri.Institu.de inu.stipu.& quia in iure nostro nihil frustra, l. hæc stipulatio,§.diuus.ff.vt leg.nomi.cau.Ergo siue dixeris,quòd huius pacti nullus effectus est,tunc absque dubio non valet.d.l.ex conuentione.Siue dixeris aliquem esse effectum, tunc similiter non valet, quia est pactum de successione diuidenda reprobatum per l.pactum quod dotali C.de pact.

265 Limi.in minore 25.ann.quo ad † penã,nõ quo ad validitatẽ pacti,secundũ Alc.ibi& rectè,quia id delictũ ciuilissimũ est,iuris aũt ciuilis minor iustã ptendit ignorantiam.

266 Lim.quo ad pœnam,cum viuente testatore contrahentes pęnituerunt.Alc.ibi.facit,§.fi.Insti.quib.mo.tol.ob.& ff.de accep.l.fi.& l.nil.tam naturale,ff.de reg.iur.

267 Limit.nisi in eo,quẽ & mortuum † putabant,& re vera erat,licet ipsi certò non scirent,l.si quis mihi bona, §.sed vtrum.de acq.hær.secundum Alci. vbi suprà. Et sic cessat hoc casu l.nec nos,C.de capt.quinimò ex fi.illius tex.hæc conclu.videtur probari.

298 Limi.vt pœna locum non habeat,qñ re † vera mortuus erat,licet contrahentes viuere putassent.Alcia.ibid.Facit, quia in pœnis mitior pars eligenda est.

267 Limi.cũ ab initio consensit is,cuius † de hereditate agitur.Alcia.ibid.per tex.in l.fina.C.de pac. quæ licet loquatur in pacto de successione diuidenda, locum tamen eadẽ ratione habet in pacto de successione acquirenda.

269 Limi.etiam si initio non consensit, sed postea † ratum habuit.Alc. ibi. quod intellige primò, quando ratihabitio facta fuit cum ipsis paciscentibus. Idem si ipsis absentibus argu.eius,quod dixit Bar.in authen.sacramenta,nu.12.C. si adu.vend. Ampl.hanc limi.etiã si consentiens sit minor 25.ann.secundum Alc.ibi.Ampl.etiã si sit minor 14.annis secundum eund.ibid.Qua ratione & in prodigo idẽ foret dicendũ.In omnibus contrarium probarem. Moueor essicaci arg. Nam licet recepta in fauorem cuiusq; possit ipse omittere,eiusq; contrarium probare,l.pen.C.de pact.le.si quis in conscribendo,C.de epis.& cleri. tamen eam comprobationem minor facere non potest, vel prodigus, vel alias homo minus industriosus. text.in l. Titio centum.in prin.ff.de cond.& dem.l.2.C.pro empt. Vnde licet pactũ de hæreditate mea ipse approbare possim,quia p.p meam vtilitatem receptum est,cui vtilitati possunt renuntiare si sim maior,tamen id minores facere non possunt, quibus suæ vtilitati renuntiare datum non est d.l.Titio.centũ,& d.l.2.C. pro emp. Ergo cũ tale pactum negari non possit quin tendat in perniciem minoris,cuius de success.agebatur,l.2.§.interdum.ibi,improbum esse eũ,ff.de vulg.l.fin. C.de pac.l.quidam in iure,§.fi.cum l.seq.ff.de dona.l.2.ff. quib.vt indi.cũq; minores non possint renũtiare ijs,quæ eorum fauore recepta sunt,consequens est, vt eorũ ratihabitio,vel consensus,ab initio etiã præstitus id pactum firmum nõ reddat,nõ magis quàm si præstitus nõ esset.Qua ratione credere limitari debere d.l.fi.C.de pactis, vt in minoribus locum non habeat,qui assentiuntur ijs,qui de eorum viuentium paciscuntur successionibus.

Habes ergo 17 limitationes. Alias plures vi.per Ias.in l. fi.nu.7.C.de pac.vbi per nouissimos.

270 Pactum de su.suc.certo modo diuidenda † non valet,l. fin.C.de pac.Vbi duę assignantur rationes.Et ꝑterea possunt assignari omnes rationes, quas suprà accommodauimus pactioni de succe.nam vtrobiq;,si aduertis, par ratio est.Et vi.Ias.in d.l.fi.nu.38.qui huic regulæ 7 assignat am pliat.& totidem limita.per Georg.Natan.in d.c.quãuis pactum.num.66.& Curt.iuni.in d.l.fina.nu.63.& Alc.ibid. pagina 426.secundũ nostram impressiõ.Et pro hac regula est tex.in l.pactum quod dotali, C.de pact.

171 Hodie aut per † l.20.Tauri hęc innouata sunt,cũ per eã apertè & nuncupatim concessum sit,tale pactũ valere, & interponi posse,non secus,quã quęlibet alia pactio.Nec tñ intelligas,ꝙ vniuersa hæc materia per illam legem recepit innouationẽ.Nam imò intelligo, ꝙ lex illa magis limitat quàm corrigit nostrã materiam,dum id tantum disponit, vt matrimonij causa gener cum socero talem pactionem facere posit,in reliquis autẽ causis,seu casibus præter illũ, qui illa lege comprehensus fuit, magis est vt ius cõe integrum illęsumq; permaneat.quia quod non mutatur quare stare prohibetur?,vt in le.sancimus C.de test.præsertim cũ interpretatio fieri debeat,vt rescripta, & statuta ius cõe lædere quanto minus fieri poterit intelligantur,l. si qñ.cum gl.C.de inof.test.Et quia quotidie apud nostros iudices cõ-
172 trouersum est,an † d.l.20 Tauri,pertineat ad lites,quę ante ipsam l.editam motæ fuerunt,vel etiã ad pacta,quæ ante illam,l.editam facta fuerunt, licèt lis longe postea mota fuisset.quod etiam apud nos Hispanos agitatissimum est, cum quotidie apud nos nouę fiant leges,& pragmaticę,id quod vix est, vt non ludibrio sit,ideo in primis vidẽdum an l.illa ad veteres lites retrahatur,vel etiam ad nouas,quę tñ causam habuerũt vetustiorẽ quàm sit illius legis editio. Ergo

273 Ergo ante dispositionem dictę legis Tauri † erat & fuit id pactum reprobatum,& contra bonos mores. Tū, quia per illud inducitur votum captandæ mortis,cū sit pactum de futura succesßione,vt in l.stipulatio, hoc modo concepta,ff.de ver.obli.& in l.fi.C.de pact.& in l pactum dotali C.de collat ion.& in le.cum donationis,C.de transactio. argu.c.ne captandę,de conces.præb.lim.6.Tum, quia per illud tollitur libera facultas testandi,quod etiam de iure reprobatum est,vt in l.1.C.de sacrosanctis ecclesiis,& in auth.de nuptijs,in §.disponat,quarta collatione.& in allegata.l.stipulatio hoc modo concepta.suprà allegata.Et ista ratione simile pactum factum a socero cum genero nullo modo socerum obligabat ad obseruantiam ipsius,quia turpe,& contra bonos mores erat ante dispositionem, l. Tauri.vt est casus formalis & expressus de hoc in l.pactū quod dotali,C.de pac.Et hinc per illam l.dicunt Bal.& Salice.in ead.l.quòd decipiuntur generi , qui contemplatione talis pacti capiunt filias suorum socerum in vxores. Ratio huius est,vt ipsi dicunt, quia tale pactū est contra bonos mores.Adeo erat hoc verum,quòd non firmabatur iuramento tale pactum,cùm erat contra bo.mo.vt in regula.Non est obligatoriū,de reg.iu.libr.6.tenet glo.in l.si quando,in §.illud in verbo grauari,C.de inofficioso testament.idem tenet glo.in l.pactū.quam ibi commēdat,& sequitur Bal. in quinta oppositione,C.de collatio.tenet Bart.in l.si quis pro eo.in primo membro,ff.de fideiussori.& in allegata l. stipulatio hoc modo concepta,in prima colum. hoc idem tenuit Ange.in l.fina.C.de pact.& alij quàm plures docto. Et adeò est hoc verum (dico quòd erat verū de iure ante dispositionem dictæ legis Tauri.) ꝙ etiam si socer dolosè induxerat generum suum ad contrahendum cum filia sua ratione dicti pacti,aut conuentionis,qui gener alias nō contraxerat matrimonium,nihilominus tale pactū etiam si dolosè factum ad inducendum generum ad contrahendum cum filia sua,erat nullum,& inefficax, & non poterat socer, aut hęredes sui a genero actione de dolo conueniri,vt eleganter inquit Bald.in l.cū Archimedoram,Co. vt in posses. lega. & ibi dicit fore casum ac hoc in allegata, l.pactum dotali.Co.de pact.Et ex hoc præsupposito rectè infertur,& colligitur,dispositionem dictę legis Tauri correctoriam omnimodò esse prædictarum legum , & iuriū

274 suprà allegatorū.Sed adhuc videtur,ꝙ etiam sit† proprium legis,aut constitutionis nouę, sit futura respicere,& ad p̄terita non extendit , vt in l.leges & constitutiones,C.de legibus,& in capit.fina.de constitutio. & in capit. secūdo eodem tit.& in authen.vt factæ nouæ constitutiones, per totum.tamen cùm in eisdem nouis constitutionibus, cauetur,quod ad præterita se extendat, tunc bene se extendit.facit quod ait Imperator allegata,l.leges,& constitutiones C,de legib.& l.vltim.& penulti.in fi.C.de sacrosan.eccles.Et illud idem statutum est iure pontificio,vt in allega. c.fi.de consti.

Etenim de potestate legis dubitandum non est,quin licèt eius natura sit futuris dare formam negotijs,tamē etiā preterita respicere,& comprehēdere posiit,si id voluerit, & vtile,fructuosum,piumq́; iudicauerit.argument.le.prima & secunda,ff.de legib.c.erit autem lex 4.distinctione, & argumento eorum,quæ late tradūt Bald.& alij in le.de quibus,& in l.non omnium,ff.de legibus. latius per Tiraquellum in tracta.de vtroque retrac.in princip.pagin. 37. nume.75.

275 Sed sic est,quòd licèt sit proprium † constitutionis nouæ respicere futura,& non præterita, vt superius dictū est tamen quando constitutio.est declaratoria, bene extenditur ad præterita,vt est communis opinio scribentiū in allegato cap.fina.de constit.& in l.leges & constitutiones C.

276 de legib.probat text.in authen.de filijs natis † ante dotalia instrumenta in §.primo notat gloss.fina.in princip.in data sexti libri.Et hinc dicit Bald.in l.non dubium.in 2.col. C. de legib.ꝙ in plus se habet declaratio, quàm constitutio, quia declaratio respicit etiam præterita,sed constitutio noua futura tantùm.Hoc etiam tenet Federicus de Senis cōsil.112.incipien.Pienti amice carissime.in secūda col.& in alijs plerisq; locis tenent hoc idem doctores plures . Nec nouum,aut mirū id cuiquam videri debet, quia qui declarat,non tam denuò quicquam egisse , quàm illud,quod iā factum fuerat,detegisse videtur,vt est text.in l.adeò.ff.de acquirend.rerum dominio,& in l.hæredes palàm, §. primo,& §.sed si notam . ff.de testament. Hinc etiam dicimus,quòd per sententiam nunquàm transfertur dominiū quia sententia tendit non ad aliquid denuò inducendum, aut concedendum,sed potiùs ad declarandum . vt late resoluit Ias.in l.ex hoc iure,ff.de iustitia,& iure.Sic ergo videbatur posse d.legem Taurinam ad causas præteritas trahi,& referri.

Sed ijs non obstantibus,contrarium est veritas, immò

277 ꝙ dispositio dictæ † legis non extenditur ad hunc casum immo quòd iste casus iudicandus est secundum anteriora iura,quæ improbant tale pactum, tanquam contra bonos mores,& permittebant soceris sine obstaculo,& impedimento pacti atque conuentionis contrariæ de bonis suis inter suos filios liberè testari,prout poterant ante conuen

278 tionem,& promissionem prædictam de non † meliorando aliquem ex filijs,aut filiabus suis . Et quòd hoc sit verum capit fundamentum ex eo,quod presupposui,videlicet , quòd dicta lex Tauri nedum est noui iuris editoria, quę ad preterita non extenditur,vt iuribus suprà allegatis habetur , verùm etiam est iuris anterioris correctoria , & cùm sit correctoria , & sic exorbitans, intelligēda est strictè , vt l.præcipimus,Co.de appellation.& in l.sancimus, Cod.de testament. & ideo legum correctio inquantū possibile fuerit vitanda est, vt in cap.cùm expediat.de electio. li.6.notāt gl.& scribētes in auth.quas act.C.de sacros.eccl. libr.6.notant gloss.etiam in capit.cupientes . in §.quòd si per viginti,de electtion.eodem libr.6.Si igitur constitutio benigna iuris noui editoria non extenditur ad præterita, sed solùm futura respicit,a fortiori, & sine aliquo dubio constitutio noua & correctoria anterioris iuris, tanquam exorbitans ,& contra antiquas regulas iuris restringenda, ad præterita nullo modo extenditur. Ita concludunt omnes docto . præsertim moderni in allegato capit. finali de constitution.& in dict.l.leges,Cod.de legibus. Quòd autem dicta lex. Tauri.in sua dispositione fuerit correctoria plusquam manifestum est ex ijs, quæ præsupposui . quia text.in d.l.pactum quod tali.C.de pact.apertè disponebat, & disposuit contrarium eius, quòd dicta lex Tauri disponit,immò talis conuentio reprobata,tanquam contra bo. mo.& inducens votum captandæ mortis erat,vt in l.fina. C.de pact.& in l.1.D.de sacrosan.eccle.& l.cùm donationis,C.de transanctio.& le.stipulatio hoc modo concepta,

179 ff.de verb.obli.Et adeo est hoc verū,quòd cōstitutio † noua,aut iuris antiqui correctoria ad futura tantum trahitur & nō ad præterita,ꝙ trahere leges ad præterita,esset quædam calumnia,& causa nouarum litiū.vt dicit Bal.in allega.c.fi.de constit.in finalibus verbis.idem dicit in allegata, l.leges,C.de legib.alleg.ibi text.qui ad literam hoc dicit in l.penultima.in fina.C.de Decurio.lib.10.cuius verba sunt hæc.Eadem videlicet constitutione diuæ memoriæ Zenonis ex die,qua promulgata est,suas vires obtinere,cùm conueniat leges futuris regulas imponere,non præteritas calumnias excitare.Facit etiam adhoc tex.in l.comparationes,in fi.C.de fide instrumēt.Hinc est , quòd lex vel statutum,quod porrigit vires suas ad præterita , tāquam exorbitans,& contrarium a iure communi, strictè interpretandum est,vt voluit Bar.in l.prætor, §. erit itaque 2.col.ff.vi bon.rapto.

180 Item est hoc intātum verum,quòd constitutio † noua non extēditur ad præterita. Quòd & si præterita ante legem nouam sint incoacta,& consummata,non extēditur dispositio legis nouæ. Ista est communis conclusio scribētium.Hanc tenet Bar.in l.omnes populi ff.de iusti. & iure Bald.Salice.& Moderni in allegata l.leges,Co.de legibus,

Innocen.Ioan.And.& Hostien.& Abb.& Moderni post eos in cap.2.de constitu.& in cap.fina.eod.tit. Ad hoc facit tex. valde solennis & singularis, multum commendatus ad hoc per Paul.de Castro in l.iubemus, in §.fina.C.de testament. vbi prędicta lex dans nouam formam in testamētis faciendis, non extenditur ad testamenta iam facta, etiā si talia testamenta non fuerint morte testatorum cōfirmata, quia testatores superuixerunt. Adducit Imperator rationē dictę suę dispositioni ꝑ ista verba pro ratione dicēs. Quid enim antiquitas peccauit, qua præsentis legis inscia, pristinam obseruationem sequuta est? De hoc est lex partitæ, quæ ad literam istud dicit sine aliqua dubitatione tertia, part.titulo decimoquarto, l.fin.in fi.Facit authoritas,& doctrina Cleonis, quem refert Themistocles in orationibus suis. Cleonis, inquit, sententia erat, melius agi cum republica, quæ malis legibus,& moribus constanter vteretur, quàm cum ea, quæ bonis, sed inconstanter. Quasi frequens legum mutatio ad calumniam, & aucupium magis pertinere videretur, quàm ad salutem & incolumitatem publicæ rei. Qua de re imperatorum nonnulli, inter quos & Iustinianus ipse, malè audierunt. Quòd si suspectū est etiā eo casu, quo leges futuris tantū, non etiā præteritis dant formam negotijs, quantò magis, quantoq; iustius diceretur, si etiam preterita respicerent, & comprehenderent? tunc enim apertior aucupandi, & fraudandi suspicio esset.

Et primò ad illud, quòd cum in lege noua cauetur, ꝙ se extendat ad præterita, quòd tunc bene extenditur, vt per allegatum capitu.fina.de constitutio.cauetur,& in dic. l.leges, C.de legibus, & dicitur, quòd illud cautum est in
281 dictis † legibus Tauri, dum in fine earum inuictisimi Principes authoritatem dictis legibus dantes, præcipiūt, & mandant, & in præcepto suo ista verba ponunt, quæ vean las dichas leyes de suso incorporadas, y cada vna dellas, y en los pleytos, y causas que de aqui adelante de nueuo se mouieren, y encomençaren, las guarden, y cumplan y executen, y las fagan guardar, cumplir, y executar, &c.
282 Nam si rectè intelligo, prędicta verba potius † faciunt cōtra, cum requirat illa dispositio, quòd causa, & lis incipiat de nouo post publicationem dictarum legum ad hoc, ꝙ dictæ leges in dictis causis locum habeant. Et non solum requirit quòd lis inchoetur, vel incipiat post dictas leges, imo quòd causa, ex qua vel propter quam lis mouetur, fuerit post dictas leges, cùm pro diuerso ponit litem, & causam, cum dictio, &, ponatur inter diuersa, & sic illa dictio, causas, non ponitur pro litibus, quia de litibus iam dixerat, & superflueret vnum illorum verborum, sed, causa, ibi ponitur pro casu, aut facto ex quo lis oritur. Ad hoc allego Bald.in terminis, qui sic istam dictionem, causam, intelligit in allegata, le.leges, C.de legibus, in 1.columnn.dū dicit. Quærit gloss.quando causa est de præterito, & lis de futuro, vtrum statutum interim factum porrigatur ad iudicium quod postea agitatur? Et videtur quòd non, quia iudicium trahitur ad tempus causæ, vt l.si rem, §.fi. ff.de pig.actio. In contrarium quia illud iudicium emergit post legem, ergo disponit per virtutem legis, Respondit glo.
283 quòd vbi causa est de † præterito, licèt iudicium sit de futuro, lex non disponit de illa causa. vt in authen. vt cum de appellat. cogno. in princi. & in hac conclusione residet in fine Bald. Et quemadmodum Bald.assumit ibi causam pro casu aut facto, ex quo lis proficiscitur: ita in dic.l. Tauri causę non pro litibus, nec pro causis ordinatis in iudicio sed pro primordialibus causis, & factis, ex quibus postea lites oriri contingit. Et in terminis ego ad hoc allego tex. expressum in capitu.forus. post princip.de verborum signification. vbi text.de causa & lite differentiam facit. Et
284 cum text.dictarum legum † Tauri requirat, quòd lis, & causa de nouo superueniat, ad hoc, quòd dictę leges locum habeant, potius pro nostra parte verba dictę legis faciunt. Quia ad hoc, vt dispositio nouæ legis ad facta, & casus præteritos referatur, hoc expresè caueri debet in tali dispositione. vt dicit dict.l.leges, C.de legibus.& capitu. fina.de constitut.' sed hoc nedum non cauetur in dic.l.expresè, imo potius videtur caueri cōtrarium, vt iam suprà dictum est, cùm illud, quod ambiguè, & sub generalitate disponitur, non videtur expresse, & nominatim caueri. argum.l.2.ff.de liberis.& posthum.& in §.nominatim.Inst. de exhęre.libero.
285 Item quando in aliqua noua dispositione sunt † verba, quæ possunt referri ad præterita, & futura, semper intelligenda. l.est, vt futura respiciat, & ad præterita non trahatur doctrina est Bart.in alleg.l.omnes populi, ff.de iusti. & iur. Ioan.de Imo.& Abb.in allegato, c.fi.de constit.Bal. Salyc.& Paul.de Castr.in alleg.l.leges.C.de legi.
286 Item, quòd quando casus, aut causa † est de præterito ante legem conditam, & lis super ea causa, aut casu moueatur post legem conditam, quò ista lis non debeat determinari per legem nouam, sed per antiquam, est text. apertus, & valde singularis in allegata 3. par.tit. decimoquarto in l.fi.in fi. quæ lex ponit securim ad radicem huius quæstio.
287 Quo ad pactum de futura † successione conseruanda dic, quòd id pactum non valet. Fallit vt per Iaso. num. 16.in fi.C.de pact.post Barto.ibi. Vide Natan num.62.in cap.quanuis.Vi.Cur.in l.fi.de pact.nu.32.vbi Dec.nu.22. Bene facit, l.quidam cum filium versi.quare.de ver. oblig. ff.cum glo.mag.ad finem.Natan.nu.61.versic.Sextò fallit Et quod dixi id pactum non valere, adde id esse contra cōmunem, de qua infra suo loco, vbi docui communem nō esse veram.per l.hæreditas.C.de pact.conuen.& le.fina.in prin.& in secundo & 3.resp.de suis.& leg.ff.& per omnes rationes, quas signaui in pacto de succedendo, de quibus suo loco disserimus, quæ non minus & hic militant. Pater ergo in terminis d.§.fi.de leg.agna.su.Insti.ius agnationis conseruare videtur, non hæreditatem submouit enim impedimentum emancipationis, eam limitando, secundū Alcia.in d.l.fina.in gl.adhuc. Simil. secundum eundem. Nam licet iure communi non possint filij in feudum succedere. quod & docet Iaso.in l.filio quem col.4.ff.de libe. & posthu.tamen pater potest pactione prouidere, vt succedant. Nec mirum. Cùm enim ista pendeant ex volun. concedentis,& recipientis, cui dubium, quin eorum volūtates seruandæ sint? Ita procedit c.primum de frat.de nouo feud.inuest. Sed & isto casu non hæreditas pacto datur sed ius quoddam singulare, nam & idem est in quolibet fideicommiss.' vt l.vnum ex fam.per totam, l.peto.per totā. de lega.2.ff.idem in quolibet maioratu. Hæc enim omnia
288 sunt singularia, quę † pactionibus subiacent. Secus in vniuersali successione, quę non defertur nisi lege, ab intestato
289 vel per hominem ex † testamento. Simile secundū eundē post Ias.nu.18.& post Bar.& Ang.& Natan.vbi supra.nu. 65.Curt.in d.l.fi.nu.37.qui opi.Bar.dicit communem, De
290 cius, num.22. Omnes isti tenent, ꝙ † stante statuto, quòd extantibus masculis filię fœm.non succe.ab intestato, si cōuenerit inter patrem & filiam, vt ipsa ab intestat.succedat, valebit pactum, filiaq; ab intestato vocabitur cum fratrib. Impedimentū.n.statuti pactione sublatum, non hæreditatē pacto datā videri inquit Alc. Quæ cōis probatur per l. fi.C.fa.hær.facit, l.quoties, eod.l.quæ pater, & l.si pater.ff. eo.l.quid ergo.2.de leg.1.l.parentibus, C.de inof.testam. Contra hanc cōem tenent Bal.Ful.& Paul.in d.l.fi. Primò ꝑ l.pactū dotale, C.de pac. Sed resp. Ibi dicitur, ꝙ pater nō potest astringi ad filios æqualiter instituendos, non per pactum impediatur libertas testandi. Nam id pactum (secundum omnes) nunquam obligat eum, cuius de hæreditate agitur. Non tamen negatur, quin ipse, si velit, possit pactione hęreditatem filiæ ab statuto exclusæ dare, itaq; inuitus non cogitur, sed volens bene admittitur. Secundò adducunt l.fi.maximè 2.resp.de suis & leg.ff. Sed respō. Pater filiam ab intestato non exclusam pactione excludere nō potest, vt ibi, sed ab statuto exclusam pactione admittere potest, vt in d.l.fi.C.fam.herc. Tertiò adducitur l.hæreditas,

de pact.

de pact. conuen. Sed respon.secūdum Iaſ.& Alc.quòd vt pater ex permiſſione ſtatuti poſſet hæreditatē filiæ in teſtamento dare,ita quoq; per pactum. Quod omnino falſum eſt.Nā ſi haberem cognatos alios in proximiore gradu,alios in remotiore,nulli dubium , quin omnes pariter poſſim teſtamēto vocare, & tamen ſi inteſtatus decedere volens,faceret pactum cum remotioribus, vt pariter cum proximioribus ſuccederent,nulli dubiū,quin nil agerem, d.l.hæreditas,ergo,&c.Tu ergo dic ſecundùm Cur.vbi ſu
291 pra,quòd licet cognatis,extraneisq; † hæreditas pacto dari nō poſſit,poteſt tamen filijs d.l.fi.C.fam.her. Quod ni ſi admittamus, cōis defendi nunquā poterit ſecūdū eum. Intellige tamen pacto dari,non immediatè,ſed mediate. Nam id pactum cum perſeuerātia vſq; ad mortem habet vim vlt.vol.tam inter filios,vt d.l.fi.C.fam.herc. quàm inter milites,vt d.l. licet, C.de pact. Id quod latius ſuo loco diſſerimus,licet in vtroq; teneat contrarium,& male Alc. in d.l.fi.in gl.certos,pag.423.in prin. Effectus eſt magnus. Nam ſi ex vi pacti filia admiſſa videretur,tunc pater, & ſi vellet,pœnitere non poſſet:ſed cū id pactū (ſecundū oēs) nunquam obliget eum,cuius de hære.agitur(qualis eſt pater)vt l.fi.de pac.C.ſequitur, ꝙ poterit pœnitere vſque ad mortem,filiamq; iterum excludere. Subinfero cōtra Alc. ibi.ꝙ in ꝓbatiōne illius pacti(vtpote habentis naturā vlt. volun.)deſiderantur quinq;,vel ſeptē teſtes,quod ſaltem verū eſſet,cū res non ageretur inter liberos.vt in terminis l fina.de pact.C.vi ſim'.per Iaſo.in l.filio quem,ff.de libe. & poſthum.columna ſecunda.Sed adhuc contra princip. opin.oppono nouiſſim.quòd licet pacto hæreditas liberis dari poſſit (ſecundum communes) tamen tunc certum eſt liberos ab inteſtato , non ex teſtamento ſuccedere , vt dict.le.fina.C.famil.herciſcun. ſed filia ab inteſtato ſuccedere non poteſt. ergo , &c . Reſpond . Mens ſtatuti fuit, quòd filia non poſſet ſuccedere ſine expreſſa voluntate patris,quæ iſto caſu in ſucceſſione inteſtati non minus adeſt,quàm ex teſtamento,ergo.&c. Simi.ſecundum Alciat.in gloſſ.adhuc ſuperſtite.d.l.fina.in patre, qui ingratitudinis præteritæ iniuriam filio remittit , vt ſibi ſuccedere poſſit . Sed errat , dum putat hanc remiſſionem eſſe neceſſariam,quæ ex teſtamēto non eſt neceſſaria,vt l. omnimodo, C.de inofficioſo teſtamento,nec ab inteſtato, le. in arenam,eodem l.cognatis,ff.de rebus dub. Niſi dicas, ſecundum communem , quòd niſi ingratitudo probaretur remiſſa tunc excluderetur per venientes ab inteſtato eam probantes.

Adde,quòd id pactum de ſucceſſione conſeruanda videtur valere,argumento,l.cùm quidam.verſic.quare cum gloſſ.magn.ad fina.ff.de verborum,& quod ait Natan.numero 61.verſiculo ſexto,fallit in dicto capitulo . quanuis. Sed reſp.non valere ſecundum nos.Nam ibi non ſeruatur per pactum ius futuræ ſocceſſionis , ſed per agnationem . Verum tamen eſt , quòd pœnæ metu in pactionem deductæ ea agnatio conſeruatur difficiliúsve diſſoluitur. Sed circa intellect.dict. verſicu.quare,quæro,an ſi filium meū tibi in adoptionem dedi , promiſiſtique ſub pœna non emancipare , vel exhæredare, deinde ex iuſta cauſa ingratitudinis , propter quam de iure communi potuit emancipari , vel exhæredari . vt ibidem eum emancipaſti , vel exhæredaſti , an incidas in pœnam ? Et Cuman . ibi tenet quòd non incidas.Idem Iaſo.numero decimoquinto. Confirmo vltra eos. Nam ſecundum Bar.in l.fi.C.de pac. quem ſequuntur docto.magis communiter,& recte,non valet conuentio de non reuocanda etiam propter ingratitudinem futuram donatione , idque ne detur occaſio delinquēdi,argum.l.conuenire,ff.de pact.dota. Confir. quia id pactum poteſt aliquid adhuc operari, vt ſcilicet eum ſine iuſta cauſa emancipare , exhæredaréve nequeat (licet enim naturalis pater inuitum filium emancipare non poſſit ſecundum Iaſo. vbi ſupra , adoptiuum tamen poteſt le. cum in adoptiuis C . de adopt.) quod alias impune facere poſſet, vt dixi. Adhuc in contrarium fortiter facit d. verſic. quare cogita.

292 Deniq; dum ſupra incidenter attigimus,an valeret † donatio omnium bonorum,licet communis opin.ſit vt non valeat,vt per Bar.num.10.Curt.iuni.nume.46.vbi Alciat. Purpuratus,Dec.Alex.& alij.Emanuel lib.1.interpretationum c.20.tamen verior opinio eſt affirmatiua,vt donatio valeat.Quam nō pauci doctorum ſequuntur. Nam prætereà,quòd omnia cenſentur permiſſa, quæ nō reperiuntur expreſſim prohibita,l.nec nō §.quod eis ff. ex quibus cauſis maior,neque talis donatio vlla lege vetita inuenitur,eſt certum, quòd facultatem teſtandi poteſt ſibi vnuſquiſque auferre per actum quemlibet,ſiue ille meritorius ſit,quale eſt monachiſmum.vt in authentic.ingreſſi.C.de ſacroſanct.eccleſ,vbi per omnes . tradunt omnes indifferenter in capitu.in præſentia , de probation. ſiue etiam actus ille ſit demeritorius,quale eſt, cùm quis ſeſe vendidit ad pretium participandum,§.fina.Inſtitutio.de iure perſonarū . ſiue etiam actus ille ſit indifferens,quale eſt,cum quis ſeſe arrogandum prębuit,vt in l.penultim.vel fina.§. penultimo . ff.de ſecundum tabul.§.non tamen.Inſtituti. quibus mod.teſtament.infirm.l. ſi arrogator . cum ibi notat.ff.de adoptio.Si ergo per omnem actum , ſiue meritorium , ſiue demeritorium, ſiue indifferentem poſſum mihi auferre facultatem teſtandi , quantò facilius potero omnia bona præſentia,& futura donare? cùm adhuc poſſim facere teſtamentum , & habere hæredem,vt in le.hęreditas etiā ſine vllo corpore, ff.de petitione hæreditatis . maximè cū hæredi ſcripto ſuperſit honos inſtitutionis,l.Iulianus, ff.ſi quis omiſſa cauſa.nec hodie poſſit periclitari facto inuentario,le.fina. Codi.de iure deliberand . aliter enim negaremus poſſe teſtari homines egenos, quod eſt indubitáter falſum.

Illud autē non eſt prætermittendū,ꝙ licet non poſſim
293 † renuntiare hæreditati viuentis,l.nec nos,C.de capti.le. qui ſuperſtitis.ff.de acqui.hęred.l.pactum.dotali,C.de collation.l.ſi quando,§.illud.C.de inofficioſo teſtamento. capitulo quanuis pactum.de pactis.in ſexto.tamen illud verum eſt,cum repudiatio confertur in præteritum,vel præſens tempus,vel fit ſimpliciter:non ſic quando expreſſim confertur in futurum ſub hac explicita conditione , ſi ius nobis deferri contigerit.ita tenent Bart.in le.1.C.de pact . cum quo eſt,communis opinio.vt reſoluunt ibi Alexā. & Iaſ.& Curt.iun.num.48.Alciat.in glo.iniquum.Quę opi . ex mente ipſorum varie intelligitur . primùm,quando hęreditas viuentis repudiatur per verba illa.Repudio hæreditatem Titij viuentis ſi quando mihi deferri contigerit. Et ſic limitatur d.l.pactum dotali.& dict.§.illud,& d.cap. quanuis.

Secundò intelligitur , qn̄ ſimili modo repudiauit hęreditatem hominis mortui nondum delatam,quia ſub conditione erat relicta.Sicq; limitatur l.is qui hæres,ff.de acqu. hær.in pr.l.1.§.decretalis,ff.de ſucceſſ.edi.

Tertiò intelligitur, qn̄ per pactum conuentum per ſimilia verba renuntiaſſet hęreditati viuentis.Et ita limitatur d.l.pactum dotali,& l.quidam in iure,§.cum l. ſequ.ff. de dona.cum concor.

Sed omnes has tres concluſiones communes ſuſpectas eſſe crediderim,quia ſunt contra tex.in ſui generalitate,in d.l.nec nos,& in d.l.qui ſuperſtitis,& in d.l.is qui hæres,in verbo,nihil agit,& in d.le.pactum dotali , & in d.l.fi.ff.de ſuis & legi.& in d.§.illud,& in d.ca.quanuis,& in d.l.1.§. decretalis,ff.de ſucceſſorio edicto l.1.§.quod ait 2.ff.quorum legatorum,& l.qui poteſt,ff.de reg.iu.l.ſi ita relictum §.ſub conditione,ff.de lega.2.

Neque ad rem pertinuit,quòd verba dirigantur in futurum. Quia per hoc licet apertius monſtretur voluntas renuntiantis, vel repudiantis ſeſe in omni caſu excludere volētis,tamen defuit poteſtas,quæ nihilo augetur,propterea quòd verba in futurum cōferantur, vt nominatim probat d.§.ſub conditione.Prętereà in actibus inter viuos,qualis eſt illa renuntiatio , vel repudiatio,vel pactio, quod pure fieri

fieri non potest, id sub cōditione similiter fieri nō licet. l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verbo. obliga. §. 1. Instit. de inut. stipu. quod & in vlti. vol. procedit, l. cætera, §. tractari. l. apud Iulian. §. constat, ff. de lega. 1. Ad l. primam, C. de pact. l. fideicom. C. de transactionibus, l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verbor. respōde, quòd loquuntur in fideicom. iam delato, licet non pure, sed sub conditione, quod ius in rerum natura esse intelligitur, & sic remitti potest, etiam si verba expressim conferantur in præteritum, vel præsens, vel simpliciter proferantur, præsertim cum ibi ius non perimatur, sed pacti exceptio detur, quę exceptio si aduertis, cessat, & nulli potest competere in casibus superioribus. Et ad legem in tempus, responde, quòd loquitur quando erat incapacitas ex parte personæ, nos autem loquimur quando ex parte rei ius non erat in rerum natura. Et ad legem, si rem meam sub conditione, ff. de verbo. obligatio. respond. quòd loquitur in pacto duorum consensu firmato, & in re permissa & honesta, quę honestas cessat, quando agitur de hæreditate viuentis. Et pręterea cùm illa iura in diuersis casibus loquantur, nihil impedit, quin singula in singulis suis casibus prout iacent intelligantur.

Denique videtur, quòd saltem debeat hæc repudiatio,
294 seu renuntiatio † iuramento firmari, cap. 2. de pact. libr. 6. Quod admittunt Barto. Imo. Paul. Are. & Roma. in prin. dictę legis, qui superstitis, nec vllus discrepat, reprehendētes glo. ibid. quę contrarium dixit. Tamen defende gl. contra omnes, quia hæc simplex repudiatio desinit valere, etiā quo ad præiudicium repudiantis ex defectu potestatis & iuris, & quia in nullius fauorem fit, vnde ex tali iuramento nulli ius acquiritur, non magis, quàm ex pollicitatione & consequenter, &c. vt per Ias. in rub. ff. de verbo. obligat. Nec obstat d. c. secundum, de pact. Nam loquitur signanter, quando fiebat renuntiatio per pactum conuentum inter filiam & eius patrem, nos quando fiebat simpliciter. Vnde cùm fit per pactum, aut id pactum fit cum eo, cuius de hęreditate agitur vel cum alio de consensu ipsius, & firmatur iuramento. Aut cum alio sine consensu ipsius, & non firmatur iuramento. Bar. in d. l. qui superstitis. Infero, q in terminis, d. l. qui in iure, etiam iuramento non firmaretur ea donatio, quod alibi diximus, & nostra opi. probatur euidenter. Nam per talem renuntiationem vtcunq; iuratam ius illud, quod in rerum natura non est, perimi non potest, non magis, quā si posthumum nondum conceptū, aut fructus nondum natos velles per interuentū iuramenti perimere, id quod probant omnes illę leges, quas in præcedenti quęst. allegamus. Quod si dixeris, quòd ope exceptionis iurans excluditur, id est impossibile, cum nulli ius quæratur, ex quo cum nullo ille renuntians contraxit, ergo, &c.

Redeūdo ad requisita testamentorū, deinde requiritur,
295 q testis † testamento adhibitus non fuerit compulsus. Ita probat tex. in l. qui testō §. fi. in fi. ff. de testam. per quē tex. Iaso. in rub. C. si aliquem testari prohibuerit, tenet contra communem ipso iure non valere testamē. in quo testator compulsus esset. Cuius opi. sequor supra, §. 17. nu. 5. vbi incidenter attigimus.

Illud autem quæri potest, an quòd testis nō sit coactus procedat in testamentis priuilegiatis non secus, quàm in regularibus, & solennibus? Et magis est idem fore, arg. eorum, quæ in simili diximus suprà §. 13. nu. 22. præsertim, quia lex generalis comprehendit casus etiam priuilegiatos nisi de indiuiduo in illa specie reperiantur habere priuilegium l. in fraudem, §. fi. ff. de mili. testam. l. 1. & 3. tit. 4. lib. 1. ord. est communis opi. vt per nos in §. 35. nu. 5. facit le. si quando, C. de inofficio. testamen. in prin. l. 11. tit. 10. lib. 6 ordinament.

Quòd autem vitietur testamentum priuilegiatum per coactionem testis, varie accipere debemus.
296 Primò intelligitur, qn̄ per † legem vel statutum solēnitas remissa esset in testamento. Et ita potest & debet intelligi l. 1. ti. 2. lib. 5. ordi. & l. fi. tit. 12. par. 6. tunc enim quo ad numerum tantum testium, non etiam quo ad ipsorū compulsionem remissa solennitas videretur, ne iniuria testi fieret.

Secundò intelligitur in testamento habente clausulam codicillarem. Et ita intelligas text. & quod ibi per Bart. & omnes in l. 1. ff. de iur. codi. l. fi. vbi omnes, C. de codic. l. fi. tit. 12. partit. 6.

Tertiò intellige testō facto a principe, quod cum minore solennitate quā regulari valet. Et ita accipias quod scripsimus in §. 26. nu. 1. Nisi velis tunc distinguere, vtrū iussu ipsius principis esset compulsus, nec ne.

Quartò intelligitur, quando per consuetudinem remissa esset solēnitas. Et ita intelligas, quod scripsimus in §. 21. nu. 44. nam & tūc quo ad numerum, non quo ad compulsionem testium solennitas remissa videretur.

Quintò intellige in testō facto ab habente merū imperium vbi testabatur. Et ita intelligo quod scripsimus, in §. 22. nu. 28. Hòc tamen casu fortè referet iussu ipsius domini testis compulsus esset, an non, id non firmo vt illico dicam.

Quod & 6. intellige in testamento facto apud acta iudicis. Et ita intelligas quod scripsimus, in §. 24. numero septimo. per l. omniū, C. de testamentis. Nisi fortè dicas hāc etiam formam in hoc testamento remissam videri, argu. dicta l.

Septimò intellige de iure et canonico. Et ita intelligas cap. cum esses. & cap. relatum. j. de testam. quod testamentū licet agnosceremus esse informe, vt attigimus suprà, §. 11. ad fi. adhuc tamen hanc formam cum læsione testis remitti non deceret. id non firmo vt illico dicam.

297 Octauò intellige in testō † militis. Et ita intelligēdum quod docemur in §. 24. nu. 18. & l. 4. tit. 1. partit. 6. quæ sic ampliatur. in quo testamento licet sit informe, non puto hac forma læsionem tertij remitti. id tutum non est vt infra proximè.

Id quod 9. intellige in testō patrisfamil. testantis inter liberos. Et ita intellige quod scripsi in §. 21. nu. 45. & l. 7. ti. 1 par. 6. quæ sic ampliatur in quo testamēt. licet cum reliquis solennit. dispensetur, non tamen cum ista. id tutum nō est, vt prope docebimur.

Decimò intellige in testamento ad pias causas. Et ita accipias quod docemur in §. vigesimosecundo, numero primo. in quo similiter testamēto licet cum reliquis solennitatibus dispensetur, cum iusta tamen dispensari in præiudicium tertij non deceret. tene contrarium vt continuo dicemus.

Vndecimò intellige in testamento facto corā presbytero parochiali. Et ita quod docemur in §. 22. nu. 27. est intelligendum. Quod tamen testamentum secundum nos nihil habet specialitatis.

Deniq; id 12. intellige in testamento peregrini. Et ita quod admonuimus in §. 24. nu. 4. & ita l. 2. tit. 2. lib. 5. ordinamen. est intelligenda.

Decimotertiò intellige in testamento, vbi legitimi hæredes scripti essent. Et ita quod admonuimus in §. 22. in prin. est intelligendum.

Decimoquartò intellige in testamēto facto in loco hostili. Et ita quod scripsimus in §. 24. nu. 9. est intelligendū. Nec hac in re etiam in eo testamento dispensabitur, ne testi damnum inferatur.

Decimoquintò intellige in testamento facto tēpore pestis. Et sic intellige quod scripsimus, §. 22. nu. 35. nam & tunc magis est ne hac in re dispensetur. tene cōtrarium vt continuo dicemus.

Decimosextò intellige in testamēto quod fieret in carcere tyranni. Et ita illa materia, vt alibi docemur, intelligitur, nā & in eo non dispensabitur in hoc. tene contrarium vt prope docebimur.

Decimoseptimò intellige in testamento facto vbi deest copia testiū, vel hominum. vt in simili scripsimus, §. vigesimoquar-

simoquarto.numero quinto.Quod sic intelligendum est.licèt illud vitium compulsionis hoc casu tolerabilius esset.

Decimooctauo intellige in testaméto facto ruri. Et ita quod docemur in §.vigesimosecundo.numero vigesimonono.intelligendum est. licet hoc casu compulsio nõ tam punibilis esset.

Decimononò intellige in testamento coram episcopo retenta opin.quorundam, qui in tali testamento remitti solennitatem contendunt. Et sic quod scripsimus,§.vigesimoquarto.numer. decimo intelligendum est licet nos ibi speciale esse negemus.

In oĩbus ergo his casibus singularibus per coactionem vnius testis ex necessarijs testame.vt puto vitiaretur. Non sic, si aliquis testium præter necessarios ibi adfuisset coactus, nam eius coactio non noceret, argument.l.hæredes palàm,in princ.ff.de testament.& in princip.cum ibi notatis.C.de rei vxoriæ actio. & quia solennitati addi nil potest,vt ex cummuni opinio.resoluimus,§.vndecimo, numero vigesimoquinto..

Idem ergo foret etiam in eo testamẽto,quod per pactũ reciprocum inter milites ad bellum per gentes fit,vt in l.licet,C.de pac.vt duobus testibus,quorum alter compulsus esset non videretur sufficiẽter probatum. Quæ nota,quia nullibi sunt collecta.

In omnibus tamen his casibus, vel saltem in eorum plerisque cum testam.sit informe, vt sic testes non ad formã vt regulariter in testamentis,sed tantum ad probationem, vt in actibus inter viuos desiderentur, tentari posset,vt testis etiam non rogatus, imò etiam compulsus fidem faceret,non secus,quàm si compulsus,non esset, licet propter compulsionem,iniuriarum agere posset.Sicq; d.l.qui testa
299 mento,§.fina.20.reciperet limit.nullibi collectas,sed omnes prçter sententiam communis opi.Et hoc puto verum vt probaui suprà,§.11.ante finem.

1 *TEstamentum inter liberos valet sine hęredis institutione, si illi suitatem habeant.*
2 *Suitas quid contra Ang.*
3 *Suitas vnde oritur contra Ang.*
4 *Sui hæredes qui dicantur.*
5 *Suus an sit adoptiuus.*
6 *Suus an sit emancipatus in successione ex testamento;quòd non cum Emanuele contra quamplures.*
7 *Suitatem non habet emancipatus in successione etiam ab intestato contra magis communem.*
Illatio.1.contra communem.
Illatio.2.contra communem.
Illatio.3 contra communem.
8 *Suitatem non habet emancipatus in successioue cõtra testamentum,cum communi.*
9 *Emancipatus etiam nepos suis exæquatur in successione intestati contra nouissim.*
10 *Suitatem an habeant nepotes.*
11 *Suus an sit nepos,si eum cum patre suo iustitui, cõtra Ang.*
12 *Suitatis iure quærit hæreditatem nepos quem cum patre institui contra Ias.*
13 *Suus non est nepos ex filio emancipato in successione intestati,cum Emannele,contra communem.*
14 *Suus non efficitur nepos auo, qui filius suus extiterat licet suus esse postea desiisset,cũ Emanue.contra Bal.& Pau.*
15 *Pater & filius vna persona. Effectus.1.*
16 *Patris & filij an idem stimum. Effectus.2.*
17 *Pater & filius etiam emãcipatus vna perssona Effectus.3.*
18 *Filius est verus dominus bo.pa.etiam viuo patre contra cõmunem, Effectus.4.*
16 *Filius viuo patre est possessor verus rerum patris cõtra cõnem Effectus.5.*
20 *Filius an viuo etiam patre hæres intelligatur.*
Effectus 6.
Effectus.6.
21 *Nepos sub omni eonditione poterat institui, contra cõnem.*
Effectus.8.
22 *Effectus.9.*
23 *Effectus.10.*
24 *Effectus.11.*
25 *Effectus.12.*
29 *Effectus.13.*
27 *Effectus 14.*
28 *Effectus.15.*
29 *Effectus.16.*
30 *Effectus.17.*
31 *Effectus.18.*
32 *Effectus.19.*
33 *Effectus.20.*
34 *Effectus.21.*
35 *Effectus.22.*
36 *Sui hæreditas existentia in 17 casibus non continuatur cũ morte patrisfam.*
37 *Suitas an suspendatur stante statuto, quòd filius possit abstinere.*
38 *Effectus.23.*
36. *Effectus.24.*
40 *Effectus.25.*
41 *Effectus.26.*
42 *Effectus.27.*
43 *Effectus 28.*
44 *Effectus 29.*
45 *Effectus 30.*
46 *Effectus.31.*
47 *Suitatis effectus quandoque suspenditur.*
48 *Suitas an operetur quandiu incerta est testamẽti validitas*
49 *Bon.poss.secundum tabu.quare non detur ventre pleno,noua ratio.*
50 *Suitas facit hæredem filium, qui pendente conditione tam institutionis quàm exhęredationis decessit.*
51 *Intell.communis ad l.filius a patre,improbatur.*
52 *secundum tabul.non datur pendente conditione,in cuius defectum fit exhæredatio.*
53 *Filius sub conditione institutus,& in eius defectum exhæredatus,quando patris abintestato hæres fiat, contra cõmunem,conclusiones.4.*
54 *Intellec.l.filijs matrem,C.de inoffi. testamento contra communem.*
55 *Intellect.l.filius a patae,ff.de liiber. & posth.Effectus suitatis.*
56 *Suitatis iure, non immistionis sit hæres filius, qui impleuit conditionem contra Ias.*
57 *Superiore casu cessat benefici.abst.contra Bald.*
58 *Suus per expilationem hæreditatis non videtur immiscuisse contra Ias.*
50 *Condit.implendæ causa quod datur,an sequuta repudiatio possit repeti.*
Intell.l.1.§ sed si parendi ff.de condi.cau.data. cõtra Paul. & Alex.pro communi.
60 *Hæreditatis acquisitio,an inducatur per implement. conditionis.*
61 *Abstinendi benefi.multipliciter amittitur.*
62 *Hæreditatis adtio an inducatur in extraneo per implemẽtũ conditionis,quod non.contra communem.*
63 *Suitas operatur,vt impleta conditione, filiusf.statim hæres fiat,contra glo.& communem cum Soci.*
64 *Idem in conditione mixta contra mentem communis opin.*
65 *Ampl.1.*
Ampl.2.

Ampl.3.

Ampl.3.
66 *Intell.§ posthumi.Inst.de hær.abintest.*
Ampl.4.
Ampl.5.
Ampl.6.
Ampl 7
Ampl.8.
Ampl9..
Ampl.10.
Ampl.11.
Ampl.12.
67 *Intellect.l. Antistius,& l.cum hæres,ff. de acqu.hæredita.*
68 *Furioso per filium quæritur hæreditas contra communem.*
69 *Furiosi filius vltro adeundo hæreditatem non quærit sibi, contra nouiss.*
Ampl.13.
Ampl.14.
Ampl.15.
Ampl.16.
Ampl.17.
Ampl.18.
Ampl.29.
Ampl.20.
Ampl.21.
Ampl.22.
Ampl.23.
Ampl.24.
Ampl.25.
Ampl.26.
Ampl.27.
Ampl.28.
Ampl.29.
Ampl.30.
Ampl.31.
70 *Intellect.l.47.Tauri.l.prima. & fin.tit. de las ganan.lib. 5.ordinamen.*
71 *L.2.& 4.titu.1.lib.4.ord.*
72 *Intell.l.47.Tauri.*
Ampl.32.
Ampl.33.
Ampl 34.
73 *Intell.l.puberum,C.de iure delib.*
74 *Qui bo.po.agnoscit,etiam iure ciuili fit hæres.*
75 *Intell.§ sed quid si mandauit.*
76 *Iussus agnoscere bo.po.potest,adire de iure ciuili.*
77 *Intell.§.sed quid si mandauit vers.aut quid si petitam,in l. qui in aliena,ff.de acq.hær.*
Declara.1.
78 *L.1.tit.2.lib.5.ord.*
Declaratio.3.
Declaratio.4.
Declaratio.5.
Declaratio.6.
79 *L 4.tit.1.par.6.ampl.*
Declaratio.8.
Declaratio 9.
Declaratio.10.
80 *L.2.tit.2.lib.5.ora.*
Declaratio.12.
Declaratio.13.
Declaratio.14.
Declaratio.15.
Declaratio.16.
Declaratio.17.
Declaratio.18.
Declaratio.19.

1 VIDIMVS testamentum requirere † liberorũ institutionem,vel exhære.vt per totũ,§.procedens.Sed hoc requisitum ; vt in testamẽto sit hæredis institutio,etiam limitatur,vt non procedat in testamento facto a patrefa. inter liberos quos in sua potestate habet , & præterea illi tenẽt primum gradum,& sic habent suitatem,iuxta tex.in §.ita demum.Inst.de hæred.quæ ab intestato deferuntur. Ita in specie probat tex.in l.inter omnes,C. famil.hercis.vbi inter omnes suos hæredes ex quolibet venientes gradu si tamen a nemine præcedũtur,potest paterfamilias facere suũ testamentum sine vlla hęredis institutione & eius testamẽtum ratum est,quibuscunque verbis , vel indicijs patrisfa. inter suos hęredes testantis voluntas appareat.Idq; est singulare peculiareq; priuilegiũ suitatis. Licet hodie insignẽ extensionem receperit , de qua in l.hac cõsultissima,§.ex imperfecto,C.de testam.vt tam ibi,quàm in d.l.inter omnes,declarant doct.& not.Socin.in l.2.ff.de vulg.colum.6. in prin. Sunt & alia quamplura specialia priuilegia suitatis, per quę recedimus a regulis successionum. Vnde hoc in loco,In primis videbimus quid sit suitas, & alia ad eius originem spectantia. Deinde de eius effectibus , inter quos ille potissimum ad hunc locum adnotabis,quòd quia suitas inducit continuationem dominij de patre moriente in filiũ cundum Bart.& quamplures infrà referendos,ideò inuenta fuit exhæredatio ad impediendam hanc dominij continuationem.Suitas ergo effecit,vt secundum eos id requisitum institutionis ad validitatem testamenti requireretur, eademq; effecit,vt si forte institutio cessaret, tunc sequens requisitum exhæredationis prætermitti non posset.

2 Suitas est † ius intellectuale, & directum propter patriã potestat.& quandã domesticitatem dominij,bonorũ ascẽdentium continuationem ad descendẽtes proximos inducens,secundum Ange. de Pericl. in tract.suit.q.1.In hac definitione ibi,intellectuale,abundat, quia oẽ ius est intellectuale,& inuisibile,in princ. Instit.de reb.corp. & incorp. Ibi,directum,id est contra communem opi.quæ habet,q si nepos ex filio exhæredato instituitur , ipse suus hęres efficitur , & per ipsum pater suus quoque hæres auo fit l.qui in aliena,§. interdum, vbi communiter docto.ff.de acqu. hęred.Ibi propter patriam potest,& quandam domesticitatem id est falsum,vt d.§.ita demum.Inst.de hęr.ab.§.sui de hęr.quali vbi patria potestas , & domesticitas non sufficit,quæ in nepote in potestate reperitur.Ibi,dominij connuationem,id est insufficiens , quia non hunc solum effectum parit suitas.Ibi, ad descendentes proximos,id est falsum,vt §.cum filius.Institut.de here.ab.

Tu ergo dic,quòd suitas est ius singulare suorum hęredum.Dixi,ius, vt l.posthumorum, ff.de iniust. rup.ibi,iura suorum hęredum,& l.cum in adoptiuis,C.de adopt. Dixi singulare, quia multa singularia pręcepta in suis hęredibus reperiuntur,vt l.Cornelius,ff.de hęredib.instit.l.fina.C.de rep.hęre.§.sui Institu.de hęre.qual.d.l.in suis , & quia non possemus omnes effectus suitatis explanare , nisi longum processum velimus facere,vt in fin.dicit. Bart. in l.1.col.2. ad fina.de acquirend. possessio.ff.Simi. in l.singularia,ff.si certum petat.

3 Deinde quæro vnde † descendit, vel causatur, vel oritur suitas? Ang.vbi suprà.q.3.quod a patria potestate,& personarum identitate. Nos contra,quia nullibi reperitur,quod auus,& nepos vna persona reputetur,maxime pręcedente filio patre nepotis , & tamen in tali nepote est suitas, dic.§. cum filius.

Dic ergo.quòd originem traxit a patria potestate,& gradus proximitate vera vel interpretatiua successionis de qua agitur.Dixi,de patria potestate,vt §.sui , de hęredum qualita.§.1.Inst.de hæred. ab.l.lege Cornelia,in fin. de testam,ff. Dixi,gradus proximitate,vt d.§.sui,& §.ita demũ de hęr.ab.Insti.Dixi,vera vel interpretatiua,vt d.§.cum filius vbi nepos ex filio præmortuo per repręsentationem ascendit locum filij, vt per hoc primum gradum videatur posthu-

tenuisse, facit l. sed & si cond. §. nepotes, ff. de her. insti. l. posthumorum. ff. re iniust. rupt. §. posthumorum Institu. eodem. Dixi. in ea successione de qua agitur. Quia licet testamento condito tempore, quo ex testamēto delata erat hereditas scripto, proximum gradum non teneret nepos, quia pręcedebatur a filio, tamen si in successione ab intestato cum primum ea defertur, incipit tenere primum locū, suus hæres fieri potest l. scripto, ff. vnde liberi. l. 1. §. sciendum, ff. de suis & legi. §. cum quæritur. Insti. de her. ab. l. Titius, ff. de suis & legi. Idem & in successione contra testamentum. Nam si exhæredatus transmisit querelam in nepotem pręteritum, isq; vicit, non dubito, quin rescisso testam. nepos suus hęres auo fiat, argumen. l. Papinianus, §. si ex causa. ibi suus, ff. de inoffic. testam. Idem in successione ex testamento, vt l. si filius hęres, de lib. & posthu. ff. Dixi, tempore delatæ successionis. Quia sufficit proximitas tēpore delatæ successionis, licet non sit tempore mortis. Intellige tripliciter, ex testamanto, ab intestato, vel contra testam. l. scripto, ff. vnde lib. d. l. in suis, & §. sui. Instit. de hęre. qual. & §. sui, de hær. ab. Dixi, de qua agitur. Quia licet tempore quo defertur successio ex testamento non teneat primum locum, sufficit si tempore quo defertur ab intestato successio tenere incipiat d. l. scripto, & l. 1. §. sciendum, de suis & legiti. ff. l. Titius, a contrario sensu, eod. §. cum autem quæritur. Institu. de hæred. ab int. facit l. cum ratio. ff. de bon. dam.

Quo iure inducta suitas? Resp. lege duodecim tabularū, vt §. 1. Inst. de hęr. ab.

Quotuplex sit suitas? Triplex, pleniss. plena, semiplena. Plenissima post immistionem, quia iam non licet abstinere, quod ante licebat l. necessarijs, ff. de acqu. l. iam dubitare de hær. institu. l. si filius qui patri, de vulga. ff. Plena ante immistionem, vel abstensionem, quo casu procedunt continuatio dominij, transmissio, & omnes effectus suitatis. Semiplena post abstensionem, quo casu cessat transmissio, licet adhuc supersit effectus l. fi. C. de rep. hæreditate. Infero q in l. 1. C. si minor hęreditate abst. si minor, qui abstinuit restituatur, efficietur suus hæres, vt l. filius qui patri, ff. de vulg. l. filius qui se paterna, ff. de acq. hęre. ff. Et quòd talis minor qui abstinuit, si restituatur, suus hæres efficiatur, recte probatur in l. Papinianus, §. si ex causa, in verb. suus, ff. de inoffi. testa. Vnde etiam per exhęredationem suitas nō extinguitur, vt sic rescisso per querelam testamento, exhęredatus ille possit ab intestato patri succedere vt suus, non secus, quàm si pater nullum testamen. fecisset.

4 Nunc videndum qui † sui dicantur. Et in primis filius legitimus & naturalis habet suitatem d. l. in suis, & l. nam ciuium l. item in potestate, ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. in prin. Inst. de patr. potestate. Intellige primò in successione ab intestato, vt Inst. de hær. ab. §. 1. & §. ita demum, §. cum filius, de hær. qual. Instit. §. sui. vers. vnde l. in suis, ff. de libe. posth. ibi, hac ex causa l. 1. §. qui sunt in potestate, ff. si quis om. cau. test. adde. l. 3. ff. de pet. hęr.

Secundò in successione ex testamento, si hæredes instituantur d. l. in suis, vers. hac ex causa, a contrario sensu & d. vers. vnde a cōtrario sensu, & d. §. qui sunt in potestate Tertiò in sucessione ex testamento si fuerit præteritus l. fin. ff. de lib. & posth. l. 1. in fi. si tab. testam. null. ext. ff. l. filio præterito, ff. de iniu. rupt. in prin. iuncto, §. 1. Inst. de hęr. abint. Quartò in successione ex testamento, etiam si filius sit exhæredatus, si tamē nepos ex eo sit institutus, vt l. qui in aliena, §. interdum, de acq. hęr. secundum communem intell. quem tamen improbauimus.

Tertiò principaliter idē in successione cōtra testamentum l. Pap. §. si ex causa, in verb. suus, ff. de inoffi. testamē. l. filium, §. sed cum exhæredatio. ff. de contra tabu. ibi suum ex asse heredem, & ibi, iure factum suum hęredem. Itaque intelligitur dupliciter. Primò, quādo exhæredatio euanuit per repudiationem hæredis d. §. sed cum exhæredatio. Secundò etiam si euanuit per iniquitatē exhæredationis mediante querela d. §. si ex causa. Tertiò, etiam si euanuit, non per iniquitatem exhæredationis, sed magis per remissionem tacitam ingratitudinis, vt in terminis l. filio quę pater, ff. de libe. & posth. secundum nostrum intell. contra communem, de quo alibi. Quartò, quando euanuit per expressam exhęredationis remissionem idest ingratitudinis expressam remissionem, vt quidam putant secundum Alcia. in l. fin. C. de pact. in gl. adhuc superstite, cōtra Picū. Quintò, quando etiam filius ipse sui ipsius propria manu exhæredationem scriberet, nam adhuc posset testam. querela abscindere, eoque abscisso, suus hęres existere secundum nostrum intell. ad l. non putauit, §. quis sua manu. ff. de contra tabu. contra communem volentem quòd ipse non possit amplius querelare. Itaque intelligitur in filio exhæredato, qui propria manu sui ipsius exhęredationē scripsit, vt disserimus suo loco. Idem in filio naturali emancipato, & postea a patre naturali adoptato, arg. l. filio quem pater. ff. de libe. & posthum.

Idem in filio in adoptionem dato, & postea emācipato nam statim incipit suus esse patri naturali, vt l. cum in adoptionis, §. si vero pater, in fin. C. de adopt. & §. finautē per emancipationem, eadem l. & l. 10. titul. 16. part. 4. Ratio, quia adoptio tamdiu nocet, quandiu durat, quod & tenet. Ange. ibidem, in 4. quęstione licet nesciuerit probare in d. l. in suis

Idem in eo, qui per dignitatem liberatur a patria potestate auth. const. quę de dignitat.

Quid in filiaf. Resp. iura habet suorum heredum in successione ab intestato, & in successione ex testamento, cum pure instituitur. Sed nō in successione contra testam. inspecto iure, ff. siue sub conditione institueretur, vt l. si quis hæredem, C. de inst. & subst. siue ex toto præterita esset, vt in princ. Inst. de exh. lib. Hodie contra, cum ex toto præteritur. Sed si sub conditione instituatur, adhuc idem, argum. l. maximum vitium, C. de lib. præt. Quod est cōtra communem opi. doct. in d. l. si quis heredem. C. de insti. & substit. vt alibi disserimus

Quid in nepote, qui tempore testam. primum locum tenebat? Dic idem, quod in filia d. l. maximum vitium.

Quid in filio emācipato durante emancipatione? Communis quòd ab intestato sit suus hæres, vt sic sui insimiletur. non solum in effectu successionis, sed etiam in modo succedendi, licet secus ex testamento. Nos contra. vt nec ex testamento, nec ab intestato, vt suus succedat, vtq; data paritate terminorum idem sit in successione tam ex testamēto, quàm ab intestato:. Vi curti. in rub. C. qui admitti, n. 35. Quòd si sub conditione emancipatus exhæredetur, nō habet iura suorum in rumpendo. Acosta pag. 159. in fina. in d. l. gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posth. Quasi is emancipatus possit sub conditione exhęredari neque per hoc eius exhæredatio quasi vitiosa habeatur pro præteritione. Sed nos suprà tenuimus talem exhæredationem vitiosam esse, per l. sub conditione, ff. de bona. possessione contra tabu. l. 3. §. purè, ff. de libe. & posthu. & per l. 3. titu. 7. part. 6.

5 Filius † adoptiuus iure, ff. habebat suitatem in successione ab intestato, vt §. pe. Inst. de hær. ab. & contra testamentum, §. adoptiui. Inst. de exhæ. lib. & in pr. Inst. quib. mod. testa. infir. & l. certum, de iniust. rupt. ff. & in successione ex testamento, vt d. §. adoptiui. in 1. respon. & in uers. itaq;, & §. 1. Inst. de hære. ab vers. nec interest. adde l. 1. §. suos, ff. de suis & legi. Sed iure nouo idem, si adoptetur ab auo materno, §. sed hodie. Instit. de adop. l. cum in adoptiuis, in prin. & §. 1. C. eo. §. pe. ver. sed nostra. Inst. de hęr. ab int. conc. l. pe. & fi. ti. 16. par. 4. adeò, vt nullum ius habeat in successione patris naturalis, vt d. §. 1. nisi emancipetur a patre adoptiuo eodemq; auo, nam tunc desinit esse suus, incipitque suus fieri patri naturali d. §. 1. Quòd si ab extraneo adoptetur, idem, vt suus hæres extraneo adoptiuo patri fiat quo ad successionem ab intestato d. l. cum in adoptiuis, §. sed si quidem, ibi, etiam sui hæredis ius. Amplia, etiam si concurrat cū alijs suis, & naturalibus, vt ibi. & §. adoptiui. Inst. de

de exhæ.lib.expresſius in l.pe.ti.16.par.4.Fallit inſpecto iure nouiſſ.vt l.1.tit.22.lib.4.fori,per quam corrigitur d.l.pe. Idem ergo longe facilius in ſucceſſione ex teſtamento argu.d.l.§.ſed ne articulum.Iuncta l.conficiuntur, ff.de iure codicill.l.cum ex filio.§.1.ff.de vulga. itaq; expeditum,ꝙ poſſit ſuccedere ex teſtamento d.§. ſed ne articulum. Idẽ ab inteſtato dict.§.ſed ſiquidem.Sed quo iure,ſuitatíſne,an aditionis? In ſucceſſione ab inteſtato teneo quod iure ſuitatis ergo idem in ſucceſſione ex teſtamento,contra teſtamentum nullo modo poteſt,vt §.pe. Inſt.de hær.ab int.& d.§.ſed ſi quidem.Limi.niſi fuiſſet adoptatus ab ipſo patre naturali,argu.d.l.cũ in adoptiuis,§.1.d.§.ſed hodie d.§.pe. expreſſus in l.fin.tit.16.part.4.Nam iura naturalia non minus in patre naturali qui emancipauit,quam in auo materno conſiſtunt,arg.§.minus.Inſt.de hære.ab.Tertiò argu.l. ſed cum patrono,§.1. de ſecũdum tabu.ff.iuncta l. illud §. ad teſtamenta,ff.de cõtra tab.Quartò argu.§.fi.Inſt.de leg. agn.ſuc.l.fi.C.de emancip.lib.iuncto prin.Inſt. de Senatuſ conſ.Tertu.l.nepotibus,C.vnde in legiti.Quintò argu.l.filio quem pater,§.de liber.& poſthu.vbi expreſſum , & l.ſi vnus §.pactus ne peteret,ff.de pact.Item per l.cum emancipatus,§.ſi patre ex duobus,de contra tabu.ff.Lim.1.niſi fuiſſet is ante adoptionem exhęredatus,vt l.filio quem pater ſuprà allega.Sed dic , quod tunc licet ipſo iure non fieret ſuus hæres propter exhæredationẽ,tamen fieret reſciſſo per querelam teſtamentum ſecundum nos.

Dic ergo.Aut loquimur in arrogatione, aut in adoptione.Si in adoptione , aut in ſpecto iure vetere , aut nouo.Si nouo, aut ab auo materno paternóve,aut ab extraneo adoptat.Si ab extraneo,aut loquimur in ſucceſſiõe ex teſtamẽto,aut ab inteſtato,aut contra teſtamẽtum. Nam contra teſtamentum non ſuccedit ſed tantum ex teſtamento,vel ab inteſtato,inſpecto iure communi. Idẽ iure regio , niſi ſint liberi naturales.

In arrogatis dic,quòd ſuccedunt patri arroganti iure ſuitatis indiſtincte,l.cum in adoptiuis,§.fi.C.de adopt.Intellige tam ex teſtamento,quàm ab inteſtato,ſed & cõtra teſtamentum,vt dixi ſuprà. Quibus adde tex. in prin.Inſtit. quib.mod.teſt.inf. Item etiam ſi concurrat cum alijs filijs teſtatoris argumento,§.adoptiui.Inſt.de axhær.lib.expreſſius in l.pe.tit.16.part.4.Sed hoc vltimum hodie correctũ eſt per l.1.titu.22.lib.4.fori.

In adoptatis dic,quod de iure vetere tã ex teſtamento, q̃ ab inteſtato,& contra teſtamentum ſui erant, etiã ſi concurrerẽt cum alijs legitimis,& naturalibus , vt ſuprà proxime diximus,& §.1.verſ.nec intereſt.Inſti.hær.ab.Sed hodie idem in ſucceſſione ex teſtamento,vel abinte.vel contra teſtamentum, quando adoptatur ab auo materno tam de iure communi.quàm regio.Idem ſi ab auo paterno d.l. cum in adoptiuis,§ ſi verò pater l.pe.& fi.tit.16.par.4.Idẽ ſi ab extraneo quo ad ſucceſſionem ex teſtamento,vel ab inteſtato,ſecus quo ad ſucceſſionem contra teſtamentum. Item fallit in ſucceſſione tam ex teſtamento,quàm ab inteſtato,quando adoptiuus pater habebat liberos legitimos & naturales l.1.titu.22.lib.4.fori.Quod nouiſſi.limito,niſi pater adoptiuus eſſet auus paternus , vel maternus , nam tunc puto, quòd etiam adoptatus poſſit cum alijs liberis concurrere,quia d.l.1.poteſt & debet intelligi in extraneo adoptato,argum d.l.cum in adoptiuis, & §.pe.Inſt.de hær. ab §.ſed hodie.Inſti.de adopt.Infero ergo idem fore in filio emãcipato poſtea adoptato,vt poſſit cum illis, qui ſemper in familia fuerunt, concurrere iure ſuitatis , argu.l.filio quem pater,ff.de libe.& poſthu.ibi,nõ tranſlatus, ſed redditus.Stringe.Nam qui per captiuitatem exijt a poteſtate, reuerſus recipit iura ſuitatis,vt in fi.princ.l. ſi quis filio exheredato,ff.de iniu.rup.l.pe.ff.de li.& poſthu.l.filius, ff.de ſuis & leg.Ergo idem in emãcipato iterum adoptato, quaſi reditus videatur,non ſecus,quàm ille,qui ab hoſtibus reuertitur l.filio quem pater,ff.de lib.& poſth.& ff.de bona. poſſ.contra tabul.l.non putauit,§.ſi quis emancipatũ.Quę nota.quia vtiliſſime,nec vllibi ita bene declarata, licet ſub

6 Quæro,an †emancipatus habeat ſuitatem? Reſp. Aut in ſucceſſione ex teſtamento,aut abinteſtato,aut contra teſtam. Primò caſu in ſucceſſione ex teſtamento olim non habebat ſuitatem, §.cęteri, verſ.itaq; Inſtit.de hære.qual. Sed quid hodie? Reſ.Nullus tangit in indiuiduo,ſed generaliter videtur,quòd habeat hodie ſuitatẽ, tenet Bart.ſi.de libe.& poſth.l.gallus,§.& quid ſi tantum, nu.8.dum ait,quãtum ad ſucceſſionẽ habet ius ſui hæredis.Idem tenet Bar. in l.1.in fin.ff.de coniung.cum eman.dum ait,quantum ad ius ſuccedendi non remanet differentia. Idem tenet Alciatus lib.3.parad.c.10.& Fortuni.in d.§.& quid ſi tãtum,nu. 141.cum ſeq.& Ang.de Vbald.in rep.l.qui ſe patris,nu.5. vnde liberi.C.mouentur per l.meminimus,ibi,ad ſimilitudinem ſuorum,de leg.hęre.C.& authen.de hær.ab.§.nullam verò.Acoſta contra pag.148.in dict.§. & quid ſi tantum . Quia exæquatio ſuitatis , & emancipationis procedit quo ad poteſtatem ſuccedendi, & etiam quo ad cõcurſum,non quo admodum. Dixi ad d.l.meminimus. Idem tenet Corn.expreſſim in l.3.col.1. in princ.de iure delibe. Et pro nobis eſt communis opin.quę habet,quòd emancipatus non gaudet beneficio l.fin.C.de rep.hær.vt per Cor. ibid.Item pro nobis communis opin.quæ habet, ꝙ emancipatus non tranſmittit iure ſuitatis, vt per Corn.in l.ſicut certis,num.3.de teſtamento milit. C. vbi hanc dicit cõem & idem firmat tam in l.3.num.4.de iure delib.quàm in nu. 10.in l.ſi emancipati,de colla.C.Pro nobis,quia etiam hodie ſunt quamplures diff.inter ſuitatem,& emancipationẽ ſecundum.Corn.d.num.10.& Seguram in l.cohæredi,§. cum filiæ,num.8.ff.de vulga.& ſecundum Iaſ.in d.l.ſi emãcipati,col.fi.C.de colla.Ergo.hæc opi. negatiua contra magis communem opinionem veriſſima eſt,vt etiam hodie emancipatus in ſucceſſione ex teſtamento non habeat ſuitatem.Nam licet inſtitutus pariter ſuccedat cum fratribus in eiuſd.patris poteſtate retentis , tamen non ſuccedit vt ſuus.Vnde contra communem inferuntur quamplura. Primò,vt talem patris hæreditatem non acquirat,niſi eam expreſſim adeat.

Deinde quòd eam hæreditatem non aditam iure ſuitatis tranſmittere non poſſit.Et alia plura, de quibus per eos quos citabimus infrà in materia legis in ſuis, ff.de liber.& & poſthu. vbi locus opportunus.Nam emancipatus cum hæres a patre inſtituitur, ſimilis ẽ extraneo hæredi inſtituto. Nec enim vllibi ſcriptum,au relatum inuenies,quòd per ſuiipſius inſtutionem emancipatus quaſi in patris poteſtatem (vt ſuitate gaudere poſſit) redactus videatur, ſed demum per adoptionem l.filio quem,ff.de lib.& poſth.

7 In ſucceſſione ab inteſtato olim non †habebat emancipatus ſuitatem,§.ita demum ibi.veluti emancipatione.§. at ij.ibi, extraneorum,§.minus,& §.emancipati.Inſtit.de hęredit.abinteſt.§.ſui,vel alia quauis ratione, iuncta gloſſ. Inſt.de hæred.qual.ſed iure nouo Bar.& ſequaces ſuprà relati quòd aliud,vt habeat ſuitatem. Nos quòd adhuc idem vt non habeat ſuitatem,licet contra nos faciant omnes gl. & docto. volentes quòd licet in ſucceſſione contra teſtamen.duret differentia emancipationis, & ſuitatis tamen ſecus in ſucceſſione abinteſtato.Ita gloſ.mag.in l.gallus,§.& quid ſi tantum,ff.de lib.& poſt.gl.agnationes,in l.fin.C.de de codicill.quæ approbantur communiter ſecundm Alex in l.qui ſe patris,C.vnde libr.nu.18.Alex.in l.ſi emancipati de colla.num.11.Alex.in l.3.col.2.in fin.C.de iure delib.& in d.§.& quid ſi tantum,nu.14.& ſecundum Iaſo.in d l.ſi emancipati de colla.num.36.Iaſ.in d.authen. ex cauſa,nu. 7.Iaſo.in dict.§.& quid ſi tantum,in lect.num.53.& in 2. lectu.num.19.& ſecundum Corn.in l.ſi emancipati,num. 10.Corn.in authent.ex cauſa, C.de lib.præteriti.nume.29. Corn.in l.ſicut certa,C.de teſtamen to mili.num.3.Corn. in l.3.C.de iure delib.colum.1. Corn.in l.fi.colum.1. C.de rep.hære.Corn.in l.fi.de codicill.colum pen. in fin.C.Acoſta,qui nil allegat in dict.§.& quid ſi tantum,pag.160.Sed quòd ſuitatem non habeat ab inteſtato,tenet Corn.in ſpecie in l.3.de iure delib.colum.1. in princip. & Acoſta in §.

& quid

& quid si tantum, pag. 148. sentit Corn. in l. fina. de rep. hæredit. C. dum firmat, quòd omnes tenent, quòd in effectu successionis est sublata differentia, non autem in modo succedendi. Ergo emancipatus sine aditione non acquiret hæreditatem, nec transmittet, nec gaudet beneficio l. fina. de rep. hæredita. id quod firmant ibid. Cin. Faber, Bald. num. 4. sentiunt Placentinus, & Azon. est communis opi. secundum Corn. ibid. & Fabrum, qui id sequũtur, post Fulg. qui omnes generaliter volunt, quòd in modo succedendi non est sublata diffe. sed tantum in effectu, quia qui non est (inquiunt) in potestate suus, & necessarius esse non potest l. lege Cornelia, de testamẽ. §. 1. de hęred. ab inst. idem Ang. & Sali. ibid. Ergo tenenda est opin. negatiua contra magis cõmunem, vt emancipatus in successione ab intestato licet exequetur suis quo ad potestatem succedendi, non tamen quo ad succedendi modum. Vnde plura contra communes opinio. inferuntur.

Primò, ꝙ non efficitur hęres patri ipso iure ex legis dispositione, sed demum ex vi suę aditionis.

Secundò, ꝙ per implementum conditionis potestatiuæ non effitiatur hæres non magis, quàm extraneus l. 1. ff. de cond. causa data, licet hæres efficeretur, si suitatem haberet l. conditionibus pupillus, ibi, iure potestatis, ff. de cond. & dem. & ibi notat Socin. col. pen.

Tertiò, quòd eam hęreditatem non aditam iure suitatis non transmitteret licet eam transmitteret, si suitatem haberet l. apud hostes, C. de suis & legitimis leg. l. 3. de iure de liberan.

8 In successione contra testamentum communis, quòd non habeat † suitatem, sed præteritus habeat contra tab. tantum, non etiam ius dicendi nullum gloss. mag. l. si emancipati, de colla. C. gloss. mag. in princ. C. de liber. & præt. in authen. ex causa. glo. in §. sed hęc quidem. Inst. de exh. lib. gloss. mag. in l. si filius, ff. de minoribus appro. communiter secundum Corn. in d. authent. ex causa, nu. 29. & Corn. nu. 16. in l. emancipati, de collatio. & Corn. in l. sicut certi, nu. 3. C. de testamento. milit.

9 Adde, quòd licet emancipatus † iam hodie iure ciuili vocetur nõ secus quàm olim iure pretorio, tamen id intelligitur in liberis primi gradus, quales sunt filij. Secus in nepotibus, & deinceps, secũdum Iaso. in d. l. Gallus, §. & quid si tantum, nume. 53. in 1. lectu. & nume. 19. in 2. lectur. Iaso. in l. si emancipati, colum. fina. de colla. Segura. in l. cohæredi, §. cum filiæ. nume. 10. de vulga. omnes decepti authoritate Cini. in l. qui se patris, colum. antepenu. vnde liberi. qui hoc re uera non dixit, aiuntque id esse magnum & memorabile verbum. Nos contra, quia hodie liberi vocantur de iure ciuili non secus quàm olim de iure prætorio vocarentur, vt & ipsi fatentur per l. meminimus, de legiti. hæredit. C. §. nullam verò, in authentic. de hæred. ab. veni. §. si igitur defunctus. 1. ibi, siue suæ potestatis, siue sub potestate sint, & §. 1. eodem ibi, siue suę potestatis, siue sub potestate sint. Sed de iure prætorio vocantur per successionẽ non solum liberi primi gradus, sed & remotiores, vt l. 1. §. vocantur l. non tantum, in princip. & §. si emancipatus. 1. l. ex duobus, §. filius, & §. si. ff. de contra tab. l. 2. l. quòd si pater l. queritur, ff. de bon. liber. §. cumque antea. Institut. de bon. poss. ergo, &c. Ad Cinum. respõ. quòd ipse dicitur veritatem, vt si in terminis d. l. qui se patris, filius esset in potestate, nepos autem emancipatus tunc locum haberet illa l. vt nepos omissa paterna, auitam hæredita. capere iure ciuili non posset, sed tantum pretorio. Ratio, quia cum aui hęreditas iuncta esse cœpisset, non potuit nepos eas separare argumen. l. sed si plures, §. filio impuberis, de vulga. ff. l. 1. & 2. de acq. l. si solus, eod. l. quidam elogio. C. de iure delib. & cum filius moriens illam transmisisset, non potuit per successorium edict. nepos, siue suus, siue emancipatus illam capere, quia potẽtius est ius transmissionis, quàm edicti succe. vnde superest, vt iure ciuili eam minime possit capere, non eo, quòd sit emancipatus (idem, nanque foret & si emancipatus non esset) sed eo, quòd liberi remotiores licèt non sint capite diminuti, non vocantur à lege ciuili, quando hereditas per priores fuit occupata, vt ibi. Cęterum nullibi dubium, quin per bonorum posse. admittantur, si hæredes, in quos moriens filius transmisit, eam repudient. iuxta l. si quis filium, §. 1. de acqu. hæred. ff. iuncto; solo iure prætorio per success. edict. non etiam ciuili, quia ius ciuile non dedit successionem in suis hæredibus.

Idq; retenta communi opi. quæ habet, quòd saltem de iure ciuili hodie succedant ab intestato emancipati per authent. de hęred, ab intesta §. nullam, cuius contrarium tenent (scilicet contra communem) Crotus. Fortuni. Galiaul. & Ruinus, quos refert Acosta in d. §. & quid si tantũ, pagi. 147. cuius decisio non tam me mouet, quàm ratio, ibi enim dicitur, quòd in omni successione cessat & vacat differentia agnationis, & cognationis, siue per fœmineam personam (quod forte alij erant coniuncti per fœminam, alij per masculum) siue per emancipationem (quòd forte cũ ageretur de hęreditate fratris, alij ex fratribus superstitibus integri iuris erant, alij fuerant a patre suo antequàm decederet emancipati, quo casu perdebant ius concurrendi cum agnatis l. 1. vnde leg. ff. sed ex capite tantum vnde cognati vocabantur l. legitimis, vnde cog. facit l. nepotibus C. vnde legit. in princ. Inst. de successione cog. versic. nam agnati (vel alium quemcunque modũ puta) per adoptionẽ. Nam si filium tuum alteri in adoptione des, licet is non sit emancipatus, patet quia soluta adoptione statim ad te reuertitur l. cum in adoptiuis, §. si vero pater, C. de adopt. tamen inter agnatos non vocatur, sed tantum inter cognatos, §. admonendi. Institut. de hæred. ab. §. liberi, de su. cogn.) hæc diff. prioribus legibus tractabatur, his enim omnibus casibus vult l. illa, quòd admittantur emancipati cum agnatis. Idem in illis qui sunt in adoptionem dati, vt dic. authenti. §. si igitur defunctus. 1. ibi, siue suę potestatis, siue sub potestate sint & §. 1. in fi. ibi, suæ potestatis, siue sub potestate sint. Cæterum vt ille, qui est sub potestate aliena tempore mortis eius, cuius de hęreditate agitur, iure suitatis succedere non potest, ita nec emancipatus. Item licet per illum text. ęquiparentur tamen intelligẽdum quo ad effectum succedẽdi, non quo ad modum, & qualitatẽ successionis, vt in simili casu iã supra attigimus. Sic ergo, &c. Sed obst. fortiter, quòd secundum hoc melioris erunt conditionis coniuncti per fœminam, quàm emancipati, cum illi iure etiam ciuili, isti autem iure tantum prætorio vocẽtur. Resp. Non multum conuenit. Item in d. §. nullam verò, ibi, in omnibus successionibus, intellige, siue descendat ex veteribus legibus duodecim tabularum, siue ex legibus nouis, argumen. l. generaliter, cum si. præced. vnde lega. l. 3 de pet. hæredit. iuncta l. 1. eodem. ff. non intelligas (vt quidam ignoranter) siue ex testamen. siue ab intestato, siue cõtra testament. nam illi sunt varij modi succedendi, non variæ successiones. Item dum diximus superioribus obesse quia secundum nostras sententias melioris conditionis esse viderẽtur descendentes, vel coniuncti per fœminam, quàm emancipatus coniunctus per masculum, quod videretur absurdum, responderi potest negando assumptum. Nam non esset in meliori, sed in pari conditione, cum tam emancipati quàm per fœminam coniuncti, licet succedant de iure ciuili, non tamen succedunt vt sui, nec acquirunt hæreditatem ipso iure ex legis dispositione, sed demum ex vi aditionis. Nam & consanguinei transuersales, qui iure ciuili ab intestato vocantur, non tamen acquirunt hæreditates ipso iure, sed demum iure aditionis.

Quid in nepotibus? Resp. Aut a nemine pręcedũtur,

10 & habent † suitatem in successione ab intestato, §. intestatorum, & §. ita demum, de hęredit. ab intest. Instit. Idem in successione ex testament. §. sui in princip. iuncto versic. vnde. Institut. de hæredita. quali. facit l. 1. §. qui sunt in potestate, ff. si quis om. cau. testament. Idem in successione contra testament. hodie, §. sed hæc quidem. Institutio. de exhæred. libr. l. fin. §. sancimus, C. de libe. pręt. Olim secus, vt ibi. & in princip. Insti. de here. lib. secundum nos contra magis

magis communem opinion. quod suo loco differimus. Si autem præcedantur, regulariter non habent suitatem d. §. ita demum d. §. sui. Fallit primo in successione ab intesta. §. cum autem. Institutio. de hæreditat. ab intesta. l. 1. §. sciendum, de suis & legit. l. scripto. ff. vnde liberi l. si quis posthumis, §. si filium, ff. de liberis, & posthumis. Vel dic. conclusio intelligitur, quando nullum omnino testament. facit. Facto autem testament. aut filius fuit exhæredatus, aut institutus, aut præteritus. Si institutus, aut ex toto, & non potest suus hęres existere, licet per successorium edictum iure pretorio possit admitti, vt alias dixi. Aut institutus ex parte tantum ex reliqua nepos, & potest suus hæres existere, vt dixi ad dict. l. scripto. Licet contrà teneant Iaso. numero 9. Alex. numero. 6. in l. qui in aliena, §. interdum, ff. de acq. hæreditat. Iaso. in l. gallus, §. quidam recte, numero. 17. Ange. de Perigl. in dic. l. in suis, in. 5. q. numero. 11. Sed nobiscum sentit Acosta pagi. 115. in dict. l. gallus, §, & quid si tatum. Adde quòd similiter erat Ang. ibid. dum tenet, quòd

21 nec hæres necessarius erit is † nepos. Motus, quia non reperitur, quòd ex liberis in potestate existētibus aliquis sit necessarius, qui non sit etiam suus, vt §. sui, Institutio. de hæredit. qual. iuncto princ. ibid. Sed resp. quòd exempla non arctant regulam, §. hactenus. Institutio. de gradibus. Vnde postquàm ibi dixit, quòd hæredum quidam sunt necessarij tantum, quidam sui & necessarij, quidam extranei, subdit, quòd ex numero necessariorum sunt serui, nec negat, quin & alij existere possint. Et pro nobis regula d. l. qui in aliena, §. interdum, & l. placet, ff. de acquir. hære. facit æquiparatio inter liberos & seruos, de qua in l. sed si plures, §. quos possum l. 2. §. prius, de vulg. ff. Ergo grauius peccauit Iaso. in dic. §. quidam recte, numero. 17. dum tenuit, quòd

22 is † nepos sine aditione non quærit aui hæreditatem, quasi nec suus esset nec necessarius. Adde, quòd si filius fuit ex toto institutus, regulariter nepos suus non erit dict. §. sui Institutio. de hæredit. qual. iuncto princip. cum ver. vnde eodem titulo. Limi. si filius decessit inter mortem testatoris, & posthumi præteriri natiuitatem l. si filius hæres, ff. de liber. & posthum. Secundo si decessit ante cond. institutionis impletam l. fi. de condi. institutio. ff. Tertiò, quando decessit apud hostes. l. si quis posthumos. §. si filium. ff. delib. & posthum. in vers. diuersum est l. si quis filio exhęredato. §. sed & si pater. ff. de iniu. rup. Quòd si filius sit exhæredatus, tunc nepos institutus habet suitatem dict. §. interdum. Si præteritus, potest etiam suitatem habere dic. l. scripto, cum similib. Et quòd si sit exhęredatus, potest suitatem habere, probat etiam l. Pap. §. si ex causa, ff. de inoff. testamē. ibi, suus, filium, §. sed cum exhęredatio. ibi, suum ex asse hæredem, & ibi, iure factum hæredem, ff. de contra tabu. Adde verius esse, quòd si filius sit præteritus, tunc suus nepos esse non potest, nam ipso iure filio quæsita fuit hereditas, & si filius ius dicendi nullum sibi competens omittat in eo iure successorium edictum non est, vt alias dixi, sed tunc vt contra tabu. filio præterito competebat, ita, & eo ab ipsa excluso dabitur per success. edict. nepoti l. 2. l. quòd si pater. l. quæritur. de bona. liber. ff. l. ex duobus, §. penult. & fina. ff. de contra tabu. l. 3. §. si emancipatus. 1. eod. sed tunc suus non erit, nec per contra tabul. rescisso testamento hæreditatem ab intestato consequitur ipso iure, sed demum per aditionem. Hęc in nepote, qui pręceditur a filio in potestate. Quòd si a filio emancipato præcedatur iure veteri ex toto erat suus nepos, §. ita demum. Institut. de hęred. ab intest. §. sui. de hæred. qual. licet per pretorem admisso filio nepos ex parte suus esse desineret, vt per totum de coniung. cum em. iuncto, §. emancipati. Institu. de hęred. ab intest.

13 Iure autem nouo si intestatus fuit paterfam. quia nullum testamentum fecit, non est † nepos suus, quia hæreditas per prius etiam de iure ciuili defertur patri emancipato l. meminimus, de leg. hęred. & in authent. de hęred. ab intest. §. nullam, ergo, &c. vt l. scripto, ff. vnde liber. & §. interdum. Institutio. de hære. ab intesta. & §. emancipati, eod. expressus in l. si quis filio exhęredato, in prin. versi. ab intestato, ff. de suis & leg. Item ratione. Quia intestatorum hęreditates primum ad suos cohæredes pertinent, §. 1. de hæredit. ab intesta. ergo cum sui dicantur, ad quos primo loco pertinent, nec ad nepotem ex emancipato hodie etiam de iure ciuili primo loco pertineat, sequitur, &c. Ita tenet Acosta in d. §. quid si tantum, pag. 148. in fi. contra assertionem Angeli de Perig. in tract. succ. ab intesta. 1. part. numero. 9. & Guil. Bened. in c. Rainutius, de testament. §. & vxorem nomine Adalasiam, in decisione. 5. numero. 52. & contra sententiam Bald. in l. qui se patris, numero. 15. C. vnde liberi. vbi Paul. num. 7. & Paul. in l. ventre, de acq. numer. 4.

14 Infertur longe facilius † secúdum eund. Acostam, quod si filius f. suus hęres post mortem patris aliqua ratione suus esse ipso iure desinat, tunc nepos suus non efficietur, id qđ est contra Bal. & Pauli assertionem vbi suprà. Is tamen nepos, patre excluso, admittetur saltem de iure ciuili, licet non iure suitatis, secundum Acostam pag. 150. post Alex. in d. l. qui se patris, numero. 14. & Iaso. ibi. numero. 46. contra Paul. vbi suprà & contra Iaso. (de quo non meminit Acosta) in l. si emancipati, de colla. numero. 36. & in l. Gallus, §. & quid si tantum, numero. 53. lectura. 1. & numero. 19. lectura. 2. & contra Seguram in l. cohæredi, §. cum filiæ, numero. 10. ff. de vulga. Illud plane verum esse non potest, quod Acosta in d. pag. 150. ait, scilicet, q nepos, qui viuo auo quasi dominus nunquam fuit bonorum auitorum, is suus hæres auo esse non potest, veluti si pręcedatur a patre siue suo, siue emancipato, id enim est contra text. in l. scripto, ff. vnde liberi cum conc. Nec dicatur quòd ibi filius, qui præcedebat, fuit exhæredatus: Nam resp. idem & si fuisset institutus l. si filius hęres. ff. de liber. & posthum. l. fi. de cond. inst. ff. l. qui in aliena, §. interdum, ff. de acqu. hæredita. licet cum Acosta teneant Curti. iun. numero. 49. Sapia. numero. 40. in dict. l. qui se patris, & etiam Ange. de Perig. in d. l. in suis, ff. de libe. & posthum. q. 5. numero. 11. quì per hoc reprehendebant Paul. qui tenuit in dic. l. qui se patris numero. 7. in l. ventre, numero. 4. de acquir. hæreditate quòd stante statuto, quòd filius possit abstinere, tunc si is abstineat, nepos incipit esse suus. Quod inquiunt, falsum est, quia suus esse non potest, qui in vita aui quasi dominus non erat. Sed errant, vt dixi, quia ista non est bona reprehésio. Sed ibi Ias. num. 46. & Alexan. numero. 13. reprehendunt ex alio, quia (inquiunt) suus esse non potest nepos, quia tempore mortis aui nō tenebat primum locum. Quę reprehensio non est generalis, sed tantum procedit, quando paterfam. nullum testamentum fecisset in alijs autem casibus secus, vt dd. ll. Tu ergo dic, quòd op. Pauli non est vera, quia per prius hereditas non fuit delata huic, sed patri eius vt dixi suprà, pag. pręced. Sed contra quia & in terminis d. l. scripto, cum concord. hæreditas per prius fuit delata hęredi scripto, quàm nepoti, & tamē nepos per hoc nó impeditur esse suus. Sol. Hęreditas ex testamento fuit per prius delata scripto, non ab intestata. Licet Paul. & male defendat Curti. in d. l. cui se patris, nume. 49. motus quia si pater vsus licentia statuti repudiet tunc ea repudiatio retrotrahitur, vt nunquam hæreditas ei videatur quęsita. Sed resp. Et si id agnoscam, tamen non obst. Nam licet fingatur, quòd non fuit acquisitum, tamen non fingitur, quòd non fuerit delatum, delatum autem fuisse sufficit, vt suus non existat vt dixi. Et conra Paul. tenet Sapia. vbi supra Demum tene Pau. per defensionem Curtij. Ad l. si quis filio exhæredato, ff. de iniust. rupt. versic. ab intestato, respu. quòd loquitur secundum tempus suum, quo tempore non erat successio in suis, nec in agnatis vnde sola delatio excludebat sequentes, at cum hodie sit successio non solum in agnatis, sed etiam in suis secundum communes sententias, vt per Corn. in d. l. qui se patris, nume. 13. C. vnde liberi sequitur, quòd filio repudiante, incipit nepos inuitari, nec videtur pręuentus per solam delationem reuocabilem, & acquisitionem, vt sic fiat locus d. l. scripto. Dic ergo. Ad existentiam sui hęredis nil aliud desideratur, pręter patriam potestatem

poteſtatem & acquiſitionis irreuocabilis prioritatem d.l.
[...]pto, vertic.cum & ipſe. Hic infero rationem & intelle
[...]d.§.ſi filium, & ad dict.l.ſi quis filio exheredato, in prin
cip.& ad d.l.ſcripto, in primo reſp.& ad d.l.1.§. ſciendum,
de ſuis & legi.& ad §.cum autem. ſuſtitu. de hære.ab inte.
Infero intell.ad l.ſi filius hæres, ff.de libe.& poſthum. Inte
ro inteil.ad l.ſi. de condit.inſtitut.ff. Adde pro nobis, quòd
qua ratione filius cuius exhæredatio per aditionem extra-
nei hæredis confirmata fuit, reſciſſo per querelam teſta-
mento, ſuus hæres ſit l. Papi.§.ex cauſa, ff.de inoff.l.filium.
§.ſed cum exhæredatio, de contra tab.ff.ibi, ſuum ex aſſe
hæredem, & ibi, iure factum hæredem, eadem ratione ſui
tas nepotis, quæ per exiſtentiam ſui hęredis filij videtur
eliſa, conualeſcit, vt filio abſtinente nepos ſuus fiat. Vel ſi
cut acquiſitio reuocabilis, de qua in d.§.ſi ex cauſa, non pe
rimit ſuitatem, vel non impedit, quin ſuus eſſe poſſit filius
ita nec acquiſitio, quæ fit per legis diſpoſitionem. Aſtrin-
ge vt l.ſi quid bello, ff.de capt. vbi habetur, quòd fortior ac
quiſitio eſt, quę contingit per factum hominis, quàm quæ
contingit abſque facto hominis per ſolam legis diſpoſi-
tionem. Vnde ſi acquiſitio hæreditatis, quæ contingit per
factum hominis hæreditatem adeuntis non impedit, quin
alter poſſit ſuus hæres exiſtere, vt d.l.Pap.§. ſi ex cauſa in
verb.ſuus, ff.de inoff.teſtament. quando ea prior hęredita
tis acquiſio quauis ratione euanuit, quando minus ea ac-
quiſitio hæreditatis, quæ ex ſola legis diſpoſitione con-
tigit; poterit impedire, quin alter poſſit ſuus hęres exi-
ſtere, ſi illa prior hæreditatis acquiſitio quanuis ratione
euanuerit?

Quòd ſi is paterfam. qui filium emancipatum, & ex eo
nepotem in poteſtate habebat, teſtamentum feciſſet, tunc
aut filius fuit inſtitutus, aut præteritus, aut exhæredatus.
Si inſtitutus, tunc ſi ſolus, nepos ſuus non erit. Sin autem
cum ipſo etiam nepos fuit ſcriptus, is nepos erit ſuus, vt di
xi in ſimi.ſuprà, argument.dict.l.ſcripto. Sin autem filius
fuit exhæredatus, tunc nepos præteritus ab inteſtato ſuus
eſſe poteſt dict.l.ſcripto, cum conc. Inſtitutus ſtatim ſuus
eſt dict.l.qui in aliena, §. interdum. Exhęredatus ſuus eſ
ſe poteſt, argument.l.Papin.§.ſi ex cauſa, ff. de inoffic.teſta
men. Sin aũt emancipatus ſit pręteritus, tunc ſi teſtam.que
relauit, eoq; expugnato ei fuit patris hęreditas acquiſita,
vel etiam delata tantum, nepos ſuus eſſe non poteſt. Quòd
ſi non querelauit, tunc nepos ſiue cum extraneo eſſet, ſiue
ſolus inſtitutus ex parte vel toto ſuus erit, quia in ea ex te-
ſtamento ſucceſſione a nemine præuentus eſt. Quòd ſi ſit
exhæredatus, & querelauit, erit ſuus dict.l. Papin.§.ſi ex
cauſa. Quòd ſi pręteritus, non habebit ius dicendi nullum,
ſecundum Bart.in d.§.& quid ſi tantum, numero.8. Cuius
opin.communis eſt ſecundum Acoſtam, pagin.150. Ergo
reſciſſo per contra tabu. teſtamento, hereditatem ab in-
teſtato delatam non ipſo iure, ſed aditione conſequetur.
Sed certe Bart. loquitur quando hæreditas fuit ex teſtamẽ
to emancipato delata, at nos quando fuit præteritus. Er-
go ſi tempore, quo primũ ab inteſtato defertur hęreditas
is nepos a nemine præcedatur, ſuus erit. Et ſuperiorem
Bar.op.receptam tene, licet contra eam teneant Alcia.libr.
parad.3.c.10.& Fortuni.in d.§.& quid ſi tantum, numero.
140. Ergo generaliter teneo, quòd hodie nepos, qui a pa-
tre emancipato præceditur, non magis ſuus erit, nec
minus, quàm ſi a patre, qui in aui poteſtate eſſet, præce
deretur.

Viſis ergo his, quę magis ad creationem, & originem
ſuitatis pertinere videntur, licet propter magnam mate-
riæ affinitatem & contiguitatem nonnulla etiam ad effe-
ctus ſuitatis pertinentia attigerimus, reliquum eſt, vt
ſuitatis effectus enumeremus, de ipſius reſolutione ali-
15 bi acturi.

Sit ergo primus effectus, quòd †pater, & filius vna per-
ſona reputentur l.ſi.C. de impuberum. Vnde inferuntur
plura, de quibus per doctor.ibi. Sed cogita, an is non tam
ſuitatis quàm filiationis priuilegium ſit. Vnde vtriuſq; vox
vna cenſetur, § ei vero. Inſt.de inut.ſtipu. Et vna, eademq;
caro cenſetur l.cum ſcimus, §.ſi. de agricolis & cenſi.libr.
10.ca.contradiximus, §.1.3.5.q.3. Quę conueniunt patri,
conueniunt etiam filio, gl. iuncto text.in l.ſi operarum, ff.
de bo.liber. Quæ omnia intellige in eo, qui erat in poteſta
te, ſecus ſi emancipatus, glo.l.ſi mater, §. ſi quis hominẽ, ff.
de except.rei iud. Vi.lat. per Iaſ.num. 13. vſque ad nume.
25.in d.l.in ſuis, per Coraſ.in d.l.fin.num.7.

Sed quòd glo.l.2.C.qui ętate ſe excuſ.lib.10.ait, ſcilicet
16 quòd ſtimum patris & filij eſt vnum & † idem, licet iure
veteri cum erat in poteſtate patris verum eſſet poſſet, tamẽ
hodie ſecus, vt l.cum oportet, de bon.quæ liber.C §.1.cũ
ſeq.Inſt.per quas perſ. nob.acqu. Et pro nobis expreſſum
in l.cum facultates, C.qui numer.libero.lib.10. licet gl.ſe-
quantur & dicant ſing.Iaſ.in d.l.in ſuis.nume.15.Coraſ.in
d.l.fi.num.9. Et illa glo. eſt communiter app. ſecundũ Iaſ.
in l.ſciendum, num.25.ff.qui ſatiſd.cog. Adde q̃ nobiſcum
ſentit gloſſ.d.l.2.

17 Adde etiam. quòd pater & filius † reputentur vna tan-
tũ perſona, id intelligitur in filio in poteſtate, non in eman
cipato ſecundum Iaſ.in d.l.in ſuis, col.1. cuius contrarium
tenet Sali.in l.fi.de impub.C. vbi Corn.& Dec.& Curt.n.
9.& iterum col.fi. Dec.conſi.320.col.fi. vbi hanc opi.dicit
communem, quòd procedat etiam in emancipato. Intelli-
ge quo ad termines d.l.fin. ſecundum communem, vt per
Alex.ibi.col.pen.in fi. etiam attento iure nouo, quo iure fi-
lius ſibi acquirit. Sed hæc communis non contradicit no-
bis. Quia fateor, quòd in terminis illius l. poſſunt vna per-
ſona etiam hodie videri, non ſic in terminis noſtris, vt fi-
lius etiam viuo patre cenſeatur dominus paternorum bo-
norum d.l.in ſuis & l.licet, §.paternos, ff.de verb.ſignifica-
tione, vnde plures effectus reſultant, vt per Iaſ.in d.l.in ſuis
nu.13.cum 11.ſeq.per Coraſ.in l.fi.num.7. cum pl.ſeq.C.
de impuberum. Sed an id dominium ſi verum nec ne, vi.
Paul.in l.cum heredes in princ.ff. de acquir.poſſeſſ. vbi di
xi. vi l.1.§.domini, ff. ad Sillan. vi Acoſtam in d.§.& quid
ſi tantum pag.76.

18 Teneo quòd filius etiam † viuo patre ſit vere dominus
rerum paternarum, argu.§.fi. & §.pen. Inſti.de duob.reis,
vbi dominium eiuſd.obligationis (eſt enim dominium in-
corporalium l.qui vſumfructum, ff.ſi vſufructus pet.) eſt
apud duos reos credendi inſolidum. Ad tex. dum ait quodã
modo, reſp.quòd ideo dicit, quia filio deeſt adminiſtratio
vt in verſi.itaque d.l.in ſuis. Sed certe id periculoſum eſſet.
Nam noſtrum fundam. cócludit, quòd id potuiſſet per l.in
duci, non tamem quòd inductum fuerit. Vnde tene, quòd
dominus eſt improprijsſime.

Et filius etiam viuo patre dicitur habere † poſſeſſionẽ
rerum paternarum d.l.in ſuis, ibi, itaque poſt mortem pa-
tris non hęreditatem percipere vidẽtur, ſed magis liberam
bonorum adminiſtrationẽ. Ergo ſi nihil eis defuerat prę-
ter liberam bonorum admi. ſequitur, quod habebant non
ſolum dominium ſed etiam poſſeſſionem.

Confirma. quia hac ratione etiam poſt mortẽ nequeũt
pro hærede vſu capere. Sed reſp. quod vſucapio in ſuis titu.
pro hęrede, non ex defectu poſſeſſionis, ſed tituli impedi-
tur. Nam & ſi apprehendiſſet poſſeſſionem bonorum, ad-
huc non vſucaperent, non magis, quàm parentes ſui. Nõ.n.
noua dominij poſſeſſionis ve acquiſitio contingit ſed ma-
gis vetus continuatur. Et pro nobis expreſſum in l.2.§.fi-
lium, ff.pro hęred.ibi, quia exiſtimabat naturalem poſſeſ-
ſionẽ penes eum fuiſſe viuo patre. Ita tenet expresſim glo.
in d.l.in ſuis in verb.quodammodo, & gloſſ.in §.ſui. Inſti.
de hær.qual.in verb.exiſtimantur, licet aliter ſentiat gl.in l.
cum miles, ff.quib.ex cau.mai.& gl.in l.cũ hęredes, in prin.
ff.de acq.poſſ.& licet contrarium ſe habet communis, ſecũ
dum Alex.in d.l.in ſuis, num.8.& Iaſ. nume.29. poſt Bart.
ibidem numero.5.& in l.cum hęredes, in princip.ff.de ac-
quir.poſſeſſ. Item vt dominium eiuſdem obligationis (eſt
enim dominium obligationis l.qui vſumfructum, ff.ſi vſu
fructus.pet. Ripa, nuumero.26.in l.naturaliter, §.nil com
mune

mune, de acqu.poss.(potest esse apud duos reos credendi, ff.de duob.reis, C.& Institu.eod.per totum licet ab vtroq; simul exequi non possit, §.penult.& fin.Inst.de duob.reis sic etiam ius possessionis est(vt d.l.in suis)apud patrem simul & filium, licet ab vtroque simul executio fieri nõ possit, sed tantum a patre. Sic & in pluribus, ff.de lega.1. Sic & in l.coniunctim, de leg.3.ff.in l.vn.§.si vero non omnes, de cad. toll. C. Item, vt pupillus furiosus & similes licet habeant dominium, & poss.l.1.§. adipiscimur, & §.item acquirimur, de acquir.poss.ff.l.is qui animo, eod.l.2.C.eo.tamen non habent administrationem: ita & is filius licet viuo patre careat administratione, potest tamen habere dominium.

Sed responde, defendendo communes opin. Fateor vt ius tam dominij possessionis possit esse apud duos insolidum, vel esse videretur, quòq; in quibusd.casibus induxit l.quòd autem id hoc casu induxerit, id non esset tutum tenere. Sed mihi certe tutum, & tutissimum esse videtur. Nã de potestate legis dubitandum non est, quin id inducere potuerit, vt dd.ll.non quoque de eius voluntate, quia id disposuit in d.l.in suis, cum conc. suprà allegi. ergo nil deest. Et quòd impunè possint occidi a patre operatur suitas, vt d.l.in suis, hodie contrà, §.alia deinde.l.Institu. de pub.iud. §.sed & maior.Institu.de his qui sunt sui vel al.l.fina.C.de patr.potest.l.fi.C.de patro.qui filios distr. Et quòd imperfectum testamentum valeat inter solos suos hæredes l.fi.C. fam.herc.quod dodie extensum ad omnes liberos l.hac cõsi.§.ex imperfecto, de testam.C. Et quòd vt viuo patre domini dicuntur, ita & eo etiam viuo possint hæredes appellari. Bart.in l.Gallus, §.etiam si parente, nume.2.vbi plura bona accumulat Corn.nu.14.in l.3.de iure delibe.C. Acosta, in §.& quid si tantum, pag. 167.in princ.probatur in l. Gallus, §.nunc de l.& §.etiam si parente, ibi, si quis ex suis hæredibus suus hęres esse desierit.& in l. posthumorum, ff. de iniust.rupt.§.posthumorum, Inst.eod.

20 Ratio dubitandi, quia viuentis non est † hęres, vt ff.de hær.vel auct.vend.l.1.ff.de vulgaris.l.1.§.interdum, ibi, improbum l.qui superstitis, ff.de acq.hęr.l.1.C.pro hærede l. opinione, & l. nec nos pręterit.C.de capt. Ita intelligo l.si quis Titio, ff.de vsufr.lega.vbi.sensus est, non quòd Titius viuens dimidiam vsusfructus, alteram verò dimidiam hęredes eius iam defuncti habere incipiẽt, sed magis, quòd ipse dimidiam, alteram verò eius filij statim habere incipiãt Et idem quòd Bar.tenet Soc.in l.si filius qui patri, de vulg. numero.16. Licet contrarium tenuerit gloss.desierit. Inst. de hęredit.qual.§. sui & Curt.Iun.in l.fina.vnde lib.num. 8.quorum nullus allegauit Bart.in d.numero.2.(in vltimo autem vitæ spiritu bene fatetur Curt. ꝙ filius verus hæres efficiatur, argu.l.fi.ff.de cond.inst.quod falsum est, vt §.sui de hęred.ab intest.ibi, statim post mortem (teneo cõtra cõmunem cum glo.desierit,, suprà allega.per l.si ita, §.regula l.Gallus, §.in omnibus, ff.de libe.& post.vbi filius non potest exhęredari sub hac conditione tacita vel expressa, si viuo patre moriatur, at si viuo patre hæres esset, posset. Ad ll.contrarias.resp.quòd suus hæres videtur, scilicet futurus. Nam & extraneus hæres dicitur, quem institui etiam viuo me l.si alienum, §.in extraneis.ff.de hær.inst.§.in extraneis.Inst.de hær.qual. Vel videtur suus hęres, & iura suorũ habere propter effectus, qui sunt in vita patris, licet quo ad successionem nondum videatur suus hęres. Et sic concordabuntur opin.

Operatur suitas, ꝙ ex ui suitatis, valeat etiam donatio inter patrem & filium, quæ contingit in legitimæ assignatione secundum, cõem op.vt per Ias.in l.frater a fatre, ff.de cond.indeb.col.antep.vers.Septimò lim.Segura in l.Imperator, ff.ad Treb.nu.84.Ioan.Lupus, in c.per vestras §.24. nu.9.Segura in l.vnum ex fam.§.sed si fundum, ff.de leg.2 nu.54.& nu.90. Quod intelligendum in nepote suitatẽ habente, nam si a patre precederetur, non posset ei fieri talis legitimæ assignatio. Quod hodie intelligendum, etiam si pater esset emancipatus Bart.in argu.in l.Gallus, §. & quid si tantum, ff.de lib.& posthu.nu.8. Sicq; hodie is non est effectus suitatis, sed patrietatis. Et operatur suitas, vt suus hæres nequeat institui sub cõditione hac, cum quidam extraneus morietur, is enim dies habet vim cond.l.hæres meus l.quibus diebus, §.quidam Titio, ff.de condi.& demonstr. Extraneus autem instituti posset sub illa conditione l.extraneũ, ff.de hæredibus instituendis, ita in specie tenet Bal. in l.extraneum, columna prima, versicul.tertio.lectura, C. de hęredib.instituend. Cui textui assigno nouum intell.vt extraneus institutus ille possit pendente conditione accipere secundum tabul.ne alias frustratoria sit institutio.

21 Et operatur suitas, vt non † possit institui sub conditione casuali, nisi in ejus defectum exhæredaretur, l.si pater. C.de institutio.& substitutio. intellige primò in suis hæredibus primum locum tenentibus, vt est filius. Secundo etiam in nepotibus primum locum tenentibus secundum communem, vt per Xuarez l.quoniam de inofficioso testamento ampliatione 4: qui hanc dicit communem post Bart.Bald.Angel.Imol.Paul.in l.sed & si const.§.nepotes, ff.de hæred.instituend. Nos contra communem, vt nepotes etiam suitatem habentes possent sub omni conditione institui. Intellige primò iure, ff. contra communem per nostra fund. Et ad l.posthumorum.de iniusto rupto, ff.in qua communis fundatur, patet responsio. Nam ibi loquitur de necessitate causatiua, non præcisa gl.approb.in l.Gallus in princip.in gl.tertia.ff.de libe.& posth.

Itaque aliud est quærere, an id testamentum valeat mero iure, an verò cum valuerit, detur pendente conditione querela iuxta.le. si pater.& le. filius matrem, Codice de inofficioso testamento. vel etiam secundum tabul. vt le. secunda.§.si sub conditione.de secundum tabu.ff. Id quod agnoscimus. Secundo intellige secundum Xuarez vbi supra colum. tertia. & Corne. in l.si pater.C. de institutio.& substitutio.col.tertia in princi.post Imol.in l.fin.col.fi.ff.de condi.Institut. quòd communis procedit, saltem inspecto iure, C.post.l.fi.§.sancimus de liberis præter.§.sed hęc quidem.Institutio.de exhęre.liber. Nos contrà. Nam per illa iura id tantum prouisum est, vt licet olim possent hi nepotes ex toto præteriri, hodie nequeant. Item vt licet olim possent inter cæteros exhæredari, hodie debeant nominatim. Ergo in præteritione, & exhęredatione, non ipsorum institutione iura noua loquuntur.

Item etiam operatur, & hũc effectum suitas, quòd suus
22 † non potest institui sub conditione turpi. Quod olim sine dubio verum.l.filiusfam.ff.de condition.instit.l.Lucius.secundum vnum intellectum, ff.de condition.& demonstratio. idem & hodie secundum communem opinio.vt per Xuarez.8.limitat.in dict.l.quoniam in prioribus.fol.53.& diximus in materia legis quoniam in prioribus, C. de inof. testament.

Sed certe id nec iure ff. est sic generaliter accipiendum, nec iure C. Nam iure, ff. solus filiusfam. vetitus fuerat sub turpi conditione institui.vt dicta.l.filiusfam.reliqui autem liberi suitatem habentes poterant omnino præteriri, & sic longe facilius sub quauis conditione institui hęredes l. suus quoque.in princip.ff.de hęredi. instituen.

23 Suus non potest sub conditione † exhęredari, reliqui autem liberi possunt secũdum Acostam.vbi suprà.quod impugnamus per l.sub conditione, ff.de contra tab. Ergo nos cõtrà, quia nec sub cõditione exhæredari patronus posset. Nam agnosco, quòd si reliqui sub conditione exhæredarentur ab initio non desineret valere testamentum, sicut per nec omnimodam pręteritionem, sed tamen cum primum locum filij cœpissent tenere testamentum vitiaretur, quod hodie sine dubio verum, l.final.§.sancimus, C. de liber.pręterit.§.sed hęc quidem.Institution.de exhęre. liber.

Et etiam suitas operatur, quod in † suis exhæredatio nõ
24 sit res inepta, secus in alijs secũdum quosdam.l.quidam, cũ filium de verborum obligatio. Sed contrà dico, vtį l. nõ putauit, §.si quis filium emancipatum. de contra tabul.ff.vbi licet

licet emancipatus non ſit ſuus, §.ita demum. Inſtit.de hęredita.quæ ab inteſta.defer. tamen exhæredari poteſt,non inepte,ſed vtiliter. ad idem le.non putauit.in princip.ff.de contra tabul.

25 Et operatur ſuitas, quòd ſuis † tantum poſsit fieri pupillaris.Segura in leg.cohæredi,§.cum filiæ.de vulgar.numero.8.ff.argumen.tex.in l.2.verſi.nepotibus etiam poſſumus.ff.de vulgar.

26 Et operatur ſuitas, quòd qui † ſunt ſui & neceſſarij patri ſuo, ijdem ſint ſui & neceſſarij etiam filijs impuberibus teſtatoris.l.ſed ſi plures,§.quos poſſum.le. ſecunda.§. prius,ff.de vulgarib. retenta opinione volentium quòd nepos ex filio viuente non ſit ſuus,nec neceſſarius. Iaſo. numero 17.in le.Gallus.§.primo.ff. de liberis & poſthumis. & Angel.de Periglis in d.le.in ſuis quinta quæſtione.princip.numero vndecimo. Nos contra, vt idem ſit in ijs, qui neceſſarij tantum ſunt, qualis eſt ſeruus . argumento dict. §.quos poſſum.

27 Præterea ſuitas operatur, quod ſi † hæreditas extranei filiofam.ex teſtamento deferatur,iſq; filius eam adire nolit,tunc extranei illius hæreditas per patremfamil.eius,cui delata fuit,poſsit adiri ſecũdum quoſdam,per l.fi.in princ. & §.ſimiliq; modo C. de bon. quæ liber.

28 Præterea ſuitas operatur etiam, quod ſuus † hæres non poterat præteriri, reliqui autem poterant,le.in ſuis ff.de liberis & poſthumis l. cum ratio.ff.de bon. damnatorum,l. inter cætera, ff.de liberis & poſthumis. Alexand.numero decimo in dicta l.in ſuis. Acoſta in leg.Gallus,§.& quid ſi tantum pagina nonageſimatertia cum pluribus præced. & ſequenti.ff.de liberis, & poſthumis. Quod olim,vt ſuprà ſæpe diximus,non in omnibus ſuis hæredibus, ſed tãtùm in filiofami. obtinebat.

29 Præterea ſuitas operatur,vt hæc conditio, † ſi voluerit, appoſita in inſtitutione ſuorum,vtilis,fit, aliquidque operetur non ſic in inſtitutione extraneorum,le.Cornelius,l. iam dubitari,ff.de hæredibus inſtituen.le.verba hæc, ff.de condition.inſtituen. Sed certe is effectus non in ſuis tantum, ſed etiam in omnibus hæredibus neceſſarijs procedit,& ſic etiam in ſeruis hæredibus ſcriptis, vt dictis legibus patet.

30 Hactenus de effectu † ſuitatis viuo patre. At poſt eius mortem operatur ſuitas quòd ipſo iure tranſit, & continuatur dominium,vt §.ſui.Inſtitu.de hęredita.ab inteſta. ibi,quaſi continuatur etiam dominium. Ad idem dict.l.in ſuis.& l.cum ratio.ff.de bon.damnatorum. Illudq; dominium eſt verum, licet acquiratur per modum fictum:etenim olim dominium quærebatur per naturalẽ poſſeſsionis apprehenſionem,l.1.in princi.ff.de acquir.poſſeſ.l.traditionibus, C.de pactis.

31 Et in ſuis ipſo iure † continuatur poſſeſsio,§.ſui.Inſtit. de hære.ab in. melius in d.l. in ſuis.

32 Et in ſuis non eſt hæreditas † iacens. text.in d.le.in ſuis. gloſſ.cum hæreditas.C. depoſiti.Iaſo.nume.10.in l.in ſuis. Chriſtophorus in §.ſui. de hæredita.qualita. Iaſo.in l.ſi filius qui patri.numero quinto,& vtrobique dict.gloſſ.dicit ſingularem. Vnde licet hæreditati non fiat furtum, tamen aliud in ſuis.

33 Et in ſuis non eſt vſucapio † pro hærede, vid.Soci.in le. ſi filius qui patri. de vulgar.numer.16.vid.Iaſo.in l. in ſuis. nume. ſeptimo.

Limit.ſecundum communem † niſi filius,qui repudiauit vnde liberi bonorum. poſſ. accipiat vnde legitimi.vt l. 2.in princip.ff.de ſuis & legiti.Nos contra.Primò,quia nemo poteſt mutare ſibi cauſam poſſeſsionis,le.cum nemo. ff.C.de acquirend.poſſeſ. Secundò, quia in fronte eſt ſuſpicio fraudis.argumento.le.Iulianus,ff.ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. Tertiò,& fortius per l.penultima.§.fina.& §.penulti.ff.quis ordi.in bonor.poſ.ſer.& le.1.§.fina.ff.de ſucceſſo.edict. Quartò per l.2.in princi.ff.vnde legiti. Quintò, quia ſi is repudiauit ſpecialiter bonor. poſſeſſ.tantum, tunc adhuc perſeuerauit hæres de iure ciuili.le.ſuum.C.de iure deliberand. ergo, &c. Siue etiam repudiaſſet hæreditatem de iure ciuili, tunc per abſtenſionem non deſinit hæres eſſe mero iure, §. quos autem. Inſtitut. de bonorum poſſeſſ.leg.ei qui ſoluendo, ff.de hæredib. inſtit.le.& ſi fine §. ſed quod Papinianus, ff.de mino ribus. Item & fortius, quia tunc ſimul ac agnouiſſet de iure prætorio ex capite vnde legiti. videretur ſuam abſtenſionem reuocare (ſi ſine præiudicio iterum fateremur, quòd tacite, vel etiam expreſsim cum bonorum poſſeſsio. vnde liberi. & abſtinuiſſe videretur) iterumque adire, cum ſub agnitione bonorum poſſeſsio. comprehendatur aditio hæreditatis de iure ciuili. leg.puberem, C.de iure deliberan.ſecundum intellectum Bartol. Fulgoſ. Paul.Iaſo. ibibem, Roman.& Cuman.in le. ſi quis mihi bona.§. & quid ſi mandauit,ff.de acquirend.hæredita. Adde, quod opin.Bald.in rubric.extra. de reſcript. ſuprà relatam ſequitur numero octauo,in dict.l.in ſuis.Alexand. & Alexand.ff.de vulgar. in l.ſi filius qui patri.columna fina.& in le.qui ſe patris, C. vnde liber.columna quarta.Pro nobis eſt text.in le.de bonis,§.1.ff.de Carbo.edicto.qui text. eſt ſingularis & peregrinus in hac materia.

Pro communi defendenda dic, quòd dominium hæreditatis per ſuitatem quæſitę eſt reuocabile per benef. prętoris, non ſecus, quàm dominium legati de iure communi, vnde poſtquam filius abſtinuit, hæreditas fingitur nũquam quæſita.le.nam nec emancipatus. de legis primo,ff. non ſecus, quàm legatum repudiatum fingitur nunquàm quæſitum,leg.proinde.ſi certum petatur.ff.l.ſi tibi homo, §.cum ſeruus.de legat.primo,ff. Ergo ſi filius hæreditatem iure agnati acceptet, per prius eam iure ſuitatis omiſiſſe intelligitur (dict.§. ſed videndum, nam quandiu locus eſt capiti liberorum, ceſſat caput agnatorum) & per hoc videtur nouo titulo eam quæſijſſe. Fallit,quando priore titulo renaſcente,& inſtaurato,eam acquireret.vt in terminis.l.fin.C.de repu. hære.

34 Et operatur ſuitas,quòd hæreditas † quęratur ſine aditione le.prima, §.qui ſunt in poteſtate,ff.ſi quis omiſ.cauſ. teſtamen. Intellige in ſucceſsione ab inteſtato. le.in ſuis.ff. de ſuis & legit.§.ſui.Inſtituti.de hæredit.ab inteſt.§.ſui.de hæred.qualit.d.l.in ſuis. Idem in ſucceſsione ex teſtamento.l.qui in aliena.§.interdum. de acquirend. hæredit.ff.d.l. in ſuis.l. cum ratio.ff.de bon. damnato.

35 Et in ſuis quæritur hæreditas † abſque vllo temporis interuallo,l.ſi poſt mortem.in princip.ff.de legatis primo. vbi Iaſo. Idem in ſucceſsione ab inteſtato.§. ſui. de hæredita. ab inteſta. ibi ſtatim, & §.ſui.de hæredita. qualita. dicta leg. in ſuis. Fallit vbi eſt aliquod impedimentum, quo minus acquiratur. Quòd primò intellige, quando impedimentum deſcendit ex teſtamento per conditionis appoſitionem, le.fina.ff.de conditio. inſtitutio.leg.conditionibus pupillus. de conditio.& demonſtratio.ff.vbi erat conditio.poteſtatiua. Idem ſi mixta.leg.ſi quis hæredem, C.de inſtitutio.& ſubſtitution. & reſtitui. ſecundum noſtrum intellectum. Idem & tertio ſi per poſthumi præteriti natiuitatem pendentem ſuſpenderetur.l.ſi filius hæres. de liberis & poſthumis. ff. Idem & 4. ſi is qui præcedebat, erat apud hoſtes.vt leg.prima,§.quòd ſi filius,ff.de ſuis, & legitimis. Quintò idem in eo, qui ab hoſtibus redemptus fuit, quandiu redemptus non eſt. dict.leg.prima, §.proinde. Sextò idem ſi pater redemptus ſit ab hoſtibus, vt filius antequam patrem defunctum luat, ſuus non fiat,leg.à patre.ff.de capti. in primo reſpon.ſed ſtatim corrigitur ibidem 2.reſp.facit.l.captum ab hoſtibus, C.de capt.leg.ſenatus,§.qui ab hoſtibus.de lega.primo, vbi qui ab hoſtibus captus fuit, potuit ſibi ipſi legari, contra.l.res proprias,C.de lega.Sed reſpon. quòd & res mea alteri obligata mihi poteſt legari. leg. Mæuius, §. fundo. de legat. ſecundo, ff. Septimò idem, ſi ſuus per deliberationem hæredis fuerit impeditus,le.ſcripto, ff.vnde liber.l.prima. §.ſciendũ.de ſuis & legiti.l.ſi quis filio exhęredato.de iniuſto rupto.l.ſi quis poſt,§.ſi filium. de liber.& poſthum.

§.cum autem.de hæredita.ab intesta. Octauò idem, si sit impeditus per moram litis.l. Papinianus.§.si ex causa ff.de inofficioso facit.l.filium], §.sed cum exhæred.ff.de contra tabu. Nonò hodie idem, quandiu speratur emancipatus, qui iure ciuili admissus impediet nepotem ex se suum auo fieri hæredem.vt dixi suprà.

Decimò idem, si conditio sit casualis.l.filius à patre.in princip.ff.de liberis & posthumis.Dic ergo licet regulariter inter † mortem testatoris, & existentiam sui hæredis non sit medium temporis le.si post mortem. in princip.l. quæsitum §.præsente. de legat. 1.ff.Bartol.in l.fina.col.2. ff.de conditio. instituend. Ias.in d.l.si post mortem.tamen aliquando potest esse medium. text.in le.1.§.si pater.ff.ad Silla. Intellige multipliciter.

36

Primò, quando suitas suspenditur per condi. casualem. l.filius à patre.in princip.de libe.& posthum.l.si pater cum concor.C.de instit. & substi.

Secundò, quando suspenditur per condi.mixtam.leg.si quis hæredem.secundum nostrum intelle.præter communem,C.de instit.& substit.

Tertiò, quando per conditio. potestatiuã.l.conditionibus pupillus.de condit.& demonstrat.ff.l.fin.fi. de condit. instituen.ff.

Quartò, quando suspenditur per condi.si voluerit. leg. Cornelius.l.iam dubitari.de hæred.instit.ff.l.verba hæc de conditio.institu.iuncta.l.si ita legatum,§.illi si volet.de legat.primo, ff.

Quintò, quando per solam exhæredationem suspenditur, & redintegratur,seu liberatur per hæredis repudiationem,le.filium,§.sed cum exhæredatio.ibi, suum ex asse hæredem, & ibi, ire suum factum hæredem. de contra tabu.ff.

Sextò, quando suspenditur non solum per exhæredationem, sed etiam per litis moram l.Papinia.§.si ex causa. ibi,suus,ff.de inoffic. testam.

Septimò, quando per posthumi præteriti pendentem natiuitatem,vt l.si filius hæres.ff.de liber.& posthu.l.ventre.ff.de acquiren.hæredi. secundum verum intellectum, Christophori de Castell. Ias.& sequacium ibidem.

Octauò, quando per pendentiã primi gradus à quo filius exhæredatus fuit,cum à secundo esset præteritus,le.3. §.fina.ff. de liberis & posthu.

Nonò, quando per captiuitatem filij sui hæredis.l.1.§. quod si filius.de suis & legiti.ff.facit,le.penulti.ff.de liberis & posthumis.

Decimò,quando per sui hæredis pignorationem, le.1. ff.de sus & legi.§.proinde facit, l.à patre.ff.de capitu.& C. de capti.

Vndecimò, quando suitas suspenditur per hęredis scripti deliberationẽ,le.si quis post, §.si filium.ff.de liberis & posthum.l.si quis filio exhęredato.de iniusto rupto,l.scripto.vnde liberis.le.1.§.sciendum, ff.de suis & legitimis.§. cum autem.Insti.de hæreda.ab intesta. Isq; casus multum adsimilatur quinto casui, de quo suprà.

37 Duodecimò, quando suspenditur † per statutum, quo cauetur filius posse abstinere, tunc enim is filius non ante suus efficitur,quàm immisceat se. Paulus in le.tertia.C.de iure deliberandi.Sed Bald.contra in l.qui se patris, numero decimoquinto. C.vnde liberis vbi Paulus, numero septimo,Paul.numero quarto,in l.ventre, de acquirend.hæreditate.ff. Alexand.numero decimotertio. in l.qui se patris.vbi Iaso.numero quadragesimosexto, Sapia.numero quadragesimo.Curti. numero quadragesimonono. Sed adhuc isto casu, licet antea per prius fuerit filio mero iure quæsita hæreditas patris, tamen postquàm abstinuit,non dubito,quin si filius vsus licentia statuti abstineat,suus esse desinat, suitasque migret in nepotem, vt per hoc & in suitate successio sit, & inter mortem testatoris, & existentiam sui hæredis reperiatur medium. Moueor, quia in hac successione is nepos à nemine pręuentus fuit effectualiter, ergo, &c.

Decimotertiò,quando staret statutum, quòd statibus masculis. &c.nam tunc si masculi post mortem testatoris abstinerent,vel repudiarent,non dubito, quin fœminę ex interuallo suæ hæredes existerent. vt dixi suprà. Et vide Bart.in l.1.§.sciendum, ff.de suis & leg.

Decimoquartò, quando filia iuramento renuntiasset patris successioni,deinde eius fratres voluntate, vel impotẽtia mortuo patre eius caruissent successione, nemo filiæ suæ essent ex interuallo hæredes. argumento, eius, quod ait Iason.in l.si quis posthumos,§.si filium, nume.3.de liberis & posthum.ff.& l.Papinia.§. si ex causa.ff.de inoffi.l. suus hæres.C.de rep. hære.

Decimoquartò idem hodie,si filia, quæ iuramento renuntiauit patris successioni, post mortem patris iuramenti relaxationem impetrasset. argumen. dict.§. si ex causa. in verb.suus.

Decimoquintò idem, si per interuentum emancipati nepos in potestate retentus impediatur, isque emancipatus abstineat, vt dixi suprà.

Non idem,si filius deportatus, vel aqua, & igne interdictus,post mortem patris principis beneficio restituatur, nam tũc statim post mortem patris nepos suus hæres extitit absq; vllo interuallo, licet suus esse desierit virtualiter per interuentum restitutio.Simi.in §.si emancipati.& §.interdum.de hære.ab intesta. insti. Sed certe etiam hoc casu videtur idem vt infrà dicam.

Decimosextò idem, si suitas impediatur per accusationem,argumen.§.interdum.de hæred.ab intesta.iuncta, l. patre furioso,ff.qui sunt sui.facit l.à patre.ff. de cap.facit,le. defunctis,C.de leg. hæred.

Decimoseptimò per pendẽtiam primi gradus, à quo filius exhæredatus fuit cùm à secundo esset præteritus.

Nam si instituti in primo gradu repudient,filius ex interuallo suus fiet.l.tertia, §.final.ff.de liber. & posthumis. Quæ nota,quia nullus ita bene declarauit, nec etiam proxime accessit.

38 Pręterea post mortem patris † operatur suitas, quòd suis etiam ignorantibus acquiritur hæreditas,§.sui.de heredit. qualit.secus in extraneis, l.cum quidam,§.quod dicitur.& §.suum.ff.de acquirenda hæredita.l.hęres institutus, eod. le.nec nos, C.de capt.nam nec dubitantibus.vt ibi.ratio,vt l.fina.C.de condi.indebit. Facit l.qui seruum, ff.de acquirend.hæredita. vbi adeò ignorantibus non quæritur hæreditas, vt voluntas per prius declarata non sufficiat.& le. Antistius.§.fina.eodem titulo,vid.l.prima §.scientiam,ff. de secundum tabula. Facit ratio legis, quia poterat, ff.ad Trebellianum,l.quia autem in princip.& §.primo, ff.qui in fraud. credi.

39 Et suis etiam impuberibus † acquiritur hæreditas absq; tutoris authoritate.ergo cessat,l.prima, ff.de bonor.possess. furioso.in fin.l.impuberibus,ff.de acquiren.hæredita. hæc amplia.vt leg.conditionibus pupillus,ff.de conditio.& demonstratio.

40 Et suis etiam furiosis † quæritur hæreditas sine authoritate curatoris.Sicq; cessat,le.prima.ff.de bono.possess.infanti furi.le.Antistius.§.fin.ff.de acquir.hæredita.§.sui.de hæredi.qualit.Instit.

41 Et suus etiam in vltimo † vitæ spiritu quærit hæreditatem.vt probatur in versi.quòd si neminem,l.fi.ff.de cõditio.institueu. Extranei autem eo tempore hæreditatem nequeunt acquirire.vt ibid.

42 Suus per implemen.conditiõ.acquirit † hæreditatem.l. conditionibus pupillus.ibi. iure potestatis, ff.de conditio. & demonst.Aliud in extraneis,l.prima §.primo. de conditione causa data. ff. Amplia. vt acquiratur etiã irreuocabiliter contra Bald.ibidem,argumen.l.iam dubitari.in fin. ff.de hæred.insti.

43 Suus per expilationem hæreditatis † acquirit hereditatem irreuocabiliter.Aliud in extraneis.argu.le.si seruum, §.ait,ff.de acquir. hæred.

44 Suus per expugnationem testamenti † irreuocabiliter quærit

quærit hæreditatem. Aliud in extraneis.l. Papinianus,§.si ex causa.iuncta.l.posthumus,§.si quis ex his.ff.de inoffic. testamẽ. Qua ratione inuentum esse intelligendum est remedium.l.2.C. de inoffic. testam.

45 Suus habet † beneficium abstinendi, le.necessarijs,ff.de acquirend.hæredita.§.sed his permittit.Institu.de hæred. qualita.

46 Suus habet beneficium † reuocandæ abstensionis.l.finali.C.de repudiand.hæredita. Secus in extraneis.l.fin.l.sicut maior.eod.titu.

Ius accrescend.non datur suis inuitis præcise, sed tantũ causatiue.l.cum hæreditate,ff.de acquir.hæred.secundum quòd alibi induximus. Vel aliter, si suus hęres, qui ipso iure ex legis dispositione hæres patri extitit, speciali prætoris beneficio vtatur, & abstineat, tunc portio, quæ ei mero iure quæsita fuerat, cohęredi accrescit.d.l.cum hæreditate. Et licet regulariter in hæreditatibus portio accrescat inuitis irreuocabiliter,le.vnica.§.his ita,C.de caduc.tollẽ. tamen hoc casu speciali beneficio suitatis datum est, vt nõ inuito, sed volenti talis portio accrescat.

47 Suitas autem cessat, dum validitas † testamenti incerta est. Est enim verum, quòd quandiu incertum est de viribus testamenti, tandiu cessat acquisitio hæreditatis,l.si filius hæres,ff.de liber. & posthumis. Intellige primo, quod non potest acquirere iure suitatis, vt ibidem, & l.ventre, versiculo,ergo si ventre, ff.de acquirend. hæredi.& l.cum quidam.§.suum.tam in primo, quàm in secundo respon.à contrario sensu.eodem titul. Secundò intellige quòd non potest acquiri iure aditionis, dict.l.ventre.primo respon so.l.illud.§.fina.in fin.ff.de contra tab.2.vt l.cum quidam. §.quod dicitur, 2.ff.de acquirend. hæredita.l. hæres institutus.l.quod si dubitet, l.sed & si de sua.eod.titu.l.posthumo nato,C.de contra tabul. Secunda ratio, vt l.si is ad quẽ l.si pater,l.si quis mihi bona, §.aliter atq;.ff.de acquirend. hæredita. Itaque.

Primò intelligitur, ꝙ cessat acquisitio ab intestato ex capite suitatis propter pendentiam testamenti. vt dicta.l. si filius hæres.in sui generalitate, & l.quandiu vbi colligitur ratio de regulis iuris,ff.l.quandiu, 2.de acquirend.hæredit.ff. Cessat etiam ex capite aditionis. vt dd.ll.idq; propter incertitudinem testamenti, dic.leg.si is ad quem:cum concordan. Ex testamento autem nec iure aditionis,d.l. sed & si de sua.cum concord.nec iure suitatis,d.versi.ergo ventre,dic.§.suum.à contrario sensu.

Sed opp. quod pendẽte tali dubio possit hæreditas adiri.argumento.ff.de contra tabul.l.filium, §.sed cum exhęredatio.& de legat. præstand.ff.l.virilis, §.sed & si adierit. facit, l.ex duobus.§. fina.ff.de vulgar.§.sunt autem.Instit. de bonorum posses.& faciunt omnes ll. dicentes, quòd si ex duobus filijs alter institutus sit, alter pręteritus, institutus potest adire.l.ex duobus. in princip.de contra tabu.ff. facit,l.illud.in fin.eod.titu.

Adde, quòd per ventris præteritionem impediatur acquisitio hæreditatis.dicta.l.si filius hæres. Tamen distingue, quòd aut venter erat vacuus, aut plenus. Primo casu, cùm erat vacuus, aut loquimur in successione ab intesta-
48 to,& tunc aut loquimur † in suis hæredibus, aut in emancipatis, vel extraneis. Nam suis non impeditur acquisitio hæreditatis l.cum quidam, §.suum, versicu. putasse.de acquirenda hæreditate.ff. In extraneo, vel emancipato impeditur acquisitio. Intellige primò, quando venter suum pariturus sperabatur,d.l.cum quidam,§.quod dicitur. 1.in princip.& §.siue igitur. Secundò quando legitimum tantum pariturus erat.ibi.versi.& non solum. Tertiò idem in acquirenda bono.posses.ibid.versicu.idemq́ue & per bon. possessio. Quod si sumus in successio.ex testamento, tunc aut venter fuit institutus, & non impeditur acquisitio, dic. §.siue igitur.ibi, nisi proponas ventrem institutum, dict. §.suum.ibi, siue institutum posthumum proponas. Aut fuit exhæredatus, & similiter non impeditur acquisitio, d. §.siue igitur. & ibi, vel exhæredatum.facit.l.prima.§.toties,ff.de vent.in posses. mit. Aut fuit præteritus, & tunc suus non impeditur acquirere hæreditatem. dict.§.suum. d.l.ventre,§.sed si vacuo. Emancipatus autem, vel extraneus impeditur.d.l. ventre.in princi. & in §.emancipatus, d.l.cum quidam,§. quod dicitur.1.& 2.l.illud.§.fin.versic. quod maxime, de contra tabu.ff.

Secundò casu, quando venter erat plenus, aut loquimur in successione ab intesta. & tunc suus non impeditur.d.§. suum.ibi, siue intestatum patremfami.decessisse. Emancipatus verò, vel extraneus impeditur. di.§.quod dicitur. 1.in princip.& §.& non solum. Aut in successione ex testamento, & tunc si posthumus, fuit institutus, dic vt d.§. siue igitur.ibi, siue institutum ventrem proponas. Si exhæredatus, similiter nullus impeditur ibi, siue exhæredatum. Quòd si præteritus, tunc nec suus potest iure suitatis acquirere,d.le.si filius hæres.nec adire, vt dict.l.ventre. §.ergo si ventre. & dict.§.suum.ibi, siue institutum posthumum proponas.à contrario sensu. Neq; accipere bon. posses.secundum tabul.l.illud.§.fin.ff.de contra tabu. Ratio, quia prætor contra tabu. dat præteritus etiam qui possunt impugnare de iure ciuili.vt ibi. & §.sunt autem. Institu.de bon.posses.& quandiu locus esse potest contra tabu. bono. posses. cessat secundum tabu.vt ibi.& l.fin.C.de contra tabu. Nec extraneus, vel emancipatus possunt adire,d.l.ventre.in princip.& §.emancipatus. dict.§.fin.le.illud. Sed de oppo.de dict.l.illud.§.fin.in fi.vbi innuit, quòd licet hoc casu emancipatus nequeat adire de iure ciuili, tamen suus posset. Id quod fatetur Alcia. in d.l.ventre.numer.6.dicens, quòd dum dicitur in dic.l.ventre. in fin.decreto subueniendum fore suo hæredita. id intelligendum est, vt ibi permittatur à iudice adire. Quod non placet, quia secundum illud iam idem quoque & emancipato liceret, quia in hoc auxilio parificantur.vt dict.leg.ventre. in fin. quod euidenter est contra dict.l.illud in fin. Dic ergo, quod sensus illius,l.est, quòd contra tabu.bono.posses. magis necessaria est emãcipato, quàm suo. Quia licet tam suus quàm emancipatus repellantur à iure adeundi de iure ciuili, & agnoscendi secundum tabu. de iure prætorio quando plenus erat venter, qui præteritus fuit, & sic hoc casu exequentur, tamen quando venter re vera erat vacuus, licet plenus existimabatur tunc suus ipso iure acquirit hæreditatem. dict.§.suum, & tamen emancipatus non acquirit iure aditionis, nec ipso iure, ergo tunc sibi necessaria est bonor.posses. contra tabul.quæ suo necessaria non est.

49 Sed cùm venter plenus est, quæro quare † tam suus quam emancipatus non possunt accipere secundum tabu. quemadmod.& cum sub conditione instituerentur, possent secundum tabul. accipere etiam conditione pendente, maximè cum se in omnem casum hæredes fore cognoscant? Gloss.in dict.le.illud.§.fi.quam sequitur & not. dicit Bartol.ibi resp. hoc ideo esse, quia benigna interpretatio facienda est, benigna autem (inquit) fit, cum posthumum nasciturum iudicamus, sicq́ue testamentum defecturum, at conditi.exitura speratur, sicq́ue testamen.confirmatura. Id quod insipidum est. Dic ergo, quòd solennitas institutionis, vel exhæredationis liberorum fuit inducta à lege ciuili, & confirmata per prætorem, qui eis præteritis accommodat contra tabul.§.sin autem. Institut.de bono.posses.& ampliata per ipsum prętorem, vt & in emancipatis illa solennitas sit adhibenda, §.emancipatos. Institut.de exhę.lib.vnde huius legis solennitatisq́ue trangressori prętor secundum tabu.iuste denegauit. At cum testator cõditionalem facit institutionem, nullius legis trangressor est, ideo interim datur secundum tab. Nec obst.quòd licet hoc procedat in emancipato, tamen secus videatur in filio suo, argumen.le.suus quoque, ff.de hæredib.institut. Nam respond.sat esse, quòd nostra ratio procedat in omnibus tam suis, quàm emancipatis, præter filium. Sed & generaliter non tam inculpandus est, qui liberos sub cõditione instituit, quàm qui eos ex toto præ-

teriuit,l.omni modo,iuncta.l.quoniam in prio.C.de inoffic.teſta.l.fi.C.de poſth.hæred. inſtit.Præterea prætor illis liberis ſubuenit accommodando, & concedendo ſecundum tabu.bon.po. qui liberi conqueri poterant ſe ſub cõditione inſtitutos, vt d.l.2.poſt princ.ff.de ſecun.tab.ſed ſi venter.plenus præteritus eſſet,& ſecund.tabu.concederetur filio inſtituto, tunc prætor non ſubueniret ventri, qui cõqueri poterat, quia præteritus fuit ſed filio inſtituto,qui non fuit præteritus,nec poterat conqueri, prætori autem curæ eſt ſuccurrere læſis,integris autem nõ eſt cur ſuccurrat,quia ſua ope,auxilioq́; non egent.

50 Denique filius, qui pendente † condi.tam inſtitutionis ſui, quàm exhæredationis deceſsit, ſuus hæres ab inteſtato efficitur.l.filius à patre.in princip. ff.de liber.& poſthu. Intellige primò, in conditione caſuali ſecundum gloſſ.1. Barto. & omnes ibidem.

Secundò in conditione poteſtatiua, ſecundum gloſſ.1. Bartol. & omnes ibid. dummodo non habuerit ſubſtitutum. per l.fina.de condi.inſtit.ff.nec cohæredem.vt l.ſuus quoq;.in princip.& §.fin.in fin.ibi, alioquin.ff.de hæredi. inſtit.ergo multo minus ſi tam cohæredem, quàm ſubſtituum haberet,vt per Bart.in d.l.filius.per illum text.in ver.hærede autem.Sed Iaſ.ibi.nume.3.& 10.tenet contra communem, quia (inquit) hic filius fuit ſub conditione inſtitutus,& in eius defectum exhæredatus, at non deberet, nec poſſet in defectum condi.poteſtatiuæ exhæredari.l.iam dubitari,l.ſuus quoq;.§.fi.1.reſpon.& iterum in fi. ibi,alioquin.ff.de hæred.inſti.l.ſi poſthumus, §.quod vulgo.de liber.& poſthu.ff. Tenendo,communem,reſpond. quod dd.ll.bene dicunt, quod cum ſub conditione poteſtatiua inſtituitur,neceſſum non eſt in eius defectum eum exhæredari,non tamen negant, quin exhæredari poſsit in defectum eius,& abundans cautela non nocet.C.de teſta. le.teſtamentum. Tamen conc. quod communis procedat,quando poteſtatiua conſiſtebat in faciendo, quia tunc in vltimo vitæ ſpiritu defecta videretur.dict.leg.fina.ff.de condition.inſtit.l.apud Iulianum. de hæredit.inſtit.ff.ſicq́; filius ab inteſtato hæres exiſteret. Secus ſi conſiſteret in dando, quia tunc non videretur defeciſſe per totum tempus vitæ filij, ſicq́; ipſe filius nũquam ſuus hæres patri fieret,dict.l.fi.d.l.apud Iul.de hæredib.inſtituend.ff.Ad text. di.l.filius. & l.ſi filius hæres,§.primo,ff.de liberis,& poſthumis reſpond.quod procedunt, quando filius fuit impeditus tali impedimento, quod ipſe remouere non poterat (quale eſt impedimentum natiuitatis poſthumi,vel cõdi. non poteſtatiuę)ſecus ſi ſit tale impedimentum,quod ipſe tollere poteſt,quale eſt cond.poteſtatiuæ. Simil.in l.qui hæredi.§.ſi pars,ff.de condition.& demonſtra.iuncta.l.1. in fin.C.de annali exceptione. facit l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſda.cog.

Tertiò intelligitur in conditione mixta ſecundum Bal. in dic.l.filius à patre.cuius opin.communis eſt ſecundum Iaſ.numer. vndecimo. & Alexand. ibi.colum.3.Sed Iaſo. ibid.num.11.& iterum,nu.14.tenet contra.Tamen conc. Quia aut ſumus in conditione mixta, quæ conſiſtit in faciendo,& tunc procedit opin. communis.Quia ſiue ſit illa, quæ partim pendet ex facto implere debentis, partim ex arbitrio fortunæ,vt l.ſi pater,C.de inſtitu.& ſubſtit.ſiue illa,quæ partim pendet ex facto implere debentis,partim ex facto alterius puta ſi Bertan duxerit.l.prima,de inſtitu.& ſubſtitu. C.tunc in vltimo vitæ ſpiritu viderentur non pendere,ſed deficere.l.ſi.ff.de condi. inſtit.l.apud Iul. de hære.inſtit.ergo, &c.nam in vltimo vitæ ſpiritu ab inteſtato ſuus hæres fieret.vt d.l.filius à patre. Quod ſi conditi.mixta cõſiſtat in dando, tunc quia in vltimo vitę ſpiritu videretur adhuc pẽdere, cùm per alium implere poſſet,tunc non procederet concluſio.Et ſic hoc caſu procedat opin.Iaſ.volentis,quod quia ab inteſtato condi. adhuc penderet, certe ſuus hæres ab inteſtato non fieret argum. l.apud Iulianum. de hæred.inſtitu.ff.l.fin.ff.de condi.inſt. iuncta.l.ſuus quoque §.puto.de hæred.inſtitu.ff.ſic ceſſaret dicta.l.filius à patre.quæ dicit, quod ab inteſtato in vltimis hæres ſuus efficitur filius. Tamen verius dic,quòd conditi.quæ conſiſtit in dando, vt dicatur mixta, oportet quòd ſit difficilis, vel propter abſentiam accipere debentis. vt d.§.puto.vel propter magnitudinem ſummæ præſtandæ,vt ff.de condition.inſtitut.l.1.notat Bartol.in quibus caſibus cum filius in vltimis exiſteret, ea conditio nõ tam pendere,quã deficere videretur, cũ filio nil poſſet imputari cur eam viuens non impleuit. argu.l. ſi filius hæres ver.quod ſi nemo ff.de liberis,& poſthum.ergo ea conditione defecta,ſuus hæres ab inteſtato fieret.Itaq; hoc caſu communem defendo non ex eo capite, quòd conditione pendente deceſſerit(vt doctores falsò opinantur)ſed magis ex eo, quòd ea conditio in vltimo vitæ ſpiritu filij dececiſſe videatur. Sed nil eſt. Nam quantuncunque ille qui accipere debebat, eſſet abſens, potuit tamen per alterum eod.momento,quo filius moritur, impleri,quemadmod. nauis venire,ſicq́; inſpecta hac poſsibilitate, non deberet filius ab inteſtato hæres fieri. Niſi dicas, quòd ſit ex eo, quia filio nil imputari poteſt licet in conditione poteſtatiua poſsit.

Limi.quando is filius ſub mixta inſtitutus, haberet cohæredem tantum,vel etiam ſubſtitutũ tantũ, vel vtrunq; per.ll.& rationes,de quibus ſuprà in 2 membro. Et dum Iaſ.numer.18.in dict.filius à patre.dicit,quod etiam ſi ibidem ſit cohæres, adhuc filius, qui pendente conditione tam inſtitutionis, quàm exhæredationis deceſsit, potuit ab inteſtato ſuus effici, non obſtante teſtamento, ex eo, quòd conſultus ibid. ponit pro conſtanti conditi. vtranq; defeciſſe,vt poſt mortem filij apparuit: errat, quia ibidem non inſpicitur exiſtentia, ſed tantum potentia. Ex quo enim potuit condi.exiſtere viuo filio fieri, deberet,vt per totum tempus vitæ filij aduentus condi.ſpectari deberet, ſicque ſui hæredis exiſtentiam impediri, licet poſtea condit.nunquàm veniſſent.ſicut & in l.fi.de condi. inſtitué.ff. & in l. apud Iul.de hęre.inſtitué.ff. Sed illud ideo, quia hęc poſsibilitas,licet in conditione poteſtatiua ſoleat inſpici.vt dd.ll.nõ tamen inſpicitur in caſuali, vel mixta,vel in poſthumi pręteriti pendentia,quia,& rariſsime cõtingere poteſt, & nil eſt quod imputetur ipſi filio. vt dixi ſuprà in 2. membr.& tenet Iaſ.poſt Paul. in l.ſi filius hæres. nu.21.ff. de libe.& poſth.Sed contra opp.ſecundũ Bar.in d.l. filius à patre.& oẽs. quod cùm hæc conditio tam inſtitutionis, q̃ exhæredationis potuerit expleri in vltimo vitę ſpiritu filij,non potuerit filius hæres exiſtere, neque ex teſtamento propter pendentiam condi.(quę per totum tempus vitæ filij penduit) nec ab inteſtato propter pendentiam teſtamenti.gloſſ. Barto.& omnes fatentur contrarium. Sed reſpon.quòd ibid.filius non habuit cohæredem, ſicq́; deſtituitur teſtamẽtum ab ipſo initio, eo quòd eius exhæredatio nullius cohæredis aditione erat confirmabilis.le.penultima §.ſed cum exhęredatio. de contra tabula.ff.quod in terminis dict.leg.filius à patre.intelligendum eſt, quod ab ipſo initio mortis patris filius ſuus hæres extitit patri ab inteſtato. Id quod euidenter falſum eſt, & contra illum text.ibi, pendente tunc,ſcilicet tempore mortis conditione tam inſtitutionis, quàm exhæredationis. Nam ſi vera eſſet communis, non penderet conditio. tempore mortis filij, ſed vel retro à tempore mortis patris defeciſſe videretur, vel forte ab ipſo tempore, quo ſcribebatur, nullius momenti, & pro non ſcripta fuiſſet. Secundò eſt contra eund. textus ibi, hæredem ab inteſtato mortuum eſſe.vbi innuit, quòd demum in vltimo vitæ ſpiritu cœpit filius non ante ſuus hęres fieri. Tertiò contra eundem text. ibi, quia dum vixit, neque hæres, neq; exhęredatus fuit. at ſi vera eſſet communis, tunc filius dum vixit hęres fuiſſet patri ab inteſtato. Quartò, quia text. non ſe fundat in defectu cohęredis, vel ſubſtituti, ſed in pendentia condition. quę ſi vera eſſet communis, nunquàm videretur pendere, cum actus nullus non dicatur pendere. gloſſa.in lege.ſi ſeruus communis, ita ſtipuletur

calendis

calendis.ff.de stipul.seruo.quam dicit singu.Ias.num.13.in dict.l.filius à patre.Quintò,quia cum text.ille faciat mentionem de exhæredatione,debet intelligi de efficaci.l.4.§. condemnatum, ff.de re iudica.l.non putauit, §.non quæsiis,ff.de contra tabu.d.l.Gallus,§.fin.ibi, vt vtiliter sit institutus.l.quod vulgo.de contratab.Ias.ergo respon.vt dixi reprobaui suprà. Tu ergo dic nouis. vt dixi suprà.Quæ respond.procedit,siue ponas cohæredem, siue non. Nam si sit cohæres, tunc filius non potestatiua conditione institutus cum primum peruenit in vltimum vitę suę tempus, iniustum facit testamentum, hoc modo, quia in illo vltimo momento l. interpretatur quòd condit.vtraque in suspenso erit vsquequo filius sit perfecte mortuus, vt interim cùm conditionalis tam institutio quàm exhæredatio nil ponát in esse,is filius præteritus videatur,sicq; iniustum faciat testamētum, hæreditatemq; ab intestato quærat,quæta sitamque ad hæredes suos transmittat. Quòd si nullus sit filij cohęres, tunc similiter, & in vltimo vitę spiritu filij testamentum, & destituitur, non ex eo capite, quod iniustum videatur(iniustum enim esse non potest, cū extraneis datum sit nil) sed ex eo,quod eo vltimo momento sit caducum. vt & in terminis.l. si filius hæres.ver.quod si nemo.ff. de liber.& posthu. caducum autem efficitur per interpretationem legis,de qua proximi dixi.

Sed quæro, si ponis quòd text. noster procedit etiam si nullus esset cohæres,vel substitutus,vt potuerit valere ex-
53 hæredatio, quæ nullius cohæredis † aditione confirmari potuit.contra.l.penult.§. sed cum exhæredatio.de contra tab.ff.Resp. Satis operatur,quia interim dum pendet condit.institutionis, facit testamentum valere, alias non valiturum. Item & secundò,quia interim impleuit,quòd filius ex testamēto hæres non fiat per secundum tab. quam filius pendente etiam conditione alias potuisset accipere, si sub contraria conditione exhæredatus non esset,le.2.§. si sub conditione,l.si sub conditione.leg.hi demum. de secundum tab.ff. At tunc quia sub contraria conditione exhęredatus fuit secundum tabu.non habebit.l.non putauit. in princip.le.1.in princip. de contra tabul.ff. Exhæredatus enim est incapax remediorum iuris prætorij ex persona sua consequendi. vt dd.ll.adeò, vt nec beneficio præteriti possit remedijs prætoris vti.l.si post mortem, §.exhæredati.& §.liberi.cùm glos.de contra tabul.ff. Teneo ergo, quòd text.dict.l.filius à patre procedit, siue sit cohæres,& substitutus, siue cohæres tantum, vel substitutus tantum secundum Ias. ibi. vt in omnibus his casibus filius in vltimo vitæ spiritu hæres suus efficiatur. Intellige dupliciter. Primò, quando fuit exhæredatus in defectum conditio. vt ibid. Secundò etiam si in defectum condi. exhæredatus non esset, vt d.l.si filius hæres, §.quòd si nemo.Idque facilius, quia magis fauere debemus filio sub conditione instituto,qui in defectum cond.exhæredatus non fuit,quā si exhęredatus fuisset.l.1.in princip.l. non putauit in princ. l.si post mortem, §.exhæredati.de contratabu.ff.l.fina.de liber.& posthum. Item not. quòd exhęredatio filij in defectum conditi.institutionis filij si sit cohæres, vel substitutus, duo operatur. Primùm, quòd filius interim dum pendet condi.non habeat secundum tabul.Alterum, vt si condi.institutionis deficiat, tunc in perpetuum careat hęreditate.Quòd si cohæredem,vel substi.non habuit,tunc primum tantum effectum operatur exhęredatio,scilicet, vt pendente conditione filius nil hęreditarium habeat.Id quod bono consilio solent facere patres, cum filium vagabundum sub hac conditionem instituunt,vt in patriam reuertatur,l.si pater,C.de insti.& substi. vbi doct.ita figurant casum.Ias.col.2.in d.l. filius à patre.

55 Et ex nostro intellectu, quando filius † non habuit cohæredem,vel substitutum, vel vtrumque infertur contra communem,quòd si filiusfam. pendente conditione tam institutionis,quàm exhæredationis decessit,tunc demum, & non ante in vltimæ vitæ spiritu incipit hæres fieri patris ab intestato non autem à tempore mortis. Id quod doc. falso opinantur. Infertur 2 quòd ea exhęredatio interim est vtilis,vt dixi similiter contra communem. Infertur 3 quòd ea exhæredatio ab initio fuit valida contra doctor. Quartò, quòd id testamētum ab initio fuit validum, non caducum contra cōmunem. Quintò, quòd si postea conditio institutionis extitisset, is filius illud expugnare non posset,non quidem per ius dicendi nullum,quia initio valuit,vt diximus.Non quoque per contra tabu.quia secundum tabul. interim locum fortè haberet potest.argumen. l.secunda.§.si sub conditione, le.si sub conditione.l.hi demum.de secundum tabul.le.tertia, §.si sub ea.ff.de contra tabu.iuncta.l.tertia,§.si quis ex liberis, ff.de contra tabul. vbi dixi.Sed cum dixerimus secundum tabul. cessare propter exhæredationem, ergo contra tabul.non impedietur per secundum tabu.quæ non datur,sed denegatur,sed adhuc ex alio capite contra tabu.denegatur, scilicet,quia exhæredatus fuit,sed an habebit querelam? Respond.aut est quid ei imputetur, cur reuertens in patriā non implet cōditio,& denegabitur querela.argumento.l.secundę, C.de institu.& substit. Aut non est quid imputetur, & tunc dabitur.vt ibidem,& l.filijs matrem,C.de inoffic.testamen. l.si pater puellæ, C.de inofficio. testamen. Nam sub conditione institutus habebit querelam, si ea conditio pendēs eius fauorem non respiciat.Bartol.Bald. Angel.Saly.Fulgos.Paul.Ias.in l.filijs matrem.C.de inoffic.testam.Adde, quòd hęc querela non poterit proponi, nisi ponas cohæredem,vel substitutum, contra quem proponatur,Fulgos. & Iaso.in l.filijs matrem, C.de inofficioso testamen.l.scimus,§.illud.de inofficioso testam.C.l. Papinia.§.si condi. de inofficio. testamen.ff.licet aliud in contra tabul.l.quod vulgo.l.illud.in princip.leg.non putauit,§.si à primo,ff.de contra tabu.ergo sub conditione institutus inque eius defectum exhęredatus si non habuit cohæredem,vel substitutum, aut debet habere querelam, & hanc non habet vt dixi, aut contra tabul. & hanc non habet, quia exhęredatus,superest ergo vt habeat ius dicendi nullum. Quòd si in defectum condi.exhæredatus non esset tunc, aut à patre,& testamentum esset nullum, aut à matre,& testamētum valeret, sicque pendente conditione daretur secundum tabul.l.si sub conditione,l.hi demum.cum glo.de secundum tabul.ff. Sed & si haberet cohæredem, vel substi. adhuc daretur secundum tabul.l. si ita. in princip.ff. de secundum tabul.licet Fulgosi. contra in d.l.filijs matrem.C. de inoffi.testam. vbi etiam Ias. nume.4.

54 Itaq; si filius à matre sit institutus sub quauis † conditione non potestatiua,aut pendet cond.aut extitit,aut defecit. Primò casu,cum pendet conditi.habebit secundum tabul.gloss.approba.in l.hi demum de secundum tabula.ff. quam quilibet extraneus institutus habiturus esset. vt ibi. Intellige dupliciter.Primò, quādo nullum habebat cohęredem,vel substitutum vt ibidem,& leg.secunda, §.si sub conditione, l.si sub conditione. eod.l.tertia,§.si sub ea.de contra tabul.ff.dict.leg.tertia, §.si quis ex liberis. eodem. contra Bartol.Bald.Angel. Salycet. & Cynum, & Paulus colum. prima. in fin.in dict.l.filijs matrem. Ad dict.l.filijs matrem quæ à contrario sensu videtur probare, quòd haberet querelam,respond. quòd in terminis illius textus filius à matre institutus fuit sub conditione, si emanciparetur à patre, isque pater decreuit non emancipare,sicque condi. defecit. Simil.in l. penultima.ff.vnde liber.l.mater, §.in sententiam,ff.si quis omis.causa testamen.nos autem loquimur interim dum conditio pendebat. Secundò intellige, etiam si is filius haberet cohęredem, nam adhuc pendente conditione cessaret querela:tum, quia quandiu est locus alteri remedio,cessat querela,sed tunc daretur secundum tabulas. dd.ll.& expresius in le.si ita. in princip. ff.de secundum tab.ergo,&c.tum etiā,quia quandiu est locus successioni ex testamento, cessat successio contra testamentum, leg.tertia, §.si quis ex liberis. de contra tabula.facit, leg.quandiu.de regulis iuris. idque contra Fulgosium.& Iaso.in dict.l.filijs. Secundò casu, quando ex-

titit cond.cessat querela,cum ex testamento possit succedere.vt dict.§.si quis ex liberis,& §.tam autem.de inofficioso instit. Tertio casu, quando defecit conditi.institutionis aut non est cohęres,vel substitutus, & tunc cum testamentum fiat caducum, succeditur ab intestato, cessatq; querela. Quòd si sit cohæres, vel substitutus, tunc filius reperitur præteritus, habebitq; sine dubio querelam contra testamentum matris.Ita potest saluari communis.Hęc omnia procedunt, quádo filius instituitur ab auo,proauóue materno. Idem si fratres à fratribus datis cohæredibus turpibus personis. Emancipatus autem à patre institutus sub conditione non potestatiua, pendente conditione habebit secundum tabu.tantum, l.3.§.si sub ea.de contra tabu.dict.§.si quis ex liberis.Ea existēte,idem,& etiam adire potest de iure ciuili. Ea defecta, si sint cohæredes vel substit. habebit contra tabu. tanquàm præteritus: si non sint,testamētum erit caducum,dabiturq; vnde liberi.Deniq; circa intel.dic.l.filijs matrem.cuius materia satis periculosa & à doctoribus inculta relicta est, vide quod suprà diximus,§.10.inter limitationes, & ampliatio.quas ibi signamus ad.l.quoniam in prioribus, C.de inoff.testam.vbi nouum signamus intell.ad illam legem.

55 Et † id d.l.filius à patre, cum conc.de liber.& posthum. quidam tenent per illum text.cum conc.quòd si filius fuit sub conditione institutus, & in defectum institutionis exhæredatus, valet id testamē. licet alius cohæres datus non esset.Nec obst. quòd secundum hoc exhæredatio nō posset cōfirmari per aditionem alicuius,vnde frustra facta videretur.Nam respon.nil obesse, satisq; esse,si per exhæredationem interim confirmetur testamentum, vt institutionis conditione existente, validitas perseueret,deficiente autem conditione, tunc testamentum vitietur, euanescatq; exhæredatio,cum cæteris in testamento ordinatis, l.penult.§.sed cum exhæredatio, ff.de contra tab. Nam vt ibi exhæredatio interim vtilis est,quia per eam confirmatur interim testamentum,licet euanescere posset repudiata hęred.ita & in specie nostra vtilis erit,vt saltem per hoc interim testamētum valeat, & perseueret validitas, si fortè condit.institutionis extiterit. Sed non est simi. Nam in terminis dict.§.sed cum ex hęredatio.ea exhæredatio potuit effectum sumere per aditionem hæredit. at hic nunquàm potuit, quia siue cond.institutionis existat,filius ex testamento hæres erit,siue deficiat, erit ab intestato. Nisi dicas,quòd satis operatur exhæredatio, ex quo facit valere filij institutionem conditionalem,alias nos valituram. Si quæras, quare receptum, vt conditionalis institutio confirmetur per exhæredationem factam in defectum conditio. respon. quia tunc filius per expressam testatoris dispositionem ab exhæredatione submotus est,cessatq; cōtinuatio dominij. Vnde licet sola filij institutio non recipiat conditionem,nec sola exhæredatio, tamen vtraq; simul recipit condit.sicque tunc casus mixtus non sequitur naturam simplicium.Ratio differentiæ, quia si dixi, filius sub conditione hæres esto.certe in casum deficientis conditionis præteritus est, nec satis certum est, an tunc testator eum sub motum voluerit ab hæreditate,id quod indubitatum est, cum in defectum illius conditio. eum exhæredauit.Quæ ratio optime concludit, quando filius cohęredem haberet.facit.l.commodissime, ff.de libe.& posth. Nam si non habuit cohæredem vel substitutum, parum prodest,ꝙ in defectum conditi.institutionis eum expressim submotum voluerit, quem submouere non potuit. Sicq; vt si sub cōditione tantum institutus esset deficiente cōditione ab intestato hæres fieret ita & si in defectum condit.sit exhæredatus ab intesta. hæres fieret conditione defecta,dic.§.sed cum exhæredatio. Sed videtur tenenda communis opin.quæ habet,quod l.si pater.C.de institu.& substi.& d.l.filius à patre.cum concor.non procedant,nisi filio sub conditione instituto, & in defectum condit. exhæredato datus esset cohæres,vel substitutus.Nam exhęredatio inuenta fuit, vt per eam filius à successione patris separaretur, at si is filius, qui sub conditione institutus fuit & in eius defectum exhæredatus, nullum haberet cohæredem,vel substitutum, tunc per talem exhæredationem impossibile est,ꝙ ab hæreditate patris separetur,quia siue cond.extiterit,hæres erit ex testamēto,siue defecerit,hęres erit ab intestato, ergo ea exhæredatio frustra fieret, quæ suum effectum consequi nullo modo posset.Licet in contrarium faciat fortiter,l.patarsa.testam.ff.de hære.insti. Sed magis adhuc est, vt communis opin.tenenda sit.

Est alius effectus suitatis, vel patriæ potestatis, vt filius si sub conditione hæres instituatur, impleta conditione statim hæres fiat absq; vlla immistione, l.conditionib.pupillus,ibi,iure potestatis. vbi declarat Soci.col.penult.ff.de condi.& demonstra. adeò, vt si ex facto voluntario filij ea conditio impleta fuit, beneficium etiam abstinendi amittit,l.iam dubitari in fin.ff.de hær. insti. quia id beneficium non datur ei, qui sponte hæres extitit,le.si filius qui patri. ver.etenim, ff.de vulg. sponte autem hæres extitisse videtur filius, qui fecit, quo magis ea cōditiō impleret.d.l.iam dubitari.in fin. Quod verum in conditi.potestatiua.vt ibi. Idem ergo eadem ratione in conditione mixta. Non sic in conditione casuali, quæ extitit sine facto suo,nam tunc licet statim hæres fieret à lege, haberet tamen beneficium abstinendi.

Hinc apparet errasse Ias. qui in l.1.ff.de cōd.cau.da.per
56 illum tex.tenuit, ꝙ si filius † impleuit conditionem potestatiuam,statim hæres fit iure immistionis. Sed errat,per implementum conditionis non inducitur aditio hæreditatis,vel immistio.argum.l.conditionibus pupillus.ibi,iure potestatis,vbi notat Soc. col.pen.ff.de condi.& demōst. & probat.d.l.1.iuncta lege.eum bonis,ff.de acq.hæred.ergo filius per tale implementum fit hæres à lege. vt d.l.cōditionibus,non iure immistionis.

Apparet etiam errasse Bald.in d.l.1.ff. de condi.cau.da.
57 dum tenet,ꝙ is filius † postquàm conditionem potestatiuam impleuit,habet beneficium abstinendi. Sed loquitur contra tex.in d.l.iam dubitari.& contra.l.si filius qui patri. versi.etenim.ff. de vulgar.

Apparet similiter errasse Ias.qui in d.l.1.tenuit,quod fi-
58 lius per expilationem hæreditatis videtur † immiscuisse, quod omnino falsum est,& contra d.le. conditionibus.& contra dict.l.1. expressius est contra.l. si quis extraneus.in princip.iuncta leg.eum bonis,ff.de acquiren.hæredita.Ad l.si seruum,§.prætor ait.in qua fundatur Ias. Respondeo, quòd non inducitur per eam, vt facta videatur immistio, sed tātum vt esset eo casu beneficium abstinendi, ergo ipse à lege hæres factus fuit statim post mortem testātis, sed expilationem sequutam amittit beneficium abstinendi,vt ibid. Simile in authent.de hæredita. & Falcidia.§.si vero non fecerit.

59 Et contra.d.l.1.dum probat,quòd datum † causa cond. explendæ potest repeti,licet per dantē steterit,quominus hæreditatem acquireret, opp.de l.iure ciuili.de condit.& demonstrat.Sol.secundum Paul. Alex.& Ias.ibi, quòd ibi ideo repetit, quia soluit id, ad quod dandum non tenebatur. Sed nil est, quia & in contrario dare non tenebatur. Dic ergo non esse contra, nam vtrobique ead.decisio est,eademq; pœna,vt qui non impleuit condi.vel post impletam repudiauit, relicto careat, sed non per hoc impeditur repetitio datorum, quæ competit ob id,quod secundum Fulgos.ibid. datum fuit ob duplicem causam scilicet conditi.implendæ, & hæreditatis acquirendæ, vnde alterutra cessante, dari debet repetitio, l.si hæredi plures. de condit.& demonstra.ff.

Sed quæro de intell.§.sed si parendi. Dic Videtur posse intelligi quadrupliciter. Primò dixi, de causa cond.implēdę,& hæreditatis quærēdæ,vt repudiata hæreditate,restituatur,& tunc non est dubium.Secundò,quòd dixi causa condi.implendæ,& hæred.quęrendæ, nec adieci,ita vt repudiata hæred.restituatur. Tertiò quòd dixi causa condit. implendæ, nec adieci aliud. Quartò, quòd nil dixi, sed dedi

dedi ſimpliciter. Tribus prioribus caſibus,oẽs conueniunt
hæreditate repudiata datũ condici. Tertio caſu ſolus Pau.
ibi.nu.11.& Alex. tenent adhuc idem, quod videtur con-
tra mentem gl.& omnium,ſecundum Bar.Iaſ.& aliorum,
qui vt tacita cauſa pariat cõdictionẽ,aiunt oportere vtriq;
parti tacite ineſſe debere, ſed hic non inerat, niſi danti tã-
tum, ergo, &c.Præterea omnes ll.illius tituli,ff.de condit.
ob cauſ. deſiderant cauſæ expreſsionem, maximè,l.3.§.ſi
quis quaſi.& l.ſi repetendi.C.eod.titu. Præterea iniquum
eſſet,ſi daretur condictio contra eum,qui receptum forte
erogauit,nec habuit iuſtam cauſam reſeruandi,cum nul-
la cauſa repetendi ſibi fuiſſet declarata.ergo,&c.argumẽ.l.
vnum ex fami.§.ſi rem,ff.de lega.2.Ergo ſi tacite,vel ex-
preſsim ab vtraq; parte agebatur, vt id, quod dabatur,re-
peteretur eo caſu, quo cauſa aliqua, quæ ex futuro euentu
pendebat, ſequuta non fuiſſet tunc dabitur repititio.Non
ſic,quando is,qui accepit,neq; putabat,neq; vllam putan-
di cauſam habebat,vt id à ſe repeti poſſet,ſed quaſi ſibi do
natum accipiebat.argu.l. ſi repetendi.C.de condi.ob cauſ.

60 Item ex d.verſi.ſed ſi parendi.nota, ꝙ per † implemẽ-
tum condit.non inducitur aditio hæreditatis in extraneo.
concl.l.in ſumma.§.ſed & agere, ff.de cond.indeb.l.ei qui
ita.l.ſi pupillus.ff. de condi.inſtit. Nec inducitur immiſtio
in ſuo.l.conditionibus pupillus.ibi,iure poteſtatis de cõdi.
& demonſt.ff.& per regulam l.eum bonis, ff.de acquiren.
hæred.Tertiò per amotionem rerum hæreditariarum nõ
inducitur aditio in extraneo. l. ſi quis extraneus. ff.de acq.
hæred. Quartò per talem amotionem non inducitur im-
miſtio in ſuo.argu.l.eum bonis,& per rationem d.l.ſi quis
extraneus,ff.de acquiren.hær.ibi, nam admiſſum contra-
riam vol.declarat. Quintò ſuus hæres impleta conditio-
ne acquirit hæreditatem iure ſuitatis.d.l.conditionibus pu
61 pillus. Sexta concluſio.Per immiſtionem amittitur † be-
neficium abſtinendi,l.ſuus hæres.C.de rep.hær.in deciſi.
& l.1.eod.titu.l.1.C.ſi minor ab hære.ſe abſt.Septima cõ-
cluſio. Per expugnationem teſtamenti amittitur benefi-
ciũ abſtinendi.l.ſuus hæres,C.de rep.hæred.Octaua con-
cluſio.Per implementum conditionis amittitur beneficiũ
abſtinendi.l.iam dubitari.ff.de hæred. inſti. Nona conclu-
ſio.Per expilationem rerum hæreditariarũ amittitur be-
neficium abſtinendi.l.ſi ſeruum,§.prætor ait.ff.de acquir.
hær.Quarum concluſionum ratio pendet ex.l.ſi filius qui
patri.de vulga.ff.ibi,etenim ius dicentis propoſitum eſt li-
beros oneribus hęreditarijs non ſponte ſuſceptis liberare,
nõ inuitos ab hæreditate remouere. Vnde à cõtrario ſen-
ſu plane docemur,ꝙ prętor eo duntaxat caſu beneficium
abſtinendi filijsfa. concedit, quando ex ſola, meraq; legis
ciuilis diſpoſitione fiunt hæredes patrisfa. non ſic, quan-
do ex facto voluntario ſuo fiunt hæredes, quale eſt, cum
conditionem poteſtatiuã,ſub qua hæredes ſcripti fuerunt,
impleuerunt, qua impleta, ſtatim fiunt hæredes à lege,l.
conditionibus pupillus.ibi, iure poteſtatis.vbi not.Soci.
ff.de condi.& demonſt. cum ea conditione pendente à le-
ge non fierent hæredes.l.fin.ff.de condit. inſtit.

Adde quod glo.in d.l.1.in fin. communiter app.ſecun-
dum Iaſ.ibi.colum.2.ad fin.vult,quòd per implementum
62 † cõdi.inducatur aditio in extraneo, niſi conſtet eum adi-
uiſſe eo animo, vt inſtitutionem tantum purificaret, nos
contra,vt hæres non fiat,etiam ſi id nõ conſtet,ſed ſimus
in caſu dubio.per d.l.1.in ſumma,§.ſed & agere,& l.ſi pu-
pillus.& l.ei qui ita.de condi. inſt.ff.& l.conditionibus pu-
pillus,de condit.& demonſtrat.ff.vbi Soci.colum.penult.

63 Item d.gl.communiter app.vult, ꝙ filius † impleta cõ-
dit.non fiat hæres, niſi conſtet id eum feciſſe eo animo,vt
hæreditatem acquireret,nos cõtra, vt hæres fiat in dubio,
etiam ſi id non conſtet per generalitatem, l.iam dubitari.
& l.conditionibus pupillus.de condit. & demonſt.ibi,iure
poteſtatis.& per l.fin.verſi.qui ſi neminem,ff.de cond.in-
ſtit.Et ita in ſimili tenet Soc.in d.l.conditionibus.per text.
ibi. dum dicit, poteſtatis. Cuius ſenſus eſt, quòd ſimul ac
filius impeluit conditionem, ſub qua à patre ſcriptus fue-
rat,ſtatim hæres fit à lege,non ſecus,quã fieret,ſi ab initio
pure ſcriptus fuiſſet. nam puri, & purificati par potentia,
& effectus eſt,l.fin.§.Titius,ff.de vulg. Quinimò non ſo-
lum conditione impleta fit hæres à lege,ſed etiam hoc ca-
ſu deſinit is filius habere beneficium abſtinendi. Probatur
lege.& ratione. Nam eſt caſus in le.iam dubitari. in fin.ff.
de hæred.inſtit. Et ratio id ſuadet, quia id beneficium il-
lis tantum conceditur, qui omnino inuiti fiunt hæredes à
lege, non ſic ſponte, volentesq;.l.ſi filius qui patri.ibi,ete-
nim, ff.de vulga.&c. Sed qui conditionem poteſtatiuam,
qua pendente hæres eſſe non poterat, impleuit, ſatis ſua
ſponte hæres fit, ergo beneficium abſtinendi non habe-
64 bit.d.l.iam dubitari. Vnde ſi ſub conditione † mixta ſcri-
ptus eſſet,idem foret.Sin autem ſub caſuali, quæ ſine facto
ſuo impleta eſſet, tunc ſimiliter hæres à lege fieret,ſed be-
neficio abſtinendi non careat.

Ille autem effectus ſuitatis, de quo ſuprà vt ſui acquirãt
65 parentibus, procedit † etiam in furioſis. Vnde ſit conclu-
ſio,quod filiusfam.acquirit, id patri acquiritur, non ſecus,
quàm ſi eſſet compos mentis.

Ampliatur.1.concluſio,vt procedat in fœminabus,nõ
ſecus, quàm in maſculis. Cauſam autem tam dubitandi,
quàm decidendi ad hanc ampliationem præbuit, l.maxi-
mum vitium, C.de liberis præterit.& text.in princip.In-
ſtitutio.de exhæred.liber.verſiculo,ſed non ita l.filium, ff.
vbi pupillus educari debeat,l.ſi quis hæredem,C.de inſti-
tutio.& ſubſtitutio. vbi plene per Alexand. in ſimili Cor-
ne.Iaſ.& alios iuncta,l.ſuus quoq;.in princip.ff.de hæred.
inſtituend.l.ſi pater,C.de inſti.& ſubſti.

Ampliatur.2.vt procedat nõ modo in liberis primi gra
dus, ſed etiam in liberis gradus vlterioris, quales ſunt ne-
potes,neptes,& deinceps.arg.§. ita demum.Inſtit.de hę-
red.quę ab inteſt.facit,l.qui in aliena,§.interdum,ff.de ac-
quir.hære.§.ſui.Inſti.de hære.qua.l.fin.ff.de condit. inſtit.
Quam ad rem dubitãdi rationem præbuit,d.l.maximum
vitium. cum ſimilib. ſuprà alleg.

Ampliatur.3.vt procedat in poſthumis liberis, non ſe-
cus, quàm in iam natis. Nam & poſthumus antequam
naſcatur videtur eſſe in poteſtate noſtra. per generalita-
tem text.in §.poſthumi. Inſtit. de hęre.ab inteſt.dum ait,
poſthumi quoque, qui ſi viuo parente nati eſſent,in pote-
ſtate ſua futuri forent,ſui hęredes ſunt. ergo ſi ſui hæredes
ſunt etiam antequàm naſcãtur, ſtatim parentibus acqui-
runt,præſertim cùm hodie poſthumis relinqui poſsit non
ſecus quàm iam natis. vt in §. poſthumo.cum duobus ſe-
quen.Inſtitu.de lega.l.penulti.ff.de legat.1.per Barto.Ale-
xand.Iaſo. Fortunium, & nouiſsi.in l.Gallus.in princip.ff.
de liber.& poſthum.Sed veritas eſt,poſthumum nondum
66 † natum neque in patris poteſtate videri,neque ſuum hę-
redem eſſe. Et ſenſus dict.§.poſthumi.eſt, quòd ibi poſt-
humus iam natus dicitur ſuus poſtquã natus fuit, non an-
tea, quaſi Iuſtinianus interrogatus eo tempore, quo poſt-
humus iam natus erat, vellet quòd poſthumus natus fuit
poſthumum ſeu humationem patris,& cum quæreretur,
an ſuus hæres eſſet, reſpõdetur eſſe, quia ſi viuo patre na-
tus eſſet, ſuus hæres foret, foretque in eius poteſtate.Ad-
huc tamen ampliatio vera eſt, quia quod poſthumo reli-
ctum fuerit, id ei acquireretur quo ad proprietatem poſt-
quàm natus fuerit, & patri ſuo ad vſumfructum. argumẽ.
le.qui in vtero,ff.de ſtatu hominum.cum ibi nota.Poſthu-
morum autem quot ſint genera, tradunt gloſſ.& doctor.
in rubr.C.de poſthum.hære.inſtit.Iaſ.ibi.& alij. idem Iaſ.
in rubri.ff.de liber.& poſthum. Fortun.& nouiſſ.in l.Gal-
lus.in princip.ff. de liber. & poſthum.

Ampli.4.vt procedat etiam in liberis adoptiuis, in qui-
bus caſibus tranſeunt in poteſtatem adoptantis,vt in §.ſed
hodie.Inſtitut.de adopt.l.cum in adoptiuis.per totam, C.
eod.titu.iuncto, §.adoptiui, & §. penulti. & fin.Inſtitu.
de hæredit.ab inteſta.

Ampl.5.vt procedit etiam in emãcipatis, ſecundũ diſt.
tamen tex.in l.cum oportet,§.cũ autem, C.de bo.quæ li-

ber.vt vſusfructus pars dimidia eorum bonorũ, quæ ante emancipationem quæſierat, remaneat penes patrem, vt ibi, licet tunc non emãcipatus quæſierit, ſed ſuus, ſicq; nõ ſit propria ampliatio.

Amplia. 6. vt procedat etiam in his, quæ filius quæſiuit, nõ per ſemetipſum, ſed mediãte perſona ſerui ſui, qui erat in peculio materno, vel aduentitio. arg.l.cum quis, C. de iure deliber.l.3.§.1.ff.de leg.præſt.facit.le. ſeruum filij. in prin.cum ibi traditis per Iaſ.poſt alios.ff.de leg.1.l.Antiſtius, §.fin.ff.de acquirend.hæred.

Ampl.7.vt hodie procedat non ſolum in acquiſitis, ſed etiam in acquirẽdis. Nam hæreditatem filio delatam ipſo adire nolẽte pater adire poteſt, non ſecus, quàm ſi ipſemet reuera foret inſtitutus l.fi.in princ.C.de bon.quæ liber.

Ampli.8.vt procedat & in acquiſitionibus de iure prætorio non ſecus, quàm in acquiſitione iuris ciuilis.arg.l.1. cum ibi plene not.per Bal.Cor. Iaſ.& Dec.C.qui admitt. facit l.1.§.per ſeruum, ff.de ſucceſ.edic.

Ampl.9.vt procedat etiam in portione accreſcente, nõ ſolum in ea, quæ primordialiter relicta fuit. Nam ſi filius ex parte inſtitutus fuerit, deinde alia pars ei repudiatione cohæredis vel alia ratione accreuerit, tũc pater in portione quoque accreſcente ſuum vſumfructum habebit, non ſecus, quàm in portione primordialiter relicta: quia ius illud accreſcendi eſt eiuſdẽ formæ, & naturæ, cuius eſt portio primæua. argumen.l.1.& 2.cum ibi nota.leg.ſi ſolus.in princi.& §.1.vbi tex.elegans, l.cum hæres, §.fin.ff.de acq. hæredita.l.1.§. ſi ex fundo. l.ſi alterius. ff. de hæredita. inſtituen.§.his ita. C.de caduc.tollen.l.1.§.interdum.le.inde Neratius, ff.de vſufr.accreſ.tradunt Barto.& communiter docto.in l.re coniuncti.ff.de lega.3.in illa quæſtione, dum quærunt, & aiunt portionem accreſcẽtem eodem iure, & forma acquiri, ac ipſa portio primordialiter relicta. text. elegans in l.ſi Titio.ff.de vſufru. dum ait, augmentum iuris accreſcendi contingere ad ſimilitudinem alluuionis. in ſimili per Bald.in l.3.C. de hæred.inſti.

Ampl.10.vt procedat etiam in hæreditate caſtrenſi acquirẽda, quando ipſe filius miles eam adire noluit, nam & tunc pater eam adire poteſt inuito filio, non ſecus quàm ſi ipſemet foret hęres ſcriptus, l.fin.§.ſimilique modo, C.de bon.quæ liber.vbi per omnes, plene per nouiſsima.in le.1. ff.de vulgar.

Ampli.11.vt procedat etiam de iure regio, quo iure licet filiusfa.poſsit teſtari non ſecus ac paterfa.l.5.Tauri, tamen non propterea poteſt de vſufructu patri quæſito teſtari, vt infrà probabo in ſeq. ampliatio.

Ampli.12.vt procedat etiam ſi pater eſſet furioſus, ad-
67 huc enim filius ei † quærit vſumfructum aduentitiorum.
argum.l.Antiſtius, §.fin.ff.de acquir.hære.l.patre furioſo, ff.qui ſunt ſui vel ali.per Bald.Alb.Imol.Paul.& alios in d. l.Antiſtius.per Pinellum in l.1.de bo.mater.part.1.nu.62. Alber.in d.l.patre furioſo.Caſſanæus in conſue.Burg.rub. 6.& 5.col.1.Boer.in conſuetu.Bitur.titu.1.§.3.Barto.in l. cum hæres, ff.de acquir.hær.idem Bart.in l. placet.eod.tit. Paul.in d.l.cum hæres.vbi etiã Albe.Ang.Rom.& Imol. & Are.in l.cũ ex filio.in fi.ff.de vulg.Aym. Crauet.in l.cũ filio, ff.de lega.1.nu.13.par.2.Mãtuanus lib.3.locorũ.c.51. Iaſ.in l.qui in aliena, §.interdũ.nu.13.ff.de acq.hær.Soc.in l.cũ filio, ſuprà alleg.nu.14.poſt Cum.in d.l.cũ hęres.ad fi. plenè ſtrenuus Pinel.in l.1.par.1.nu.61.C.de bon.quę lib.

Quorũ pleriq; ad.l.cum hæres, ff.de acq.hær.quæ contrariũ directo probare videtur reſpondent ſpeciale eſſe in hæreditate delata filio furioſi, vt eã filius ipſe adeundo, ſibimet, non etiã patri ſuo acquirat. Ratio ſpecialitatis, quia hæreditas põt eſſe damnoſa.l.ſi hæreditatem, ff.mand.expreſsius in l.quia poterat, ff.ad Treb.& in §.ſed neq;.Inſti. de aut.tuto.& l.quia autem in prin. vbi tex.elegans, ff.quę in fraud.cred.text.elegantior in d.l.quia autem.§.1.

Secundum quæ ad.d.l.cum hæres neceſſe eſt reſpondere, ꝙ illa verba. per alium autẽ acquiri ei poteſt, veluti per ſeruum, vel eum, quem in poteſtate habeat. ſunt intelligenda in omnibus, præterquam in hæreditate, de qua ibi quæſtio erat. quod non parum abſonum videtur, & preter mentẽ illius legis. Quòd ſi velis tenere contra cõem, vt hęreditatem patri furioſo acquirat non ſecus, quàm reliqua per d.l.cum hęres, tunc ad d.l.Antiſtius omiſsis aliorum ſolutionibus, reſpondendum nobis videtur, ibi eſſe ſpeciale ex indulgentia principis, quo accommodatius nihil (vt nobis videtur) dici poteſt. Simile in l.1.§.fi. iuncta. l.ſeq.ff.de reb.eor.vbi ſi prędiũ minor emit, Vlpia.ſcripſit, ꝙ licet conueniſſet tempore emptionis, vt id prædiũ obligatum eſſe pro pretij ſolutione, tamen prædium obligatum non erit, & tamen venditio valebit, quo durius nihil. Vnde illico Paulus Iureconſultus ait, illum rigorem leniendum, tẽperandumq; eſſe, interpoſita principis authoritate. Sic & in propoſito, quid durius, quã filiũ furentis acquirere hęreditatem patri ſuo furioſo? Quid deniq; indignius, quàm admittere, vt furioſi curator filiofam. homini fortè ingenuo, nobili, & animi forſan elati imperet vt adeat hæreditatem, præſertim cum ſi ille parere nolit, compelli non poſsit? le.3.C.de hæredib. inſtituend.

Quamobrem ipſa veritas eſt à nullo vnquàm (eorum quos mihi legere cõtigit) percepta, referre, vtrum filiusfa. ius à curatore furioſi libenter adeat hæreditatẽ, vt tũc patri furenti eam acquirat, vt d.l.Antiſtius, leg.patre furio.ff. qui ſunt ſui vel alleg.l.ſi quis mihi bona, §.iuſſum, ff.de acquir.hæredita.

Verum ſiue iuſſus à curatore parere nolit, ſed dicat ſuo arbitrio, ad ſuamq; vtilitatem tantum, nõ etiam patris ſui velle adire, vel ſi iuſſus à curatore minime fuerit, ipſe vltro adeat illam hæreditatem, his caſibus ſibi tantum, non etiam patri acquirit, idque non ipſo iure, ſed demum poſt principalis authoritatis indulgentiam, diſpẽſationíſve interuentum. Ita cantat litera.d.l.cum hæres. Quæ res debet intelligi de aſſuetis concedi à principe, vt ſic non impoſſibilis, ſed facillima intelligitur, argumen.eorum, quæ tradit Iaſ.poſt alios limitando text.ibi.in l. apud Iulianum, §. conſtat, ff.de legat.1. Etenim poſtquã hoc caſu filius iniuſſu patris adiuit, nulli hominũ ea hæreditas mero iure quęſita videtur patri, non quia nõ præceſsit iuſſus, vt d.§.iuſſum, & l.is qui hæres, §.fi.ff.de acquir. hære. ſibi non quoque acquiritur, quia non poteſt ipſe ad ſui vtilitatem, neq; etiam ad patris iniuſſu eius adire d.§. iuſſum d.§.fin. ergo acquiſitio erit in pendenti, donec principis ſuperueniat indulgentia. Eſtque veriſsima conc.inter d.l.Antiſtius, & d. l.cum hæres.

68 Stat ergo contra communem, quòd etiam † patri furioſo per filium hæreditas poteſt acquiri, nõ ſecus, quàm reliquæ res.

69 Stat ſimiliter contra reliquos, ipſum † filium adeũtem ſibi nõ quærere mero iure, nihilq; egiſſe videri, donec ſuperueniat principis confirmatio, & ratihabitio. Simile in l. 1.C.qui admitti, vbi per omnes. Et ita inter plura quàm 700 paradoxa olim Salmanticæ tuebamur.

Ampli.13.vt procedat, etiam ſi hæreditas ex teſtamento militis huic filiof. deferatur, nam adhuc patri acquirit, nõ ſecus, ꝙ̃ ſi ex quolibet alio teſtamẽto non priuilegiato deferretur. Quia miles ſecundum communes opin. videtur vti iure communi in re dubia. argu.l.in teſtamento, in magna, C.de teſtam.mili.facit l.in fraudem, §.fi.ff.de mili. teſta.dixi in ſimili in §.35.num.5.

Qua ratione amplia.14.vt procedat, etiam ſi hæreditas illa ex teſtamento peregrini deſcenderet, licet illud ſecundum quoſdam æquiparetur teſtamento militis, argumen. eorum, quæ diximus in §.24.num.4. Et ita intelligas le.2. titul.2.lib.5. ordinamen.

Amplia.15.vt procedat licet ea hęreditas ex teſtamento principis deſcenderet, quod magno gaudet priuilegio, argum.l.omnium, C.de teſtam, & eorum, quæ diximus in §.26.num.1.facit l.ſi quando, in prin.cum gloſ.C. de inoſ. teſta.vbi per Iaſ. & alios in ſimili.

Ampliat.16.vt procedat, etiã ſi deſcendat ex teſtamento facto

to facto coram principe,arg.d.l.omnium & l.5.tit.1.part. 6.& d.l.si quãdo,licet testator esset priuatus, nam & in eo testamento licet remittatur solennitas testãdi, tamen hac in re innouatum nil reperitur.

Amplia.17.vt procedat etiam in testamento facto etiã in terris ecclesiæ. Nam licet in tali testamento solennitas testandi remittatur c.cum esses,& cap.relatum.1.de testamentis, tamen hac in re immutatum reperitur nihil, ergo,&c.vt in l.sancimus,C.de testam.facit c.j.& 2.cum ibi notatis,de op.no.nunti.

Amplia.18.eadem ratione, vt procedat etiam in testamento facto coram presbytero parochiali,in quo licet remittatur solennitas testandi,vt d.c.cum esses,cum seq.non tamen hac in re reperitur quicquam immutatum quo ad modum acquisitionis.

Amplia.19.eadem ratione, vt procedat in testamento, vbi is filiusfa.esset legitimus hæres testatoris,in quo diximus remitti solennitatem testandi,sed hac in re nil immutari l.hac consf.§.si quis autem,C.de testam.

Amplia.20.vt procedat in testamento ruri facto, vt l. finali.C.de testament.vbi quo ad modum acquisitionis nil nouatur.

Amplia.21.vt procedat in testam.facto tempore pestis, de quo diximus in §.22.nu.35.nam quo ad modum acquisitionis nil ibi nouatur.

Amplia in testamento facto tempore belli,de quo docemur in §.24.num.j.nam nec ibi quo ad modum acquisitionis nil nouatur.

Amplia.22.in testamento facto in loco hostili, de quo differuimus in §.24.nu.9.

Amplia.23.in testamento facto in carcere tyranni, vel alibi, vbi deest copia hominum, vt loquimur in §.24.nu. 5. Nam in omnibus his speciebus licet solennitas testandi remittatur,non tamen qualitas acquisitionis mutata reperitur,sicq; regulæ standum est,argu.d.l.si quando,cum ibi notatis d.l.in fraudem.§.fin.de mili.testam.& quod plene diximus in §.35.num.5.

Amplia.24.vt procedat,etiam si is filiusfam.non ijdem ædibus cum patre habitet,sed longe remotius, quasi locorum distantia hac in re non consideretur l.cum filius, ff.si cert.pet.l.Pomponius,ff.de procuratoribus l.si longius,§. si filius,ff.de iudic. Segur.in l.vnum ex familia,§.sed si fundum,col.7.ff.de lega.2.l.si pater,C.de inst.& subst.l.si pater ff.de condi.insti.

Amplia.25.vt procedat etiam in patre arrogatore,arg. per totum Inst.de acq.per arrog.l.sed si plures,§.in arrogato,ff.de vulg.Bar.nu.10.in l.cùm filio,ff.de lega.1.Albe.in l.cum oportet,in prin.C.de bon.quæ libe.

Ampliatur.26.etiam si filius sit senex,vel decrepitę forte ætatis,gl.in l.fin.§.si pupillus,ff.de verb.oblig. Angelus Imola,& Bauerius in prin.Inst.quibus non est permissum facere testam.

Amplia.27.etiam si filius, filiáuefam.sit coniugatus,vel coniugata, quasi per interuentum matrimonij ius patriæ potestatis integrum,saluumq; maneat secundum communem opi.de qua Boeri.decisio.197. Tiraq. de iure mariti, in pr.Crot.q.16.nu.53.in l.frater à fratre,ff.de cõdi.indeb. quos refert & sequitur Pinel.in l.j.par.1.nu.34. C.de bon. mater.Quod hodie iure regio nõ procedit per Tauri l.47. quæ per interuentum matrimonij liberat filios à patris potestate, in quam non recidunt etiam matrimonio soluto, argu.l.si quis hæredem, C.de inst.& subst.quod latius alibi scripsimus.

Amplia.28.etiam si patersa. relegaretur l.quidam, & l. relegati,ff.de interd.& relega.Inst.quib.mod.ius patr.potest,soluitur,§.cum autem.

Amplia.29.licet filiusf.clericus effectus esset,quasi per interuentum clericatus patria potestas non dissoluatur. Quod tamen intellige, vt redditus ecclesiastici quasi castrensia reputentur, sicq; patri nulla ex parte acquirantur. Non sic in aduentitijs,vel maternis.Pinel.vbi suprà,num. 43.Couarru.de testam.in c.quia nos,nu.2.& in c.2.nu.10. Ant.Gome.in l.Tauri.48.nu.7.Dec.num.64.in c.in præsentia,de probatio.

Amplia.30.vt procedat etiam in filio,qui ingreditur religionem,quasi per monachismũ non euanescat patria potestas, nec extinguatur vsusfructus, quem pater habebat in suis bonis,secũdum Pinellum vbi supra,nu.47. Qua de re alibi latius.Sed hæc non est proprie extensio,cum talis vsusfructus ante monachismum acquisitus proponatur.

Ampliatur.31.etiam in lucris legalibus. Vnde si statutũ deferat viro medietatem bonorum cõstante matrimonio quęsitorum per obitum vxoris,vel forte medietatem dotis tunc si vir ille etiam foret filiusfamilias, illius lucri vsusfructus patri quæreretur, secundum Ias.consil.158.libr.2. Boer.dec.199.in fi.Pinel.vbi supra,nu.52.

Vnde ante legẽ Tauri.47.quod filiusf.coniugatus con-
70 stante † matrimonio quæsijsset, in hac conditione soluto matimonio foret, vt patri nõ dimidia, sed quo ad integrũ vsumfructum quæreretur, vt in l.1.2.& fi.tit.de las ganancias lib.5.ordinam.

Quod in filiafa. etiam hodie iure regio quo ad dimidiã vsusfructus partẽ procedere non ineleganter tentari pos-
71 set.Cum enim filiaf. in casibus † saltẽ non possit inscio patre nubere l.2.& l.4.tit.j.lib.5.ord.l.j.tit.6.eo.lib.sicq; nubat de cõsensu patris non secus, quàm cùm expressim emancipatur, de mutuo tam consensu patris ꝗ filij emancipati fit emancipatio,glos.communiter ibi per doct.app.in l.filius matrem,C.de inoffi.testam.Bar.& Iaso.nu.13.in l. quidam cùm filium, ff.de verb.obli.cumq; filia nupta per l.Tauri.47.pro emancipata habeatur,euenit,vt cum patris
72 & † filiæ mutuus consensus desideretur in matrimonio, non secus quàm in emancipatione, & per d.l.Tauri matrimonium emancipationi assimiletur quo ad patriam potestatem,eiusq; effectus,dimidia vsusfrructus pars ad patrem tantum pertineat post matrimonium contractum,non secus,quam pertineret post emancipationem,arg.l.cũ oportet §.cum autem, C.de bon.quæ lib. Quod intellige quo ad bona ante matrimonium quæsita. Cogita, quia non firmo,estq; nimis nouum,& inauditum.

Amplia.32. vt pater possit cogere liberos quos in potestate habet, vt domi secum cohabitent, vel ne extra suam familiam degant. Qua de re per Bal.nouel.de dote.7.par. priui.34.nu.5.Boeri.deci.195.nu.5.Bal.in auth.ex testam. C.de collat.Ang.consi.85.nu.3.Pinellus vbi supra,nu.53. qui eos refert.

Amplia.33.vt procedat, etiam si ob patris sæuitiam filius extra eius familiam,domumq; habitet l.3.§.pen.ff.de lib.exhibendis,ibi,sine diminutione patriæ potestatis,facit tex.in auth.de incestis nup.§.1.facit etiam l.fi.ff.si quis à parente fuerit manumi.

Amplia.34.vt procedat etiam in liberis legitimatis, §. fin.Insti.de nupt.l.sed si hac,§.2.ff.de in ius vocando,facit l.Tauri.12.

Alias plures limitationes tradit Pinel. vbi supra, quem videbis, & ex cuius dictis. 5. vel alias. 6. colligere poteris præter supra enumeratas.

73 Denique iuxta superiora similiter reuoco in † dubium intell.l.puberem,C.de iure delib.Quæ lex legitur quadrupliciter,vt late refert Ias.ibid.Primò,ꝙ in terminis illius l. vbi hæreditas delata erat tam iure ciuili, quàm prætorio qui agnoscit iure prætorio per bon.poss.secundum tab.vel
74 contra tabu.hæres † efficitur, non iure ciuili, sed tantum prætorio,infertur, ꝙ iura vtilia consequetur tantum, non directa, quia prætor aliquem hæredem directò facere nõ potest,§.quod autem.Insti.de bon.poss.l.2.ff.eod.Iste intell.destruit illum tex.Præterea est contra illũ tex.in verb. non ambigitur. Nam si agnoscendo bon.poss.hæres effectualiter tantum,non directò & iure ciuili efficeretur,certè tunc non esset verum non ambigi, an iure etiam ciuili pro hærede gerere videtur. Imò ambigeretur & iustissime, quandoquidem re vera pro hærede gerere videretur.

Præterea

Præterea & tertiò est contra illum text.ibi (posteaquam fuit ei hæreditas delata,)tex.enim innuit non solum bon. poss.iure prætorio,sed etiam hæreditatem iure ciuili delatam,& dubitabat, an agnita tantùm bon.poss.iure prætorio,adita quoque etiam iure ciuili videretur hæreditas. Et resp.videri.Nam si iure tantũ prætorio acquisitio ibi contingeret, certè necesse non esse hæreditatem iure quoque ciuili delatam esse. Nam licet iure tantùm prætorio delata esset bonorum posses.agnita bono. poss. acquisitio iure saltem prætorio contingeret,vnde cùm ibi exigat hæreditatem iure quoq; ciuili delatam esse, eaq; exactio sit superflua quo ad acquisitionem iure prætorio fiendam, superest,vt iure etiam ciuili acquisitio ibi contingat,nec alias illud requisitum,quòd hæreditas iure etiam ciuili delata esset,reddatur superuacuum.

Secundus intel.est, quòd postquam hæreditas tam iure ciuili quàm prætorio delata fuit, hæres iure prætorio per lapsum anni fuit exclusus, & nihilominus agnouit bonor. poss.tunc æquè fit hæres, saltem iure ciuili, vt actus, qui non potest valere eo iure quo fit,valeat eo meliori modo, quo potest, & ne agnitio illa reddatur inanis. Qui est intelle.verus. Sed ex eo infertur,ꝙ si certò scirem iure quoque ciuili delatam fuisse hæreditatem, tunc iure tantùm prætorio eam acquirerem, quod est contra l.nostram in dicta l.puberem.

Tene ergo quartum & verum intellectum Bar.ibidem (licet contra eum sit communis opi. secundum Ripam in l.1.ff.de vulgar.nu.12.)scilicet indistinctè,quòd si bonor. poss.agnoui,cùm hæreditas tam iure ciuili quàm pretorio delata esset, tunc eam acquiro, non solùm iure prætorio, sed etiam iure ciuili, hoc probat d.l.puberem, si generaliter & simpliciter intelligatur,prout debet,argu.l.præcipimus,in fi.C.de appellat.l.hoc legatum, de legat.3.ff.tradit Soci.in rub.de vulga.Secundò idem probat d.l.in verb.nõ ambigitur,secũdum,quòd declaraui. Tertiò idem probat d.l.verbo (posteaquam hæreditas delata fuit.) Quartò id euidenti probatur ratione. Nam hæreditatis aditio fit nudo animo l.gerit, de acquir.hær.ff.& non solùm si verbis exprimatur, sed & si coniecturis colligatur l.pro hærede, per totam,de acq.hære.ff.sed agnitio bon.poss.est hæredis scripti hæreditatem acquirere valẽtis, declaratio etiam in iudicio, & sic solenniter facta, vt l.fin.C.qui admitti,ergo cum agnoscens bono.poss.declaret se velle acquirere hæreditatem,idq; solenniter,certè in necessariam consequentiam videtur hæreditatem acquisijsse iure ciuili,quę acquisitio contingit per nudam animi declarationem etiam nõ expresim factam. Confirmatur secundum Pau.in d.l.puberem,quia & aliàs qui constituit procuratorem ad adeundum,vel repudiandum,per hoc ipsemet adire, vel repudiare videtur l.per procuratorem,ff.de acquir.hæred.sic & in proposito agnoscendo bonorum poss.per hoc hæreditatem iure ciuili adire videtur.

Confirmatur.Nam si hæres legitimus instituatur,isque ab intestato vel repudiet, vel adeat, videtur per hoc etiam ex testamento adijsse,vel repudiasse l.illud,de acq.hæred. Tenendo hunc intellectum tanquam verissimũ, non obstat quod glo.ibi ait,dicens,ꝙ si agnoscens bono.poss.videretur etiam iure ciuili acquirere hæreditatem,tunc nil operaretur postea data decretalis bono.poss. Nam bono.poss. decret.iam ab vsu recesserat,& consequẽter non est inconueniens,ꝙ dicamus,quòd nil operaretur decretalis. Præterea & melius dico,quòd etiam olim decretalis bon.pos. nil operabatur,nec competebat eo casu,quo iure ciuili hęreditas quæri posset,quia tunc petendo decretalem,iure ciuili adita videretur,& quæsita hęreditas,vt d.l.pubere.Sed tunc demum olim necessaria & vtilis erat decretalis, cum iure tantùm prætorio hæreditas quęri poterat,vt in cognatis,& consequenter per solam petitionem bon.poss.decretalis non quærebatur hæreditas iure ciuili, nec prætorio, quo fiebat,vt decretalis postea data vtilis esset. Nec obst. quod aiunt glo.& Bar.in d.l.puberem,scilicet ꝙ licet vno iure repudiare,& alio amplecti,vt C.de iure delib.l.suum. Nam Bar.resp.Fateor,ꝙ si antequam agnoscerem bonor. poss.iam repudiassem de iure ciuili, tunc iure tantùm prætorio quærerem hæreditatem,sed hic non repudiaueram. Patet, tum ꝙ repudiatio est facti, quod non præsumitur. Tum,ꝙ repudiatio est iactatio,quæ non præsumitur l.cũ de indebito,de probat.ff.Tum & fortius, quòd in d.l.puberem,exprimitur,quòd vt eius decisio procedat,oportet delatam fuisse iure ciuili hæreditatẽ, vt ibi, posteaquã &c. secundum quòd declaraui suprà. Tamen Bart.potes intelligere,si à repudiatione incœperis. Idem si incipias ab acquisitione iuris ciuilis. Quia actus, per quem inducitur aditio,non sufficit ad inducendam agni.bon.posse.cùm vltra animi declarationem,quæ in adeunda hæredita.iure ciuili sufficit,desideretur ad agnitionem bono.poss.quædam solennitas, scilicet quòd fiat in iudicio, vt l.pen.& fin.C.qui admitti. Et vltra prædicta adde Francisc.de Ripa latè resoluentem,an bonorum possessor sit hæres propriè in l.1. ff.de vulg.nu.12.& 13.

75 Et retento meo intell.infero verum intell. † ad l.si quis
mihi bona, §.sed quid si mandauit, ff.de acq.hære.vbi qui
iussus fuit bono.poss.agnoscere,potuit adire. Verus enim
76 intellect.is est, quod † quando hæreditas tam iure ciuili,
quàm prætorio delata est,tunc agnitio,quæ fit iure præto
rio,& aditio quę fit,eodem tendunt.Nam etiã si bon.pos.
agnosceret filius, pater tamen etiam iure ciuili hæres effi-
ceretur cùm qui agnoscit,& adire videatur,& consequen
ter qui iubetur agnoscere iure prætorio, videatur iuberi,
ꝙ hæreditas iure quoq; ciuili acquiratur,quo fit,vt iussum
de agnoscenda bono. poss.satis in specifica forma implesse videatur filius,qui adiuit,cùm qui iubet agnoscere,adire quoq; iussisse virtualiter & effectualiter videatur. Infero cõtra gl.fi.communiter app.vt per Ias.ibi nu.34.& Alex. col.antepen.in fi.in l.fin.C.de contra tabu.quæ ait,ꝙ primus intel.de quo suprà, qui est communiter appr.vt patet ex relatione Ias.& Alex.vbi suprà, ex quo infertur,ꝙ in l. puberem,institutus iure tantùm prætorio hęres factus sit & consequenter iura tantùm vtilia, non quoq; directa habeat,infero(inquam)quòd imò hæres etiam iure ciuili factus fuit,hoc primò.& consequenter iura etiã directa habebit,hoc secundò:infero contra secundum intel.suprà relatum.Ex quo infertur,quod l.puberem.limitatur,vt procedat solum eo casu,quo hæres scriptus iure prętorio iam exclusus esset.Infero(inquam)falsam esse hanc limitat.immò veram esse ext.quòd l.illa procedat,etiã si hæres tempore agnitionis iure prætorio exclusus non esset. Infero contra tertium intellect.suprà relatum, quod.l.puberem. extrà,vt procedat etiam si scirẽ tam iure ciuili,quàm prętorio delatam mihi fuisse hæreditatẽ. Item adde pro meo intellect. quòd qui vult habere hæreditatem de iure prætorio,censetur eam velle iure etiam ciuili. Ita ait Paul.per tex.ibi in dicto §.sed quid. vnde (inquit) fit, vt qui iubet bonorum poss.peti,& hæreditatem iure ciuili adiri iussisse videtur.Sic ergo & qui hæreditatẽ iure prætorio agnoscit,iure etiam ciuili videtur velle acquirere,& consequenter vtroque iure acquirit.vt dict.l.puberem. Confirmatur etiam per regulam philosophorum, quam refert Iaso.in l. 5.§.fina.vel penultim.de lega.primo,scilicet,quòd quando agens est liberum, & patiens dispositum, statim quòd volo agere, ago. Vnde fit, vt si hæreditas delata est & dico,volo acquirere,vel adire,statim acquirere,vel adire videor. Sic & in proposito,cum hæreditas vtroque iure delata esset,& sic patiens esset dispositum,statim quòd volui acquirere,acquisiui omni iure quo potui,& sic vtroque iure,cum vtroque possem.

77 Sed contra me fortiter facit † d.§.sed quid si mandauit,
ver.aut quid si petitam.Sol.Ille ver.intelligitur dupliciter.
Primò quòd bo.pos.verè & actualiter petita nõ fuit per filium,licet pater putasset per filium petitam fuisse iuxta l.fi. C.qui admitti,& pater putans petitam esse,eam ratificauit deciditur, quòd licet illa ratificatio non potuit inducere acquisitionem,

acquisitionem,induxit tamen mandatũ ad acquirendum, vt si filius posteà adeat,iussu adijsse videatur.Ita intelligũt ibi Pau.& Alexan.num.8.& expresius Ias.nume.6.Et secundum hunc intell.ille text. non facit contra me, sed potius pro me.Nam colligetur,quòd iussus de petenda bon. possess.demonstrat voluntatem acquirendi,non solùm iure prætorio, sed etiam ciuili, vnde in proposito ipsa agnitio bonor.posse.similiter deberet monstrare animum acquirendi tam iure ciuili, quàm prætorio, & consequenter vtroque iure acquisitio contingeret,cùm patiens esset dispositum,idest hereditas vtroque iure,vt dixi,delata esset. Alio modo intelligi glo.petitam esse bono. possess.sed negat decretam fuisse (decretum enim illo iure necessarium erat ad agnitionem bono.posses.effectualiter faciendam l.1.§.decretalis,de succes.edict.)quo(inquit)fit,vt patris ratihabitio efficere non potuerit,vt hereditas iure ciuili quęreretur,imò nec etiam prætorio, cùm agnitionem bono. posse.nullo modo,vel inutiliter factam ratam habere non posit,arg.notatorum in l.mater.C.de rei vendi.Sed certè licet acquisitio hæreditatis vbi contingere non posit ex eo capite, quod agnitionem bono.posses.pater ratam habuerit, ex eo, quòd illa agnitio propter defectum decreti non valuit,tamen videtur, quòd ex inutili agnitione bon. poss.per filium facta colligatur eius voluntas hęreditatem acquirere volentis,& consequenter inducatur aditio hæreditatis,& sic acquisitio hæreditatis iure ciuili, vt l.gerit,ff. de acq.hær.& consequenter ratihabitio patris trahatur ad confirmandam illam aditionem,& acquisitionem iure ciuili contingentem,etiam si nulla alia agnitio, vel aditio filij sequeretur.Sol. Etiam si fateremur ex inutili agnitione bonor. posses. per filium facta emanare aditionem de iure ciuili,adhuc illa aditio ratificari non posset,quia in aditione iure ciuili facienda oportet iussum præcedere, vt leg.si quis mihi bona,§.iussum,de acquir.hæred.docto.in leg.j. C.qui admitti,illa tamen ratihabitio prodest, vt loco iussus habeatur,vt sic sequuta agnitione,vel aditione filij acquisitio hæreditatis contingat, vt d.ver.aut quid si petitã. Itaque cùm quæritur quare in d.ver. aut quid si petitam, ex agnitione bonor. posses.per filium facta, non sequitur aditio,vel vol.adeundi, vt hic resp.quòd imò bene sequitur, sed quia inutilis fuit propterea quòd iussus non præcessit, ideo alia aditione opus est.itaque ibi ratihabitio patris non fuit sufficiens ad confirmandam agitionem, quia agnitio fuit inutilis propter defectum iussus, qui præcedere debebat.Ex quibus infertur ad d.versi.aut quid si petitam,verum non esse intell.Paul.Alexan.& Iaso.vbi suprà, quia destruunt text.dum verb.(petitam) quod est intelligendum actualiter, volunt quòd non ita intelligatur, sed quòd pater putabat actualiter petitam esse,cum non esset, quod est falsum, tum quia cõtra naturam verbi (petitam) tum,quòd non pręsumam patrem errasse,cùm id facti sit, quod non præsumitur. Prætea restringeretur ille text. vt non procedat, quando bono.posses.actualiter petita esset, quod est contra illum text.& rationes prædictas. Infertur verum non esse intel.glo.petitam.ibid.licet cum ea in hoc omnes ibi transeant, quia eo intell. attento sequeretur, ꝙ illa decisio se fundet duntaxat in eo,quòd decretum interpositum non fuit,quę causa non est sufficiens cùm ex inutili agnitione per filiũ facta colligatur eius voluntas adire volentis,vt l.1.§.si vir,ff.de acquir.posses. Pro quo facit quartus intell.quem refet Ias.num.fi.in d.l. puberem. Adde quòd meum intell. expresim sentit Bartol. in d.§. sed quid si mandauit,& Alberi.in d.l.siquis mihi bona, §.iussum, in fin.idem sentit subdens, quòd vt in terminis l.puberem,ex agnitione colligitur volunt.adeundi,ita & in terminis dicto versicul.aut quid si petitam, & sic non solùm ex vtili agnitione, sed etiam ex inutili colligitur voluntas adeundi, sed in l.puberem, interfuit & colligitur volunta. adeundi in persona illius,qui adire poterat,hic autè in persona illius,qui adire non poterat propter defectum iussus. Et secundum Alber.in tantum verus est meus intellectus, quòd non solùm quando bonor. possess.decreta non fuit, sed etiam si decreta esset, adhuc agnitio per filium facta tantùm iure prætorio patrem ratificantem hæredem facere t,tamen iure ciuili non faceret,ex eo,quòd filius non potest vtiliter habere vol.adeundi,cùm ad adeundum requiratur iussum præcedere, licet vol. habeat agnoscendi, ad quam agnitionem iussum præcedere non oportet,sed sufficit ratihabitionem sequi l.1.C.qui admitti, quo fit,vt sequuta postea patris ratihabitione, eatenus posit acquisitionem per filium factam confirmare, quatenus per eum facta fuit iure tantùm prætorio,ergo eo tantùm iure confirmatur,ne aliàs confirmatio excedat terminos confirmati,quod est directò contra d.gloss.petitam,quæ vult,quod d.§.aut quid si petitam,non procedat eo casu,quo decreta esset bono.posses.Estq; no.amplia.ad d.§.aut quid si petitam. Putarem tamen, quòd si patris iussus præcederet de agnoscenda bono.poss.tunc filio agnoscente,etiam iure ciuili patri acquireretur hæreditas,argu.d.l.puberem. Nam, vt dixi; iussus de agnoscenda bonor. possess. demonstrat vol.acquirendi hęreditatem,etiam iure ciuili,& pater,qui per filiũ agnoscit,perinde habetur, ac si per se ipsum agnouisset,quia qui per alium facit &c.Idq; satis probatur in d. §.& quid si.versicul.aut quid si petat, iuncta dict.l.puberem.& hoc casu verior esset gloss.dict.leg.puberem.Hinc infero errasse Ias.in dicto.§.& quid si,numero 4.dum ait, quòd si pater iusit bon.poss.peti,filius autem adiuit,quòd plus fecit filius,quàm iussus sit,& consequenter quasi pleniùs impleuerit mandatum, valet aditio. Nam imò dico, quòd minus fecit, quàm iussus sit. Patet. Effectualiter.n. adeundo hæreditatem,non plus fecit, quàm si agnosceret bo.poss.& inspecto modo & forma faciendi, minus fecit. Quod ex eo patet. Quia aditio fit sola animi declaratione,etiam extra iudicium, sed ad bon.possess.oportet illam animi declarationem in iudicio fieri l.pen.& fin.C.qui admitti, præsertim cùm iure illo ff.vltra illam animi declarationem in iudicio factam,etiam decretum iudicis desideraretur l.1.§.decretalis, ff.de succes.edict. &c. Secundum quæ videtur dubius intell. quem suprà tenuimus ad dict.l. puberem,cùm in forma specifica,vel plenius,&c.leg.diligenter,ff.mand.Si ergo qui iusit bon.poss.agnoscere, videtur voluisse hæreditatem quæri iure tam prætorio quàm ciuili,filius autem iure tantùm ciuili quæsiuit,ergo minus fecit,quàm iussus sit,& consequenter videtur patrem non obligasse oneribus hæredit. quasi mandatum non impleuerit. Nisi dixeris,quòd modus non est in consideratione quando effectus idem resultat,argumen.leg.3.C.de instit. & substitu. leg. Gallus, §.& quid si tantùm, ff.de liber.& posthum.Vnde cùm is,qui iure ciuili hæres efficitur,perfectè consequatur ea omnia,quæ bonor.possessori tribuitur, & præterea multum, certè si in modo quædam differentia fuit,id non vitiat.

Stat ergo ex superioribus oportere atq; requiri ad validitatem testamenti liberos institui,aut exhæredari.

Præsabimur tamen hanc solennitatem,ne liberi testantis prætereantur, necessarium videri etiam in testamentis priuilegiatis,quia hęc solẽnitas lege generali inducta,comprehendit omnes casus,qui non reperiuntur habere hac in re prouisionem specialem, vt in simili diximus in §.35. nu.5.arg.l.in fraudem, §.fi.ff.de milit.testam.l.1.& 2.ff.de legib.facit l.si quando,in prin.cum ibi notatis,C.de inoffi. testa.c.causamq;, de rescrip.& quia priuilegium debet intelligi citra liberorum iniuriam l.cũ auus, C.de emancipa. lib.facit l.cùm oportet,in prin.C.de bon.quæ liber.l.scripto,ff.vnde liberi.

Stat ergo,quòd in testamentis etiam priuilegatis hęc solennitas, vt filiusfam.instituatur, vel nominatim exhæredetur necessaria est. Quod variè intelligere debemus, licet valde controuersum vt illico dicam.

Primò intelligitur in testamento habente clausulã etiã codicillarem.Et ita intelligas tex.& quod ibi per Barto.& omnes in l.1.ff.de iure codi.l.fi.vbi omnes, C.de codicil.l. fin.tit.

fin.tit.12.par.6.Nam si ibi vnus ex liberis præteritus omnino esset, id testamétum non valeret l.omnimodo, C.de inoffi.testam. Sed non firmo, quia in contrarium videtur text.in auth.ex causa. C.de libe.præter.& ita est ex mente Bal.in repet.col.15. Sali.q.12.in l.1.C.de sacro.eccl. Barb. in c.cum esses col.22.de testa.Et in consil.38.lib.3.Tiraq. de priu.preca.priu.14.contra Floria. & Barto.in rep.d.l.1. Anch.& Imo.in d.c.cum esses, Alex.consi.105.li.4.Fulg. in l.generali.C.de sacro.eccl.

78 Secundò intelligitur, quando per † legem, vel statutum solennitas remissa esset in testamento. Et ita potest, & debet intelligi l.1.tit.2.lib.5.ord.& l.fin.titu.12.par.6. Nam adhuc intelligeretur remissa quo ad formam testandi, non quo ad iustitiam disponendi, argum.l.cùm oportet, C.de bon.quæ liber.

Qua ratione & 3.intelligitur, quando per consuetudiné remissa est hæc solennitas.Et ita intelligas quod scripsimus in §.21.nu.44. ꝙ est ex mente eorũ quos sequimur.

Quartò intellige in testamento facto à principe, quod cum minore solennitate quàm regulari valet. Et ita accipias quod scripsimus in §.26.nu.1.quod declara vt in l.sicut certi l.si cùm vel in vtero.C.de testa.mili.Nam si princeps liberis vellet præiudicare, posset §.sed & quod princ. Inst.de iure nat.

Quintò intellige in testaméto facto apud acta iudicis. Et ita intelligas quòd scripsimus in §.24. nu.7. nam tunc idem est quo ad iustitiam disponendi.

Sextò intellige in testamento facto ab habéte merum imperiũ, vbi testabatur. Et ita intelligo quod scripsimus in §.22.num.28. quod intellige vt per d.l.sicut certi leg.si cùm vel in vtero, C.de testamen.mili.quòd est ex mente eorum quos sequimur.

Septimò intellige in testam.milit.Et ita intelligendum 79 quod docemur in §.24.nu.18.& † l.4.titu.1.par.6.quæ sic ampliatur, quod procedit, nisi, &c. vt d.l.sicut certi, d.l.si cum vel in vtero.

Octauò intellige de iure etiam canonico. Et ita intelligas c.cùm esses, & c.relatum.1.de testament.nam eo iure nil nouatur quo ad iustitiam disponendi, quòd est ex mente eorum quos sequimur.

Nonò intellige in testamento ad pias causas. Et ita accipias quod docemur in §.22.nu.j. nam & tunc quo ad iustitiam disponendi nil nouatur.

Decimò intellige in testamento patrisfa.testantis inter liberos. Et ita intellige quod scripsi in §.21.nu.45.& l.7. tit.1.par.6.quæ sic ampliatur.Intellige quando filius omnino præteritus esset d.l.omnimodo facit l.3. C.de inoffi. testam.Quid iure nouiss.auth.alibi dixi, quòd est ex mente eorum quos sequimur contra reliquos.

80 Vndecimò intellige in † testamento peregrini. Et ita quod admonuimus in §.24.nu.4.& ita l.2.tit.2.lib.5. ordinam.est intelligenda, iuncta d.l.si cùm vel in vtero. Nam retenta op.existimantium, quòd exæquetur testam.milit. erit quæstio voluntatis, non potestatis.

Duodecimò intellige in testamento facto coram presbytero parochiali.Et ita quod docemur in §.22.num.27. est intelligendum.

Decimotertiò intellige in testam. facto in loco hostili. Et ita quod scripsimus in §.24.nu.9.est intelligendũ, nam & tunc fit remissio quo ad solennitatem testandi, nõ quo ad iustitiam disponendi.

Decimoquartò intellige in testamento, vbi legitimi hęredes scripti essent. Et ita quod admonuimus in §.22.in pr.est intelligendum.

Decimoquintò intellige in testamento quod fieret in carcere tyranni. Et ita illa materia, vt alibi docemur, intelligitur: tunc enim quo ad hoc nil nouatur.

Decimosextò intellige in testam.facto tempore pestis. Et sic intellige quòd scripsimus, §.22.nu.35. nam quo ad iustitiam disponendi nil nouatur.

Decimoseptimò intellige in testamento facto ruri. Et ita quòd docemur in §.22.nu.29.intelligédum est, vt quo ad hanc rem nouetur nihil.

Decimooctauò intellige in testamento coram episcopo, retenta opinione quorundam, qui in tali testamento putant remitti solennitatem.Et sic quod scripsimus, §.24. num.10.intelligendum est ibi, tamen secundum nos speciale non est.

Decimononò intellige in testamento facto, vbi deest copia testium, vel hominum, vt in simili scripsimus, §.24. nu.5.quod sic intelligendum est.Nam in omnibus his casibus & similibus per superiores rationes tenemus vitiari testamen.non secùs, quàm vitiarentur testamenta regularia, quasi quo ad rectitudinem disponendi nihil nouetur, sed tantùm quo ad solennitatem ordinationis, præsertim cùm testandi facultas data fuerit ex indulgentia, & dispensatione, qua parum dignus videtur, qui erga suam posteritatem impius est. Quæ nota, quia nullibi inuenio collecta, quòd est ex mente eorum quos sequimur contra contrariæ partis fautores suprà relatos.

1 *Testamentum tam parentum, quàm liberorum vitiatur ipso iure præteritione, vel exhæredatione facta sine iustæ causæ expressione secundum communem opi.nos contra.*

2 *Emancipati præteritione facta sine causa hodie vitiatur testamentum non secus, quàm si esset in potestate. Idem in simili exhæredatione secundum communem, nos contra.*

3 *Liberi vel parentes licet eis aliquid sit relictum, si tamen sine causa expressa sint exhæredati, vel præteriti, testamentum ipso iure non valet, sicq; cessat querela, & legitimæ supplementum secundum communem, nos contra.*

4 *L.omnimodo, C.de inoffi.testam.correcta secundum communem nos contrà.*

5 *Testamentum vitiatur iure, ff. filiafa. vel nepote ex filio præmortuo præteritis, non secus, quàm si filiusf. præteriretur, secundum communem nos contra.*

6 *Testamentum filiof. præterito vitiatur iure prætorio, non secus, quàm iure ciuili, secundum communem, nos contra.*

7 *Prætor exhæredatis, aut ex minior portione, quàm legitima institutis non subueniebat.*

8 *Condit. turpis non vitiat filij institutionem contra communem iure, C.*

Idem iure auth.contra communem.

Idem iure regio contra communem mentaliter.

Condit.potestatiua non reijcitur de testamento contra communem.

Conclu.4.contra communem.

L.5.tit.8.par.6.

Conclu.3.contra communem.

9 *Glo.l.si quando §.& generaliter C.de inoffi.testam.communiter appr.impugnatur.*

10 *Conclu.3.in exhæredatione contra communem.*

11 *Aliæ tres conclu.contra communem in præteritione.*

12 *Intell.c.quanuis pactum, de pac.in 6.nouissime.*

Intell.c.Rainutius, & c.Raynald.de testam.

13 *Filiaf.iure, ff. poterat sub conditione casuali vel mixta institui, contra communem.*

14 *Filiaf.iure, ff.poterat sub conditone turpi vel impossibili institui contra mentem communis opi.*

Intell.l.filiusf.ff.de cond.inst.

Conclu.3 contra communem.

15 *Conclu.3. contra communem in filiaf. cui præterita aliquid relictum fuit, vel etiam nil iure, ff.*

Conclus.3.contra communem in filiafa.cui iure C.aliquid relictum fuit.

16 *Nepos ex filio præmortuo potuit sub turpi conditione institui, contra communem.*

Conclu.quatuor in d.nepote, contra communem iure auth.

Aliæ

Aliæ conclu.4.in eod.nepote,contra communem.

17 *Conclu.quinq; contra communem in nepote ex filio præmortuo exhæredato sine causæ expressione.*

Aliæ conclu.quatuor contra communem in eod. nepote causa non expressa præterito.

Aliæ quinque conclu.contra communem in eod.nepote.

18 *Aliæ tres conclus.contra communem in filiofa. præterito,inspecto iure prætorio.*

Aliæ quinque conclus. contra communem in legitimato filio præterito,vel exhæredato sine causæ expressione.

In nepote adoptiuo sub casuali vel mixta conditione instituto aliæ tres conclu.contra communem.

In eod.sub conditione turpi instituto aliæ quinq; conclu.contra communem.

19 *In filia adoptiua aliæ 3.conclus.contra communem, quando sub conditione causali vocatur.*

In ead.quando sub conditione turpi vocatur aliæ.5.conclu. contra communem.

20 *In nepote adoptiuo exhæredato sine causa expressa aliæ.5. conclus.*

In filia adoptata quando sine causa expressa exhæredatur aliæ.5.conclu.contra communem.

In nepote adoptiuo præterito aliæ.6.conclu. contra communem,quando aliquid fuit sibi relictum.

In filia adoptiua aliæ.6.conclusi.contra communem,quando aliquid ei fuerat relictum.

21 *In posthumo exhæredato causa non expressa aliæ.4.conclusi. contra communem.*

In posthumo præterito causa non expressa cui aliquid fuit relictum aliæ.5.conclu.contra communem.

22 *In emancipato exhæredato aliæ. 4. conclusi. contra communem.*

In emancipato præterito aliæ.5. conclusion contra communem.

23 *Intell.l.omnimodo,C.de inoffi.testam.*

Intell.l.filius ff.de cond.inst.

24 *In filio à matre exhæredato causa nō expressa quatuor concl. contra communem.*

In filio præterito à matre causa non expressa conclus. 4.contra communem.

Intellec leg.3.§.pen.ff. de contra tabul.l.2.ff. de secundum tabul.

In matre à filio exhæredata causa non expressa conclu.quatuor contra communem.

In matre præterita causa non expressa quatuor conclus.contra communem.

In fratre exhæredato causa non expressa conclu.quatuor contra communem.

Totidem conclusi.contra communem,si fuit præteritus sine causa expressa.

In patre exhæredato causa non expressa quatuor conclu.contra communem.

In patre præterito causa non expressa conclus.quatuor contra communem.

STAT ergo ex superioribus, ad validitatem testamenti oportere liberos, aut parentes hæredes institui.

1 Illud autem dubium est, an hodie præteritio filijfa.facta duntaxat †a patre vitiet ipso iure testamentum,an verò etiam præteritio filijfam.vitiet testamentum,quando patrem,vel matrem præteritos reliquit, & similiter præteritio matris erga filium vitiet testamentum,non secùs, quàm præteritio ipsius patrisfa. Qua in re communis opi.est,quòd ex causa exhæredationis,vel preteritionis non ritè facta vitiatur omne testamentum tam parentum,quàm liberorum. Ita tenent gloss.in authent.de hære.& fal.in §: exhæredatos, verbo,noluit,gloss.in princip.Insti.de inoffic.testamen.in glo.2.& rursus ibidem in glo.mag.quæ approbantur communiter secundum Ias.in authen.ex causa, colum.3.C.de liber.præt.idem Iaso in authen.non licet,col.3.eo.titu.Ias. in l.suis, col.fi.ff.de libe.& posthum.idem Ias.in l.fi.mater, ff.de vulg.idem in l.posthumo nato , nu.18.C.de bo.pos. contra tabu.Crotus in le.Gallus,§.& quid tantùm nu.52. ff.de lib.& posthum.Ange.de Perig.in tract.suitatis,q.fin. Pau.in d.l.si mater, in prin.Alex.in d.l.in suis,nu.12.Bart. in d.auth.ex causa, nu.12.vbi per Alber. Odofre.Cinum, Petrum de Bellaper.Bal.Ang.Sali.Fulgo. Pau.Alexan.Ias. Corn.Curt.iun.& alios,est communis opi.secundum Viglium in rub.C.de inofficioso testamen.& ibi,& in princ. eodem titulo, tradunt omnes scriben. traditur etiam per plerosque scriben.in l.maximum vitium,in princ.& in §. fin.C.de lib.præt.per glo.& omnes in auth.vt cùm de appell.cog.§.aliud quoq; per tex.ibi. Gregor.Lup.in l.5.titu. 8.par.6.Bar.in l.quartam,ff.ad legem Falcid.num.10.cum sequen.est communis opin. secundum Picum ibid.nu.60. vbi per Ripam num.143.post Ang.Imo.& Alex.Roder. Xuarez in l.quoniam in priori.C. de inoffi.testam.1. & 2. ampliat.post Ias.& alios ibi, tradunt plerique scrib.in leg. omnimodo,C.de inoffi.testam.

2 Vnde filio emancipato præterito † testamentum patris vitiatur ipso iure,non secùs,quàm si præteritus esset filius in potestate , vt tenuit gloss.in d.§.exhæredatos , in verb. noluit , intelligens , quòd generaliter testamentum vitietur,siue liberi,siue parentes testatoris præteriti, aut exhæredati non ritè fuerint.Quam gloss.communiter appr.dixit Ias.in l.fin.num.18.C.de contra tabul.Alexan.in d.l.in suis.num.12.vbi Ias.colum. fin.in fin.& Angel. de Perigl. ibi.questio.fin.num.5.Ias.in authen.non licet,colum.pen. versic.7.idem,in d.auth.ex causa,colum.3.vbi Bartol.in d. num.12.quem omnes sequuntur. Ias.in d.l.mater, num.5. vbi Pau.hanc sequitur,& dicit communem Crotus, in d.l. Gallus,§.& quid si tantùm,num.52.ff.de liber.& posthu. vbi Acosta pagi.160.Corn.num.18.in d.authen.ex causa, tradunt omnes canonistæ in cap.Rainu.de testamentis,& in c. Raināld.eod.titu. & vtrobique per nouis. qui omnes intelligunt per hoc correctam esse leg. omnimodo C. de

3 inoffi.testam.dum induxerat, vt per † præteritionem,vel exhæredationem liberorum,vel parentum, vel etiā transuersorum , quibus in casibus legitima eis deberetur, nunquam vitiaretur testamētum, si aliquid eis relictum esset, sed solùmodò ad legitimæ supplementum ageretur,tenēt etiam Bald.Ang.Imo.Pau.Aret.Alexan.Ias.& reliqui in l. inter cætera, ff.de liber.& posthum.plerique scrib.vbi Ias. num.14.in authen.nouissim.C.de inoffi.testam. vbi Azo in summa, de inoffic.testam. Placent.in eadem summa in fin.sequuntur Odofre.in dict.authen.nouissim.& Petr.de Bellaper.Iacobus Butrig.Iacob.de Aren.Ioan.Faber,Ci-

4 nus, & Alber.ibi.qui dicit † communiter receptum , vbi sequuntur Bartol.Bald.Salic.Paul.& Aretin.tenuit gloss.in dict.authen.nouissi.glo.quam omnes sequuntur ibi in d.l. omnimodo,glos.in dict.c.Rainut.verbo, relinquens,glo. in cap.si pater,de testam.in 6.gloss.in §.fin. Inst.de inoffi. testam.dicit communem Imo.in d.c.Rainu.nume.31.dicis communem Benedict.ibi,verbo, in eodem testamen. num.37.vbi Couarru.§.1.in princ.Iaso.nume.32.in l.1.ff. solut.matr.Coras.num.82.in l.filium quem habentem,C. famil.herc.Ias.in l.sicut,num.8.C.de testamen.milit.Acosta in d.§.& quid si tantùm,pag.131.Bald.Pau.Corn.Alexand.Iaso.Dec.Curti.iuni.& Coras.in l.humanitatis,C.de impube.super illo tex.in verbo, legitima portione,est cōmunis opin.secundum Deci.consi.105.Et pro tenui.communis secundū eum cons.228.In casu,per Ang.consi.94. Pro parte negatiua , col.3. Sed contrarū huius communis sententiæ plenè defendimus in hoc,§.nu.162.cū plu.seq. Pro nobis tex.clarus, qui hanc communem confundit in l.3.tit.8.par.6.nam infrà hanc communem diluimus.

Iure

5 Iure autem digestorum † testamentum vitiabatur ipso iure quando filiafamil.aut nepos ex filio præmortuo præteritus erat,non secus,quàm vitiabatur per preteritionem filijfa.Ista est receptissima sententia, quam tenent pleriq; eorum,quos suprà retulimus, tenent Bald.Imol.Alexan. & Iaso.nume.10.in l.inter cætera,ff.de liber.& posthum. Ias.num.14.in d.authen.nouissim.Angel.in d.l.Gallus,§. fin.Bartol.& omnes in l.cùm ex filio,in princ.ff.de vulg. communis est secundum Aretin.in d.l.inter cætera. Aret. & Pau.colum.2.in d.authent.nouissim.est communis secundum Xuarez in d.l.quoniam in prior.limit.15.glos.& omnes in l.nam his,ff.de inof.testam.Imol.in l.suus quoque,in princ.ff.de hære.insti.idem in l.ex asse, ff.ad legem Falc.Sed contra hanc communem sententiam,vt iure digestorum valuerit testamentum, licet filiafam. aut nepos ex filio præmortuo preteriti essent,tenuimus in §.10.par. vlt.vbi plenè disseruimus post Imol.in d.l.suus quoque,in prin.& in l.fi.ff.de condi.instit.pro nobis tex.clarus in l.fi. C.de lib.præt.text. clarus in fi. principij Insti. de exhære. lib.text.clarus in leg.qui filium,ff.vbi pupillus educari debeat,text.clarus in d.l.Gallus,§.in omnibus, in verbo,filius,duntaxat,text.clarus in l.suus quoque,in princ.& in l. sed & si conditio.§.nepotes, ff.de hæredib.instit.& in l.si quis hæredem,C.de inst.& subst.iunct.l.si pater,C.eo.tit. & l.filius à patre,ff.de lib.& posth.

6 Denique pleriq; eorum, quos suprà † retulimus in hac recept.sunt op.vt præterito filiofam. vel etiam nepote ex filio præmortuo, vel etiam filiafam.testamentum sit ipso iure nullum, tam iure ciuili, quàm prætorio id quod tenent alij quàm plures,quos retulimus in hoc,§.num.138. Verùm hanc communem sententiam tenuimus ibidem per plura quàm viginti fundamen.quæ referre non expedit. Vnde cùm quæritur quando vitietur testamentum per liberorum,aut parentum,aut transuersorum institutionem,exhæredationem,aut præteritionem nō ritè factam iure vel ciuili, vel prætorio, vel canonico, vel regio, facimus sequentes conclus.

In primis enim videndum est de filiofa. à patre vel instituto,vel exhæredato,vel præterito.Et si quidem institutus fuit,aut ex integra legitima,& purè,vel etiam ex maiore parte,& tunc omni iure testam.firmum est,fuitq; semper in prin.Inst.de exhær.lib.l.inter cætera l.pen.& fin.ff. de lib.& posthu.l.1.ff.de iniust.rupt.leg.fi.C.de posthum. hære.instit.ibi,ne pœnam patiatur præteritionis,qui filios suos non præterijt,§.sola enim,in auth.vt cum de appell. cognos.& §.cæterùm. Sicque hoc casu cessat ius dicendi, cessat contra tabu.bon.poss. cessat quærela inofficiosi testament.vt in §.tam autem. Instit.de inoffic.testamento l.maximum vitium,versi.& si secundum,& versic.& nemo ex alio orsus,C.de lib.præt.

Quòd si fuit institutus in minore portione,quàm legitima,tunc iure ff.firmum erat testam. in sui creatione quo ad primordialem validitatem, vt in princ.& per totū Inst. de exhær.lib.d.l.inter cætera,tex.in rub.eod.titu.Verum contra tale testa.licet per hoc nec daretur ius dicendi nullum,vt dd.ll.& d.leg.maximum,circa fin.prin.nec contra tab.bo.poss.quę solis preteritis conceditur,§.sunt autem. Insti.de bono.posses.l.fin.C.de contra tabu.l.vt liberis, in prin.C.de colla.l.1.in prin.l.non putauit,in prin.& per to
7 tum,ff.de contra tab.tamen dabatur † querela inof.testa.l. cùm quæritur,& l.parentibus,C.de inof.testam.§.fi.Inst. eo.tit.l.Papi.§.4.autem, & §.quoniam autem 4.ff.eod.l.si non mortis,eod.titu.

Vnde interim illud notatu dignum est,quòd pretor exhæredatis minimè subueniebat,d.l.1.& d.l.non putauit,in prin.non quoque subueniebat institutis ex minore etiam portione, quàm legitima, sed illis duntaxat, qui præteriti erant,vt dd.ll.verùm vtroque casu à iure ciuili succursum erat vt dd.ll.& in prin. Inst.de inoff.testam.l.1.2.3.& 4.ff. eod.l.1.& l.5.tit.8.part.6.Et hæc omnia communiter recepta sunt in locis suprà citatis.

Quòd si is filius fuit institutus in re vel rebus certis,aut faciebant integram legitimam, & tunc firmum erat testa. quo ad primordialem sui validitatem,& etiam quo ad irreuocabilem,nam querelæ non subiacebat,dict.l.cùm quæritur d.l.parentibus d.§.fi.Insti.de inoffi.testa.d.§. quarta autem,& d.§.quoniam autem quarta.Quòd si res illæ nō explebant legitimam, tunc magis est vt testamentum valeret ab initio in sui creatione omni iure, argum.d.§.cæterum,& d.§.sola enim,& §.igitur.Inst.de inoffi.testam.d.l. parentibus d.l.cùm quæritur d.§.quarta d.§.quoniam autem quarta,verùm iure,ff.subiacebat querelæ,vt dd.ll.Iure C.post l.omnimodo,C.de inoff.testa.l.scimus.in princ. eod.tit.excludebatur querela, & dabatur legitimæ supplementum, vt dd.ll.secundum receptissimas sententias, & in dictis locis,& in omnibus locis suprà relatis.At iure nouissimo authen.per auth. vt cùm de appel.cognos.§.aliud quoq; receptum fuit, & approbatum idem ius secundum omnes.Idem iure canonico,quia expressim id ius innouatum non reperitur, ergo, &c. c.1.& 2.cum ibi notatis,de ope.no.nunt.& quia expressim approbatum videtur cap. Rainu.& c. Rainald. de testam. Iure regio id ius similiter approbatum est in d.l.5.tit.8.par.6.

Hæc in pura institutione. Nam in conditionali túc aut filius fuit institutus sub cōditione necessaria, & tunc perinde est, ac si purè esset scriptus, sicque dic vt in superiore casu, vt leg.1.& 2.titul.4.part.6.leg.cum ad præsens, ff.si certum peta.leg.in illa stipulatione si calendis,cum ibi notatis,ff.de verbum obligat. In conditione de præterito siquidem extiterat, idem est, ac si esset purè institutus, vt dd.ll. Sin autem iam defecerat, tunc habetur perinde ac si foret præteritus. Sicq; dicas,vt dicemus,cùm de præterito sermo fiet. Quòd si erat conditio de futuro, tunc aut impossibilis,vel turpis,& secundum omnes iure,ff.& iure etiam, C.ante l.quoniam in prioribus, vitiabatur testam. per l.filius,ff.de condi.inst.l. Lucius ff.de cond.& demon. iuncta sua glo.

At iure, C. secundum communem, de qua per Corn. Alex.Ias.& alios in l.si pater,C.de inst.& subst.Rode.Xuarez in l.quoniam in prioribus,ampliatione.1.& 2.vitiabi
8 tur etiam testam.nos contra,vt non † vitietur,vt plenè suprà §.10.super interpretatione l.quoniam in prioribus,in ampliat. & limit.illus legis. Quod intellige post d.l.quoniam in prioribus.

Iure authen. communis omnium opi.est, quòd similiter conditio turpis,aut impossibilis vitiet liberorum institutionem,per d.l.filius, quàm correctam non esse contendunt, nos contra, vt correcta sit, sicq; hodie non vitietur testam.per d.l.quoniam in prio.& l.scimus,§.cum autem, eod.titu.vt plenè disseruimus in d.l.quoniam in prioribus, in amplia.& limit. Qua ratione contra intentionē nostrarum iure regio idem dicendum est, cùm eo iure hac in re nil noui sit,vt patet per tit.4.par.6.

In conditione casuali iure,ff.vitiabatur testamentum secundum veram & communem opinio.omnium doctor. per text.in leg. suus quoque, in princip.versicul.sed excipiendus est filius,ff.de hæredib.instit.leg.filius,ff.de cond. instit.vbi per omnes,leg.Lucius,ff.de conditio.& demon. vbi per omnes, dixi plene in amplia.& limi.dict.leg.quoniam in prioribus. Iure C.post dict.leg.quoniam in prioribus,communis opinio.est, quòd non vitietur testamen. estq; verissima,vt ibi plene dixi,licet quàm plures teneant contra. Idem in mixta secundum veram & receptiorem sententiam,vt ibidem diximus. Idem etiam iure nouissimo authen.vt ibidem diximus,quod & iure regio procedit. Idem in conditione potestatiua, quæ omni iure non infirmat testament. secundum veras & communes opin. Sed an reijciatur de filij institutione? Communis quòd sic, nos contrà in dict.leg.quoniam in prioribus, vbi plenissime per nos.

Hæc quando filius fuit institutus,quòd si esset exhæredatus, firmum quidem erat testamentum iure, ff.& C.vt

per

per totum Inst.de exhære.liber.& ff.de libe. & posthu.& de iniust. rupt.& C.de posthu.hæred.inst.Sed iure authen. idem si fuit expressa iusta causa exhæredationis, q͂ si expressa nõ fuit,tunc communis opinio eorum,quos suprà plenè retulimus, est testam.ipso iure non valere, hoc primò: vnde dabitur ius dicendi nullum per dictam l. maximum,hoc secundò:dabiturque contra tabu.hoc tertiò:vt ibidem,cessabitq; querela,hoc quarto. Quæ quatuor conclusiones licet sint communiter approbatæ, nos plene impugnamus in locis ad quæ nos suprà retulimus, cõtendentes testamentum ab initio mero iure valere,cessare ius dicendi nullum,cessareq; contra tabu.dariq; querelã.Quod quinto loco intelligimus procedere iure etiam regio, per tex.plusquam manifestum in l.5.tit.8.par.6.

Limita, nisi exhæredatus aliquid recepisset, nam tunc sunt opi. an cùm expressa non fuerit iusta exhæredationis causa posit petere iure nouo legitimæ supplemẽtum.Sed nos semper tenuimus,q͂ si expressa fuit iusta causa,quo casu omnes conueniunt testam. valere, cesset tam querela, quàm supplementum legitimæ si modo probata fuerit. Quòd si iusta causa non fuerit expressa, secundum cõmunem opinionem testam.est nullum.At secundum nos firmum est, vnde cessabit ius dicendi nullum, & etiã contra tabu.& habebit locũ vel querela,vel legitimæ supplementum prout filius maluerit, vt docuimus infra, §.30.super interpretatione l.omnimodo,C.de inoffic.testam.iunctis his,quæ diximus in locis ad quæ nos suprà retulimus præsertim infrà nu.138. & nu.162. Pro nobis d.l.5. cuius authoritas vincit authoritatem eorũ, qui cõmunem tenent.

Quòd si filius sit præteritus omnino,quia nec titulo singulari quicquam recepit,tunc testamentum & secundum omnes & omni iure infirmum est. Quòd si ei sit aliquid relictum,tunc iure,ff.adhuc infirmum erat,licet iure fidei commiss.vni.omnem etiam hæreditatem caperet filius l. ita tamẽ §.si quis rogatus,vbi per omnes, ff.ad Treb.sicq; dabatur tam ius dicendi nullum, quàm contra tabu.cessabatq; quærela secundum omnes.

Iure.C.post d.l.omnimodo,secũdum omnes ferè valet testamentum,cessat ius dicendi nullum,& contra tabul.& etiam querela,sed solũ agi potest ad legitimę supplementum d.l.omnimodo.Iure auth.siue is præteritus titu.sing. recipere poterit integram legitimam,siue minus,dum tamen aliquid testam.est nullum ipso iure,hoc primò:datur ius dicendi nullum,hoc secundò: datur contra tab.hoc tertiò.Nos contrà in omnibus tribus,vt testam.mero iure valeat,cessetq; ius dicendi nullum, & contra tabu.detur tamen vel querela,vel legitimæ supplementum,prout filius maluerit,vt differimus in dic.l.omnimodo. Pro nobis expressum in d.l.5.tit.8.par.6.

9 Vnde eleganter dicebam ad † glo.communiter app.l.si quando,§.& generaliter,C.de inof.testam.dum tenuit,q͂ filius præteritus ex consensu suo non possit quicquã contra testam.dicere, idemq; si se exhæredari consensit,quòd eius op.defendi non potest,inspecta communi opi.volentium, quòd hodie per d.§.aliud quoque redacti simus ad ius,ff.Verùm cùm nos semper tenuerimus ius.C.immutatum non ex toto esse,euenit,vt si filius se exhęredari consensit,licet in testamento iusta causa nulla exprimatur pręter consensum filij,tamen valiturum testam.in sui creatione

10 mero iure, & si cõtra illud † querela moueatur, replicabitur de cõsensu ipsius filij adhibito, quo casu si nihil omnino filius recepisset, forte adhuc in querela vinceret, per dictam l.omnimodo,quasi consensus suus viuo patre præstitus ei non noceat,non magis,quàm repudiatio hæreditatis, quæ repudianti non nocet.quando fit viuo eo, cuius de hæreditate agitur l.qui superstitis. ff.de acq.hær.l.is qui hæres,in prin.eo.titu. Verùm si aliquid recepit,ad supplementum tantùm agere poterit, per dictam l.omnimodo, vt sic non tam propter suum consensum, quàm propter relictum à querela excludatur.

11 Qua ratione idem in † præterito dicendum, si nihil receperit,licet sui præteritioni consenserit,vt is consensus viuo eo, cuius de successione agitur, præstitus sibi non noceat,sicq; testamentũ sit nullum,hoc primò:cessetq; querela,cessetq; supplementum legitimæ, quod non datur ei, qui præter verba recepit nihil, dabiturq; ius dicendi nullum,hoc secundò: dabiturq; contra tabul.hoc tertiò: quæ omnia sunt contra communes opin. Verùm si aliquid recepit,valebit testamentũ,hoc primò,cessabit contra tabu. hoc secundò:cessabitq; ius dicendi nullum,hoc tertiò:nõ quidem ex vi consensus istius (vt in omnibus his casibus docto.falso opinantur)sed magis ex vi & potestate d.l.omnimodo,quam etiam hodie incorrectam dicimus. Vnde noue contra communes sententias defendimus,quòd is filius supplementum legitimæ petere poterit,non obstante sua renuntiatione,suoque consensu,licet secundum communes sententias non posset,quasi is consensus sit secundum nos nullius momenti,licet secundum communẽ opinionem firmus & efficax esset. Ita noue intelligimus & extendimus dictam legem,omnimodo.Quæ omnia plenissime egimus in §.10.super interpretatione dictæ legis, quoniam in prioribus, part.4.q.1. Vnde & ex dictis in §. 30.super d.l.omnimodo, petenda est iustificatio nostrarũ opinionum.Pro nobis expressum in d.l.5.tit.8.par.6.Et vi suprà num.112.in §.18.

12 Infero nouissimum intellectum † ad c.quanuis pactũ, de pact.in 6.dum innuit valere testamentum,quando filia dote contenta,renuntiauit patris viuentis succesioni cum iuramento,quę renuntiatio vtcunque iurata non video vt poterit testamentum patris illam filiam prætereuntis firmare contra omne ius,omnesq; leges suprà alleg.Nam licet ex vi iuramenti ius canonicum impediat filiam agere contra testamentum,tamen quid impedit,quin reliquorũ filiorum testatoris quilibet,cum non iurauerit,posit,si se grauatum sentiat,agere contra illud testamentum,vt pote ipso iure nullum filiæ illius præteritione,licet ipsi instituti essent? l.post mortem,§.fin.ff.contra tabul. Nimirum illius c.vera ratio, verusq; sensus nulli hominum forte cognitus is est,q͂ ad firmitatem testamẽti primordialem iure? C.sat erat aliquid relictum esse filio,vt d.l.omnimodo vel datum inter viuos dotis nomine,vt l.quoniam nouella,iuncta l.scimus,in prin.eo.tit.l.si non mortis,ff.eod.titu. Vnde cùm illud testamentum mero iure valuerit, nullo remedio subuerti potuit,nisi per querelam, quæ denegatur ei,qui aliquid recepit,dicta lege omnimodo, denegaturque agere ad supplementum,propterea quòd ea filia iurauit amplius non petere.Et qui velint defendere communem sententiam existimantiũ hodie oportere ad primordialem testamenti validitatem filium non fuisse præteritum per d.§.aliud quoque,ij in æternum non poterunt defendere testamentum in terminis dict. capitu.quanuis pactum,si filia renuntians esset pręterita.Nam licet velint se tueri authoritate gloss.dictæ l.si quando, §.& generaliter (quam nos suspectam semper asseruimus)tamen adhuc testamentum in terminis d.cap.non sustineretur,cùm gl.loquatur, quando filia consensit se præteriri, ibi autem non talis interfuit consensus,sed solùm id actum fuit,vt renuntiatio iurata fieret.Quæ omnia nota,quia sunt contra sentẽtias eorum omnium, quos suprà cateruatim retulimus. Pro nobis expressum in d.l.5.titu.8.partit.sexta.dum vult tale testamentum non obstante præteritione valere, licet subiaceat querelæ. ita intelligo c. Rainut.& c. Rainald.de testamentis.

13 Hęc in filiofa.nunc videndum de † filiafam.Et quidem si pure fuit instituta,dic vt suprà in filio. Sin autẽ sub conditione,verius est testamentum valuisse,non solum si conditio esset potestatiua,quod omnes admittũt, per l.Cornelius l.iam dubitati,ff.de hæred.instit.l.verba hæc l.fin.ff.de cond.insti.l.si pater l.3.C.de instit.& substi.sed etiam si talis conditio esset casualis,vel mixta, vt est tex.expressus in l.si quis hæredem,C.eodem l.suus quoque,in princip.ibi, sed excipiendus est filius, ff.de hæred.instit.Id quod contra

tra communem ſentẽtiam defendimus ex profeſſo in §.
decimo, ſuper interpretatione d.l.quoniam in prioribus,
in limita.& ampliatio.

14 Vnde nouè infero, quòd ſi † filiafa.ſub conditione tur-
pi,aut impoſsibili iure ff.eſſet ſcripta à patre ſuo,non vitia
retur inſtitutio,nec procederet l.filius,ff.de condit.inſtitu.
quæ ſignanter in filiof.tantùm loquitur,nam filiafam.quo
ad conditionalem inſtitutionem iure,ff.nihil à reliquis ex
traneis reperitur differre, vnde talis conditio reijceretur
per l.1.& l.conditiones,ff.de condit.inſt.l.3.ff.de condi.&
demonſt..Quod eſt contra communem opin.exiſtiman-
tem d.filiam non poſſe ſub turpi conditione eo ff.iure in
ſtitui,vt diſſerimus in d.l.quoniam in prio.in amplia.& li-
mit. Verùm quia iure,ff.cũ filia ſub conditione caſuali vel
mixta inſtituebatur,pendente conditione poterat querelã
mouere l.filijs matrem, C.de inoffic.teſtamen.ſicque pe-
riclitabatur teſtam. hodie per d.l.quoniam, talis conditio
reijceretur de inſtitutione filiæfam.non ſecus,quàm de in
ſtitutione filijfam.

Quòd ſi filiafamil.fuerit exhæredata iure,ff.dic vt refer
tur in d.l.maximum.Iure.C.ſi in eius exheredatione iuſta
cauſa exprimebatur, & probabatur,valebat mero iure te-
ſtamen. ceſſabat contra tabu.ceſſabat ius dicendi nullum,
ceſſabat etiam querela,& etiam ſupplementum legitimæ.
Quòd ſi iuſta cauſa expreſſa non fuit à teſtatore, tunc te-
ſtamen. ipſo iure nullum eſt ſecundum communem opin.
hoc primò,datur contra tab.hoc ſecundò,datur ius dicen
di nullum,hoc tertiò,per d.l.omnimodo.Quod intelligas
ſecundum eos,quando nihil huic filiæ relictũ fuerat.Quæ
omnes tres concluſiones ſuſpectæ ſunt. Nam teſtam.illo
caſu mero iure valebat etiam poſt.d.§.aliud quoque,ſicq;
ceſſabat contra tab.ceſſabatq; ius dicendi nullũ,vt per to-
tum ff.de libe.& poſth.per totum, ff.de iniuſt.rupt.per to
tum Inſtit.de exhær.libe.per totum,C.de poſthum.hære.
expreſſum in l.5.tit.8.par.6.eſt.Tamen verum,ꝙ talis filia
poterit querelam mouere,etiam ſi aliquid titulo ſingulari
à patre ſibi relictum fuerit, niſi illud agnouiſſet, quo caſu
ſupplementum tantum legitimæ, non etiam querelam ha
beret d.l.omnimodo l.ſi quando, §.fin.C.de inoffi.teſtam.
expreſsius in d.l.5. diximus plene cõtra omnes doct. quos
ſuprà cateruatim congeſsimus in interpretatione tam d.
l.quoniam in prior.quàm in interpretatione d.l.omnimo-
do,& latiùs in locis,ad quæ me ſuprà remiſi.

15 Quòd ſi filia eſſet † præterita, tunc ſecundum omnes
doctores ſuprà cateruatim congeſtos iure, ff.teſta.erat ip-
ſo iure nullum,dabatur contra tabul.hoc 2.dabatur ius di-
cendi nullum,hoc tertiò.Has tres concluſiones falſas eſſe
oſtendimus in locis,ad quæ nos ſuprà remiſimus per text.
pluſquam manifeſtum in l.maximum, ſupra alleg.tex.eui
dens in fin.princ.Inſtit.de exhær.lib.l.qui filium,ff.vbi pu
pillus educari debeat.

Iure C.ſi tali filiæ nihil à patre relictum eſſet, doctores
communiter vbi ſuprà tenent ſimiliter teſtamentum nul-
lum eſſe ipſo iure,hoc primò, dari contra tabu.hoc ſecun
dò,dari ius dicendi nullũ,hoc tertiò. Nos in his omnibus
contrarium defendimus locis, ad quæ nos remiſimus per
dictam l.maximũ,& per d.prin.Inſt.de exhær.liber.verſi.
ſed non ita d.l.Gallus,§.in omnibus, ibi.ſed excipiendus
eſt filius d.l.qui filium,cum alijs.Id quod per d.l.omnimo
do,innouatum non fuit, ſed longe poſtea fuit innouatum
in dict. leg. maximum, quæ conſtat longe poſt dictam l.
omnimodo factam fuiſſe,quia ipſa facit mentionem de d.
l.omnimodo.

Iure authen.ſi filiafam.ſit præterita, omnes ſupra citati
tenent ipſo iure non valere teſtamentum. Quod verum
eſt,& erat etiam antea poſt dictam l.maximum.

16 Hæc in filiafam.In nepote ex filio † premortuo ſi qui-
dẽ fuit inſtitutus pure,dic vt ſuprà in filio. Si ſub conditio
ne turpi,aut impoſsibili, ſecundum doctores ſuprà citatos
idem quod in filiofam. vt teſtamentum iure ff.mero iure
non valeret,per dictam l.filius,ff.de condi.inſti.Nos con-
trà,vt valeret teſtamentum,& ea conditio reijceretur non
ſecus,quàm in quolibet extraneo, per l.primã l.conditio-
nes,ff.de condi.inſti.cum ſimi. Quia talis nepos ſub omni
conditione potuit inſtitui,& etiam ex toto præteriri,non
ſecus, quàm quilibet extraneus, vt infra dicã, & d.l.filius,
ſignanter loquitur in ſolo filiofa. Diximus in locis,ad quæ
me ſuprà remiſi contra communes opi.

Quòd ſi is nepos inſtituitur hodie ſub conditione tur-
pi tunc ex mente omnium teſtamentum non valebit, per
dictam l.filius,nos contrà, vt diſſeruimus, in d.l.quoniam
in prioribus, in limit.& ampl.ergo ceſſabit ius dicendi nul
lum,hoc ſecundò, ceſſabitq; contrà tab.hoc tertiò,reijcie
turq; illa condit. hoc quartò contra communem non ſe-
cùs,quàm in extraneo.

Quòd ſi conditio eſſet caſualis, vel mixta, iure ff.vale-
bat teſtamentum, ceſſabat contra tabulas, hoc ſecundò,
ceſſabatq; ius dicendi nullũ,hoc tertiò,per tex.expreſſum
d.l.ſuus quoq;, in prin.& l.ſed & ſi conditioni.§.nepotes,
ff.de hæredib.inſtit.l.2.§.1.ff.de ſecundũ tab.l.3.§.pen.ff.
de contra tab. Quæ omnia contra communem opi.eorũ,
quos ſuprà retulimus,probauimus in locis, ad quæ me re-
miſi,præſertim infrà,nu.138.& nu.162.

17 Quòd ſi is nepos fuit † exhæredatus iure,ff.dic vt ſupra
in filio.Iure C.ſi nihil receperat à patre,idem vt exæqua-
retur filio.Quòd ſi queras iure auth.an exæquaretur filio.
Et doctores vt ſuprà,ꝙ ſic,nos idem quoque. Verùm ipſi
intelligunt,ꝙ ſi iuſta cauſa expreſſa non eſſet, teſtamentũ
foret ipſo iure nullum, dareturq; contra tabul.hoc ſecun-
dò,& ius dicendi nullum,hoc tertiò,ceſſaretque querela,
hoc quartò,ceſſaret ſimiliter ſupplemẽtum legitimæ,hoc
quintò. Nos in omnibus his quinq; tenemus contrarium
in locis,ad quæ me remiſi. Quia licet cauſa non exprima
tur, teſtamentum valere mero iure nõ deſinit, ſicq; ceſſat
contra tabul.& ius dicendi nullum, dabiturq; querela,vel
etiam ſupplementum legitimę,ſi id voluerit nepos,eo ca-
ſu,quo aliquid receperat à patre.

Quòd ſi is nepos cauſa nõ expreſſa eſſet præteritus,tũc
ſecundum doct.ſuprà relatos iure, ff.teſtamentũ eſſet ipſo
iure nullum,daretur contra tabu.hoc ſecundò:dareturque
ius dicendi nullum,hoc tertiò:ceſſaretq; querela,hoc quar
tò.Nos in omnibus cõtrarium defendimus in locis,ad quę
me remiſi per d.verſi.ſed non ita d.l.maximum d.l.qui fi-
lium, cum ſimil.ſupra allega. Iure tamen, C.& auth.iam
ſunt hodie exæquati filiof. Verùm iure,C.ſi quid eis relin
queretur tempore d.l.omnimodo,ad ſupplementum tan-
tùm agere poſſet.Quod & in filiof.erat.

Sed etiam hodie totidem concluſiones facias iure auth.
contra docto.Nam ipſi intelligunt,ꝙ ſi ſit præteritus ſine
cauſa expreſſa, teſtamẽtum erit ipſo iure nullum, etiam ſi
aliquid eſſet ſibi relictum, & daretur ius dicẽdi nullum, &
contra tab.& ceſſaret querela, & quinto loco ceſſaret ſup-
plementum legitimæ.Nos contra in his quinque,nam te-
ſtament.valebit per d.l.omnimodo, vnde ceſſabit contra
tabu.& etiam ius dicendi nullum, dabiturque querela,niſi
ipſe relictum agnouerit, quo caſu dabitur ſupplementum
tantùm legitimæ ceſſante querela per d.l. pen. & fin.ff.de
inoffi.teſtam.iuncto d.§.aliud quoq;.

Hæc quo ad ius ciuile,nam iure prætorio,præterito fi-
18 liof.teſtamentum † eſt ipſo iure nullum,ſecundũ commu-
nem opinionem,de qua per Pau.Aret.Alex.Iaſ. Curt.iun.
& omnes in l.fin.C.de contra tabu.vnde contra tabu.quæ
tunc datur,remedium eſt declaratorium, non reſciſſoriũ,
hoc ſecundò & licet viuo patrefam.filius præteritus dece-
deret,teſtamentum adhuc iure prætorio infirmum eſſet.
Nos in his tribus contra communem,vt diſſerimus pleniſ
ſimè hoc,§.nu.138.

Quid in liberis legitimatis? Et vt diſſerimus in hoc,§.
iure cõmuni eis præteritis rumpitur, vel vitiatur ipſo iure
teſtamentum non ſecus, quàm in legitimè natis ſecũdum
cõmunem opi.de qua per Soci.Iaſ.Alex.Alciat.& alios in
rub.ff.de liberis & poſthum.Verùm ſi prẹteriti non eſſent
ſed

ſed exhæredati non expreſſa iuſta cauſa,an adhuc idē arg. dicto §.aliud quoque.Et communis opin.eorum,quos ſupra retulimus,quòd adhuc idem,vnde teſtament.erit ipſo iure nullū dabitur contra tab.hoc ſecundò.dabitur ius dicendi nullum hoc tertiò.ceſſabit querela hoc quartò.ceſſabit legitimæ ſupplementū,hoc quintò.Nos in omnibus contra,vt d. l.omnimodo.maneat incorrecta quo ad primordialem teſtamenti validitatem . vnde ceſſat ius dicēdi nullum,ceſſat contra tab. .datur querela hoc quartò, contra communem,dabiturq; legitimæ ſupplementū , ſi huic legitimato eam eligere placuerit,omiſſa querela, cum aliquid relictum eſſet,vt diſſerimus in locis ſuprà citatis, ad quæ me ſupra retuli.Iure quoq; prætorio id teſta.valebit , nec legitimatis exhæredatis vllum remedium prætor accommodaret d.l.non putauit.in princ.Pro nobis d.l.5.tit. 8.part.6.cuius authoritas vincit authoritatem communis opinio.

Quid in liberis adoptiuis? Et quidē ſi ſunt inſtituti,omnes conueniunt teſtam.omni iure valere, niſi cū ſub conditione cauſali vel mixta inſtituebantur,quo caſu iure,ff.ſi in locum nepotum inſtituerentur,vel deinceps,ſecūdum nos valeret teſtam.hoc primò.contra mentem cōis opin. vnde ceſſaret ius dicendi nullum,& contra tab .

Sed & ſi ſub conditione turpi inſtituti forent,idē , vt in re.ff.reijceretur condi.non ſecus,quàm in omnino extraneo reijciebatur,per l.1.l.conditiones,ff.de condi.inſtit.l. 3.de conditio.& demonſtr.§.ſi impoſſibilis.Inſtit.de hæred.inſti.Vnde & ſecundò valebat teſta.ceſſabat,& tertiò contra tabu.ceſſabatq; ius dicendi nullum. Ad d.l.filius ff. de cond.inſt.ſępe iam diximus in liberis primi gradus tantum procedere,reliqui enim quo ad conditionales inſtitutiones nihil ab extraneis differebant.Quæ omnia ſunt cōtra mentem opi.ſuprà relatæ.

19 Qua ratione idem quoque in filia † adoptata, vt ſi ſub conditione inſtitueretur , teſtament.valeret,licet condit. eſſet caſualis,vel mixta,ceſſaretq; ius dicendi nullum , ceſſaret & tertiò contra tabu.per dictam l.ſuus quoq; in princip.dict.§.nepotes,dicta l.ſi quis hæredem.cum ſimilibus ne adoptata maioris poteſtatis eſſet, quàm legitima quo ad teſtam.rumpendum,contra l.filio quem pater ff. de lib. & poſthum.ſatq; eſſet vt exæquarentur per legem certū , ff.de iniu.rup.

Quòd ſi ſub turpi conditione eſſet inſtituta,teſta.valebat,conditio reijciebatur,ceſſabat contra tab. hoc quartò ceſſabat ius dicendi nullum.hoc quintò, quia in filia etiam legitima idem foret vt dixi,ergo,&c.vt d.l.filio quē.Quęquinq; concl.ſunt contra mentem communis ſententiæ . Vnde ēt hodie retenta cōi op.exiſtimantium, ꝙ turpis cōditio non reijciatur per d l.qm in prio.vtiliſſime infertur , ꝙ ſolus filiusfa.ſi ſub hac turpi conditione inſtitutus eſſet teſta.infirmum eſſet,non ſic in iſta filia.

44 Primò,quia pater & † filius vna & eadẽ perſona reputãtur,vt l.fi.in fi.C.de impu.& al.ſub.& vox patris , eſt vox filij;& vox filij vox patris,vt in §.ei qui.Inſt.de inut.ſtip. & qđ vnus dicit,alter dicere videtur,vt gl.dicit in d.l.fi.& vbi eſt vnus,alter eſſe videtur,vt l.cum ſtimus,§.fin.C.de agricol.& cenſit libr.vndecimo.& quod pater habet filius habere videtur.Hinc filius gaudet ſtimo , & ciuilitate patris vt notat glo.in l.2.C.qui æta.lib.10.& ibi ſcribẽtes,& Bald.in l.liberti,fin.columna, C.de oper.liberto.Igitur ſicut pater in cauſa reclamationis,aut appellationis non poterat de cauſa illa cognoſcere,ita nec filius,qui eadem perſona cum pater reputatur,& præſertim,quia filius ꝓſumitur habere eandem affectionem,& voluntatẽ,quam pater habuit.tenet Bald.in d.l.liberti.penul.col.C.de ope.liber. argum.tex.in l.ſi operarum,ff.eod.ergo filius affectionẽ, & voluntatẽ,quã pater habuit in dicta cauſa habere præſumitur.Et hinc eſt,quod filius non poteſt eſſe notarius,vel actuarius in cauſa,in qua pater eſt procurator,quia ex hoc redditur ſuſpectus hoc tenet Lanfrancus in cap. quoniam cõtra falſam.de probatio.11.col.A fortiori ergo eſt ſuſpectus iudex filius in cauſa vbi pater non procutator,ſed iudex fuit. Prȩterea filius tenetur imitari geſta boni patris, vt in c.dominus noſter,in fi.56.diſt.nec poteſt filius quicquam a ſe facere,niſi quod patrem viderit facientem,vt in capitu.fin.de conſecratio.diſtinctio.vltima.& 24.quȩſtio. prima capitu . cum beatisſimus. Si igitur patrem ita bonum,& honore dignũ imitari debet, & illud facere,quod pater in dicta cauſa fecit,valde ſuſpectus & iudex certè cõtrarius foret filius in d.cã.Præterea facta a parentibus non

debent pro diſciplina a filijs ad irritum reuocari, vt le.quę a patre.C.de reſti.mil.vbi ad liter… illud dicit prædicta lex & dixit Bal.in l.fi.§.ipſum a…e, C.de bon.quæ libe.Si igitur filius propter patris …uerentiã factũ patris in dicta cauſa non reuocaret … eidẽ adhærere debet ſuſpectus, valde redditur p…terea filius ſententiã patris,aut magiſtri defende… debet,& eã excuſare, vt Cõſultus Caſsius fecit in …ere,ff.de arbi. ex quo igitur aſſumere debet defenſionẽ pro voto,& ſententia patris, quam protulit, ſuſpectus valde redditur,& nedũ ſuſpectus, verũ certus iudex cõtrarius,vt pater eius fuit in dicto voto,aut ſentẽtia, quã promulgauit. Quia licet alias iudex cognoſcere poteſt an ſua ſit iuriſdictio vt l.ſi quis ex aliena,ff.de iud.& l.ex quacũq; ff.ſi quis in ius voc.non ierit.& c.ſuper literis de reſcr.cum tamẽ iudex aſſumit defẽſionẽ pro ſua iuriſdictione, ſuſpectus redditur,& vt talis recuſari poteſt.vt notat gl.in c.ſtatutũ.in prin.in verb.copiã.de reſc. lib.6.tenet Abb.in c.cõquerente.de reſti.ſpol.3.col.& ibi notat gl.Igitur cũ defenſionẽ pro honore patris filius aſſumere debeat.vt d.l.dicere.ſuſpectus redditur, cũ filius non debeat factum patris corrigere,aut emendare, quia erubeſcit lex filios caſtigatores fore parentum.vt in authen.de nupt.§. ſed quod ſancitum 4.colla.not.gl.in l.cum oportet non autem,C.de bo. quæ lib.& in l.3.§.ſi quis quaſi.ff.de cond.ob cau. & in d.
45 c.cũ † beatiſsimus,24.q.1.Nec ad hoc obſtat tex.in d.§.ſi quis quaſi l.3.ff.de cond.ob ca.vbi Celſus filius. patrẽ ſuũ Celſum in iure emendauit,& ei cõtradixit. Et verior ſententia filij ab Vlpiano Conſulto iudicata eſt. Et ita in his quę in iuris ſunt filius non tenetur ſequi conſiliũ,aut votũ patris,imò ei contradicere poteſt,vt Barto.per illum text. in allega.§.ſi quis quaſi.& in l.cum oportet,§.non autem C.de bon.quę lib.& vtrobiq; tenet Accur.& communiter ſcribẽtes.Quia ad illum tex.ne huic intentioni obſtet,duplex poteſt dari reſpõſum.Primum, ꝙ opinio Celſi patris fuit & eſt de iuris rigore,& opinio Celſi filij fuit ſecũdum naturalem ęquitatẽ.Quod patet,dum tex.dicit.ſe ipſe Celſus.ſ.filius.naturali æquitate motus,putat repeti poſſe.quæ ſententia verior eſt. Nã ibi Celſus filius non cõtradixit patri,nec eũ emendauit,nam vterque verum dixit, pater ſecundũ iuris rigorẽ,& filius ſecundũ æquitatẽ naturalẽ. Et quia ſi rigor,& æquitas in lege ſcripta ſunt,ęquitas præfertur rigori.vt l.placuit.de iudi.C.& in clement.quanuis rigor.de appel.& propterea ęquitas opinio Celſi filij ab Vlpiano conditore dictæ legis approbata fuit, nec ſecũdum iuris rigorem filius contradixit patri,nec eum emendauit. Et ita ille text.ſic intellectus,non obſtat prædictę,l.dicere ff.de arbi.vbi Caſsius Conſultus ſententiã Sabini magiſtri ſui bene excuſat.Secundum reſponſum eſt, ꝙ licet in his quæ iuris ſunt,filius non teneatur ſequi conſiliũ, aut opinionem patris a tramite iuris deuiantem,tamen quatenus ei poſsibile fuerit,opinionem patris in iure ſequi debet,& eam defendere.& ita intelligitur tex.in d.l.dicere.quam ſic intelligit Sali.in alleg.l.cum oportet,§.non autem.Ita etiã intelligit Iaſon Mediolanẽ.in d.§.ſi quis quaſi l.3.ff.de cõdition.ob cauſ.qui iſta verba dicit.Quartò not.in verſ.ſed ipſe Celſus.quòd in his quæ ſunt iuris,licitũ eſt filio emendare patrem,& diſcipulo præceptorẽ, quãuis debeat quãtum poteſt excuſare.vt l.qualẽ,§.fi.ff.de arbit.Iſtud etiam tenuerunt Guiller.de Cugn.& Alberi.de Roſatis,quos refert,& ſequitur dominus Alexand.in allega.§.ſi quis quaſi qui iſta verba dicit.Nota filium corrigere patrẽ in his,quę ſpectant ad decidendum de iure. Dicit tamen Guiller.de Cugno.& Alberic.de Roſatis melius facere filiũ, ſi conniuentibus oculis tranſeat,argu.l.qualem.verſic.Caſsius. ſuprà,de arbitr. Et ita ſi inquantum filius poteſt,ſententiam patris defendere debet, imò cõniuenibus oculis cum ea trãſire,& ad hoc vt ei contrariet, ſuperabundans,& pluſꝗ Phariſęorũ deberet eſſe iuſtitia, meritò valde ſuſpectus iudex foret in hac cauſa.Præterea diuino, & naturali iure filij honorare tenẽtur parentes, & eis omnẽ honorẽ adhibere vt habetur in quarto pręcepto Decalogi,quia,vt philoph.inquit,dijs parentibus, & magiſtris nihil æquiualens reddere valemus.ſed honor patris conſiſtit in hoc, ꝙ eius ſentẽtię acquieſcatur,& ꝙ ab ea non appellẽt,nec amplius cognoſcatur de iuſtitia,aut iniuſtitia ipſius,& conſiſtit honor in hoc,ꝙ ſua ſentẽtia nõ reuocetur ne iudex iniquus, aut iniuſtus appareat.vt l.omnẽ honorẽ,C.quan.prouoca. non eſt neceſ.& in c.vt debitus.de appellat. Imò cũ ab eo appellatur,ei iniuria infertur.vt d.l.omnẽ honorẽ.in fin. Et
46 hinc † eſt, ꝙ quia per talẽ iniuriã prouocatur iudex a quo appellatur, ſuſpectus redditur appellanti, & de cætero in omni alia cauſa,quæ tangat appellantẽ,recuſari poterit, vt in c.ad hęc ſi vna.& in c.propoſuit.de appell.& iudici pœ
47 na eſt, cũ eius proceſſus,& ſententia † rauocatur, vt dicit gl.in clem.quãuis rigor.de appell.in finalib.verbis.quã cõmendat Bal.in ſua margarita.in parte,iudex.cum male iudicare iudicẽ contingit,aut imperitia,aut dolo,vt l.fi. ff.de vari.& extra ordinar.cognit.& l.ex maleficijs, §.ſi iudex, ff.de actio.& obli.& l.ſi filius.ff.de iudi. & vtroq; caſu iniuria afficitur iudex,cui dicitur,ꝙ imperitia, aut dolo male iudicauit.Tene menti,quia ſæpe ſub me prætore vertũtur cauſæ actæ ſub patre,& domino meo Martino,cũ eſſet vnus ex duodecim Cæſaris ſummis Senatoribus & hodie ingens lis eſt inter ciuitatẽ de Caliz, & conductores illius vectigalis,quod Almoxarifadgo appellatur, in qua dominus meus olim iudex fuit, & hodie ego iudex ſum.

Exhæredatio debet fieri nominatim l.1.& 2.ff.de libe.& poſth.in prin.& §.nominatim & §.poſthumorũ.in verbo.nominatim.Inſtitu.de exhæred.liber.§.poſthu.in verbo.nominatim eodẽ l.poſthumorũ.in verbo, nominatim ff.de iniuſto rupto.l.fi.C.de contra tab.l.2.tit.8.& l.10.tit.7.par.6.& l.3.ti.7.ead.par.

48 Et vt exhęredatio facta,videatur nominatim multipliter concipi poteſt.Primò per ſignum ſpecificum,puta,filius meus Titius exhæres eſto,§.nominatim.Inſtit.de exhær.lib.l.1.ff.eo.l.3.ti.7.par.6.

Secundò per ſignum vniuerſale,puta,omnis,&c.l.Titius,in prin.ff.de liber.& poſthu.

Tertiò per ſignum diſtributiuũ,puta quilibet l.3.§.nominatim.ff.de iniuſto rup.facit.l.qui filiabus,§.1.ff.de legatis primo.idem Alber.Bald.& Ange.in l.Titius.de libe.& poſthumis.ff.

49 Quartò ſub appellatione † cæterorum.argum.l.cæterorum,ff.de verborum ſignificatio.Iaſ.col.1.& 2.in l.Titius & ibi Alexan.idq; communiter ſecundum Soci.ibid.col.2.approbatur, dũmodo ſit vnus filius vel duo, ſecus ſi plures ſecundum nos.

Quintò per demõſtrationem corporis præſentis, arg.l.nemo dubitat,ff.de hære.inſti.iuncta l.iubemus, C.de teſta.Ampl.etiam ſi in corpore erretur.argumen.gl.in l.quæ extrinſecus,ff.de verborum. quã dicit communiter appr. Iaſ.ibidem,nu.7.& in l.4. in prin.numero.15.ff.de legatis primo. Et ꝙ per demonſtrationẽ corporis præſentis fieri poſsit exhæredatio,tenent Bal.Ange.Iaſ.col.3.in l.Titius ff.de liber.& poſthu.

50 Sextò quid ſi fiat per ſignũ † indefinitum? Dic aut profertur in ſingulari, puta, Filius exhæres eſto, & ſunt duæ concluſiones.Prima,quòd nominatim facta videtur, ſi eſt vnicus filius,alias ſecus.vt d.§.nominatim.& l.ſecunda,ff.de liber.& poſth.Aut profertur in numero plurali, & ſunt duæ cõcluſiones.Prima,nominatim facta videtur, ſi ſunt duo tantum filij.quia pluralis loquutio,& c.l.vbi numerus ff.de teſtib.l.inter illam, ff.de verborum ſignifi.c.pluralis.de reg.iur.in 6.

Aut ſunt plures filij,& nõ videretur ex proprietate, ſed tantum ex interpretatione,quæ in hoc caſu non eſt admittenda.arg.l.cum quidam.ff.de liber.& poſth.gloſ.in d.l.2. Nec obſt.dict.l.2.in verb.ex benignitate. vbi videtur probari, quòd indefinita etiam prolata in numero ſingulari, æquipolleat de proprietate verborum vniuerſali.Nã reſp. quòd benignum dicitur,nõ quòd ſit alienum a proprietate verborum,ſed ꝙ interpretatio,quę in alijs ſpeciebus ex conie-

coniecturata mente testatoris fit, in illa tamen specie ex benignitate fieri desinit.

Hinc infero, quòd gl. in d. §. nominatim, potest saluari, licet rep. per Fabr. & alios ibid. dum inquit, exhæredationem hanc, Filij mei exhæredes sunto . non videri nominatim factam, nam facta videtur nominatim, cum duo tantum erant filij, & ita procedit communis, quòd si plures tunc secus, & ita procedit glos. Quod menti commenda, quia est noua & vera conciliatio.

51 Quibus etiam, vt perfectius † intelligatur quando exhæredatio nominatim facta videatur, addendum est, quòd est nomen prænomen, cognomen, agnomen. De tribus primis mentionem facit. l. 1. ff. de libe. & posthum. sed de omnibus quatuor fit mentio in §. si quis non in nomine. Inst. de leg. in l. si in nomine, C. de testa. secundum glos. in d. §. si quis in nomine est nomen Cicero cognomen ab euentu vel dignitate agnomen, veluti si addas Rectorem, Consulémve claudum. rufum, album, &c. facit l. hac cõsultissima, ibi, indicia, & ibi, dignitates, C. qui testaméta fac. quod ait Theophilus in §. 1. Inst. de exhæ. libr. Prænomẽ in Tullio erat Marcus, secundum d. glos. Ergo in me prænomen est Fernandus, nomen est Vascus, tractum a parẽtibus cognomen est de Menchaca, tractum a communi patria, vt non tam a cognatione, quàm a communione communiue patria tractum videatur, agnomen est collegialis, cathedraticúsve, aut regius Senator. vi. Vigl. in §. 1. de exhæ. lib. Alc. in l. 1. ff. de libe. & posthum.

Vnde in primis errat glo. d. §. si quis in nomine, dum putat cognomẽ a cognatione dici, decepta affinitate vocabulorum, cum magis a communione, communiue patria trahatur. Errat ergo & gl. cognomen l. 1. ff. de liberis, & posthumis, in quo errore fuisse videẽ glo. d. lege. si in nomine.

52 Ergo secũdum hæc exhæredatio † vt nominatim facta intelligatur oportet fieri per expressionem trium nominum, nempe per expressionem nominis, prænominis. & cognominis, vt in l. 1. ff. de liberis & posthumis, quę lex horũ omniũ interuentum & concursum requirere videtur.

Sed certe in terminis l. 1. ff. de liber. & posthum. exhæredatio nominatim facta videtur, licèt vnum tantum nomẽ exprimatur, nec ꝑ illud satis certi fuerimus de persona exhæredata, idq́; probatur ibid. in fi. Nec me mouet, quòd gl. ibi quam summaris sequuntur Alber. Bar. Bal. Ang. Imol. Cuma. Pau. Alex. Aret. Soci. suppleat text. dũmodo inquit de persona non possit dubitari. Nam resp. id non eo pertinere, vt exhæredatio non valeat, sed vt præterea ꝙ merò iure valeat possit probari, & monstrari persona exhæredata, valebit tamen mero iure licet monstrata non fuerit, vt ibi. & l. duo sunt Titij, ff. de test. tut. ibi, non ius deficit, sed probatio. & in l. Titius, de liber. & posthu. vbi exhęredatio vniuersaliter facta mero iure valet etiam in persona illius, quem testator mortuum putabat, licet possit rescindi prætextu erroris testantis. Sic & hic mero iure valet exhæredatio, quæ fit per expressionem vnius tantum nominis, licet ambiguitate veritas rei gestæ obũbrari possit. Quid enim si fieret exhæredatio per expressionem trium nominũ de quibus in d. l. Tunc nullus negaret, quin nominatim facta videretur, & tamẽ potuit esse ambigua, si alter filius, in quo tria illa nomina concurrerent, reperiretur. Sic ergo, &c. Ergo aliud est quęrere, an exhęredatio sit nominata aliud an sit ambigua. Nam multiplicatio nominiũ non eo pertinet si magis nominata sit, sed eo, vt minus ambigua sit. Effectus est magnus. Primus, quia cum sit ritè facta, poterit postea testator coram duobus testibus declarare de quo sense rit l. hæredes palam, §. si quid post. & §. sed & si notam, de testam. ff. quod non posset, si minus rite facta esse. Secundus quia filius, qui se exhæredatum non ignoraret, nõ posset tutus in foro animæ cum alijs fratribus cõcurrere. Tertius quia licet exhæredatio codicillis fieri non possit, §. pe. Insti. de codicill. poterit tamen ambigua ibid. declarari. Infero nouo, quòd in terminis d. l. duo sunt, posset per testatorem fieri declaratio absque noua solennitate. Tenendum est ergo contra gl. & omnes docto. quos suprà retuli. ꝙ etsi de persona exhæredata possit dubitari, adhuc exhæredatio per expressionem vnius tãtũ nominis facta, satis nominatim facta intelligitur, nec vitiabitur eo capite, quasi nominatim facta nõ fuerit, & rite, licet eius effectus & executio possit cessare ex incertitudine personæ exhæredatæ, quemadmo. in terminis l. duo sunt Titij. ff. de test. tut. test. non desijt ab initio ritè factum videri, licet illa dispositio ex post facto propter illam incertitudinem careat effectu executionis. Exheredatio ergo tam nominatim facta intelligitur per expressionem vnius tantum nominis, quàm si plura nomina expressa essent licet vtroque casu ex post facto incerta possit apparere. Et est opinio nõ minus vera, ꝗ inaudita. Nisi longe dicipimur, qui hanc sententiã in cõsulendo, & etiam in iudicando sequeremur. Et ita olim inter plura quàm 700 paradoxa Salmanticæ ineunte pueritia tuebamur, & in hodiernum vsque diem magis ac magis placuit. Et nostra opi. intrepide in iudicando & consulendo tenenda est, quia l. 3. tit. 7. part. 6. expresim ius commune hac in parte ita interpretatur. Nec dubium est, quin d. l. tertiæ authoritas verior, certior, longeq́; grauior haberi debeat quàm authoritas eorum, qui communem sententiam nostræ sententiæ aduersam defendunt.

53 Item quero, an indefinita † prolata in pluri etiam exhæredatione, æquipolleat vniuersali ex proprietate, an ex interpretatione? Communis quòd ex interpretatione, non ex proprietate. Nos contra, vt ex interpretatione facta, nõ extra, sed secũdum verborum proprietatem? Communis fundatur in l. si seruitus, in verb. humanius, ff. de serui. rub. præd. Nos fundamur eod. tex. in verb. verbo generali. & in l. vbi numerus. ff. de testib. & c. pluralis, de reg. iur. l. inter illam de verb. sign. in quibus constat pluralem locutionem duorum numero verificari, & trium, & plurium deinceps vsq; in infinitum. Pluralis ergo locutio refertur ad vniuersos, non ex necessitate, sed ex aptitudine (nisi sint duo tantum, quia tunc etiam ex neccessitate, vt dd. ll.) Ergo si famuli Titij erant decem, & testes indefinitè dixerunt famulos Titij homicidiũ fecisse si verum est omnes deliquisse ea oratio quamuis indefinita, ad vniuersos ex proprietate refertur. Quòd si duo tantum deliquerunt, ad eos tantum ex proprietate refertur. In dubio autem talis testium depositio nulla est. Et idem in simili instrumento secundũ cõmunem. vt per Ias. in l. 2. col. fi. de liber. & posthu. ff. Deci. in l. contractus, nu. 20. de reg. iur. Ratio, quia probationes debent certitudinariè concludere, illa tamen sub incerto concludit. Et satius est ex pictis famulis nocentes impunitos relinquere, ꝗ innocentes dãnare l. absentem, ff. de pœ.

54 Sic ergo si cum decem filios † haberem dixi, filios exhæredo. nullus exhæredatus videtur secundum glos. in §. nominatim. Instit. de exhæredatione lib. quam sequitur Are. in l. Titius. col. 2. de lib. & posthum. Ratio. quia, cum ea exhæredatio varie verificari possit, scilicet vel, in duobus tãtum, vel in pluribus, satius est eum, quem testator pœna exhęredationis affectum voluit, impunitum relinquere, quã quem noluit damnare. Quod & sensit Socin. in d. l. Titius, licet coutrarium teneat Faber in d. §. neminatim, vbi. Iaso. nu. 6. qui cum Fabro dicit esse communem, quod & firmat Aret. vbi suprà, & communẽ tenuerunt Ang. & Imol. in d. l. Titius, sensit Bart. in l. si pluribus, de lega. 2. secũdum quod inducit Aret. vbi suprà. Sed tamen longe verior est opi. gloss. & Aretini, quàm contraria, quæ videtur communis. Quod multum nota, quia nullibi ita bene declaratum inuenies. Neque ad rem pertinet tex. in d. l. Titius, in prin. per quem decepti sunt, qui communem sententiam tuentur quia ibi non fuit exhæredatio indefinita, sed vniuersalis. Inter indefinitam autẽ & vniuersalem orationem seu exhæredationem est insignis differentia. Quia illa verba omnes filios vel liberos exhæredo, omnes ex proprietate verborum, & ex necessitate comprehendũt, etiã si mille sint. Sed illa verba, liberos vel filios exhæredo, possunt verificari in solis duobus, licèt essent plures, neque ex necessitate

sitate omnes, sed tantum ex aptitudine comprehēdunt.

55 Quæro, an indefinita † prolata in singulari, æquipolleat vniuersali ex proprietate, an ex interpretatione? Et cū communis [illegible] eat, quòd etiam in plurali prolata, non ęqui poll[illegible] vniuersali, nisi ex interpretatione, vt dixi multò magis id volet, cùm profertur in singulari. Adhuc tamen Ias. in l.2.col.fin.ff.de libe.& posthu.tenet, quòd etiam ex proprietate, per illum tex.quod falsum, ad quem text. respon. vt suprà. Et quod Bart. ibidem ait ꝙ in odiosis non æquipollet, secus in fauorabilibus interpretandum est in fauorabilibus æquipollere ex interpretatione, non ex proprietate, at in odiosis neque ex proprietate, neque, ex interpretatione, itaq; ex proprietate nunquā æquipolleat, quia numerus duorum vel plurium desiderat pluralem locutionē l.inter illam, de verb.signific.ff.l. vbi numerus ff.de testib. c.pluralis, de reg.iur.in 6. Ex proprietate autē licet indefinita oratio nunquàm æquipolleat vniuersali, tamen ex interpretatione magis est vt vniuersali orationi exæquetur. Quod intelligendum est indubitanter procedere in fauorabilibus, idemq; in quauis dispositione indifferēti, non sic in dispositionib.odiosis, in quibus durum esse videretur legum interpretationes ad odia augenda admitti, argu.text. in l.cum quidam, ff.de libe.& posthu.c.odia.de regu. iur.in 6. Sic & in illa regula, quæ habet indefinitā rationē æquipollere vniuersali, intelligimus id ex legis interpretatione, non ex sermonis proprietate descendere, & consequenter in fauorabilibus tantum, vel indifferentibus, non etiam in odiosis procedere. Ita intelligitur l.2.§. fin.ff.de condit. insti.l.falsa, §.fi.cum simili.ff.de condition. & demonstrat.

56 Infero quod dicitur inter cęteros † filium nō posse exhęredari intelligendum esse non solum, vt vult communis, quādo sunt commisti plures gradus liberorum, quod accidit in huc accidit in hoc exemplo. Liberos exhæredo, sed etiam quando cum decem filios haberem, dixi, Filios exhęredo, cum extraneum instituissem, vel quando vno filio instituto dixi, Reliquos exhęredo. Ad d.l. Titius, respū. ꝙ loquitur quando dixi, omnes quo casu omnes ex necessitate comprehenduntur. Ad l.Cæterorum, de verb.signifi.respon.quòd loquitur, quando sumus in materia fauorabili, vel indifferenti. Secus si simus in materia odiosa, & restringenda qualis est exhæredatio, vt l.cum quidam, ff.de lib.& posth. Ita intelligo d.§.nominatim. Inst. de exhęr.l.ff.de & posthu. Licet & contrarium & male teneant magis cōmuniter docto.in d.l. Titius, vt per Bart. Pau. Aret.& Iaso. ibidem, dicentes referre, vtrū dicā, Liberos cæteros exhæredo, cum habebam plures quàm tres filios, & nepotes, vt tunc exhæredatio non valeat, quia facta videtur inter cæteros gradus liberorum, an verò dicam, Cæteros filios exhæredo, cùm plures haberem etiā quàm tres filios, vt tunc exhæredatio valere non desinat, quasi vitiosa esse desinat, eo, quòd inter cæteros gradus liberorum facta non sit licet inter cæteros filios eiusdem gradus facta sit, quod, menti, & sententiæ & verbis, omnium legum hac de re loquētiū aduersatur. Nec vllibi per iureconsultos inuenies factam diff. vtrum exhæredatio fiat inter gradus cæteros, sed vtrū fiat inter cęteras personas. Itaque si exhęredatio fiat inter cęteros tam gradus quàm personas (puta, cęteros liberos exhæredo) tunc secundum nos & communem vitiosa est. Quod si fiat inter cæteras personas, non inter cæteros gradus, putà, cæteros filios exhęredo, adhuc exhęredatio secūdū nos vitiosa est, licet communis opi. contrarium velit.

57 Adde quod communis, de qua dixi in l.si seruitus, ff.de serui.vrb.volens, ꝙ ex interpretatione † indefinita æquipolleat vniuersali, quæ saluari non potest in indefinita prolata in numero plurali, vera tamen est, si proferatur in numero singulari. At prolata in plurali, æquipollet vniuersali in potentia, vel aptitudine, non in actu, argu.l. vbi numerus, ff.de testib.l.inter illam, de verbo.signifi.c.pluralis.de reg.iur.in 6. Sed & in actu, quando sunt duo tantum, argu. dd.ll. Nam si duos habens filios dixit, omnes exhęredo, verificatur illa vniuersalis in duobus, quia & in vno tantum verificatur l.Titius, ff.de libe.& posthu. Item si dixit, filios exhæredo, similiter verificatur ex necessitate in duobus;, quia salua proprietate sermonis nō poteris dicere de vno tantum testatorē sensisse. Ergo qua ratione habens decem filios omnes exhæredando nominatim exhæredasse videtur quia salua proprietate sermonis non potest dici dēpto vno de reliquis sensisse, eadem ratione qui duos tantū habens filios dixit, filios exhæredo, satis nominatim exhęredasse videtur vtrumq;, quia salua proprietate verborū non poteris dicere dempto vno de altero tantum sensisse. Verum si tres essent, vel plures, tunc etiā salua propietate verborum potest dici de duobus tantum forte sensisse.

58 Ex quibus mihi videtur inferri † verus intellec.ad prin. Inst.de exhær.lib.dum dicit, inter cæteros, nam omnes exponunt.rep.glo.ibi.s.liberos, nos exponimus, s.filios, vt nō valeat, si plures sint quàm duo. At in filiabus valeret, licet plures essent, quàm duæ, quia filię possunt inter cæteros exhęredari secundum illud ius, fi.

59 Adde veram non esse opin.Bar.in l.si pluribus, col.2.de leg.2.dicentis, inter indefinitam † prolatam in numero singular.vel ploratam in plurali, non esse differen. Nam loquitur contra superiora, & contra tex. in l.fin.ff.ad Trebell.in verbo, ei.vel, eis, ideo eū rectè reprobat Are.in d.l. Titius. col.2.licet cum Bart. videatur communis opin.ex relatione Ias.in l.2.de libe. & posthu.col.fina.& Socinus ibidem numer.11.

60 Adde quòd Cuma.in l.si pluribus, col.fi.lectu.1.de leg.2.tenet quòd indefinita † in numero plurali prolata æquipolleat vniuersali, & in materia odiosa, ꝙ est cōtra l.fin.ibi inter cæteros, & eand.l.fi.§.fi.ibi, inter cœteros.C. de lib. pt.& §.sed fœminini, ibi, inter cęteros, & §.emancipatos, ibi, inter cœteros, de exhę.lib.secundum nostrū intell. Dic ergo, ꝙ indefinita prolata in plurali numer.æquipollet vniuersali aptitudine, potentia, vel ex cōtingenti. Ita intelligo l.si seruitus, ibi, verbo generali, & ibi, luminibus, iuncta decisione, quæ tenet pro constanti vniuersas fenestras præsentes comprehendisse, & intelligo l.si is qui, §.vtrum, de reb.dub.ff.& facit communis opi. de qua per Ias.num.14. in l.non hoc, C.vnde legit. & in l.2.col.fi.de lib.& post.& Decium, in l.contractus, num.20.de reg.iur. Nō æquipollet tn̄ vniuersali ex necessitate d.l.si.seruitus, de serui.vrba. præd.ibi benignius l.fi.1.& 2.resp.ibi.ei, vel eis, ff.ad Tre. ergo ex proprietate potest vniuersali ęquipollere, sed non semper æquipollet. Infertur, quòd in probationibus tā testium, quàm instrumentorum, in quibus etiam ex necessitate concludere debent, nunquàm ęquipollet vniuersali, vt supra dixi. Et interpretatione autem an ęquipolleat, distingue vt l.2.cum gl.de lib.& posthu.ff.

61 Et habes quinque iura de exhęredatione † inter cæteros mentionem facientia, §.sed nec nominatim, in verb.inter cęteros, §.sed fœminini, ibi, inter cęteros, §.emāpatos, ibi, inter cæteros, de exhæredatione lib.Inst.l.fi.post.prin. ibi, inter cæteros, de lib.prę.C.& §.fi.d.l.ibi, inter cæteros gl.& docto.communiter intelligunt in l.Titius, ff.de lib.& posthu. Quod si dixi, Titius hæres esto, ceteri filij, vel cæteri exhęredes sunto. satis nominatim videntur exhæredati, quia cæterorum appellatione, omnes continenter.l.cæterorum, ff.de verb.signifi. Sed certe hęc communis opi. est omnino contra dicta quinque iura, & contra Theophilū in princ.Institu.de exhæredatione lib. & contra rationem. Quia cum indefinita, seu pluralis loquutio duorum numero contenta sit, tunc ex tribus filijs, qui libet potest dicere, non de me, sed de alijs duobus pater meus exhęredationes sensit. Et ita olim inter plura quàm 700 paradoxa Salmancæ defendebamus.

62 Dixi omnes liberos exhęredo † & non valet exhæredatio, quasi inter cæteros gradus facta videatur, glo.appr.per docto.communiter ibi.in l.Titius, ff. de libe.& posthum. Nos contra per superius dicta, & quia in exhęredatione debet fieri benigna interpretatio, cū sit in ea substantia testamenti, argu.l.1.de hær.inst.ff.iuncto, §.ante hæredis. Inst. de leg.

de leg. Quòd si dixi, Exhęredo omnes filios, & tunc nomi
natim facta videtur exhæredatio, siue sit vnicus filius d.l.
Titius, primo resp. siue duo, vt ibidem 2. respon. siue tres,
vt ibidem 2. respon. ibi. respondi filios & filias nominatim
exhæredatos proponi. Prima declaratio tenetur per Areti.
in d.l. Titius, col. 2. arg. l. secundæ, ff. de liber. & posth. & §.
nominatim. Inst. eod. iuncta l. 1. §. si stipulanti. ff. de verb.
Secunda declaratio tenetur per Ang. Imo. Are. col. 2. Alex.
col. 2. in d.l. Titius, & est communis secundum. Soc. in d.l.
2. col. 2. qui hanc dicit communem, argum. l. vbi numerus,
de testibus, ff. Tertia declaratio tenetur per glo. communi
ter appr. in d.l. Titius, quia quod operatur singularitas quo
ad singulos id operatur generalitas quo ad vniuersos, inspe
cta proprietate, argu. l. si is qui, §. vtrum, de reb. dub. l. Iulia
nus, de lega. 3. ff. licet aliquando secus ex interpretatione l.
sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis caut. Stat ergo conclu-
sio. Exhæredatio nominatim facta videtur, quando fit per
signum vniuersale speciei (puta, Omnes filios exhęredo.)
Intellige tripliciter. Primo, qñ erat vnicus filius quod pro-
batur lege & ratione vt suprà. Secundò, qñ erant duo filij,
quod probatur lege & ratione vt suprà. Tertiò, quãdo erãt
tres vel plures, quod probatur lege & ratione vt suprà.

63 Quòd si exhæredatio fiat per signum † vniuersale, non
speciei (putà, Omnes filij exhęredes sunto.) sed generis
(puta, Omnes liberi exhęredes sunto) tunc secundum glo.
quam sequuntur communiter doc. ibi. in d.l. si Titius, talis
exhæredatio non videtur nominatim facta. Nos cõtra per
d.l. si Titius, & per rationem. Quia quod operatur singula-
ritas quo ad singulos, idẽ operatur generalitas quo ad vni-
uersos, vt in l. si is qui ducenta, §. vtrum, ff. de reb. dub. Stãt
ergo duę conclusiones contra communem. Prima, quòd
exhæredatio facta per signum vniuersale, videtur nomina
tim facta, non solum si sit signum vniuersale speciei (puta,
Omnes filij exhæredes sunto) sed etiam si sit signum vni-
uersale generis (puta, Omnes liberi exhęredes sunto.) Secũ
da conclusio, quòd exhæredatio facto per signum indefini
tum, si sint tres filij, vel plures non videtur nominatim fa-
cta, non solum si sit signum indefinitum generis (puta, Cæ
teri liberi exhæredes sunto.(sed etiam si sit signum indefi
64 nitum speciei (puta, Cęteri filij exhęredes sunto.

Item pro nobis optime facit, quia verba tam † institu-
tionis q̃ exhęredationis possunt per nomen generis conci
pi, non secus, quàm per nomen speciei, vel indiuidui. Ita
probat l. 3. §. filius, ff. de libe. & posthum. melius in l. 3. §. no
minatim, ff. de iniust. rupt. l. Gallus, §. nunc de lege, & §. ẽt
si parente, ff. de liber. & posthum. licet contrarium & male
teneant gl. Albe. Alex. & alij in d.l. Titius. Soci. & Ias. in l.
95 2. ff. de libe. & posthum.

Vltimò exhæredatio nominatim † facta intelligitur p
signum æquipollens. Declaro. Nam licet exhęredatio vt
nominatim facta intelligatur, oportet quòd nomen, pręno
men, & cognomen exhæredati exprimantur, vt in l. 1. 1.
resp. ff. de lib. & posthum. tamen si per nomen tantũ absq;
expressione prænominis, vel cognominis possimus esse la
tis certi de persona exhęredata, tunc non erit necesse ꝙ ex
primatur pręnomen, vel cognomen, vt in d.l. 1. 2. resp. Ra-
tio, quia æquipollenter videtur exhæredatio nominatim
facta eo casu, cum rei satis demonstrat frustra adijciatur al
tera demonstratio, arg. l. 1. §. fi. ff. dote prælega. Sed oppono
ꝙ forma in dubio præsumitur substãtialis l. si vnus, vbi Ias.
C. de testam. & dixi supra vnde eius omissio videtur actũ
vitiare, & consequenter videtur quòd non sufficiat, quòd
in exhæredatione vt nominatim facta videatur, exprima-
tur nomen, licet per illud de exhæredati persona simus cer
ti, nisi præterea exprimatur cognomen, & prænomen.
Pulchra, & vtilis materia est, quę vt tibi liqueat, distingue
melius, quàm alibi. Nam aliquando & primò post pręce-
ptum legis ipsa lex procedit vlterius actum contra factum
annullando. Aliquando & secundo procedit vlterius actũ
contra factum non annullando, sed facultatem impugnan-
di concedendo, ei in cuius fauorẽ fiebat pręceptum, de cu-
ius transgressione agitur. Aliquando & tertio lex non pro
cessit vlterius. Primo casu actus contrà factus indubitãter
est nullus secundum omnes in l. non dubium, per text. ibi,
C. de legi. l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. vbi omnes l. an
inutilis, ff. de accceptione. §. pretium, & §. Item pretium.
Inst. de empt. & vẽd. Intellige dupliciter. Primò, qñ l. vltra
processit actũ contra factum ex toto infirmando, vt dd. ll.
Secundò intellige, qñ l. vltra processit actum contra factũ
ex parte tm̃ infirmando, nã & tunc actus contra factus ex
parte tm̃ illa infirmabitur l. 1. ff. de noua. iuncta l. contra iu-
ris, vbi notanter Ias. ff. de pac. Limita vt procedant superio
ra, qñ pręceptũ legis quod transgressum fuit, erat probiti-
uum, nam tunc actus contra factus est nullus, secus si tale
pręceptum esset dispositiuum, nam tunc dic vt statim.

Secundo casu principali, qñ lex processit vlterius nõ an
nullando, sed facultatẽ impugnandi cõcedendo, tũc actus
contrà factus non infirmatur ipso iure, nec ex toto, nec ex
parte licet is, in cuius fauorem is actus vetitus fuit, possit il
lum impugnare, & rescindere. Ita procedit tex. in §. emãci
patos. Inst. de exh. liberorum, vbi licet filius emancipatus
sit præteritus, testa. non vitiatur ipso iure, licet prætor huic
emancipato præterito huius testamenti impugnandi facul
tatem præbeat, quod testam. interim ipso iure non desinit
ualere secundum glo. in l. filium, ff. de bon. po. contra tabu.
in verb. quemadmodum, quæ cõmuniter app. licet Curt.
iun. nouissime tenuerit contra cõmunem (in l. fi. C. de cõ
tra tab. col. 1. & col. pen. post gl. in verb. in potestate, in pr.
Inst. de exhæ. lib. quam ipse non allegat. (ꝙ testam. in quo
emancipatus præteritus sit, infirmetur ipso iure.

Tertio casu principali, qñ post præceptum legis, quod
transgressum fuit, ipsa lex non processit vlterius, tunc aut
id pręceptum erat prohibitiuum, & actus cõtra factus est
ipso iure nullus secundum nos, & secundũ omnes in l. non
dubiũ, per tex. ibi. C. de leg. & in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb.
obl. Aut actus contra factus erat dispositiuus, & tunc non
desinit ipso iure valere secundum Bal. in l. 1. ff. de lib. & po
sthu. vbi Ias. col. 2. & Alex. col. 1. & 2. & Soci. nu. 8. Ias. in l.
nemo potest, ff. de leg. 1. nu. 27. lectu. 1. ff. de leg. 1. Bart. nu.
20. Bald. not. 4. Fulg. no. 4. Iaso. nu. 17. in l. non dubiũ suprà
allega. & Ias. in d. §. emancipatos. nu. 10. quem ẽt vi. in l. cõ
tra iuris, ff. de pact. eund. Ias. in l. si non sortem, in prin. ff. de
cond. indeb. eund. Ias. in l. Iulianus, nu. 3. ff. de cond. indeb.
Mouẽtur per dicta l. 1. ff. de lib. & post. quæ nil facit, quia
ibi legis pręceptũ non fuit transgressum, sed fuit æquipollẽ
ter impletum, vt suprà dixi. Nec refert quid ex æquipollẽ
tibus fiat, vt in l. 3. & 4. C. de inst. & subst. Stringe, nã si per
implementum æquipollens dicitur præceptũ satis imple-
tum, ẽt in conditionalibus dispositionibus, vt ibi licet con
ditiones sint verissime implendæ, vt in l. Mæuius, & in l.
qui hæredi in prin. ff. de cond. & dem. quanto magis in spe
cie nostra, vbi agitur de conseruatione testamenti? argu.
l. circa ff. de inoff. test. Præterea l. iubet dispositiue non pro
hibitiue donationem insinuari, & tamen constat dona. nõ
insinuatam ipso iure non valere, quãdo opus est insinuatio
ne l. data. C. de donatio. Pręterea præceptum dispositiuum
sine dubio habet virtutem prohibitiuam. Nam cum l. dicit
donatio insinuetur, satis cautum voluit prohibere eius va
liditatem eo casu, quo insinuata non esset.

Stat ergo valere exhęredationẽ illã, Filius exhęres esto,
quasi per relarionẽ ad aliud certa sit, qñ erat vnicus filius.

66 Iuxta superiora accipe quęstione † ex facto agitatã. Quę
dam mulier fecit professionem in manibus cuiusdam reli-
giosi, & iurauit se seruaturam regulam tertij ordinis sancti
Francisci, dubitabatur an potuerit postea matrimoniũ cõ
trahere? Videbatur ꝙ sic. Primò, quia ad validitatem pro-
fessionis requiritur in fœmina ætas duodecim annorum
c. 1. de regula. li. 6. & in c. ad nostram, de regula. Præterea d.
regula desiderat, ꝙ profitens paupertatem, castitatem, &
obedientiam profiteatur, & ab ista forma videtur non pos
se recedi, argu. c. cũ dilecta, qui de resc. l. cũ hi, §. prætor ait,
de trans. Pręterea moniales tertij ordinis possunt matrimo
nium

nium contrahere secundum Bal. in l. parẽtes, ff. de in ius vo. Cerd. in clem. cum ex eo. de sent. excom.

In contrariũ facit, quia moniales tertij ordinis non possunt matrimonium contrahere per bullã Sixti Papæ quarti. Deinde, quia per bullã Nicolai Papæ quarti sorores, vel fratres tertij ordinis non possunt redire ad seculum: & ad seculum redire nihil aliud est, q̃ cõtrahere matrimonium, vt patet de se, & constat ex notatis per docto. in c. constitutionem, de regularibus, lib. 6. in quęstione illa, an obligatus religioni in genere possit contrahere matrimonium, & si contrahat, an valeat. Et ꝙ non valeat, alleg. tex. in c. non solum de regularibus lib. 6. ibi, neq; ad seculũ redire potest, ita Lapus allega. 47. Et quilibet cõtrahẽs, siue matrimoniũ siue contractum, siue profitens religionem, præsumitur habilis nisi probetur contrarium, vt nota. in l. si minorem, C. de in integ. resti., & in l. de ætate, ff. de minoribus. Io. And. in c. 1. de regula. Abb. per tex. ibi in c. in præsentia, de probationibus. & in c. cum t. virum, de regularibus. Antonius in c. fraternitatis, de testib. Philippus Francus in c. constitutionem, de regularibus, lib. 6. licet contrarium teneat Ioan. And. in d. c. fraternitatis in prin. Neq; ad rẽ pertinet, ꝙ quilibet, qui profitetur, debeat vouere tria substantialia, nẽpe paupertatem, castitatem, & obedientiam, vt per Speculatorem in titul. de regularibus in prin. Quia tex. in c. porrectũ de regularibus, vbi notat Abb. dicit, quòd sufficit, ꝙ quis in manu Abbatis reddat se monachum, nam per hoc virtualiter videtur quasi per relationem ad aliud illa tria substantialia promisisse. Neque ad rẽ pertinet, ꝙ aliquando nõ sufficiat aliquid esse certum per relationẽ ad aliud, vt per Alber. in l. sed & si quis, §. quęsitum, ff. si quis cautionibus. Nam illud in odiosis procedere poterit, nõ sic in fauorabilibus, vt in specie nostra, arg. text. in l. vbi autem, §. illud, ff. de verb. oblig. cum simil. facit tex in l. certum, ff. si cert. pet. & in l. 1. iuncta sua gl. & quæ ibi late habẽtur per Ale. Ias. & alios ff. de libe. & posth. l. 1. in fina. ff. de dote prælegata. Quòd autem in odiosis non sufficiat aliquid esse certũ per relationem ad aliud, adduco doctrinam mirabilem Alb. in l. sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis cautionib. vbi singulariter dicit, ꝙ si aliquis renuntiet omnibus exceptionibus enumeratis in prædicto titulo, si quis cautionibus, & particulariter exceptionibus enumeratis in l. 2. illius tituli, illa renuntiatio tanquam generalis non valet, neque obligat renunciantem, licet posset dici, ꝙ talis renuntiatio est specialis mediante relatione facta ad dictã legem secundam.

67 Et est ratio, quia intantũ est verũ, ꝙ renuntiatio † exceptionum, vel casuum fortuitorum debet esse certa, & specialis, ꝙ non sufficit ꝙ possit certificari per relationem ad aliud. Quam doctrinam refert ibi Alber. tenere alios doctores. Et licet ibidem Ias. velit de iure fundare oppositum, tñ in fine cõcludit, ꝙ hæc opinio Alb. est æquior, vt patet ex ijs quæ ibi dicit nu. 17. cum sequẽtibus. Et cum dictus doctor post disputationẽ cõcludat vltimo loco cũ opinione Alberici videtur eam velle tenere iuxta doctrinam glo. in l. qui filium. §. Sabinus, ff. ad Trebell. & in l. ea lege. C. de conditio. ob causam. Et tandem Ias. refert plures alios hanc eãd. partem tenentes, vnde cum hæc pars pręsertim ęqua videatur, nõ posset non obtinere in practica. Et ita millies habui de facto & in iudicando sequi soleo. Nam cum conductores gabellarum potentissimi, pijssimiq; regis nostri soleant casibus fortuitis renuntiare, prout continetur in capitulis seu conditionibus (prout ipsi loquuntur) generalibus, quæ renuntiatio quasi certa & specifica esset per relationẽ ad dictas conditiones videbatur sufficere, argu. l. vbi autẽ §. illud, ff. de verb. oblig. adhuc tamen dicebã satis specificã non esse, per egregiam illam doctrinam Alberici, & cõsequenter non sufficere. Et ita ille mos conducendi suasione nostra hodie in omnibus regalium gabellarum & redituũ conductionibus immutatur & innouatus est, vt tales conductores specificam casuum fortuitorum faciant renũtiationẽ, & tabellio his conductoribus gabellarũ seriatim ea capitula renũtiationum, casuum fortuitorum perlegat testeturq; se eas perlegisse, vt talis renuntiatio firma sit. Neque ad rem pertinet quod traditur per glo. in l. iubemus in verb. quemadmodum C. de testamẽ. & ꝙ nos diximus suprà. Nam illud, cùm agitur de validitate institutionis, quæ fauorabilis est, non sic cùm agitur de validitate huiusmodi renuntiationis, quæ fauorabilis non est.

68 Quod diximus oportere filium institui † vel exhæredari, ne vel ab initio nullũ sit test. vel ex post facto possit aliqua ratione infirmari, id primò intellige in filio legitimo & naturali, vt l. 1. & 2. ff. de lib. & posthu. & §. nominatim Inst. eod. l. si filiusfa. l. si filium, ff. eod. iuncta l. filium eũ, de his qui sunt sui, ff. Secundò in legitimo tantum, §. adoptiui ibi, secundum ea quę de legitimis exposuimus, de exhære. lib. Inst. Tertiò in emancipatis, §. emancipatos, Inst. de exhæredatione l. §. ea. Insti. de hęred. ab. in verb. vt oportet l. non putauit, §. non quęris, ff. de cõtra tabu. Quarto in posthu. veris, §. posth. Insti. de exhe. liber. Quintò idẽ in posthumo ficto, qui nascitur in vita post testamentũ l. 3. §. nominatim. de iniust. rupt. ff. Sextò idem in posthumo nõ primi gradus, sed vlterioris l. 3. in princ. de iniust. rup. ff. ibi. posthumi per virilem sexũ descendentes. Septimò in posthumo, qui fit per successionẽ in suitate l. posthumorũ, de iniust. rup. ff. §. posthumorum, in verbo, nominatim. Inst. eo.

Fallit inspecto iure, ff. primò in filiabus iam tempore testamenti natis l. maximum, C. de lib. pręt. & in prin. Institu de exhæ. liber. versi. sed non ita, §. emancipatos. Inst. de exhær, lib. glo. in l. 1. ff. de lib. & post. quod iure, ff. verũ est secundũ nostram opinionem contra cõmunẽ, de qua suprà.

Fallit secundò in filiabus posthumis, quæ iure ff. inter cæteros poterant exhęredari, §. posthumi. versi. sed fœminini. Inst. de exhæ. lib. secundum nostram opinionem contra communem, vt iam diximus supra.

Fallit tertiò in nepotibus, qui tempore testamenti a nemine præcedebantur, qui similiter iure, ff. inter cęteros poterant exhęredari, vt in prin. Insti. de ex exhæred. lib. versi. nec nominatim secundum nostram opinionem nouã, de qua suprà.

Et quia diximus posthumũ institui, vel exhęredari oportere ne ex post facto testam. præterito infirmari possit, id summopere iniquum esse videtur. Cum enim posthumus nondum natus non possit quicquam mali fecisse, neq; ingratus existere aduersus parentes, videbatur non posse exhæredari. Et ita hodie per legem nouam Iustiniani inductum est, vt in l. si quis in suo, §. legis. C. de inoff. testamen.

69 Denique turpis demonstratio, dummodo † per hoc nominata esse non desinat, non vitiat exhæredationem l. 3. in prin. ff. de lib. & posth. & turpitudo verbalis in genere non vitiat exhæredationem. Ita tenet gl. in l. 2. in pr. ff. de lib. & posth. & glo. in l. turpia. ff. de leg. 1. & in l. quoties, §. si quis nomẽ de hęre. inst. ff. quæ app. communiter secundũ Acostam lib. 1. interpr. c. 3. Quę conclusio non est semper vera argu. l. his verbis. §. 1. de hære. insti. ff. ibi, pure enim hæres instituitur, licet cum maledicto, vbi quęstionem, difficultatemq; faciebat, quòd sub hac conditione institutus videretur si impijssimum se probaret, quę cond. vitiat filij institutionem, tum ex eo capite, quòd nõ fuerit potestatiua, tũ ex eo quòd fuerit turpis. Si ergo hæc adiectio non vitiat, sequitur quòd alias de corpore constabat, quia si non constaret, non potuisset hęres esse absque eo, quòd se impium ꝓbaret, & sic sub hac demum conditione. si se impium probaret. Item patet ibid. & omnes huiusmodi institutiones receptæ sunt. Quasi dicat, ꝙ siue filius, siue extraneus cum maledicto instituatur &c. Ergo in extraneo aliàs cõstabat de corpore, quia si aliàs, non constaret, licet tunc non vitiaretur ex capite maledictionis, vitiaretur tamen ex capite incertitudinis. Sed an hęres admittetur ad probandum ꝙ ipse erat ille impijssimus, qui fuerat institutus, de cuius corpore alias in testamento non constabat? Et puto eum non admittendum, arg. l. quoties. §. si quis nomen ibi non tamẽ eo ꝙ contumelię causa solet addi, de hære. insti. l. sed sciendum. ff. ad. ad Treb. ergo turpis demonstratio cum alias de

probare

corpore constat,nõ vitiat,quia potest separari a dispositione,sicut & turpis cond.quia a dispositione separari potest, non vitiat.Sed quando turpis demonstratio a dispositione separari non põt(quod accidit,cum alias de corpore nõ cõstat)merito vitiat eo ꝙ hoīs honor cũctis rebus pretiosior est,arg.l.Iulianus,ff.si quis om.ca.test.Stat ergo ꝙ turpis demonstratio licet non vitiet cum alias de corpore cõstat,vitiat tñ,si non constat,et si talis turpitudo sit,in genere. Ratio quia tunc satis redderetur in specie,admissa probatione singulorum delictorum . Quæ not. quia verisi. & præter communes opi.nec vllibi ita bene declarata inuenies,licèt hac in re fusè tractauerint doctores varijs in locis, præsertim in d.l.& si pepercerit,in princ.ff.de lib.& posth.& in l. his verbis,§.1.ff.de hær.inst,& in d.l.turpia,ff. de leg.1.Et olim inter plura quã 700 paradoxa Salmanticę tuebamur.

Quinta conclusio & communis opi.est,ꝙ turpis demõstratio in specie vitiat . Idem & nos,si alias non constat de corpore,vt d.§.si quis nomen,ibi,non tamen eo ꝙ contumeliæ ca usa addi solet , secus si alias de corpore constabat, vt ibi a contrario sensu,& arg.d.l.his verbis,§.1.secundum superiorem inductionem,expressius in l.3.in prin.de libe. & posthu.ff.ibi,& si ex adulterio natum.Ratio,quia ea turpitudo est separabilis a dispositione,vnde habetur perinde ac si adiecta non esset.

70 Quinta distinctio † communis , quam tenet Bart.in l.3. in pr.ff.de lib.& posth. vbi hanc dicunt communẽ Alex. col.fi.Soci.col.1.Ias.col.2.est, ꝙ turpis demonstratio semper vitiat vltimam vol.fauorabilem, quale est legatum,& institutio l.turpia,ff.de leg.1. Secus in odiosa dispositione, vt exhęredatio d.l.3.in prin.

71 Prima conclusio, ꝙ fauorabilis dispositio semper vitiet est contra d.l.his verbis,§.1.Quòd autem nunquam vitiet dispositio odiosa , est contra l.quoties.§. si quis nomen de hære.inst.ff.ibi,non tamen eo.&c.iuncta l.cum quidam,de lib.& posthu. ff. & vtrunq; membrum est contra omnem rationem vt l.cum quidam,ff.de libe.& posthu. Dic ergo. Turpitudo realis semper vitiat l.turpia, de le.1.ff.Ratio vt §.fi.Instit.de leg.l.vn.C.quæ pœnæ nomine docet Acosta lib.1.interp.c.5. Turpis demõstratio cum alias de corpore constat non vitiat.Intellige dupliciter. Primò,cũ erat turpitudo in genere d.l.his verbis . Secundò,cum erat etiam in specie vt d.l.3.in princ.ibi,& si ex adulterio.Ratio , quia vt conditio turpis quia separari potest , a dispositione non vitiat,ita & demonstratio turpis si separari potest, non debet vitiare. Turpis demonstratio cum alia de corpore non constat vitiat,siue illa sit in specie,vt d.§.si quis nomen,siue etiam in genere,vt ibi.& l.sed sciendum,ad Treb.ff.Ratio,quia si dispositio valeret,tunc hæres, vel legatarius non posset consequi hęreditatem,vel legatum,nisi ostenderet, ꝙ de se testator senserat id quod probare nõ posset , nisi in specie probaret se fecisse ea delicta,quæ verbis,cõuicijsq; generalibus testator significauerat , per quod ipse hæres, vel legatarius ignominia afficeretur quod leges non admittunt,sed vtilius esse existimant lucro quàm honore carere l.Iulianus,ff.si quis om.cau.testa.Secunda & vehementior ratio quia si testator ita fore dixit;Illi,qui erga me,vxorem ve meam impijssimus & male meritus extitit,do lego,vel eum hęredem facio.tunc certe licet ego probè me impias manus testatori iniecisse,vel eius vxorẽ compressisse, vel stuprasse,& per hoc uellem probare, quòd testator de me senserit,meq; significare voluit,cum tale legatum hæreditatemq; sub illo conuicio generali reliquerat, certe audiendus non sum.Quia licet ego re vera fecissem talia impia erga testatorem, potuit similiter alius ea vel similia fecisse de quo forte,& nõ de me testator senserat, at probatio debet concludere certitudinarie l.non hoc,C. vnde legiti.Præterea allegans suam turpitudinem † non est audiendus l.1.

72 de furtis.C.Ergo turpitudo in genere,quæ respicit factum præteritum semper vitiat dispositionem.Intellige primò, qñ dispositio erat fauorabilis,qualis est legatum,vel hæredis institutio secundum Bart.& docto.communiter in d.l. 3.in pr.ff.de lib.& posthu . Secundò idem in dispositione odiosa,qualis est exhæredatio,licet contrarium velint Bar. & communiter doct.ibi. Vltimò intellige,siue testator id dixerit per modum demonstrationis,siue per modum cõditionis.

Quid si talis turpitudo respicit futurum, quia dixit testator se delinquere legatum,vel hæreditatem ei,qui impijssimum se reddiderit erga ipsum testatorem , vel eius vxorẽ vel erga alium?Et similiter vitiatur dispositio.Quia si ego similia post testamẽ.perpetraui , vt per hoc testator de me sensisse videatur,nihil agam,nec cõsequar legatum,ne alias videar ad delinquendum inuitari.Item,quia licet hæc fecerim,possibile est, ꝙ testator de alio similia perpetrãte sensisset.Quæ omnia intellige,qñ alias non cõ stabat de corpore.Quòd si alias constabat de corpore legatarij, vel hęredis,puta quia dixi, Titio centum lego,qui erga me vxorẽue meam impijssimus extitit,valet legatum,siue id verum esset siue falsum,quia falsa demonstratio non vitiat legatũ, §.longe,& §.huic.Inst.de leg.l. demonstratio , in pr.& §. 1.ff.de cond.& dem.Siue simus in dispositione fauorabili, vt probat tex.in l.his verbis,§.1.ff.de hære.insti.siue in dispositione odiosa,vt d.l.3.in prin.ff.de lib. & posth.licet in primo membrum cõtrarium velit Bar.& cõmuniter doc. in d.l.3.in pr.Quòd si in futurum turpitudo cõferatur,puta si erga me vxoremue meam impius stabit , tunc adhuc idem,vt relictum consequatur licet turpe illud pręceptum non fecerit l.conditiones,ff.de condit. inst.l.obtinuit,ff.de cond.& dem.præsumptum.n. est tale turpe pręceptum testatorem adiecisse,eo ꝙ turbatus mortis cogitatione, tale quid nõ iussurus esset si se se satis teneret, mortisq; cogitatione turbatus non esset,arg.l.hac consult.§.at cum humana.C.qui test.facere possunt in authẽ.de triente & semisse, §.illud.Non sic in actibus inter viuos,qui ex proposito citra vllam animi perturbationẽ initi credũtur, vnde si quid turpe,aut impossibile cumprehensum est,animum nugandi,iocandiue,non quicquam serium agendi habuisse contrahentes videntur,sicq; dispositio infirmantur l.non solũ ff.de act.& obliga.

73 Denique exhæredatio † pure facienda est l.2.§. pure,ff. de lib.& posth.conc.l.3.tit.7.par.6.Rõ dubitandi secundũ Ias.ibi.quia quæ sunt in conditione, non sunt in dispositione l.si quis sub conditione dandorum decem,si quis omn. cau.test.ff.ergo conditionalis exhæredatio minus nocet,ꝙ̃ pura,sicq; facilius,&c.Ratio decidẽdi,qa certa iudicio &c. cum quod est conditionale non dicatur esse in dispositione,sequitur , quòd interim sit pręteritus,gl.submoueri,in §.filius,d.l.3.& in l.si ita scriptum,§.fi.gl.fi.eod.tit. Tertia ratio,quia præteritio non solum in actu,sed etiam in potẽtia vitiat.Ias.in d.l.3.§. pure Xuarez in l.quoniam in prioribus.C.de inoff.test.doc.in l.si pater,C.de insti.& subst.per tex.ibi.vbi late Ias.

39.per l.talem,in princ.ff.de hæred.inſtituenda.

Et licet Iaſ.& Alciat.vbi ſupra.contrarium teneant, tñ
parum me mouet:quia ipſi mouentur,ꝙ in exemplo præ-
miſſo nulla eſt neceſsitas,quæ compellat nos intelligere or
dine ſucceſsiuo factam fuiſſe inſtitutionẽ.Vnde intelligen
dum eſt factam fuiſſe hoc ordine,ſenſu,& mente,vt copu
lati ſimul admittantur. Quod ipſe non negarem,qñ nulla
neceſsitas eſſet etiã cauſatiua.Verũ ſi filium inſtitui,& ne-
potem ex eo præterij, tunc ſi filius viuo me moriatur,te-
ſtam.rumpitur nepotis præteriti quaſi agnatione,l.poſthu
morum,ff.de iniu.rup.§.poſthumorum.Inſt.de exhęreda.
lib.ergo hæc neceſsitas conſeruandi teſtamenti facit,vt ne
pos cũ filio inſtitutus videatur,nõ eo ꝙ teſtator eos ſimul
admitti voluerit,ſed ꝙ teſtamento ſuo conſultũ voluerit,
ſicq; ordine ſucceſsiuo admittantur. Vnde ſi eſſent extra-
nei, in quibus ceſſat hæc neceſsitas, tenerẽ cum communi
opinione eos pariter admittendos, d.l.interdum, in pr.ff.
de hær.inſtituen.d.l.ſi quis Titio,ff.de vſufru.accreſ.

123 Si aũt eſſet facta mẽtio † hæredum, tunc oẽs admittunt
eos ordine ſucceſsiuo admittendos,etiã ſi eſſent extranei.
Vnde ſi dixi,Subſtituo Titiũ & eius filios & hęredes,ordi
ne ſucceſsiuo vocati videntur,etiã ſi ille Titius & eius filij
extranei eſſent teſtatori.Ita Bar.vbi ſupra,nu.7.cũ quo eſt
cõis, vt per Decium in l.j.C.quando non pet.part.nu.14.
Bar.in d.l. Gallus.§.etiam ſi parente,vbi Alex.col.1.Iaſo.
nu.36.Alcia.in d.§.quidam rectè.nu.28.

Quæ omnia videntur etiam procedere in cõtractibus.
124 Nam ſi pater emit rem pro † ſe ſuiſq; filijs & hæredibus,
intelligitur non ſimul, ſed ordine ſucceſsiuo,præſertim in
filijs in poteſtate,quibus profectitiũ nihil adquiritur,quin
ſtatim patri acquiratur.Ita Bar.in d.§.quidam rectè,nu.8.
cum quo eſt commnnis ſecundum Galiau.ibi.nu.24.For-
tuni.nu.48.& num.54.& 55.gl.in l.ſi tibi.§.ſi pactus, ff.de
pact.Vnde pater ſemper videtur ſtipulari filijs,vt hæredi-
bus ſecundum glo.ſupra all.niſi in rebus,quæ pertinent ad
filios tanquam filios,non tanquam hęredes,qualis eſt em-
phyteuſis. Vnde ſi pater emphyteuſim pro ſe & filijs ſuis
acquirat,non tanquam hæredibus,ſed tanquã filijs acqui-
ſiſſe videtur,& conſequenter pro viribus,non pro hære-
ditarijs portionibus admittentur ſecũdum Bar. vbi ſupra,
nu.9.cum quo eſt communis opi.vt per Galiau.ibi nu.24.
Fortu.nu.53.poſt alios,facit,l.ſi tibi,§.pactus, cum ibi no-
tatis per glo.& doct.ff.de pact.& l.fi.ff.vnde legitimi.

Cum autem teſtator ſimpliciter dixerit, Filiũ inſtituo,
125 nepotẽ † ſubſtituo,in re dubia hęc ſubſtitutio vulgaris eſ-
ſe intelligitur.Ita tradit Bar.col.fi.in d.§.quidem rectè,&
eſt cõis opi.vt per Alcia.ibi, nu.10.ſequitur & dicit cõem
opi.Galiau.ibi.nu.10.& nu.31.Iaſ.nu.45.& Fortu.nu.64.
Licet Fortu.teneat,ꝙ comprehenditur non ſolum vulga-
ris,ſed etiã pupillaris,exemplaris,& directa militaris.Nos
autem dicimus hanc eſſe ſubſtitutionem informẽ,quę ex
proprietate verborum comprehendit exemplarem, pupil
larem,directam militarem,& vulgarem.Sed ex interpre-
tatione reducitur ad vulgarem,pupillarem,& exemplarẽ,
non autem ad reliquas ſubſtitutiones, vt plenè diſſerimus
infrà in materia ſubſtitutionis informis, licet communis
opi.velit,& male,quod ſola vulgaris contineatur.

126 Quòd aũt diximus ꝙ ea quæ adquirit † pater pro ſe, &
filijs ſuis intelliguntur acquiſita ordine ſucceſsiuo, pro-
cedunt in rebus corporeis, vel incorporeis,quorum ius &
dominiũ ſimul apud plures eſſe nõ põt,non ſic in iure im-
munitatis,& ſimilibus libertatibus,quæ ſimul apud plures
eſſe poſſunt in ſolidũ.Vnde ſi princeps immunitatẽ conce
dat Titio,& filijs ſuis,& hæredibus, etiam viuente Titio,
filij ſui illa immunitate gaudebunt non ſecus,q̃ poſt mor-
tem Titij. Ita tenet Bar.in d.§.quidam recte.nu.11.& eſt
cõis opi.vt per Iaſ.ibi.nu.36.& nu.46.Lãcelotus Gali.nu.
32.Fortu.nu.67. Id quod in vſu forẽſi vtiliſsimũ, & apud
nos frequẽter agitatum eſt in immunitatibus, quas pijſsi-
mus Philippus Hiſpaniarũ , Angliæ, & Galliæ Rex anno
1557.& 1558.iure & titulo vẽditionis quampluribus con
ceſsit pro ſe,& filijs,& deſcendentibus ſuis. Nam tunc ob
tentũ fuit,vt viuo ẽt emptore,eius filij ea immunitate gau
derent,non ſecus,q̈ poſt mortẽ ipſius,& per Bar.& cõiter
doctores vbi ſupra, per tex.in l.1.& 2.ff.de iure immunita
tis,& in l.fi.C.de iniurijs,& in l.2.C.de epiſc.& cler.Quæ
multum nota ad immunitates(quas hialguias appellamus)
quæ quotidie in Hiſpania venduntur.

Illud autem controuerſum eſt,ſi nepos poſthumus in-
ſtitutus ſit ſub hac cõditione,ſi filius viuo teſtatore deceſ-
ſerit,an tunc nepos admittatur, etiã ſi filius viuo teſtatore
non deceſſerit,ſed emancipatus fuerit,vel aqua & igne in-
terdictus, vel alia quauis rõne à teſtantis poteſtate ſubdu-
ctus fuerit? Qua in re de poteſtate teſtatoris non eſt dubi-
tandũ,quia nepotem poſthumũ inſtituere poteſt,nõ ſolũ
ſub hac cõditione,ſi filius ſe viuo deceſſerit,ſed etiam ſub
hac conditione, ſi filius ſe viuo emancipatione, vel depor
tatione , vel alia quauis rõne de poteſtate eius ſubductus
fuerit, vt probat tex.in l.Gallus.§.& quid ſi tantũ.ff.de li-
ber.& poſthu.Verum in re dubia controuerſum eſt,ſi ne-
127 pos poſthumus ſub hac cõditione † inſtitutus fuerit, ſi fi-
lius viuo teſtatore deceſſerit,an ea inſtitutio trahatur ad eũ
caſum, quo filius de poteſtate teſtantis ſubductus fuit, nõ
per mortis interuentũ , ſed per interuentũ emãcipationis,
vel deportationis,vel alterius ſimilis cauſæ.Et cõis opi.eſt
etiam hos caſus cõprehendi,& in his caſibus impletam vi
deri conditionẽ mortis.Ita tenet Bar.in d.§.& quid ſi tan
tum,in pr.cuius opi.cõis eſt, vt plenè reſoluũt Imo.Alex.
Iaſ.nu.18.cum plu.ſeq. & ibi Salmoni.poſt prin. Crot.nu.
20.Fortuni.num.62.Acoſta ibidem in 5.part.in princ.qui
omnes ita intelligunt d.§.& quid ſi tantum.

Contrariã partẽ, vt cond.mortis non videatur impleta
in deportatione,vel emancipatione, vel aquæ & ignis in-
terdictione, tenet Iacob.de Are.& Cuma.nu.6.& Salmo.
nu.41.& Fortu.nu.10.& Galiau.num.14.in d.§. & quid ſi
tantum,& Thomas Calca.in l.1.nu.6.ff.de vulg.prout re-
feruntur per Acoſtam ibi in princ.5.partis.

Mouentur , quia directa ſubſtitutio coniecturis induci
non poteſt.l. Lucius vlt.cum ibi notatis per glo.& omnes
ff.de hær.inſti.l.Titio Seio.§.Seia libertis, cum ibi notatis
per glo.& omnes.ff.de leg.

Sed verior eſt cõis opi.per text.in l.mulier.ff.ad Treb.l.
ſiue epiſtola.C.de fideic.l.ſi mater.C.de inſt.& ſubſt.l.iam
hoc iure.ff.de vulg.l.2.& l.quanuis.C.de impub.Et ad iu-
ra contra cõem op.adducta reſpondeo,ꝙ directa ſubſti.fa
cta in vno caſu, facilè extenditur ad alterũ caſum, vt pro-
bant iura,quę modò adduximus pro cõi opinione,& d.§.
& quid ſi tñ,tex.melior de iure in l.fi.C.de inſti.& ſubſtit.
Cæterum quando inſtitutio, vel ſubſtitutio directa in nul
lo caſu expreſsim facta fuit,tunc ad alterũ caſum nõ exten
ditur.Ita procedunt iura contra cõem alleg.& l.cõmodiſ-
ſimè.ff.de lib.& poſt.quia qđ nihil eſt,nõ recipit extenſio
nẽ,l.ſed & ſi manẽte.ff.de precario.nec recipit augmẽtũ.l.
ſi totã.ff.de acq.hær.Secùs in eo,quod aliquid eſt, vt dd.ll.

128 Vnde infertur,ꝙ condi.mortis,vel † mors naturalis æ-
quiparet morti ciuili, qualis eſt deportatio , vt in l.j.§.de-
portatus.ff.de cõtra tab. Et hãc eſſe cõem opi.teſtaĩ Aco-
ſta in d.§.& quid ſi tm̃, pagi.43.nu.38.Sed licet idẽ teneat
Salmon.nu.12.tñ vt mors ciuilis naturali morti non ęqui-
pararetur,tenent cõiter doct.ſecundũ Crot.ibi.col.j.vbi di
ſputat Fort.nu.41. Qua de re late per oẽs in l.ex facto.§.ſi
quis rogatus.ad Treb.quod plenè ſuo loco diſſerimus.

Sed contra ſuperiorem cõem ſententiã, dum diximus,
ꝙ cond.mortis verificatur in morte ciuili , fortiter facit,
ꝙ condi. debet impleri in ſpecifica forma , nec ſufficit ꝙ
impleatur æquipollẽter, vt in l.qui hære.& in l.Mæuius.ff.
de cõd.& dem.Vnde illa cond.ſi filius viuo me deceſſerit,
in morte tantum naturali,non etiam in morte ciuili & ſic
æquipollẽter videtur poſſe impleri.Sed cõmuniter tene-
tur,

tur, ꝙ cond.neceſſaria pōt impleri æquipollenter, at illa
cond.ſi filius viuo me deceſſerit. neceſſaria eſt ad vitandā
teſtamenti reſciſsionē, & conſequenter pōt impleri æqui
pollenter, & ſic in morte etiā ciuili. Secus aūt eſſet in illa
conditio,ſi nauis ex Aſia venerit,& in reliquis cōditioni-
129 bus † volūtarijs, quæ æquipollenter impleri nō poſſunt.
Pro quo vltimo allegatur tex.in d.l.qui hęre.& in d.l.Mæ
uius.& in l.ſi fundus.ff.de cond.& dem.& in l.is qui in po
teſtate,in fi.ff.de lega.præſt.l.in conditionibus.§.ſi patro-
nus.ff.de cond.& dem.l.Lucius.eo.tit.l.fi.C.de his qui ve
niā ętatis,l.ex facto.§.ſi quis rogatus.1.ff.ad Treb.l.fideic.
ff.de condi.& dem.l.fideicō.§.ſi cui ita.ff.de legat.3.l.ſi ita
liberis.ff.qñ dies legati cedat, l.cōmodiſsimè.ff.de libe.&
poſt.& ita tenēt Bar.& cōiter doct.in d.§.& quid ſi tantū
col.2. Deci.in rub.de proba.nu.14.idē Deci.in l.3.in prin.
C.de inſt.& ſubſt.Iaſ.in d.§.& quid ſi tm̄,nu.10.& nu.18.
vbi Acoſta in 5.par.in.pr.Crot.nu.20.Ruinus,num.16.&
nu.18.Galiau.nu.19.cū 12.ſequen.Fortu.nu.62.Crot.nu.
51.Sed Deci.Iaſ.& alij quā plures eorū,quos ſuprà retuli-
mus,tenent contra cōem, vt cond.etiam voluntaria poſ-
ſit impleri æquipollenter per l.3.C.de inſt.& ſubſt. & in l.
fi.eo.ti.in l.iam hoc iure.ff.de vulg.in l.2.& in l.quanuis.C.
de impu.l.mulier,in pr.ff.ad Treb.l.mulier,§.fi.ff.de cōdi.
inſti.l.fi.eo.l. Aretuſa.ff.de ſta.homi.l.ex facto.§.ex facto.
ff.ad Treb.l.filiusf.§.cū quis.ff.de leg.j.l.qui hær.§.cū hæ
reditas.ff.de cond.& dem.l.fin. C.de poſt.hær.inſti.l.ſi ita
quis,& l.ſi plures.in prin.ff.de vulg.l.Stichus qui hęredi.ff.
de ſtatu liberis,l.4.in prin.ff.de cond.& dem.l.is qui in po-
teſtate.§.fi.ff.de contra tab.l.ſub diuerſis.§.fin.l.cū ita da-
tur,l.hoc genus.ff.de cond.& dem.l.ſi fundus.l.pater.Seue
ri.§.conditionū.eo.tit.l.ſi ita quis.§.is cui.de leg.2.l.hære-
des mei.§.cum ita.ff.ad Treb.l.cum ſtipulatus ſim mihi à
Proculo.ff.de verb.oblig.l.in illa ſtipulatione ſi calendis.ff.
de verb.oblig.l.Iulianus.l.iure ciuili.ff.de cond.& demon.
optimus tex.in l.ſi ſeruus decem.ff.de ſolutionibus,l.ſi.pe
culio.§.1.ff.de ſtatu liberis.

Tenendo iſtam partem contra cōem, tunc ad iura pro
cōi opinione allegata reſpondetur, ꝙ in eis, ſi rectè inſpi-
ciantur,cond.etiam æquipollenter non fuit impleta.

Illud autem non eſt prætermittendum, ꝙ ſi nepotem
ſub hac conditione inſtitui,ſi filius viuo me decederet,tūc
per interuentum emancipationis locus fit nepoti ſubſtitu
to.Ita tenet Bar.in d.§.& quid ſi tantum.nu.4.dicens hoc
eſſe mirabile,& eſt cōmunis opinio, vt per Iaſ.ibi.nu.44.
Galiaui.nu.36. Ruinus nu.88. Fortu.nu.132.vbi Acoſta.
pagina.43.nu.38.contrarium tenet.
130 Retenta tñ cōi ſentētia, † ratio eius ea eſt,ꝙ nepos hoc
caſu non tā in hęreditate,ꝗ in ſuitate ſubſtitutus videatur.
Ita Bar.vbi ſuprà.cū quo eſt cōis opinio,vt per Iaſ.ibi.nu.
46.cū ſeq.Galiau.nu.36.Crotus nu.17.& nu.20.& nu.50.
Ruinus nu.82.& nu.88.Fortuni.nu.132.quaſi hoc in caſu
ſuitate ſucceſſorium edictum eſſe videatur.
131 Sic & in iure dicendi nullum datur † ſucceſſorium edi-
ctum,vt eſt cōis opinio ſecundum Alex.plenè per Acoſtā
in d.§.& quid ſi tantum. pag.143. Bal.in l.infamia.col.fin.
C.de decurionibus,li.10.Ang.in l.j.C.de ſucceſſorio edic.
Cuma.Paul.Aretin.col.1.Alex.num.4.Iaſ.num.13.in l.ſi
quis poſth.§.ſi filium.ff.de libe.& poſth.quos refert & ſe-
quitur Acoſta.in d.pagina.143. ſequitur Sapia in rubri.C.
de ſucceſ.edict.nu.11.& Corn.nu.2.

Contrariam partē vt in iure dicendi nullū non ſit pro-
priè ſucceſſorium edictū,quaſi magis cōem ſequitur Iaſo.
in d.§.ſi filium.nu.12.idem Iaſo.in l.ſi filius hæres,nu.10.
ff.de lib.& poſthu.Alex.in d.§.ſi filium.nu.14.& videtur
communis opinio ſecundum Acoſtam in d.§. & quid ſi
tantum.pag.140.& pag.142.Curt.iun.in rub. C.de ſucceſ
ſo.edi.nu.16.Aret.conſi.49.Libenter cōtinuiſſem.Rode.
Xuarez.in l.quoniam in prio.ampl.10.C.de inoffi.teſtam.
vbi hāc partem negatiuam dicit cōmunem eſſe.qua de re
alibi latius diſſerimus,& tradit Curt.iuni.in l.qui ſe patris.
nu.42.C.vnde lib.& hanc partem ſequi ſolemus.

132 Verum in contra tab.bo.poſ.cōis opinio eſt,ꝙ ſit † ſuc
ceſſorium edictum. Ita Iaſ.in rub.C.de ſucceſ.edict.& di-
cit cōem ibi Iaſ.col.fi.& Deci.col.fi.& hanc eſſe cōem ſen
tentiā firmat Alex.col.fi.vbi Curt.nu.15. hāc dicit cōem,
& tenetur ab oībus ſecundum Corne.ibi col.2.& Acoſta
in d.§.& quid ſi tantum, pag.140.hanc dicit cōem.tenent
Alberi. Azo.Dinus, Accurſi.& Bar.in l.illud.§.j.ff.de con
tra tab.gl.Raine.& Albe.in l.ſi hęres duobus.§.fi.eod.Di-
nus,& Albe.in l.3.§.ſi emancipatus, eo.tit.Angel.Paul.&
Alex.nu.4.in d.§.ſi filium.Licet contrariū teneant Corn.
col.2.& nouiſsimè Sebaſt. Sapia.col.fi.in d.rub.C.de ſuc-
ceſ.edicto.Qua de re alibi latius dicemus.
133 In querela aūt inofficioſi teſtamenti eſt † ſucceſſorium
edictum ſecundum magis cōem ſententiam, quam tenēt
Bar.& cōiter docto.in d.§.ſi filium.idē Bar.in l.ſi is qui.&
in l.pater filiū.in lectura,& in repetitione,col.2 ff.de inof.
teſta.& in l.ſi quis filium,vbi cōiter per omnes,C.eo.ti.&
in rub.de ſucceſſorio edict.& eſt cōis opi.ſecundum Ro-
dericum Xuarez in l.qm̄ in prior.ampl.10.C.de inof.teſta.
idem Bar.in l.in ſuis, nu.9.de libe.& poſthu.& eſt cōis ſe-
cundū Curti.iun.in rub.C.de ſucceſſorio edict.nu.11.vbi
Iaſ.nu.5.eam dicit cōem, & cōmunem dicit Deci.ibi nu.
6.& etiam Alex.col.fi. eandem dicit cōem Alcia.lib.4.pa
radox.c.16. communem dicit egregius Emanuel in d.§.
& quid ſi tātum, pag.141.eand.dicit communem Sebaſt.
Sapia.in d.rub. col.pen. & tenetur ab omnibus ſecundum
Corn.ibi.col.2.in fi.& eſt cōmunis ſecūdum Alex.in d.§.
ſi filium.col.3.Vigli.in princ. Inſtit.de inoffi.teſtam.nu.3.
tex.not.in l.ex duobus.§.fin.de contra tab. Sed prior po-
tiorq; opin.eſt apud nos, vt ibi non ſit ſucceſsio,per leg.ſi
quis filium.C.de inoffi.teſtam. Qua de re alibi, præſertim
in interpretatione dictæ legis.
134 In ſuitate † vero cōis op.eſt.ꝙ non ſit ſucceſſorium edi
ctum ſecūdum Curt.iun.in l.qui ſe patris. C.vnde lib.nu.
41.& ibi Iaſ.nu.46. Tu dic,ꝙ ſi cōſideras ſuitatē, quæ eſt
apud filium poſt mortem patris,impedita vel conditione,
vel exhæredatione,vel poſthumi præteriti agnatione pen
dente, tunc eſt ſucceſsio in ſuitate, vt in l.ſi filius hæres.ff.
de libe.& poſth.& in l.qui in aliena.§.interdum.ff.de acq.
hære.l.ſcripto.ff.vnde liberi.§.cum autem.Inſti.de hære-
dita.ab inteſtato. Quòd ſi conſideras ſuitatē in actu nulla
ratione impeditam, tunc ipſa in nepotem poſt mortē pa-
tris non poteſt tranſire,vt in §.ita demū.Inſti.de hærd.ab
inteſtato.melius in l.ſcripto.in ratione ſui.ff.vnde lib.& in
l.j.§.ſciendum.ff.de ſuis & legit.per Acoſtā in d.§.& quid
ſi tantū,pagina 167.in prin.Ergo in vita teſtatoris eſt ſuc-
ceſsio in ſuitate.Idem poſt mortem ante delatā hæredita-
tem patris,non poſt delatā,quia ſimul ac delata fuerit hæ-
reditas ſuo hæredi,ſtatim ei acquiritur.§.ſui.Inſtit.de hę-
redum qualitate,& §.ſui.Inſtit.de hęredi.ab inteſtato,l.in
ſuis.ff.de libe.& poſth. Sicq; & ſi filius decedat ante immi
ſtionem, nepos patri ſuo tantum. non etiam auo per ſuc-
ceſſorium edictum hæres extitiſſe videtur.
135 Deniq; in bo.poſ.cōtra tab. liberti eſt † ſucceſſoriū edi
ctum,vt per Acoſtam pagi.142.in d.§.& quid ſi tantum.
136 In ſumma an ſit ſucceſsio † in querela inof.dotis,vel do
nationis, docet Roder.Xuar.in l.quoniam in prio.fol.34.
cū ſequen.C.de inoſ.teſta.Poſtremò ſi filius patris viuen-
tis hæreditati renuntiat cum iuramēto, an tunc ſit ſucceſ-
ſio,tradit Rodericus Xuarez vbi ſuprà.quem videbis.

137 *TXhæredatio hodie requirit iuſtæ cauſæ expreſſionē.*
138 *Præterito filioſa teſtamentū valebat iure prætorio.
contra cōem. Et bon.poſſ.contra tabu.quæ tunc da
batur eſt remedium reſciſſorium contra communem.*
139 *Bonor.poſſ.contra tabu.datur, licet teſtamentum ſit ipſo iu
re nullum.*
140 *Teſtamentum, in quo filiusfaml.præteritus fuit an valeat
ſaltem iure prætorio.quòd ſic contra communem.*
141 *Teſtamentū an filio præterito valeat de iure prætorio,quòd
ſic contra communem.*

142 *Bono.poss.contra tabu.non datur contra testamentum quauis ratione nullum.contra communem.*

143 *Intellect.nouus ad l.1.ff de iniust.rupt.& ad pri.Institu.de exhæreda.lib.& ad l.inter cætera.cum sequentibus.ff.de liberis & posthumis.*

144 *Intell.l.Gallus.§.ille casus.ff.de liber.& posthum.*

145 *Testamen.filiofa. præterito an valeat iure prætorio,contra communem conclusiones tres.*

146 *Præteritio emancipati non vitiat ipso iure testam. cum communi contra glo.& Curt.iuniorem.*

Intellect.§.emancipatos.Instit.de exhæred.libero.

147 *Pactum contra præceptum legis, quæ procedit vlterius annullando, est nullum ipso iure pro communi contra Decium,& Alcia.*

148 *Exhæredationis causa an sit exprimenda.*

149 *Testamen.quòd ex toto deficiat per exhæredationẽ,vel præterit iniustam. Et licet per auth. ex causa. conseruentur legata,tamen intestatus paterfa.decedit.Idem in terminis,l.1.tit.2.lib.5.ordi.*

150 *Intell l.9.tit.5.lib.3.fori.*

151 *L.24.Tauri.*

152 *Exhæredari filia an possit ex vnico coitu.*

153 *L.5.tit.7.par.6.*

154 *Intell.auth.Sed si post.C.de inoffi.testam.*

157 *Filiæ natæ ex damnato coitu iure ciuili ex vnico coitu an denegetur dos,& alimenta, quædam nouæ conclusiones.*

162 *Testament. vt liberorum præteritione, vel exhæredatione non solenniter facta vitietur contra communem plures conclusiones.*

163 *Testamen.matris,an liberorum præteritione vitietur,contra communem plures conclusiones.*

164 *Testamen.filij,an matris præteritione vitietur,contra communem plures conclusiones.*

165 *Testamentum filij emancipati an patre præterito vitietur, contra communem plures conclusiones.*

166 *Testamen.an vitietur ipso iure liberis,vel parentibus præteritis, vel exhæredatis etiam ex causa iusta, si tamen ea in testamento expressa non fuit,contra communem plures conclusiones.*

167 *Exhæredationis quadruplex consideratio.*

168 *Exhæredationis iniustitia non vitiat testamentum ipso iure.contra communem.*

169 *Præteritio militis habetur pro exhæredatione.*

170 *Militis præteritio erga filios non vitiat testamentum ipso iure etiam hodie.contra communem.*

171 *Testam.militis & filijfam.vt hodie subiaceat querelæ.*

172 *Præteritio matris habetur pro exhæredatione etiam hodie,cum Viglio contra communem, licet non sit expressa causa in præteritione.*

173 *Posthumus an à fœmina possit institui. contra communem cum Decio.*

174 *Posthumum an instituere possit castratus,vel spado.*

175 *Posthumus ex ea, quæ vxor nostra esse non potest, quando possit institui.*

Indefinita posthumi institutio vt interpretetur.

176 *Exhæredatio posthumi indefinita trahitur ad omnem posthumum contra communem.*

177 *Intell l.commodissimè.ff.de lib.& posthu.*

178 *Præteritio filij vt vitiet testam.*

179 *Præteritio filijf.qui iuramento renũtiauit, an firmet testa.*

180 *§.filium.in l.si quis posthumus ff.de lib.& posth.*

181 *Edictum de coniugendis non ex toto sublatum est,cum communi contra Emanuel.*

Emancipati præteritio cum expressione iustæ causæ non vitiat testamentum.

182 *Emancipatus,& filiafami.sub conditione exhæredari non poterant.cum communi contra nouissi.*

Intell.l.3.tit.7.part.6.

183 *Exhæredatio iure regio & communi desiderat ad solã probationem expressionem plurium nominum noua opin.*

184 *Posthumus nepos ante Gallum institui non poterat, nisi cũ a nemine præcedebatur,cum communi.*

185 *Posthumus olim institui non poterat, à quo paulatim recessum fuit.*

186 *Extraneus dicitur quis tripliciter.*

187 *Posthumus iure secundario.12.Thaul.institui potuit,cũ Lelio contra communem.*

188 *Posthumus institui non potuit inspecta media iuris prudentia,contra Taurelium.*

189 *Posthumus an olim posset institui.*

190 *Posthumo an olim possit legari.*

191 *Posthumo legatum iure.12.tabu.secundario relinqui potuit.contra communem.*

Posthumus,& infans vt exhæredentur,noua declaratio.

Posthumus iure.C.potest exhæredari. contra communem.

Idem in infante contra communem.

Vnde leges.C.non sunt correctæ,contra communem.

Intell.l.2.tit.7.par.6.& l.3.tit.9.ead.partit.& l.5.tit.8.eadem partit.

Posthumus iure auth. potest exhæredari. contra communẽ.

Idem in infante contra communem.

Intell.§.aliud quoque in auth.Vt cum de appe.cogn.contra communem.

Testamenti primordialis validitas iure auth.non fuit nouata contra nouissi.

Testamenti primordialis validitas iure auth.non est innouata contra cemmunem conclusiones vndecim.

STVT ergo ex superioribus ad firmitatem exhæredationis desiderari,quàm sit nominata,specifica,pura, facta à toto gradu,non à persona certa,& alia multa.
137 Postremò ad validitatem † exhæredationis hodie desideratur iustæ causæ expresio in eodẽ testamento insertæ vt in auth. nõ licet.& in auth.ex causa.C.de liberis præteri.auth.vt cum de appell.cognos.§.aliud quoq;.& §.causas.Quæ autẽ sint iustæ causæ,ibidem expressæ sunt,& enumeratæ.Olim autem exhæredatio firmum reddebat testamẽt.licet causa exhæredationis expressa nulla esset.vt dictis legibus, & per totũ.ff.de libe.& posthum.& C.de liberis præt.& Instit.de exhær.liber. Quod nouè declarabimus infra.

138 Cæterum si filiumfa.neq; institutus † esset,neq; exhæredatus, sed præteritus, testamentum erat nullũ ipso iure vt dictis iuribus,& l.1.ff.de iniust.rup.ibi,nullius momenti.& l.inter cætera, & l.pen.& fin.ff.de libe.& posth.& in prin.Instit.de exhæredatione liberorum.

Illud autem controuersum est,an tunc testam.esset nullum ipso iure de iure tantum ciuili,validum tamẽ de iure prætorio, an etiã iure prętorio firmũ esset? Et cõis opinio est vtroque iure nullum esse,hoc primo. Vnde antequam filius contra tale testa.quicquam dicat, est vtroq; iure nullum.hoc secũdo. Vnde ẽt tertio loco infertur,contra tabu.bo.poss. quæ hoc casu contra id testam.datur, vt in l.fi.C.de contra tabu.l.1.& per totum.ff.eod.§.sunt aũt.Institu.de bo.poss.est remedium declaratorium. non rescissoriũ. quia quod nullum est,rescindi non potest,l.nam & si.ff.de iniusto rupt.Hæc tria tenent communiter docto.in l.fi.vt latè resoluunt Paul.Alex.Corneus, Curtius iunior,& alij, vbi Iaso.plenius & ordinatius quàm reliqui, & in l.si filius qui in potestate.vbi Pau.Alex.& alij.ff.de liberis & posth. Acoluthos Cuman.in l.Gallus.§. ille casus.ff.de liber. & posth. Acosta in d.l.Gallus.§.& quid si tantum.pagi.117. Et ad dictá
139 l.nam & si respondent,quòd detur † contra tab.test.quod est ipso iure nullum præteritione filijfam. non est nouum.

Sim

Simi.est.n.in exceptione, quæ licet sui natura inuenta sit ad rescissioné, exclusionemq; actus valide, tñ aliqñ datur ad declarandũ act.nullam competere,tuncq; dicitur exceptio intẽtionis.Bar.in l.j.ff.de excep. Stringe,nam testam. in quo filiusfa.præteritur, non desinit valere, saltẽ quo ad hoc,vt in poss.mittatur heres scriptus,saltẽ dum filiusf.qui se præteritum dicit,probat filiationem,l.2.C.de edict.diui Adria.toll.Item vt in lect.l.cũm alienam.C.de lega.dixi,legatum rei alienæ ꝙ ll.proclament non valere, tamen quo ad hoc vt hæres tradat rem legatã,valere non desinit.Ergo cum per præteritioné filijf. testam.propter iniuriã filij (præteritus enim iniuria afficitur.§.aliud quoque.in auth. vt cum de appel.cog.col.8.) vitio detur,consequens est,vt filio iniuriam negligente, testamento parcamus. nam & cum pater missam facit iniuriam ab ingrato filiam acceptam, lex filio ignoscit.l.filio quem.ff.de libe.& posth.

Verum adhuc sunt quamplures,qui tenent contra communem,receptioremq; sententiam, vt tale testamentũ licet inspectio iure ciuili sit ipso iure nullum tamen inspecto iure prætorio nõ desinat valere.quos enumerãt Alex. Ias.& alij vbi suprà. & Cumanus, qui idem contra communem opi.sequitur in d.§.ille casus.

140 Quid dicendum? Et quidé teneo,ꝙ per † præteritioné filijfa.testm̃ iure pretorio non desinat valere.Primo per l. filio præterito. de ini.rupt.ff. Secundo per l.posthumus in prin.eo.tit. Nam posthumi pręterito agnati non minoris virtutis est ad testm̃ rũpendum,q̃ filij nati præteritio.Tertio per l.2.C.de post.hær.inst.vbi posthumi agnatione testamentũ ruptum nunquam restituitur, at constat ꝙ iure pretorio restituitur, d.l.posthumus, ergo id inde descẽdit, ꝙ à sui origine valuit,inspecto iure prætorio,cũ alias si ab initio non valuisset,nunquã cõualesceret.Quarto per l.2. in prin.ff.de secũdũ tab.Quinto per d.l.2.§.spectãdi.ff.de secundũ tab.Sexto,quia contra tab.datur filio in potestate preterito,l.fi.duo l.is qui in ptãte,in pr.& §.j.de leg.pręst. ff.l.fi.§.sancimus.C.de lib.pręt.l.vt liberis,in pr.de coll.C. ad idem.l.si duobus,§.si prius,ff.de contra tab.& tñ cõtra tab.est remediũ rescissorium,l.in pr.de lega.præ.ibi,rescindũt,d.l.vt liberis,ibi,rescisso, l.quod vulgo.ff.de cõtra tab. & quod nullũ est,rescindi nõ põt,ergo,&c.Septimo,quia licet leges dicant, ꝙ conditio apposita in filij institutione vitiat testa.l.filius.de cond.inst.l.Lucius.de condi.& dem. ff.l.si pater.C.de inst.& subst.l.suus quoq;, in pr.ff.de hær. inst.is tñ postquam sub conditione instituitur, accipit secundum tabu.l.2.§.si sub condit. de secũdum tab. ff.eo ꝙ de iure prætorio id testamentũ non desinat valere.Octauo,nunquam datur secundum tab.nisi testm̃ initio valeat, adeò,vt licet viuo testatore impedim.cesset, nihilo magis conualescat testamenũ initio infirmũ.l.j.§. exigit.l.hi demum.de secundũ tab.ff.sed ex testamento, in quo filiusf. præteritus est, põt dari secũdum tab.d.l.filio præterito,ergo,&c.Nonò per l.si duobus.§.si prius.de cõtra tab.ff.&c. Decimo per §.non tñ,ibi, secundũ tab.cum gl.Inst.quib. mod.test.in fi.& est arg.à simili. Ad l.pe.§. testamento.ff. de secundum tab.resp.ꝙ ibi nunquam euanuit ex toto testam.etiã inspecto iure ciuili, & probata noua voluntate, eliditur exceptio,ꝙ si non probetur, tũc stante exceptione,non põt hereditas capi iure ciuili,vt ibi,sed potest iure prætorio,argu.d.§.non tñ. Vndecimò,secundum tab.bo. poss.est remediũ testamentarium.§.sunt aũt.Inst.de bon. poss.secundũ tab.datur,cũ filius est præteritus,ergo, &c.l. filio præterito.suprà all. Duodecimo,contra tab.nũquam datur nõ solum qñ testamentũ initio fuit nullum, sed etiã qñ ex põst facto euanuit, l.quod vulgo.ff.de contra tabu. sed hic datur, ergo testm̃ non omni iure nullum. Resp.ꝙ ibi euanuit ex defectu personarũ institutorum, non solennitatis, sic quod omni iure nullũ.simil.in l.j.§.per contrarium,de ventre in poss.mitt.l.j.§.& cũ triplici.de cadu.tol. C.Decimotertio,quia licet,l.Gallus.§.fi.dicat posthumũ nullo iure institui potuisse,tamen constat, ꝙ institutus,secundum tab.accipiebat,l.posthumus,vers.potuit, de inof. testa.ff. Decimoquarto,quia licet præter solennitates, de quibus per totum Instit.de testam.ius ciuile solennitatem exigat institutionis,vel exhæredationis, tñ constat, quod præter primordialé testamẽti validitatem nil exigit prçter septem testiũ signacula,d.l.posthu.de iniu.rup.d.§.non tamen,iuncto.§.sed cũ paulatim. Instit.de testam.quamuis ipse prætor pius non aliter scripto concedat secundũ tab. bon.pos.vti.q̃ si filius, qui iure ciuili infirmat testam.iure suo vti nolit,l.2.§.spectandi.ff.de secũdum tab.Decimoquarto,quia vt substitutio nõ dicitur ab initio nulla ꝙ fiat in defectũ institutionis,ita & secundum tab.licet detur in defectũ contra tab.bo.pos.non dicitur ideo nulla.Decimoquinto per l.si impubes.§.fi.cum glo.ff.de carb.Decimosexto per l.fi.C.de secũdum tab. Decimoseptimo per l.fi. C.de contra tab.vbi latissi.Alex.ibi nu.13.vbi Ias.Deci.& Curt.Decimooctauo per l.etiam.§.libertus.ff.de bon.lib. Acosta pagi.24.in d.leg.Gallus.§.& quid si tm̃. Decimononó per l.si à primo, ff.de lib.& post.vbi gradus per filij præteritionem, vel posthumi agnationé infirmatus,nunquã conualescit,inspecto iure ciuili.Vicesimo per l.nõ putauit.§.à primo,in fi.de contra tab.ff. vide Cuma.in §.ille casus,col.j.in fi.l.Gallus.qui tenet contra cõem,& vi.similiter per Emanuelé,in d.l.Gallus.§.& quid si tm̃.pag.117. in fin.cũ pl.seq. Vicesimoprimo per l.si testamentum.vbi opt.tex.vt infrà inducam.ff.de testam. Vicesimosecundo, quia pręteritis tantũ,non etiam exhæredatis subuenit prętor.l.j.ad prin.non putauit,in princ.ff.de contra tab.vt ius ciuile exhæredatis, ita & prætor præteritis subueniret, vt posita præteritione de iure prætorio non minus firmũ sit testam.quam esset de iure ciuili posita exhæredatione.

Si vis tenere,ꝙ etiam id testa.sit iure prætorio nullũ,ad l.filio præterito.resp.per l.§.si tibi homo.cũ seruus.de leg. j.vt sicut ibi cũ queritur an dñium legati transeat à morte testãtis in legatariũ necne,inspicitur euentus,vt si agnouerit legatarius, tũc à morte testãtis ad se videatur pertinuisse, vt sic faciat ab eo tpe fructus suos:sin aũt repulerit à se legatũ,tunc nunquam dñs fuisse videatur. Sic & hic si filius velit contradicere testamento,tunc ab ipso initio id testamẽtum nullum videbitur,sin aũt negligat, tunc ab ipso initio valuisse etiã iure ciuili intelligatur,vel saltẽ iure prætorio.Simi.in l.si me in va.Quam.ff.de acqu.pos.vbi licet possessio nudo aĩo perdatur, tamẽ si eam in furiosum,quẽ sanè mentis putaui,translatã volui, licet illi non quæratur, tamen ex rigore ea viderer amisisse, nisi lex interpretatione succurreret, interpretans me nõ aliter voluisse eam amittere,q̃ si illi quæreretur.Simi.in l.fi.ff.de hær.insti.Simi.in §.posteriore,cũ seq.Inst.de inof.testa.Sed istehęc facilè excluduntur.Et.23.loco contra cõem facit quod in §. sed cum paulatim, & per totum Inst.de testa.traditur, ꝙ quantũ ad formam testandi & testamentorũ in vnũ conueniunt ius ciuile & prætoriũ,quę concordia non reperitur quo ad iustitiam disponendi.Nec est vero simile,ꝙ Iustinianus, qui de illa concordia meminit, desineret etiam mentionem facere de concordia vtriusque iuris in iustitia disponendi in titulo de exh.lib.si in eo vlla conc.esset.Deniq; adhuc verior remanet opinio nostra, vt interea id testamentũ inspecto iure pretorio valere nõ desinat,cũ pendeat ex futuro euentu huius testamenti rescisio, s.ex impugnatione filij præteriti, sicut dicimus in testamento, in quo posthumus præteritus fuit,cuius rescisio pẽdet ex futuro euentu.i.ex posthumi præteriti natiuitate,ideo interim valere id testa.dicimus.vt per totũ.C.de post.her.inst. l.3.§.fin.ff.de lib.& posth.§.posthumi.Instit.eo.tit.

Tenendo nostras sententias,tunc ad l.1.de iniust.rup.l. inter cetera.l.pe.l.fi.de lib.& post.ff.in pr.Inst.eo.cũ simi. ad d.l.posthumos, & ad totum titu.de posth.hæ.C.resp.ꝙ loquuntur tantũ iure ciuili inspecto, cui non repugnat ius prætorium.omne.n.testamentum, quod septem testiũ si-
141 gnis signatũ fuit,valet de iure † prætorio,vt nõ magis eo iure inspecto vitietur per præteritioné filijf. quàm emancipatus,sed vtroq; casu preteritus dat cõtra tab.& similiter posthu-

poſthumis, vt d.l.fi.& d.l.poſthumus, in prin.de iniu.rup.
facit,l.cū in ſecundo.eo.tit.Ergo ſiue filius moriatur viuo
patre, ſiue poſt eius mortē abſtineat, ſiue poſthumus viuo
patre moriatur,ſiue poſt eius mortem abſtineat,ſemper ſe
cundum tab.hæredibus ſcriptis dabitur . Ad l.ſi filius qui.
de lib.& poſth.ff.ibi,nec ſuperius rumpetur,intellige ipſo
iure prætorio vel ciuili,poterit tñ rumpi per contra tab.d.
§.ſi prius in primo reſp.Et 2.reſp.ibi,potiores.intellige ꝙ
potiores dicuntur,ſi ſunt capaces,vt ſit ſenſus.Si in ſecun-
do teſtamento capax ſit inſtitutus filio etiam in poteſtate
præterito id teſtam.valet iure prætorio, & vt capax ſecun
do teſtamēto ſcriptus vinceret ſcriptū in primo teſtamen
to,ita à fortiori filius præteritus vincendo eum,qui ſecun
do teſtamento ſcriptus fuit, nō iniuſtè & primo teſtamen
to ſcripto aufert hæreditatem. At ſi ſcriptus in ſecundo eſ
ſet incapax,tunc prçteritus non iuſtè contra illum accipit
contra tab.non quoq; contra primum,quia ab eius gradu
fuit exhæredatus,ergo manet excluſus.
142 Vnde infero,ꝙ vt ibi contra † tab.non datur contra il-
lud teſtamentū, quod erat nullum per incapacitatē hære-
dis,ita etiā non daretur cōtra teſtamentū alia quauis ratio
ne nullum cōtra cōem. Ad prin.Inſt.de exh.lib.ibi,nemo
ex eo teſtamento hæres exiſtere poſsit. reſp.non negatur,
quin poſsit eſſe bo.po. quod ſatis innuitur in §.emancipa-
tos ibi,iure ciuili,vbi ſenſus eſt talis. Licet huc vſq; dixe-
rimus filiumf.iure ciuili oportere inſtitui,tamen non ita in
emancipato, qui iure tm̄ prætorio debet inſtitui, non etiā
ciuili, ſed & filius in poteſtate debet iure etiā prætorio in
ſtitui,at ſi de facto nec ſuus, nec emancipatus inſtituātur,
non per hoc eſt ipſo iure prætorio nullū teſtamentū, licet
infirmari per contra tab.poſsit.ergo teſtamentū habēs ſo-
lennitatē prætoriā valebit iure prætorio,licet nullius mo-
menti ſit quo ad ius ciuile.Itē quod habet ſolennitatē ciui
lem valebit, licet nullius momenti ſit quo ad Prætorem.
Tertius caſus qñ valet vtroq; iure, Quartus cum neutro.
Nec obſt.§.ſed cū paulatim.de teſtam.Inſti.Nā ſecūdum
Areti.licet quo ad originē & inuentionem tripertitū ſit id
ius, tñ quo ad approbationē iam eſt ius ciuile quo ad oēs
ſolēnitates,quæ inſpici legíve poſſunt, qualis eſt numerus
teſtium,& ſignacula,& ſubſcriptiones,& ſimilia,eſtq; ex
duplici capite iuris ciuilis,ſcilicet conſuetudinis,& conſti-
tutionum,vt d.§.ſed cū paulatim,ibi, vſu hominū, & ibi,
conſtitutionum emendationibus,& ibi conſtituto tantū,
& l.hac conſultiſsi.C.de teſtam. Itaq; ſi deficerent ſigna-
cula teſtium,eſſet ipſo iure non ſolū prætorio,ſed & ciuili
nullum teſtamentum.At licet id ius,quod antea tripertitū
erat,in vnam conſonātiam,vnumq; ius iuerit, tamē ea ſo
lennitas,quòd filiusf.vel inſtituatur,vel exhæredetur,nun
quam iuit in vnam conſonantiam cum prætore.
Deniq; ad oēs leges, quæ pro cōi opinione allegantur,
143 qualis † eſt.l.j.ibi,nullius momenti.ff.de iniuſt.rup.l.inter
cætera.cū mille ſimi.ff.dum aiunt,ꝙ filiof.præterito teſta.
eſt nullū,vel nullius momenti,reſponde,ꝙ eſt nullum,vel
nullius momenti de iure ciuili, non ſic de iure prætorio.
Conſtat aliqñ teſtam.quod valet iure prætorio,non valere
de iure ciuili.l.ſi teſtamentum.ibi,vtroq; iure valebit tam
ciuili q̄ prætorio.ff.de teſta.à contrario ſenſu.quē tex.à ne
mine conſideratū inuenies. Et ad oēs.ll.quæ pro cōi alle-
144 gantur,etiā reſp.per † l.gallus.§.ille caſus,ibi,ꝙ nullo iure
potuit.ff.de lib.& poſt.iuncto pr. Inſt.de bo.poſ.§.poſth.
Inſt.de leg.& l.poſt.in pr.ff.de inof. Nam licet in dd.ll.alie
nus poſthumus ſine dubio poſſet iure prætorio inſtitui,&
etiam in l.verū.ff.de po.poſ.ſecundū tab. tñ Scæuola dixit
eum non poſſe inſtitui.hoc amplius dixit nullo iure inſti-
tui potuiſſe.Ergo non ſolum.ll.pro cōi allegatę(quę dicūt
teſtam.filio præterito non valere) non obſunt, ſed etiam
ſi nullo iure valiturum dicerent, adhuc non obeſſent,quia
reſponderem, ꝙ nullo iure ciuili valeret, quaſi plura iura
ciuilia hac de re loquerentur. Deniq; ius prætoriū non re
peritur ius vllum ſcriptū nobis reliquiſſe quo ad teſtamen
torum ſolennitatem, niſi quatenus pertinet ad ipſam te-
ſtandi formam,quæ ſi obſeruata fuerit iuxta.§.ſed cū pau-
latim.Inſti.de teſtam.prætor aditus ſemper dabit bo.poſſ.
vt in l.2. cum ibi notatis. C.de edict.diui. Adri.toll.quan-
uis filiusf.præteritus eſſe allegetur, vt ibidem.
145 Stat ergo, ꝙ per † præteritionem filijf.non deſinit vale
re teſta.de iure prætorio.hoc primò contra communem.
Deinde ꝙ tale teſta. reſcinditur per prætorē ad petitionē
filij præteriti, non ſolum.n.declaratur nullum, ſed reuera
reſcinditur, vt iam diximus,idq; ſimiliter cōtra cōem. Vn
de infertur tertio loco ſimiliter cōtra cōem opi.ꝙ ſi filius
id teſta.expreſsim & nominatim non dicat nullū, & petat
nullum declarari,tunc id teſtam.à prętore ſuſtinebitur.Nā
cum ius prætorium factū fuerit & ad emendationem, &
ſuppletionem, & aliquando ad confirmationem & fortifi
cationē iuris ciuilis.in prin.Inſt.de bo.poſ.ideo poſtquam
in toto tit.ff.de lib.& poſt.traditum fuit inter reliqua teſta
mentorum ſolennia oportuiſſe filiumf. fuiſſe inſtitutum,
aut exhæredatum,aliter.n.teſtam.eſſe ipſo iure nullū, ſub
ſequitur titulus de iniuſt.rup.in quo pleræque leges mon-
ſtrant id teſtam.per prætorem ſuſtineri,pro vt hoc caſu ſu
ſtinetur,niſi filius præteritus ſe interponat.d.l.filio præte-
rito.ff.de iniuſt.rup.d.l.poſthumus.eo.tit.cum infinitis ſi-
milibus ſuprà allegatis,quæ varijs in caſibus loquuntur.
146 Quid autē ſi filius † emancipatus à patre præteritus ſit?
Et dicendum eſt,ꝙ filio emancipato præterito non vitia-
tur ipſo iure teſtam.vt Inſt.de exh. liberorum,in §.eman
cipatos.Sed videtur per hūc.d.tex.in ver.iubet.ꝙ per præ
teritionem filij emancipati vitietur teſta. ipſo iure præto-
rio.Quod planè voluit gl.in pr.Inſti.de exh.lib.in verb.in
poteſtate.Curt.in l.fi.col.j.& col.pe.cōtra cōem.C.de con
tra tab.Teneo cōem. Et conſidera,ꝙ aliqñ & primò poſt
ſimplex legis prçceptum non proceditur vlterius,& tunc
actus contrà factus vitiatur ipſo iure.l.non dubiū.C.de le-
gib. Aliquando proceditur vlterius annullando actū ex to
to,& tunc idem & fortius, ibid.& l.j.§.ſi quis ita.de verb.
obli.ff.& l.non ſolū.ff.de act.& oblig.Aliquando procedi-
tur vlterius,actum ex parte tantùm irritando,& tunc per
contrà factionem ex parte tantū vitiatur.l.cōtra iuris,vbi
Iaſ.ff.de pact.iuncta l.j.ff.de nouat.Aliquādo & quartò pro
ceditur vlterius,non irritādo ex toto, nec etiam ex parte,
ſed tantum facultatem impugnandi ei concedēdo,cuius fa
uore lex facta eſt, & tunc nec vitiatur per contrafactionē
ex toto,nec etiā vitiatur ex parte,licet poſtea reſcindi poſ-
ſit illo agente, vt in d.§.emancipatos. Vera eſt ergo cōis
opi.exiſtimantium, ꝙ præteritio emancipati iure.ff.C.&
Inſt.non vitiabat ipſo iure teſtam. vt per totum Inſt.C.&
ff.de bo.poſ.contra tab.nam regulariter bo.po.contra tab.
eſt remedium reſciſſorium,l.vt liberis, in princ.in verbo.
reſciſſo.C.de collat.l.is qui in poteſtate, in princ.ff.de leg.
præſt.tràdunt cōiter doct.in l.fi.C.de bo.poſſ.contra tab.
præſertim Pau.Alex.Iaſ.& Deci.reſcindi autē non poteſt,
quod ab initio nullum eſt,l.nam etſi.ff.de ini.rup.l.decem.
ff.de verb.oblig.Sicq; communem opin.vt teſtam.in quo
emancipatus præteritus fuit, non deſinat valere, tenent
communiter omnes docto.in d.l.fi.C. de contra tab.& in
d.§.emancipatos, & in l.ſi filius qui in poteſtate.ff.de lib.
& poſt.& in l.filio præterito.ff.de iniuſt.rup. Et ad dict.§.
emancipatos.dic, quòd ipſe prætor vltra proceſsit non an
nullando,ſed dando facultatem impugnandi.
147 Infero etiam verā non eſſe op.Decij, † in l.hac conſul-
tiſ.col.2.ad fi.C.qui teſtam.fac.poſſ. & Alci.in l.j.ff.de lib.
& poſth.exiſtimantium, ꝙ etiam ſi lex vlterius procedat
actum annullando,adhuc is actus non eſt nullus ipſo iure.
Nam loquuntur contra tex.in d.l.non dubium.C.de legib.
vbi communiter per doct. maximè per Iaſ.ibid. num.27.
per eund.Iaſ.in l.ſi non ſortem, in pr.& in l.Iulianus verū
debitorem,nu.3.ff.de cond.indeb.& in l.contra iuris.ff.de
pact.communiter per doct.in l.j.§.ſi quis ita.ff.de verbo.
oblig.Quod intelligendum eſt etiam generaliter in omni
materia,vt pleniùs,& ordinatius diximus quàm alibi ſcri-
ptum inuenies ſupra lib.1.& §.4.cum ſeq.

148 Deniq; vt suprà incidenter † attigi, & nunc plenè agemus, & si fiat testamentum vndiq; solenne, si tñ non fuit apposita in eo causa exhæredationis, testamentũ fuit nullũ: nam non licet parenti aliquẽ ex liberis exhæredare, nisi is probetur ingratus, & ingratitudinis causam nominatim inserat testamento. verba sunt text.in authẽ. non licet parenti.C.de lib.præ.& originaliter in auth.vt cum de appel. cog.§.aliud quoq;.colla.8.& l.10.6.part.tit.7.dum dicit.& porende ha menester, que quando el padre quisiesse que vala su testamento, & ouiere sabor de desheredar a su hijo enel mueste razon cierta porque lo haze, nomandrola, diziendo señaladamente que por à quella razon le des hereda. Nam causa ingratitudinis, & exhæredationis apposita ita necessaria est ad testamenti essentiam, ꝙ licèt filius exhæredatus re vera probetur ingratus, testamentũ est nullũ: quia licèt non peccaret in legem naturæ, cum sit pater offensus, peccat tamẽ in legem formæ, & vbi casualis forma omittitur, ibi substantia deficit, & actus nullus est ipso iure.vt in auth.hoc ius porrectum, C.de sacrosſ.eccleſ.ff.de transactionib.l.cũ 2.§.si prætor. notãt Bar.& Bal.in l.vniuersa.C.de preci.impe.offe. & dicta iura apertiùs probãt.

149 Præterea ꝙ quando testamentum † est nullum, vel qñ ex causa iniustæ, prçteritionis, vel exhæredationis rumpitur ꝙ nihil ex eo debetur, sunt plura iura aperta, & manifesta, tam de iure, ff.quàm de iure.C. text.in l.Papinia.§.si ex causa.& in l.posthumus.§.si quis ex his, & in l.qui repudiantis, §.fi.ff.de inof.testa.Idem & expresiùs in le.Titia. ff.eo.tit.vbi probatur, ꝙ intantum rescisso testamento per querelam legata non debeantur, ꝙ & si esset apposita clausula codicillaris, & sic essent ab intestato repetita, non poterant peti.Idem etiam in le.maximum vitium.C.de libe. præte.& ff.de iniusto rupto.l.filio præterito. & alijs pluribus iuribus hoc probatur. ad quorum modificationẽ successit pia constitutio authenticæ, ex causa, C.eod.vbi licet testamentũ irritetur quantum ad institutionem, legata tñ, & fideicommissa, & alia, dequibus ibi per dd.ll.quodammodo & beneficio cõseruantur.Et non mirum hoc, quia & conseruantis legatis, destructaq; institutione, non potest dici testator pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere, imò intestatus in totum decedit, cùm sit notissimum in iure, ꝙ quanuis intestatus decedat, legata à successoribus legitimis posſent relinqui, ff.de iure codi.le.cõficiuntur, notatur in l.eam quam.C.de fideicõmissis; C.ad Trebel.l.2.& l.sine scriptura, & sic in isto casu non militat præfata iuris regula prohibitiua, l.ius nostrum, de regu.iur. quæ in paganitijs testa.nõ sinit quem pro parte testatum, & pro parte intestatum decedere, imò in isto casu conseruatis lega.dicitur decedere intestatus, nam nõ codicillum, sed testamentum institutio hæredis demonstrat, C.de testam.l.non codicillum.Et sic testa. dependet principaliter ab ipsa hæredis institutione, cùm dicatur caput ipsius, l.fi. ff.de iure codicill.Insti.de lega.§. ante hæredis.& de fideicommissis, in princ.Insti.Et ista consideratio est de mente Bald.in alle.authẽ.ex causa, C.de liber.præt.1.colũ.dicens, ꝙ Iustinianus ibi considerauit, ꝙ legata possunt relinqui ab hæredibus ab intestato, ergo non habent legitimi ius rumpendi, licèt sint de liberis, vel parentibus. Idem ergo statuit ex testamẽto, ne sit deterior causa testari, quàm intestati. Item considerauit, ꝙ in sola institutione alterius, exhæredationeque, & præteritione filij fit iniuria filio: in legatis enim, & fideicommissis non cadit iniuria, quia possunt defalcari, sed directum ius succedẽdi non potest defalcari, quapropter cùm non possunt minui, necesse est rumpi.vt, C.de inosfi.testam.l.scimus.ibi, nedum ponderata ratione illius literæ, hæc Bald.

Ex quo patet, ꝙ prædictis non aduersatur, le.de Alcala, quæ situatur in lib.5. tit.2.l.1. de los ordenam.quæ disponit, quòd quando testator facit testamentum, in quo non fecit hæredem, vel si hæredem fecit, non adiuit hæreditatem, quòd testamẽtum valeat in legatis, & in alijs, quæ testator disposuit, & quòd venientes ab intestato succedant in hçreditate. Quia vt dixi, & ibi manifestè patè patet, licet valeat testamentũ respectu legatorũ, tamen moritur ab intestato respectu institutionis, taliter, ꝙ per illam.l.nõ potest adire pro parte, & pro parte repudiare, vt & sic respectu institutionis actus est indiuiduus. vt à fortiori patet in l.quidã elogio, C.de iure deli. vbi quanuis quis sit institutus in diuersis portionibus eiusdem hæreditatis, non potest vnam agnoscere, & alteram repudiare, imò qui agnouit hæreditatem paternam, cogitur agnoscere pupillarem. Idem probatur in l.2.& in l.si solus, in princip.ff.de acquir. hæredita.Hinc dixit Bald.in l.precibus, C.de impu.& alijs 7.col. (ponendo rationẽ quare pater per substitutionẽ pupillarem potest matrem priuare non solùm ab hæreditate, sed etiam à legitima sibi debita in bonis filij) verba sequentia. Solutio, sciant ꝙ in hoc pupillo ratione vnionis contingit.nã suppositis principijs, necesse est, & ipsa principia confiteri. Vnde cùm pater potuit testari impuberi, aut dices ꝙ possit de vniuerso testari, ergo mater excludi tur: aut quòd solùm de bonis à patre profectis, & tũc pupillus decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus, quod est impossibile. Idem si bona vnita separes, quod ẽt est impossibile.ff.de vulgar.substi.leg. sed si plures.§.filio. Præterea rursum dicere, ꝙ mater veniret ad omnia bona, & sic maritus nõ posset testari de rebus proprijs, esset absurdo absurdius. Eligimus ergo potius matrem excludi, q̃ oẽs regulas iuris confundi. Hęc Bal.vbi suprà. Et per istam rationem apparet suspectam esse illam communem opinionem, quæ habet, quòd cùm filia renuntiat futurę patris successioni, nõ præiudicat sibi in legitima: nam verius est sibi præiudicari: quia per d.c. quanuis pactum. de pact.in 6.per interuentum iuramenti data sit potestas renuntiandi patris viuentis successioni & hæreditati, non est cur sub illo toto non etiam comprædendatur legitima pars, non secus, quàm potestas patris data à lege faciendi filio pupillarem substitutionem, comprehendit etiam legitimã matri à filio debitã. Confirmatur: nã appellatio rei simpliciter prolata, ad totum, & eius vniuersas partes refertur.l.si quis cum totum.ff.de excep. rei iudicatæ.l. cum quæstio.C.de lega.l.1.§.interdum.in verb. totius.ff.de vsufru.acc.l. inde Neratius.verb.in solidum.eo.tit.l. Mæuio.in prin.in verb. totus.ff.de lega.2.l.si separatim.ff.de condit.& demonstra. Item & ad confirmationem prædictorum facit text.in le. pe.ff.de iniust.rup.& ibi Pau.de Cast.post Bart.vbi probatur; ꝙ propter prædictam iuris prohibitiuam regulã causa intestati trahit ad se causam testati. Præterea ad confirmationẽ suprà dictorũ, vt hoc in indiuiduo probetur, all.tex. in l.mater decedens.ff.de inoffi.testa.vbi probatur, ꝙ licet legitima filiorum de iure digestorum, siue, C.erat quarta pars hæreditatis. l. Papinia.§.quoniam.& §.quarta.ff.eod. tit.l.cum quæritur. C. eod. tamen rupto testamento per querelam hærede extraneo ibi instituto non solũ irritatur institutio respectu legitimę filiorum, sed & in totũ, & sic testator moritur ab intest. Imò plus dicit vbi tex. ꝙ ista rescisio non solum prodest, rũpenti sed etiam aliæ filiæ hæredi institutæ, taliter, ꝙ si prius adiuit ex testamento pro minore parte, q̃ ipsam tangeret ab intestato, non prohibetur partem ab intestato tangentem sibi petere. Ratio, quia non censetur ab intestato repudiasse, licet adiuit ex testamento, quod credebat validũ esse, & inexpugnabile. Ecce ergo pro rupto testõ non solum rumpitur institutio respectu legitimæ filij, sed & in totum. Et ille text. non solũ nõ corrigitur per auth.ex causa.sed etiam approbatur, cũ dicat, irritum est testamentum quantum ad institutionẽ, cætera nanq; firma manent. Et cũ ex suprà dictis habeamus pro nobis iuris regulã, qui contrariũ dixerit, demonstrare tenetur: nam qui pro se regulã habet, in dubio debet obtinere, adeò, ꝙ volens dicere aliquem casum excipi ab illa regula, tenetur illam exceptionem probare per textũ, vel rationem de necessario concludentem.arg.l. suus quoque. versi.puto.ff.de hæred.insti. c.venerabilis.versi.ita quoq;. de senten.excommu.lib.6.Bart.in l.2.1.col.in fin.ff.si quis

in ius voca.non ierit, & clarius in l.quotiens.ff.si quis cautio.Bal.in l.1.3.col.de alien.iudicij mutan.cauſ.facta.Abb. in rub.vt lite non conteſtata. Et ſic in regulis iuris obſeruandis tenaciter inhærere debemus, niſi in contrariũ appareat diſpoſitio ſpecialis Bal.in l.1.C.de ſacroſ.eccle.& in l.ſi tutor.C.de ſer.pigno.da.manu. Et ideò ſignanter dixit Petrus de Anchar.in conſi.129. ꝙ non eſt tutum recedere à doctrinis & regulis generalibus, niſi in caſibus exceptuatis à regula, quã regulam qui pro ſe habet, in dubio debet obtinere.& adducit notabi.gl.in rub.de reg.iur.lib.6.Hinc eſt, ꝙ per dictam regulã inter antiquos iuris peritos Hiſpanos non modica, ſed magna fuit dubitatio, an melioratio tertiæ partis, quæ patri permittitur per l.fori.tit.de las mã-
150 da.† l.9.lib.3.ſit inſtitutio, vel prælegatum. vt notatur ibi in glo.ſuper parte, mejorar.& an conſeruaretur d.melioratio per d.authenticam ex cauſa. Et ad tollendam hanc dubitationem & iuris difficultatẽ, præſupponens eſſe prælegatum, & non inſtitutionem, ſucceſsit aurea, & nota.no-
151 uaq; deciſio ordinationis Tauri. † le.24.qua diſpoſitũ eſt, ꝙ irrito, vel rupto teſtamento ex cauſa præteritionis, ſiue exhæredationis, conſeruatur d.melioratio tertię, & quintæ.Ecce ergo, ꝙ intantum dubitabatur inter antiquos, ꝙ rupto teſtamẽto, rumpebatur inſtitutio, ꝙ etiam fuit neceſſe facere legem ſuper cõſeruatione tertiæ & quintæ. licet magis vera & cõmunis opinio erat, ꝙ dicta melioratio erat prælegatum, & nõ inſtitutio, vt notatur in illa gl.

Stat ergo ad firmitatẽ exhæredationis oportere cauſam iuſtam exprimi à teſtatore. Quæ autem ſint iuſtæ cauſæ, habes in §.cauſas.in auth.vt cum de appel.cog. Sed cũ pater filiam, quia in ſuum corpus peccauit, exhæredat, dubitatur, an vnicus coitus ſufficiat. Quòd omnino nego.
152 Quia ad hoc vt pater poſsit † filiã exhæredare, non ſolum requiritur, ꝙ ipſa filia cum aliquo ſe carnaliter copulauerit, ſed requiritur, ꝙ ſit meretrix, & quòd ſui corporis quæſtũ faciat, ſic ꝙ ſe proſtituat in loco lupanario, vel in alio loco cauſa quæſtus. Et ꝙ hoc ſit verũ, manifeſte probant multa iura. Primò hoc probat tex.C.de inoffic. teſta. l.ſi filiam.cuius verba ſunt ponderanda ibi. Si filiam tuã eo ꝙ turpiter & cum flagitioſa fœditate viuit. Pondera verba ibi, turpiter & cũ flagitioſa fœditate. quæ fœditas proprie cauſatur in illo loco lupanario. Vnde Iuuenalis in ſatyra inquit.

Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem.

Et illum text.ſic intelligendo Bald.ibidem quærit argu. tex.in l.arenam.eod.titu.dicens. Quæro, pone ꝙ filia erat turpis vitæ, & mater exhæredat eam, agit filia contra teſtamentum, & hæredes ſcripti opponunt, ꝙ ipſa erat meretrix, ipſa replicat, ꝙ mater erat eiuſdem conditionis, & ideo ꝙ iuſta eſt replicatio. Ecce ergo ꝙ Bal. intelligit tex. meretrice. Sed certum eſt, ꝙ ad hoc vt mulier dicatur meretrix, requiritur ꝙ ſui corporis quæſtum faciat. text. eſt in l.palam.in princip.ff.de ritu nupt.vbi tex.innuit illam dici meretricem, quæ inhoneſte plures admittit cauſa queſtus. Et ad hoc commendat illum Abb.in c.cum decorum, de vita & honeſtate cleric.& in cap.inter opera. de ſponſa.& notat Salice. in l.quæ adulterium.C.de adulteri.Et ꝙ hoc ſit verum, hoc idem & apertius probat text. in allegat.§. cauſas, cuius verba ſunt multum ponderanda & attendẽda, ibi. Si alicui ex prædictis parẽtibus volẽtibus ſuæ filiæ, vel nepti maritum daret & dotẽ ſecundũ vires ſubſtantiæ ſuæ pro ea præſtare illa nõ conſenſerit, ſed luxurioſam degere vitam elegerit. Ecce ergo ꝙ ad hoc vt ſit iuſta cauſa exhæredationis, requiritur electio vitæ luxurioſæ. Quæ enim poteſt dici eligere vitam luxurioſam, niſi illa, quę ſui corporis quæſtũ facit, & omnibus perſonis ſe proſtituit? Nam alia, quæ forſitan non libidinis cauſa, ſed potius ab inſidijs nequiſsimi hominis fallitur, non tanta culpa ei imputanda, argum.tex.in l.vna in fine.C.de raptu virgi.

Et vltra ſuprà dicta, ꝙ ſint vera, & ſine ſcrupulo proce-
153 dant, alleg.in terminis leg.parti.eadẽ 6.partita.titu.7. † l.5: quę hoc clariſsime decidit, & nihil in opinione reliquit, & ibi, E otro ſi, quando el padre quiſiere, que caſe ſu hija, è la dotaſſe ſegund la requiza, que el ouieſſe, è ſegũd que pertenecia a ella, è aquel con quien la queria caſar, ſi ella contra ſu voluntad del padre dixeſſe, que no queria caſar, è deſpues deſto hizieſſe vida de mala muger en puteria, poder la hija el padre desheredar per tal razõ. Ecce ergo, ꝙ dicta lex partit.intelligendo textum in d. §. cauſas, à quo originem ſumpſit, declarat, ꝙ ad hoc, vt filia poſsit exhęredari, requiritur, que haga vida de mala muger en puteria. quæ proprie dicitur eligere vitam luxurioſam, & ſic requiritur ꝙ ſit meretrix. Et ita debet intelligi dicta lex partitarũ in ſequenti deciſione, ibi. Si deſpues deſto hiziere ella yerro, ò enemiga de ſu cuerpo. Qui error debet intelligi ſecundũ præcedentẽ diſpoſitionẽ.ſ.haziendo vida de mala muger en puteria.cùm ſit notiſsimum iuris principium, clauſulam in fine appoſitam debere intelligi ſecundum pręcedentem.vt notatur in l.1.C.de liberis pręteritis.C.familię hercifcundæ, l.quotiens, per Bart.latiſsime in l.quæ ſitum. §.ſi quis.ff.de fundo inſtruct.per modernos in l.qui filiab. ff.de legat.1.& in l.ſub prætextu. la primera.C.de tranſac. & in alijs quampluribus locis. Nam & ſimiliter clauſula appoſita in principio cuiuſq; diſpoſitionis, refertur ad oĩa capitula, vel membra, quæ ſequuntur, vt in l.& ſi pepercit.§. filius intermedios.ff.de liber.& poſthu. vbi plene traditur per omnes ſcribentes, cuius rei illa ratio eſt. Quia cuiuſq; rei initium reſpicit omnia ſequentia, non ſecus, q̃ finis oĩa pręcedentia, & conſequenter: initium ad omnia ſequentia, & finis ad omnia præcedentia referri debẽt l. ſi quis ex argentarijs, §.ſi initium tabularum.ff.de edendo. Eſt & altera ratio, quia cum clauſula ponitur in principio, non apparet vlla ratio, quare ad vnum ex ſequentibus potius referatur, quàm ad aliud, vnde pariter ad omnia refertur.

Et iſta etiam datur ſolutio ad textum in dic.§.cauſas.in ſecundo reſponſo, & ad omnes gloſſas, quæ dicunt, ꝙ filia, quæ in ſuum corpus peccauit, poteſt exhęredari. Nam hoc peccatum debet intelligi ſecundum quod dictum eſt in loco meritricio, cum omnes iſtæ gloſſæ, quæ hoc dicũt, allegẽt textum in allegato.§.cauſas, & ſit vulgare, ꝙ gloſſa debet intelligi ſecũdum legem, quam allegat. Et ſic intelligitur gloſ.Bernard.in cap.Quintauallis, de iureiurando in fi.Imò plus volunt dicta iura, vel ſaltem pręſupponunt, ꝙ non ſolum requiritur, ꝙ filia ſit meretrix ad hoc, vt poſsit exhæredari, ſed etiam, quòd à parentibus moneatur, dicẽdo, ꝙ eã volunt matrimonio collocare, & ꝙ, non obſtante dicta monitione, ipſa eligat vitam luxurioſam. ibi, dicta lege partitarum. Si ella contra voluntad del padre dixeſſe, que no queria caſar. Quæ eſt reſponſio monitionis factæ per patrem volentem eam matrimonio collocare. Idem probat text. in allegato.§.cauſas. Cum ergo in præſenti non fuerit monitio iſta, imò & pater, & dictus teſtator non appoſuit cauſam de contentis in iure, & ſi dicatur, ꝙ ſit probata, fuit nulla exhęredatio. vt probatur aperte in l.omnimodo.C.de inoffi.teſtam.& in d.auth.non licet, & apertius in l.8.eiuſdem tituli, & partitæ, ibi. Mas ſi poralguna otra razon qualquire que no fueſſe de las ſobredichas en eſtas leyes, desheredaſſe el padre à ſu hija, no le valdria tal desheredamiento.
154 Nec ſuprà dictis † obſtat ſi dicatur, ꝙ cũ ſit de iure cautum, ꝙ ſi filia ante vigeſimum annum contrahit matrimonium poteſt exhæredari, vt in authẽt.ſed ſi poſt viginti.C. de inoffi.teſtam. ꝙ eadem ratione poſsit etiam exhæredari & ſi ſemel coitum cum aliquo faciat, vel ſi ſe immiſceat. Quoniam iſti obiectioni facilis eſt reſponſio. Primò, quia cum exhęredatio ſit pœnalis & odioſa, vt d.le.cum quidã. ff.de liber.& poſthu.in pœnalibus & odioſis nunquam ex identitate rationis ſit legis extenſio.le. ſi vero.§.de viro.ff. ſolu.matr. vbi latiſsimè per repetentes, & per modernos in auth.quas actiones.C.de ſacroſan. eccl.maxime per Iaſ. 6.& 7.col.& notant Ioan.Faber. & Angel.in §.ſequens il-la diuiſio.Inſtit.de actio.& eſt gloſſ.Ioan.Andr.in regula. In pœnis de regul.iur.in 6.& Cardina.in cap. inquiſitioni, & in

& in c.bonæ.de electio.vbiq; est vera & communis conclusio, ꝙ in pœnalibus non fit leg.extensio ex paritate, vel ex identitate rationis. Secundò, ꝙ posito, quòd sit licita in pœnalibus leg.extensio ex paritate rationis, hic tamen nõ est paritas rationis, imò est multum minor ratio, quàm in casu, quo filia contrahit matrimonium ante vigesimum-quintum annum sine patris consensu. argum. l.3.§.si emãcipatus.ff.de contra tabulas.

Stat ergo ex superioribus, ꝙ filia non potest exhæredari ex vnico coitu. Vnde similiter ei non poterit dos denegari, quia in hac materia dos legitimæ æquiparatur. vt tradunt Bart. Imol. Paul. & alij in l. Titio centum in §. Titio genero.ff.de condi.& demonstr. in simili per Alberi. in 1. parte statu.quæst.40.idem in l.1.§.ius nat.ff.de iust.& iur. Couar.in 4.par.2.c.8.§.6.num.4. Abb.in c.fin.num.22.de de consuetu. Rochus ibid. fol.45.

Qua ratione idem quoq; in alimentis dicẽdum est, quę doti, & legitimæ æquiparantur, vt per Bart. Imol. & Paul. in d.§.Titio genero.in simili per Deci.consi.180. & cõsi. 181. Ripa lib.3.respon.ca.15.per doct.in l.si quis à liberis. ff.de liber.agnoscend. Deci.& eius addi.in l.iura sanguinis. ff.de regu.iur. Quod nota, quia nil vsitatius.

Vnde cum iure canonico filiæ natæ etiam ex damnato coitu debeantur alimenta, vt in ca. cum haberet.de eo qui duxit in matrimonium, super est, vt tali filię ex vnico coitu talia alimenta denegari non possint.

Qua ratione idem quoq; dicendum est etiam in dote, quæ loco alimentorum tali filiæ debetur, per d.c.cum haberet, secundum plerosq; doct.ibi, & argumento eorum, quæ tradunt docto. in simili per text. ibi in d.l.si quis à liberis, & quæ suprà diximus.

Proinde cum iure etiam Cæsareo secundum receptiorẽ
157 sententiam tali filiæ natæ etiam ex † dãnato coitu debeãtur alimenta, vt tenuit glo. Card. & Abb. in d.c.cum haberet. Fortuni.de vltimo fine, illati.7. Abb. consi.115.& cõsil.50.& lib.2. Alciat.lib.4.parergon.cap.5. Corsetus in repert.verb.alimenta.col.2. Ripa.in l.si vnquam.C.de reuo. donat.q.27. Couar.in d.lib.4.part.2.c.8.§.6. Io. Lupi.in c. per vestras.de donatio.inter virum.3.nota.§.9. nume.14. Dec.in c.clerici, col.2.de iudi. Barto.in auth.ex complexu. C.de incest.nup. Proinde (inquam) infertur talia alimenta huic filiæ etiam iure Cæsareo non posse denegari ex vnico coitu. Licet superior communis opi. apud me vera non sit, vt infrà dicam, quod not. quia nihil frequentius.
158 Vnde eadem ratione † subinfertur, ꝙ etiam iure ciuili non poterit ei dos ex tali vnico coitu denegari, cum dos, & alimenta hac in re, vt modò diximus, exæquentur.
159 Vnde subinfertur, quòd talem † filiam sic errãtem hęredes patris tenebuntur dotare, & alere, vt in simili per ipsum Couar. vbi suprà num.17. Ioan. Bapt. de S. Seue. in l.si qua illustris, col.pen.C.ad Orfi. Soci.consi.161.lib.2. Bart. in d.l.si quis à liberis.§.item rescripserunt. Ripa vbi suprà q.27. Mathese.not.148. Soci.consi.161.libr.2. Quod iure canonico cum communi opi. admitterem, sed iure ciuili contra mentem communis impugnarem, quia de iure ciuili non habet locum hac in parte d.c.cum haberet, sed seruanda est d.auth.ex complexu, vt resoluimus infrà nume. 313.cum sequen.
160 Vnde filiæ † taliter erranti, & peccanti licet de iure canonico ab auo, & auia, tam paterno, q̃ materno debeantur dos & alimenta, vt per Abbatem in d.c.cum haberet, col. fi. Socin.& Couar. vbi suprà nu.16. Bart.in l.pen.ff.de libe. agnoscen. Cinus in l.2.C.de alendis liberis, tamen de iure ciuili secundum nos contra mentem communis opin. tenerem non deberi dotem, aut alimenta, per d.authent.ex cõplexu l.5.titu.19.parti.4. quæ iura non corriguntur per d.c.cum haberet, vt probauimus in d.nu.313.cum plurib. sequen. Quod nota, quia nihil frequentius, quàm filias sic errare, deinde de earum legitima, dote, & alimentis denegandis agitari.

Sicq; similiter infertur, ꝙ licet † donatarius omnium bonorum teneatur alere & dotare filiam donatoris natam etiam ex damnato coitu de iure canonico, vt per Couarr. vbi suprà, quod procedit etiam in filia taliter peccante, tamen non sic erit de iure ciuili secundum nos, argumento eorum, quæ differimus in d.num.313.cum plur. sequenti.
161 Postremò infertur, ꝙ monasterium † cum cõpellatur filios etiam spurios alere illius monachi, cuius bona quæsiuit, vt per Couarr. vbi suprà, id procedit etiam in filia taliter peccante, quod ego agnoscerem in terminis iuris canonici, non sic in terminis iuris ciuilis, per superiora. Quæ oĩa nota, quia nullibi ita collecta, aut declarata inuenio.
162 Stat ergo ex superioribus, quòd per præteritionẽ, † vel exhæredationem filiorum non solenniter factam vitiatur testa. ipso iure quo ad institutionem, non quo ad reliquas testamenti partes. Quæ conclusio bene probatur in text. authen.ex causa.C.de liber.præter. iuncta glo.irritum.ibi, ipso iure, concordat authen.non licet, eod.& auth.vt cum de appe.cog.§.aliud quoq;, &.§.causas, collat.8.leg.1.& 2. titu.8.part.6.

Hæc conclusio intelligitur multipliciter. Primò, quòd pręteritio patris erga filium in potestate vitiat ipso iure testam. Quod sine dubio verum est, & erat etiam olim, vt per totum. C.de liber. præter. & ferè per totum suprà de posthum.hæred. instituen.& ferè per totum.ff.de liber.& posthum.& per totum.ff.de iniust. rupt.

Secundò intelligitur, quòd etiam hodie per nostrũ tex. in dic.§.aliud, & conc. præteritio patris erga filium etiam emancipatum vitiat ipso iure testam. si in testamento nõ fuerit expressa iusta causa præteritionis. Quod in specie tenuit glo.in authen. de heredi.& Falci.§.exhæredatos, in verbo.noluit.collatio.1.& glo.2. in princ. Instit.de inoffi. testam.& sentit ibid.glos. mag.quas glo.dicit communiter approbatas Ias.in auth. ex causa, col.3. & Ias.in authẽ.non licet eod.tit.col.3.& Ias.in l.si mater.ff.de vulga.& Ias.in l. in suis colum. fin. ff.de liberis & posthumis & Iaso.in leg. posthumo nato nu.18.C.de bon. poss.cõtra tab.& Crottus in le.Gallus.§. & quid si tantum nume.52.ff.de libe.& posthu.& Ang.de Peri.in trac.suitatis.quæst. fin.& Alex. in d.l.in suis, nu.12.& Paul.in d.l.si mater. de vulg.& Bart. in auth.ex causa.nume.12.quem sequuntur omnes ibid.& etiam Curti. Iuni. Corne.& reliqui ibi.& alij quamplures, quos retulimus in princip. huius.§.

Vnde infertur, ꝙ hodie est correctus totus tit. ff.de bo. poss.contra tab.& totus tit.C. de bon. poss.contra tabu.& totus tit.ff.de leg.præst.& totus tit.ff. de coniung.cũ emãci.lib.eius.& ferè totus tit.ff.de liber.& posthum. Idq; fatẽtur ingenue omnes prædicti authores, quòd quàm absurdum sit, euidentius est, quàm longa probatione egeat. Tenendo cõtra communem, ne totum ferè ius ciuile per tex. illum subuerti videatur, superest, vt respondeamus ad d.§.aliud quoq;, vnde sumpta est authen. ex causa authen. non licet eod.tit. nam remoto illo text. communis opinio sine fundamento manebit.

Tertiò principaliter nostra conclusio intelligitur in fi-
163 lio à matre † præterito, qui licet olim pro exhæredato habebatur, vt §.fi. Insti.de exhæredatione lib.sicq; solã querelã habebat, vt in l.filiam, vbi gl.C.de inoffi.testa. tamen hodie si non exprimatur iusta causa præteritionis, testa. fit ipso iure nullum, vt ibidem, & sic non querelam (quæ vt dixi supponit valere testa.) sed tantum ius dicendi nullum habeat, ita in specie tenet d.glo.in d.§.exhæredatos, quam cõmuniter app.dicunt omnes, quos allegaui suprà in princip. vtrunq; falsum est secundum nos. Quia in dic.§.aliud quoq;.vnde sumuntur nostræ authenticæ, fuit sensus, ꝙ in quibus casibus olim competeret querela, nisi filius integram legitimã titulo legati habuisset, in ijs casibus hodie etiam si integram legitimam habeat, querela cõpetat, ergo vt olim filio à matre præterito dabatur querela, nõ ius dicendi nullum, ita & hodie querela dabitur, non ius dicẽdi nullum, quia iura noua non excludũt querelam, sed potius eam admittunt, etiam vbi olim excludebatur.

Nam

Nam cum iure. ff. filius vtcunq; iniuſtè.i.nulla ex cauſa
exhęredatus,ſi tamen haberet quouis titulo integrã legi-
timam,querelam contra teſta.patris mouere non poſſet l.
cum quæritur l.parentibus.C. de inoffi. teſtam.l.Papin.§.
quarta autem , & §.quoniam autem quarta.l.ſi non mor-
tis.ff.eod.§.fin.Inſtitu.eod.dixi ſuprà §.10.hodie per d.§.
aliud quoq;,denuo inductum eſt, vt licet integram legiti-
mam titulo ſingulari recipiat, poſsit adhuc querelã mo-
uere , niſi expreſſa legitima cauſa exhæredatus proponа-
tur, teſtamentum, tamen mero iure valere non deſinebat
interea,quod attigimus ſuprà in princ. huius §.

Quartò principaliter noſtra cõcluſio intelligitur in ma
164 tre præterita † à filio, quæ olim licet habebat querelã cõ-
tra teſta. filij, quia præteritio filij erga matrem habebatur
pro exhæredatione, ſicq; matri præteritæ dabatur quere-
la non ſecus q̃ ſi foret exhæredata.l. cum filiũ.C.de inoffi.
teſtam.tamen hodie per noſtrum text.& conc. non habet
querelam,ſed ius dicendi nullum:nos contra,ꝙ querelam
habeat hodie non ſecus,q̃ olim. hoc primò contra cõem .
Quodq; vt olim non habebat ius dicendi nullum, ita nec
hodie habeat,hoc ſecundò contra cõmunem.Mouemur,
quia iura noua non excludunt querelam,ſed potius eã ad-
mittunt in vno caſu , in quo olim excludebatur.ſ.quando
exhæredatis fuit relicta integra legitima . Vnde & tertiò
ſubinfertur contra communem,ꝙ vt olim mero iure va-
lebat teſt.filij,in quo mater fuit præterita, ita & hodie va-
leat,licet querelari poſsit,non ſolum quando mater nil re-
cepit à filio , ſed etiam ſi ab eo recepiſſet integrã legitimã
iure legati,quod ſolum nouæ.ll.inducunt. Neq; ad rẽ per-
tinet, ꝙ ſi ſine iuſtæ cauſæ expreſsione fiat exhæredatio ,
tunc mater ſimulac querelã mouere incipiat,etiã ſi ſe gra-
tam erga filium non probauerit , adhuc ſortinebit , vnde
conſequẽs videbatur, vt tale teſtamentũ ipſo iure nullum
diceretur,qñ in manu eſt ipſius matris pręteritę illud anul
lare.Sed reſpondeo nihil eſſe . Nã & olim longe ante Iuſti
nianum per legẽ Conſtantini Imperatoris liberi & parẽ-
tes exhæredati,vel præteriti ingrati non præſumebantur,
& per l.omnimodo,& l.liberi.C.de inoffi. teſta.contrariũ
probari non poterat per hæredes ſcriptos, qñ ingratitudi-
nis cauſa in genere, vel in ſpecie in teſtõ expreſſa non fuit,
& tamen tũc mero iure teſtamentũ nõ deſinebat valere ,
licet propoſita querela victoria neceſſario ſequutura eſſet.

Quintò principaliter noſtra cõcluſio intelligitur, vt li-
165 cet olim ſi pater erat † præteritus à filio emancipato va-
lebat teſt.mero iure, & competebat querela l.pater filium
ff.de inoff.teſta. tamen hodie ipſo iure non valeat,vt d.au-
then.non licet,& ſic non competat querela,ſed ius dicen-
di nullum.Nos autem tenemus cõtrà per ſuperiora, vt te-
ſtam.etiam hodie valeat mero iure.hoc primò contrà cõ-
munem.Et vt competat querela hodie ſicut olim,d.le.pa-
ter filium.ff.de inoffic.teſta.hoc ſecundò contrà commu-
nem . Et vt non competat ius dicendi nullum ſicut olim
non competebat, hoc tertiò contrà communem .

Id quod vltra ſuperius adducta ſatis probatur in d.auh.
vt cum de app.cog.§.cauſas in fi. verſi.ſi huiuſmodi igitur
cauſas,vbi dicitur.Si huiuſmodi igitur cauſas, aut certas ex
his,aut vnã liberi in ſuis deſcripſerint teſtamentis, & hæ-
redes,vel omnes,vel certas,vel vnam comprobauerint,vt
teſtam. in ſua firmitate permaneat præcipimus, ſi hæc ita
obſeruata non fuerint, ne vigorem huiuſmodi habeat te-
ſtam. ſancimus quo ad hæredem inſtitutionem quin ſub-
uerſo teſtamento , &c. Quibus verbis apertiſsime hi duo
caſus æquiparantur , vel ꝙ legitima cauſa exhæredationis
expreſſa nõ fuerit, vel ꝙ expreſſa fuerit, ſed ab hærede nõ
probata,ſed eo caſu,quo expreſſa eſſet,indubitanter ſecũ-
dum omnes valeret teſtamentum , licet hærede non pro-
bante,per querelam ſubuerteretur teſtam. ergo idem & ſi
cauſa legitima expreſſa non fuit. Idem probatur in §.ſiue
igitur,eod.modo inducendo,in d.authen.

Stringe , quia vna determinatio reſpiciens plura deter-
minabilia, &c.vt l.2.& l. quãuis.C.de impub.l.iã hoc iure
ff.de vulg.ſed d.authẽt. in locis ſuprà perpenſis pariter de-
terminat illos duos caſus, ꝙ cauſa expreſſa non fuerit , vel
ꝙ fuerit,ſed non probata,ergo pariformiter intelligi debet
eos caſus determinaſſe.Pro nobis tex. expreſſus in c.quã-
uis de pact.in 6.tex.clarius in cap. Rainutius de teſtam.vt
ea iura induximus ſuprà num.12. cum pl.ſequen. & 6.ſu-
prà.§.11.num.5.cum ſequen.

Item per eandem noſtram cõcluſionem capiendo tex.
d.authẽ.in verbo, exhæredatio.cum conc.ſuprà allegatis,
tenent omnes ibid.& vbiq; quos citaui ſuprà, in princi.ꝙ
licet aliquis ex liberis, † vel parẽtibus ſit iuſta ex cauſa ex-
hæredatus , ſi tñ ea cauſa non fuit expreſſa in teſtamento,
vitiatur ipſo iure teſta.hoc primò.Et competit ius dicendi
nullum,hoc ſecũdò.Et non competit querela, hoc tertiò.
Quę tres concluſiones intelliguntur primò,quando filius
in poteſtate fuit exhæredatus.Secundò,quãdo fuit exhæ-
redatus filius emãcipatus. Tertiò,qñ fuit exhæredatus pa-
ter in teſtamento filij emancipati . Quartò, qñ fuit exhæ-
redatus filius in teſtamento matris . Quintò,quando fuit
exhęredata mater in teſtõ filij.Hæc omnia falſa ſunt ſecũ-
dum nos. Nam ꝙ cauſa exhæredationis nõ fuerit expreſ-
ſa, non eo pertinet, vt teſta.ſit ipſo iure nullum,ſed eo tan
tum,vt competat querela,eo ꝙ cauſa non fuit expreſſa, ẽt
ſi iuſtiſsima cauſa fuerit exhæredandi. Neq; ad rem perti-
net,ꝙ ſæpe in d.§.aliud quoq;, dicitur non licere.Nam il-
la iura vlterius non procedunt declarando quam pœnam
ſubibit,qui contrà fecerit, doctores intelligunt non licere
ſub pœna anullationis teſtamenti ipſo iure irrogatæ,quod
eſt contrà naturam illius tituli in d.auth. vt cum de appell.
cog.in quo agitur de querela inoffi. teſta.& ſic ſupponitur
primordialis teſtamenti validitas.Nos autem intelligimus
ſecundum naturam illius tituli , & ſecundum ſubiectã ma
teriam non licere ſub pœna non anullationis ipſo iure ir-
rogatæ,quod eſſet pręter ſubiectam materiam,de qua ibi
agebatur,ſed ſub hac pœna, vt ſi contrà fieret , tunc teſta.
ſubiaceat querelæ,qua propoſita, præteritus, vel exhære-
datus , etiam ſi nihil probauerit cõtra hæredem ſcriptum,
obtinebit . Quinimò etiã ſi ipſæ hæres ſcriptus velit onus
probandi in ſe ſuſcipere,non admittetur, vt ſuprà dixi per
text.in l.omnimodo.C.de inoffi.teſta. verſi.ſi tamen,iun-
cto verſi.ſi verò vel pręterierint, vbi etiam exhæredatus,
cui aliquid titulo legati, vel fideic.relictum eſt,ſi in genere
vel in ſpecie non fuerit in teſtamẽto expreſſa cauſa ingra-
titudinis,poteſt petere ſupplementum legitimæ,neq; hę-
redes admittuntur ad probãdam ingratitudinem illius ex-
hæredati,& tamen teſtamẽ.mero iure valere non deſine-
bat.Sic ergo & in ſpecie noſtra mero iure teſta.valere non
deſinit,propterea,ꝙ cauſa exhæredationis,vel pręteritio-
nis teſtamento expreſſa non fuerit,etiam ſi per hoc indu-
bitatum ſit teſtam. infirmandum eſſe querela propoſita.i.
ſimul ac querela ꝓpoſita fuerit. Deniq; pro nobis eſt text.
expreſſus,qui noſtrum intell.ad d.§.aliud quoq;,probat in
l.ſi quis in ſuo §.legis.C.de inof.teſta. vbi Iuſtinianus de-
nuò induxit non licere poſthumum , vel infantẽ odio pa-
tris ſui exhæredari,quem tamen conſtabat etiam ſine vlla
cauſa poſſe exhæredari quo ad teſtamenti primordialẽ va-
liditatem.per totum.C.de poſthu.hær.inſtit.per totum ſo-
rè.ff.de liber.& poſthu.§.poſthum.Inſtitu.de exhær.libe.
Vnde ibi intelligitur nõ licere,nõ quidẽ ſub pœna annul-
lationis ipſo iure irrogatæ , ſed ſub pœna reſciſsionis non
abnegandæ,ſi quando querela propoſita fuerit, vt ſic text.
ille intelligatur ſecundum ſuum titulum & ſubiectam ma
teriam,iuxta l.Imperatores.ff.de in diem adiect.l.ſi vno.ff.
locati.& ita intellexit Viglius in rub.Inſti.de inoffic.teſta.
poſt alios,licet nullibi ita declaratum inuenies .

167 Exhæredatio autem eſt † quadrupliciter conſideranda.
Aut.n.eſt iuridica, & iuſta, aut nec iuridica, nec iuſta, aut
iuridica tantũ, aut iuſta tantũ . Primo caſu & ab initio va-
let teſtamẽtũ, & ex poſt facto non poteſt querelari. Secũ-
dò caſu ab ipſo initio eſt nulla, & habetur pro præteritiõe
l.nõ putauit.§.nõ quæuis. de contrà tab.ff. Tertiò caſu ab
initio

initio valet testamentum, sed querelatur. Vtq; sit iusta, tria concurrere debent, ꝙ sit expressa à testatore causa exhæredationis, quodq; ea causa iusta sit: quodq; deinde ab herede probetur. Sufficit autem expressam esse in genere. argum. l. omnimodo. C. de inoffi. licet in contrarium facit d. §. aliud. Ergo ex his tribus siue vnum deficiat, siue quędam, siue omnia, non per hoc fit minus solennis, vel nulla exhæredatio, licet fiat iniusta: sicq; non inducit nullitatem testamenti, sed tantum querelam inofficiosi.

168 Item est cōis post gl. d. §. † exhæredatos. ꝙ per præteritionem matris erga filium, causa non expressa, vitiatur testamētum ipso iure, & datur ius dicendi nullum, & cessat querela. Idē in præteritione filij erga matrē, & etiā erga patrem, & etiā erga fratres. Nos contrà in omnibus ijs. Et respond. ad §. aliud quoq;. quod loquitur quo ad hunc effectum, vt præteritio erga prædictos & si re vera fiat ex iusta causa, tamen si causa non sit expressa, nō noceat, sicq; non excludatur querela. Ergo ꝙ ibi dicitur nō licere hāc facere præteritionem sine causa expressa, potest intelligi non licere sub hac pœna, vt contrà id testamentum competat ius dicendi nullum, vel sub hac, vt competat contrà tab. vel vt competat querela. doct. generaliter, & semper, & indistinctè intelligunt vt competat ius dicēdi nullum. Nos idem, quando præteritur suus hæres, non alias, quod & olim erat. Quòd si emancipatus à patre pretereatur, tūc damus contrà tab. & ijs duobus casibus non loquitur d. §. aliud quoq;. Quòd si prætereatur posthumus, tunc similiter damus contrà tabu. & etiam ius dicēdi nullū. Sin autē exhæredatur posthumus, gl. in §. posthumi. Insti. de inof. testam. & in l. fin. §. fin. de liber. præter. C. & in le. si quis in suo. C. de inoffi. & in §. posthu. de exhæredatione liberorum. tenent quòd testamentum ipso iure rumpatur per natiuitatem eius, quasi illa exhęredatio sit nulla, cū non possit exprimi iusta causa exhæredationis, ergo, &c. vt dic. §. aliud quoq;. Infertur ꝙ posthumus exhæredatus non habet querelam, contra dictum §. posthu. nec ei exheredato potest fieri pupillaris, contra l. cum quidam. C. de legat. & §. non solum Instit. de pupilla. l. 2. §. plane posthumi. ff. de vulgar. Idemq; in impubere non doli capa. Nos contrà in omnibus. Et resp. quòd §. aliud quoq;. intelligitur quo ad hoc, vt illa exhæredatio habeatur nō pro præteritione, sed pro iniusta exhæredatione, vt sic fiat locus querelæ. Ad l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contr. tabu. resp. ꝙ loquitur in exhæredatione, quæ habet suas solennitates, non in præteritione, cui nulla vnquam accommodata fuit solennitas. Ergo per exhæredationem vtcunq; iniustam omne confirmatur ab initio testamentum, licet postea possit infirmari per querelam. Intellige primò in exhæredatione suorum. Secundò in exhæredatione emancipatorū. Tertiò in exhæredatione descendentium facta per ascendentes materni generis. Quartò in exhæredatione ascendentium maternorum facta per liberos. Quintò in exhæredatione filij erga patrē. Sextò in exhæredatione fratris erga fratrē. Quæ oīa contrà glo. approbat. in d. §. aliud. verbo, nominatim, dū ait, ꝙ sine expressione causæ exhæredationis, vel præteritionis testamētum est ipso iure nullum. Deniq; ad id quod suprà incidenter attigimus circa præteritionem emancipatorum, & ad glos. 1. in princ. Insti. de inoffi. testa. & gl. eundem in §. nostra. Instit. de exhære. libe. & gl. in auth. de hær. & Falc. verbo, noluit. §. exheredatos. est communis opi. glossarum & doct. quòd per præteritionem emancipati à patre factam vitiatur ipso iure testamentū: quodq; competit emācipato ius dicendi nullū: quodq; & tertiò cōpetit bon. poss. contrà tab. Nos contrà. Ad §. aliud quoq;. resp. ꝙ loquitur in ea præteritione, quæ habetur pro exhæredatione, qualis est præteritio matris erga filiū, filij q; erga matrē, & etiā fratris erga fratrē, & ēt filij erga patrē, argu. l. pater filiū, secundum nostrū intellectum. ff. de inof. test. vt illa non licitè fiat, si non exprimatur causa, saltē in genere, vt si causa expressa nō sit, licet postea velit hæres iustam causam probare, non sit admittendus, vel admissus obtēturus non sit in querela. ergo iste, vt iniquè exhæredatus, vincet in querela. Non aūt loquitur in quibus casibus olim præteritio nō habetur pro exhęredatione, patet ibid. ibi, nec si per quamlibet donationē, vel legatū eis dederint legibus debitam portionē. Quorū verborū sensus est, ꝙ in quibus casibus olim prędictæ personæ præteritæ excludebantur à querela occasione integræ legitimæ eis relictæ quoquo titulo, in illis hodie etiā si integra legitima eis relinquatur, non aliter excludentur, q̄ si titulo institutionis relinquatur, vt sic præteriti querelam habeant, licet alias integrā legitimā recepissent. At in quibus casibus præteritio non habebatur pro exhæredatione, qualis est præteritio emancipati, in illis non sequitur ille tex. patet, quia emancipato præterito contratabul. dabatur per totum. C. & ff. de contratabu. etiam si alias integrā legitimam, vel plus habuisset. arg. l. fi. vbi Ias. col. 2. ad. fi. C. de contratabu. estq; expressum in l. ita tamen §. qui rogatus. ad Trebel. ff. Ergo ille textus, qui vult, ꝙ in quibus casibus olim per dationem legitimæ quoquo titulo assignatæ impediebatur rescissio testamenti, in illis hodie nō impediatur, debet necessario intelligi de rescissione, quæ per querelā fiebat, nō per cōtratabu. Secūdò dist. quia quę fiebat per contratabu. nō impediebatur per legitimam quoquo titulo relictam, licet quæ fiebat per querelam, impediretur, vt d. §. qui rogatus.

In militibus autem controuersum est, an iura noua videantur locum habere, vt eorum testamentum vitietur, nisi in præteritione causa exprimatur. Ergo videbimus quid iure vetere, deinde quid iure nouo.

169 Ergo præteritio † militis erga filium non vitiat eius testamētum, quia habetur pro exhæredatione. §. pen. Insti. de exhæred. libe.

Ampl. vt idem in præteritione erga posthumum. leg. si cum vel in vtero. in fi. C. de testam. mili.

Ampl. in præteritione circa adoptatum l. idem est. ff. de testam. mili.

Ampl. in præteritione erga filium, quem habere ignorabat, si hoc animo erat, vt vellet, ꝙ quisquis sibi nasceretur, exhæres esset l. qui iure milit. de testam. milit. ff.

Quartò ampl. vt procedat, etiam si non miles, sed veteranus decesit, infrà annum tamen missionis. §. sed hactenus. Institu. de testam. milit.

Quintò ampl. vt procedat etiā quo ad hoc, vt filius remoueatur à contra tabu. liberti. l. si patronus testa. in princ. ff. de bon. liber. l. Paul. 2. ad fi. eod. tit.

Limit. in eo, qui ignorabat se filios habere l. sicut certi l. si cum vel in vtero, in princ. C. de testam. mili.

Limit. in eo, qui tempore testamēti non erat occupatus in militia, sed iam veteranus erat. §. penul. Instit. de exhær. liber. à contrario sensu, & in §. illis autem, & §. sed hactenus. Instit. de mili. testa.

Lim. & cum tempore testamenti erat in militia, si tamē mortuus fuit post annum à tempore missionis. argu. l. Papinian. §. Papinia. ff. de inoffi. testa.

170 Limi. iure nouo, si non expresit causam † præteritiōis, auth. vt cū de appell. cognosc. §. & hæc quidē de parentū. & §. his casib. secundū cōes opiniones, & etiā vid. gl. in §. illis. Instit. de testa. milit. sentit gl. quæ cōiter appr. in auth. de hær. & Falc. §. exhæredatos. in verbo, noluit. Sicq; cōiter tenetur hac in parte cōmunem Iureconsultorum traditionem esse iure nouo correctam, quæ res cum penè incredibilis sit à mente Iustiniani processisse. argu. l. si quādo. in pr. C. de inoffi. testa. magis est, vt militis testamentū ipso iure valere non desinat, vt etiam in paganis diximus suprà. An autem subiaceat querelæ, diximus suprà.

Deniq; olim militis testam. si & in militia factū fuit, & 171 in † militia decessit, nō subiacebat querelę. l. fi. C. de inof. l. testamentum. C. eo. l. de inoffi. eod. l. Pap. §. Pap. ff. eo. l. si instituta. §. 1. eo. l. fi. C. qui testamēta face. pos. inter [illegible] simpliciter. & cū sit à patrefam. milite. vt d. l. ll. & cum sit à milite filiofam. dic. l. fin. d. l. testamentum [illegible] pen. [illegible] ibi, nisi in

certis

certis caſibus.C.qui teſtam.facere poſ. Item intellige non ſolum cum à militante fit,ꝙ is in militia deceſsit,ſed & cũ miles domi deceſsit,infra annum tamẽ miſsionis d.§. Papi.2.reſpon.nam & tunc non ſubiacet querelæ,vt ibi.facit l.ſi miles.ff.ad leg.Falcidiam l.ex militari. ff.de milit.teſta. ergo ſecus,ſi fiat à militante, qui tamẽ deceſsit domi poſt annum miſsionis.argu.dd.trium ll.& §.hactenus.vbi glo. Inſtit.de milit.teſta.Item & ſecundò ſubiacet querelæ,cũ fit non à militante,ſed à veterano,d.§.Papi.1.reſp. Quod intelligo, etiam ſi tempore, quo fiebat, eſſet infra annum miſsionis,argu.§.1.Inſti.de milit.teſtam.iuncto §.ſed hactenus.eod. Vides ergo, ꝙ ex quinq; caſibus in tribus eorũ teſta.militis ſubiacet querelæ de iure veteri. Ergo quod nouiter ait l.fin.C.de inoffic. & l.fin.C.qui teſta.fac.ꝙ teſtamentum in quaſi caſtrenſibus factũ non ſubiacet querelæ, eſt intelligendum non ſubiacere in quibus caſibus teſtamentum etiam in caſtrenſibus factum non ſubiacebat, ſecus in alijs,quod nominatim probat.C.de inoffi.l.fin.§. in his itaq; 2.Ergo text. in auth. vt cum de appel.cog.§.& hoc quidem de parentum . dicens ꝙ teſtamentum filijſa. in quibus caſibus pôt teſtari vel rebus, expugnabitur querela, niſi exhæredatio fiat ob cauſas ibi expreſſas, intelligendus eſt in quibus caſib. ẽt olim querela cõtra illud ex alijs plurimis cauſis poterat proponi, nõ in quibus caſibus non poterat, vt id tantum denuò adiecerit, ꝙ hodie facilius poſsit teſtamentum querelari quàm olim: quia hodie exhæredatio non approbatur,niſi fiat ex grauiſsimis cauſis,olim etiam ex leuioribus. Itaq; quo ad ortum querelæ nil eſt innouatum,ſed tantũ quo ad exitum,vt hodie effectum facilius ſortiatur querela, quàm olim. Vides ergo vt doct. qui hanc teſtamẽ.materiam voluerunt corrigere à ſufficiente partium enumeratione, certè minus ſufficienter partes enumerarunt.

172 Deniq; hac in re quia ſatis † incerta, dubia,& cõtrouerſa eſt,dic vt plenè ſuprà diſſeruimus.Et etiã ſimiliter præteritio matris maternorúmve parentum erga liberos,habetur pro exhæredatione, ideo non vitiat teſta.§.fin. Inſtit.de exhær.libe.

1.Ampl.ẽt in poſthumo matris ficto præterito, qualis eſt,qui naſcitur poſt factum teſta.ſi mater habuit ſpatium mutandi teſtam.l.ſi mater.in princ.C.de inoffic.teſtamen.

2.Ampl.in poſthumo matris vero,qualis eſt,qui naſcitur poſt mortem matris,execto ventre l.poſthumus.§.ſimiliq; modo.ff.de inoffic. teſtam.

3.Ampl.in filio,quem ſe habere ignorabat l.ſi inſtituta §.fin.l.cum mater.ff.de inoffi.teſtam.

4.Ampl.vt idem econtra in matre præterita filio l.cum filium.C.de inoffi.teſta.quam dicunt ſingula. Bart.Iaſo.& omnes.ibi.Nam licet(inquiunt) habemus plura iura dicẽtia, ꝙ præteritio matris erga filiũ ſit pro exhæredatione, tamen non habemus econtrà præter illam legem.

1.Limi.niſi præcederet aliud teſtamentũ,in quo eſſent inſtituti filij,quos quia mortuos putabat,aliud teſtamentũ fecerat,in quo eos prętererat,nam hoc caſu,quia poſſunt fingi inſtituti in poſteriore,ſuſtinebitur teſtamentum. argu.l.fin.ff.de hæred.Inſtit.

2.Limit.etiam ſi aliud teſtamentum non procederet, ſi tamen in hoc teſtamẽto alios filios omnes inſtituerat, tũc enim vt reliquos omnes inſtituit,ita etiam præſumã hunc quoq; inſtituturam fuiſſe, ſi mutare teſtamentum potuiſſet d.l.ſi mater.2.reſpon.

3.Limit.hodie quo ad legata.authen.ex cauſa. C.de lib. pręt.Idem olim cum per errorem præterijt l. cum mater. ff.de inoffic. teſtam.

4.Limit.vt hodie vitietur teſtamentum,niſi cauſa pręteritionis exprimatur,authent.vt cum de app.cog.§.aliud quoq;.ſecundum opin.cões.Sed Viglius in §.fin.Inſtit.de exhær.lib.in prin.& Inſtit.de inoffic.teſtam.tenet,ꝙ licet iuſta cauſa præteritionis non eſſet expreſſa, adhuc tamen non vitiaretur teſtamentum. Nam ꝙ ibi dicitur nõ licere pręterire, vel exhęredare liberos abſq; aliqua ex cauſis ibi inſertis, nõ eo pertinet, vt ſi contrà fiat,teſtamentũ vitietur ipſo iure,ſed vt expugnari poſsit per querelam tã cum nulla cauſa fuit expreſſa,quod olim nõ erat,q̃ cum expreſſa fuit cauſa, quæ non erat de ibi enumeratis. Quod probatur efficaciter,dum ait,niſi forſan probabuntur ingrati, & ipſas ingratitudinis cauſas parentes in ſuo inſeruerint teſtamẽto.Cũ.n.probatio ingratitudinis agitetur poſtquã mortuus eſt teſtator, & poſtquam ponimus pro conſtanti valere teſtamentum, eaq́; probatio fit, non quò magis ab initio valeat id teſtamentum,ſed vt poſtea non infirmetur querela, ita & inſertio earũdem cauſarũ, non quo ad primordialem teſtamenti validitatem, ſed quo ad irreuocabilem deſideratur. Et hãc opinionem ſemper ſequutus ſum in puncto iuris,vt ſuprà plenius attigimus.

Deniq; ſciendũ eſt in l. placet de lib.& poſth.ff.cũ ſeq.
173 enumerari perſonas† poſthumos inſtituere valentes,nũc ergo quæritur,an poſthumum fœmina inſtituere poſsit? Et gl.quã doct.ſequuntur in hac d.l.placet.tenet ꝙ ſic, vt concludit Iaſ.ibid.col.1.quẽ etiam ſequitur Hierony.Cucal.in additi.ad Decium in l.fœminæ.de regu.iuris,nu.49. verſ.34.quod & in d.l.placet,tenet Aret.per l.poſthumus, in fi.prin.verſ.ſimiliq; modo.ff.de inof.teſtam. & per l.ſed ten eſt quęſitũ,in fi.de lib.& poſth.ff.Contrariũ nonnulli tenent,Deciusq́; vbi ſuprà,quorũ opi.licet nil boni certe afferant,ſequor.Primò per d.l.placet,ni deſtruatur. Secundò per l.3.C. de inof.teſta. vbi mulieri expreſſum eſt ideò ſubueniri,quia in culpa nõ fuit, cũ moriens in puerperio, non habuerit facultatẽ mutandi teſtamentũ:at in culpa foret,ſi poſthumũ inſtituere poſſet.Et cũ in peculiare auxilium fęminis accõmodetur,non viris, ſatis inde docemur ipſas caruiſſe remedio inſtituendorũ poſthumorum, quo fruuntur mares. Tertiò, quia omnes leges de poſthumorũ inſtitutione loquentes ſignanter loquntur in maribus. Quartò induco pro nobis d.l.eſt quęſitum(tantum abeſt vt contrariã probet ſententiã) nã ibi planè probatur ſententia noſtra ſecundũ veriorẽ literam,quæ habet (plane) non maximè.Sed & ſi teneremus(maximè) adhuc idẽ foret.Nam ſi verum foret tã maſculos,quã fœminas poſthumos poſſe inſtituere,tũc ridicula eſſet dubitatio, vtrũ hermaphroditus eos inſtituere poſſet, cũ caſus omiſſus ſit in diſpoſitione iuris cõis,& magis ridicula diſtinctio,vtrum in maſculino,an in fœminino ſexu pręualeret,cum vtroq; caſu eadem parq; poteſtas foret. Quintò adduco d.l.poſthumus, (tantũ abeſt,vt contrariã opi. firmet)vbi poſthumus à matre ſimilibusq́ue perſonis ibi expreſsis inſtitutus de iure ciuili adire non poterat, ſed de iure prætorio ſecũdũ tab.accipere,quod & probat pr.Inſti. de bon.poſſ.ergo veriſsimũ eẽ apparet iure ciuili.ff.poſthumũ alienũ (qualis etiam eſt filius poſthumus reſpectu matris) non poſſe hæredem inſtitui, hoc primò. Poſthumus alienus,tam à maribus, q̃ à fœminis inſtitui poterat iure.ff.de iure prætorio,vt ſecundum tabu.haberet,d.l.poſthumus,d.pr.Inſtit. de bon.poſſ.hoc ſecundò. Is poſthumus iure nouiſsimo, quod Iuſtinianus primus introduxit, inuenitq́;: poteſt ẽt de iure ciuili inſtitui,& adire,vt d.pr.hoc tertiò. Vnde cogita,an euanuerit iam remedium d.l.3. vel ſi non euanuit, an etiam maribus communicari deberet. Indeq́; deriuatur iure. 12. tabularum non fuiſſe in vſu inſtituendorum poſthumorum facultas.Nam mas & fœmina l.12.tabularum exęquabãtur in ſucceſsionibus ab inteſtato,teſte Iuſtiniano,tam in l.fin.C.de lib.præt.q̃ in §.ſed hæc quidem vetuſtas,de exh. liber. & quia ea lege de ſucceſsione teſtamentaria cautũ erat,nil ideo Iuſtinianus de ipſius legis tenore, quæ ab inteſtato vigebat tantũ ad teſtamentarias arguit ſucceſsiones,adde Coraſ.in le.filiũ quem.in princ.C. fam.herci. Tiraq.in l.ſi vnquã,de reuocan. don.C.in verb. libertis,nu.89.vel 99.Modò ſic, cum l.12.tabularum vſus teſtamentorum non eſſet cognitus, non potuit fœminis ex illa l. competijſſe poſthumorum inſtituẽdorum facultas, hoc quartò. Vnde cogita, an poſtquàm Iuſtinianus poſthumum etiã alienũ inſtitui permiſit d.pr. de bon.poſ. Inſtitu.

Insti.per hoc iā fœmina licet suos posthumos habere non possit,tamen posthumum instituere possit (licet ante Iustinianum de iure ciuili, vt dixi, non posset) quod magis est, cum potestas, quæ etiam fœminis competebat tēpore,ff.de iure prætorio,vt d.l.posthumus, iam iure quoque ciuili concessa fuerit,vt d.prin.Insti.de pos.hoc quintò,facit optime l.3.C.de inoffi.testam.Cogita tamen.

Stat ergo ex superioribus, ꝙ iure vetere duodecim tabularum fœmina nō poterat posthumum hæredem scribere,hodie autem licet non satis expeditum sit,tamen magis in hanc partem inclinor vt possit.

Verū postquā ꝑ egimus de personis, quæ possunt posthumū hæredem scribere, superest, vt disseramus de effectu testamenti,in quo posthumus hæres scriptus sit.

154 Et primum testamētum † tollitur per secundū,in quo posthumos scripsit, qui eos habere nō potest l.si quis posthumos,in pr.ff.de liber. & posthu.

Ratio dubitandi,vt l.cum in secundo,& l.1.ff.de iniust. rup.& §.posteriore.Insti.quib.mod.testa.infir.& l.si filius qui in potestate, ff.de libe. & posthu.

Timore huius contrarij intell.dic.l.si quis posthumos, variatur tripliciter per gl.ibi. Nam est primus intell. ꝙ licet difficulter, tamen poterat saltem cum difficultate generare. Vnde infertur in fin.gl. mag.ibid.ꝙ si nullo modo eos habere poterat,& posthumos ex se natos scripsit, non valebit testam.Idem & nos,quando manifesta esset impotentia,secus si occulta.

Dic ergo.Castratus non potest posthumū scribere hęredē l.sed est quæsitum,versic.sed si castratus,ff.de libe.& posth.nec adoptare, §.sed & illud.Insti.de adopt.l.2.§.illud, ff.eod.nec matrimonium contrahere le.si serua,§.fin. de iure doti.ff.

Spado,qui ex toto virilitatem non amisit,vt l.Pomponius ff.de ædil.edict. sine dubio potest, vt l.sed est quæsitum,& d.l.Pomponius,& d.l.si quis posthumus.

Spado,qui ex toto virilitatem amisit, sine dubio potest posthumos instituere.Intellige primò in posthumis nepotibus secundū gl.l.Gallus, per totam.Secūdò in posthumis adoptādis,vt l.certū,ff.de iniust.rup.in prin.Inst.eod.Non aūt in posthumis ex se nascēdis, vt d.l.sed est quæsitū,secūdū gl.Bar. & oēs,& per rōnem dubitādi suprà signatā.Idē & nos,si defectus virilitatis erat certus,& manifestus,alias secus,vt d.l.posthumos,ibi, habere non potest,& l.sed est quæsitū,ibi,ætas vel sterilitas,sic ergo teneo contra primā gl.expositionē in d.l.si quis posthumos,ibi, nō facile,imò idē etiam si nullo modo. Tertiò pro nobis,quia spado est, qui virilitatē amisit l.4.ff.ad l.Corne.de sicarijs, sed spado potest posthumū instituere d.l.sed est quæsitū, ergo, &c. Itaq; si spado,cui testiculi sunt radicitus abscisi, vt sit indubitatū eū non posse coire, instituat posthumos simpliciter,valet sine dubio institutio, rūpitq; primū testa. secūdum & tertium intell.di.gloss. Quòd si referat se expressim ad posthumos ex suo corpore natos, non valet vt dixi in rōne dubitandi,quia indubitatū est ex eo testō hęreditatē adiri nō posse. Quòd si reuera testator nequeat generare,vel senio cōfectus. vel propter aliā occultā infirmitatem,vel morbū,tunc & valet institutio posterior, & reuocat priorem,quia licet reuera secunda institutio non possit confirmari aditione,tñ id occultum est, vt non tam ius,q̄ probatio deficiēs infirmet testa.Hæcq; est huius quæstiō. vtilitas, vt si testatori obijciatur se non posse posthumos ex suo corpore natos habere probabiliter id nil obsit. Et hoc est quod gl.d.l.si quis posthu.in fi.voluit, nam sensit, ꝙ secūdū primū eius intell. qñ instituit nasciturос ex suo corpore,nil valeat institutio.si manifestū sit,ꝙ eos nō potest habere.Sed dū pro se allegat l. sed est quæsitū,ibi magis probatur oppositum, dū loquitur de spadone, licet dū loquitur de castrato,probet idem quod gl.Et ille tex.dum loquitur de spadone, nego aliter intelligi posse, quàm de posthumo ex nepote nascituro, vel de arrogato iuxta secundum & tertiū intell.gl. nisi spadonē accipias eum, qui ex toto non abdicatur à generandi facultate, vt l.Pomponius,& le.sin autem.ff.de ædilitio edict. vbi probatur spadonē rectè dici eū, qui ex toto à generandi facultate abdicatur.& qui non ex toto. Ergo spadones, thibiæ, & similes,vt dd.ll.& l.5.& 6.ff.de sicari.quia non satis certum est ꝙ generare nequeant,possunt posthumos scribere. Quòd si certum sit eos posse licet difficulter generare, tunc omnes fatentur, ꝙ posthumos possint instituere.Si certū sit, ꝙ nullo modo possunt generare, tunc omnes fatentur,ꝙ posthumos instituere nequeant. Quòd si dubitetur possint vel non possint generare, cū ista sit quæstio facti, tūc valere institutionē posthumorū dicemus. Primò,quia in dubio pro validitate cuiusq; dispositionis est iudicandum l.si pars.de inoffi.testa.l.quoties.ff.de verb. oblig.

Postremò, quia omnes homines natura habiles creauit ad opus generandi, vt d.l.si quis posthumos. in princ.ff.de libe.& posthu. vnde pro testatore pręsumptio est, nisi cōtrarium certè & indubitatè probetur.

175 Deniq; quæri solet, an possim instituere † posthumū ex ea,q̄ vxor esse non pōt. Et dic ꝙ aut instituitur posthumus ex ea, quæ præsentialiter vxor nostra esse potest, aut ex ea,quæ nec præsentialiter, nec postea vxor esse potest, aut ex ea,quæ præsentialiter esse non potest, sed in futurū potest, honesteq; speratur.aut ex ea, quæ nec potest præsentialiter,& licet in futurū possit, tñ non honeste speratur.Primò casu sine dubio valet §. posthum.Insti.de lega. l.posthumum.ff.de libe.& posthu.Secūdò casu sine dubio non valet,vt §.sed si ex ea quā nefas. eod.titu.Tertiò casu valet,vt d.§.fi.& l.filius à patre. §.si quis eo tēpore.ff.eod. tit.de lib.& posthu.Quartò casu nō valet, vt §.sed si ex ea quæ alij nupta.suprà ead.l. si quis posthumos.ff.de libe.& posthu. Cuius rei ratio ea esse potest,ꝙ talem institutionem valere quodammodo contra bonos mores esse videretur, vt in dictis locis tradunt communiter doctores, & præsertim nouissimi in l.Gallus.in prin.ff.de lib. & posth.Simile in pacto de acq.hæ.viuentis,quod valere nō ꝑmittitur, vt in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb. oblig.l.fi.C.de pact.l.pactū quod dotali. eod.tit.l.pactum dotali.de collat.C.l.fin.ff.de suis & legit. hæredibus. Quia huiusmodi pactiones illicitæ & contra bonos mores reputantur,licet regulariter omnes pactiones admittantur l. necnon.§.quod eis.ff.ex quibus cau.maiores.

Deniq; in l.placet.ff.de libe. & posthu. planè probatur,

176 ꝙ institutio † posthumi indefinita trahitur ad omnē posthumum. Intellige ad omnem posthumum ex eadē vxore natum,vt l.placet.ff.de liber.& posthu. Secundò etiā ad natū ex alia vxore,vt l.ideoq;,& d.l.placet.in fi.Tertiò intellige in exhæredatione secundum gl.ibid.

Ratio dubitandi,quia sermo simpliciter prolatus, intelligitur de prima,seu vnica vice l.voues & hoc sermone.ff. de verb.sig.l. dotis promissio. ff.de iure dot.l.inter socerū. §.fi.de pact.dot.ff.l. si socius ꝑ filia.§. ꝙ si salua.ff. pro socio l.fideicō.§.si quis decem de leg.3.l.matrimonij causa. ff.qui & à quibus l.si quis hęredē.C.de insti. & substi.ergo posthumi īstitutio deberet intelligi de posthumo nato ex primo, non ex secundo matrimonio. Ratio decidendi, quia in fauorabilibus sermo simpliciter prolatus, non intelligitur de prima vice,vt l.si.seruit⁹.ff.de seruit.vrb.pręd. & d.le. si socius ꝑ filia. itaq; indefinita ex interpretatione æquipollet vniuersali, non solum inspecto tempore præsenti,sed etiam trahitur ad futura. quod multum nota.

Nostra cōclusio primò ītelligitur vt ꝓcedat in posthumo nato,siue ille masculus sit,siue fœmina,argu.d.l.si quis hæredē,facit l. tres fratres.ff.de pact.ad idem.l. cum inter. ibi,siue in masculo, siue in fœmina.C.de fideicom.libert.

Secundò intelligitur in pluribus posthumis natis, argu. l.cum inter.C.de fidei.liber.& l.si quis ita.ff.de testa.tut.§. si quis filio.& l.qui filiabus.§.1.ff.de le. 1.& de leg.3.si plures,& de verb. signi.l. Seruius ait.

Tertiò intellige non solum in primo fœtu eiusdē vxoris, sed etiam in secundo, vel vlteriore, vt d.l.placet.

Quartò

Quartò intellige etiam in poſthumo nato ex alio matrimonio, vt ibidem, & in l.ideoq;. eod. tit.

Quintò intellige in poſthumo non ſolũ vero, ſed etiã ficto, qualis eſt ille qui naſcitur poſt teſtam. ante mortem. argu.l.ſi quis ita.§.fin.ff.de teſta.tut.& melius in l.3.§.nominatim, de iniuſt.rupt.ff.facit d.l.3.§.poſthumos.

Sextò intellige etiã in eo, qui tũc tẽpore teſtamẽti nondum habebat vxorem, vel repudiata erat, d.l.placet. Ratio dubitãdi, vt per Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres, in prin. ff.de verb.per l.ſecundã.ff.de ſtat.lib. Item ſecunda rõ dubitandi, vt l.ſi quis poſthumos.in fi.prin.ff.de lib.& poſth.

Septimò idem in eo, qui per ętatem non poteſt generare, vt l.ſed eſt quæſitum.1.reſpon. ff.de liber. & poſthum.

Octauò idem in eo, qui per infirmitatem perpetuã nõ poteſt generare, vt ibid.§.ſpadonem.

Nonò idem in eo, qui generare non poteſt per temporalem infirmitatem l.ſi quis poſthumos, in princ.ibi, temporale vitium.ff.de liber.& poſthum.

Et per d.l.placet, patet, ꝙ (vt ſuperius viſum eſt) omnis maſculus poteſt poſthumũ inſtituere. Intellige primò in viro vxorato, vt ibid. Secundò in nõ vxorato, vt ibid. Ratio dubitandi, vt per Bart. col.8.in fin.l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.obli. Tertiò in eo, qui vxorem mutauit l.ideoq;.ff.de lib.& poſthu. Quartò in eo, qui per ætatem generare non poteſt l.ſed eſt quæſitũ l.ſi quis poſthumos in prin.eod.tit. Quintò in eo, qui per infirmitatem tẽporalem non poteſt generare l.ſed eſt quæſitum.§.ſpadonẽ, eod.titu. Sextò idem ſi ſit infirmitas temporalis, d.l.ſi quis poſthumos, ibi temporale vitium. Octauò intellige idem in muliere, vt in gl.2.d.l.placet. Nonò intellige tam in poſthumo nato, q̃ in poſthuma, argum.le.ſi quis ita, de teſta. tut.ff. Decimò non ſolum ſi vnus naſcatur, ſed etiã ſi plures, arg.l.cum inter.C.de fideic. libert. Limit. vt non procedat in caſtrato l.ſed eſt quæſitũ.ff. de libe.& poſthu. nec in poſthumo naturali tantum ſecundum Iaſ. in d.l.placet, num.16.de quo per Socin.in d.l.ſed eſt quæſitum, quid ſi poſthumi exhæredantur.

Ad testamenti primordialem validitatẽ,† & creationẽ oportet ne nutu fiat,sed palã,& dilucide l.iubemus vbi notant gl.& doct.C de testa. nisi ad pias causas ita glo.in cap. cum tibi de testam.quam sequuntur docto.ibi & Bal.in l. 1.col.2.in lectu.& in repeti.col.antepen.& ibi Fran.Areti. col.vlt.C.de sacros.eccl.& Bal. in l.si post diuisionẽ C. de iuris & facti igno. & in l.discretis,C.qui testam. fac. poss. & in l.2.& ibi quoq; Imol.d.de testam.& con.174.Petrus Ancharan.& Imol.in c.2.de testam.Imola in l.captatorias versi.sed iuxta prædicta d.de hęred.instituen.Ang.Alex. Corn.& Ias.in d.l.iubemus C.de testament.Ange.in le.in fraudem §.1.d.de militari testament.Calde.consil.4.titul. de testam.Barb.consi.43.col.5.& sequen.lib.3.Franc.Are. in l.1.col.7.ff.de testam.Ias.in l.licet col.1.C.de pactis,cõtrarium tamen tenent Bal.& Paulus Castr.in l.& in epistola,C.de fideic.& sane animus meus, & volũtas nostra qualis fuerit solus Deus optimus maximns certo scit & præterea nemo, vt nullo modo sanus ignorat & probat l. metum C.ꝙ metus causa,& lege dolum,C.de dolo,& l.pen. C.de euicti.sunt tamen signa & indicia quibus volũtas nostra,vel indicatur,vel patefit istorũ autem indiciorum nullum signum certius est,quã verba l.Labeo.ff.de sup.leg.admittuntur tamen & alia signa puta scriptura l.non figura, ff.de act.& oblig.l.1.2.& 3.ff.de procur.inst.de obli.ex cõsil.in pr.l.consensu ff.de act.& obli.& etiam nutus l.nutu, ff.de leg.3.signum nutus regulariter sufficit ad legata & fideicom.sed non ad hęredis institutionem d.l.nutu.iuncta d.l.iubemus,sed in testamẽto ad pias causas minor probatio,& certitudo sufficit cum iuri tantum gentium regulis non etiã iuris ciuilis subiaceat vt diximus,at iure gentium ea differentia institutionis,aut legati cognita non erat ergo eo iure inspecto, quòd signum sufficiens esset in dispositione legatorum sufficiens quoque foret,& in dispositione institutionis, ergo verior est communis opin. dummodo ille nutus esset satis dilucidus aliter enim procederet opin.contraria, quę opiniones hoc modo possunt, & debẽt conciliari,idemq; ijsdem rationibus,& in testamento militis, & in eo quòd fieret inter liberos admitterem, & in omnibus etiam in speciebus testamentorum informium,de quibus infrà lib.seq.sicq; erunt plures,quàm 30 limitationes huius requisiti.

Ad primordialem testamenti firmitatem, & creationẽ
33 ipsius desideratur † ne captatoria sit dispositio aliter.n.testamentum nõ valeret l.captatorie l.ille autem.l.illa institutio.ff.de hæred.inst.l.captatorias,C.de testam.mili.l.captatorie.ff.de lega.1. an autem captatoria dispositio tueatur fauore piè causæ ingens cõtrouersia est,vt disseruimus suprà §.17.num.83.vers.captatoria cum versi.seq. quibus adde Andream Tiraquel.de priuileg.pię causę,priuilegio, 64.nos autem in hac sumus sententia, vt sustineatur de iure canonico,arg.cap.cum tibi de testam.non sic de iure ciuili,argumen.dd.legum præsertim,dicta lege captatorias C.de testamen.milit.& quia illę leges generales compræhendunt omnes casus, & species etiam peculiare priuilegium habentes nisi in ea re qua de agitur reperiantur habere peculiare priuilegium l.in fraudem in fi. ff.de milit. testamen. Decius in l.1.& in le.nemo potest,ff.de regulis iuris Alciatus lib. quarto Paradoxorum cap. 10. idem Decius consilio quinto,& rursus in lege ex testamento C.vnde liberi Andreas Tiraq.de præscript.§.1.glo.11. Decius in cap.1.& in c.sedes Apostolica de rescript. Bald.in d.l.in fraudem, nec dubium est quin pia causa hac in re nõ reperiatur habere de iure ciuili speciale priuilegium,ergo, &c. sed illud reperitur quanuis non satis dilucide habere de iure canonico per d. c.cum tibi ergo eo iure valebit iure autem ciuili non vtique, & ita iudice me superiores varietates conciliare fas est. Fallit de iure etiam ciuili in 30 informium testamentorum speciebus de quibus lib.seq.per totum,quia vt contractus ita & testamen.in illis 30. casibus per alium fieri licebit, & sic pars affirmatiua in pia causa tueri potest si non adest aliud vitium nisi quòd per interpositam personam factum fuerit testamen.

Ad primordialem testamenti validitatem in testamẽto
34 in scrptis iure tantũ † Regio Hispanorum non etiam iure communi desiderari tabellionis non solum interuentum, sed etiam rogitum scripsimus supra 15.numero 117.versiculo deinde, & 18.nunc autem his addendum est tunc ẽt eius signaculũ ad testamenti validitatem desiderari, quia vbi tabellione opus est,ibi & eius signum necessarium est, sicq; erit requisitum,vt suprà §.14.n.125.sed & pręterea desideratur,vt vel propria manu testamentum scribat,vel si alius scripserit ipse quidem subscribat,vt & ibi plene peregrinus, quòd requisiti 35 loco haberi, & enumerari potest.

Præterea & ad testamenti primordialẽ creationem re-
35 quiritur ne testes testamentarij † fuerint compulsi,eorum enim compulsio vitiaret testamentũ,l.qui testamento, §. fin.ff.de testamen.nec putauerit quisquam id requisitum, & illud vt testes sint rogati idẽ esse,nam immo sunt diuersa.potui enim testes rogare,vt ad testatorem accederent testamenti faciendi gratia,& cum postea testis pœnituisset illum compellere(id ꝙ vidimus ex facto in testamento nobilis doctoris Beneu.)in hac ergo specie, & similibus testamentũ sane vitiaretur non tam ex defectu rogitus,quã ex interuentu compulsionis,sed præterea & 37. opus est, vt ad effectum hunc rogẽtur, vt præsto sint tanquã testes ad ipsum actum testandi,vt tradũt communiter doc. in l. Domitius Labeo.ff. de testa. id ꝙ plene tradidimus supra circa illud requisitum de rogitu testium §.12.prope finẽ, fallit forte in 30.testamentorum informium speciebus de quibus infra lib.seq.per totum in summa,& 38.requiritur vt is rogitus fiat,vel ab ipsomet testatore, vel ab alio iussu nam si iniussu ipsius fieret (hoc est ab alio testatote minime iubente testes accersiti essent) testamẽtum minime valeret,vt scripsimus suprà,circa illud requisitum de rogitu testium,quòd notandum est,quia contrarium sæpe fit, vt vidimus contigisse in testamẽto facto à domina Elena Menchacensi amita nostra, & in testamento alio quod fecerat hospes quidẽ meus in oppido quòd nuncupatur Alcala de Xuar.hęc tamen tria posteriora requisita, & etiam illud,vt temporis inscriptio exprimatur, & similiter illud vt postquam testamentum cõfectum fuerit ex integro relegatur coram testibus:crederẽ nihil ac minime desiderari in testamento ꝙ fieret à patref. inter liberos, aut in eo ꝙ fieret ad pias causas,aut in testamento militis, aut in testamento peregrini(hoc est illius qui nostro Imperio subditus non esset),aut in testõ cuiuslibet clerici,aut etiam in testamẽto cuiuslibet laici, qui terris ecclesiæ nõ ẽt Imperij subiectus esset,aut & generaliter de iure canonico ilthęc non requiri,& generaliter in omnibus testõrum specieb.

qu

quę informia esse diximus quorũq; plures, quã 30. species infra lib. seq. per totum enumeramus, crederẽ isthęc sex requisita, aut septẽ proxime enumerata nõ esse necessaria ꝑ iura, & rationes de quibus in ipsimet testamentorũ informiũ specieb. edocemur, & 6. supra §. 12. col. fi. nu. 75.

39 Pręterea ad primordialẽ testamenti † firmitatẽ requiritur non solũ solennitas ad testamentũ faciendũ sufficiens sed etiã ea quæ sufficiens est ad eã testamenti speciẽ quã testator facere destinauit, nec sufficeret omnẽ integramque solennitatẽ adfuisse si modo integra erat quo ad aliam tantum testamenti speciẽ non etiã quo ad eã quã testator facere destinauit, vnde si in scriptis testari destinaui, & adhibui solennia ad testm̃ nuncupatiuum idonea, minus tamẽ idonea ad testamentũ in scriptis cõficiendũ, nihil egisse videbor testamentumq; firmũ non erit, vt secundũ opinionẽ Bar. & multorũ in l. 1. §. si quis ita ff. de verb. obli. multi tamen tenent contrariũ adeo vt hanc contrariã partem cõiter approbatam esse adfirmauerit Ludouicus Gozadinus cõs. 3. n. 10. quibus nouissime ad docti. Hiero. Torniellum in rub. ff. de verb. obl. in illa, q. an si non valet ꝙ ego, vt ego valeat, vt melius valere posit dixi plenissime, suprà § 11. fere per totũ 1. retenta tamen (sine pręiudicio veri) sententiam existimantiũ hoc requisitum fore necessariũ eam limitabis, vt non procdat in omnibus 30. testamentorum informium speciebus de quibus infra lib. seq. per totũ mẽtionem habuimus.

40 Ad firmitatem testamenti exigitur non † solũ vt liberi, vel parentes instituantur, vel exhęredentur, vt plene diximus suprà §. 18. & §. 19. sed etiã ꝙ ex integra legitima instituti sint, aliter. n. si in minore portione, q̃ legitima instituti reperiãtur per querelã inof. testa. poterit id testm̃ subuerti l. cũ quæritur l. parentib. C. de inof. test. l. Papinianus, §. quarta autẽ & §. quoniã autẽ, ff. eod. tit. §. igitur inst. eo. tit. quã materiam plenissime peregrinus, suprà, §. 10. super rep. l. quoniam in priorib. C. de inoffi. testam. & aliquid attingimus infrà proxime super rep. auth. nouissima eod. tit. & infra §. 30. super rep. l. omnimodo eod. tit. 41. ad firmitatem testamẽti non solũ requiritur filiũ, aut parẽtes eius cuius de successione agitur fuisse, vel institutos, vel exhæredatos, & sic alternatiue, sed etiã oportet hodie, vt si exhæredentur sit in eo testõ expressa iusta causa exhæredationis, §. aliud quoq; capitulũ in authẽ. vt cũ de appe. cog. auth. nõ licet, C. de lib. pręt. quã rẽ plene peregrinus supra in 1. parte huius, §. 20. nec putauerit quisquam inter cęteras testamentorũ requisita non oportuisse cõnumerare ea quæ ad eius testamenti resolutionẽ vitandã pertinebant, sed ea duntaxat, quę ad eius creationẽ necessaria fuissent, nam nostratibus solenne est isthæc omnia coniũgere quo materiã qua de agitur facilius memoria complectatur, ita fecerunt Bar. & omnes doct. in l. 2. ff. de vulg. dum enumerant requisita pupillaris substitutionis idq; & alijs in locis, quæ non expedit enarrare, passim obseruant.

192 *Quanta sit liberorum legitima.*
193 *Naturalibus & incestuosis legitima nõ debetur, & sic non augetur.*
194 *Legitima non debetur filio naturali tantum cum cõi opin,*
195 *Monasterij legitima est hodie aucta cũ Salic. & Iaso.*
195 *Monasterium si prætentum fuerit rumpit testamentum cũ communi.*
197 *Legitima filij legitimati est hodie aucta cum cõi opi.*
198 *Legitima monasterij, & etiam legitima filij legitimati (siue per subsequens matrimonium, siue quouis alio modo) debent relinqui titulo institutionis, cum communi.*
196 *Quanta sit hodie nepotum legitima.*
200 *Legitima nepotum est hodie aucta, cũ communi, sub distinctione tamen.*
201 *Legitima adoptiuorũ est hodie aucta, cum Petro & Cino.*
202 *Legitima arrogati non est hodie aucta, cũ Petro & Cino.*
203 *Posthumorum etiam legitima aucta est.*
204 *Posthumorum legitima an iure regio sit aucta.*
205 *Exhæredatus non computatur in num. filiorũ quo ad augendam legitimam pro cõmuni contra Bar. Imol. & alios, & contra alteram commu.*
206 *Legitima vnius filij, cuius frater fuit exhæredatus, est triẽs cum communi contra alteram commu.*
207 *Ampliatio communis.*
208 *Ampliatio communis.*
209 *Legitima nec augetur, nec minuitur per eum filiũ, qui viuo patre à iure succedendi exclusus fuit cum commu.*
210 *Illatio communis.*
211 *Legitima est quota hæreditatis pro Alex. contra cõem.*
212 *Legitima nõ potest agnosci, & reliquũ hæreditatis repudiari, pro cõi contra Roma Ponta. Coras. & alios.*
213 *Legitima transuersaliũ an sit aucta, quòd sic cum communi contra Accurs. & alios.*
214 *Legitima transuersorum requirit titulũ institutionis, cum communi contra Bar. & Angel.*
215 *Frater institutus in legitima vel minore portione an cõtra cohæredẽ turpem possit querelam intendere.*
216 *Filius in legitima institutus caret querela, licet in residuo esset turpis persona instituta.*
217 *Quid si filio legitima integra non esset relicta.*
218 *Quid in patre ab emãcipato filio cũ turpi persona instituta.*
219 *Legitima quoquo titulo olim relinqui poterat.*
222 *Ampliatio. 1.*
221 *Ampliatio. 2.*
222 *Ampliatio. 3.*
223 *Ampliatio. 4.*
224 *Ampliatio. 5.*
225 *Ampliatio. 6.*
226 *Ampliatio. 7.*
227 *Legitima quare requirat titulum institutionis.*
228 *Testõ inter liberos facto, legitima debet relinqui tit. institutionis, pro communi contra Ias. Coras. & alios.*
229 *Intell. c. Rainutius. iure canonico legitima põt relinqui quoquo tit. contra magis communem qro Alex. & alijs.*
230 *Intell. c. Rainutius.*
231 *Legitima iure ff. quoquo titulo relinqui poterat cũ Accursio, & alijs contra magis communem.*
232 *Legitima quoquo titulo iure C. relinqui poterat cum cõi.*
233 *Iure autẽ legit posse relinqui quoquo titulo quo ad primordialẽ testam. firmitatẽ, cum Viglio contra communem.*
234 *Legitima fœminarum iure canonico, quoquo titulo relinqui poterat cum Alex. & alijs contra magis commu.*
235 *Legitima quare sit relinquenda titulo institutionis, communis ratio improbata.*
236 *Quare filius titulo vniuers. debeat habere legiti.*
237 *Statutũ est quòd stantib. masculis, & c. tunc dos fœminarũ non debet relinqui titulo institutionis cum communi.*
238 *Statuto stãte, quòd stãtib. masculis, & c. tũc filiab. nõ debetur legitima, cũ Bar. Pa. & alijs cõtra Bal. Sal. & alios.*
239 *Dotis nomine non minus assignandum est, quã sit legitima. in terminis superioris statuti cum communi.*
240 *Legitima per stat. aucta an sit relinquẽda titulo institutionis, quod sic contra quamplures.*
241 *L. 9. ti. 5. lib. 3. fori.*
242 *Legitima iure regio relinquẽda est titulo institu. cum cõi.*
243 *Intell. l. 9. ti. 5. lib. 3. fori.*
244 *Intell. l. 1. ti. 2. lib. 5. ordi.*
245 *Testamentum an iure regio valeat sine hæredis institutione noua declaratio.*
246 *Testamentum ad pias causas non requirit titulum institutionis, cum communi.*
247 *Titulus institutionis inducitur per illam clausulam, eo meliori modo quo potest, cum communi.*
248 *Titulus institutionis non inducitur quando cenũ filio relinqui, & prohibui plus petere, contra plures.*

249 *Titulus institutionis non inducitur per diuisionem omnium bonorum inter liberos.*
250 *Titulus institutionis omitti potest fauore liberorũ cum cõi.*
251 *Titulus institutionis suppletur per clausulam codicillarem, cum communi.*
252 *Titulo subst. vulg. legitima relinqui potest, cum communi.*
253 *Titulus fidei. vni. nõ sufficit ad legitimã, cũ cõi. cõtra Acc.*
254 *Titulus institu. inducitur per illa verba, relinquo filio decẽ pro sua legitima, cum cõi contra alteram commu.*
255 *Idem si dixit, pro sua parte, cum cõi contra Ias. & alios.*
256 *Idem si dixit, pro sua Falcidia, cum cõi contra Ia. & alios.*
257 *Idẽ si per errorem dixit, tit. restitutionis, cum Bal. & Ias.*
258 *Titulus institutionis non potest adijci per commissariũ de iure communi noua declaratio.*
259 *Titulo institu. legitima relinqui debet.*
260 *Limitatio. 1.*
261 *Limitatio. 2.*
262 *Limitatio. 3.*
263 *Limitatio. 4.*
264 *Limitatio 5.*
265 *Limitatio. 6.*
266 *Limitatio. 7.*
267 *Limitatio. 8.*
268 *Limitatio. 9.*
269 *Limitatio. 10.*
270 *Limitatio. 11.*
271 *Limitatio. 12.*
272 *Limitatio. 13*
273 *Limitatio. 14.*
274 *Limitatio. 15.*
275 *Limitatio. 16.*
276 *Limitatio. 17.*
277 *Limitatio. 18.*
278 *Limitatio. 19,*
279 *Limitatio. 20.*
281 *Titulus institutionis sufficit in parte tantũ legitimæ cũ cõi.*
282 *Legitima an parentibus sit titulo institutionis relinquenda, quòd sic pro communi contra Ias. & Coras.*
283 *Legitima parentũ est hodie triens. pro cõmuni contra Ang. Coras. & alios.*
284 *Legitima liberorum & parentum an æquiparentur, & an in vita possit exigi.*
285 *Legitimã in vita assignare pater nõ tenetur, cũ cõi, nec etiã pro soluenda filij condemnatione, cum communi.*
286 *Legitima vt pro filij condemnatione soluenda assignetur à patre filio potest statuto induci cum communi.*
287 *Legitimæ augm. non extenditur ad Trebell. vel Falcid. cum communi.*
288 *Legitima non potest relinqui in sola proprietate, vel solo vsufructu, cum communi contra Ang. & Cep.*
289 *Cũ filius instituitur in proprietate tantũ, vel vsufructu tantum, vt fieri debeat suppletio, noua opi. et quòd tunc valeat testam. contra Xuarez & Anchar. pro communi.*
290 *Falci. & Trebel. in vsufructu, tantum vel proprietate tantum possunt relinqui, cum communi.*
291 *Legitima bonis post mortem patrisf. auctis an augeatur, licet eam integram recepisset filius inter viuos, pro cõmuni quòd sic contra alteram communem.*
292 *Legis quanta sit potestas.*
293 *Legitima an lege tolli possit, quòd sic cum communi contra alteram communem.*
294 *Cleonis grauis sententia.*
295 *Declaratio l. 44. Tauri.*
296 *Legitimæ relinquendæ necessitas potest tolli per legem, cũ communi.*
297 *Legitimæ relinquenda voluntas est iuris naturæ.*
298 *Legitimæ relinquendæ potestas vnde descendat.*
299 *Declaratio l. 1. & 4. tit. 1. lib. 5. ordi.*
300 *Legitimæ relinquendæ necessitas vnde descendat.*
301 *Legitimam, & alimenta ne parentes teneatur liberis relinquere, statuto induci potest, cum communi contra alterã commu.*
302 *Legitimæ quantitas est iuris positiui.*
303 *Legitima ex toto tolli potest per legem, cum commu. contra alteram communem.*
304 *Legitima secundum omnes tolli potest per legem quando filius habet vnde alat se.*
305 *Alimẽta ne inuitus pater det filijs maioribus 18 annorum lege induci potest ex mente communis opi. contra alterã communem.*
306 *Legitimam parentibus abnegari lege induci potest, cum communi contra plures.*
307 *Maioratus vt fiat de omnibus bonis patris f. potest concedere princeps in præiudicium aliorum filiorum, vel saltem hoc posset l.*
308 *Maioratũ fieri in persona vnius filij vltra tertium et quintum in præiudicium aliorum an princeps posset tutus in foro animæ concedere.*
309 *Declaratio l. 2. & 4. tit. 1. lib. 5. ordi.*
310 *Alimenta quo iure debeantur.*
311 *Alimentorũ relinquendorũ necessitas tolli potest per legẽ ex mente communis opi. contra alteram commu.*
312 *Dotis dandæ filiabus necessitas lege tolli potest ex mente cõmunis opi. contra alteram communem.*
313 *Alimenta non debentur iure Cæsareo liberis natis ex damnato coitu contra communem.*
314 *Dos non debetur iure Cæsareo filiabus natis ex damnato coitu contra communem.*
315 *Alimenta talibus liberis iure Cæsaris non deberi ab hæredibus parentum contra communem. Idem in dotibus cõtra commu.*
316 *Idem in donatario omniũ bonorũ contra Ripam & Couar.*
317 *Idem in monasterio contra Couar.*
318 *Idem in auo & auia contra Couar.*
319 *L. 5. tit. 19 par. 4. habere vim legis contra Couar.*
320 *Legitimam iure naturæ non deberi, sed tantũ positiuo, cũ communi contra alteram communem.*
321 *Legitimã liberis relinqui vetari potest per legem contra cõmunem. Idẽ etiã in parentibus contra communem.*
322 *Idem in consuetudine contra communem.*
323 *Idem in rescripto principis contra commu.*

1 LECT. auihen. † nouissima, & loquimur hoc ordine.

Primò, quanta sit legitima liberorũ & parentum remissiuè, & transuersorum latè.

Secundò, quo titulo relinquẽda liberis parentibus.

Tertiò, quid si post mortem augeãtur facultates. Et alię quæstiones, an possit dari in vsufructu, vel proprietate, & an sit aucta Trebcl. vel Fal.

Vltimo, an tolli possit lege, cõsuetudine, vel p principẽ. Et hãc rẽ plenius quã alibi prosequimur, vbi plura noua, q̃ tñ nobis ex vera mẽte & sentẽtia Iure consultorũ profecta visa sunt, inuenies. Quã relectionem ideo hic subiecimus, quia post 41 requisita ad formationẽ & effectũ testamentorũ suprà enumerata, iure nouo inductũ est, vt maior sit liberorũ parentũq; legitima, q̃ olim erat, vñ hãc materiã quasi loco 42 requisiti hic collocamus. Licet. n. non ignorẽ valere testa. in quo in minore portione essẽt liberi aut parẽtes honorati, tñ cõtra testãtis volũ. ẽt expressã supplementũ legitimę peteretur, per quod eius volun. lędere tur, vt ergo eius volũ. nulla ex parte lædatur, aut impugnetur, id loco etiã requisiti collocari debuit, præsertim cum olim nisi integra legitima relicta esset ẽt ex toto testm̃ per querelam rescinderetur, vt infrà videbimus.

Et ver-

Et verba huius authent.nouisſima.C.de inofficioſo teſtamento.ita habent

Nouiſsima l.cautum eſt, vt ſi quatuor ſint filij vel pauciores ex ſubſtantia deficientis triens, ſi plures ſint ſemis debeat eis quoquo relicti titulo ex ęquo ſcilicet inter eos diuidendus,cuius portionis nec vſufructu defraudari liberi à parentibus poſſunt.

192 Not.ꝙ legitima eſt † triens,vel ſemis ſecundum numerum filiorum.conc.tex.in auth.de trien. & ſemi.§.frequēter.Et huius ampliationis primę ratio,ſcilicet,quòd etiam ſi vnicus ſit filius triens ſit eius legitima, eſt, quia ēt vniuerſa hæreditas patris filio debita videtur attenta naturali rōne,l.ſcripto.§.vnde lib.ergo quid mirum ſi ſaltem tertiam partē cōpellatur relinquere pater? ita in d.§.frequenter ibi.quibuſq; quod relinquitur iam etiam debitum vocant. Secundæ verò ampliationis legitimæ ratio eſt propter multitudinem filiorum, qui pauperes manerent,niſi legitima ampliaretur,vt d.§.frequēter.ibi(licèt multi cōſiſtant.)& ibi,vel ſi decem fortè aut plures eſſent pauperes erunt.Itaq; primæ ampl.ratio eſt propter breuē legitimæ antiquæ taxationem,propterq; naturalem affect.quē pius, & benignus pater habere debet omnem hære.filijs beneuolis relinquēdi.Secūdę verò ampl.ratio eſt propter paupertatem filiorum ex eorum multitudine vitandam.

Et cū hæ rationes ceſſent in Trebellianica, & etiam in Falcidi.quia cum hæres extraneus iuſſus eſt reſtituere hæreditatem,is nō eſt cur detrahat vltra quartam Trebellia. quandoquidem ipſi nihil debitum erat, ſed potius in tali quarta habet titulum lucratiuum,l. ſi hæreditatē.ff.mād. l.vni.C.de imp.lucrati.deſcriptione,l.libertus qui ſoluendo.ff.de bon.lib.ideo in tali Trebellianica, & ſimiliter in Falcidia ceſſat augmentū,quod huic quartæ,quæ iuræ naturæ debetur,condonatum eſt per legem,vt tenēt cōiter doc.hic,quod poſtea latius dicemus. Et ſimiliter cū hę rationes ceſſent in legitima,quæ debetur aſcendentibus, & ēt in ea legitima, quæ debetur fratibus turpi perſona inſtituta,ſimiliter videtur, ꝙ in vtriſq; augmentum huius legitimę, locum non habeat, & vetera iura quo ad hoc integra maneant, quod multi tenuerūt.Sed in contrariū eſt vera & communis opi.vt iam docebimur.

193 Quod diximus liberis legitimā deberi,id nō †procedit in filijs naturalibus,de quo in l.iubemus, in l.legē,in l.humanitatis.C.de nat.lib.in l.3.tit.15.par.4.in l.7. Tauri.vbi late per Gomez Arias in l.1.titu.9.lib.3.fori.& longe minus in inceſtuoſis, qui nullo modo ſuccedunt.l.legē.C.de nat.lib.auth.ex cōplex.C.de ince.nupt.in 1.reſpō.Sed nec ētalendi ſunt de iure ciuili,d.auth.ex complexu,in fi.& authē.licet.in fi.C.de nat.lib.Secus de iure canon. ca.cum haberet,in fi.de eo qui duxit in matr.quā pol. De iure regio, quid vi.l.10.tit.de las mādas.lib.3.for.& l.7.verſi.Pero biē permittimos,in legibus Tauri,& ibi Gomez Arias.nu.17.

Ergo cum liberis naturalibus tantū non debeatur legitima,ſupereſt,vt indubitāter quo ad eos legitima,quę nulla eſt,aucta videri non poſſit. nam quod nullum eſt id nō recipit augmentum,l.ſed & ſi manente,ff. de precario.l.ſi totā.ff.de acq.hær.Et quòd ipſi ab inteſtato nequeant ſuccedere,eſt(vt diximus)tex.in l.humanitatis.verſi. vt licèt ab inteſtato.& verſ.ſi hoc ſcilicet vbi notant Sali.& cōmuniter doct.& in auth.licèt.C.de nat.liberis. & cum ab inteſtato ſuccedere nequeant longe minus poterunt cōtra teſta.ſuccedere,vt in.§.eadem hæc Inſt.de hær.ab inteſt.vbi

194 eſt ad hoc melior tex.de iure. Et quòd legitima † naturalibus tantū non debeatur,nec poſsint ſuccedere contra teſ. habes glo.not.in l.1.in pr.ff.de bon.poſ. contra tabul. quæ gl.ſing.eſt & cōiter appr.vt per Bar.in l.Gallus,§. etiam ſi parente,ff.de libe.& poſth.nu.2. & eſt ſingularis ſecundū Alex.& Iaſ.vterq; in col.fi.in l.ex facto.in prin.ff.de vulg. per Fortun.in d.l. Gallus §.1.nu.47.Iaſ.in d.l.Gallus §.& quid ſi tantum,nu.20.in 2.lectura.

Quod intelligendum quo ad liberos naturales reſpectu patris.At reſpectu matris cum ej ab inteſtato ſuccedāt(vt in §.vulgo.Inſti.de Senatuſconſul.Orificia.& in l.ſi qua illuſtris.C.ad Orfician.per Couarru.in epit.de ſucceſſi.ab inteſt.in fi.per Ioan.Bapt.in d.l.ſi qua illuſtris, per Alexā. conſi.139.vol.1.& conſ.150.vol.2. (in his an ſit aucta legitima,dic vt per eos.

195 Quid in † monaſterio,quod habetur loco filij. vt per c. in pręſentia,de prob.an & in eo ſit aucta legima?Iaſ.quòd ſic hic.n.14.allegat gl.competere,in auth.ſi qua mulier.C. de ſacr.eccleſ.quæ nil probat in ſpecie, licèt in genere dicat ꝙ monaſteriū æquiparatur filio legitimo & naturali.

166 Confirma,quia & poteſt teſta.rūpere † monaſteriū ſi reperiatur præteritū nō ſecus, q̄ filius poſthumus,vt eſt cōis op.doctorum ſecundum Iaſ.in rub.ff.de libe.& poſt.n.19. Idē Iaſ.in rub.C.de poſth.hære.inſt.Soci.Alex.& Alciatus in d.rub.ff.de lib.& poſthu.Iaſ.in auth.ſi qua mulier.C.de ſac.eccl.Canoniſtę in c.in pręſentia.de prob.Cinus & Bal. in dict.auth.ſi qua mulier.Et monaſterium appellat poſthumū.Bal.in l.filius à patre.§.1.ff.de lib.& poſth.& Imola ibi.idē Imo.in l.1.ff.de teſta.Et quòd legitima huius monaſterij ſit aucta.tenet Sali.in d.anth.ſi qua mulier.

197 Quid in filio † legitimato ? Dic idē ſecundum Iaſ.hic nu.14.Confirma, quia is habet poteſtatē teſta. rumpendi non ſecus,q̄ vere legitimus & naturalis ſecundum Iaſo.in rub.ff.de lib.& poſth.vbi latè Socin.& Alex.& Alciat.idē Iaſ.in rub.C.de poſth.hær.inſti.

198 Deniq; hodie tam † monaſterium, q̄ filius legitimatus debēt habere legitimā titulo inſtitutioni ſecundū Iaſ. hic. nu.14.allegat Sali.in d.auth.ſi qua mulier,colū.5.idē tenet gl.competere,in d.auth.ſi qua mulier,& videtur communis opin.ex.relatione Iaſ.ibid.num.17.

199 De nepotibus dic,ꝙ ſi † nullus erat filius,quia ſuccedūt in capita,eorum numerus eſt habendus vt numerus filiorū,vt quatuor vel paucioribus triens, pluribus verò ſemis debeatur. Quòd ſi cū vno filio quatuor nepotes vel plures ſint,triens erit legitima tam filij,q̄ nepotū,arg.§.cum filius Inſtit.de hæred.ab inte.in princip.Quòd ſi ſint duo nepotes ex vno filio,tres vel plures ex alio,idē arg.d.§.cū filius,verſic.vltimo.ſecūdum Sali.hic.& Iaſ.51. & Coraſ. in l.filium quem habentem.famil.herciſ.nu.81.Alex.cōſ. 64.vol.2.ſuper primo dubio.

Et pro primo membro eſt text. expreſſus ſecundū Iaſ. vbi ſupra.in auth.de triente & ſemi.§.1.ver. hoc obſeruādo.Confirmatur ratione ſecundum Iaſ.Nam lex fauorabilis,qualis eſt iſta loquens de filijs, habet ēt locū in nepotibus.tex.in l.filium habeo.ff.ad Maced.Bar.in l.liberorū.ff. de ver.ſig.Cinus,& Bald.in l.quiſquis.ff.ad leg.Iul.maieſt. Bald.& alij in l.Gallus.§.inſtituens.ff.de liberis & poſth. Anto. in cap.quibuſdam de pœnis.cum alijs allegatis per Iaſ.vbi ſuprà,& diximus latè in lib.3.in materia fideicommiſſi familiæ reſtituendi.Stat.ergo firma concluſio ꝙ legitima nepotum aucta eſt non ſecus,q̄ legitima filiorum Quod intelligendum, quando veniunt ex propria perſona,& proprio gradu, quod ſi veniāt iure repręſentationis ex perſona patris præmortui,tunc non ſemper aucta videtur ſecundum Salicet.& Iaſ.vbi ſupra.

201 In adoptiuis ſimiliter idē † eſt, quia & his debetur legitima tam ab inteſtato,quàm ex teſtamento. Ab inteſtato. vt Inſt.de hær.quę ab inteſtato defer.§.pen.Ex teſtamento,vel contra teſt.vt in §.adoptiui Inſt.de exhę. liberorū, l.certum,ff.de iniuſt.rup.gloſ.in rub.C. de poſth.hęr.inſt. quæ ait,ꝙ poſthumorum loco habentur, vbi.Iaſ. enumerat ſeptem ſpecies poſthumorum,& iterum in rub. ff.liberis & poſth.ad idem l.2.tit.7.par.6.

Cum ergo ſuccedant tam ab inteſtato,q̄ ex teſtamento ſupereſt,vt in eius legitima aucta intelligatur non ſecus q̄ in legitimis,& naturalibus, quandoquidem ij poſſent per querelam expugnare teſtament.non ſecus,quàm legitimi & naturales,quod in ſpecie probat text.in §.iam autē.Inſtit.hoc titu,Et ſic in ſpecie quòd in eis ſit aucta legitima, tenent hic Petrus,& Cinus,& Salicetus,in prin.& iterum columna 2.in fi.

Secus

202 Secus tamé secundum eosd. in † arrogatis, quibus olim non dabatur querela inoffici.testamen.sed tantum quartá poterant consequi ex constitutione diui Pij, vt in l.si arrogator,ff.de adoptiu.& in l. sed si plures.§. in arogato,ff.de vulg. Vnde cum olim non possent test. patris arrogatoris per querelam inoff.test.infirmare, sequitur, ꝙ in eis cessat augmentũ legitimę, quod ijs tantum personis accommodatur,que olim ad querelam inoff.test.inuitabantur, vt in auth.de trient.& semi.§.1.in fin.

203 Quid de† posthumis? Dic ꝙ legitima eis vt liberis debetur. Primo per l.posthumorũ de iniust.rupt.ff.l.Gallus. de lib.& posth.ff.§.posthumorũ.Inst.de exhęr.lib. Secundo quia continentur appellatione filiorum §.fi.Insti.qui test. tut.dari pos. Tertio, quia fauorabilibus,vt est augmentum legitimæ,habentur pro natis,l.qui in vtero.ff.de stat.hom.

204 Quod verũ de iure communi,nam de iure † regio dic, vt in l.3.tit.de las donationes,lib.3.fori.quá ibid. dicit singu. Mont.in l.fin.glo.& ipse in l.9.titu.5.lib.3. fori & Xuarez. in l.quoniam.fol.76.colum.C.de inoff.testam.

Ratio dubitandi. quia posthumus secundundum veras opi.non est suus antequam nascatur, vt in l.posthumi,§.si quis ex his.§.de iniust.rupt.& dixi latè suo loco,s.in materia substitutionis pupillaris. Hinc est. ꝙ licèt filiusfam.nõ possit hæres institui à patre sub cõditione casuali vel mixta inspecto iure.ff.nisi in defectũ ipsius cond.exheredaretur,aut in l.si pater.C.de inst.& subst.& in l.suus quoq; in pr.ff.de hęr.inst.& l.filius à patre.ff.de lib.& posth.tñ posthumus sub quauis conditione poterat iure.ff. hæres institui, & testamentum primordialiter ualebat non secus, q̃ si is posthumus pure foret institutus,l. cũ posth.ff.de libe. & posth.Sed certè tenẽdũ est, ꝙ ẽt posthumorũ legitima sit aucta nõ secus,quá filiorũ,qui iá nati sunt, quia in fauorabilibus,vt dixi,habẽtur pro natis, licet sui non sint antequam nascantur,tñ postquam nati sunt negari non potest quin sui existant,vt in §.posthumi.Inst.de hære.ab intest. & in l.Gallus per totam.ff.de lib.& posthu.

Iuxta hanc partem quæro. ex quinque filijs vnũ iustè

205 † exhæredaui,an legitima erit semis? Bart.ꝙ sic in l.pater filium.de inoff.testa.ff.& in l.1.§.si pater.2.ad fi.de cõiũg. cum emanci.ff.quod & sentit hic in fi.sequũtur Imola & Aret.in l.planè.§.duobus.de leg.1.vbi opp.tenet, & dicit communiter teneri Ias.nu.29.& rectè,adde Ferd. Berẽg. in l.quartam fol.22.pag.2.& melius fol.30.ff. ad legẽ Falcid.Pro communi opi.ꝙ legitima sit triens tantum, quasi is filius exhęredatus non computetur in numero filiorũ non secus, q̃ si re vera editus nunquàm fuisset, vel iam diem suum obisset,facit,quia qui non admittitur ad patrẽ, is nõ facit patrem, vt in l.huiusmodi.§.si Titio.ff.de leg.1. vbi Bar.Imol.Pau.Alex.& Iaso.& in l plane,§.si duobus, vi per Bart.Imo.Alexan.& Ias.eod.titu. Et hanc communem opin. ꝙ legitima aliorum quatuor filiorum sit triens tantum non etiam semis totius hęreditatis,vt si is filius exhæredatus non computetur in numero filiorum non magis q̃ si re vera mortuus fuisset,vel editus nunquam fuisset tenent hic Bal.& Bar.Bald. in l.1.§.pen.ff.de bon.pos.contra tab.Bar.in l.1.§.si pater.ff.de coniung.cũ eman. Guili. de Cuno,& Ange.hic.Dinus in l.si post mortem.§.liberi. ff.de bon.pos.contra tab.& in l.plane.§.si duobus.vbi etiá latè Alex.ff.de de leg.1.Salicetus & Fulg.hic.Paulus & Ia. hic nu.47.Bald.& Ange.in l.Papinianus,§. vnde si quis.ff. hoc tit.Bal.in l.vni.C.de cadu.tollen.§.j.colum.3. Ang.in d.l.Papinianus,quoniam autem quarta.Ange.consi.102. incipiẽte.Statuto cauetur.quem allegat Ias.vbi suprà Romanus in l.vni.q.fin.C.quando non pet.par.Imol. & Aretin.in d.§.si duobus. Pro hac communi & vera opinione etiam facit,quia exhæredatus ritè & rectè, ita quòd nulla spes est ꝙ patri succedat, is habetur pro mortuo, text. est in l.1.§.si pater. ff.de coniung.cum emanci.l.si post mortẽ §.liber.ff.de bon.pos.contra tabu.l.1.§.pen.eo.titu.l.si necem.§.deportatus.ff.de bon.liber.l. Gallus.§.& quid si tá tum.§.de libe.& posth.§.sed nostra.Instit.de successionę liberorum. Ergo vt si is filius reuera in rerum natura non fuisset reliqui quatuor filij solum trientem hereditatis nõ etiam semissem haberẽt, ita & si is interpretatiue ex legis censura in rerum natura non sit,quale est in specie nostra. Confirmatur, quia augmentum legitimæ de triente ad semissem fit à lege propter solam liberorum multitudinem quorum portiones debiles manerent propter multorum concursum,vt in auth.de trien.& sem.§.1.vbi gl.in verb. octuncium,sed hic multitudinis concursus virtualiter cessat qñ aliqui eorum per exhæredationẽ remouentur non secus,q̃ si per mortem naturalem remouerent, ergo cessare debet legitimæ augmentum.Et hæc est cõmunis opin. licèt contrariam dicat magis communem Berenga. in l.in quartam.ff.ad legem Falcid.pagi.22.

206 Quid ergo si habebam duos † filios,vnum exhęredaui ritè & rectè,an aliter debeat habere pro sua legitima integrum trientem non secus, q̃ si exhæredatus re vera in rerum natura non esset,an vero is exhæredatus efficit, vt alter dimidiam tantum triẽtis consequatur non secus,q̃ si is exhæredatus partem suam ferret.Quod tenuit Bar.in l.pater filium.ff.de inof.testam. Contrarium tenent communiter doct.quos suprà retulimus, moti,quia is exhæredatus habeẽ pro mortuo.ergo vt si re vera mortuus fuisset integrum triẽtem superstes haberet, ita & si interpretatiuè pro mortuo sit.Item quia qui non admittitur ad partem, qualis est ille exhæredatus non facit partem, nec impedit ius accrescendi,tex.in d.§.si duobus,l. planè.ff.de leg.primo.ergo pars exhæredati,qui non admittitur ad partẽ,accrescet alteri.Et hæc est vera & communis opin.licèt contrariam dicat communem opin.Ferd.Bereng. in l.in quartam.ff.ad legem Falci.fol.22.

Infertur secundum eosdem.doctor.communiter,ꝙ si

207 ex quinq; † filijs vnus esset ex ordine minorum monachorum,tunc aliorum legitima triens tm̃ esset,non etiá semis.

208 Infertur ꝙ si ex forma statuti † filia fœmina non succederet cum masculis,tunc si essent quatuor filij & vna filia filiorum legitima triens tantum esset, non etiam secus secundum doct.communiter suprà relatos.

209 Et in vtroq; casu infertur † secundum eosdẽ,quod si essent duo tantum filij,& vnus ex forma statuti, vel quia esset monachus non posset succedere, tunc alter integrum trientem haberet non secus quàm si alter in rerum natura fuisset. Et idem si per pactum iuratum ille in vita patris exclusus esset, iuxta cap.2.de pactis, in 9.licèt secus si post mortem patris exclusus foret,vt in terminis,l.si quando.§.fin.infra eodem.

Legitima liberorum secundum communem opi. vide

210 tur esse quarta † bonorum,non hæreditatis.Ita tenet Bar. in l.ex facto,magna,col.2.ff.de hære.inst.Bal.in l.quoties. C.de hær.inst.Ias.hic nu.3.Coras.in l.humanitatis.nu.14. C.de impub.Decius ibi.colũ.2.Paulus Picus in l. in quartá, nu.48.ff.ad leg.Falci.& ibi.Ruinus num.26.& est communis opi.secundum Ferdinan.Beren. ibid. fol.21.Alex.post Bar.ibi.in l.quia poterat.ff.ad Treb.& est Alex.in nu.10. Segura in l.3.§.fi.nu.127.ff.delibe.& posthu.glo.in l.cũ matre.C.de re iu.sequitur & dicit communẽ opi.idẽ Segura in l.cũ patronus,n.49.ff.de legatis 2.tenet Ale.in l.ita tñ §.si patronus.col.2.ff.ad Treb.Ias.in l.Gal.§.1.n.14.ff.de lib.& dosth.Ias.in l.ꝑ hęr.§.si quid tñ.n.21.ff.de acq.hęr.

Contrarium tenent quamplures,adeo vt contraria opi.

211 scilicet ꝙ sit quota † hæreditatis,sit cõmunis secundũ Corasi.in l.hæres instituta,col.fi.C.de imp.licèt ipse teneat ꝙ sit quota bonorũ.Alex.tamẽ in l.quia poterat, ff.ad Treb. tenet ꝙ in plerisque sit quota hæreditatis.

Quid tenendum? Et nobis semper placuit, ꝙ sit quota hæreditatis regulariter. Mouentur,quia secundum communes op.legitima est relinquenda titulo institutionis,vt latè dicimus in hac auth.Sicq; vt valeat testam.oportet ꝙ filius sit hæres institutus in portione legitima,vt in authẽ. vt cum de appellatione cog.§.aliud quoque scollat.8.ergo quin sit hęres,negari non potest. Secundo, quia etiam is qui in

qui in re certa heres institutus est, dicitur habere quotam hæreditatis, non bonorum, l.ex facto.magna.ff.de hæred. insti.ergo idem in filio, licèt is sit institutus in re certa pro sua legitima. Tertiò per l.cum patronus.ff.de lega.2.vbi institutus in legitima portione, in quota hæreditatis institutus videtur.

Nec ad rem pertinet, quod legitima debeatur deducto ære alieno, & deductis funeris impēsis, & ēt libertatibus. vt probat, l.Papinianus, §.si quis impubes, iuncto, §.quoniam aũt quarta.& §. quarta autem.ff.hoc titu. vnde talis legitima videtur quota bonorũ, quæ intelligitur deducto ęre alieno, non quota hęreditatis, quæ non intelligitur deducto ære alieno, vt in l.subsignatum.§.bona.ff.de verbo. sig.iuncta l.si quis seruum.§.fi.cũ l.seq.ff.de lega.2.l.1.§.si hæres percepto fundo, & quæ ibi per doct.ff.ad.Treb.l.1. C.si cert.pet.& per totũ.C.de hær.act. Nã respondeo ꝙ d.l.Papinianus, loquitur quo ad rationem seu cõputationē quę fieri debet, cum quęritur, an querela inofficiosi testa. locum habere possit, nec ne. Nam cũ iure ff.ad excludendam inoff.testam. querelã sufficeret ꝙ filius habere quartam bonorũ partē quoquo titulo, vt in d.l.Papinianus.§.si quis mortis, & in l.si.non mortis.ff.hoc tit.§.igitur. Insti. eo.& latè diximus infra hac aut.cumq; oporteret, vt filius plus quarta portione non ferret, omnia onera per prius præstasse, detraxisse, persoluisse, ideo dictum est, deducto ære alieno, & funeris impensa, prętandam legitimam. Nã si.cccc.erant in bonis defuncti, quorum cc. consumentur in ære alieno exoluendo, & facienda funeris impensa, certè si filius de cccc.quartam partem deduceret, & sic.c.deinde alia ducenta in ære alieno persoluendo, & in funeris impensa consumerentur, iam sola.c.manerent reliquis hæredibus præter filium, sicq; is filius non quartam tantũ bonorum partem, sed potius dimidiam haberet.

Denique cum iure.ff.de legitima ad excludēdum inoff. querelam posset quoquo titulo relinqui ideo in d.l.Papinianus.dicebatur computationem fiendam in modũ prędictum post onera, æs alienum, & omnem impensam deductã, quę onera (vt probaui) ad successorem tantum vniuersalem, non etiam ad singularem pertinerēt, qualis esset filius eo casu, quo quartã bonorum partem deductis oneribus titulo singulari recepisset. Cæterum illa iura non negarent quin si is filius foret hęres institutus in portione legitima, idest in quarta parte hæreditatis, tunc si essent in bonis testatoris.cccc.& eorũ.cc.in ęre alieno persoluendo consumerentur, adhuc is filius in quadrante pro sua legitima institutus posset.c.integra petere, vt tñ pro sua parte ęs alienũ teneretur persoluere, nec illo casu spectaret, quòd ęs alienum, & funeris impensa deduceretur, iuxta l.si quis seruum.§.fi.cum glo.seq.& quæ ibi.per Bart. & alios traduntur.ff.de legatis secundo.

Non quoque obstat, ꝙ legitima dicatur quarta pars bonorum, l.cum quæritur.C.de inoff.testamen.bona autem dicantur ære alieno deducto, l.subsignatum.§. bona.ff.de verborum sign. Nam respon. ꝙ in hac materia bonorum appellatione etiam hæreditas comprehenditur, l. nã quod §.fi.cum duabus legibus sequent.ff. ad Treb.vbi per Bart. Alex.& alios Pręterea.d.l.cum quæritur, loquitur eo tempore quo legitima quoquo titulo relinqui poterat, prout loquitur d.l.Papinianus, hodie secus, cũ legitima titulo tantum hęreditatis relinqui possit. Deniq; pro hac parte est tex. apertus à nemine vnquam cõsideratus in l.scimus, in
112 prin.infra hoc titu.de inoff.testam.& ibi diximus.

Confirmatur nostra opin.quia filius † non potest accipere legitimam, & repudiare hęreditatem patris, vt est cõmunis opi.quã tenent Cinus, Rainerius, Bald.Sali.& Fulg. in l.hæres instituta.C.de impu.Barto. & Alex. nu.10.in l. quia poterat.ff.ad.Treb.Bar.in l.gerit.col.6.ff.de acq.hær. idem Bar.in l.pro hęrede.§.seruos.eo.tit.Iaco.de Aren.in d.l.quia poterat.Barto.in l.1.ff.de vulg.in 4.q.Bal.in l.vnic. vers.quo ad primam.qñ non pet.part.Abba.in cap.Rainutius, ad finē, de testa.Ange.consi.81.incipienti. Subtiliter. Paul.in l.1.ff.de acquirend.hæred.estq; communis opi.secundum Coras.in l.hęres instituta, supra alleg.nu. 11 licèt ipse contrarium teneat.bonus tex. in l.1.& 2.ff. de acquir. hæred.melior text.in l.si solus.eodem titul.& contrariam etiam tenuit Romanus in l.vni.suprà alleg.cuius fundamētis respondet Alexã.vbi suprà, & contrarium etiam tenuit Bart.sibi contrarius secũdum ꝙ refert Bal.in l.Papinianus §.quarta.ff.de inofficio.testam.vbi ait, quòd Bart.publicè in scholis ita docere solebat.tenet Põtanus in d l.vni.C.qñ nõ pet.par.idē Pontanus in l.1.ff.de acq.hęre. Et hęc opi. ꝙ agnita legitima posit filius reliquũ hæreditatis repudiare, à plerisq; tenetur secundum Coras. vbi suprà.num.11.

Tenendo primam opinionem negatiuam, vt agnita legitima nequeat filius reliquum hæreditatis repudiare, quę & longe verior, & ēt receptior est, ad fundamēta Romani respon.vt dixit Alex.in d.l.quia poterat. Et ad nouissima fundamenta Corasij respon. nihil obesse, ꝙ per l.quoniã in prioribus, infrà eodem. de legitima omne onus deducatur.onus aũt, sit ꝙ filius inuitus implicetur oneribus hæreditarijs, nã illud onus est ex natura rei, quia non ferendus qui emolumentum velit hęreditatis.onus autem recuset. §.his ita.C.de cadu.tollen.& cum paterf.si nullum inueniret hæredē iniuria affectus videretur §.1.Inst.quę in frau. creditorum, l.& quia hoc.ff.de interro.act. certè nullus est cui minus hæreditatē repudiare patris agnita legitima permittendum sit, q̃ ipsi filio. Ideoque olim erat patris hæres necessarius vt ab patris hæreditate se explicare nõ posset, ēt si legitimam quoq; vellet omittere, l.in suis.ff.de liberis & posthu.Nec vsquam lectum, relectumue inuenies, qđ pater filio debeat quicquam relinquere nisi hęreditatis nomine, vnde, l.cum ratio.ff.de bon.damnat.liberis parētum hæreditates, non autem bona ære alieno libera deberi ait. Nec ad rem pertinet, ꝙ per l.filio pater.ff. de lega.1.possit filius agnito legato, a patre sibi relicto reliquum hæreditatis repudiare. Nam certè id quoque extraneus facere posset.vt ibi & l.apud Iulianũ, in prin.ff.ad Treb.Nam testator, qui me honorauit legato, & iterum portione hæreditatis, sicq; rebus distinctis & separatis, hũc habuit sensum, vt ipse vel vtrunq; habere, vel alterum tantum si mallem. Secus aũt, si pater me portione tantum hæreditaria honorauit, egoq; volui partem tantum legitimam agnoscere, reliquumq; repudiare contra d.§.his ita d.l.1.& 2.d.l.solus ff.de acq.hęr.& contra.l.1.§.si ex fundo, ff.hær.institu.

Cum ergo non possit filius agnita legitima reliquũ hæreditatis repudiare, sequitur quòd legitima est portio hæreditatis, non quota bonorum, quia si esset quota bonorum, posset eam agnoscere, & reliquum hæreditatis repudiare, argum.d.l.filio pater.ff.de leg.1.l.apud Iulianum, in princ. cum ibi not.ff.ad Treb.l.non amplius.§.fi.ff.de lega.1.l.si seruum.§.fi.ff.de leg.2.

Denique pro concordia distingue. Nam aut filius fuit institutus in quota portione hæreditatis, puta in 4.parte, vel dimidia, vel minore, vel maiore portione, & tũc indubitanter succedit patri suo titulo vniuersalis institutionis, siue pars illa tanta esset, quanta legitima, siue maior, siue minor, nam & cum minor esset portio hæreditatis sibi relicta, suppleretur per legem omnimodo.isto titul. & l.scimus, in princip.eod.& id supplementum eiusdem formæ naturæ esse videretur, ac portio primordialiter relicta, argumento, l.si Titio.ff.de vsufru. In simili per Bal.in l.3.C. de hære instituen.Bar.in simili vbi omnes in l.re coniuncti, ff.de leg.3.dum tenent, ꝙ portio accrescens petitur eadem actione, qua ipsum primordialiter relictum.

Quòd si filius in rebus certis esset institutus, puta in domo, vel fundo iuxta.§.ceterũ in auth.vt cũ de appe.cogn. l.quoties.C.de hær.instituend. tunc successor singularis intelligeretur, vt dd.ll.nisi cohæres vniuersalis repudiaret, nam tunc ipsi vniuersa hæreditas accederet, videreturque hæres tam vniuersalis, q̃ si abinitio ex asse foret scriptus, l. prima.§.si ex fundo.l.si alterius.fi.de hæred.institut.

Quòd si nominatim in sua legitima, vel in portione legitima

gitima

gitima fuit institutus filius, tunc cum quantitas,mensura, certitudoq; rei per relationem ad aliud non secus,quã per sui expressionem intelligatur,l.vbi auté.§.illud.ff. de ver. ob.superest,vt is filius similis sit ei, qui in tertia parte hæditatis scriptus esset,sicq; est successor non particularis,sed vniuersalis.§.videamus.cum præced.& seq. Inst.de hære. inst.l.item quòd Sabinus.§.1.cum seq.ff.eod.titu.

213 Quid in transuersalibus? Cinus,& Petrus †hic tenent, ꝙ & in eis sit aucta legitima. Sed gloss.mag.hic vult,opp. quam sequuntur Bal.in l.fratres,num.9.& Salic.num.4.& Ang.Ias.hic cum.39.tangit latè,sed nil firmat. Mouentur glo.& sequaces per l.sancimus.C.de testa.& l.præcipimus in fi.C.de appel.quia quod non mutatur.&c.Sed tenentes oppositum dicerẽt esse mutatum per §.si verò vltra,vers. hoc obseruando,in auth.de trien.& sem.Nam si augmentum contingit in omnibus, quibus olim querela dabatur ergo & in fratribus,cum eis querela detur.Teneo glo.per d.§.hoc obseruando,qui duo exigit,vt augmentũ illud cõtingat.Primũ,ꝙ persona esset talis,cui olim dabatur querela.Secundum,ꝙ ei querela daretur ex defectu legitimæ. Constat autem, ꝙ fratri nulla lege cauetur legitimam deberi,ergo sibi querela non dabatur propter defectũ legitimæ,sed propter turpitudinem instituti. Et consequẽter teneo,ꝙ vt si olim fratri quarta relicta esset,non,daretur sibi querela contra turpem institutum, vt tenet Bal.nu.9.in l.fratres.infra eo.Xuarez in l.quoniam.infrà eod.col.4.fol. 3.cũ seq.ita & hodiẽ nil sit ampliata dicta quarta. Quod tñ dic vt infrà.Et adde Xuarez in l.quoniam, infra eod.fol.4. col.2.Et Bart.in l.pater filium.ff.de inof.test. tenet partem negatiuam, ut fratrum legitima hodie aucta nõ sit,sed mãserit in veterum legum mensura,quę inducebant quartam tñ,non etiam trientem,uel semissem pro legitima deberi vt in l.Papinianus.§.quoniam auté quarta, & §.quarta autem.ff.hoc titu.& l.cum quæritur,suprà eod. Opin. autem affirmatiua, vt legitima transuersalium sit aucta non secus quam legitima liberorum, vel parentum, est communis, & vltra Petrum & Cinum suprà relatos, eam tenent hic Odofredus.Ioan.Fab.Alberic.Iacobus Butrig. Bar.& Salicetus hic,qui eam dicit communem opi.idem Fulg.qui firmat,ꝙ librum nouellarum,per quem gl.ait id esse immutatum non habemus. Est verum, & quòd Paul. in l.fratres infra eod.& Ias.hic nu.36.in fin.aiunt,ꝙ in fratre id innouatum est per quendam librum nouellarum, qui intitulatur,de legiti.portionibus à parentibus relinquendis.

Sed pro opinione Petri & Cini,de qua suprà,fortiter facit quia etiam frater olim habebat querelam, vt infra eod. l.fratres,& querela sibi dabatur ex defectu legitimę simul cum personę turpis institutione sed nos ponimus turpe institutum defectumq́ue legitimæ, ergo sumus in casu quo olim querela dabatur,& consequenter in casu, quo hodie legitima augetur.Vnde infertur, quòd tali casu sicut isto si minus legitima reciperet frater,ageret ad supplem. vt probat Xuarez in l.quoniam suprà eo.fol.3.col.4.Et quòd frater habeat legitimum,probat.§.primum itaq;.de hæred.& Fal.iuncto.§.si quis autem non implens,in verb.quartam eod.Itaq; cũ in d.§.hoc obseruando.dicatur,quòd quibus debetur quarta ad excludẽdam querelam ijs datur augmẽtum legitimæ,i.illius quartæ, & constet quòd fratri debetur quarta vt d.§.primũ,itaq;.iuncto d.§. siquis verò.eaq; quarta detur ad exclusionem querelæ,quod patet, quia si ingratus esset frater non haberet querelam, nec quartã.§. ingratitudinem.in authẽ.de nupt.sequitur ꝙ quarta fratris ampliata est non secus,quã quarta filiorum, vel parentum. Sed certe cum augmentum legitimæ non detur nisi illis, quibus ex defectu legitimę dabatur querela, & fratribus propter turpitudinem instituti hæredis daretur querela, non propter defectum legitimę vel saltem non propter solum defectum legitimę, videtur ꝙ in fratre, d. augmẽtum non procedat, quod non est pollicitum nisi ijs, qui vt ad querelam vocarentur,solus legitimæ defectus sufficiebat: at is solus defectus in fratribus non sufficiebat, nisi præterea turpis persona esset instituta. ergo videtur, ꝙ fratribus legitimæ augmentum non debeatur.Sed pro parte affirmatiua, vt illis legitimæ augmentum debeatur non secus,quàm liberis,vel parentibus.fortiter facit, quòd solus legitimæ defectus non sufficit,vt etiam ipsis liberis querela concedatur, nisi præterea vel filius in testamento patris exhæredatus sit, vel in testamento matris sit exhæredatus vel præteritus. Vnde cum quærimus, an liberi,querelam inoff.test.habeant,ponimus pro constanti,quòd sumus in casu, in quo querelam instituendam habilitantur ratione præteritionis,vel exhæredationis,& tunc inspicimus mensuram,vel quantitatem eorum,quæ sibi relicta, sunt,vt intelligamus an dabimus eis querelam,vel denegabimus.Sic & in proposito,cum quæritur, an frater querelam habeat vel ius agendi ad supplementum legitimę, id non antè inspiciendum est,quàm certum esse cœperit turpem personam fuisse institutam.Sic ergo intelligo sensum legis nouę fuisse, vt qui vocantur, vocaríve possunt ad querelã(quod accidit liberis propter sui exhæredationem,vel pręteritionem fratribus autem propter turpis personę institutionẽ) ijs contingat legimæ augmentum. Præterea vt docuimus super l.cum quęritur.C.de inofficioso testamento.certum est querelam inofficios.testam.oriri, non ex liberorũ parẽtúmue pręteritione,vel exhęredatione, vel etiam fratrum turpi persona instituta,sed magis ex defectu legitimæ,quo fit vt fratres turpi persona instituta quoties legitimam diminutam ex testamento fratris percepissent,toties ad querelam vocarentur. Ergo cum in d.§.si vero vltra.expressum sit ꝙ augetur legitima eorum,qui ad querelam ratione quadrantis diminuti vocabantur,& tam fratres,q̃ liberi,vel parentes eo tempore ad querelam vocarentur ratione quadrantis diminuti,non autem ratione præteritionis, vel exhęredationis,quia eo tempore nec pręteritis,nec exhęredatis dabatur querela si quoquo titulo integram legitimam habebant,superest,vt fratrum legitima sit aucta nõ secus,q̃ liberorum,vel parentum, quandoquidẽ omnibus his propter inofficiositatẽ legitimæ minus integrę relicta querela dabatur,non propter sui pręteritionẽ, vel exhæredationem,vel turpis personæ institutionem, & omniũ eorum,qui propter talem legitimę diminutæ inofficiositatẽ ad querelam olim vocabantur est hodie aucta legitima.

214 Sed an transuersalibus sit delinquenda legitima † titulo institutionis? Ang.hic ꝙ non.& est de mente Bar.hic qui etiam in parẽtibus negat relinqui oportere titulo institutionis.Contrarium tenetur communiter secundũ Salic. hic,col.2.in fin.Nam ita est de mente omium eorum,qui tenent auctam esse legitimam in transuersis non secus, q̃ in liberis,vel parentibus.Et hanc opinionem puto veram, quia cum hæc innouatio circa legitiman transuersorum magis ex sententia legis, quam ex ipsius verbis descendat, superst,vt innouationem factam dicamus quo ad vtrunq; (idest tam quo ad modum reliquendi,quam quo ad mensuram relicti)vel quo ad neutrum.

215 Redeũdo ad id, quod de fratre incidenter † attigimus, rursus quæro si fratri aliquid sit relictum(turpi persona instituta) minus tamen quarta, vel tertia parte, vel etiam integra tertia,quæ filijs pro legitima sufficit relinquantur iure legati seu institutionis,an ad supplemẽtum agere debeat an vero querelam possit instituere,vt & testementum subuertat,& totũ sibi auocet. Et teneo quòd querelam ad teuertendum, totũq; sibi auocandum intẽdere possit.Moueor primò, quia turpi persona instituta fratri querela non propter charitatem,seu pietatem in fratres debitã datur,sed propter odium instituti personę turpis. Idq; patet ex l.fratres.C.de inof.testa.& soror.Insti.eod.dũ aiunt quòd si turpis persona instituta non sit,fratri querela non datur,ergò non datur fauore fratris, sed potissimę odio instituti.Nam si fauor fratris potissimè inspiceretur, tunc ei querela daretur,& si institutus turpis non esset. Sed hęc ratio militat etiam si fratri aliquid sit relictum, nã adhuc superest odium instituti, quem fratre in medio existente nil ex bonis

ex bonis fratris habere decet.ergo,&c.Secundo adduco.l. Pantonius.ff. si quis à parente fuerit manu. vbi patri cõtra filium emancipatum datur querela,non ad totum testamẽtum euertendum,sed ad legitimam (quæ est quarta vel tertia secundum glossæ ibi declarationem)tantum consequẽdam.Idque verum est honesta persona instituta, at si turpis esset,tunc ad totum testamentum euertendum querela datur seu contra tabu.vt per hoc emolumenti nil apud turpem institutum maneat,quem nil habere decet, patre testatoris in medio existente. Sic ergo & in proposito eadẽ punctualiter ratio militat & in fratre,quo in medio existẽte,nil turpẽ institutum habere decet.Et hinc tollitur obiectio,seu respon.Ias.in l.omnimodo.C.de inoffi.test.col.1. in fi.& in l.fratres.col.1.eod.dicentis ꝙ nil facit d.l.Pantonius ex eo ꝙ ibi pater fuit omnino prҿteritus, nos aũt loquimur,quando aliquid fratri relictum fuit. Nã ad hoc respõ.ꝙ & si fateamur(sine prҿiudicio veri,) ꝙ in l.Pantonius pater fuit præteritus,adhuc text.ille probabit opinio. nostram non in decisione, sed in ratione decidendi, quæ nulla alia esset potest,nisi ne apud turpem institutum quicquam maneat patre in medio existente, & sic odio turpis personæ,& cum ista tantum ratio possit reddi,habetur pҿrinde,ac si ipsa lege exprimeretur gl.approba.in l. quanuis. C.de fideic.Sed non solum in decisionis ratione, sed in ipsa decisione idem dicendum est probari in d.l. Pantonius. nam ibi non constat,ꝙ pater esset omnino præteritus, vnde extendo contra Ias.illam legem habere locum, etiam si pater ex parte institutus esset,eritq́ue tertium pro mea opinione fundamentum.Tertio hanc partem teneo per generalitatẽ d.l.fratres.& d.§.soror. ergo qđ non mutatur, &c. quas leges non reperio limitatas. Nec obs.d.l.omnimodo, vt infrà subijciam.Quartò hæc pars æquior est,tam fauore fratris,q̃ odio instituti turpis.Quintò non reperitur lege cauta legitima fratris, ergo lex totum habuit pro legitima quasi per talem querelam res ad causam intestati deducere tur vt per totum.C.& ff.vnde legitimi.Et hanc partem tenent Guilie.de Cune.in l.fratres.C.de inof.testa.& Paul.in l.omnimodo.eod.& in l.fratres.nu.4. & 5.eod.vbi subdit, ꝙ etiam si fratri legitima sit relicta,adhuc si turpis persona instituatur,agitur querela. Et idem ẽt in hac specie tenuit Guil.secundo ꝙ refert Xuarez in l. quoniam in prioribus. fol.4.in princ.C.de inoffi.testam. Idem ẽt tenet Salic.in l. fratres.3.quæstio.& ibi Bald.nu.9. & fuit de mente Bar.ibi secũdum Xuarez in d.l.quoniam in prioribus, fol.4.col.1. in fi.Bald.tñ & Salice.non tenent hanc partem,qñ integra legitima,sed tantum quando minus legitima fratri esset relictum.Hanc quæstionem tangit Iaso.in l. frates col.1.& nil firmat. Sed contrariam opi.imo ꝙ si fratri sit aliquid relictum,licèt sit minus legitima,querelam tunc non habeat tenuit Ange.in l.1.ff.de inoffi.testamẽ.& in auth. resq;.C. com.de leg.secundum ꝙ refert Iaso.in d.l.fratres.colũ.1.& eand.parrem tenet Xuarez vbi suprà fol.3.col.4.cum duabus seq.post gl.in d.l.omnimodo,in verb.alijs personis,vbi Ias.n.3.se remittit de ea,quæ dixit in l.fratres.vbi nil firmauit.Et hanc partem putò longè veriorẽ.per tex.in d.l.omnimodo,in verb.(vel alijs personis,quibus ea.actio)vbi est tex.apertus,nisi violenter restringatur.Secundo per tex.in authẽ.de hær.& Fal.§. primum itaque. quem melius induco,q̃ Xuarez vbi suprà,ait enim text.testantibus quidẽ necessitatem imponit lex quandam partem quibusdam personis distribuere. Et postea subdit, quòd inter illas personas interdum frater enumeratur,verbumq; (interdũ)exẽplificat gl.qñ turpis persona fuit instituta, & rectè, vt.§.soror.Inst.de inoffi.testam.& d.l.fratres. Ecce ergo qualiter quando turpis persona est instituta,frater compellitur fratri non totam hҿreditatem,sed certam, quandamue partẽ. idest quartam relinquere. nam de quarta est intelligendũ, vt subdit tex.in §.si quis autem non implens, in d.authen in verb. (scilicet quartam ab intestato partem.) Et ex d.§. primum itaque.sic intellecto, infertur aperte si frater fratrem in legitima hҿredem instituit, & in residuo turpẽ personam,quod tunc querelam non habet frater,quod ẽt firmauit Bald.in d.l.fratres.nu.9.licèt debilibus vsus sit fundamentis,quҿ impugnat Ias.in d.l.frates,nu.6.vbi sentit contrarium,licèt cum Bald.in hoc teneat Salice.ibi per ead.leuia fund.sed contrarium & male sentit Ias.vt dixi. Et contrarium in specie tenet Paul.ibi.nu.4.& 5.in quodam consilio,quem refert Iaso.ibid.In ead.sententia cum Paul.fuit Guili.de Cune.ibid. quem referunt Paul.Ias.& Bald.ibid. Extat ergo ex superioribus, ꝙ si fratri minus legitima relinquatur, tunc turpem personam institutam non agit querela,sed agit tantum ad supplementum,hoc primo.Quòd si integra legitima sibi esset relicta,tũc contra turpẽ personam nullatenus ageret.Et retenta ista parte, non obst.l.Pãtonius,suprà all.Nam resp.vt per Salicetum,Ias & Xuarez vbi suprà.Et sit responsio, quòd magis peccat filius, qui patrem præterit, turpi instituta persona cum a patre esset beneficio emancipationis affectus,vt §.hoc autem.Institu. per quas person.nob. acquir. quàm si fratrem præteriret, qui nullum sibi fecit beneficium. Vel tertio dic,ꝙ magis debentur parentibus,q̃ fratribus.Patet,quia parẽtibus subuenitur licèt honesta persona à filijs esset instituta, at fratribus tunc demum sit turpis,vt §.non autẽ.iuncto.§. soror. Inst.de inoff.testa.Nec obst. ꝙ non tam fauore fratris,quã odio instituti fratri detur querela.Nam resp. vtrunque inspiciẽdum, & patet ꝙ frater omnino prҿteritus istius inofficiosum dicit testamentum fratris,q̃ si aliquid sibi esset relictum.& in hac ratione fundata est d.l.omnimodo.

216 Et retenta mea opin.inde etiam infertur,ꝙ si †filius est institutus in legitima,licèt in residuo turpi persona esset instituta,adhuc filius querelam non haberet.Quod in specie tenet Bald.in d.l.fratres.nu.9.Mouetur, quia nulla lege cauetur,quòd tali casu detur querela,ergo,&c. vt l.illam.C. coll.& idem in specie tenet Ias.in l.omnimodo, nu.4.licèt contrarium teneat in specie Paul.in d.l.fratres.nu.5.& d.l. omnimodo,& contra Paul.tenet etiã Salicetus in l.fratres, colum.3.in princip.

217 Et subsequenter posset, quæri, quid si filio integra † legitima relicta nõ esset,sed minus, & in residuo esset turpis persona instituta?Et retenta opinione Pau.esset dicendum quod posset querelare odio instituti turpis.At retenta opi. contraria,quæ verior est,contrarium esset dicendum.

218 Et subsequenter quæri posset de his duabus † quæstionibus in parte,qui minus legitima, vel etiam integram legitimam tupi persona in residuo instituta accepit.Et certè retenta op.Paul.vtroque casu querelam haberet, sed retenta opin.aliorum,quæ tenenda est, contrarium dicendum est.Ista tamen,quæ dixi de patre & filijs prҿteritis,nõ transeunt fine dubio,propter dictam legem,Pantonius,secundum intellect.quem dedi suprà.

Tandem reuera magis est,vt d.l.omnimodo,& d.l.quoniam in priori.isto titulo,cessent hoc casu,quia decisio legis generalis restringitur per rationem in ea expressam secundum communem opi.vt per Tiraq.de causa ces.par.1. nu.123.cum pl.prҿceden.& seq.nã tunc ratio habetur pro lege,decisio vero pro exemplo ex communi opi. quam resoluimus suprà.§.12.nu.4.versi.neque ad rem, per l.cũ pater.§.dulcissimis.ff.de legat.2. Ergo d.l.omnimodo,in illis verbis vel alijs personis, licèt ẽt ex verbis fratres comprehẽdat tñ ex mente & sententia, quҿ per rationem ibi expressam colligitur,definit fratres comprehendere, quia tã ibi,q̃ in d.l.quoniam in prior.sҿpe exprimitur hҿc ratio,vt quibus dabatur querela occasione minoris portionis, illis hodie non querela,sed supplementum detur.Vnde cũ fratribus querela non occasione minoris portionis,sed ratione turpitudinis scripti hæredis daretur, in eis cessat supplementum,daturq; querela.Et hæc est veritas, licèt ego contrarium deceptus tenuerim suprà.§.10.in vltima parte.

Ibi quoquo relicti titulo.not.legitimam liberorum posse quoquo titulo eis relinqui.

219 Idem vt quoquo relicti titulo sufficeret relictam † esse legitimam ait,l.omnimodo.supra eo.tit.de inof.testam.

Idem

220 Idem eriam iure.ff.in legitima † patroni.l.ſine §.exclu-
ditur de iure patr.ff.l.etiam.§.ſi dubitata.ff. de bon. liber.l.
ſi patronus ex debita.§.patronus eod.titu.
221 Idē in legitima,quæ debebatur † patri à filio emácipato
l.1.in pr.in verb.exēplo patron.ff.ſi quis à par.fuer.manu.
222 Idem in † Trebellianica.§.ſi quis vna.Inſt.de fideicom.
hær.l.1.§.ſi hæres percepto fundo.ff.ad Trebellian.
223 Idem in † Falc.argu.l.in quartam.ff.ad leg.Falc.& l.filiũ
quem.C.fami.her.

De iſtis quartis vi.octo per gl.mag.ad fin.C.fam.her.in
l.filium quem.& ibi.35. ſpecies quartarum cumulatas per
Ferd.Bereng.in l.in quartam.ff.ad leg.Falcidiam, fol.101.
224 Amp.concl.vt procedat etia hodie in † teſtamento im-
perfecto facto inter liberos ſecundum communem opin.
quam communem eſſe firmat Iaſ.hic.nu.16.& Coraſ.in l.
filium quē,nu.82.C.ſam.hær.licèt contrariũ teneat vterq́;
poſt gl.noſtrã,vltraquos addo,ꝙ l.noua loquens de teſta.
debet intelligi de vero teſtameato,l.non aliter, de leg.3.ff.
at imporium eſt teſtamētum inter liberos. Iaſ.in l.hac cō
ſultisſima.§.ex imperfecto,col.pen.& fin.C.de teſtam.de
quo tameu latius ſtatim.
225 Ampl. ſecundum communem † vt procedat etiam de
iure canonico.Alex.in l.inter cætera,de lib.& poſth.Iaſo.
hic nu.13.Coraſ.vbi ſupra,nu.82.poſt.glo.in c.Rainutius,
& in c.ſi pater.de teſtam.in 6.
226 Amp .vt idem in legitima parentum † ſecundum com-
munem,cōtra quam tenet Bar.hic & Iaſ.nu.32.& Coraſ.
d.nu.82.Gomez Arias,in l.4.Tauri nu.9.
227 Et inter reliquas vtilitates , quæ deſcedunt † ex titulo
inſtitutionis,illa præcipua eſt,ꝙ inſtituto etiam in re cer-
ta tm̄ poteſt accreſcere vniuerſa hęreditas,id quod contin
gere non poſſet ei, cui legitima titulo ſingulari relicta eſ-
ſet.ita Bart.in l.ex facto,col.2.ff.de hær.inſt. cuius opi.cō-
munis eſt ſecundum Iaſ.nu.6.in l.quoties.C.de hær.inſtit.
eſtq́; communis ſecundum Alex.ibidem,col.2. Eand.op.
communem firmat Coraſ.l. teſtamento.C.de impub.nu.
17.qui tamē contrarium tenet poſt plures antiquos,quos
refert Iaſ.vbi ſuprà.Sed tamen Bart.opi. communem di-
cit Corneus in d.l.quoties,nu.5.vbi etiã Paulus nu.2.hanc
Bar.op.receptam eſſe dicit.

Superiorem tamen regulam limit.8. modis ſecundum
Iaſ.hic nu.23. cum ſeq. vt licet hodie regulariter legitima
liberorum ſit relinqnenda titulo inſtitutionis, vt in authē.
vt cum de appel.cog.§.aliud quoq;.id multiplicetur limi-
tetur ſecundum Iaſ. vbi ſuprà. inter quas limitationes illa
228 præcipua eſt,ꝙ non procedit in † teſtamento cōdito a pa
tre inter liberos,inter quos ſufficit legitimam quoquo ti-
tulo relinqui.Ita tenuit gl. hic & glo.in c.ſi pater,in verb.
inſtitu.de teſtam.in 6. Antonius de Butrig.in cap.Rainu-
tius extra de teſt.colũ.10.Azo.in ſuma huius titu.& hanc
opinio.nouisſimè defendit Iaſ.hi num.16.& Coraſius nu.
82.in l.filium quem hab.C.fam.hęr.

Sed tamen in cōtrarium ſe habet communis opin.vt ēt
in teſta.inter liberos hodie ſit neceſſe legitiman relinqui
titulo inſtitutionis,non ſecus,ꝗ in reliquis teſtamentus.Et
hanc eſſe cōem opi.teſtatur Iaſ.vbi ſuprà.& Cora.etiã vbi
ſuprà,& Curtius Iunior in l.hac cōſultisſima.§. ex imper
fecto.nu.13.de teſt.poſt Iacob.Butr.& Iaco. de Aret.Bal.
& Salic.hic Bal.& Sali.in l.fi.C.fam.her.Fulg. hic Imol.in
d.c.Rainutius.Ale.in l.inter cætera.ff. de lib. & poſth.Bal.
in d.c.ſi pater.Bar.in d.c.Rainutius. ſequunt̄ hic Petrus,Ci
nus,Iaco.Butr.Alber.& Azo.in ſua ſumma. & Placētinus
in ſua ſumma huius tituli,& Inſt.e.in ſumma & Ang. hic.

Pro hac communi opin.quam ēt in puncto iuris verio
rem puto,eſt tex.in d.§.aliud quoque.in authē. vt cum de
appellatione cog.in ſui generalitate.Secundò facit quia lex
generaliter loquens , comprehēdit caſus,vtcũq; ſpeciales,
& priuilegiatos , niſi reperiantur habere peculiare priuile-
gium in illa materia,l.in fraudem.§.ſi.de teſt.mil.docet la
tè Decius conſ.5.latisſimè Tiraq.in tract. de vtroq; retra.
gl.14.nu.91.Decius.in l.ex teſt.C.vnde liberi. Alciatus li.
4.Paradox.c.10.Sed.d.§. aliud quoque generaliter loqui-
tur,nec quo ad titulum inſtitutionis teſt.inter liberos factũ
reperitur habere hoc priuilegium,ergo in eo ſtabimus iu-
re communi quo ad hoc.

Tertiò facit,l.cum oportet,in ratione ſui in princ.C.de
bon.quę libe.vbi quòd à patre in vno liberorum confer-
tur in præiudicium aliorum , id reliquis fratribus grauius
videtur,quam ſi extraneis datum eſſet . Ergo vt ſi extra-
neus inſtitutus eſſet tunc ſufficeret ꝙ filio integra legiti-
ma titulo legati relinquerentur,ita non ſufficiet, licèt alius
filius ſit hæres inſtitutus.Quarto facit, quia facilius infir-
matur teſtamen.quod valet iure ſpeciali inter liberos, quã
ſi valeret de iure communi,argumēto,l.eius militis.§.mi
litia miſſus.ff.de milit.teſtamento. Ergo vt in teſtēmento
quod babet omnes iuris ſolēnitates inter extraneos facto
non ſufficit legitimã liberis titulo legati relinqui,ita quoq;
& in teſtamento facto inter liberos,quod abſque iuris ci-
uilis ſolennitatibus factum proponitur.Quinto facit tex.
hic & in auth.de triente & ſemi.§.1.col.3. vbi ex ęquo le
gitima inter liberos diuidenda eſt nec permittitur ꝙ legi
tima vnius filij augeatur cum diminutione, vel detrimen
to alterius filij non magis,quàm ſi id fieret in augmentum
alicuius extranei.

Tenendo hanc communem opin.ad fundã.Iaſ.reſpon.
Primò dum ait, ꝙ in teſtamento cōdito inter liberos ceſ
ſant ſolennitates iuris ciuilis, reſpon. ꝙ ceſſant ſolēnitates
non tamen omnes,vel ceſſant illæ ſolēnitates, quę non tã
grauem læſionem filijs ingerunt,quàm eſſe videtur iniu-
ria præteritionis,argu.dict.§.aliud quoq;.verſi. ſola enim
eſt iuncta,l.Iulianus.ff.ſi quis omi.cau.teſtamen. Item dũ
Iaſ.ait. quòd in teſtamento conditio ad pias cauſas , quia
ibi attenditur ſolum ius gentium non deſideratur titulus
inſtitutionis,reſpon.id verum,qñ nullus alius eſſet inſtitu
tus. Nam & in teſtamēto inter liberos cũ nullus alius libe
rorum vel extraneorum reperitur inſtitutus,non admitte
retur filius ille,qui ſe præteritum exclamaret , cũ alij quo
que ſimiliter pręteriti eſſent,idq́; teſta. valeret . iuxta for-
mam.l.fin.C.fam.her.l.1.tit.2.lib.5.ordinamen.

Idem dum tertio loco Iaſo.ait de hoc text.in c.Rainu-
229 tius de teſtam.vbi filiafa.habuit † titulo legati legitimam,
& nihilominus valuit teſtam.eo ꝙ inter liberos id teſt.fa-
ctũ fuit,vt melius dic,ꝙ tēpore illo valebat teſt. licèt filia
fa.inſtituta noc eſſet,vt in l.qui filiũ.ff. vbi pupillus educa-
ri debeat,l.ſi quis hæredem.C.de inſt.& ſubſt.l.qui quar-
tam.§.ſi quis vnam,& l.qui filiabus. ff.de leg.1. expresſio
in l.fin.C.de lib.præteri.& in §.1.verſi.ſed non ita. Inſtit.
de exhær.libero.Nec ad rem pertinet,ꝙ poſtea per Iuſti-
niannm exęquata fuerit conditio fœminarum & maſculo
rum,vt in d.l.fi.& in §.pen.& fin.Inſt.de exhęr.lib. Nam
d.capit.Rainutius,fuit factum antequam per Iuſtinianum
eſſet iuductum,vt fœminæ inſtituerentur nō ſecus,quàm
maſculi,ſicq́; fuit factum eo tēpore , quo permiſſum erat
fœminas pręteriri,dum modo titulo legati legitimam ha
berent.Patet,quia in d.c.Rainutius.loquitur tex.ſuper an-
nali exceptione , quæ diu poſtea per Iuſtinianum ſublata
fuit vt in l.1.C.de annali excep.& in pr.Inſti.de vſucap.id
quod opportunè aduertit gl.d.c.Rainutius , in verb.præ-
ſcriptio.ſicq́; intelligendum,ꝙ tempore d.cap.Rainutius,
per Iuſtinianum neque erat inducta neceſſitas fœminarũ
inſtituendarum,neq; erat ſublata annalis præſcriptio, ſed
vtrunq; poſtea inductum fuit.Quod intellige poſito pro
conſtanti,quòd iure tam.ff.quàm.C. neceſſe nō erit filiã.
inſtitui,vel exhedari , aliquo ſibi quoquo titu.dato , quod
ius viguit,vſque ad nouisſima tempora Inſtiniani, cũ fa-
cta fuit dicta l.maximum.C.de lib.pret.

Hinc infero neceſſariam non eſſe nec veram opi.eorũ,
230 qui d.c.Rainutius,in verb.relinquens,intelligunt † titulo
ſcilicet inſtitutionis,quæ ſuppletio, quiq; intellectus vio-
lat euidenter literam illius text.Licèt illũ intellectũ cōem
eſſe fateantur Imola ibid.nu.31.& Alex.in l.inter cætera,
col.fi.ff.de lib.& poſth.Iaſ.nu.32.in l.1,ff.ſolut.matr.idem
Iaſo.

Ias.hic nume.31.Coras.in l.filium quem,num.82.C.fam.her.Couar.in d.C. Rainutius.§.1.in princ.qui omes post alios firmant communem esse hunc intellectũ,quē tenuit gl.d.c.Rainu.in verb.relinquens.Qui oēs ob id decipiunt ꝙ putabant titulũ institutionis in fœminis eo tempore desiderari non secus,q̃ in masculis, ꝙ euidēter dissidet ab ipsarum legum traditione,vt latius diximus. Vel dic,ꝙ in d.c.Rainu. licèt filia esset præterita,i. neque instituta nec exhæredata si tamen titulo.sing.fuit honorata,nō definit valere testam.quia & hodie ēt valeret,licèt querela rescindi posset,vt differimus suprà hoc.§.in parte præcedenti.aliquid suprà.§.10.vlti.par.ad pri.& infra statim.

Redeundo ad nostrum principalē articulum,sit regula, ꝙ hodie titulus institutionis desideratur in testamento inter liberos non secus,q̃ si id test.fieret inter extraneos. Et ita procedat opi.communis.Fallit, qñ in tali testamēto nullus neque liberorum, neque extraneorum fuit hæres scriptus,nam tunc id test.cessante ēt titulo institutions firmũ est l.si.C.fam.her.Et ita potest procedere opin. Ias.& aliorum contra communem ex mēte Petri, Cini, Albe.Iaco. Butrig.Bald.Salic.Fulg.Areti.Pauli,& Ias.hic.

Videndum ergo legitima quo iure relinquenda esset iure.ff.& quid iure.C.& quid iure auth.& quid iure canoni-

231 co,& quid iure regio.Quo ad primum † communis opin. est,ꝙ iure.ff.deberet relinqui titulo institutionis.Ita tenet Bal.Imola,Ale.& Ias.n.10.in l.inter cętera.ff.de lib.& posth.Ang.in l.Gallus.§.fi.ff.de lib.& posth.Ias.hic nu.14.& Bar.in l.cũ ex filio,in pr.ff.de vul.& Are.in d.l.inter cętera. qui hãc dicit cōem op.Idē sequitur Aretin. hic & Pau.col. 2.in pr.Et hanc dicit communem opi.Xuarez in l.quoniã in prior.infra eo.limit. 15.fol.54. Sequitur Imola in l.suus quoq; in prin.ff.de hęr.instituen. Idem Imo.in l.ex asse.ff. ad l.Fal.glo.in l.nã his ff.de inof.test.& oēs doctores hic.

Contrariam simpliciter & securus tenuit Coras. nu.82. in l.filium quem nu.82.C.fam.her.gl.in l.scimus.§.cũ aũt, infra eo.Ang.in l.suus quoq; in pr.ff.de hęr.insti.& in l.ex asse per illũ text.ff.ad Treb.& hęc pars verissima est.vt latius diximus in d.§.10.vult.par. in pr.per l.Papinianus.§. si quis,& per l.si nō mortis.ff.de inoff.test.& l.cũ quęritur. & l.parentibus,hoc ti.l.scimus.§. cũ aũt eo.l.scimus.in pr. & l.si qñ,in pr.& §.illud & §.fi.eo. hoc titulo §.igitur.Insti.eo.l.qui filiũ.ff. vbi pupil.educati debeat. Tenendo hãc partē contra communē,tunc ad l.ita tñ §.qui rogatus.ff.ad Treb.respon.ꝙ ibi emancipatus nō fuit institutus, nec exhæredatus,sed tãtũ præteritus.Nam si terminis illius text. ille emancipatus fuisset exhæredatus,tunc non noceret,ꝙ legitimam haberet alio titulo quàm institutionis.

232 Iure autem.C.omnes doctores de quibus suprà † mentionē habuimus,tenēt non oportere legitimã relinqui titulo institutionis,sed sufficeret vt relinquatur quoquo titulo Quod & tenent communiter omnes.in l.oĩmodo,& in l. scimus §.cum autem.infra eo.per tex.in d.l.omnimodo.

233 Iure aũt nouissimo authēticorũ,quo hodie vtimur cōiter tenetur oportere legitimã relinqui titulo honorabili institutionis,per auth.vt cũ de appel.cognos. §. aliud quoq;. Ita tenent omnes doctores,de quibus suprà mentionē habuimus,quorum nonnulli hanc dicunt communem opin. vt firmat Xuarez vbi suprà Bald.Angel.Imola,Paul.Areti. Alex.& Ias.in l.inter cętera.ff.de lib.& posth.Ias.hic n.14. post Aret.Paul.Salic.Bald.Bart. quod sequitur hic Iacobus de Areti.& Iacob.Butrig.& Petrus de Bellaper.& Cin.& Ioan.Faber,& Placē.hic in summa,& Azo.hic in sua summa.& Odofred.hic. Sequitur etiã Alberic.hic,qui dicit ita communiter teneri per legistas,& canonistas,& glossatores,nã ita tenuit glo.nostra,& glo.in l.oĩmodo, infrà eo.& gl.in d.§.aliud quoq; gl.relinquens,in d.c.Rainutius.de testam.glo.in d.c.si pater.vbi communiter per oēs cano.glo. & communiter doct.in §.igitur.Inst.hoc titulo,& est cōis opi.secundũ Imolam nu.31.in d.c.Rain. & secundũ Ben. de Plumb.ibi.nu.37.in §.in eodem testamento relinquens & secundum Couarru.ibid.in d.c.Rainutius,§ 1.in pri.&

secundum Ias.nu.32.in.l.1.ff.solu.matr.& secundũ Coras. in l.filium quē haben.C.fam.her.nu.82.tenet Bart. in l.in quartam.ff.ad l.Fal.nu.10.& est communis opin.secundum Paul.de Mōte Pico ibi.n.64.Emanuel de Acosta in l. Gall. §.& quid si tantum.ff.de lib.& posth.pagi. 131. Viglius in rubr.de inoff.test. Inst.Iaso.in l.sicut.nu.8.C.de testa.mil. idem Ias.nu.18.in l. posthumo nato.C.de bon.pos.contra tabu.Bald.Paul.Corne.Alex.Ias.Dec. Curt.iunior.& Coras.in l.humanitatis.C.de impub.super illũ tex.ibi.in verb. legitima portione,& est communis opina.secundum Decium cons.105.Et pro tenui,& secundum eund. Decium consi.228.In casu.Ang.consi.94.Pro parte negatiua,col.3. & consi.136.In quæstione vertente col.pen.Cumanus cõsil.126.Visa copia,col.1.Romanus,consi.516.In casu pro posito,Ias.cons.65.vol.1.Roman.cons.312.Circa mouentur omnes per tex.in §.aliud quoque.suprà alleg.

Sed nouissimè Viglius in rubr.C. de inof.testam.tenuit oppositum quodam debili fundamento, quod referre nolo.Sed nos olim publicè oppositum defendimus, cũ conclusiones.730.contra communem in circulis tueremur. Mouebat quod iure.C.secundum omnes,& iure etiã.ff.secundum nostram sententiam legitima poterat quoquo titulo relinqui, idemq́, etiam secundum omnes iure authē. ante quàm fieret d.§.aliud quoque.vt hic in auth.de trien. & semi.§.1.nec credendus est Iustinianus sese in continēti velle corrigere.

Tenendo contra communem op.ad d.§. aliud quoque. respondebam loqui non quo ad testamenti creationē, vel validitatem primordialem,sed tantum quo ad eius resolutionem.Namq́; olim filius, qui integram legitimam quoquo titulo habebat,non poterat testam. per querelam expugnare,siue institutus in testamento patris fuisset,siue exhęredatus,& siue id inter viuos(hac tamen lege,vt illud in legitimam imputaret)accepisset, siue mortis causa. Rursus si legitimam diminutam accepisset,testam.poterat querela impugnare, siue id titulo honorabili institutionis accepisset siue titulo legati,vel alio, cum in testamento exhæredatus esset,vt probatur in l.si non mortis, & in l.Papinianus,§.si quis mortis,ff.de inoff. testa. & in §.igitur.Instit. eod.& in l.cum quęritur.& in l.parentibus,& in l.scimus, in princ.& §.cum autem,& l.si qñ,§.illud.& §.& generaliter,hoc titu.d.l.Papinianus,§.quarta aũt, & §. quoniã aũt. Tunc sic,si filius hodie,qui integram legitimã habuit, vel inter viuos,vel in vltima volũtate sit exhęredatus, is licèt olim non poterat querelam perferre. vt dd.ll.hodie tñ pōt querelã instituere,eáq́; producere, eo ꝙ ad querelam inofficio. testa. excludendam non satis hodie sit integram legitimam habere quoquo titulo si filius absque iusta causa exhæredatus proponatur. Vnde licèt olim satis sufficiens causa exhęredandi esset, ꝙ exhæredatus integrã legitimã recepisset,hodie iuxta non sit,vt in d.§. aliud quoq;. nō tñ negatur qui testa.merò iure valeat,sicq; testa. non desiderat legitimã titulo institutionis relinqui ad sui primordialem firmitatem, licèt id desideratur, vt ex post facto per querelam infirmari non possit. Cogita tamen. Et nostra opi.hodie intrepidè tenēda est p. l.5.ti.7. vel.8.par.6.q̃ ita vt nos ius commune interpretamur Nec dubium est,quin authoritas illius legis certior verior,& grauior , haberi debeat,q̃ autoritas eorũ,qui cōem sententiam tuentur.

234 Quid aũt de iure cano. an liberis † sit relinquenda legitima titulo institutionis?Communis opinio est,quòd sit iure canonico relinquenda legitima liberorum titulo institutionis non secus, quam de iure ciuili.Ita tenuit gl.in verb. relinquens,in d.c.Rainutius, quam communiter approbatam dicunt ibid.Imola nu.31.Couarru. ibid.§.1.in princ. Ias.hic nu.31.idem Ias.in l.ff.solut.mat.nu.31.glo. & doct. communiter,in c.si pater.de testament. in 6.estq́; communis opin.secundum Cora.in l.filium quem. nu.82.C.fam. her.Mouentur,quia(inquiunt)de iure ciuili est expeditissimum legitimã titulo institutionis relinqui oportere, ergo idē iure cano.cũ nō expediat differentiã inter hæc iura constitui,

stitui, vbi expressim nõ reperiť, & sequitur hic Ioan.Fabe.

Contrarium tenuit Hostiensis in d.c. Rainutius, cuius opinio communis est secundum Alex. in l.inter cætera.ff. lib.& posth.Et hanc partem verissimam puto, saltē in filiabus, reliquisq; oĩbus personis, quibus legitima debeť, præter filiumf.Moueor in primis per tex.in d.c.Rain.in verb. relinquēs, secundum nouissimum intellectum, quē suprà signaui.Deinde moueor nouissimo fundamento. Nam iure, ff.& iure.C.vsq; ad tēpus, quo facta fuit l. maximum vitium.C.de lib.præt.erat differen. insignis inter filium fam. & reliquas oēs personas, quibus legitima debebatur, siue illi suitatē haberent, siue nõ haberent, vt licèt ꝑ præteritionē filijfa.vitiaretur ipso iure testa.tñ per aliorũ præteritionē non vitiabatur ab initio test.sed eis quædã portio ꝑ ius accre.dabať.Ita docet Iustinianus in d.l. maximũ vitiũ, & in pr.vers.sed non ita.Insti.de exhær.lib.l.Gall.§.in oĩbus. ibi, filius duntaxat.ff.de lib.& posth.l.qui filiũ.ff.vbi pupillus educari debeat, l. ex asse.ff.ad. Treb.l. qui quartam.§.si quis vnam, & l.qui filiabus.ff.de leg.1.Sic ēt licèt filiusf.nõ posset institui sub conditione casuali vel mixta nisi in defectũ ipsius exhæredaretur, tñ filiaf. & reliqui oēs bene poterant sub conditione casuali vel mixta institui, ēt si in defectũ illius cond.nõ essent exhæredati, vt probatur in l.si pater.C.de inst.& subst.l.filius à patre.ff.de lib. & posth.iuncta l.suus quoq; in pr.& §. puto cũ l.seq.ff.de hær. insti.l.si quis hæredem.C.de inst.& substit.l.sed & si conditioni.§. nepotes.ff.de hære.instit.tenet in specie Imola in d.§.nepotes.& in d.l.suus quoq;.Emanuel ab Acosta in l.Gallus. §.& quid si tm̃.ff.de lib.& posth.Licèt in cõtrariũ sit magis cõis op.do.in d.l.pater, vt ꝑ Cor.Ale.Ias.Deciũ & alios ibi.& ꝑ Xuarez in l.quoniã in prioribus, amp.1.& ampl.4.

Cum ergo iure tam.ff.quã. C.vsq; ad tēpora Iustiniani, & vsque ad tēpus quo facta fuit d.l.maximũ vitiũ.nõ esset necesse, ꝙ legitima filiabus relinquereť titulo institutionis quia ēt si pręteritæ essent, testam.ipso iure valebat, licèt ipsæ per ius accres.quandã portionem consequerentur, & cũ d.c.Rainutius factũ fuerit anteq̃ id ius ꝑ Iustinianum immutareť, superest, vt saltem tempore, quo d.c.factũ fuit, indubitanter necesse non esset legitimam illius filiæfa.relinqui titulo institutionis, vt suprà latè probaui.Sed an hodie sit idem, cum iam illud per ius ciuile sit immutatũ. Et puto ꝙ non quia per ius canonicum non reperitur canonizata d.auth.vt cum de appel.cog.in d.§.aliud quoq;.ergo superest, ꝙ iure canonico legitima non est necesse ꝙ relinquatur titulo institutionis quo ad primordialem testamenti validitatem, nec etiam quo ad irreuocabilem. Facit c.cũ esses, & c.relatum.1.de testa. prosertim in ratione, quæ in dictis iuribus expressa est, vbi ius tantum gentium, nõ iuris ciuilis solennitates de iure canonico in terris ecclesiæ obseruatur in testamentis.Quod tamen dic vt diximus infrà li.3.§.21.in illo articulo. An testamentũ minus solenne alia de iure canonico. Sed iure nostro Hispanorum res perspicua, expeditaque videtur, vt legitima iure seu titulo honorabili institutionis relinquenda sit, vt iu 6.partita.tit. 5.l.6.Sed certè & hac in re possent non inelegãter tentari, vt iure nostro desideretur titulus institutionis, non tam ad primordialem testamenti validitatem, q̃ ad irreuocabilem hoc est, ad hoc vt testamenti rescisio, quæ per querelam contingere potest, & solet, impediatur. Quod dic vt diximus in materia substitutionis exemplaris infra lib.5.& 6. Denique pro nobis tex.expressus iure regio in 6.par.tit.5. ibi, mas si aquella parte le daxe no como à heredero, mas como en razon demanda, podria entonces quebrantar el testamento.Vbi expressum, quòd ēt si filius non sit institutus, nec exhęredatus, si tamen ei sit aliquid relictum, valet quidē testa.licèt possit querela rescindi.Idē & 2. probat d.l.5.ibi, diziendo que le quedasse en saluo la querela. Idem & tertio ibi, non podrie despues quebrantar lo.Cuius legis verba longe euidentiora sunt, quàm vlla inductione egeãt. Vnde solitus sum dicere, quòd nostra opin iu iudicando etiam & consulendo sequenda est ēt in termiuis iuris communis, vbi ius ēt nostrũ Regiũ non vigeret, quia authoritas legis Regiæ, quę ita vt nos iure commune interpretai longe certior, verior, & grauior haberi debet, quàm authoritas eorum qui cõem sententiã tuentur.Licèt legē nostrã exterminare & violare conetur Grego.Ludi in d.l.3.dum verum eius sensum & iurius communis non percepit.

235 Stat ergo ex superioribus, † ꝙ hodie legitima relinquenda est titulo honorabilis institutionis secundum cões opi. Sed videndum, quare is titulus desideretur? Et doct.cõiter aiunt duabus rationibus id desiderari. Prima, propter honorem institutorum, qui honor cũctis rebus pretiosior est l.Iulianus.ff.si quis om.cau.testam.facit tex. in auth.de iureiu.à mori.præst.§.1.Secunda ratio, propter emolumentum iuris accres. nã hæredi etiã in re certa instituto potest accrescere vniuersa hęreditas.l.§. si ex fundo, & l. si alterius, ff.de hære.insti.sed legatario vel fideic. vniuers.nõ potest adcrescere vniuersa hæreditas, ita Bart.in l.ex facto, in pr.ff.de hær.instit.Cuius opi.cõis est, vt probaui suprà. Et quòd propter has rationes is titulus institutionis desideretur, est communis op.quam tenent Cin.Iacob.Butr.Bald. Salic.Fulg.Paul.Aret.& Ias.n.18.hic, Bart.in d.l.ex facto. col.2.Ias.post plures alios, quos refert in l.quoties.nu.6.C. de hęre.inst.vbi latè Alex.col.2. & est communis opin.secundum Coras.in l.testamē.nu.17.C.de impu.& est communis opin.secundum Corn.in d.l.quoties, nu.5.vbi Paul. nu.2.Bar.in l.filium.§.sed cum portio.ff.de leg.pręst.

Sed hæc communis opi.vr̃ publica, arg.d.l.quoties.vbi institutus in re certa habetur loco legatarij nõ secus quàm si titulo legati ea res sibi relicta esset, ergo non est verum, quòd ei possit vniuersa hæreditas accrescere.Quia si vnus ex pluribus hæredibus qui in portionibus hæreditarijs fuissent hęredes scripti, repudiet, tũc eius portio non filio, qui institus fuerit in re certa, quiq; per hoc legatarij habetur, sed alijs cohæredibus in portionibus hęreditarijs institutis accrescet, quia inter succedentes diuerso iure cessat ius accres.vt l.sed cũ patrono.ff.secũdũ ta. Vñ cũ hic filius quasi legatarius, & sic titulo singulari succedat, & portio hæreditatis deferať titulo vniuersali, certè cessat ius accre.

236 Infero verã nõ esse op.cõem † volētē, vt dixi, ideo hodie oportere filio legitimã relinqui titulo institutionis, vt habeat ius accr.qđ alias habiturus nõ esset. Nã cũ possit institui in re certa, nõ magis ius accres. habebit q̃ si ꝑ legatũ sibi relinquereť, quinimo si legitima relinqui nõ posset nisi titulo sigulari, nõ posset, nõ esse ius accrescendi, & ex quo põt etiã titulo relinqui vniuersali, euenit, vt possit nõ esse ius accres.ꝙ possit legitima relinqui ꝑ institutionē factã in re certa.Patet ꝑ §.hæc cũ disposuimus, in auth.vt cũ de appel.cog.ibi.Sola.n. est nostrę serenitatis intentio iniuriã exhæredationis, & præteritionis, &c. vt qui cõem op.defendunt apertiss.cõtra illũ tex.loqui videantur.Sed certè si plures essent instituti in portionibus hær.cũ filio in re certa instituto, tunc portio vnius hęredis repudianti, licèt alteri, tñ non etiam filio accresceret, quia inter filium succedentē titulo singulari & alios cohęredes succedentes titulo vniuersali non esset ius accresc.tñ si oēs cohæredes repudiassent, tota hæreditas huic filio ex parte instituto accresceret, l.1.§.si ex fundo, ff, de hære inst.l. si alterius eod.ti.

Sed certè hæc secũda ratio cõis defēdi nõ põt.Nã certum est, ꝙ hodie scđm cões op.nõ sufficit ꝙ legitima relinquatur filio titulo fideic.vni.tex.est in l.ita tñ.§. si quis rogatus ff.ad Treb.estq; cõis op.vt ꝑ Alex.Imo.Are.& Ias.in l.inter cætera.ff.de lib.& post.& post Ias.hic nu.27.Xuar.in l.qm̃.in prio.lim.15.infra eo.& tradũt hic oēs doc.quos supra diximus tenere, ꝙ hodie oporteat legitimã relinqui titulo institutionis, docet Ias.n.5.in l.posth.nato.C. de bon. pos.cõtra ta.sed certũ est, ꝙ si filio relinquereť legitima titulo fidei.vniu.tũc ei possit vniuersa hæreditas accrescere repudiãtibus cohæredibus nõ secus, q̃ si iure institutionis sibi legitima relicta esset, tex.est in l.nõ iuxtã.C.ad Tre.facit l. hęr.mei.§.cũ ita.ff.eo.Ergo dicēdũ est, ꝙ si ꝑꝑ ius accrescendi is titulus desidera reť, sufficeret titu.fidei.vni.q̃ ad iuris accrescen

crescendi ademptionem sufficiens est non secus,quã titulus institutionis.Cogita,nam hęc impugnatio procedit retenta communi opi.quam supra impugnauimus.

237 Quid si sic statutũ,ꝙ stantibus † masculis filiæ fœminę non succedant ab intestato,ꝗ si paterfa.in suo testõ filios instituat,& filiab.titulo institutionis relinquat nihil, sed tm̃ certũ quid, vnde dotentur ex forma ipsius statuti iubẽtis eas dotari,an talis filia possit testam.impugnare eo prætextu,ꝙ tit.institutionis nihil sibi relictũ fuerit? Et respon. non posse testam.impugnare.Ista est vera & cõis opi.quã tenuit Ang.in l.Papin.§.si quis mortis,ff.de inof.testa. Idẽ Ang.in l.posthumus,§.si quis ex his,per illũ text.eod. tit. Bar.in l.fi.ff.ad Treb.idẽ Bart.in l.1.§.filium, ff.de contra tabulas.Bald.in l.maximũ vitium,C.de lib.præte. Alex.sequitur & dicit hanc esse cõem opi.in le.Gallus,§.& quid si tm̃.ff.de lib.& posth.idẽ Alex.in l.filiæ dotem, C.de colla. Dec.consi.105.Et pro tenui.in prin.idem Dec.con. 228. In casu.& vtrobiq; dicit hanc esse cõem opi.Alex. consil. 47.Abunde par.2.idẽ Ale.consi.68.Circa præmissam.par. 4.Cumanus consi.79.Derisoriũ idẽ Cuma.consi.127.Mẽgus.Roman.consi.13.Idẽ videtur Aret.consi.170.Longa est consultatio.vbi firmat hanc esse cõem opi.Bened.Capra consi.48.Et si viso.Ratio horũ est, quia ad impugnandũ testa.non admittitur is, qui ab intestato successurus nõ est d.l.posthumus,§.si quis ex his,ff.hoc tit.dixi in l. 2.suprà eo.sed filia si de facto ad test. subuertendũ admitteretur, tñ hæreditatem ab intestato capere non posset ꝑ p statutum prædictũ,ergo ad impugnandũ testa. admitti non debet.Pro hac parte habes tex.meliorẽ de iure,quẽ nullus alleg.in §.eadẽ hęc.Insti.de hær. ab. vbi qui non admittitur ad succedendum ab intestato,is longe minus admitteretur contra testa.ergo hæc filia, quæ ab intestato admitti non potest,longe minus contra testa.admittenda est. Ad

238 idem l.in arenam,hoc titu.vbi etiam attigimus.

Sed an in terminis superiorib.statuti filia† licet ab intestato succedere nequeat,debeat saltẽ consequi legitimam? Et Sali.hic col.pe.& fi.tenet ꝙ sic nu.11.post Bald.& Ioã. de Rerijs,quos ipse refert,firmans se ita vidisse pluries cõsultum.sequitur Ias.hic nu.53.& nu. 57. Cõtrarium tenet Paul.hic,Bar.nu.6.in le.Titio centũ,§.Titio genero, ff.de cond.& dem.vbi Paul.col. pen. qui ait se millies hac de re consultũ, semper tenuisse hanc partẽ negatiuam,idẽ vult Bal.in l.maximũ vitium,C.de lib.præte. & Alex.in l.Gallus,§.& quid si tantum,ff.de libe.& posth.Quę opi.in pũcto iuris vera videtur, quasi hoc casu primũ gradũ in successione ab intestato videatur tenere filius, secundũ autẽ gradũ filia fœmina.Ergo vt si reuera filia foret in secundo gradu,tunc cum existente in primo gradu etiã quo ad legitimam tantũ non posset concurrere, vt per oẽs titulos, ff.C.& Insti.de successionib.ab intesta.loquentes, ita etiã & si virtualiter ex forma statuti filia in secundo gradu videatur extitisse.Et est viua ratio a nemine præuisa.

Sed licet hæc ita veriora videantur in puncto iuris, & magis cõiter recepta,tamen prima opi.Sali.& sequa. quæ

239 magis ęqua videtur,ex alio capite defendi potest.Nã stante tali statuto, filiæ dotis † nomine nõ minus assignandũ est quã sit mensura, quantitasq; suę legitimæ secundum cões opi.vt dixi in l.si quando,§.illud.infra eod.resoluit late Dec.consi.180.& Ias.hic in fi.& Ripa responsorũ li.5. c.15.Saly.& Fulgo.in auth.resq;.C.com.de leg.ergo in tali statuto licet legitima non videatur excepta, tamẽ nomine dotis eam consequetur filia.

Sed an eam dotem possit filia deducere statim post mortẽ patris,an debeat spectari tempus nuptiarũ? Et Bar.nu. 6.vbi Paul.col.pe.in d.§.Titio genero, & Xuarez in l.quoniam in prioribus,limit.11.infra eodem. tenent,ꝙ debeat spectari tempus nuptiarum.Idem tenet Pau.hic,idẽ Imo. in d.§.Titio genero,nu.11.col.fin.sicq; hæc videtur cõis opi.& vi.Ias.hic col.fi.Ergo nõ videtur excepta legitima, nam legitima nullam pateretur dilationem, vt l.quoniam in prioribus,intrà eodem.

240 Quid aũt si ꝑ statutũ augeatur legitima† simpliciter nõ expresso an relinquatur tit. institõnis,an tunc talis legitima possit relinqui quoquo titulo? Et Bal.in l.maximũ vitiũ, tenuit posse.idẽ tenet Pau.hic nu.5.idẽ Pau.in l.fi.§.in cõputatione,C.de iure deli.& vtrobiq; refert Bal.in d.l.maximũ,C.de lib.præt.Rom.consi.399.Pręsens consultatio.

Contrariũ, ꝙ imò ẽt illo casu legitima sit relinquenda tit.institutionis,tenent Ias.hic nu.24.Xuar. in l.quoniã in prior.super l.regia in pr.fol.56.intra.e.& Imo.in l. si verò, §.de viro,ff.sol.mat.Rom.in l.si quis priore,ff.ad Trebel. Alex.in l.nã ꝙ,§.nos omnis,eod.tit.Et hæc op.verior est per l.sed & posteriores,ff.de leg.l.1.§.lex Falcidia, & quæ ibi per Alex.& alios,ff.ad legem Falci.facit quod ait Alci. lib.4.parad.c.10.& Deci.in l.si ex testamento, C.vnde liberi,idẽ Dec.consi.5.Tiraq.in trac.de vtroq; retractũ, in gl.14.nu.91.hanc partẽ tenet etiam Alex.in d.§. in cõputatione,& in l.inter cætera,in fi.ff.de libe.& posth.

241 Hinc infertur necessarius intellectus † ad l.9.ti.5.lib.3. fori.per quam aucta est legitima liberorũ,vt licet in ea expressum nõ sit,ꝙ talis legitima relinquatur honorabili ti-

242 tulo institutionis, tñ intelligendũ sit † titulo institutionis eam relinqui oportere secundum doctor.opi.qui hanc posteriorẽ partem tuentur. Quod expresim tenuit Xuarez vbi supra.allegat Bald.sibi contrariũ in rubr.de causi poss.

243 & proprie,co.fi.Ad idem habes tex.in l foro juzgo.li.4.ti. de los bienes que pertenecen por natura.

244 Sed in contrariũ fortiter facit tex.in † l.1.tit.de los testamentos,lib.5.ordina.vbi valet testam.ẽt citra hæredis institutionẽ, & cõsequenter non est necesse legitimã titulo

245 institutionis relinqui.Resp.ꝙ si testator in suo testõ † nullum hæredẽ fecit,tunc necesse non est de legitima tractare,cũ per illam met legẽ ab intestato illi met succedat,quib. legitima debebatur cũ onere præstandorũ legatorũ, & fideico.& reliquorũ in illo testõ relictorum.Quod si testator in tali testõ vni ex filijs legitimã assignasset in certa vel certis rebus, & reliquũ hęreditatis iussisset distribui inter reliquos filios,suos tunc similiter is filius conqueri nõ posset,quia is paterfa.non tã testatus, quã intestatus decedere videretur,arg.l.fi.C.fa.her.& l.hac consultissima,§.ex imperfecto, C.de testam.& consequenter liberorũ nullus videretur habere titulũ institutionis, & oẽs pares existerent idq; testamentũ imperfectum esset, validum tamen eo ꝙ fieret inter liberos,vt dictis iuribus,nec voluntas testantis valere desineret,eo quòd titulus institutionis defuisset,nã legitima titulum institutionis desiderat,cum ex testamento succeditur, non autem quando succeditur ab intestato. vt probatur in dict.l.fin.Quòd si fratrum aliqui essent hæres instituti,tunc si in certis rebus alteri filio sua legitima assignata esset citra titulũ institutionis,id testa. non valeret,vt in auth.vt cum de appe.cogn.§.aliud quoq;,& §. cæterum,& auth.non licet,C.de libe.præte.nec valeret testamẽ.eo ꝙ reliqui filij essent hæredes scripti non magis, quàm si extranei scripti forent,arg.l.cum oportet,in prin. C.de bo.quę lib.& hoc casu non procederet d.l.regia.Nõ quoq; procederet eo casu, quo filio esset integra legitima in rebus certis assignata citra titulũ institutionis, si extraneus esset hæres scriptus, vel etiam extraneus cum reliquis liberis,vt in dict. §. ex imperfecto,cum ibi late notatis per gloss.& doctores,& vi.infra in sequen.Nam hæc procedunt,retenta cõi opi.quę habet iure hodierno legitimam relinqui oportere titulo institutionis,quòd nos negamus tam iure cõi,quàm regio. Vnde hoc vltimo casu tenemus test.valiturũ mero iure,licet querelę subiaceat.Quod in terminis iuris cõis est cõtra omnes doct.& in terminis iuris regij est cõtra Rode.Xuarez vbi suprà,& cõtra Gregor.Lupum in d.l.5.tit.8.par.6.Et iunge dicta suprà in pr. huius,§.cu pl.nu.seq.Et tandem magis est testam.iure regio ad sui formam non requirere hæredis institutionẽ, vt in d.l.1.tit.2.lib. ordi. in cuius terminis si extranei forent hæredes scripti, & diceres testatorem videri intestatũ decessisse,tũc honorati illo testamento priuarentur, vel frau

darentur hæreditatis quadrante,qui iure Falcidiæ,aut Tre
bellianicę remaneret penes hæredes legitimos teſtatoris,
id quod plane eſſet contra ipſius voluntatē.Verius eſt ergo
hoc requiſitum teſtamenti,ꝙ ſit hæredis inſtitutio, proce
dere in teſtamento de iure cōi,non ſic de iure regio,per il-
lam legem,vbi intelligo per illud teſta.legitimos teſtatoris
hęredes nihil ex bonis illius defuncti habituros,niſi aliqua
coniectura appareat illū teſtatorem animum codicillandi
tm̄,non etiā teſtandi habuiſſe. Quod primum intelligitur
in teſtō nuncupatiuo,de quo loquitur,d.l.1.ſecundū decla
rationē l.3.Tauri.In teſta.autē in ſcriptis dic vt d.l.3.Et an
vtrunq; teſta.iure regio videatur informe,alibi dicemus.
246 Quid ſi teſta.fiat ad pias † cauſas,an in eo ſit legitima re
linquenda titulo inſtitutionis? Et tenet Bar.ꝙ non in l.j.C.
de ſacroſan.eccl.in 2.q.5.par.Ratio,quia in teſtamento cō
dito ad pias cauſas non attenditur ius ciuile,ſed tantum ius
gentium,c.cum eſſes,& ca.relatum extra.de teſtam. ſed ꝙ
legitima titulo inſtitutionis relinquatur, id eſt,de iure ciui
li poſitiuo,non de iure gentium,vt per Bar.& alios in d.l.1
de ſacroſanc.eccle.ergo talis ſolennitas non eſt ſeruanda in
teſtamento condito inter liberos,& idem tenent Bal. in d.
l.1.col.26.Pet.de Anch.in d.c.cum eſſes,& Imo,ibid.Ale.
in l.inter cætera,ff.de liber.& poſth.Iaſ.hic col.5.nu.20.qui
allegat Matheſ.not.104.alias in nota.116.eſtq; communis
opin.ſecundum Ale.vbi ſuprà,facit optime quod diximus
ſuprà,§.10.ante finem,

Quid ſi legitimā filioſa.titulo legati reliqui,deinde adie
247 ci hanc clauſulā† generalem,vt teſtam.valeret eo meliori
modo quo poſſet, certe tunc hęc clauſula facit legitimam
videri relictam titulo inſtitutionis.Ita tenēt Bald.in le.quo
ties,C.de hæred.inſti.Paulus conſi.345.Super puncto quo
quęritur. Cumanus in l.his verbis,ff.de hæred.inſti.Iaſ.hic
nume.20.Alex.& Imol.in l.nam quòd §.non omnis, ff.ad
Trebel.Decius conſi.228.In caſu, in princip. ſicq; hæc eſt
communis opin.
248 Quid ſi paterfa. reliquiſſet titulo legati † filiæ centum,
& prohibuiſſet eā plus petere? Certe tunc ex vi illius pro-
hibitionis ſatis videtur ea centum pro ſua legitima reliquiſ
ſe,& cōſequenter habetur perinde ac ſi titulo inſtitutionis
ea centum relicta eſſent.Ita Bald.in l.ſi adulta.C.de hæred.
act.idem Bal.in add.ad Spec.in titulo de inſtr.edi.verſic.fi-
lia.ſecundum ꝙ refert Iaſ.hic nu.24.ſequitur Romanus in
l.nam ꝙ,§.non omnis,ff.ad Treb.Cuman.in l.his verbis,
ff.de hære.inſt.Paul.conſ.345.Super puncto quo quæritur.
Sed Iaſ.hic numero 24.tenet contrarium,& Alex.in d. §.
nō omnis,poſt Salic.quæ alleg.& poſt Imo.quem alleg. in
l.1.§.ſi ex fundo,ff.de hęr.inſt.& in d.l.his verbis,& in d.c.
Rainutius,de teſtam.Cuius rei veritas videtur pendere ab
illo articulo,an ſi centum filio reliqui pro ſua legitima,ſuf-
ficiat etiam ſi non dicam,& eum in illis centū inſtituo. De
quo per doc.in l.humanitatis,C.de impuberū.Et pro opi-
nione Bald.multum facit tex.quem nullus alle.in l.ſi quan
do,§.illud infra eodem,facit text.in l.ſcimus,in pri.& quæ
ibi diximus,C.de inoffi.teſtam.

Sed nobis non videtur huiuſmodi loquutionem pro ti
tulo inſtitutionis haberi,quinimò dum prohibet plus pete
re,ipſi inſtitutionis titulo pugnare videtur,de cuius natu-
ra eſt recipere augmentum,l.1.§.ſi ex fundo, l.ſi alterius ff.
de hære. inſtit.nec illa adiectio,aut prohibitio, inducta ad
diminutionem,debet videri operari augmentum,contra l.
legata inutiliter,ff.de leg.1.
249 Quid ſi paterf. omnia bona ſua diuiſit in † ſuo teſtō in-
ter filios,vel cuiq; res certas aſsignauit,iuxt.l.ſi.C.fam.her.
l.ſi pater,& l.quæ pater, ff. fa.hær.nec apparet alia hæredis
inſtitutio, an tunc ſit perinde ac ſi diceret ſe in rebus illis fi
lios hæredes facere? Et gl.in l.quoties,de hær.inſtit.tenet
ꝙ ſic.Idem tenent Ang.& Imo.in l.1.§.ſi ex fundo, ff.de
hær.inſti.Imo.in l.Centurio,ff.de vulg.Bar.ſentit in l.ſi. ff.
de pec.lega.idē in verb.diſtribuit,auth.licet vbi Bald.notat
de nat.lib.Sed certe quòd hoc caſu valeat teſta.inter liberos
in vim vltimæ volunt.veriſsimū eſt,vt in l.ſi.C.fam.herc.
Et ita ſentit ad aliud propoſitū gl. hic quā ſequuntur Iac.
Butrig.Alber.Cinus,Petrus,Bald.Sal.Fulg.Pau.& omnes
dum intelligunt,ꝙ auth.noſtra,& in corpore vnde ſumi-
tur,dū aiunt non oportere legitimā relinqui titulo inſtitu
tionis,ſed ſufficere ꝙ relinquatur quoquo titulo , nō ſunt
correctæ,quando paterſa.inter ſolos liberos teſtatūr,nul-
lū faciendo hęredē,ſed omnia bona inter eos legando,vel
diſtribuendo ſed tunc expeditiſsimū,ꝙ tunc ipſi non vi-
dentur inſtituti,licet teſtam.iure ſingulari in vim vltimæ
volun.ſuſtineatur,vt d.l.ſi.C.fam.herc.& l.hac conſultiſſ.
§.ex imperfecto,C.de teſta.Ergo quatenus gl.in d.l.quo
ties,voluit valere teſt.vera eſt,quatenus voluit filios vide
ri inſtitutos,dubia eſt,faciunt quæ ſupra dixi.
250 Quid ſi legitima filioſ.nō titulo† inſtitutionis,ſed alio,
puta reſtitutionis relicta fuit,idq; ob vtilitatem ipſius fi-
lij,an vitietur teſta.Reſpon.minime vitiari.Ita tenet glo.
in l.ſcimus,§.repletionē,infra hoc titulo.Cinus,Bar.Ang.
& alij in l.cū ex filio,in pr.per tex.ibi,ff.de vulg.Imol.&
Alex.in l.multi,ff.de lib.& poſt.per tex.in l.Seius Saturni-
nus,ff.ad Tre.& in d.l.multi.Matheſ.not.104.Iaſ.hic nu.
24.Facit,quia conditio,quæ reſpicit vtilitatē filij,non reij
citur de legitima ipſius,l.filius matrem,vbi tenent Bart.&
communiter doct.vt ibi dixi,infra eo.
251 Quid ſi legitimā titulo† legati reliqui,& adieci in teſta
mento clauſulam codicillarem? Reſpondeo valere teſta.
Ita Bart.in l.j.q.4.ff.de iure codicillorum,Bal.in l.ſi.C. de
codicil.Bal.in auth.ex cauſa,C.de libe.præt.reprobata gl.
ibi ſequitur,& dicit eſſe communem opin.Ale.in d.auth.
ex cauſa,co.5.ſequitur & dicit eſſe cōem op.Dec.con.228
In caſu,in princ.
252 Quid ſi relinquatur legitima titulo † ſubſti.vulg.Reſp.
Communis opi.eſt valere teſtam.nam tunc teſta. quo ad
primum gradū euaneſcente,incipit valere in ſecundo gra
du ſubſtitutionis,tex.eſt in l.3.§.ſi.ff.de iniu.ru.& in l.pe.
eo.ti.& in l.3.§.ſi.ff.de lib.& poſth.& in l.ex facto,§.Lu-
cius,ff.de vulg.& in l.ſi filiusfa.ſubſtituatur, ff.de hæred.
inſt.vbi tenet Bal.ita,& dicit illum tex.non eſſe alibi,gl.j.
in l.ſi pater impuberes,ff.de vul.& ibi Imo.Imola,Cum.
& alij in l.ſi pater filium,ff.de vulg.Alex.in d.l.inter cęte-
ra.Iaſ.hic nu.26. Xuarez in l.quoniam in prioribus, infra
eod.limi.15.Quòd ſi pater filio decē ſimpliciter reliquiſ-
ſet in teſtamento,& poſtea in codicillis declarauit quod il
la decē relinquebat ei titulo inſtitutionis,tunc talis decla-
ratio nulla eſſet,nec ſufficeret vt filius in illis decem inſti-
tutus videretur,ſecundum Bald.in l.nō codicillum,C. de
teſta.per l.quod per manus, ff. de iure codicillor. ſequitur
Iaſ.hic nume.25.
253 Quid ſi legitima relinquatur titulo † fideic.vniuerſ. Et
gl.tenuit id ſufficere nō ſecus, quàm ſi titulo inſtitutionis
relinqueretur. Ita gl.in l.ſcimus,§.cū autē,infra eodē. Sed
in contrarium eſt cōis opi.& ſic eam reprehendūt Cinus,
Bart.& alij ibidem,Bart.in l.ita tamen,§.qui rogatus, per
illum tex.ff.ad Treb.idem Bar.in l.cum ex filio,in pr.ff.de
vulg.Bart.in l.multi non notæ,ff.de libe.& poſth.& in l. ſi
emancipatus,ff.de contra tab.Bal.& Imol.in d.l.inter cæ-
tera,Iaſ.hic nu.27.faciūt notata per eundem Iaſ.in l.poſt-
humo notato,nu.5.C.de bo.poſ.contra tab.

Quid ſi pater reliquit filio decem pro ſua legitima,nec
adiecit,quòd in illis decem cum hæredem inſtituebat, an
254 id ſufficiat vt videatur habere titulo † inſtitutionis, & va
leat teſta.Barto.ꝙ ſic in auth.vnde & ſi parens,infra eod.
idem tenēt Bal.& Fulg.ibid.idem Bar.in l.ſi.ff.de pec.leg.
idem Barto.in conſi.ſuo incipiente,Conſultus ſuper prę-
dicto puncto,vt refert Iaſ.hic,num.28.idem Bal. in l.quo
ties,C.de hær.inſt.Cuman.in l.his verbis,ff.de hęre.inſti.
294 li oratione† Cleonis per Tucidydem relata, Longe melius agitur cum republica,quæ malis moribus, & legibus, conſtanter vtitur,quàm cum ea,quæ bonis, ſed inconſtanter,nec ſi de legum ratione diſputare liceret, vlla lex firma ſtabilis,diuturnaque eſſe poſſet. Vnde ſcitiſsime Bal.in l.lege,C de legit.hæred. ait,ꝙ vt lex habeat vim legis, ſatis eſt,quòd habeat aliquod motiuum, vel etiam occaſionem,licet contineat duritiem,& iniquitatem. Idẽ Bal. in c.ex reſcripto,extra,de iureiu.vbi ſubdit legem, quæ habet aliquod motiuum, non videri ſine ratione. Idem ferme ait Innoc.in c.irrefragabili,extra de offi.ord.Bald. in l. non omnium,ff.de legib.Bal.in l.de quib.col. 10.ff. de legi.vbi ſubdit valere conſuetudinem contra omnem rationem,modo non ſit contra ius diuinum.Bal.conſi.166.Statuto cauetur lib.1.& conſi. 473.Circa quæſtionem, col. 2. lib.5.Bald.in c.1.circa princi.de feud.cog. Bal.in rub.extra de conſt.col.2.& in l.1.col.4.C.ſi plures vna ſententia. Io an. Fab. in §. ex non ſcripto. Inſt.de iure nat. Calde.con. 3.poſt prin.Bal.in l.Gallus,§.ſi eius,ff.de lib.& poſth. Iaſ. conſi.188.Spectabilis,ad fi.lib.2.Dec.conſ.563. Duo dubia vlt.col.Tiraq. in tract.de vtroq; retra. in præfatione, nu.75.qui ſuperiora fere omnia allegat. Nam & pactum de hæreditate viuentis non valet,quia eſſe videtur contra oẽm bonam rationem bonoſq; mores l. ſi ſtipulatio hoc modo, vbi per omnes doct.ff.de verb. oblig.l. fi. vbi per omnes,C.de pact. l.quidam in iure,§. fi.cum l. ſequen. ff. de dona.l.2.ff.quib.vt indign.& tamen ex vi legis permitteretur, nec lex id permittens,legis vim habere deſineret, tex.eſt in prin.Inſti.de teſtam.verſi. acceſsit, vbi notat Viglius tex.in l.44.Tauri,& valet etiam conſuetudo tale pactum admittens,vt ca. 1. de filijs natis ex matrimonio ad Marg.contract.tradunt communiter doct.tam.in d.l.fin. C.de pactis,quàm in l.pactum dotali. C.de colla.dixi late
295 in l.ſi quando,§.illud,infra eod. Et † d.l. Tauri licet quibuſdam dura viſa ſit,dum aufert liberam vltimæ voluntatis mutandæ facultatem,vnde vita huius,cuius de hæreditate agitur periclitatur], ſi ei inſidiabatur is, qui poſt eius mortem ad illum maioratum inuitatus erat, tamen dura non eſt,cum imputandum ſit ei,qui maioratum hac lege conſtituit,& præterea poſsit illi in vita tradere,vt in l.poſt mortem,C.de fideicom.ſicq; ab illo metu & periculo liberabitur, ſi tam formidoloſus erat.

Ex quibus infertur deciſio, & determinatio illius memorabilis articuli,an valeret lex,quæ in totum tolleret legitimam filiorum, dando facultatem parentibus,vt ſi liberis nihil pro legitima relinquere vellent, id eis liceret, remouendoq; neceſsitatem legitimam relinquendi. Quæ res licet vehementer controuerſa ſit,tamen ex ſuperiorib. redditur indubitabilis. Nam ſi verum eſt valere legem,ſiue illa dura ſit ſiue irrationabilis quodammodo videatur, ſiue captioſa, ſiue impia,ſiue inuidioſa,ſiue & inhumana, eo quòd de legibus antequam edãtur diſputare liceat, poſt ea verò minimè vel ex eo ꝙ ſufficiat legem latam legiſlatori iuſtam videri,cuius ſenſum nullius ſenſus vincere poſſet,certe nõ dubium erit talem legem valere, licet duritiẽ, impietatem,inhumanitatemq; continere videretur,præſertim cum iſtorum nihil contineat,cum non auferat parentibus libertatem legitimam liberis relinquendi,ſed neceſsitatem tantum, & coactionem relinquendi tollat, cuius neceſsitatis,& compulſionis ademptio tantum abeſt, vt iuri naturali(quod plures falsò opinantur) aduerſari videatur,ꝙ potius reducit nos ad naturalem libertatem , & laxitatem liberrimè de rebus noſtris diſponendi . Quinimò quòd poſſumus poſt mortem noſtram legitimam liberis noſtris relinquere,id diſpenſatiuè , & contra omnia iuris naturalis principia datum eſt per leges poſitiuas. Nã vt & patet ad ſenſum,& probat tex.in auth.de nup.§.deinceps,mors omnia ſoluit,nec permittit,vt qui iam defuncti ſunt, res humanas gubernent. Vnde Propertius liber. 3. Eleg. ait.

Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas.

Nec refert quid fiat tempore prohibito,an vero tempore permiſſo,ſi tamen cõferatur in tempus prohibitum l.j. & l.quod ſponſæ,C.de dona.ante nup. Vnde vt mortuus poſt mortem veram & naturalem,nõ poteſt de rebus ſuis diſponere:ita nec viuus,ſi diſpoſitionem conferat in tempus,quo iam mortuus fuerit,inſpectis principijs iuris naturalis,licet id lege poſitiua permiſſum fuerit, vt in l. 1. ff. de teſtam. Itaque quòd parentes ſi nolint non compellantur legitimam liberis relinquere tam longe abeſt vt iuri naturali aduerſari videatur,ꝙ potius permittere, vel iubere, vt id inuiti faciant, plane iuri naturæ naturaliq; libertati, aduerſatur,quinimò permittere vt id volentes facere poſſint,ſimiliter diſpenſatiue principijs naturæ repugnantibus datum eſt,quod late diximus ſupra,§.1.& 2.

Et ita quòd valeat lex,quæ permittit parentibus, vt ſi
296 nolint,non teneantur† legitimę nomine quicquam liberis relinquere, eſt cõis & vera opin. quam tenent hic Paulus qui dicit hanc eſſe communem opinionem,& Sali.nu.10. qui ſimiliter firmat hanc eſſe communem opinionem, in l.data ab eo,qui non recognoſcit ſuperiorẽ, tenet Dinus, in c. indultum,de reg. iur.in 6.Cin.in l.ſancimus, C.de nupt.Bar.in l.Titio centum,§. Titio genero,nu.6.ff.de condi.& demon. vbi Imo. & Pau. col. pen.Ang. in §. 1.in authen.de hær. & Falci. idem Ange.in l.Papinianus, §.quarta autem, ff.de inoffi.teſtam.& Abb. in c.Rainut.de teſta. Dec. in l.iura ſanguinis,ff.de reg.iur.vbi firmat, hanc eſſe veram & communem opinionem,idem Decius in conſ. 19.nume. 5.Et pro tenui. vbi ſimiliter firmat hanc eſſe cõmunem opinionem,idem Dec.in conſi.525. nu.5. Viſis ijs,vbi ſimiliter firmat hanc eſſe communem opinionem ſaltem ex cauſa. Oldraldus conſi.135.Factum eſt tale.Alexan.conſi.75. Viſis,lib.1.col.2.Ang.conſi.15.Statuto cauetur.Ang.conſi.349.Conſultatio hæc,idem Angel. in l. Quod de bonis,§.fi.ff.ad le.Falc.& ibi Imol. firmat hanc eſſe communem opin.& ibi Alex.qui multa allegat, ait, hanc

hanc communem opi. ſaltem ex cauſa,idem tenet Dominicus in c.quanuis,col.pen.de pact.in 6.Ioann.de Ana.cõſil.4. Viſis. Lapus allegatione,101.In ciuitate Florentiæ, col. 1. Rota deciſ.18.Fuit dubitatum,in nouis.Abb. conſil.65.Primò eſt videndum, col. fina.lib.1. Andr. Siculus, conſil.77.colum.6.lib. 3. Corneus vbi hanc dicit communem opinionem conſi. 150.lib.1.Idem Cor.conſ.210.In hac conſuetudine col. 1.lib.3.idem Cor.conſ. 107. In hac conſultatione lib.2.& con.105.In hac conſultatione lib.3 idem Cor. con.123.Licet breue ſit,lib.3.& in conſi.1.co. 3.lib.4.Id quod magis indubitatum eſt in legitima,quę debetur parentibus,vel tranſuerſis,Decius in d.l.iura ſanguinis,in fi.Ang.d.conſi.105.Bal.in l.1.§.ius naturale ff. de iuſti.& iu.Rom.con.32.Viſa col. fi. Bened.Capra conſ. 15. Pro pleniore,& conſi.151. Subſcripſi.Abb.conſi.75.Quidam deceſsit, & tam in legitima liberorum quàm parentum idem tenent alij quamplures relati per addi. Decij in d.l.iura ſanguinis,quorum nonnullus retulimus.

Contrarium tamen,ꝙ licet per legem,vel ſtatutũ liberorum legitima minui poſsit in totum, tamen tolli nequeat tenet,& dicit cõiter teneri Dec.ſibi contrarius in conſil. 106.Et pro tenui.nu.4.Abb.in d.c. Rainu. idem Abb. in 2.par.ſtatutorum.q.104. Bal.in l.fi.§.quoniam autem,C. de bon.quæ lib.Pau. conſi.131.Alex.Bar.in d.§. Titio genero, nu.6.quos allegat Dec.vbi ſupra Bar.tñ id nõ dicit, ſed potius contrarium.Et hæc pars negatiua, ꝙ in totum tolli non poſsit,tenet,dicitq; cõiter teneri Xuarez in l.qm̃ in prioribus, infrà eod.in l.2.limi.ſuper l.regia fol.mihi.62 in fi.allegat pro ſe Dinum in d.c.induitum,qui potius dicit contrarium & pro ſe allegat Salicetũ hic, & in d.l. ſcimus, C.de nup.& ibi Cinũ,qui potius tenent contrariũ allegat Bar.in d.§. Titio gño,qui potius tenet contrariũ, allegat, Bal. in l.1.§.ius naturale,ff.de iuſt.& iur. Rot.deciſio. 29. Abb.in d.c.Rainu.Et ipſe Xuarez & allegat pro ſe proque hac opinione,quã dicit cõem, Imo.in d.§.Titio gño, qui ſecundum eũ hanc dicit cõem,qui potius tenet contrariũ Nec eſt verũ,ꝙ hanc dicat cõem,nã ipſe potius tenet, ꝙ ſaltem ex cauſa poſsit in totum tolli.Et hanc opi. negatiuã tenet Andr.Siculus in d.c.Rainu.quæ opinio cõis eſt ſecundum Iaſ.hic col.pe.in fi.idem Bal.conſ.47.In q.l.1.idẽ Bal.conſ.131.Circa prædicta,lib.2.Fulg.conſ. 95. Quidã, Cuma.conſi. 70. Quidam Serpetius. And. Siculus conſil. 24.col.3.lib.1.Alex.conſi.55.Viſo titu.col.fi.lib.2.Marianus conſi.30.Quanuis ex his Soc.conſi.150.in pr.Iaſ.in l. quoniam in prioribus,infrà eod.& alij quamplures citati, per addit. Dec.in d.l.iura ſanguinis, & Couar.lib.4.Decr. part.2.cap.8. §.6.

Hac ergo in re conſidera quid iuris quoad voluntatem, ſeu inſtinctum relinquendi legitimam, & quid quo ad poteſtatem, ſeu facultatem,& quid quo ad neceſsitatem ſeu compulſionem , & quid quo ad quantitatem ſeu menſuram legitimæ.

297 Nam voluntas relinquendi † legitimam, ſeu inſtinctus, naturalis,& affectus legitimam,& vniuerſa bona ſua liberis relinquendi,quam parentes regulariter habent, vr̃ eſſe de iure naturali,quaſi parentes naturaliter appetant oĩa bona ſua liberis ſuis poſt mortẽ ſuã relinquere,argu.l.ſcripto ff.vnde liberi.ibi naturæ ſimul, & parẽtum cõe votũ. Ad idem l.cum ratio,ff.de bon.dam.l.nam & ſi parentibus,ff. de inoffi.teſt.& in auth.de triẽte & ſemi.§.1.facit glo. cõiter app.in l.3.C.de iuris & fact.ign.l.iſti quidẽ,ff.quod metus cã.Licet interdũ parẽtes liberos ſuos odio proſequantur,eosq; ſuis ſucceſsionibus & fortunis priuatos velint, vt in l.3.& 4.ff.de inoffi.teſtam.& in pr.Inſt.eo.tit. quinimò hæreditatem ſuorum liberorum perfide captare inueniantur,vnde ſi faciant pactum de filiorum ſucceſsiõe adquirenda, regulariter non valeat,eo ꝙ votum capt.mort. habere id pactum intelligatur,tenent cõiter doct.in l.fin. C.de pact.poſt glo.ibi,quales ſunt Bal.Sal.Pau.Alex.num. 2.Iaſ.nu.5.Purpu.num.23.qui hanc dicit cõem opi. Curt. iun.nu.9. & ibi Alcia.in gl.1.Ergo quò ad voluntatẽ, naturaliq; inſtinctum,& affectione relinquendi legitimam, quam parentes regulariter habent poſſumus dicere eam, eſſe iure naturæ debitam , vel verius non debitam , ſed optatam .

298 Sed poteſtas relinquendi † legitimã eſt de iure ciuili, ſeu poſitiuo. Patet primò in l.1.in pr.ff. de acq. po.ibi,dñiumq́; ex naturali poſſeſ.cępiſſe.Perpendo verb.cępiſſe, cuius ſenſus eſt ꝙ dñium ortum & originem habuit à naturali poſſeſ.Cum ergo ex cã ſucceſsionis dñium quęratur abſq; poſſeſsione l.cum hæredes,ff.de acq.poſſ.ſupereſt ꝙ dñij acquiſitio non erat inuenta ex cã ſucceſsionis etiam de iure gentiũ,nam ius gentium cum ipſo genere humano proditum fuit,§.ſingulorum.Inſt.de rer.diui.l.1.ff.de acq. rer. do.Secũdò adduco l.ex hoc iure,ff.de iuſt.& iu.l.iuris.gẽt. in prin.ff.de pac.§.ius aũt,Inſt.de iure natu.dupliciter põderando, & a contrario ſenſu,& ab incluſione vnius ad excluſionẽ alterius.Tertiò expreſſum eſt in l.lege obuenire ff.de verb.ſig.in verb.etiam quod includit etiam ſucceſsiones ab inteſtato.Quartò per l.lege,C.de leg.hær.in princ. Quintò per gl.diſtincta.in fi.l.hoc iure & gl.noſtræ ciuitatis,in l.1.de acq.rer. dominio.ff.& Paul.hic col. 1.Sextò per §.ſingulorum,de rer.diuiſ.iuncto prin.Inſt.de vſucap. Quia dum prius docuiſſet naturales acquiſitiões, abinde incœpit tractare ciuiles acquiſitiones, & ſic ſucceſsiones, Deinde & in ſpecie vſum poteſtatemq; ſucceſsionis ex teſtamento relinquendæ induxit primus Solon apud Athenienſes ſecundum Coraſ.in præludi.l.filium quem habẽtem,C. fam.her.in prin.& Tiraq.in l.ſi vnquam, in verb. libertis,nu.89.C.de reuoc.dona.poſt Plutarchum, quem referunt. Adde Tiraq.nu.75.in tra.de vtroq; retra.in prefatione,diximus late ſupra,§.1.in prin.poſt præludium. Hæc omnia concludunt,quòd modus acquirendi dominium per ſucceſſ.fuit iuris ciuilis,ipſa autem ſucceſsio nõ per hoc deſinit eſſe iuris gentium. Nam & modus acquirendi dominium per aditionem hæreditatis eſt iuris ciuilis,dominium autem iuris gentium . Adhuc teneo contra communem,quia licet probatur,quod ante leges Romanorum erat ſucceſsio apud Hebræos,id non ſufficit, vt dicatur eſſe iuris gentium,quia non probatur, quod mos apud omnes gentes inualuiſſet,ſed magis probatur contrarium,ſi credimus legibus noſtris firmantibus, quod contractus apud omnes gentes frequentantur,ideoq́ue iuris, gentium exiſtimantur.Id quod de ſucceſsione non ita aſſeueratur,vt cuilibet recte intuenti & ſcrutanti ipſas leges, earumq́ue mentem euidentius patebit, quàm longa demonſtratione egeat.

Pro nobis optime facit , quia inſpecto iure communi Romanorum,nulla legitima liberis a parentibus debebatur ex neceſsitate,ſed tantum ex libera,meraq́ue voluntate.Quod probatur ſic. Nam ſiue partesfa. inteſtati decederent,tunc ſatis videbantur,ad ſuas ſucceſsiones liberos, ſuos inuitaſſe,non ſecus,quàm ſi eos nominatim in teſtamento ſuo hæredes inſtituiſſent, l.conficiuntur, ff.de iure cond.l.1.§.pen.ff.de leg. 3.Siue autem patresfam. teſtam. faceret,liberoſque inſtituiſſent hæredes,tunc indubitatũ, quod eorum voluntate, & vocatione ſuccedebant. Sin autem eos nominatim exhæredaſſent,tunc ſiue iure, ſiue iniuria ea exhæredatio fieret,de iure prætorio liberi vtcunque exhæredati abſq; vlla iuſta cauſa minime per prætorẽ vocabantur , ſed omni eius auxilio deſtituti manebant l. non putauit, in prin.eod.tit.Iaſ.in l.2.num. 10, ſupra eod. & tamen conſtat,quòd prætor longe magis proſpexit,ſuccurſumq́ue voluit liberis,quàm ius ciuile, vt in §.emancipatos Inſtit.de hær.ab & Inſt.de exh.lib.§.emanci.& per totum,ff.& C.de bo.po.contra tab.

De iure autem ciuili ſimiliter ſiue iure,ſiue iniuria exhæredati eſſent olim non vocabantur, vt patet in l. in ſuis, ff.de liberis & poſthumis,ibi. Nec ad rem pertinet, quòd eos poſsint exhæredare,quos & occidere licebat. Nam & impune eos occidere poterant,& longe liberius, magisq; impune licebat eos exhæredare, licet mos ille poſtea conſenuerit,

ſenuerit,mutationemq; receperit, vt in l.cum ratio, ff. de bon.damna.& in l.1.C.de petitio.hęred.& per totum, C. & ff.& Institu.de inoffi.testam.

Sicq; opportune Iason in l.2.in fi.ſupra hoc titulo,miratur quare liberis exhæredatis prætor nullum remedium, aduerſus parentum teſtamen.polliceretur.Quod inde euenire intelligo,quia præteritis ſubueniebat prętor, quaſi viderentur a parentibus obliti.Sed exhæredatis,quos parentes iniuria notauerunt,odioq; proſecuti fuerũt,noluit prætor ſubuenire,ne parentib. quo ad hoc aliqua ex parte minueretur libertas,vt expreſſum eſt in l.non putauit in princip.ff.de contra tabu.

299 Hinc infero valere legem 2.tit.1.lib. 5.ordin.quæ † filiã ſi matrimonium inſcio patre cum famulo contraxerit,exhæredari permittit.Quia licet matrimonium pertineat ad iuriſdictionem eccleſię,tamen nil impedit,quin lex ciuilis poſſit beneficiũ,quod in liberos contulit,eis adimere,etiã abſq; vlla cauſa,ergo facilius ex cauſa illa, & in eundẽ ſenſum defendi poteſt,l.4.eod.tit.

Neceſsitas relinquendi legitimã eſt de iure ciuili, auth. de trient.& ſemiſ.§.frequenter,in verb.ex neceſsitate, & in auth.de hær.& Fal.§.primum itaque. Ergo valet ſtatu-

300 tum, quòd patet,non teneatur † filio relinquere legitimã, potuitque habere non inhoneſtum finem,arg.l.vtrum turpe, de verb.oblig. ff.l.1.§.quæ onerandæ , ff. quarum rerum actio non detur.

Qua ratione idem quoq; dicendum eſſe videtur alimẽtis, quæ filijs a parentibus debentur,non tam iure natura-

301 li, quàm ciuili,quia regulariter legitima,& † alimenta liberorum æquiparantur,vt per Bart.& alios in l. Titio centum.§. Titio genero.ff.de cond.& demon.Proinde idem ſimiliter etiam in dote tenendum eſſet, cum dos legitimæ ſucceſsiſſe a plerisq; ſcribentium credatur, vt per Bart. & alios in d.§.Titio, genero, & per moder.hic, & in l.iura ſanguinis ff.de reg.iur. Nec ad rem pertinet,quòd text. in c.ius naturale, 1.diſtin.ait, liberorum ſucceſsionem eſſe iuris naturalis,vnde qua ratione ſucceſsio,hęreditasue parentum liberis iure naturæ debetur(vt noſtrorum pleriq: per illum tex.decepti falſo opinantur) eadem quoq; ratione iure naturæ ſimiliter,& dos & alimẽta debeãtur, cũ loco legitimæ hæc ſucceſsiſſe videantur.Nam reſpondetur primum,quòd d.c.ius naturale,non habet vim, nec authoritatem legis,cum a Gratiano fuerit ibi collocatũ quẽ conſtat authoritatem legis condendæ non habuiſſe. Prętereà dum tex.ille,ait liberorum ſucceſsio.&c. intelligitur de ſucceſsione,& propagatioue carnis,vt opportune glo. ibi intellexit,qui ſenſus veriſsimus eſt. Nam ille text. vt per ſui inſpectionem patet,factus fuit ad imitationẽ text. in princ.Inſt.de iur. nat.& l.1.ff.eod.tit.vbi dicitur, Ius naturale eſt,quod natura omnia animalia docuit , hinc deſcẽdit liberorum procreatio, & educatio. Ibi autem Gratianus ait,Ius naturale eſt,quod natura omnia animalia docuit:hinc deſcendit maris & fœminæ coniunctio, liberorum ſucceſsio,puerorum educatio,quaſi diceret liberorũ procreatio,eorumque educatio.

302 Quantitas legitimæ eſt de † iure ciui. Patet ex varietate legitimarum.Quia primo erat quarta,vt l. Papinianus, §. quoniam autem,de inoffi.teſt.ff.& l.cum quæritur.& l.parentibus,C.eod.tit.& §.Inſt.eod.Deinde erat triens,vel ſemis,ſecundum numerum filiorum d.authen.nouiſsima. Tertiò vt l.9.tit.5.lib.3.fori legitima liberorum augmentum recepit fere ad vniuerſam vſque ſubſtantiam patrisfa. Nec dubium eſt,quin vt antea, ita & in reliquum poſsit, per legem effici.vt legitimæ quantitas, mẽſuraue amplior anguſtiorue fieri poſſet.Et ideo ab omnibus vnanimiter, receptum eſt,quòd tam per legem eius,qui non recognoſcit ſuperiorem,quam etiam per ſtatutum eorũ, qui ſubiacent Imperio Romano poſſet ſtatui, vt filiorum parentum,vel tranſuerſorum legitima minor eſſet. Quod expreſsim, & quaſi pro indubitato tenent omnes authores, quos ſupra retulimus,tam ij qui partem affirmatiuam tenent,quã etiam ij,qui negatiuam partem ſequũtur, exiſtimantes legitimam per ſtatutum minui poſſe , non ſecus, quàm augeri.Licet,ſolus Barbatius ſtudio forte nouitatis ſtudioſus tenuerit in capitulo Rainutius,extra, de teſtam. per ſtatutum liberorum legitimam minui nõ poſſe, cuius fundamenta debiliora ſunt, quàm noſtra confutatione egeant.

Infertur ex ſuperioribus veriſsimam eſſe opinionem, affirmatiuam eorum,quos ſupra retulimus, deſcendentiũ

303 legitimam etiã ex toto per † legem tolli poſſe liberis,ideſt poſſe induci,vt parentes inuiti non teneantur liberis legitimam relinquere. Licet contrarium voluerint omnes, quos ſupra retulimus tenere partem negatiuam,& Couar. in lib.4.Decr.par.2.c.8.§.6. Nam ſi neceſsitas relinquendi deſcendit a lege poſitiua,ergo poterit tolli alia lege poſitiua, §. ſed naturalia. Inſtitution.de iure natu. lege nihil tam naturale , ff. de regulis iuris, capitulo omnis res , extra de reg.iur.

304 Infertur,quod id ſaltem indubitatum † eſſet , in quibus caſibus filius haberet vnde aleret ſe , quod præter omnes noſtræ partis fautores,qui id nominatim tenent, quos ſupra retulimus,firmat Coua.vbi ſupra,& Abb.nu.12.in ca. Rainu.extra de teſtamen.Ioann.Lupus in capitul.per veſtras, de donation. inter vir.3.not. §.4.hanc ſequitur , & dicit communem opin. Ioann. Cirier.in tract. primoge. libr.2.cap. 10.

Infertur indubitanter valere ſtatutum, vel legem ſupe

305 riorẽ nõ recognoſcentis, qua caueretur,quòd pater † inuitus non compellatur alere filium maiorem 18 annis , cũ huius ætatis vir victum ſibi quærere poſsit , & hæc neceſſitas liberos alendi, a iure poſitiuo deſcendat: quod alio iure poſitiuo indubitanter tolli poteſt,vt probãt omnia noſtra fundamenta ſuprà adducta,& eſt de mente, & ſententia noſtræ partis fautorum,quos ſuprà retulimus. Licet in contrariũ inclinent,qui partem negatiuam in quæſtione de legitima tuebantur,&in ſpecie contrarium teneant Couar.vbi ſupra,Anch. in c.1.11.q.de conſt.Ioan.Bap. in le. omnes populi,ff.de iuſt.& iur.fol. 10.col.4.

306 Infertur veriſsimam eſſe opinionem eorum, qui tenẽt valere legem dicentem,quòd liberi † inuiti non cogantur, legitimam parentibus relinquere,quam ſupra diximus plures quaſi indubitatam defendere,eamq; etiam communẽ dicit Ripa lib.1.reſpon.c.7. Licet contrarium teneat Couar.vbi ſupra,ex mente eorum,qui partem negatiuam in legitimam tuebantur.

307 Ex dictis ſuprà infero, valere licentiam principis permittentis omnia bona patris vni filiorum in † primatum dare,cum hoc fiat ex cauſa rationabili conſeruandi bona , quæ non ita conſeruarentur, ſi poſſent diuidi.Simi.in l.filiusfa. §.diui.ff.de leg.1.iuncta l.2.C.pro emptio. l.vnum ex fam.l.peto,de leg.2. ff.Itaq; vni fratrum abſque vlla cãdari, iniquum eſſet,ſed in primatum dari,æquum eſt. Cõprobatur per ea, quæ late tradit, Roder.Xuarez in l. quoniam in prioribus, C.de inoffi.teſt.in 12.limitat. ſuper lege fori,dum docet conſuetudine induci poſſe, vt ſolus ex fratribus maior natu,ſuccedat in patris vniuerſam hæreditatem.Id quod ſi conſuetudine induci poteſt , vt ipſe firmat, tunc nulli dubium,quin ſimiliter lege poſsit induci, l.de quibus cum ſeq.ff.de leg. Quinimò per legẽ poterit efficacius induci cum lex nitatur expreſſo populi conſenſu,conſuetudo autem rõne tantum,vt d.l. de quibus expreſſa autem fortiora ſunt,quàm tacita l.cum ex filio,§.j. de vulg.& ff.Quod indubitanter tenendum eſſe videtur, licet ipſemet Rode.Xuarez in proprijs terminis legis,vel ſtatuti concedentis,vt maioricatus in perſona vnius ex filijs fieri poſsit de vniuerſa patrisfa.ſubſtantia, tenuerit nõ valere talem legem,vel ſtatutum,ita expreſsim tenuit in dicta lege quoniam in prioribus, folio,63.columna.ſecunda, & folio.64. columc.ſecunda. & iterum.colum.4.Ad de Pala. Rub.in cap. per veſtras,de donation.inter vir. & vxor. §. 1.

Adde

Adde quod d. Roder.Xuarez in d.l.quoniam in priori
bus fol. 64.col.4.in fi.ibi,plus dico firmat, ꝙ non solum,
308 non potest princeps † dare licentiam patrifa. plures filios
habenti,vt in persona vnius tantum maioraticum faciat,
de vniuersis bonis suis,sed ꝙ etiam non potest ei concede
re in foro conscientiæ,vt maioricatũ faciat vltra tertiã, &
quintam partem bonorum,quæ conceduntur per l.9.ti.5.
lib. 3. fori.nisi præcederet aliqua iusta causa, & peculiaris,
quæ principem ad hoc concedendum mouere posset.
quod in his terminis plusquam suspectum est & præterea
longe periculosum,cum quotidie per nostros principes,
contrarium fieri videamus.Et ꝙ nulla causa peculiaris,vel
particularis ad id concedendum requiratur,patet nam suf
ficit causa communis, & vniuersalis,quæ semper adest,&
in omnibus personis, & in omnibus locis, & in omnibus
temporibus, & in omnibus rebus.Etenim princeps, qui
in scrinio sui pectoris ius habere censetur l.omnium.C.de
testam.non ignorat quantitatem legitimę,quæ filijs ex le-
ge regia debebatur præteritis temporibus, inspecto iure,
tam communi,quàm regio, longe breuior fuisse, quam
nunc sit.Nec ignorat similiter,quod leges veteres positi-
uæ non minus rationis habebant,vel habere poterant, q̃
leges nouę hac de re loquentes. Ergo ipse in quolibet ca-
su particulari posset sequi vel veterum legum traditiones,
vel nouarum prout sibi placuerit.adeoq; dictũ est, Quod
principi placuit,legis habere vigorem l.1.ff.de const.pr.§.
sed & quod prin. Inst.de iure nat. Et considera,quòd prin
ceps id concesit,aut ex causa,quæ vera, iustaque erat, &
tunc omnes concordant,quod licentia ad d.maioriam fa-
ciendam data a principe firma est,ipseq; princeps tutus in
foro conscientiæ.Aut ex causa id concesit, quæ reuera ni
hil iustitiæ habebat in particulari,vel de indiuiduo,præter
causam,rationemq; omnibus communem,qualis est, quã
superius signauimus & tunc aut ea causa sibi, & suis con-
sulibus iusta visa fuit,iustaq; hominum plerisq; videbatur
& tunc similiter & licentia firma erit, tutusq; erit in foro
animæ tam princeps concedens,quàm paterfa. impetrans
idq; vt puto nullus negaret. Aut ea causa sibi tantum iusta
visa fuit,reliquis autem omnibus,tam suis, consulibus, q̃
alijs non iusta videbatur, & tunc ipse in foro conscientiæ
tutus secundum Xuarez vbi supra, & sequaces non videre
tur. Nos indubitanter contra,vt tutus videatur. Nam de
eius potestate nullus dubitat, de eius autem voluntate nul
lum omnino peccatum procesit,quia ponimus eum id iu
stum putasse, eiusq; opinio concurrit cum veritate legib.
veteribus approbata. Quòd si ipse princeps causam dandi
licentiam putabat iniustam,tunc peccaret,etiam si causa il
la iusta foret.De quo etiam vi.aliquid per Couar. in lib.4.
Decre.par.2.c.8. §.6.nu.5. in fi.per Ioan. Licirier. libr. 2.
primoge.c. 15. post Palaci. rub.vbi supra,& in ca. per ve-
stras, not.3.§.26. extra,de dona. inter vir. vxo. Qui om-
nes in hac videntur esse sententia vt talis licentia a princi-
pe dari non possit tutò in foro animæ,etiam si reliquis libe
ris illius,qui primatum, maioratumue cõstituere volebat,
aliméta idonea præstentur. Sed certe hæc res,quę ipsis du
bitatisima,volubilis,dubiaq; & periculosa videbatur, no-
bis plusquàm expedita semper visa est. Nam cum necesi
tas, & etiam potestas liberis legitimam relinquendi paren
tibus a lege ciuili data sit,superest,vt id ius positiuũ alio iu
re positiuo remoueri posit,eoq; remoto, parentibus om
nimoda libertas maneat bona sua in quendã ex liberis suis,
idest,in vnum,vel certos conferendi,vel etiam in extra-
neos omnino,vel etiã iubendi,vti bona sua in mare proij
cerentur,licet hoc vltimo casu,nullus sit, qui posit com-
pelli talem voluntatem exequi arg.l. sed sciendum. ff. ad
Trebel.Ergo quando reliquis fratribus alimenta idonea
relinquuntur,non dubium est,quin talis licentia valeat.
Quod si nulla,vel non sufficientia alimenta eis relinque-
rentur,tunc magis dubium.Sed tamen adhuc idem,si prin
ceps id de certa scientia faceret,cum isthęc oĩa,vt dixi sint
iuris positiui,quod subest principis potestati.

Denique cauendum est, ne in re vsitata, & vsu forensi
frequentisima perniciose(quod aiunt)erretur,nam argu-
re de dispositione legis ad dispositionem principis, tutum
non videtur.Licet enim indubitatum sit secundum veras
sententias,quas sequuti sumus legem posse adimere,tolle-
re,auferre necesitatem tam legitimarum, quam dotium,
& alimentorum relinquendorum,tamen licet de plenitu
dine potestatis idem similiter facere posset princeps,tamẽ
de potestate ordinaria,legibus(vt aiunt)latis, moribusque
præscriptis regulata,& alligata id facere non posset,nisi ha
bita causæ cognitione ad id iusta ex causa moueretur,ad-
dijceretur,atq; impelleretur. Nam quod principi placuit,
legis habere vigorem,id intelligendum est,cum illud pla-
citum,decretum,vel rescriptum fuit cum legitima causæ
cognitione,non aliter,vt notatur per glo. & doct.in l.1.ff.
de consti.principum,alias enim regulariter princeps& vti
tur & vti debet legibus pro communi reipu. vtilitate latis
vt probat tex.in §. fi. Insti.quibus mod.test. infir. l. Pap.
§.Imperator.ff.de inoffi. testam.l.si hęredum. Quintini.
vbi Ias. post alios,C. eod.tit.l.ex imperfecto,ff.de leg.3.l.
ex imperfecto.C.de testam.l.digna vox.C.de legib. Et ita
sunt intelligendæ leges,quæ loquuntur de rescriptis Im-
peratorum,vt in l. si Titio & Mæuius,§.Iulianus, ff.de le
ga.2.l.licet Imperator.ff.de leg.1.l.non iustam C.ad Treb.
cum mille simil. Ergo in huiusmodi primatibus,seu maio
ratibus in persona vnius filij cum præiudicio legitimarũ,
aliorum filiorum faciendis non erit tutus princeps in fo-
ro animę,qui sine causa transgredietur leges latas pro cõ-
muni reipublicę vtilitate. Licet id princeps de plenitudi-
ne potestatis efficere posit, vt diximus supra,§.primo
vel per modum legislatoris, legem promulgando, vt
ibidem.

Quòd autem per legem generalem id fieri posset (secũ
309 dum sententiã,q̃ tuemur)certum esset ꝙ iure regio cer-
tius est per † l.2. & 4.tit.1.lib.5.ord.vt sup. declarauimus.
Vnde valet mos,aut lex Aragonensium, inducens filium,
acceptis quinq; solidis à reliquo hæreditatis posse exhære
dari, quod plane ridiculum esset, nisi opinio nostra ve-
ra esset.

310 Et † alimenta liberis an adimi per legem posint,præmit
te ꝙ alimenta debentur de iure naturæ.Dec.ff.de reg. iur.
in l.iura sanguinis,in pr.Xuarez in l.qm̃ fol.60.col.4.Fort.
in l.1.§.ius naturale,ff.de iust.& iur. Ias.nu.25.in l.ius autẽ
ciuile,de iusti.& iur.ff.Mouentur oẽs per l.1.§.ius natura-
le,de iust.& iur.Quod nouisime,& præter omnium opi-
311 nionem intelligerem procedere, dum liberi, † eius ætatis
sunt,vt victum sibi quęrere nequeant secus si posint.Mo
ueor lege, & ratione.Lege.s.c.ius naturale,1.dist.ibi pue-
rorum educatio.pueri.n.vocãtur, & pupilli vsq; ad annos
14.l.fi. §. vbi aũt puerilis ętas,C. de bon.quæ lib. quod &
probat d.§.ius naturale,quia proprie paruuli dicuntur edu
cari.Rõne, quia si pater sua industria & laboribus multa
quæsiuit, postq̃ filius est eius ætatis, vt posit sibi victum
querere,potest filio iustisime dicere,Hucusq; pie educa-
ui te,quia per te non poteras victum quærere, nunc autẽ
quæras per te,sicut & ego feci.Cõprobatur exemplo om
nium animantium,quæ filios educant vsque quo eius æta
tis sint,vt per se viuere posint,tunc deinde eorum noti-
tiam perdunt. Non obs. l.cum ratio,de bo.dam.ff.& quid
ait add. Decij in 1.add.in l.iura sanguinis.de reg.iu.ff.quia
iustius pr̃ retinet sibi bona dum viuit,q̃ ea filio post mortẽ
denegat,.infero, ꝙ legitima magis debita ẽ filijs post mor
tẽ patris,q̃ alimenta eo viuente,siquidem filius per se vi-
ctum querere posit.Quartò pondero tex.in l.si quis a lib.
ag.§.sed si filius in pr.& in ver.si modo,quod hodie intel
ligo,etiam si filius non sit opifex, nam potest alieno dño
seruire,de quo viuendi modo non fecit mentionẽ ille tex.
quia tẽpore Romanorũ in vsu nõ erat, ꝙ hoĩes liberi ser-
uirent. 5.adduco d.l.si quis a libe.§.1. ibi, & cũ ex æquita
te hæc res descendat,sed hæc æquitas cessat in eo, qui po-
test per se victum quærere,ergo &c.

Sed an

Sed an valeret lex,iubens vt pater non cõpellatur inuitus alimenta liberis præstare? Et ꝙ valere non possit,tenẽt Alber.in l.1.§.ius naturale,ff.de iust.& iu.idem Albe.in 1. par.stat.q.40.Iaco.de Are.in l.si quis a liberis, ff.de lib.ag. Galeot.in tract.de alim.vers.pone questionem.Spec.in ti. qui filij sint legi.col.4. vers.sed pone quidam emãcipauit, quos allegat Dec.in l.iura sanguinis,ff.de reg.iur.Couar.in lib.4.decret.par.2.c.8.§.6.in prin. nu.4.Abb.in c.fi.nu.22. de consuetud.Rochus de Cur.ibi.fol.paruo.45. secundum quem ab hoc nullus discrepat.Et hæc opi.est ex mẽte omnium,quos supra retulimus tenere partem hanc negatiuã, non valere legem, per quam in totum tolleretur legitima liberorum.

Sed in specie, vt alimenta possit pater si velit liberis denegare,ꝙ id lege caueri possit,tenet Dec.in d.l.iura sanguinis.Et hæc pars est ex mente & sententia omniũ eorũ,qui tenent partem affirmatiuam,vt valeat lex,permittens,parentibus nihil omnino liberis legitimæ nomine relinquere. Quàm partẽ ausim verissimam dicere,tam ex proxime dictis(quæ monstrant,ꝙ necessitas alimẽta liberis relinquẽdi non a iure naturali, sed tantũ positiuo discendit) quàm etiam ex dictis paulò superius, vbi monstrauimus, ꝙ necessitas,compulsio,coactioq; parentibus imminens, vt ẽt inuiti liberis alimenta prẹstent,descẽdit ex iure positiuo,non ex iure naturẹ, vnde alio iure positiuo põt tolli, & cum oẽs nostræ partis fautores admittant id fieri posse, saltẽ ex causa nos dicimus regulariter,quinimò etiã generaliter fieri posse, quia in qualibet lege noua præsumitur causa,saltẽ motiua,quæ sufficit, vt suprà probauimus, nec in contrarium admittitur cuiusquam disputatio, nec si de facto admitteretur,erit vllius momẽti,donec l.illa abrogetur publicè.Nã cum quẹritur,an aliqua lex sit iusta,vel iniusta, nullus est iudex cõpetens & legitimus ad hanc quæstionem dirimẽdã,præter ipsum legislatorẽ.i.principem, vel rempub.illã legem condentem,vt subditi,qui illam legem iniquam dixerint,similes sint eis,qui sententiã, quæ transijt in rem iudicatam,iniquam temere dicunt, atque inaniter. Et nostra opinio iure regio euidẽtior est per d.l. 2.& 4.tit.1.lib.5.ord.

312 Ex superioribus etiam infertur valere † legem,vt pater inuitus non teneatur filiam dotare. Nam cùm dos legitima,& alimenta æquiparentur in hac materia,vt per doct. in l.si quis a liberis,ff.de lib.agn.per Decium & eius additi.in d.l.iura sanguinis,per Bar.Imo.Pau.& alios in d.l.Titio centum,§.Titio genero,ff.de condit.& dem.bene sequitur, ꝙ vt valeret l. ꝙ pater inuitus nõ teneretur liberis legitimam relinquere, ita quoq; valet ꝙ non teneatur alimẽta, vel dotem prẹstare.Nec putauerit quisquam loqui nos contra communes opi. Nam cùm in legitima hæc sit vera,& forte magis communis op.idem quoq; in dote & alimentis intelligendum est ex mente & sententia eorum, qui nostram opin.affirmatiuam tuentur,& nostra op.iure regio certior est,per d.l.2.& 4.tit.1.lib.5.ordi.

313 Ex superioribus patet † veritas illius op.quã tenuerunt gl.Card.& Abb.in d.c.cũ haberet, de eo qui duxit in matri.quam polluit Abb.consi. 115.& conf.50.vol.2.Fort.in tract.de vltimo fine, illatio.8.Corf.in reper.in ver.alimẽta,col.2.Alc.lib.4.parer.c.5.Are.in pr.Inst.de iure na.Rip. in l.si vnquã,C.de reu.dona.q.27.Ioa.Lup.in c.per vestras de dona.inter vir.& vxo.not.3.§.9.nu.14.Coua.lib.4.decret.par.2.c.8.§.6.sentit Bar.in auth.ex cõplexu,C.de incest.nupt.Dec.in c.clerici,col.2.de iudi.volunt enim omnes,ꝙ d.c.cùm haberet, quod iubet alimenta exhiberi liberis natis ex damnato coitu, sit seruandum etiam in foro Cæsaris,non secus,quàm in foro pontificis, vt per hoc d. auth.ex complexu,iam hodie non habeat vim legis,quod etiam voluit Nicolaus de Vbaldis in tract. de succes.ab in. in 5.charta.Ioan.de Neui.in sylua nupt.lib.3.nu.25. Mouentur omnes,ꝙ aspera lex illa videatur, vt probatur in l. 2.C.de nat.lib.tenet Ripa in l.1.ff.sol.mat.nu.65.vbi hanc dicit communem opinionem.

Sed horum opi.quibus aduersatur nemo, vera esse non potest,& ex his,quæ superius enarrauimus, perlucide confutatur.Nam si verum est valere legem perquàm duram, vt in d.l.prospexit,ibi,quod perquàm durum, ff. qui & a quib.si verum etiam est valere legem inuidiosam l.vni.in pr.ibi,inuidiosum,C.de cad.toll.si verũ similiter est valere legem captiosam, & machinationibus plenã d. l.vni.§. & cum lex ibi,suis machinationibus,si verũ quoq; est valere legem impunitatem nõ solum necis, sed etiam parricidij inducentem,seu pollicentem vt in l.Gracchus, C.ad leg.Iul.de adult.si verum similiter est valere legẽ impunitatem interfectionis a patre in filium patratæ permittentem,in d.l.in suis,ff.de lib.& post.& in §.1.Insti.de his qui sunt sui vel ali.vbi idem permittebatur a dominis erga seruos,si verum similiter est valere legem pactum de fut.suc. contra bo.mor.admittentem,vt in §.accessit,vbi Viglius, Inst.de testam.valereq; cõsuetudinem simile pactum admittentẽ,vt in c.1.de filijs natis ex matrimonio ad Morg. contrac.tradunt communiter doc.in l.fi.C.de pact. & in l. pactum dotali,C.de colla.Si verum deniq; est valere legẽ, quam iustam legislator putauit, siue illa iusta sit, siue non vt l.1.§.initium,ibi,quia moderatam hanc ætatem prętor ratus est,vbi glo.hanc rationem mirabilem vocitat, ff.de postul.cui dubium,quin valeat d.authen.ex cõplexu,quẹ pollicetur impunitatem parentibus, qui liberis ex damnato coitu natis alimenta non exhibuerint. At nonne longe grauius, & magis horrendum est permittere impunitatẽ occidendi,vt in d.l.Gracchus,vel parricidij faciendi,vt in d.l.in suis,quàm alimenta denegandi? Et nonne similiter perniciosius permittere impunitatẽ paciscendi de fut.successione,& per hoc mortis captandæ,vt dd.ll.& l.de fideicommisso,C.de transact. quàm impunitatem alimẽta denegandi? Deniq; ex superioribus colliges alia quamplura fundam.quæ hic repetere non expedit, quæq; hanc partẽ tutissimam, reddunt,quamq; olim inter plura quàm 700 paradoxa tuebamur.Et nostra opin.certior est iure regio, per d.l.2.& 4.tit.1.lib.5.ordin.

314 Infertur etiam ex superioribus, ꝙ si vera est illa cõmunis opi.quæ habet,ꝙ pater teneatur filiã† spuriam dotare, quemadmodũ tenetur alimenta exhibere,vt in c.cũ haberet,supra all.id potest esse verum quo ad spuriam,quẹ non esset nata ex nuptijs vetitis.Quòd si intelligas de filia nata ex nuptijs dãnatis,seu vetitis, tunc similiter erit verũ quo ad forum pontificis, vt d.c.cùm haberet, non autem quo ad forum Cæsaris,secundum quod vt talis filia alenda a patre inuito non esset,ita quoq; nec dotanda, cùm secũdum nos d.auth.ex complexu,& auth.quib.mod.nat.eff.sui,§. 1.col.7.non desinãt habere vim legis in foro Cæsaris.Licet cõtrarium velint magis cõiter doct.vt per Bar.& alios in d.auth.ex complexu,per Couar.lib.4.decret.2.par. c.8. §.6.nu.11.post Soc.& Aret.in l.1.ff.sol.matr.quos ipse allegat,& est cõis op.secundum Ripam,ibi.nu.65. vbi Alc. nu.8.Ioan.Baptista de sancto Seuer.in l.si qua illustris, C. ad Orfici.col.pen.Abb.in d.c.cũ haberet Bald.in l.sed nec mater.C.de iure doti.Bar.in l.fi.§.si a socero,ff.quæ ĩ fraudcredi.& in l.Mæuius,§.duobus,col.antep.ff.de leg.2.Mathes.not.147.Bar.in l.fi.col.2.ff.quib.vt indig.Ioa.Lupus, in d.c.per vestras. 3.no.§.9.& §.23.Bal.nouellus in tract. de dote,par.6.priuil.26.Ioan.Campe.in tract.par.1.q.17. Euerar.in centuria,c.29.Cur.iun.consi.37.col.fi. Fortuni. de vlti.fi.illat.9.Roma.in d.l.1.sol.mat.Nicol.de Vbaldis, in tracta.de succes.ab int.col.18.Abb.cons.115.lib.2.incipit.Punctus quæstionis,Bal.consi.456.Recolo.li.5.& Cepola in cautela.38.Sed licet hæc sit cõis op.contra quã multi tenent secundum Ripam vbi suprà ego semper tenebo, vt licet pater si velit liberis ex vetito coitu natis, possit, si velit alimenta & dotes dare, & ad id compellatur de iure canonico in foro pontificis,tamen in foro Cęsaris inuitus non compellatur per d.auth. ex complexu, & in corpore vnde sumitur,quæ iura, vt probaui, non desinunt habere vim legis,nec caret motiuo rationis. Et ita similiter inter parado-

paradoxa tenebamus. Nostraq; opin. iure regio certior est per d.l.2.& 4.tit.1.lib.5.ord.

315 Infero longe minus verã esse op.existimantium † spurios filios ex coitu vetito natos etiam iure ciuili alendos esse ab hæredibus parentum etiam inuitis. Nam secundum nos per superiora licet volentes admittantur ad alimenta præstanda, inuiti tamen non compelluntur. Licet contrarium velit Couar. vbi suprà, nu.14. post Ioan. Bap. de sancto Seuer. in d.l. si qua illustris, col.pe. Abb. consi. 115. li.2. Matthes. no.148. Soc. cons. 161. lib.2. Bar. in l. si quis a liberis, §. Item rescripserunt, ff. de lib.ag. Ripa in l. si vnquã, C. de reuo.dona.q.27. Quod olim inter 700 paradoxa Salmãticę tuebamur.

Infertur longe minus verum esse, quod Cou. vbi supra,
316 & Ripa vbi supra, aiunt donatariũ † omnium bonorum iure etiam ciuili filios spurios ex coitu vetito natos ipsius donatoris alere cõpellendum. Nam licet volens eos filios alimentare admittatur, tamen inuitus non compellitur, vt d.auth. ex complexu, & in corpore vnde sumitur.

Infertur verum non esse, quod Coua. vbi supra, ait mo
317 nasteriũ† compellendum similes filios eius, qui monasterium ingreditur, alere. Quod intellige in foro Cæsaris.

Infertur longe minus verum esse quod ait Coua. vbi supra, nu.16. post Abb. in d.c. cum haberet, col.fi.& Soc. cõs. 161. vol.2. Bar. in l.pe. ff. de lib.ag. Cinum in l.2. C. de alen.
318 lib. dũ firmat, ꝙ auus † & auia, proauus & proauia, etiã paterni hos nepotes spurios ex nuptijs, vel coitu vetitis natos tenentur alere, nam loquuntur contra d.authẽ. ex cõplexu & in corpore vnde sumitur, quæ iura etiam post ius canonicum non desierũt habere vim legis, vt probaui, ergo volentes alimenta præstare, bene admittentur, inuiti autem
319 non compelluntur, quod nominatim probat † l.5. titu.19. part.4. quæ reddit pulchram rationem, quam incorrectã dico, licet eam correctam esse satis temere dixerit Couar. vbi supra, ergo ex parte patris cognati alere non tenentur, licet secus in coniunctis ex parte matris, per decisionẽ & rationem d.l.5. Quod & olim inter 700 paradoxa Salmanticæ tuebamur.

320 Itẽ ex superioribus etiam infertur † decisio illius quæstionis, an legitima debeatur iure naturę? Nã cum verb. debeatur, referatur ad iuris necessitatẽ, & coactionem (nam obligatio est iuris vinculum, quo necessitate astringimur alicuius rei soluendæ secundum nostrę ciuitatis iura positiua, vt in prin. Insti. de oblig. vbi omnes,) sequitur, quòd legitima de iure tantùm positiuo, non etiam naturali debetur, cum (vt probauimus) necessitas legitimæ præstandę a iure ciuili, non etiam naturali descendat. Qua ratione idẽ quoq; dicẽdum est tam in alimẽtis, quàm in dote. Id quod videtur de mente & sententia omnium eorũ, quos supra retulimus tenere, ꝙ legitima in totum possit tolli per statutum, licet sit contra sententiam omnium eorum, quos supra retulimus tenere legitimam in totum tolli non posse per legem vel statutum. Sicq; cõis opi. existimantium legitimam per legem ex toto tolli non posse, tenet & in eo fundatur, ꝙ talis legitima iure naturæ debetur. Cõis autẽ opinio existimantium ex toto legitimam tolli posse per legem, tenet & in eo fundam. facit talem legitimam iure tantùm positiuo, non etiam naturali deberi, quod etiam euidenter suadetur? Nã debitum id demũ intelligitur, quod exigi potest l. is cui, §. Flauius, ff. de solutionib. not. per omnes in pr. Inst. de obli. & in prin. Inst. de acti. sicq; id quod debetur non solum iure naturali & obligatione naturali, quæ ad exigendum inefficax est l. iuris gentium, §. sed cũ nuda, & §. igitur nuda, vbi per oẽs, ff. de pact. l. si id quod ff. de cõd. indeb. sed etiam id quod debetur obligatione tam naturali, quàm ciuili. Ergo cùm quæritur, an hodie ad effectum, necessitatem, compulsionemq; exigentia parentib. etiam inuitis legitima debeatur, & quo iure debeatur, ridiculum esset abnegare, quin obligatione tam ciuili, quã naturali, & sic iure ciuili & positiuo secundum nostræ ciuitatis iura debeatur. Nec ad rẽ pertinet, ꝙ etiã obligatio natu. concurrat. Nã & in omnibus conuentionibus concurrit obligatio naturalis cũ obligatione ciuili ratione consensus l. obligationum substantia, ff. de act. & oblig. & l. ex consensu, eod. tit. & tamen plura negotiorum genera vbi ex consensu partium inest obligatio etiam nat. tolluntur, & improbantur quotidie per leges positiuas, late per Barto. in l. si quis pro eo, ff. de fideius. per omnes in l. non dubium, C. de legibus.

Infertur ex superioribns valere legem non solum dicẽ
320 tem, ꝙ parentes † inuiti non compellerentur legitimam, vel hæreditatem liberis relinquere, sed etiam si diceret, ꝙ etiam volentes legitimam liberis relinquere, vel hæreditatem liberis relinquere, non possent. Mouemur, quia (vt supra ostendimus) ipsa etiam potestas legitimam, vel hæreditatem liberis relinquendi, est de iure positiuo, nã inspecto iure naturæ, post mortem cuiusq; eius bona in communi manerent hominibus cunctis superstitibus, non autem solis liberis morientis, ita vt primo occupanti cõcederẽtur. Nam ipse moriens secum ferat nil, sed omnium dominiũ perdiderit, patet ad sensum, & probat tex. in auth. de nupt. §. deinceps, & Proper. lib.3. Eleg.

Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas.
Nudus ad infernas stulte vehere rates.

Quòd autem bona, quæ defunctus amisit per mortem naturalem inspecto iure naturæ & gentium in cõi manerent vt occupati concederentur. probat l.1.& 2. ff. pro derelicto, & Insti. de rer. diui. §. singulorũ, docemur plene supra §.1.& 2. licet postea iure, & positiuo Romanorum inductum fuerit, vt liberis in potestate manentibus statim post mortem patris eius bona acquirerentur, vt l. in suis, ff. de lib. & posth. l. cum ratio, ff. de bo.dam. §. sui. Inst. de hęr. ab. §. sui. Inst. de hęr. qual. idq; propter vnitatem personarum, nam iure nostro ciuili & positiuo vna eademq; persona pater & filius reputabantur l. fi. C. de impub. dixi late supra lib.1. quæ representatio, & effectus quæ inde sequitur, s. continuatio dominij bonorum a patre moriente in filium superstitem, mere ciuilissima sunt, fictitia, commẽtitia, iurisq; indubitanter positiui, longeq; alieni a iure naturæ. Id quod olim. Salmanticæ inter plura quàm 700 paradoxa defendimus.

Præterea, vt Plutarchus refert, mos erat apud Lacedæmonios, vt morientium bona non liberis suis darẽtur, sed in cõi manerẽt, vt ijs omnes ciues pariter potirentur, sicq; morientibus potestas non erat legitimam, vel hæreditatẽ suã liberis suis relinquere. Id quod principijs iuris naturæ longe magis accedebãt, quã ꝙ parentes bona, quæ secum morientes ferre non possunt, in quos velint, siue illi liberi sint, siue non sint, possint conferre. Cum non referat, vtrũ quid fiat tpe prohibito, an vero tpe permisso, si cõferatur effectus in tẽpus prohibitum l.1.1. quod sponsæ, C. de do. ante nupt. Vnde vt postquam quis vere mortuus est, non posset iure nature inspecto quicquam liberis dare, ita nec dum viuit, si effectum dationis post mortem suam conferat. Et ꝙ principij iuris naturæ longe magis opinio nostra accedat, quàm contraria, patet, quia eo iure inspecto, omnia fere erant in communi.

Vnde Vergilius.

Ante Iouem nulli subigebant arua coloni,
Nec signare quidem, aut partire limite campum
Fas erat, in medio quærebant, &c.

Et Horatius Satyra 2. lib.2

Nam proprie telluris herum natura nec illum,
Nec me, nec quemquam statuit. Nos expulit ille,
Illum aut nequities, aut vafri inscitia iuris.

Sicq; firmat Horatius non iure naturæ, sed positiuo, qđ directò naturali aduersatur, eam dominiorum distinctionem factam fuisse vel violentia tyrannorum.

Et Seneca in Hippolyto.

Nullus in campo sacer
Diuisit agros arbiter, populis lapis.

Ergo

Ergo talis lex valeret, licet id sit contra oẽs vtriusq; partis fautores, quos suprà retulimus in quęst.de legitima. Nã etiam tenentes nostrã opi.affirmatiuam, ꝙ valeat lex permittens, vt patres nolentes liberis legitimã non relinquãt, vel relinquere compellantur, tenẽt non valere legẽ negantẽ, vel auferentem ptãtem liberis relinquendi, quasi id aduersetur, & repugnet instinctui, & affectioni naturali, qua parentes in liberos hac in re ducuntur. Quod nihil omnino mouet me. Nã ingenue fateor, ꝙ aduersatur, tñ nihilominus ex causa saltẽ potest fieri per legem. Nã & ex omni conuentione longe euidẽtior obligatio naturalis oritur, vt in l.1.ff.de const.pec.l.non minorẽ, C.de transact. l.1.ff.de pact.§.per traditionẽ.Inst.de rer.diuis.& tñ si per stipulationẽ cõueni tecũ, vt dares Titio, ea obligatio naturalis nõ exequitur, nec ad effectũ perducitur a lege ciuili l.stipulatio ista, §.alteri, vbi late gl.Bar.Bal.Pau.Imo.Aret.Alex.& Ias.in l.si ita stipulatus fuero si Titius, §.Chrysogonus eo. tit.vbi per oẽs, §.si quis alij, & §.alteri, vbi oẽs, Inst.de inu. stip.ergo non sequitur, aliquid aduersatur inclinationi naturali hominũ, ergo per legẽ positiuam id immutari non potest. Nã non dubium est, quin inclinationi naturali omnium hominũ aduersetur, ꝙ eorum voluntates, & cõuentiones non perducantur ad effectũ, nec seruentur, & tñ in exemplo supposito non seruantur. Idẽ in fideiussionibus, quas faciunt mulieres, vt per totũ, ff.& C.ad Velleia. Idem in obligationib. quas faciunt filijfa. vt per totum ff.& C.ad Maced. Idẽ deniq; in mille alijs exemplis, vt per Bar.in l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.per oẽs in l.non dubiũ, C.de legi. in quibus ratæ non habẽtur hoĩum voluntates, inclinationes, vel cõuentiones, quod ex causa per legem fieri potuit causa autem semper iusta præsumitur in lege, etiam si in ea non sit expressa, vt suprà probaui. Ergo teneo (præter omnium sententias) valere legem iubentem, ne parentes possent liberis legitimam, vel hæreditatem relinquere.

Idẽ facilius, si prohiberet parentibus a liberis relinqui.

Idem si transuersalibus, quibus etiam debetur legitima, vt suprà diximus.

Quæ omnia fundãtur aperte, quia successiones sunt de iure positiuo, vt diximus suprà, §.1. & 2. ergo iure positi-
322 uo libere & mutari, & in totum tolli possunt.

Et in omnib.ijs casib.teneo † in cõsuetudine, argu.l.de
323 quib.ff.de legi.cum plu.seq.licet & id sit contra cões opi.

Idẽ quoq; in iussione principis † facta ex certa sciã, vt in l.j.ff.de const.pr.& in §.sed & quod prin.Insti.de iure nat. Quæ nota, quia nullibi vnquã ita sunt declarata, licet & similiter sit aduersus cões opi. Nec ad rẽ pertinet (vt modo dicebamus) ꝙ abnegare parentibus facultatẽ legitimã hęreditatẽmue liberis relinquendi, id naturali inclinationi, instinctuiq; omniũ parentum aduersetur. Nã & conuentionum nostrarum effectũ abnegare, id similiter aduersatur omnium hominũ naturali inclinationi, & instinctui, siquidem nihil ita conuenit naturali æquitati, quam hominum conuentiones custodire, quæ tamen innumeris casibus ex facillimis causis custodiri desinunt per legem, contra l.nõ minorem, C.de transact.l.1.ff.de pact.l.1.ff.de consti.pec. & Instit.de rerum diuis.§.per traditionem.

Præterea & fortius, aliquid aduersatur naturali hominũ instinctui, & inclinationi, ergo est cõtra ius naturale, non sequitur. Nã mors, seu mortalitas aduersatur omnino naturali non modò hominũ, sed etiam omniũ omnino animantiũ inclinationi, quæ sui conseruationẽ, & perpetuitatẽ exoptant summopere, & tñ iuri naturę nõ videtur mortalitas aduersari, quinimò nihil vnquam tam naturæ iurib. debitum tam certum, tam necessarium, tam deniq; indubitatum est, & peculiare, propriumq;.

Quòd autẽ oẽs non homines modo, sed etiam omnia animantia sui conseruationẽ exoptent, mortemq; subterfugiant, totisq; viribus ob corporis sui tutelã vitæq; adseruationem nitantur, præterea ꝙ patet ad sensum, probatur in l.vt vim, ff.de iusti.& iur.cum simil. Vnde Tull. Cice.pro Milone ita ait.

Est non scripta, sed nata lex, quã non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quã non docti sed facti non instituti sed imbuti sumus, vt si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela aut latronũ, aut inimicorũ incidisset, oĩs honesta rõ esset ex pediendæ salutis. Idẽ, 4. de Finib. ait. Omne animal se ipsum diligit, ac simul vt ortũ est, ita agit se vt cõseruet. Nam vt ibid. ait. Omne animal ipsum sibi cõmendatũ est, vt se & saluum in suo genere, & incolume esse velit.

Quòd autem tam iuribus naturæ debitum, certum, peculiare, proprium, & necessarium, nihil sit, quàm mortalitas, otiosum esset legibus probare, cùm iureconsultorum pleriq; libri hac de re loquantur, & totus is noster tractatus, & nemini exploratum esse possit, quomodo sese habiturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad vesperum, vt Cicero ait, 2. de Finibus.

Quis enim est quãuis sit adolescens, cui exploratum sit, se ad vesperum esse victurum.

Vnde Horatius lib. 1. Epistolarum.

Inter spem, curamq; timores inter & iras
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.

Et Martialis lib. 1. Epigram.

Pange thoros, pete vina, rosas cape, tingere nardo,
Ipse iubet mortis te meminisse Deus.

Et Maphæus lib. 13. Aene. Vergil. addito.

Heu mortem inuisam, quæ sola vltricibus armis
Elatos frenas animos, communia toti
Genti sceptra tenens, ęternaq; fœdera seruans,
Quæ magnos, paruosq; teris, quæ fortibus æquas
Imbelles, populisq; duces, seniumq; iuuentæ.

Et Ouidius ad Liuiam.

Sed rigidum ius est, & ineuitabile mortis.

Ergo cùm iuribus naturę tam debitum proprium, & peculiare nihil sit, quàm mors, quę nostræ naturali inclinationi vehementer aduersatur, atq; repugnat, quid nouum aut mirandũ est, si per leges humanas admittatur aliquid quod naturali nostræ inclinationi aduersetur? Sat etenim superq; est, si dum viuimus, rebus nostris potiamur, easq; si velimus inter viuos conferre, in quos voluerimus, possimus. Nec debemus velle etiam mortui res huius seculi gubernare, & eo tempore, quo nihil sumus, aliquid fabricari, disponere, gubernare. Si enim hæc, quæ tam iuribus naturæ accommodantur, lege positiua præcipiantur, non tam iuribus naturæ aduersari, quàm ad ipsum ius naturæ iam abolitum, antiquatumq; reuerti videremur.

Ex superioribus ergo per totum hunc librum enarratis constat, quot requisita ad testamentorũ creationẽ, & conseruationem desiderentur. Vnde manifestum fiet, quot testamenta re vera minus solennia pro solennibus haberi soleant, in perniciem heredum legitimorum, & iuris publici quod in testamentis versari testatur l.3.ff.de testam. Apparentq; numerosissimæ conclusiones nouę cõtra receptas nostrorum traditiones, quas non nouitatis studio (testor Deum Optimũ Maximumq;) disseruimus, sed ꝙ ab hinc annos quamplures veriores semper putauimus, & earum pleræq; ad vitandam impiam legum correctionem, perniciosamq; legum mutationem pertinent, & vsibus forensibus receptæ, & nostrarum legum regiarum interpretatione admissæ, stabilitæq; sunt, quarum interpretatio, & authoritas longe certior, grauior, & potentior haberi debet, quàm authoritas eorum, qui receptas sententias nostris aduersas defendunt.

Libri secundi partis primæ tractatus de successionum creatione, progressu, effectuque, & resolutione, Finis.

D. FERNANDI VASQVII MENCHACENSIS,

Iurisconsulti Hispani in summo Dominicæ rei Philippi Hispaniarum Regis C. potentiss. prætorio, Senatoris clarissimi.

De successionum creatione, progressu, & resolutione Tractatus primæ partis,

LIBER TERTIVS.

communi contra alteram communem.
182 Ecclesia tenetur contribuere ad refectionem variam publ. cum communi.
183 Suitas non tollitur datione substi. vulg. cum multis contra communem.
187 Suitas non tollitur datione substit. vulg. quo ad benefi. l. fi. C. de rep. hære. cū communi contra alteram communem.
188 Idem in datione cohæredis extranei. cum communi contra alteram communem.
189 Suitas non tollitur datione subst. vulg. in casib. seq. cū cōi.
209 Suitas non tollitur per condi. si velit, contra communem.
210 Suitatem non tolli per condi. potesta. cum Alcia. & Socin. contra communem.
211 Suitas non tollitur exhæredatione, cōtra communem cum Ange. & alijs.
212 Suitas non tollitur monachismo. cum communi.
213 Suitas non tollitur renunciatione iurata. contra Alciat. & alios.
214 Suitas non tollitur, licet filius sit institutus in re tantum certa. contra communem.
215 Suitas non tollitur etiam per expressam patris volun. cōtra Alcia. & commuem.
216 Suitas an tollatur petitio tēpore ad deliberādū, cōtra cōē.
217 Suitas non tollitur abstensione, nec per dispositiones hic subiectas.
218 Illationes. 8. contra mentem communis opinio.
219 Illationes. 10. contra mentem communis opinio.
220 Intell. l. qui in aliena. § interdum. ff. de acquir. hær. & l. fi. C. de rep. hær.
221 Illatio. 9 contra mentem communis opin.
222 Illatio. 10. contra mentem communis opi.
223 Illatio. 9. contra mentem communis opi.
224 Illatio. 10 contra mentem communis opin.
225 Illatio. 10. contra mentem communis opin.
226 Possessio quæritur per seruum, filium, vel monachum etiam fugitiuos. cum communi.
227 Possessio vera quæritur per modum fictum.
228 Possessio à nuntio tradi potest per solum aspectum oculorū. cum communi contra alteram communem.
229 Possessio vera, & vero modo quæritur per visum oculorū. cum communi contra alteram communem.
230 Possessio qualis acquiratur, quando quis mittitur in poss. ex primo decreto.
231 Detentatio an sit meri facti. cum cōi contra alteram cōem.
232 Mala fides authoris non nocet successori in quatuor casibus hic enumeratis. contra communem cum multis.
233 Bona fides orta ē ex causa iniusta, sufficit ad pręsc. cū cōi.
234 Præsc. 30. annorum iure. ff. incognita cum communi.
235 Mala fides ficta iure canonico non magis nocet, quàm iure ciuili cum communi.
237 Intell. l. 3. & 5. tit. de las præsc. libr. 5. ordin.
238 Mala fides authoris immediati nocet non remotioris. cum communi. Intellige in præsc. 30. annorum, nam in præsc. long. temp. adhuc nocet contra quamplures.
240 Mala fides authoris nocet successori in dignitate, contra cōem, Idem in successore in officio. contra communem.
241 Suitas in casibus hic enumeratis non tollitur quo ad effectum pup. substit. impediendæ.
242 Vulg. tacita cōtenta in expressa pupill. nō perit, licèt pupillus viuo testatore decedat. cū cōi contra alteram cōem.
243 Vulg. tacita cōtenta in expressa pupil. nō extinguitur, licèt pupillus emancipetur à patre. cū cōi cōtra alterā cōem.
244 Vulg. tacita cōtenta in expressa pupillari, an per aduentū pubertatis extinguatur contra communem duæ conclu.
245 Suitas nō extinguitur in casibus hic enumeratis quoad impediendam dominij continuationem. contra mentē communis opi. 9. conclu.
246 Suitas facit vt non sit hæreditas iacens. contra mentē cōmunis opin. 7 conclu.
247 Renuntiatio hæreditatis iurata legitimæ etiam nocet. cum communi contra alteram communem.
248 Suis quæritur hæreditas sine aditione in 7 casibus hic enumeratis. contra communem.
249 Monacho hæreditas delata potest adiri per monasterium. cum cōi contra alteram communem. Vel potest monachus compelli adire. cum communi contra alteram cōmunem. Et si monachus intereà decedat, monasterium potest adire. cum. communi contra alteram communem.
250 Monachus seruo vel filio assimilatur, prout vtilius est monasterio cum communi contra alteram communem.
251 Monacho hæreditas delata monasterio quæritur non rectà via, sed mediante persona monachi. cum communi cōtra alteram communem.
252 Monacho hæreditatem relictam monast. potest repudiare cum communi contra alteram communem.
253 Monacho legatum relictum monast. potest repudiare. Idem in hæreditate patris monacho delata, secundum omnes.
254 Monachò delatam hæreditatem prælatus repudiare nō potest. cum communi contra alteram communem.
255 Suis ipso iure quæritur hæreditas in 6 casibus hic enumeratis. contra communem.
256 Furiosus potest exhæredari propter ingratitudinē ante furorem commissam. cum cōi contra alteram communem.
257 Suis etiam in vltimo vitæ spiritu quæritur hæreditas in 7. casibus hic enumeratis. contra mentem communis opi.
258 Suis quæritur hæreditas per expilationem hæreditatis in casibus hic enumeratis contra mentem communis opin.
259 Suis quæritur hęreditas per expugnationem testamenti in 4. casibus hic enumeratis. contra mentem cōis opiniō.
260 Suis hæred. vtile est benef. abstinendi in 7. casibus hic enumeratis. contra mentem communis opin.
261 Suis vtile est benefi. reu. abst. in 8. casibus hic enumeratis. contra mentem communis opi.
262 Sui hæredis abstinentis portio cohęredi inuito nō accrescit in 9 casibus hic enumeratis. contra mentem cōis opin.
263 Suitate confirmantur tabulæ pupillares in 9 casibus proximè enumeratis, contra mentem communis opi.
264 Pupillaris fieri potest etiam ei, qui suus non est. cum communi contrà Segu.
265 Pupillaris facta extraneo non conualescit, licèt is à testatore adoptetur. cum communi cōtra alteram communem.
266 Transmittitur iure suitatis hæreditas non adita in 8 casibus hic enumeratis contra mentem communis opin.
267 Trasmissio iure sanguinis non fit ad scendentes. cum communi contra alteram communem.
268 Transmittitur hæred. non adita iure suitatis ad extraneos etiam ad exclusionem alterius filij testatoris. cum communi contra alteram communem.
269 Suitatis priui. de quo in le fin. C. de rep. hær. non tollitur datione substitut. contra cōmunem. Tollitur tamen emancipatione. cum communi contra alteram communem.
270 Suitatis priuil. de quo in l. fi. C. de rep. hær. non tollitur per cond. si vellit. contra Ias. & Imol.

IAM ergo in libro superiore omnia ea enumerauimus, quę ad testamenti creationem ritè inducēdam necessaria videbantur: quamuis inter cætera requisita, quæ ad creationem, ortumq; desiderantur, nonnulla requisita, quæ ad testamenti resolutionem vitādam pertinent, adiecerimus: quia tanta est harum materiarum proximitas affinitasque, vt id prætermitti incōmodius foret.

foret. Licèt enim vt res corporeę (quæ vel à natura gi-
gnuntur,aut ab hominibus fabricantur) habent ſuum or-
tum, deinde progreſſum, effectũ, operationẽ, mox inte-
reunt ac reſoluũt, ita quoq; hoc noſtrũ opus in primis ſuũ
ortũ ac creationem,deinde ſuos affectus, mox ſuum inte-
ritũ atq; reſolutionem habiturum ſit: tamen materiarum
affinitas coegit, vt aliquantulum nonnunquàm in alienam
poſſeſsionẽ pedem inferremus. Vnde poſtq̃ hæc requiſita
viderimus, ad ipſorũ limitationes accedendum nobis eſt.
1 Limita ergo 1. vt non procedat de iure † canonico,quo
iure non tanta ſolẽnitas in teſtamentis deſideratur, quãta
de iure ciuili requiritur. vt in c.relatum.& in ca.cũ eſſes.de
teſta.ſecundum cõem ſententiam. Qua in re aduertẽdum
eſt,ꝙ ſi teſtamentum fiat ad pias cauſas, tũc de iure cano-
nico ſufficiunt duo teſtes.vt in d.ca. relatum. ſecundũ cõ-
munem ſententiam. vt latè reſoluunt vbi nouiſsi.& vbiq;
locorum.& infrà dicemus. Itẽ quando teſtamentũ ſit co-
ram presbytero parochiali, tunc ſecundum omnes indif-
ferenter tale teſtamentum valet ſine ſolennitate iuris ciui-
lis.vt in d.c.cùm eſſes.vbi nouiſsimi latè reſoluunt.

Cæterũ extra iſtos duos caſus vehementer controuer-
ſum eſt, an teſtamentũ de iure canonico eandem ſolenni-
tatẽ deſideret,quã deſiderat de iure ciuili? Qua in re cõis
opin.eſt,ꝙ de iure canonico regulariter ſufficiant quatuor
teſtes. Ita reſoluit Deci.conſil.284. Viſo puncto.nume.
6.vbi in nu.8.fatetur hanc eſſe cõem ſnĩam.tenet Specula-
tor in tit.de inſtrumentorũ editione.§. compẽdioſè.verſi.
item per ius canonicũ,quia dictũ duorũ teſtiũ maiorẽ ha-
bet fidem, q̃ dictum vnius teſtis cuiuſcunq; fuerit autho-
ritatis.vt in c.cùm nobis,& in c.licèt ex quadam. de teſti-
bus.Sequitur Abb.in d.c.cùm eſſes.in 2.lectu. & Ant.ibi-
dem.idem Abb.in repetitione d.c. cùm eſſes.col.4. Feder.
de Senis conſi.117.Quidam nomine.Roma.in repeti.au-
thenticæ ſimiliter.C.ad leg.Falci.in 34. ſpeciliali piæ cau-
ſæ.Andr.Siculus conſi.87.col.4.libr.4.Alex.conſi.5.Viſo
diligenter.col.4.verſi.imò tortius.libr.4.Corn.conſi.261.
De duobus.col.fina.lib.4.idem Alex.conſi.103.col.4.lib.
4.Boerius deciſi.93.col.2.Ruinus cõſi.51.libr.1.num.11.
prout eos refert & ſequitur Didacus de Couarr. in d.c.cũ
eſſes.nu.13.idem ſequitur Guiliel.Benedict.in ca.Rainut.
de teſta.in 1.parte.in verbo,teſtamentum.el.1.num.62.&
Alex.conſi.146.Viſo themate.nu.6.verſic.quinimò lib.2.

Contrariã tñ ſententiam, vt de iure canonico regulari-
ter eadẽ ſolennitas deſideretur,quæ deſideratur de iure ci-
uili,ſequitur,& dicit cõem idem Cor.ſibi contrarius cõſil.
77.Licet autẽ nu.5.& nu.4.Ioan.Calde. Petrus de Peruſi.
Ancha.& Florent.in d.ca. cùm eſſes.& ibi Abb.in repetit.
& Federic.de Senis conſ.207.alias.217.& Petrus de Peru-
ſio conſi.117.Imol.in d.c.cùm eſſes. qui hanc dicit cõem
ſnĩam.prout eos refert Corn.vbi ſuprà.Idem Corn.conſi.
68.nu.4.libr.1. vbi ẽt hanc dicit cõem ſnĩam & reſpondet
fundamentis eorũ,qui contrariam partẽ tuentur. Nã licèt
iuris ciuilis regularis ſolennitas relaxetur in terminis d.ca.
cùm eſſes.non ideo ſequitur,ꝙ vbi eſſet impar ratio,rela-
xari debeat, cũ in correctorijs non ſolum ex paritate, ſed
ẽt ex maioritate rõnis non fiat extenſio.vt eſt cõis op. quã
reſoluit Iaſ.poſt glo.& alios ibi. in authẽ.quas actiones.C.
de ſacro.eccleſi.idem Iaſo.in.l.de quibus.num.14.ff.de le-
gib.& in l.quãuis.C.de fideicõ.niſi vbi rõ eſſet expreſſa in
lege corrigẽte.vt tenet gl.in clem.1.de elect. in verbo,eli-
gatur.gl.in auth. de hæredibus ab inteſtato venientibus.in
verbo,ordine.quæ receptiſsimæ ſunt,vt nos plenè diſſeri-
mus alibi.Prætereà licèt etiã de iure ciuili.le.fi.C.de fidei-
cõmiſsis.& §.fi.Inſti.de fideicõmiſſarijs hęreditatibus.&
le. Thopõpus.ff.de dote prælegata. tñ in caſibus ſimilibus
abſurdum eſſet peregrinas illas deciſiones admittere, ſed
prior ſnĩa verior eſt, de quo alibi. Illud autẽ dubium eſt
2 circa hanc rẽ,an iure canonico in teſtamẽtis fœmina † te-
ſtis eſſe non poſsit? Qua in re pars negatiua, vt teſtis eſſe
non poſsit,videtur cõis.Ita tenet Alber.in.j.parte ſtatuto-
rum.q.30.Alex.conſi.70.Viſo.lib.2.& conſi.127.Viſo te-
ſtam.lib.1.Corn.in auth.quod ſine.col.2.C.de teſta.Deci.
in c.3.de teſtibus.col.pen.idem Dec.in.l.2.nume.31.ff.de
regu.iur.Albertus Bru. in tract. de corre.& rela.ſolenni.&
formæ.q.8.fol.penul. tradunt Tiraquel.& alij,quos refert
& ſequitur Didacus de Couar.in d.ca.cùm eſſes.nume.14.
& vid.in.§.12.num.32.verſic.in omnibus.

Cõtrariam ſententiã, vt fœmina de iure canonico poſ-
ſit eſſe teſtis in teſtamento etiam non cõdito ad pias cau-
ſas,& tenet,& dicit communem Iaſo. in l.hac conſultiſsi-
ma.in princip.num.9.C.de teſtam. Abb. in d.c.cùm eſſes.
col.1.& ibi Imol. & Anchar. idem Abb.in c.relatum,col.
1. quin imò licèt omnes teſtes mulieres eſſent,ſufficeret
ſecundum Iaſ.vbi ſuprà.& Abb.in d.c.cùm eſſes.col.1.Et
hanc partem ſequitur & dicit communem Crot. in tract.
de teſtib.parte.1.nume.10.

Quid dicendũ? Et quidem pro hac parte, quæ mihi ve
rior vr̃,facit:quia qñ ratio eſt expreſſa in l.corrigente, tũc
fit extenſio etiã in correctorijs,vt quatenus ſe extẽdit rõ,
eatenus ſe extendit diſpoſitio. gl. cõiter approba. in clem.
1.de elect.in verbo,eligatur.gloſ.in auth.de hæredibus ab
inteſtato venientibus.§.fin.in verbo,ordine.Iaſ.in d.auth.
quas actiones.nu.2.& in d.le.de quibus. ff.de legib.nu.14.
& in l.quanuis.C.de fideicõ.Iaſ.Deci.Coraſ.& alij in l.hu-
manitatis.per text.ibi.C.de impub. dixi plenè alibi. ſed ſic
eſt,ꝙ in d.c.cùm eſſes.expreſſa eſt illa ratio,cùm ſcriptum
ſit,ꝙ in ore duorum,vel trium teſtium. & rurſus.quia ve-
rò à diuina lege ſanctorum patrum inſtitutis id noſcitur
eſſe alienum. quæ rationes cùm expreſſæ ſint in d.ca.cùm
eſſes.& ſint generales,faciunt, vt d.c.procedat non ſolùm
in caſu,in quo loquitur,ſed etiam generaliter vbicunq; in-
teruenerit ſolennitas iuris gẽtium. dummodò ſint ſaltem
tres teſtes,quos omnino ille text. deſiderat.

Qua ratione fortè defendi poſſet, vt regulariter de iure
3 † canonico quatuor teſtes non deſiderẽtur, ſed tres idonei
teſtes ſufficiant. Quod & probat d.c. relatum.el.1.ibi,qm
ſcriptum eſt, in ore duorum vel triũ teſtiũ ſtat oẽ verbũ.
quæ ratio cùm ſit generalis,facit,vt ille text.procedat non
ſolùm teſtamẽto facto ad pias cauſas, ſed etiam in reliquis
teſtamentis,in quibus duo teſtes vr̃ ſufficere. per d.c.re-
latum.licèt tres teſtes exigi videantur in d.c.cùm eſſes.Et
ſaltem in hac reſideo ſententia, vt de iure canonico in om
ni teſtamento tres teſtes ſufficiant,ſiue illi maſculi ſint,ſi-
ue fœminæ.Neq; ad rem pertinet d.c.cùm eſſes.in verbò
idoneis.per quod Couar.vbi ſuprà putat probari, ꝙ ido-
nei teſtes fœminæ non intelligantur, cũ ſecundum ſubie-
ctam materiam fœmina in teſtamentis idonea teſtis non
ſit cuiuſcunq; fuerit dignitatis.l.17.titu.16.part.3.l.qui te-
ſtam.§.teſtes autem.Inſti.eo.tit.Nam reſpondeo,ꝙ teſtis
teſtamentarius licèt ſecundum ſubiectam materiam non
videatur idoneus de iure ciuili ſi ſit fœmina,tñ de iure ca-
nonico non minus idonea teſtis videretur in teſtamentis,
q̃ in reliquis diſpoſitionibus. nã & de iure ciuili idonea te
ſtis dicitur.glo.& ibi omnes in d.§.mulier.An autem cle-
ricus comprehendatur in ſtatuto iubente,vt teſtamẽta in-
ſinuentur,reſoluit plenè Pariſi.conſi.40.An ipſa.num.20.
lib.3.Et iure canonico non ſolùm quo ad ſolennitatem te
ſtandi,ſed etiam quo ad ſubſtantiam, & poteſtatem teſtan
di recedimus à iure ciuili. c.filius. de teſtam.

Et ad d.c.filius.extrà.de teſta.vi.Iaſ.in l.apud Iulianum.
4 §.conſtat.nu.45.de leg.1. vbi ait communem † eſſe intel.
Innocentij in d. ca. ꝙ ideo rei alienæ non valuit legatum,
quia res illa erat cuiuſd.eccleſiæ,quo fit,vt extrà commer-
cium noſtrum quodammodo eſſe videatur. argumento
d.§.conſtat.vbi idem tenent Petrus.Nic. de Neap.& Bar.
& Paul.in d.l.cùm alienam.C.de leg.& Bald.in ca.1.§.do-
nare.qualiter olim feud.pot.ali.& Imola in dict. cap.filius.
quem intell.debent communem Alex. num.3.Corn.nu-
me.4.Iaſ.num.11.in dicta.l.cùm alienam. & eſt de mente
gloſ.in cap. ſi epiſcopus.12.q.5.& in ca. in ſumma.12.q.2.
Sed licèt iſta videatur communis opi.Canoniſtarum,tñ le
giſtarum opinio cõmunis ſecundũ Alex.Cor.& Iaſ.in d.l.
cùm

cùm alienam tenet contrarium, scilicet, ꝙ illud c.nō con-
cordet iuri ciuili, sed corrigat, ꝙ licet in eius decisione non
probetur, probatur tamen dupliciter ibi tam in præfatio-
ne, quę denotat causam finalem.l.fi.ff.de her.inst.quàm in
ratione decidendi, quæ potissimū inspicienda est.vt.l.adi-
gere.§.quāuis.ff.de iure patr.& l.cum pater.§.dulcissimis.
de lega.2. Ait.n.tex.in pfatione, ꝙ filius hęres detulit gra-
uem querelā ob id, ꝙ eius pater alias res legauerit, & satis
innuit tex.ille iustam fuisse querelam.

Itē dum deciuit, fundatur illa rōne. Lege dei, non huius
seculi viuimus ecclesiastici. Vnde saltē in terminis illius.c.
verùm esse negari non pōt, quin Papa voluerit recedere à
regula iuris ciuilis, licèt dubitetur, an etiā generaliter rece-
dere voluerit. Vnde infero verū non esse intell.Cor.dicē-
tis, legatū ibi ideo non valere, ꝙ testator ignorabat rē esse
alienā.nec, inquit, diuinamus, quia ignorātia præsumitur.
Sed certè non est verus is intell. Nā tunc illud.c. non con-
tradiceret iure ciuili, sed conc. quod est contrà illum text.
dicentē (sed quia lege Dei, &c.) His tñ non obstan. For
tuni.in tract.de vlt.fi.in.12.illat.& Couar.in d.c. filius col.
antepen. resident in hoc intell. ꝙ ibi nil decidatur contra
ius ciuile, sed tm̄ ꝙ legatarius, qui rei alienæ sibi legatę pos
sessionē habebat, eā restituat dño. Vnde infertur (inquiūt)
ꝙ ēt in terminis illius text.non corrigitur ius ciuile, cū illa
decisio sit ciuilis, canonica, & sancta. Tñ cōsidera ꝙ dum
inquiunt, ꝙ ibi nil deciditur contra ius ciuile, verum est,
expressim, sed virtualiter satis deciditur contra ius ciuile,
vt dixi contra eos, contra quos teneo, ꝙ saltem in termi-
nis illius.c.corrigatur ius ciuile. Sed dubium est, an speciali
quadā rōne, an generali correctio fiat. Et quidē ibi cū non
appareat de aliqua singulari rōne, dicendū videtur genera
liter corrigi. Nec oberit quod Fortu.& Couar.aiūt ciuilē.l.
(l.cùm alienam.) rōnabilē esse ideo, corrigi non potuisse.
Nā illa ciuilis lex fundatur præsumptiōe. Præsumit enim.
l.qui rem alienā legauit, voluisse, vt si eā legatario habere
non liceret, tūc ei dareť æstimatio, vnde nullū incōueniēs
est, ꝙ alia lex, siue ciuilis siue canonica possit præsumere
contrariū, s.ꝙ casu, quo legatario habere nō liceret, testa-
tor æstimationē dare noluit, vt quod.l.ciuilis præsumpsit
in testatore ignorante rem esse alienā, id alia postea.l.prę-
sumatur ēt in sciente. Sed tñ cùm de coniecturanda volun
tate Gregorij Papæ tractemus, si vera sunt quæ continē-
tur in illa Gregorij epistola, de qua p Couarr. vbi suprà ad
fi.tunc satis appareret, correctionē illā non generalem, sed
specialē esse, specialitatisq; rōnem satis colligi ex tribus: ꝙ
filius fuit ingrauatus: ꝙ ecclesia onerata: ꝙ patrimonium
exiguū. Nā ecclesia, iuxta consiliū Augu.nō debet minue
re successionē filij, maximè exiguā. Et licet secundū cōem
opin.filius dicatur magis priuilegiatus, q̄ ecclesia respectu
suæ legitimæ, secùs respectu aliorū bonorū: tñ si exiguum
esset patrimoniū totius successionis respectu, fauorabilior
esse debet filius.vt in simi.habetur in tit. Inst.de success.li-
ber. vbi patronus habet legitimā in bonis liberti etiam fi-
lios habentis, si sit diues, secùs autem si sit pauper.

Nouissimè dic, ꝙ cum ibi non appareat scientérne, an
ignoranter legatum rei alienæ fieret, magis est, vt ignorā-
ter factum intelligatur ex cōi.de qua per Ias. & Coua.vbi
s.vnde in terminis illius text.intelligo ignoranter factū, &
per hoc nō valuisse legatū. Nec oberit, si quis dixerit fauo
re ecclesiæ legatariæ legatū ēt rei alienæ valere debuisse.
ex Ias.in l.cùm aliena.nu.12. Nam ex epistola per Couar.
citata colligitur in specie illa valere non debuisse. Primū,
nec tenue filiorū patrimoniū minueret. Deinde, quia da-
tū fuit ob sepulturā consequendā, quæ gratis concedi de-
buit, vt per hoc cā accipiendi videatur vitiosa ex parte ec-
clesiæ, & durissimū, crudelissimūq; videatur filios spolia-
re, secundū quæ non valuit legatū vtcunq; ecclesiæ factū,
stamusq; iuri cōi. Sed quia in quibus casibus legatū nō va-
let, quia testator suam esse putabat rē legatā, in illis adhuc
valet quo ad hoc, vt hæres teneatur saltē ad tradendam rē.
vt per Couarr.vbi.s.id quod tex. ille significat, dum ait. &
quidem leges seculi hoc habent, vt hæres ad soluendū co-
gatur (id est ad tradendam poss.) cùm actor eius rē legauit
alienam (intelligo etiam ignorāter) id quod iniurium vi-
sum est pontifici, ideo subdit. sed quia nos lege Dei. &c.

5 Itaq; fateor, ꝙ intentio illius tex. fuit † corrigere iura ci
uilia quo ad caput, quo cōpellunt hæredes præcisè trade-
re poss.rei alienæ per errorē legatæ. Ratio dr̄iæ, quia pri-
mo casu iusta fuit dispositio.secūdo iniustiss. Nec.n.opor-
tet, nec decet hęredē cōpelli ad tradendā mihi rē, quā scie
bat alterius esse, per hoc.n.dño ipsius fieret iniuria, vt quā
rē hæres vsu capere nō poterat ex defectu tā tituli, q̄ bo.fi.
eand.præscribere posset legatarius. Non quoq; decet hęre
dē, qui fortè rē alienā titulo cōmodati, depositi, precarij,
pignorúmve possidebat, perq; hoc facilè dño rē suā repe-
tenti redditurus erat, cōpelli vt eā tradat alteri, à cuius ma
nibus difficilè dn̄s eā eripiet. Quæ oīa eò pertinent, vt in-
telligatur, iniuriū esse hæredē præcisè cōpelli ad tradendā
poss.quo fit, vt si iniusta fuit cōpulsio in hæredē, iniusta ēt
sit possessio legatarij. Ideoq; ęquiss.est, vt siue is filius à iu-
dice cōpulsus, vel sponte tradidit possessionē eand.repete-
re posit. Nā ex tali cōpulsione præterea ꝙ (vt docuimus)
fieri pōt iniuria dño illius rei, fit ēt ipsi hæredi. Quid.n.si
possidebat titulo depositi, commodati, precarij, pignoris,
maximè qui sub pœna dño sese restituturū absq; vlla lite
promiserat? Itaq; duo erāt capita iuris ciuilis. Primum, vt
legatū rei alienę scienter factum valeret, idq; iniurium nō
erat, nec corrigitur per illum tex. Alterum, vt tunc hæres
si possideret, pcisè teneretur tradere possessionē, quòdq;,
si id legatū per errorē factū esset (quo casu non valebat) si-
militer teneretur saltē ad tradēdā possessionē. Et hæc duo
posteriora corriguntur, quia iniquitatē cōtinent, propter
præiudiciū tā hæredis grauati, q̄ domini rei legatæ. Vnde
his casibus intelligo inductum, vt heres non teneatur tra-
dere, quòdq; si tradidit, possit repetere. Et ista pertinēt ad
rationem generalem ibi positam intelligēdam. Nam quo
ad casum specificum, intelligo nec quo ad æstimationem
valuisse ibi legatum, siue scienter fieret, siue ignoranter,
per rationes superiores. Estq; nouiss.intell.

Itaq; primò quæro, an dominus rei alienæ legatæ pos-
sit ab ecclesia legataria rem suam recuperare. Idq; explici-
tè ibi iubetur. Secundò, an hæres testatoris ibi teneatur
ad æstimationem. Idq; non satis aperitur, sed colligitur nō
teneri. Primò ibi, conquestus est. cuius querimoniā placi-
dè recepisse videtur Pontifex. Secundo ibi, sed quia lege
Dei. idq; intelligo nō perpetuum esse, sed speciale propter
duo, de quibus suprà. Tertiò ergo intelligo illud perpe-
tuum non esse. Nam & de iure canonico legato rei alienæ
scienter facto, regulariter æstimatio debebitur.

Quartò intelligo hæredē iure canonico nunquàm cō-
pellendum ad tradendam poss.rei alienæ, licet regulariter
ad æstimationem teneatur.

Quintò intelligo poss.traditam ab hærede, posse ab eo.
repe. Deniq; ēt in alio à regulis iuris cōmunis in lega-
tis recedimus intuitu pietatis, & piæ causæ. Nam legatum
6 etiam indubitatum † ecclesiæ solutū non reperitur, secū-
dū commun.opin.doct.per tex.ibi in §.fi.Insti.de obli.ex
quasi contractu.qui tex.variè intelligitur. Ergo quo ad.d.
§.fi.Inst.de obli.ex quasi contractu. intelligo illū text.ꝙ à
Sempronio hærede instituto, qui & legitimus erat, fuerūt
relicta legata ecclesię, isq; ea soluit, nec potest repetere. si-
ue errore iuris, siue facti soluat. Quia cū id ecclesiæ natu-
raliter (vt l.2.l.si veritas.C.de fideic.& l.fin.ff.de reb.cor.)
deberetur, æquissima ratione ab ecclesia retinetur, nec est
diuinare: nam testam.non erat perfectum, quia tunc non
esset vllo iure indebitum.quod vult tex.ibid.ergo erat mi
nus solenne, vt sic vel naturaliter debeatur.

Hinc infero veram non esse communem opi. quæ ha-
7 bet, generaliter † receptum, vt quod indebite ecclesiæ so-
lutum sit, id repeti non possit ex quacunq; causa solutur
(quam cōem esse testatur Gometius.nu.30.in §.ex male-
ficijs. de act.) Nam cùm id in quolibet profano iniquum

esset,in ecclesia foret iniquissimum.vt per fund.Gometij
vbi.s̈.Nec obst.text.d.§. fi. quia procedit duobus demum
cócurrẽtibus: ꝙ & ex causa legati, quod crescit per inficia
tionem,petatur: & quòd saltem naturaliter debeatur:quo
rum vtrunq; deficit in d.conclusione.

Infero verã non esse illã cõmun.opi.quæ habet,legatũ
8 † ecclesiæ indebitè solutũ, non posse repeti (quã tenẽt oẽs
ibi.& Gometius vbi.s̈.) ẽt si naturaliter,& ciuiliter (vt est
ex mẽte oĩum)sit indebitũ, quia est cõtrà fund.de quib.ꝑ
Gome.vbi.s̈.& cõtra nostrũ text. in d.§.fi.in verb.relicta.

9 Vnde infero verã nõ esse illã côem,de † qua per Ange.
ibi.ad fin.quæ habet, ꝙ si legatũ ecclesiæ à Titio relictum
ego ipsi ecclesiæ indebitè per errorẽ solui, nõ possum re-
petere,quia ecclesia suũ accepit.Sed id verũ non est, nã est
cõtrà.fund.Gome.vbi.s̈.iniquũ.n.id esset, vt l.si pœnę.§.
1.ff.de condi.inde. vbi id in profano iniquum esset, ergo
in ecclesia iniquissimũ.vt per Gome. Quod ergo priuile-
giũ habet ecclesia? Dic, vt quod sibi naturaliter debitũ ꝑ
errorẽ facti solutũ fuit, non posit repeti,cũ naturaliter tã-
tũ debitũ per errorẽ facti solutũ ab alijs repeti posit. Ad-
de gloss.in leg.cùm quis.C.de iur.& fa.ign.quæ vult,ꝙ ille
text.d.§.fin.procederet, licèt nullo iure esse debitum.

Stat ergo ex superioribus,ꝙ testm̃ de iure canonico nõ
requirit solennitatẽ iuris ciuilis, vt sic testm̃ iure tm̃ ciuili
formale sit, iure aũt canonico informe esse intelligatur. id
quod & docemur. s̈.§.11.ante finẽ. & probãt pleraq; iura
canonica hac de re loquẽtia,præsertim in rõne sui.vt in c.
cùm esses.de testa. ibi, lege diuina.& rursus ibi,cũ scriptũ
sit,ꝙ in ore duorũ vel triũ testiũ stet oẽ verbũ. Tertiò in
ca.relatũ.1.ibi. quoniã scriptũ est in ore duorũ vel triũ te-
stiũ stat oẽ verbũ.Quartò in c.filius noster.de testa.ibi,sed
quia lege Dei, non aũt lege huius seculi viuimus.Facit &
quintò,quia captatoria voluntas, quæ non toleratur de iu-
re ciuili,admittitur tñ de iure canonico.c. cũ tibi. de testa.
iuncta.l.captatorias.C.de testa.mil.l.captatoriæ.ff.de leg.j.
quasi licèt testari per aliũ sit contrà formã testandi iure ci
uili præscripta,tñ iure canonico hæc forma neglectui tra-
datur,vt vltimã voluntatẽ quisq; posit per aliũ, confice-
re,non secùs,q̈ dispositionẽ inter viuos, & vtroq; casu ri-
tè & per seipsum fecisse videatur. Sic & sextò rei alienę le
gatũ scienter factũ valet iure ciuili, non sic de iure canoni-
co.d.c.filius iuncta.l.cũ alienã.C.de lega.l. prædia. C.de fi-
deic.l.si res obligata.ff.de lega.1.Facit & septimò, ꝙ lega-
tũ non ritè relictũ licèt non valeat iure ciuili, tñ nudis ẽt
verbis,& minus ritè relictũ valeret de iure canonico.vt in
c.indicante.de testa.vbi interpretamur testm̃ fuisse minus
solenne,neq; aliã rõnem dubitandi illũ tex.habuisse. Cõ-
firmantur isthæc. Quia qñ rõ expressa est in lege,nõ tam
dictũ & decisio legis inspicitur,q̈ rõ ibi expressa,ipsaq; rõ
habẽt pro lege ẽt ad eorrectionẽ iuris gl.in authẽ.de hære.
ab intes.§.fi.verbo,ordinẽ,Bald.in l.fi.ff. de hære.insti.idẽ
in l.fi.C.de lib.prete.gl.in cle.1.verb.eligatur, de electio-
ne.plene per Ias.in l.re coniuncti.nu.181.ff.de leg.3.Ias.in
authẽ.quas actiones nu.22.C.de sac. san.eccl.Bal.ibi.col.2.
Pau.in l.quãuis.C.de fideic.Greg.Nat.in c.quãuis.de pact.
in 6.nu.32.Curt.Iuni.in l.humanitatis.per text. ibi nu.15.
C.de impu. vbi Ias.nu.6. Alex. nu.5.Corn.nu.15.Purp.in
l.fi.C.de pact.nu.23.vbi Curt.Iunio.nu.9.Deci.nu.15.Ias.
in l.stipulatio hoc modo.ff.de verb.obli.col.5.ad fi.nu.12.
Dec.consil.372.nu.7.Barto.Ias.in l.transigere.nu.15.C.de
trans.Ripa in l.nemo põt.nu.50.ff.de lega.1.vbi Hannibal.
349.Ias. in l.Marcellus. in prin. ad Treb.Deci.in auth.ex
testa.col.4.C.de colla.Ias. in l.de quibus.nu.14.ff.de legib.
Tiraq.de causa cessante part.1.nu.135.cũ sequentibus per
l.his solis.C.de reb.dona.cũ legis rõ expressa est, & est ge-
neralis tũc ipsa rõ pro lege habetur,& decisio habetur lo-
co exẽpli Tiraq.de cã cess. par.1.nu.152.Bal.in repeti.l.de
quib.col.2.ff.de legib. versi. item nota quod non videtur.
Alex.consi.75.videtur in præsenti col. 1.lib.5.Ias.in l.à ti-
tio.in prin.col.fi.ff.de verb.obli.idem Tiraq.in l.si vnquã.
Ç.de reuocan.dona.verb. libertis.nu.45.

Cũ ergo in d.c.relatũ.1.& in d.c.cũ esses,& in d.c.filius
de testa.illa rõ expressa sit, ꝙ ius diuinũ in vltimis disposi-
tionibus debet attẽdi non secus q̈ in actibus inter viuos iu
re ciuili prætermisso, sequitur, ꝙ testm̃ licèt sit formale
inspecto iure ciuili, tñ informe est inspecto iure canoni-
co,præsertim cũ in dictis iuribus non semel,aut bis tantũ,
sed pluries sit expressa illa rõ, ꝙ in vltimis dispositionibus
non secus q̈ in actibus inter viuos sequi debemus ius diui
nũ,aut naturale,Atqui non dubie constat ius diuinũ nullã
formã vltimis dispositionibus accommodasse,cũ vtrunq;
ius simul cũ ipso humano genere proditũ fuerit, §.singu-
lorum.insti.de rer.diui.l.1.ff.de acqui.re.do.iuncta.l.vlti.ff.
de iust.& iu.c.ius naturale.cum præceden.& seq.4.dist.At
vsus testandi longe postea in vsu esse cepit, vt resoluimus.
s̈.§.1.& 2.& testantur. gl.& omnes in l. ex hoc iure.ff.de
iusti.& iu.dũ enumerant testa.inter dispositiones nõ à iu-
re naturali proditas, sed iure ciuili longe postea receptas.

Vnde cũ iure canonico test. & oĩs vltima dispõ non se-
cundũ ius ciuile & positiuũ reguletur, sed magis secundũ
ius diuinũ,& naturale,quo iure(vt dictis iuribus nũcupa-
tim probãt & ẽt in c.j.de pact.vbi oẽs) nihil aliud desidera
tur ꝑter nudã disponẽtis voluntatẽ duob. testib. probata,
sequit̃ valere testa.iure canonico licet non adsint septẽ te-
stes,sed duo tm̃,sequit̃ ẽt nõ vitiari testa.per interuentum
testis fœminæ vtcunq; cũ cõi contra alterã cõem.s̈.ostẽ-
dimus id ꝙ facilius obtineret si id testam.haberet clausula
codicillarẽ quia codicillus multã solẽnitatem desiderat §.
fin.instit.de codicil.vel si haberet iuram. quod habet vim
clau.codicillaris.l.cum pater.§. filius matrem.ff.de lega.2.

Vnde ẽt tertiò infertur ꝙ licet de iure ciuili testes. de-
beãt esse rogati ad firmitatẽ testamenti vt in l.hęredes pa-
lã.§.fi.ff.de testa.l.hac consultissi.in prin.C.qui testa. face-
re pñt.l.hac consultissima. C.de testam.§.1.& §.Sed cùm
paulatim.inst.eo.l.1.2.& 3.tit..1 par.6.l.diuus.ff.de mil.te-
sta.§.plane.insti.eo.titu.tñ de iu.can.is rogitus necessarius
nõ est magis q̈ iure diuino, aut naturali, & ita intellige,&
emenda quod plenius scripsimus.s̈.§.13.num.44.cum se.

Hinc & 4 infertur: ꝙ licet de iure ciuile testes testamẽ-
tarij debeant esse in conspectu testatoris, estq; cómu.opi.
Cin.& Alex.in d.l.si nõ speciali.vbi ẽt Alber.per tex.ibi in
verbo,in cõspectu testatoris,& in l.si vnus.in verbo,corã
testatore, C.de testa. tñ de iure cano. id requisitũ necessa-
riũ nõ erit,non magis q̈ de iure diuino,vel non magis q̈ in
actibus inter viuos, in quibus ꝙ testes sint in contrahen-
tiũ conspectu, necesse non est, gl.in l.2.§.idẽ Labeo.ff.de
aqua plu.arc.quam cõiter app. dicunt Alex.num.6.& Ias.
nu.9.in d.l.si non speciali, id quod facilius obtineret si ad-
fuisset clausula codicillaris,vel iura.arg.§.si.instit.de codi-
cil.l.cũ pater.§.filius matrẽ.ff.de lega.2.¦Vnde clerici testa.
nõ viciabitur,& si testis fuerit fœmina, vel nõ fuerit roga
tus, vel non fuerit in conspectu testatoris, vel duo tm̃ te-
stes tali testa.adfuerint: quia iuri canonico non ciuili cleri-
cus subiacet, & in testamentis forum testantis non hære-
dis etiam iure regio inspicitur.l.4.tit. 2.lib.5.ordi.

Hinc & 5.infertur, ꝙ licet cæcus nõ posit esse testis in
testam.Corn.Alex.& Ias.in d.l.si non speciali.per text.ibi
in verbo in conspectu testatoris, & in l.si vnus,eo.ti.de te
stam.C.in verbo.coram testatore.Deci.consi.354.in casu
proposito.col.1. tamen id procedere potest de iure tãtum
ciuili,non sic de iure cano.quo iure id non requiritur, nõ
magis q̈ iure diuino,aut non magis, quàm in actibus inter
viuos, in quibus constat, cæcum testem esse posse, vt per
Alex.in d.l.si non speciali. vbi Corn. nu.6.& Ias.nu.7.Pa-
ris.cõs.33.col.j.lib.2.Sicq; clericorum testamentis nil no-
cet cæcum testem fuisse vt.s̈. attigimus.

Hinc & 6.infertur ꝙ licet de iure ciuili testes testo ad-
hibitos oporteat vt toti testamẽto fuerint præsentes.vt in
l.cũ antiquitas.& in l.casus.C.de testa.& in le. qui testa.§.
veteres.ff.eo.tit.Paris. consi.33. & si prima facie.nu.28.cũ
seq.lib.2.Corn.cõsi.238.reperio.nu.3.lib.4.Alex.Corn.&
Ias.nu.8.& nu.12.in d.l.cũ antiquitas.de testa.C.vbi.Cyn.
Bald.

Bal.Sal.Pau.& alij.per docto.in l. furioſum.per tex.ibi.C. qui teſta.fac.poſſ.tñ de iure canonico magis eſt, vt hæc forma non requiratur in teſtamentis,non magis,q̃ requiritur de iure diuino , aut nõ magis quàm in actibus inter viuos deſideratur,in quibus conſtat nullo iure id requiri .

Hinc & 7.infertur.ꝙ licet de iure ciuili oporteat,ꝙ omnes teſtes intelligãt oĩa teſtõ contenta, vt ex cõi op.reſoluunt Corn.conſi.304.circa hanc conſultationẽ.nu.20.lib.1.tñ licet id procedat de iure ciuili,aliud eſt de iure canonico,quo iure & iure diuino id non requiritur,non magis q̃ in actibus inter viuos,arg.in d.c. indicante.de teſta.ibi nudis verbis, cum ſimilibus ſuprà allega. in his.n.ad validitatẽ diſpoſitionis nihil aliud deſideratur , præter voluntatis ẽt nudę legitimã probationẽ ſiue illa probatio tẽpore ipſius actus interueniat,ſiue antea, ſiue poſtea, intellige.Primò qñ interfuit clauſula codicillaris ij. qñ adfuit iuram. 3. neutrũ interfuiſſet,vt ſuprà attigimus quod nota.vnde clericorũ teſta.nõ pereũt & ſi teſtes toti teſt.nõ fuerint præſentes vt.ſ.attigimus. Hinc & 8.infertur ꝙ licet de iure ciuili vitietur teſtm̃ ſi ſcribatur per notas inſolitas.Bart.& oẽs.in auth.quod ſine.per tex.ibi.C.de teſt.tex. in l.Sed cũ patrono.§.fi.ff.de bono.poſſe. & l.vnica.ff.ſi tabulæ teſta.ſtab. ibi quia ex coniectura non proprie ſcriptus videtur Bart.in d.l. Sed cum patrono.§.fi.& in l.2.C.de vete.iure.enucl.Guiliel.bene.in c. Rainu.de teſta. part.1.nu.61.verbo.teſtm̃.1.tñ nõ ſic eſt de iure canonico quo iure id teſtamentũ nõ vitiaretur non magis q̃ iure diuino , ſi per tales notas,ſeu abbreuiaturas inſolitas teſtatoris volũtas percipi non deſineret. Hinc & 9. infertur ꝙ licet in teſtõ in ſcriptis oporteat tabellionẽ qui illud conficit,fuiſſe rogatũ conſi.153.lib.2.col.2.per text.in auth. de tabel.§.nos.autẽ vbi Accurſ.& alij.gl.& alij in c.cũ P. tabellio.de fid.inſtru.tñ de iure canonico teſtm̃ valeret licet tabellio rogatꝰ nõ eſſet, quia eo iure & iure diuino vltima diſpoſitio ĩformis eſt,vnde per defectũ iſtius formæ aut ſolennitatis non vitiaretur. Hinc & 10.infertur ꝙ licet de iure ciuili in teſta.nũcupatiuo requiratur,ꝙ teſtator proprio,ore nũcupauerit nomẽ heredis aut illud propria manu ſcripſerit vt in l.iubemus.C.de teſta.tñ de iure canonico, magis eſt,vt inſtitutio hæredis facta ad interrogationem alterius valeat quaſi hæc forma contra ſit eo iure nõ magis q̃ iure diuino ſi aliter cõſtet de volũtate teſtatoris vt ſuperioribus docemur. Hinc & 11 . infertur ꝙ licet de iure ciuili nullus poſsit per aliũ teſtari ſed tm̃ per ſemetipſum.l. captatoriæ.ff.de leg.1.l.captatorias.C.de teſta.mili.l. ſenatus.§.legatũ.ff.de leg.1.quod & iure canonico procedit regulariter niſi fauore piæ cauſæ,dicit cõmu.opin. Dec.in d.l.captatorias, vbi ẽt Corn.Alex.& Iaſ.poſt alios,Couar.in c.cũ tibi. per tex.ibi de teſta.Calde.con.fi.de cõſti. Abb.conſi.26.videtur.lib.1.Abb.conſi.32.circa duo.lib.2.colũ.2.vbi hãc dicit cõem ſnĩam idẽ Abb.conſi.110.lib.2. in cauſa col.pen.tñ licet hęc opi. receptior ſit , magis eſt vt de iure canonico per aliũ poſsimus oẽm vltimã volunt . conficere nõ ſecùs,q̃ per noſmetipſos, aut non ſecus, q̃ actus inter viuos tã iudiciales, q̃ extra iudiciales poſſemus per aliũ facere.vt per totũ.ff.C.& Inſtit.mandati. per totũ.C.& ff.de procu. per totũ Inſtit.de his per quos agere poſſumus. quaſi hæc ſolennitas , vt per ſemetipſum , non ẽt per aliũ quis teſtetur,procedat de iure tm̃ ciuili , non etiã de iure canonico, quo iure id vetitũ non reperitur,non magis,q̃ iure diuino quod probatur per ſuprà dicta. & nominatim probat d.c. cũ tibi.de teſta.licet is tex.per docto.ſoleat vitiari,& violari,dũ teſta.ad formã iuris ciuilis redigere conantur , non aduertẽtes teſt.inſpecto iure canonico eſſe informe, ſicq́; illud requiſitũ de illo iure neceſſariũ non eſſe, nõ magis,q̃ reliqua requiſita,de quibus.ſ.mentionem habuimus .

Hinc & 12.infertur, ꝙ licet de iure ciuili per præteritionem filijfa.vitietur teſta.ipſo iure.l. inter cætera.l.pen.& fi.ff.de lib.& poſthu.l.1.ff. de iniuſt.rup.l.fi.C.de contra tab. in princ.Inſti.de exhæredatione liberorũ.quinimò hodie licet eſſet exhęredatus,teſta.foret nullũ ipſo iure,niſi iuſta cauſa exhæredandi expreſſa eſſet. vt eſt cõis opin.quã tenent gl.in auth.de hære.& Falc.§.exhæredatos. verb.noluit.gl.2.in prin.Inſti.de inoffi.teſta. & vtrobiq; cõiter doctores.eſt cõis opinio ſecundũ Iaſ.in auth.non licet.col.3. Idem Iaſ.in auth.ex cã.colũ.3.C.de lib.præte.idem in l.in ſuis.col.fi.ff. de liber.& poſth.idem in l.ſi mater.in prin.ff. de vulg.idem in l.fin.nu. 18.C. de contra tab. Crotus in l. Gallus.§.& quid ſi tantùm nu.52.ff.de libe.& poſth.Ang. de Perig.in tract. ſuita.quæſt. fina.Alex.in d.l.in ſuis.num. 12.Bar.in d.auth.ex cau.num.12.vbi per Albert. Odofre. Petrũ,Cinũ,Bal.Ang.Sal.Fulg.Paul.Corn.Alex.Iaſ.Curt. iuni.& alios.Greg.Lupus in l.5.tit.8.par.6. Bart.nu.10.in l.in quartã.ff.ad l. Falci. vbi Picus nu.6.& Ripa nu.143.licet hoc vltimũ ſolitus ſim impugnare . tñ de iure canonico magis eſt, vt liberorũ præteritio non vitiet ipſo iure teſta.quia cùm id teſta.ſit informe, id requiſitũ, vt ex ſuperioribus docemur,neceſſarium non erit, non magis,q̃ reliqua requiſita . Et ita nouiſsimè intelligo text.in c.Rainu. de teſta.& in c.quanuis.pactum.de pact.in 6. id tamen teſta.vtcunq; initio valeat,ex pòſt facto infirmabitur, ſi liberi non iuſtè præteriti inueniantur. Hinc & 13.infertur, ꝙ licet vnico contextu de iure ciuili fieri debeat teſta.l.furioſum.C.qui teſta.fac.poſſ.l.cũ antiquitas.C.de teſta.facit l.qui teſta.§.fi.& l.ſi quis cùm teſtm̃.ff. de teſta.tñ de iure canonico magis eſt,vt hæc forma prætermitti poſsit,cùm eo iure teſta.informe ſit , & reguletur ſecundũ ius diuinũ, quo iure id non deſideratur , non magis , quàm in actibus inter viuos ergo clericorum teſta. qui iure canonico non ciuili vtuntur valebunt & ſi vnico contextu non fiant .

Hinc & 14.infertur, ꝙ teſtiũ ſubſcriptiones vt in actibus inter viuos non deſiderantur,licet deſiderentur in teſtamentis de iure ciuili.§.ſed cùm paulatim.Inſti.de teſta. l.hac conſultiſsi.C.eo.ti.l. ad teſtiũ.§.fi.ff.eo.l.1.& 2.tit.1. par.6.l.3.Tauri.tñ de iure canonico illę ſubſcriptiones neceſſarię nõ erũt,nõ magis,q̃ de iure diuino:aut nõ magis, quàm in actibus inter viuos . vt ex ſuperioribus apparet.

Hinc & 15.infertur,ꝙ licet iure ciuili ſignacula teſtium requirantur ad validitatem teſtamenti.d.l.ad teſtium.§.fi. d.§.ſed cùm paulatim.d.le.hac conſultiſſ.& d.l.partitæ.tamen de iure canonico cùm teſtamentum ſit informe, hęc forma non requiritur,nõ magis, quàm de iure diuino,aut de iure etiam ciuili in actibus inter viuos exigeretur .

Hinc & 16.infertur, ꝙ licet de iure ciuili oporteret teſtes teſtamẽtarios nõ eſſe cõpulſos . vt in d.l.qui teſtõ.§.fi. in fi.tñ non ſic eſſet de iure canonico,quo iure teſt. eſt informe, & regulatur ſecũdũ ius diuinũ , vnde huius formæ omiſsio,quæ iure diuino præſcripta nõ eſt, vitiare nõ põt.

Hinc & 17.infertur, ꝙ licet teſta.iure ciuili olim deberet incipere ab hæredis inſtitutione,vel exhæredatione.§. ante hæredis.Inſti.de leg.l.hac cõſultiſ.C.qui teſt. fac.poſ. l.1.ff.de hære.inſti.tñ de iure canonico, quod hac in re ius diuinũ imitatur,cùm teſt.ſit informe , huius formę omiſſio nunquàm nocuit. Hinc & 18.infertur , ꝙ licet iure regio ſignũ tabellionis in teſtõ in ſcriptis deſideretur le.3. Tauri ſecundũ noſtrũ intell. tñ non ſic de iure canonico , quod ius diuinũ hac in parte imitatur , cùm eo iure teſta. informe ſit,ſicq́; huius formæ omiſsiõe nõ poſsit vitiari.

Qua ratione 19.idem intelligendum eſt tam in ſexu, q̃ in rogitu teſtium. id quod plenius ſuprà attigimus . Quæ omnia nota , quia omnes iſthæc 20. illationes ferè nouæ ſunt, ab alijs non ſic præuiſæ .

In ſumma iuxta iſtãmet partem quæro, quid ſi teſtis teſtamentarius eſſet impubes, an valeret teſta.de iure canonico, quaſi hoc caſu id teſta. informe quo ad hanc etiã partem eſſet? Itẽ quid ſi eſſet ſeruus? Quid ſi eſſet filius hæredis ſcripti ? Quid ſi eſſet ipſemet hæres ſcriptus? Quid ſi teſtis eſſet propter facinora inteſtabilis ? Quibus caſibus indubitanter vitiaretur teſt.formale.vt in §. teſtes autem. Inſtitu.de teſtamen.§.ſed cùm aliquis.§.pater.§.ſed neq;. eod.l.1.C.de teſtam.l.qui teſtamento.in princ.& §.1.& §. neq; furioſus.& §.ſeruus.ff.eo.ti.l.9.tit.j.par.6. An ſimiles

ter vitietur testa.de iure canonico, quod informe esse diximus? Et magis est vt vitietur:tum,ꝙ istorum testimonia eo iure probata non sunt:tum etiam, quòd ius cõmune veluti genus comprehendit sub se ius tam canonicum, quàm ciuile, non secus, quàm ius ciuile comprehẽdit sub se ius tam ciuile,quàm prætorium: qualia sunt leges,constitutiones principũ, plebiscita, edicta Prætorum, Senatorũ,Senatuscõsulta,respõsa prudentiũ,& similia,de quib. per totũ Insti.de iure nat. Ita intelligo c.1.& 2.de no.ope.nũ.cũ ibi notatis.c. cùm expediat.de elect. in 6.l.vn.C.de inoff.dotib.l.si qñ. in prin. cũ ibi notatis.C.de inof.test.ca. causamq́;.de rescrip. Nec dubiũ est,quin isthęc per ius canonicũ,aut diuinũ immutata nõ reperiãtur expresim nec mẽtaliter,ergo standũ erit iuri ciuili. nisi in his.5.casib.defecti horũ testiũ interuẽtu aliorũ legitimorũ suppleret argu.in prin.C.de rei vxor.actio. Itẽ quæro,quid si testator fuerit coactus,quo casu testa. iure ciuili nõ valet.vt per totũ. ff.& C. si quis aliquẽ testari prohib. Aut quid si ipse testa.cancellauerit,quo casu similiter testa. iure ciuili infirmatur.vt per totũ.ff.de his quæ in testa.delẽtur. Aut quid si præcessit clausula derogatoria,quo casu similiter iure testa.infirmũ est. vt in l.si quis in prin.testamenti.ff.de leg.3. cũ ibi notatis per Bar.& alios.& in l.si mihi & tibi.§.in legatis ff.de leg.1.vbi per Are.Alex. Ias.& alios. Aut quid si testator se in arrogationẽ dedit, quo casu iure ciuili testa. infirmatur l.pe.§.pe.ff.de secũdũ tab.§. non tñ.Insti.quib. mod.testa.infirmatur. Aut quid si voluntas consummata non fuerit,quo casu similiter iure ciuili testa. nullum est l. si quis cũ testamentũ.ff.de testa. Aut quid si testa.i.heredis institutio fiat in bonis alienis, quo casu non valet.vt docemur suprà.§.17.nu.21.Aut quid si testator errauerat circa personã hæredis scripti? quo casu similiter iure ciuili test. nullũ est.l.si pater.l.neq; apud.C.de hære.insti.l.fin.ff.eod.ti. Et in omnibus his casibus & similibus magis est testa. iure quoq; canonico infirmum esse,per rõnes.s.proximè assignatas.Et quia licet testam.de iure cano.fit informe,tñ isthæc vitia non tam ad formam pertinere videntur, q̃ ad substantiam, quæ in voluntate testatoris consistit, cuius respectu ius tam canonicum quàm ciuile pariter coeunt.

Illud aũt summoperè notãdũ est, ꝙ vt in legatis ẽ differẽtia inter ius canonicũ & ciuile, vt iã docuimus per d.c. filius noster.de testa. secundũ cõem intellectũ illius capituli,ita quoq; est dña etiã in cõtractibus. Nã licet iure ciuili sint variæ differẽtię inter cõtractus bo.fidei, & contractus stricti iuris.vt in prin.Inst.de oblig. ex consensu.l.petens. & l. in bonæfidei. cũ ibi plenè notatis.C.de pact.le.si vnus. §. pactus ne peteret.ff.de pact. tñ de iure canonico inter contractus bo. fid. & cõtractus stricti iuris nulla differentia est secũdũ Bal.in c.j.in fi.extra de plus petitionib. qui dicit se putare, ꝙ de ęquitate canonica oẽs contractus sunt bonæ fidei. Et est vera illa decisio, est magna limitatio ad prædicta iura. Istã limitationẽ reperi etiã per Ias.in d.l.cũ fundus.4.limita.reliquit tñ cogitãdum. Reperio tñ, ꝙ istud dictũ Bald. sub dubio videtur reprobare Ias.in d.l. cũ fundus. per regulã, quæ habet, ꝙ nisi de iure canonico decidatur expressè contrariũ eius, quod est de iure ciuili, non recedimus à iure ciuili.c.1. & 2.de ope.nou.nũt.Bart. & alij in l.priuilegia.C.de sacr. eccl. Itẽ secundũ eum vř ꝙ imò de iure canonico sit text. faciens mẽtionẽ de actionibus stricti iuris.c.cùm venerabilis.& ibi gl.magna. de excepti. Nisi diceres,ꝙ ibi sit narratio facti. Sed illud est diuinare. Itẽ reperio, ꝙ illud dictum reprobat etiam Iaso.in l. cũ postea.C.de pact.rõne de qua s. Dicit tñ ibi,ꝙ illud est singulare, nec alibi leg. Illud ẽt reperio reprobatũ per Ias. in l.etsi post tres.vlt.col.ad fin.ff.si quis cautio. Illud ẽt reprobat ipse in l.quod te.ff.si cert. peta.pen.charta.4.col.in prin.vbi contra Bal.dicit esse tex.expressum in d.c.cũ venerabilis.de exce.& ibi aperta fronte illum reprobat.

171 ęquiparatur † morti ciuili, nec contrà mors ciuilis naturali morti nisi in casibus à iure expressis. vt scite declarat Acosta in d. §. & quid si tantum. §. 2. in princ. & merito. is enim mos loquẽdi apud Iureconsultorum nullum vnquàm repertus fuit, nõ magis, quàm ea differentia mutui ciuilis, & naturalis. vt in l. verum. §. fi. ff. pro socio. iuncta glos. l. 2. §. fi. vbi omnes. ff. si cer. pet. Et pro hac parte, vt mors ciuilis non exęquetur morti naturali, est tex. in l. 1. §. fin. vers. & si rater. ff. de contra tabu. vbi filius deportatus fuit, & postea restitutus, & nepos ex eo non admittitur ad bon. pos. cõtra tab. aui, qui indubitanter admitteretur, si pater suus naturaliter mortuus, non deportatus fuisset. Idem probatur in di. §. fin. versi. sed & si filius. qui loquitur in fortioribus terminis, nempe in damnato in metallum. ad idem l. ex ea. par te. §. in insulam. ff. de verbo. oblig. & l. cum pater. §. hęreditatem el. 2. ff. de leg. 2. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. l. sed si mors. §. cum igitur. ff. de donat. inter virum auth. de nuptijs. §.

ptijs.§.secũdum occasionem & ff.de bon.damna.l.sed & si §.ꝙ si deportatur. & ita in specie tenent glos.in c.suscepturn.de rescrip.in 6.& in cap.placuit.17.q.1.Ripa in d.§.ex facto nu.11.Vincẽti.de Hercul. col.1.& 2.& Emanuel de Acosti.2.part.in princ.d.§.& quid si tantum vbi Alex.nu.5.cùm seq.& Soci.in dicto.l.cùm auus.num.103.cùm plu.seq.Feli. in d.c. in præsentia de probat.nu.55.cum seq.& est communis opi.secundum Boeri.decisi.323.num.6.

Est tamen verum, ꝙ Bar.in d.§.insulam.ait mortem ciuilem æxequari morti naturali, vbi mors ciuilis eundẽ effectum ex necessitate operatur, quem induceret mors naturalis.& ita esse communem opinionem testatur Aretin. ibi.sentiunt Bart.& Bald.in d.§.hæreditatem.Alex.consil.13.Circa primum.lib.3.Abb.in d.c.in præsentia.Soc.cõsi.92.Circa.lib.1.col.1.per legem,actione.§.publicatione.ff.pro socio.& §.publicatione.Institu.eod.l.quoties.in fin.ff.de noua.l.si debitori deportatio.ff.de fidei. Sed sanè superior sententia tutior est, nam mors ciuilis eundem effectũ nunquàm induceret,quem inducit mors naturalis, nisi id nominatim l.positiua cautum esset.vt proba. de versi.& si pater.& d.versi.sed & si filius.nec dubium est, quin vt per dd.§.publicatione,cautum fuit, vt publicatione bonorum extingueretur societas,posset caueri,vt nõ extingueretur, sed tantum suspenderetur, vt cautum fuit in d.versic.& si pater & in d.versicu.sed & si filius.Ergo tutiùs est tenere, quòd mors ciuilis nunquàm æquiparetur morti naturali, nisi in casibus tãtùm à iure expressis, in quibus licèt mors ciuilis eũdem habeat effectum, quem mors naturalis, tamen illud est,non ex necessitate naturę,sed magis ex legis ciuilis dispositione.

Vnde infertur, quòd si iussus restituere post mortem,
173 damnetur in † metallum, non statim admittitur fideicõ. sed mors naturalis spectatur,vt interea bona sint apud fiscum,qui si fideicommissarius superuixerit, damnato restituet ea bona,sin minus, sibi retinebit,nõ secus,ꝗ si ille grauatus deportatus tãtùm esset, non etiã in metallum damnatus.vt in specie tenent Alex.nu.5.in d.§.ex facto.Emanuel in d.§.& quid si tantùm par.2.num.7.per tex. in d.§. Cornelio Felici iuncta authẽt.sed hodie.C.de donat.inter virum nam hodie damnatus in metallũ non amittit libertatem,sed tantũ ciuitatem ad similitudinem deportati.Et probatur ex æquiparatione quam fecit text.in le.1.§.fi.ff. de contra tab.vbi æquiparãtur deportatus,& in metallum dãnatus probat text.in d.§.in insulam.& in d.§.hæreditatem.& in d.§.quid si tantùm. & in d.§. ex facto.& d.§.cũ igitur d.§.secundum occasionẽ d.§.ꝙ si deportetur.Licèt in specie contrarium & malè teneant communiter doct. quales sunt Iacob.de Aren.& Albe.nu.7.Ange.col.fi.in fi. Claudi.col.2.Nicola.de Neapo.& Cuman.in d.§.ex facto prout refert Ripa ibi.nu.11.& Socin.in d.§.& quid si tantum nu.4.Ias.consi.92.nu.2.lib.2.decepti à d.l.ex facto.§. si quis rogatus.el 2.ff.ad Trebelli. vbi iussus fuit restituere post mortem liberis suis, vel cui ex his voluisset, si nullo liberorum concepto, vel genito in metallum damnetur, amittit ius eligendi sine spe recuperationis,vt sic licèt postea restitutus esset,& liberos suscepisset inter eos eligere, quasi nouus homo videatur. qui enim ex seruitute ĩ libertatẽ peruenit,nouus homo videtur l. si seruus.§.fi.ibi,nouus.n.homo esse videtur.ff.de adim. legat. Non sic in deportato,qui restitutus haberet ius eligẽdi, nec.n.deportatio tã morti assimilatur, ꝗ damnatio in metallum.Sed certè ille casus longè distat à nostro, nam ibi priùs fuit consummatũ ius eligendi,deinde verò nascuntur liberi, sed in casu nostro longè priùs fideicom.fuit relictum,ꝗ damnatio in metallum contingeret, vt sic nõ debuerit per damnationis superuentum ordo fideicommissi immutari.

Illud autem dubium ẽst, generaliter ius eligendi deportatione desinat extingui,vt proximè dicebamus,& si non extinguatur,an saltem suspendatur. Qua de re per Emanu.vbi suprà.nume.13. Redeundo ad formam testandi ea vndecimò & principaliter.

174 Fallit in eo,qui cùm illicò vellet † monachari, testamẽ. fecit,quasi is de proximo religione ꝓfessurus pro religioso habeatur, & citra vllam iuris solennitatẽ testari possit, non secùs, quàm miles terrestris, quandoquidem is quasi miles cœlestis intelligendus sit. quod ita tenent Abb. & Deci.nu.6.in d.c.in præsentia. de probat.Bart.in authen.si qua mulier.col.4.& in le.1.col.12.C.de sacrosan.ecclesijs. Ant.in d.c.in præsentia.Paul.in d.auth.si qua mulier.Abb. in c.quia nos.el 2.de testa.licèt contrariũ teneat Salic. in d. auth.si qua mulier.& Rom.cõs.237.quod dic vt per Dec. vbi suprà.Illam tamen op. vt tale testa. citra interuentum solennium valeat, nimis nouam, & suspectam puto.retẽta horum opinione vt tale testa. minus solenne & informe valeat collige ad eam 27 declarationes & 5.limita. ex fine huius libri.

175 Ea tamen retenta,dubiũ est, si in tali testamento † pater ille legitimam,vel etiam plus filio reliquit,an cùm primùm pater monachus factus fuerit, statim possit petere quod sibi à patre relictum fuit,eius morte naturali nõ spectata? Et communis opinio Canonistarum est, vt possit. per ca. cùm simus.de regul.Ita tenet & firmat cõmuniter teneri Bald.nouellus.de dote.parte.j.col.3.nu.11.sequitur & dicit communem opinionem Canonistarum Ias. in authen.si qua mulier.C. de sacrosanctis ecclesijs, nu.50.vbi idem tenent Paul.& Salicet. saltem de iure canonico.post Bald.ibi.Anchara.& Abb.in d.c.cùm simus.Abb. in capi. Rainutius ad fin.de testam.& in c.in præsentia.de probat. Roma.in l.si cùm dotem.in princ.ff.solut. matri.Anani.in c.2.de delict.puerorum.col.penul. disputat glos.in d.auth. si qua mulier gloss.in §.illud.in authenti.de monach.glos. in authenti.nunc autem. C.de sacrosanctis ecclesijs. Couar.in c.2.nu.7.de testa.

In contrarium se habet communis op. legistarũ secundum Iaso.vbi suprà.Petrus,Cinus,& Bart.col.fi.in d.auth. si qua mulier.vbi Salice.hanc dicit communem op. quod & firmat Fulgos.ibi ante finem.Bal.in rep.c.si pater.de testa.in 6.col.fin. Alex.in l. si cùm dotem.in prin.ff.solu.matrimo.Aret.col.penu.in l.1.de testa. sequitur & dicit communem opi.Dec.nu.67.in d.c.in præsentia, per Couar.in c.quia ingredientibus. de testam.

Hæc communis opin.negatiua, vt viuente patre monacho filius nequeat petere legitimã, est in terminis iuris ciuilis indubitata. per dicta authentica. si qua mulier. & ita sentiũt vtriusq; partis fautores. Sed de iure canonico sunt opiniones suprà relatę.Et in hanc partem procliuior sum, vt etiam de iure canonico viuo patre monacho filio non debeatur legitima.Nam text.dicto capit.cùm simus. (vbi repositum est vnicum fundamentum eorum, qui contrariam partem tuentur)securus,& incautus processit,adeò, vt exinde appareat nihil noui inducere voluisse, sed successionem paternam filio, qui habitum monachalem ante professionem deposuerit, non denegasse,sique tali filio successionem patris defuncti tamen non etiam viuentis pollicetur,non secùs,quam si is filius habitum monachalem nunquam suscepisset. Et hæc est vera mens, verusq; sensus illius textus. Et cùm mors ciuilis nunquàm æquiparetur naturali morti, nisi tantũ in casibus à iure expressis,vt suprà ostendimus, nec is casus expressus reperiatur, superest, vt hæc pars verior sit.

176 Illud autem dubiũ est, si filiæ † ducenta reliqui sub hac conditione,si nuberet, & eidem centum reliqui tantùm sub hac conditione, si monacha fieret, eaq; filia monacha facta fuit, non autem nupsit, an talis filia centum tantùm eo casu sibi relicta, an etiam ducenta accipere debeat? Et Bartol.in leg.2. de his quæ pœnæ nomine. & ibi Socinus colum.prima.qui plures allegat, tenent non centum duntaxat,sed ducenta eam filiam consequuturam. Sequitur & dicit communem opinionem Decius consilio.674. In testamento Bernardini.nume. quartò. tenuit Thomas de Thomaginis, in quæstione paterfamil. centum.quem refert & sequitur Ioannes Andreas.ad Specula . in rubrica.

de ſtatu monach. ad medi. Alberi.in.l.Deo nobis. colum
na.2.C.de epiſcop.& cleri. poſt Richard.Malumb. quem
ipſe refert.idem Alberi.in trac.ſtatu.par.2.quæſtione.104.
Adhuc ex eodem themate quæro. Matheſ.not.52.Butrius
in cap.in præſentia.de probati.colum.19.vbi ſequitur Feli.
qui plures allegat.num.37.Calcaneus conſ.58.incipit.Ma
giſter Tominus.col.fi.ſequitur Areti.in d.ca. in pręſentia
col.16.Roman. in l.ſtipulatio hoc modo concepta.col. 5.
ff.de verborum obligatio.Alexand.coſi.35.Super conten
tis.libro.3. col.3.idem conſ.121.Viſo themate.col.4.lib.4.
Abb.in cap.eccleſia ſanctę Mariæ.de conſti.col.31..Bal.in
c.in præſentia.col.5.

Contrariam partem, vt talis filia centum tantùm, non
etiam ducenta conſequi poſsit, tenet Decius ſibi cõtrarius
in d.ca.in præſentia.de probati.num.29.Crottus num.42.
in.l.nemo poſt.ff.de lega.1. idem Decius, vbi hanc firmat
eſſe communem ſentẽtiam in conſ.419. Viſo elegãti con
ſil.nume.7.Bal.in l.deo nobis.col.2.C. de epiſco. cleri.idẽ
Bald.in l.Lucius.ff.de hær.inſt.vbi etiam Imola.idem Bal.
in authen. niſi rogati.C.ad Trebellianum.vbi paulus, qui
ait ſe ita conſuluiſſe cum pluribus doctoribus.& ita obſert
uat cõſuetudo ſecundùm Bal.in d.l.Deo nobis.tenet Paul.
in l.quoties ſub conditione.ff.de conditio.& demoſtratio.
Anchara. in repet. cap.nemo poſt.de regulis iuris.libro.6.
Paulus in d.l.Deo nobis,idẽ in l.Titio centum §.Titio,|ge
nero.ff. de conditio.&demoſtratio.& eſt æquior op.ſecun
dùm Imo.ind.l.Lucius.col.fi.& ſecundũ Deciũ in d.c.præ
ſentia.nu.59. & longè proximior voluntati teſtãtis ſecun-
dùm Crottum vbi ſuprà.& verior de iure ſecundũ Deciũ
in d.nu.59.tenet Bald.conſi.82.lib.5.Fulgoſ.in d.l.Deo no
bis.idem conſ.53.Quoniam ſuperiùs.

Tenendo hanc partẽ per.l.in conditionibus primum lo
cum ff.de conditio.& demõ.authen.de nupt. §. diſponat.
& quia pro hac parte ſtant omnes regulæ iuris tũc ad l. Ti
tiæ ſi non nupſerit ff.de condit.& demonſt. in qua ſola ni
titur contraria op.reſpondetur ſecundum Deciũ in d.c. in
pręſentia,& ſecundũ Crottum vbi ſuprà.quorũ reſpõſio-
nes optimæ ſunt, tenendo literam, quæ in quibuſdã libris
habetur. Sed in Pandectis,quas vidi, & habeo,ſuntq́; reli-
quis codicibus longè caſtigatiores,& puriores,litera ita ha
bet. *Titiæ ſi nupſerit, ducenta, ſi non nupſerit, centum
legauit, ſi nupſerit mulier ducẽta,non etiam centum reſi-
dua petit.ridiculũ eſt.n.eandem & vt viduã & vt nuptam
admitti.* Et ſecundũ hãc literam tex.ille nihil facit pro mu
liere monachante,eiuſq́; legis ſenſus non fuit decidere il-
lum arduũ articulum, an contra voluntatem teſtatoris ea
filia ducenta habitura ſit,ſed illum articulũ expeditum,&
planum decidere voluit, quòd vltra ducenta non etiã alia
centum habebit:quia cùm alterutrum tantum ſibi relictũ
eſſet vtranq; ſummam petere ridendum eſſet,& ideo Pa-
pinianus ibi dixit,ridiculum eſt enim.Et re vera,vt Crot-
tus vbi ſuprà opportunè aduertit, in quæſtione uoſtra te-
ſtator non videtur contra religionẽ niti, ſed magis prudẽs
conſilium,cepiſſe,animaduertens longè opulẽtioreq́; do-
te egere filiam ad matrimonium contrahendum,quàm ad
monachiſmum,idq́; prudens conſilium non parui penden
dum,ſed omnino ſequendum eſt,vt in ſimili ait Iurecon-
ſultus in l.Lucius 2.ſuprà all. Et licèt conditio quæ aduer-
ſatur religioni reijci ſoleat.d.l. Deo nobis: tamen hic ſunt
duo legata:alterum relictum ſub conditione,ſi nupſerit al
terum ſub conditiõne,ſi monacha fuerit:& ſi reijcis condi
tionem nubendi,vel monachãdi, tunc corrumpentur ipſa
legata.vt in ſimili aiunt doctores poſt Bart.ibi in l.cõmo-
diſsimè,per tex.ibi.ff.de libe.& poſthu. Et demum ab iſta
opinione nullus vnquàm (quæ mea ſententia eſt) abſcede
ret,niſi corrupta haberetur olim litera d.l.Titiæ. Et Deci.
in d.c.in præſentia.nu.59.firmat,quòd in d.l.litera cõmu-
nis eſt,quam nos habemus,ſecũdum quam tex.ille potius
noſtram qumà contrariam probat ſententiam.

177 Hæc omnia intelligenda ſunt,quando profeſsio ritè fa
cta fuit, quod accidit per trium votorum ſubſtantialium
interuentum,qualia ſunt caſtitas,paupertas,obediẽtia. Cæ
terùm ſi quis profiteretur religionẽ ſub conditione, quæ
aduerſatur ſubſtantiæ,ſeu naturæ religionis,putà ſub con-
ditione, vt aliquid proprium illi habere liceret, tunc talis
profeſsio non valeret argumento tex.in c.cũ ad monaſte-
rium.& in c.2.& in c.fi.de ſtatu monachorũ. Ita in ſpecie
tenet glo.in d.c.2.verbo,adminiſtratione, ſentit glo.in au
then.ingreſsi,C.de ſacroſ.ecel.ſentit Bar.ibidẽ. Cardinalis
& Panor.col.fi.in c.fi.per tex.ibi de condi.appoſitis.Pau.&
Cardi.in clement.Eos,colum.fina.de regularibus. Butrig.
& Salicet.& Deci.nume.21.in dict.Authen.ingreſsi,gloſ.
in l.per ſeruum.ff.de vſu & habita.Ang.in l.ſi ita quas,ff.de
hære.inſti.in ſimili per Rubeum in l.non ſolùm,§.morte.
num.191.ff.de noui operis nunciatione.Facit ꝙ tradit Ber
nardus Diaz,regula 251.plenè per Roma.in l.1.§.ſi ſtipu-
lanti. numero,18.cum pluri.ſequen.ff. de verb. obligatio.

Contrariam ſententiam tenet & firmat cõmuniter ob-
ſeruari Bal.in dicta authen.ingreſsi,& Ange.in dicto §.ſi
ſtipulanti.Imol.in cap.cùm m.de conſti. qui firmat cõmu
nem eſſe ſententiam,vt talis profeſsio non vitietur per ap
poſitionem illius conditionis, ſed profeſsio firma ſit,& ea
condi. reijciatur,allegat glo.in dicta authent.ingreſsi.& in
capit.ſolet,32.quæſtione 2.Ioan.in dicto c.fina. de condi.
apposi.ſentit Anto. in dicto cap.cùm m.per Imol.in d.cle
ment.Eos,colum.penul.Bald.in l.cætera,§.item quæri ff.
de lega.1.Lapus allegatione 29.Primò quęritur 8.col.facit
quod tradit Archidiaconus in cap.non dicatis, in princip.
12.quæſtione 1.Bal.in l.1.prope finem,C.de latina liberta
te. Ancharan.in regula,Nemo poteſt,de regulis iuris in 6.
Bald.in l.ſi quis,ff.de hære.inſtit.Imo.in l. vbi ita donatur,
ff.de donat.cauſ.mort. Salice.in dicta authen.ingreſsi.col.
6.Bald.in l.ſi Titius.ff.de condi.inſtit.Abb.in cap.penulti.
de voto, Anto.in ſuo repertorio, verbo,monachus, plenè
per Iaſ.in dicta authen.iugreſsi.nume.30.ſentit glo. in §.il
lud de monachis. glo.in l.ſi pater, la 1.de adoptio. Hoſtiẽ.
& alij in cap.inſinuante,qui clerici vel vouentes,Hoſtien.
Ioan.An.& in alij in dicto cap.fi.vbi Panormitan. ait hãc
eſſe communem opinio.Bald.in c.1.§.nulla. per quos fiat
inueſtitura. Faber in dict.autht.ingreſsi. & eſt communis
opinio ſecundum Iaſ.vbi ſuprà.

Sed ſuperior opi.verior videtur.Nam vt conditio con-
tra ſubſtantiam matrimonij carnalis appoſita vitiat matri
monium,dicto c.fin.de condit.appo.ita quoq; cond.con-
tra ſubſtantiam religionis,ſeu matrimonij ſpiritualis vitiat
religionis profeſsionẽ,quia regulariter de matrimonio car
nali ad matrimonium ſpirituale valet argumentum. vt in
c.fin.& in cap.quinto,vbi Ant. de tranſlatione prælaturũ.
Abbas in cap.innotuit,de electione,Deci.nu.22.in d.auth.
ingreſsi. Neq; ad rem pertinet,quòd conditio improbata
non vitiet vltimam voluntatem,vt in l.3.ff.de conditio.&
demon.& in l.1.ff.de conditio.inſtit.§.ſi impoſsibilis.Inſt.
de hęr.inſt.Nam talis conditio vitiat contractum,omnéq;
actum inter viuos l.non ſolum,ff.de act. & obligatio. facit
l.an inutilis.ff.de acceptil. Vnde cùm hic ſimus in actibus
inter viuos, magis eſt, vt talis conditio noceat, quàm vt
actus valeat,conditione reiecta,facit l.1.§. ſi quis ita. cum
ibi notatis per Bar.& omnes.ff.de verborum obligatio.Fa
cit etiam,quia valere vltimæ voluntatis diſpoſitionẽ ſem-
per intelligitur intereſſe ipſius teſtatoris,cuius ſolius vtili-
tas inſpicienda eſt l. quia hoc, ff. de interrogatio. act. & §.
1.Inſtit.quibus alienare licèt vel non. nõ ſic eſt in actibus
inter viuos. argumen.victa l.non ſolum. Præterea condi-
tio inepta, vel improbata in vltimis voluntatibus reijci-
tur, quia ab eo teſtatore, qui ferè turbatus eſſet mortis co-
gitatione, adiecta videtur, le. hac conſultiſsima,§.at cùm
humana,C. qui teſtamenta facere poſſunt, authentica: de
trien.& ſemi.§.illud.Non ſic eſt in actibus inter viuos,qui
fiũt ab eo,qui nulla mortis cõgitatione turbat' eſt, & ideo
ſi in eis cõditio apponatur vel impoſsibilis,vel inepta, vel
ſubſtan tiæ diſpoſitionis,quæ agebatur aduerſa,ea cõdi.nõ
reijcitur, ſed vitiat diſpoſitionem. l. in illa ſtipulatione ſi
calendis,

calendis.l.impossibilis.ff. de verborũ obligatio. dicta.l.nõ solùm.quia tunc qui talem cõditionem adiecit,non tã animum sese obligãdi, quàm iocãdi habere videtur.vt dicta l.non solùm. & dict.l.an inutilis.d.§.si quis ita vbi per omnes.Preterea contrario opinio,in sola pietate & fauore religionis nititur. Sed re vera nihil vnquã magis impium, inhumanum,religioniq; aduersum,pugnãs,inimicum excogitari potuit,quàm velle eũ religioni & monachismo obligare,qui non consensit.Nec dubium est,quin conditio illa impediat consensum profitẽtis, dũ pendet conditio,& longè magis dum deficit.l.cedere diem. ff.de verbo.significat. §.ex conditionali.Inst.de verbo obliga.glo.cõiter ibi app. in.l.itẽ quia.§.j.ff.de pa. Id quod in monachismo cõtrahẽdo longè fortiùs procedit, quàm in reliquis dispositionib. inter viuos, cùm in monachismo igitur de libertate.argu. d.auth.ingressi.& d.c.cùm ad monasterium.d.c.fi.de statu monachorũ.nec dubium est,quin libertas sit cunctis reb. humanis pretiosior.l.filius.§.secũdũ vulgarem.ff.de leg.j.

Cùm autem monachus ritè professus nõ esset per superiorem conditionẽ substãtiæ monachismi aduersam, nulli dubium est,quin pręfici possit ecclesię.Quòd si rite professus esset,tunc vehementer cõtrouersum est,an ecclesiæ præfici possit sine dispẽsatione.Et quòd ecclesię curatę nõ possit, ex cõmuni opinione resoluit Alex.cõs.70.In causa inter dom.lib.3.num.13.versicu.secundò principaliter. Ant.in clem.1.de electio. not. in c.fin. de capell.monach.

178 Monachus autem ritè† professus executor testamẽtorũ esse non potest.2.de testam.6.clementi.1.Exiui.§.verum. de verb.significatio.qua de re plenè per Couar. de testa.in c.tua.col.j.Ceterùm si executio testamẽti facta sit per monachum ordinis minorum, nõ impetrata superioris licentia,nec pręcedente eius cõtradictione,dubitari solet,an sustineatur talis executio. Quod videtur,argumẽto tex.in l. patre furioso.ff. de his qui sunt sui vel alieni. vbi multa in simili per Ias.tenet in specie Federicus consi.293.col.fina. eius opinio communis est secundum Decium cõsi.494. Quod suprà maturè.num.15.idem cõsil.499.In causa.nu. 6.in simli per Hostien.& Ioan.Anto.in ca. sicut.ne clerici vel monachi. Abb.in c. decernimus.col.2.de iudicijs facit quod tradit Rom.cõsi.215. Duo sunt.est communis opi. secundum Couar.in dict.capit.tua col.2.in simili per Roma.cõsi.409.Quod ad primum.idem Rom. sing.242.Deci.in.l.in ambiguis.§.non est.ff.de regulis iuris.Felin.in c. 2.col. 7. de iudicijs.

Contrarium, vt talis executio infirmetur,tenet Dec.in duobus consilijs suprà allegatis.vbi ait nostros interpretes volatilium morem sequi, nam primam volãtem reliquæ omnes insequũtur.& similiter Couarr. vbi suprà communi opi.per tex.in d.§.verum.vbi his monachis talis executio prohibetur. Neque ad rem pertinuit, quòd ibi non sit subiectum decretum irritãs. Nam quãdo l.prohibet,licèt vltrà non procedat actum expresśim annullando, adhuc transgressio vitiosa est, non secus, quàm si lex vltrà procederet annullando.vt plenè traditur per Ias.nu.17.in l.non dubium.per text.ibi.C.de legib. tradũt Alex.Ias.& Alcia. in l.j ff. de lib.& post.est vera & cõmunis opi.vt disseruimus suprà.§. 4.num.6.dum plu. seq.

179 Illud autem quæri solet,an valeat statutũ,quo caueatur vt ingrediens monasteriũ non sit successi bilis.Et Bar.in l.fi.C. de pact. tenet valere. Et ita videntur tenere Butrigа. & Bal.in l. Deo.nobis. C.de epi.& cle.prout eos refert Paul.in l. si quis id quod.num.8.ff.de iurisdictione omni. iud.ait, quòd doctores cõmuniter ita uidentur tenere. Sequitur Zasius in l.stipulatio hoc modo.ff. de verborũ obligatio.num.38.

Contrariã partem, vt non valeat tale statutum, tenet, & firmat communiter teneri Ripa in l. ex facto.§. si quis rogatus el 2.nu.39.ff.de Trebel. Felin.in c.ecclesię sanctæ Mariæ.col.28.de consti.Alexan.in l.fin.C.de pact. Ange. in disputatione incipienti,Nobilis per authen.de sanctiss. epi.§.sed hoc præsenti. est communis opi.secundùm Zasi.in l.stipulatio hoc modo concepta. nume.38. ff.de verborum obligatio. qui tamen contrarium tenet.& est communis secundum Cagnolum in l.fina.num.178.C.de pac. tenet Paul.in d.l.si quis id quod.nu.8.

Verùm cùm is qui religionem profitetur,castitatẽ,paupertatem,& abstinentiã seruaturum se polliceatur.ca.2.cũ ad monasterium c.fi. de statu monachorũ. cùmq; tali monacho debeantur à patre alimenta secundum vtriusq; partis fautores. vt nominatim per Zasium vbi suprà, certè quod his monachis adempta sit succedendi potestas, quò magis ab opibus & diuitijs abstineant, è religione ipsa esse videtur,tantũ abest,vt ei aduersari intelligatur.Preterea succedendi potestas iure ciuili fuit data,& concessa. Decius, & alij in rub.C.qui testa.fac.pos.diximus plenè in §.1.suprà, post præludia. ergo eodem iure ciuili hæc succedendi potestas posset auferri,& denegari citra vllam causam hominibus cunctis,& ex causa quibusdam,nam citra vllã causam id non liceret,ne lex illa, aut statutũ respectu personarum desinat esse generalis. cõtra c.erit autem lex 4.distin.& cõtra l.1.& 2.ff. de legibus. sicq; videatur facta in læsionem tantũ & perniciem ecclesiæ,aut religionis.Sicq; sententiæ suprà relatæ inter se pugnãtes ad concordiã reduci possũt.

180 Vnde si patrimonium ecclesiæ nimis † cœpit augeri,laicorum verò diminui,tunc valet statutum, vt omnia prædia fiant tributaria, sicq; id statutũ licèt non cõprehendat prædia,quæ iam erant ecclesiæ tempore conditi statuti, tamen reliqua omnia prædia cõprehendit,vt sic prædia,quę postea ad ecclesiam peruenerint,tributaria esse intelligantur,non secùs,quàm reliqua prædia laicorum.Hæc est cõmunis op.vt resoluit Ias.in l.placet.lect.2.num.20.C. de sacros.eccle.idẽ in c.l.placet.lect.1.nume.19.& est ex mente Bart.in d.l.placet.idẽ in l.rescripto.§.fi.de munerib. & honori.idem in l.fi.C.de exactorib.tributorum.lib.10.Bal.in c.quæ in ecclesiarum.de constit. Id quod licèt cõmuniter dũnetur in statuto laicorum superiorẽ recognoscentiũ,tamen sustinetur, si statuentes nõ recognoscerent superiorem.ut per Ias.in d.l.placet.2.lect.numer.22. Ratio differẽtiæ,quia clerici nõ sunt immunes à tributis ordinarijs prędialibus,sed tantũ ab extraordinarijs.per tex.in d.l. placet. & in c.tributũ.11.quęst.1.& c.tributum.& 23.quęstione. 8.facet l.placuit.vbi Archid.16.quæstione 1.Cæterùm licet tributa imposita ab Imperatore,vel eo, qui non recognoscit superiorem,ordinaria esse intelligantur,à quib.immunes sunt ecclesiæ,& ecclesiasticæ personæ. vt per Iaso. vbi suprà. post Bar.in l.hi.qui.ff.de iure immunitatis.& cũ hac declaratione idem videntur sentire Ancha.consi.238. Habet statutum: Ange. consil. 24. Ecclesia tenetur. & est communis op.teste Iasone in d.l.placet 2.lect. nu.20.plenè per Aimonem de antiquitate temporum 4,par. cap.circa num.10.Curt.iuni.consi.68.num.4.lib.j. Dueñas in regula 100.nu.9.Itaq; si talia statuta fiant ex causa, ne onera tributarum plus æquo onerent laicos, quorũ prædia cursim ad ecclesias,aut ecclesiasticas personas cõfluebant, verius,& ęquius esse videtur,vt valeant,si modò fiant à non recognoscente superiorem, ne ecclesiæ dicentur cũ iactura laicorũ.ita Abb.in c.quod clericis.col.10.de foro cõpet.

Agnosco tamen,quòd in contrarium videtur se habere receptior opi.vt etiam his casibus ea statuta non valent. vt resoluit Felin.in dict.ecclesia sanctę Mariæ de cõsti. n.76. & Iaso.in locis suprà citatis.& in l.fin.num.24. C.de pact. Alexand.& Roman.& Imol.in stipulatio hoc modo.ff.de verb.obligat.per Abba.in c.fin.in fin. de vita & honestate clericorum.per legem,quisquis,C.de sacrosan.eccle. Bald. in d.l.placet per tex. in authent. idem nulla cõmunitas. C. de epis.& cleri.Bald.in l.fin.col.fina.C. sine censu vel reliquis.Abb.in c.minus.de immunitate ecclesi.aliquid per Felin.in c.verum.de foro competenti.

Sed tamen superior op. verior est, dummodò statutum fiat ab eo,qui nõ recognoscit superiorẽ, & re vera non fiat in læsionẽ solius ecclesiæ,aut ecclesiasticarum personarũ, & preterea tributum sit reale. per d.l.placet.cũ simil.suprà allega.

allega. Nec enim eccleſia,quæ debet eſſe cultrix iuſtitiæ, pietatis, & ęquitatis, æquũ,aut honeſtum eſt,vt videtur cum ingenti læſione, iactura, & incommoditate laicorũ. contra regulam, Nam hoc natura.ff.de condi.indeb.l.iure naturę.ff.de reg.iur.& quia eccleſia,quę omnes Chriſti fideles vt fratres habere & fouere debet, æquum eſt, vt inter tam eccleſiaſticas, quàm laicas perſonas æqualitatẽ velit ſeruare,non ſecùs,quàm inter fratres ſeruari leges iuſtę decernunt.vt in l.cum oportet.in princ. C.de bo.quæ lib. Vnde hac in re veritas vincit. Nam ſi tempore,quo eccleſiæ ſunt ſufficienter,abundeq́;,vel fortè plus ęquo dotatæ tale fiat ſtatutum,magis eſt, vt valeat:quia tunc negari nõ poteſt,quin fiat propter bonum publicum, factum autem propter bonum publicum,ſine dubio tenet eccleſiam,eccleſiſticasq́; perſonas,non ſecùs, quàm reliquos. Non ſic ſi ſtatutum fieret tempore,quo eccleſiæ facultates tenues forent,quaſi tunc in eccleſiæ læſionem tenderet.

181 Hinc eſt,ꝙ eccleſię † tenentur contribuere ad collectã quæ imponitur propter ſocietatem militum deprædantiũ repellandam.ſecundum Bar.in l.nullus.per illum tex.C.de decurio.lib.10.Iaſõ.nu.13.in d.l.placet.l.lect.j.c.peruenit. de immunita.eccleſ.Anch.in c.non minus.ſuprà alleg. Nã & generaliter qui habet immunitatem à collectis,non intelligitur exemptus ab his,quę imponuntur propter guerram, ſeu bellum.vt ex communi opi.reſoluit Iaſ.in l.ſi ex toto.in princ.nu.7.ff.de lega.1.per tex.in l.1. C.vt nemini liceat ab emptione ſpe.ſe excuſare.lib.10.vbi gl. in verbo. neceſsitate.& eſt communis opin.vt firmat Iaſ.in d.l.ſi ex toto.nu.10.& in d.l.placet.lect.1.nu.14. tenent Bal.& alij in d.l.ſi ex toto. licet contrarium teneat & dicat communiter practicari Abb.conſil.3.libr.1. & in c.non minus.de immunitate eccleſiarum.& Syluester in parte,immunitas. ſecundum quem communiter ſentiunt docto.

Sed prior op.verior eſt,& receptior.vt per Ripam li.2.
182 de reſcri.c.20.nu.6.Nam & ſimiliter † eccleſiæ tenentur contribuere ad refectionem viarum publicarũ.vt per Sali. in d.l.placet.not.ſi.Abb.in d.conſ.3.Card.in clem.1.q.17. de vita & hone.cleri.Iaſ.in d.l.pacet.lect.1.nu.14.Alexan. conſi.68.lib.2.gl.in l.ad inſtructiones.C.de ſacroſ.eccl.per tex.ibi per Bal.conſi.312.Si de iure.par.3.Butrig.& Bald. in d.l.ad inſtructiones.Bal.in tit.de pace Cõſtantiæ.col.5. Quod intelligendum eſt,dummodò neceſsitas adſit, nam ſi nulla neceſsitas adeſſet, tunc licet per refectionem murorum,pontium,vel viarum fortior aut pulchrior redderetur ciuitas,eccleſia,aut clerici, nõ tenerentur contribuere, licet per talem refectionem conſultum videtur eccleſijs & clericis,non ſecùs,quàm laicis,quaſi eccleſia contribuere teneatur in caſu tantum neceſsitatis,non etiã in caſu vtilitatis,& longè minus in caſu voluntatis.Ergo eccleſiæ tenentur non ad expenſas volũtarias, nec etiam ad vtiles, ſed tantum ad neceſſarias,ſimulq́; vtilitatem communem reſpicientes.& in hoc caſu loquitur Abba.in d.conſi.3.Et ita poſſunt cõcordari opi.ſuprà relatæ.Facit in ſimili quod plenè tradit Bar.in fundo.ff.de rei vendi.

Redeundo ad limitationes requiſitorũ.ſolẽnitas teſtandi limitatur in teſt. facto à filio inter ſuos parẽtes ꝙ etiã ſi ſit minus ſolenne,valeat non ſecus quã ſi fieret à patre inter libe.ita Cur.iuni.in d.§.ex imperfecto per illũ tex.iuncta l.nã & ſi.ff.de inof.teſt.cuius op.verã nõ eſſe alibi oſtẽdimus, quia vt dixi.ſ.nu.82.id priuilegiũ liberis ſuitatem duntaxat habentib.datũ fuit per l.ſi.C.fa.hęr.adeo,vt licet adoptiuis etiam competeret tamen ſimul ac emanciparentur teſta.illud minus ſolenne valere deſinebat argu. §.minus.inſt.de hęr.ab.l.certũ.ff.de libe.& poſth.quia ius ſuitatis quo ſuſtinebatur id teſta. minus ſolenne emãcipatione occidebat, ſicq́; teſta.quoq; peribat,& priuilegium.d.l.ſi. per d.§.ex imperfecto de gradu in gradum liberorũ extenſum fuit non etiam de capite in caput. & ſic non ad caput aſcendentium vt ibi, & vt ſi ſuitas emancipati ſoluebatur emancipatione ceſſabat priuilegium.d.l.ſi.ita etiã ceſſabat, & ſi alia ratione ſolueretur, vnde non ab re erit hic agere de alijs modis quibus ſuitas tollitur,& in primis.

183 Suitas † tollitur datione ſubſtituti vulga.Iſta eſt cõis op. quam tenent gl.in l.Papi.§.4.ff.de inof.teſta.Cin.in l.precib.in materia vulgaris ſubſti.q.4.C.de impu.Dinus,Iaco. de Are.Ang. Imo.& Alex.nu.3.in l.ſi filius hæres.de libe. & poſt. Imol.in l.1.5.q.prin.ff.de vulg. eſt cõis ſecundum Iaſ.in l.Lucius.nu.2.eo.ti.cõis eſt ſecundũ Soc.in d.l.j.nu. 47.Bal.in l.ſi arrogator.5.op.ff.de adop.Iaſ.nu.17.in l.ſi filius qui patri.ff.de vulg.Bald.in repe.l.in ſuis.ante fin.ff.de lib.& poſt.idem in l.ſi.C.de repud.hær.cõis eſt ſecundum Corn.ibi col.2.vbi Iaſ. dicit cõem col.j.in ſi. Bal.in l.poſt aditi[illegible]n.C.de impu. idẽ in l.apud hoſtes. C.de ſuis & legit. idẽ Bal.in c.Cumana.de elect.Bald.in l.cũ proponas.C.de hær.inſti.Imo.in l.ſi.ff.de cond.inſti.cõis eſt ſecundũ Coraſ.in c.2.lib.1.miſcellane.Imo.in l.iam dubitari.ff.de hęr. inſti.idem in l.paterſa.eo.tit. eſt communis ſecundũ Marnerium in l.nemo poteſt mutare. nu.115.ff.de reg.iur.dicit communem Alex.in d.l.ſi filius hęres.nu.3.& ibi Henricus Ferra.in addi.dicit communem Socin.in regula.390. incipit.Suitas.Segura in l.3.§.fin.nu.149.ff.de lib.& poſt. idem in l.cohæredi.§.cum filiæ. nu.61. & rurſus ibi.num. 270.ff.de lib.& poſth.Soci.conſil.20.Viſis actis.num.15. lib.1.qui ait hunc paſſum egere Cæſarea deciſione.Bar.in d.l.ſi filius qui patri.nu.5. idem in d.l.ſi filius hæres.col.2. Bal.in l.non iuſtam. C.ad Treb.communis eſt ſecundum Corn.in l.cum antiquioribus.col.1.C.de iure delib.Alex. in d.l.ſi filius qui patri.nu.20.Alex.conſi.71.lib.2. Ponderatis.col.2.verſi.nec ſublata. communis eſt ſecundũ Alex. in d.§.idem Iulia.num.5.Barto.& alij in d.§.quarta Emanuel de Acoſta in l.gallus.§.& quid ſi tantùm par.4.num. 26.ff.de libe.& poſthu.communis ſecundum Cuma.in d. l.ſi filius hæres.vbi dicit communem Iaſ.nu.28.Soci.in l. ſi filius qui patri.nu.10.& nu.20.vbi dicit communem.& eſt communis ſecundum Corn.in l.ſi fratri.nu.11.in ſi.& nu.12.C.de iure delib.vbi Pau.dicit cõmunem tenet Bald. in l.poteſt.ff.de vulg.& Bar.in d.§.& quid ſi tantùm.Cor. in d.l.non iuſtam.nu.5.eſt communis ſecundum Bened.in c.Rainut.de teſtam.in verbo,mortuo itaque.el 2.nu.190. & in verbo,ſi abſq; liberis.num.93.

184 Contrariam partem,nempe negatiuam, vt ſuitas † non tollatur datione ſubſtituti vulgaris, tenent Ang.in l.ſi pater.C.de inſti.& ſubſti.Fulgo.Pau.& Benedi.de Plumbi.in d.l.ſi fratris.C.de iure delib.Bal.Angel. Chriſtophorus de Caſtellionis.& Pau.in d.l.ſi filius hæres.ff.de libe.& poſth. Ang.in l.ſuus quoq;.§.ſi.ff.de hær.inſti.idem in d.l.iam dubitari.eo.tit.Ang.& Roma.in d.§.idem Iulianus. Bald.& Ang.in l.qui in aliena.§.interdum.ff.de vulg. Bal.in l.Pap. §.quoniam autem quarta.ff.de inof.teſta.variat Aret.in d. l.ſi filius hæres.vbi hanc eſſe communem ſententiam modernorum firmat Cuma. Alcia.nu.40.in d.l.ſi filius qui patri.ſequitur Coraſ.lib.1.miſcellane.c.2.

Pro priore ſententia, quæ communis eſt, adducitur.l.ſi filius hæres.ff.de lib.& poſt.cuius verba(ſi filius hæres in-
185 ſtitutus ſit omiſſo † poſthumo filioq́; ſubſtitutus nepos ex eo ſit poſthumo nõ nato,nepotẽ tam patri quàm auo ſuũ, hæredem futurum.) Vnde colligitur, ꝙ filij ſuitas ſublata fuit, eo ꝙ nepos ex eo fuit ſibi ſubſtitutus, aliter.n.ipſe filius hæres iure ſuitatis fuiſſe ſtatim poſt mortem patris videretur,vnde poſtea nepos ex eo patri tantũ,non etiã auo hæres foret.argu.§.ita demum. Inſt.de hær.ab. Sed certè tex.ille nihil probat. Nam ibi filius inſtitutus priùs deceſſit, q̃ poſthumus pręteritus per abortum perijſſet, ſicq́; is filius ſuus hæres eſſe per poſthumi pendentiã impeditus fuit,nõ per dationẽ ſubſtituti vulgaris. Quandiu.n.poſth. naſci ſperatur,tandiu hæres ſcriptus non põt eſſe hæres neque iure aditionis,vel immixtionis, neque iure ſuitatis.vt ibi.& ff.de contra tab.l.illud.§.ſi.cũ l.ſeq. Et ita rectiſsimè illũ tex.intelligunt, qui ſecundam partẽ negatiuam tuẽtur. Itaq; pendẽte poſthumi natiuitate,filius ille ſuus hæres eſſe nõ poterat ex teſtamento, propter incertã teſtamẽti validitatẽ.vt.dd.ll.& l.ſi.ff.de cõd.inſt. neq; ſuus eſſe poterat ab inteſtato,

ab inteſtato, quia quandiu locus eſſe poteſt ſucceſsioni teſtamento, ceſſat ſucceſsio ab inteſtato l.quandiu.ff.de acquirenda hæreditate.

Deinde adducitur pro communi illa ratio, quòd per dationem ſubſtituti vulgaris filio videtur data à patre licentia aut facultas abſtinendi.argu.l.ſi paterſa.ff.de hære.inſt. §.fi.inſt.de vulg.l.3.C.de hæ.inſt. Quo falſus nihil vnquã dici potuit, cùm (vt pleriſq; eorum, qui contra communẽ contendunt, ſcitè aduertunt) teſtator ſubſtitutum vulga. creauerit quo magis, non quo minus certus ſit aliquis hæres ex teſtamento.l.vn.in prin. C.de cad.tollen.& in prin. Inſt.de vulg.at ſi per dationem ſubſtituti vulgaris videretur filius fieri de neceſſario voluntarius, iam minùs certus hæres eſſet, quàm antea erat ergo.&c.

Tertiò allegatur, ꝙ per dationem ſubſtituti videtur, pater filium facere de neceſſario voluntariũ, vt proximè dicebam. Quod nihil eſt. Nam teſtator cũ non ignoraret filium inſtitutum ex multis caſibus impotentiæ (de quibus per tex.& omnes in l.Gallus.§.& quid ſi tantũ. ff.de libe. & poſth.) poſſet hęres eſſe deſinere, id eſt hęredẽ non exiſtere, proſpexit teſtamento ſuo per dationẽ ſubſtituti, pręſertim cùm etiam per voluntatem poſſet filius abſtinere patris hæreditate.l.neceſſarijs.cum ſimi.ff.de acq.hær.

Quartò adducitur.§. in nouiſsim.iũctọ.§. cùm autem C.de cad.toll.quæ iura nihil probant, ſed pro cõtraria parte magis faciunt, ſi rectè inſpiciantur.

Quintò adducitur.l.cùm ſeruus.ff.de cond.inſti.quæ nihil ad rem, ſi rectè inſpiciantur.

Sexto adducitur.l.ſuus quoq;.§.ſi filio.cũ l.ſeq.ff.de hære.inſti.& l.ſed & ſi conditioni. in prin.eo.tit. Sed illa iura nihil faciunt, & declarãtur per l.fi.de cond.inſti.vt ſi filius ſit inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, quæ vltimo vitæ ſpiritu expleri poſsit, & habuerit ſubſtitutum, tunc licet ſuitas non tollatur, tamen impeditur quicquam operari: quia ex teſtamento ſuus hæres eſſe nõ poteſt propter pendentiam conditionis, neq; ab inteſtato propter pendentiã teſtamenti l.quandiu.ff.de acquir.hęre.ergo eo caſu ſuitas non tollitur, ſed temporaliter tantùm impeditur & quidẽ impeditur, non per dationem ſubſtituti, ſed per adiectionem illius conditionis. Quinimò ea iura ſufficienter probant contrariam ſententiam, vt iam dicemus.

Allegatur.7.l.qui fundũ.§.qui filiũ.ff.ad leg. Falci.ibi, ſi filius antequam patri hæres exiſteret: ſentiunt.n.ꝙ filius nõ poſſet nõ eſſet hæres patri iure ſuitatis ſtatim poſt eius mortẽ, niſi ſuitas datione ſubſtituti eſſet ſublata. Sed reuera nihil facit. Nam ſi rectè inſpicias, non agitur ibi de exiſtentia ſui hæredis, quæ iure ſuitatis contingat, quæq; reuocabilis eſt per beneficium abſtinendi à prætore cõceſſum d.l.neceſſarijs. ſed agitur de exiſtẽtia hæredis irreuocabili, quæ per immiſtionẽ contingit.l.ſicut maior.C.de rep.her.

Allegatur.8.l.& ſi fine.§.quod Papinianus. ff.de mino. vbi pupillo abſtinẽte verus hæres ſit ſubſtitutus, quod eſſe non poſſet, niſi ſuitas datione ſubſtituti videretur ſublata. Sed certè magis eſt, vt ſuitas abſtenſione videatur ita debilitata, non autem datione ſubſtituti. Simile in l.Papinia.§. ſi ex cauſa.ibi, ſuus.ff.de inoffi.teſtam.expreſsius in l.nam nec emancipatus.ff.de legatis 1.

Poſtremò facit l.ſi patronus teſtamẽto.§. ſi patroni filius ff.de bo.libe. Sed ibi non dicitur, ꝙ per dationẽ ſubſtituti filius ex volũtate patris poſsit hæres eſſe deſinere, ſed ꝙ voluntate patris hæres poterit exiſtere. Et re vera iſtorum omnium iurium, quæ pro communi opinione adducuntur, nullum eſt, quod cõem opinionem ſufficienter probauerit, neq; etiam proximè acceſſerit, neq; vlli vnquã Iureconſultorum id in mẽtem veniſſe veroſimilius eſt, ſi omnia iura hinc inde adducta penitiſsimè inſpexeris.

186 Pro contraria opinione, vt datione ſubſtituti † vulg.ſuitas non tollatur, eſt text.expreſſus in l. Papi.§.ſi ex cauſa. verbo.ſuus.ff.de inoffi.teſtam. vbi filius exhæredatus fuit deinde per querelam inoff.teſt.teſtamentũ reſciſſum fuit, & Iureconſultus ait eum filium ſuum hæredem patri futurum exhæredatione non obſtante, licet etiam hæredis ſcripti aditione fuerit cõfirmata vbi planè probatur, quòd etiam per expreſſam exhæredationem, certamq;, & indubitatam patris volũtatem filium excludere volentis ſuitas non tollitur, vel ſui hęredis exiſtentia: quantò ergo minus vbi tacita tantùm vol.eſt, vel verius nulla omnino voluntas eſt? Id quod efficaciter ſtringit.

Ad idem & 2.facit l.filium §. ſed cũ exhæredatio.ff.de contra tab.vbi exhæredatio filij ſequuta hęredis ſcripti repudiatione nullius momenti redditur, euaneſcitq;, nec iura ſui hæredis vlla ex parte eneruantur, non magis, quàm ſi exhæredatio facta non fuiſſet, quantò ergo minus in datione ſubſtituti vulgaris, quę non tam pertinet ad iura ſuorum hæredũ extinguenda, quàm exhæredatio.vt per Bar. & alios in l.ſuis.ff.de lib.& poſthu.

Tertiò facit, quia conſtat tacitam vulgarem cõtentam ſub expreſſa pupillari non tollere ſuitatem.l. quæſitum.l. filius qui ſe paterna.l.ſi pupillus.ff.de acq.hære.ergo idem in expreſſa, cùm taciti & expreſsi par potentia ſit.l.3.ff.de lega.1.l.non rectè.C.de fideiuſ.cum ſim.

Quartò facit, quia abſtinẽdi facultas liberis conceſſa nõ iure ciuili, ſed tantùm iure prætorio cõpetit.§.ſui.Inſt.de hær.qua.§.ſui.Inſt.de hær.quæ ab.l.neceſſarijs ff.de acqu. hære.neq; vllibi reperitur expreſſum illam abſtinendi facultatem poſſe concedi per patremfa.

Quintò facit.l.ſi ſequens.ff.ad Sillan. vbi ſi necẽ defuncti primus gradus non vindicauit, ſed ſecundus, ſic tunc nihilominus hęreditas fiſco defertur, quàm ſi ſecundus gradus non vindicaſſet, quaſi per dationem ſubſtitutorũ non videatur inſtitutis data licentia necem defuncti negligẽdi.

Sexto facit, quia nulli dubium, quin tranſmiſsio ſit effectus ſuitatis.l.apud hoſtes.C.de ſuis & leg.l.3.C.de iure de libe.l.ſi infanti.vbi omnes eo.tit.& tamen per dationẽ ſubſtituti vulgaris conſtat nõ impediri tranſmiſsionem.l.vn. in §.in nouiſsimo.iũcto.§.cùm autem in ſuperiore. C.de cad.tollen.ergo ſimiliter non videtur ſuitas ſublata, nam ſi ſublata eſſet effectum tranſmiſsionis operari non poſſet.l. 2.in princ.C.de lati.liber.tollen.l.2.C.de indict.vid.l.inter ſtipul.§.ſacram.ff.de verb.oblig.§.1.Inſt.de iniu ſtip.

Septimò facit, quia per dationẽ ſubſtituti ſeruo hæredi ſcripto conſtat datã non videri licentiã abſtinendi. l. inde Neratius.§.j.ff.ad leg.Aq.tex.iuncta gl.in verbo. nouiſsimo.in pri.Inſt.de vulg.nec dubiũ eſt, quin ſeruus & filius æquiparentur.l.placet.ff.de acq.hære.§.itẽ vobis.Inſt.per quas perſo.nob.acq.gl.app.in l.ſi quis ſeruo alieno perſuaſerit.C.de furt.prælertim cũ liberorũ ſucceſsio longè magis accedat voto ſtudioq; teſtatoris, q̃ ſucceſsio ſeruorum. l.ſcripto.ff.vnde lib.l.nam & ſi.ff.de inoffic.teſta.vnde per dationem ſubſtituti longè minus videbitur data licẽtia abſtinendi liberis, quàm ſeruis. Idq; efficaciter ſtringit.

Octauò eſt optimus tex.in l.Iulianus.ff.ſi quis omiſ.ca. teſtam.ibi, quoniã filia patri ſubſtituitur in caſu: & rurſus ibi, non vt arbitrium eligendi relinquatur. Quod & tertiò ſuadetur ibi in deciſione illius legis, quæ in his tribus locis expreſsim decantat per dationem ſubſtituti hæredi ſcripto non videri datam licentiam abſtinendi, ſed tantùm in caſu (id eſt dato infortunio impotentiæ) proſpecto à teſtatore fuiſſe per adiectionem ſubſtituti, etenim primò nominatum hæredem non exiſtere, quaſi infortunium eſt teſtatori.argum.l.ſi fin.ff.de hær.inſt.l.Lucius.eo.tit.l.quia hoc ff.de intarrog.act.

Nonò optimus tex.in l.quia autem §.1.verſic.puto.ff.ſi quis.omiſſ.cau. teſt. vbi qui quædam legata reliquit ex teſtamento, aliaq; ab inteſtato, nõ videtur dediſſe licentiam ex teſtamento repudiandi.

Decimò opti.tex.in l.ſi ſolus.in prin.ff.de acqu.hęr.vbi ex parte fui inſtitutus, deinde ex alia parte per aliã diſpoſitionẽ fui ſimiliter inſtitutus, in qua habui ſubſtitutum, primam partem adiui, alterã repudiaui in qua ſubſtitutũ habui, quaſi per ſubſtituti dationẽ videret licentiã illius partis repudiãdę habere, & tamẽ id ibi abnegatur, deciditurq;

partem etiam repudiatam mihi accrescere, postquam alteram partem adiui.

Vndecimò tex.optimus in l. Lucius.ff.de vulg.vbi substitutio reciproca,quæ vulgares continet expressas verbis generalibus, non tollit suitatem.Quod patet,quia ibi constat hæreditatem ad matrem impuberis, cui illa substitutio facta fuit,pertinere simul cum hæreditate patris,quam impuberi iure suitatis acquisitam fuisse intelligẽdum est, quandoquidem iure aditionis, vel immixtionis non constat acquisitam fuisse,nec immixtio cùm sit quid facti prę sumitur nisi probetur.l.si emancipati.C.de colla.l.in bello. §.factæ.ff.de capti.

Duodecimò facit tex.reliquis efficacior in leg.fin.ff.de condi.inst.vbi si filius sit institutus sub conditione dandi, quæ quidẽ conditio potest impleri vltimo vitæ spiritu (vt ibi probatur)isq; filius decesserit pendente conditione illa,cum substitutum vulgarem haberet,tex.ait ꝙ substitutus hæres esse non poterit, donec filius sit perfectè mortuus,quasi primus gradus institutionis etiam si filius sit vltimo vitæ spiritu,non videatur euanuisse, sed demũ postquam filius esset perfectè mortuus.At cum aditio hæreditatis in vltimo vitæ spiritu fieri non posset.tex.cum glo.in l.si.ff.quand.dies leg.ced. si filius ille non haberet suitatem, cuius virtute in vltimo vitæ spiritu hæres esse posset,longè minùs iure aditionis in vltimo vitæ spiritu existens hęres fieri posset,sicq; tunc gradus institutionis non spectata morte filij,euanesceret,locusq; statim fieret substituto antequam filius perfectè mortuus esset. Vnde cùm ibi dicatur,ꝙ substituto locus non sit donec filius institutus perfectè mortuus esset,planè intellexit Iureconsultus eum filiũ non obstante substituti vulgaris datione suitatem suam retinuisse, sicq; si per alium ea conditio institutionis in vltimo etiam filij vitæ spiritu expleta fuisset, filius ille statim hæres iure suitatis fieret,excludereturq; substitutus. Sicq; re vera text. ille hanc decidit quæstionem, cui nullus vnquam sanum responsum dedit.

Deinde pro nostra sententia etiam facit.Nam certũ est, ꝙ quæ sunt in conditione.nõ sunt in dispositione.l.si quis sub cond.dãdorum decem.ff.si quis omiss. caus.testa.l.j.§. item si ita.ff.ad leg.Falci.& l.si penũ.ff. qñ dies leg.ce.vnde cùm de suitate huius filij nil disposuerit testator, sed eam duntaxat in conditione posuerit, non potest dici, ꝙ sit in dispositione priuatiua,hoc est, ꝙ testator eam sustulerit.

Decimoquartò pro hac parte adduco.Nam certum est, expresio conditionis,quę tacitè inest à lege,nil operatur. l.3.de leg.1.non rectè.C.de fidei.l.aliquando.de condit.& dem.l.aliquando.& l.si dies.ff.quando dies leg.ced.sed ista cond.si voluerit, inerat à lege.ergo.&c. Quòd inesset, est tex.in §.sed his permittit prætor. Insti.de hær.qua.& in l. necessarijs.de acquir.hære.Modò sic. Ista cond.legalis nõ tollit suitatem.text.est in l.si quis filium.§.1.ff.de acq.hære.vbi filius,qui deliberans decessit,hæreditatẽ non agnitam ad heredes suos ex vi suitatis cum beneficio abstinendi transmisit, ergo ead.cond.ab homine expressa non debet suitatem tollere.

Decimoquintò probatur. Nam certum est,ꝙ si per statutum datur filijs licentia abstinendi,tunc postquam abstinuerint, tollitur omnino suitas, & necessitas, ante tamen quàm abstineant, nullatenus.vt tradunt communiter doctores in l.qui se patris.C.vnde liberi. & alibi dixi. Modò sic,licet pater per appositionẽ huius cond.videtur filijs licentiam abstinendi dedisse, tamen illa licentia non tollit suitatem, vel necessitatem, antequam deducatur ad actũ, vnde superest,vt si filius hac licentia non vtatur,remaneat in dispositione iuris communis,& consequenter hæreditatem nõ agnitam cum beneficio abstinendi transmittat.d. l.si quis filium.§.j. dico ergo ꝙ remanebit in dispositione iuris communis.arg.l.commodissimè.ff.de liber.& posth. & l.si cùm dotem.in prin.solu.matr.& l.si extraneus.

Decimosexto probatur. Nam homicidiũ adulteri fit lege permittente.l. Gracchus. C.ad leg.Iul.de adulte.& tamen lex non dicitur auctor illius homicidij vt per Ias.in l. plagij.ff.de verbo.nu.5. & ideo homicida talis peccat mortaliter.vt per Ias.vbi suprà.nume.3.& 4.quia licet lex permittat,nil tamen disponit.Sic in proposito,licet pater permittat filio separare à se hæreditatem paternã, & per hoc tollere sibi suitatem, non tamen eum separat ab hær.paterna, nec ei adimit suitatem.

Decimoseptimò regulam habeo, ꝙ quando filius instituitur sub constituitur sub cõditione potestatiua, licet tollatur necessitas, quia non implendo cond.hæres non erit, tamen suitas non tollitur.rex.not.& ibi Soc.in l.conditionibus pupillus.ff.de condi.& demon. & in l.fin.ff.de cond. insti. Sic & in proposito,quando est cond.ista,si voluerit, licet tollatur necessitas.vt d.l. Cornelius d.l.verba.d.l.iam dubitari.tamen suitas non tollitur non enim sequitur, filius efficitur voluntarius,ergo & extraneus.Et ista cond.si voluerit,expresim apposita, suitatem tollere non potest, quantò minùs si tacitè apponatur per dationem substituti vulg.Et si dixeris,ergo appositio huius cond.si voluerit,tacita, vel expressa nil operabitur, quod est absurdum argu. l.si quando.de leg.1.Respon.non est absurdum.argumen. l.3.de leg.1.& quod ait Ias.ibi.Præterea etiam si fateamur absurdum esse,adhuc non oberit. Nam hic licet nil operetur licentia per illam condi.à patre data antequam deducatur ad actum,quia adhuc superest suitas,tamen postquam deducitur ad actum,multum operatur:nam filius, qui authoritate prætoris abstinet, remanet hæres nomine, at si abstineat authoritate & licentia patris, tunc etiam quo ad nudum nomen non remanebit heres.argum.glo.l.in substitutione.ff.de vulgar.Hoc,quia dispositio testatoris æquiparatur dispositioni iuris ciuilis(vt in authen.de nuptijs.§. disponat & l.cum pater.§.dulcissimis.de lega.2.leg.filium quem habentem.C.fami.hærcis.sed in licentia à iure ciuili data est expeditum.vt per gloss.communiter app.in dicta.l.in substitutione.Quod nota,quia nullus vnquam tetigit. Aduerte tamẽ,nam si filius, institutus sub hac cond. si voluerit,vel alia potestatiua non habeat cohęredem,vel substitutum,tunc quia non tollitur sed suspenditur suitas, si quidem conditioni non paruerit, tunc potest patri hæres esse, vel non esse secundum distin.l.fin.ff.de condi.institu.& l.suus quoque.§.fin.cum l.sequen. de hæred.insti. At si habeat substitutum,vel cohæredem, tunc si quidem potuit conditioni parere,nec fecit, excluditur, siue cohæres vel substitutus sit nepos ex eo, siue extraneus.l.fina.de condi.institu.l.suus quoque.in prin.& §.fin.cum l.sequenti.de hęred.institu.Quòd si conditioni parere non potuit, tunc fortè ab intestato erit hæres excluso substituto, vel cohęrede extraneo.Quod dic vt per glo.submouendum. in d.l.suus quoque.in princ.

Pręterea & decimooctauò ꝙ non tollatur suitas,induco tex.in l.iam dubitari.de hæredi.instit.versic.pen.iuncto versic.fin.vbi quòd filius sit institutus sub hac conditione, si voluerit, vel sub alia conditio.potestatiua æquiparatur, nam alterutra conditione impleta efficitur hæres,non quidem iure immistionis,sed iure suitatis.vt ibi probatur.iuncta.l.conditionibus pupillus.de conditio.& demonstra.& quod ibi ait Socin.2.3.& 4.col.sed certum est, quòd cùm filius sub alia conditione potestatiua,putà dandorum decem,instituitur,non tollitur suitas.l.fin.de condi.institutionum.d.l.conditionib.ergo.&c.

Decimononò probatur per d.l. conditionibus. intelligendo eam generaliter, id est,tam in conditione ista,si voluerit,quàm in alia quauis conditione potestatiua.

Vicesimò pro hac parte d.l. iam dubitari versic. penultimò.aliter ponderãdo. Nam ibi dicitur,ꝙ per implementum conditionis huius,si voluerit, amittit filius beneficiũ abstinendi:ergo à contrario sensu si eam non impleret,illud haberet,quod esse non posset,nisi propter suitatem.Et puto quòd ibi loquatur de beneficio absti.quod habet à patre illa conditio. apponente, per quod cessat beneficium prætoris argum.l.fin.C.de pact.conue.

Vicesimoprimò pondero d.l.iam indubitari.alia consideratione.Nam si ibi per implementum cõditionis illius, beneficium illud admittit, ergo necesse est fateri ꝙ illud habebat.l.decem.de verbo.oblig. illud autem habere non posset,nisi virtute suitatis.ergo.&c.

Vicesimosecundò ibi dicitur,Filius condi.illam implẽs amplius abstinere nõ potest.ergo vt tex.seruiat de dubio. iuxta.l.quod Labeo.ff.de Carb. edicto.necessariò fatendũ est,ꝙ nisi impleret,posset abstinere, nam aliàs illa decisio dubium non haberet, abstinere autem non posset,nisi ratione suitatis,quæ per illã cond.non fuit sublata.ergo.&c.

Vicesimotertiò suitatẽ tollere pater & si valet,non posset.argu.gl.app.in l.filijs matrem.C.de inoffic.testam.quæ tenet per emancipationem, per quam tollitur suitas,& patria potestas,à patre fieri non posset, nisi de consensu filij. per Bar.& Ias.nu.14.in l.quidam cum filiũ.ff.de verb.obli. ergo similiter pater per dationem cohęredis vel substituti suitatem filij in hoc non consentientis tollere non potest.

Postremò suitas,& patria potestas tollitur certis modis, qui enumerantur in titu.Institu.quib.mod.ius patriæ potesta.solu. inter quos non est datio cohæredi vel substituti.ergo.&c.

In summa hæc pars probata est eo ipso, ꝙ non probatur cõtrarium,cùm filius sui natura habeat suitatem.§.sui Instit.de hæred.qualitat.§.sui.Instit.de hæred.ab.l.necessarijs.ff.de acquir.hæred.l.verba hæc l.fin.ff. de condi.instit. l.suus quoque in princ.& §.fi.cum l.sequen.l.iam dubitari.l.Cornelius.ff.de hæred.instit.& ademptio,priuatioque odiosa est.argumen.l.cum quidam.ff.de lib.& post.Quòd si animi nostri sententiam aperire fas est,communem sententiam à mente, sensuq; iureconsultorum tam longè distare nobis semper visa est, quàm distat solis lucisque occasus ab ortu.Tandem est tex.in l.non iustam.C.ad Treb. quem per te inducas.

Stat ergo ex superioribus,quòd datione substituti vulgaris non tollitur suitas.

Hinc primùm infertur,ꝙ licet suus hæres à patre(dato
187 substituto vulgari)institutus,abstineret se se ab hæreditate patris,posset iure, & vi suitatis suam abstensionem reuocare.per l.fin.C.de rep.hæredi.l.suus.ff.de iure delib.quod extraneo non liceret.l.sicut maior.C.de rep.hæredi.Neq; ad rem pertinet, quòd beneficium dictæ.l. fin. ijs tantùm concedatur,qui suitatem habent secundum omnes ibidẽ. Vnde cùm secundum communem sententiam suitas tollatur datione substituti vulgaris, videbatur ꝙ hic filius cũ haberet substitutum vulgar.si semel abstinuisset, ampliùs pœnitere non posset,id quod in specie tenet Mainerius.ff. de reg.iur.l.nemo potest mutare.nu.114. vbi refert plures idem in specie tenentes,firmãs hanc esse communem sententiam,quæ est ex mente etiam Pauli in l.fin.suprà alleg. Nam respondetur dupliciter. Primùm, ꝙ per dationem substituti vulg. non tollitur suitas secundum veriorẽ sententiam,quam tuemur. Deinde,quòd etiam si teneremus communem sententiam, adhuc nõ obesset,quia limitatur non procedere quo ad ea,quę pendent ex testamẽto,quale est in specie nostra. Ita nominatim respondent Ang.& Corne.col.2.& Ias.col.2.in prin.in d.l. fin.qui hanc in specie esse communem sententiam testatur licet contrariam communem dixerit Mainerus vbi suprà. Et in specie pro nobis est tex.clarus in l.cum hæreditate.ff.de acquir.hære. secundum Corneum vbi suprà.

Vnde subinfertur, ꝙ licet per dationem coheredis extranei secundum communes opi.suprà relatas tollatur sui
188 tas,tamen cum etiam eo † casu non tollatur suitas secundum nostras sententias,quæ longè veriores sunt,& etiam secundum vtriusq; partis fautores quo ad ea, quæ pendẽt ex testamento(quale est in specie nostra(suitas integra maneat,superest,vt si filiusfa.ex parte institutus sit à patre da to cohærede,& abstineat hereditate patris,posit reuocare abstensionem, vsus beneficio d.l.fin.non secus,quàm si cohære.non haberet.Quod in specie tenet etiam Ang.& Corne.col.2.& Ias.col.2.in prin.d.l.fi.qui firmat hanc esse communem opin. Licet contrarium in specie teneat & asserat cõmuniter teneri Mainerius nu. 113. in d.l. nemo potest mutare.ff.de regu.iur.Pro nobis tex.apertus in l.cũ hæreditate.ff.de acq.hær.quem vide.

189 Illud aũt notandum est, esse † quàm plures casus,in quibus etiam secundum sententias à plerisq; scribentium receptas suitas nõ tollitur per dationem substituti vulgaris. Primus est in vulgari tacita contenta sub expressa pupillari,quę non tollit suitatem secundum veram & communẽ sententiam,quam tenet Bar.in l.Gallus.§.& quid si tantũ. col.3.nu.6.ff.de libe.& posthu. & ibi Alex.nu.5. Ias.in l.si filius hæres.nu.54.eo.tit.Soci.in l.1.nu.47.versi.1.in tacita.ff.de vulga.Guiliel.Benedi.in c. Rainut.de testam.verbo,mortuo itaque.nu.194.Segura in l.3.§.fin.nume.149. ff.de libe.& posthu.idem in l.cohæredi.§.cùm filiæ.num. 270.ff.de vulg.Bar.in l.si filius qui patri.num.5.ff.de vulg. idem in d.l.si filius hæres.nu.1. col.2. idem Segura in d.§. cum filię.nu.61.per tex.in l.Iulianus.& in l.filius qui se paterna.ff.de acq.hæredi. Quæ opi.secundum nostram sentẽtiam, quí tuemur datione substituti suitatem nunquam tolli,indubitata est.

190 Secundus casus, quando † substitutus vulgaris datur in casu tantùm impotentiæ,tunc enim non tollitur suitas.vt ex communi opi.resoluunt Ias.in d.l.si filius hæres.col.pe. nu.55.& ibi Alex.col.pen.versi.2.nisi Bar.& alij in d.§.& quid si tantũ.Bal.in l.cùm proponas. C.de hær.insti.Imo. in l.paterfa.& in l.iam dubitari.ff.eo.tit. Alciat.in l.si filius qui patri. nu. 40. vbi hanc dicit communem sententiam Guil.Bene.vbi suprà.Soci.in d.l.j.nu.47.ff.de vulg.per tex. in d.l.si filius qui patri.Quæ sententia secundum nostram opi.indubitata est,quia contendimus etiam regulariter suitatem non tolli datione substituti vulg.

191 Tertius casus,quando vulgaris † substitutio fit tantum in suitate. Ista est vera & communis opi.vt resoluunt Ias. nu.57.in d.l.si filius hęres.sentiunt Bar.& alij in l.si mater. §.fi.ff.de vulg.per tex.ibi.Bar.in d.§. & quid si tantum.idẽ in l.1.in prin.in 5.q.prin.ff. de vulg.vbi Soci.nu.47.versi. Quartò limita.Guil.Benedi.in d.c. Rainuti. verbo,mortuo itaque.nu.195.Quorum opinio indubitata est secundum nostram sententiam suprà relatam.

192 Quartus casus, quando filius † in pluribus portionibus esset hæres institutus, & in altera tantum vel quibusdam, non tamen in omnibus haberet substitum.tunc enim suitas non tolleretur.Ista est & communis opin.vt resoluunt Guil.vbi suprà num.196.post Imo.in l.apud Iulia.§.idem Iulia.ff.ad Treb. qui de hoc dicit esse casum singularem in l.si solus.in princip.ff.de acquirend.hæredi.vbi qui in pluribus portionibus instituitur, licet in vna, vel quibusdam habeat cohæredẽ,non per hoc videtur habuisse licentiam omittendi illam portionem,in qua habuerat substitutum. & idem per illum text.tenet Socin.in l.1.num.47.versi.8. limit.ff.de vulg.Pau.in l.si filius hæres.suprà allega. Quorum sententia secũdum superiorem nostram opinionem indubitata est.

193 Quintus casus, quando vltra † substitutum vulgarẽ datus etiam fuit substitutus fideicom. Ista est vera & communis opi.vt resoluunt Alex.in d.l.si filius hæres.col.pen. versi.5.fallit.Bal.in l.non iustam.per tex.ibi. C.ad Trebel. idem Bald.in repet.l.in suis.ff.de liber.& posthu.Angel.& Imol.in l.1.in princip.ff.de vulgar. Ias.in d.l.si filius hæres. num.65.Guiliel.Bened.vbi suprà num.197.Alex.consi.4. colum.5.lib.2. Fulgo.in d.l.non iustam.per tex.ibi.Pau.in d.l.si filius hæres.

194 Sextus casus, quando filius † fuit institutus & ipsemet fuit sibi vulgariter substitutus, vel etiam per fideicom.tũc enim non tollitur suitas.argum.l.Iulia.ff.si quis omis.caus. testam.ita Soci.vbi suprà.versic.5.limi. Et is casus eò differet à superiore,quia hic loquimur,quãdo ipse restitutus fuit sibimet substitutus,superiore autem casu, quãdo alius erat substitutus. Idem Iaso.nume.58.in leg.si filius hæres.

supra alleg.Bald.in l.j.in prima oppo.C.si quis omissa.cau. testamen.

195 Septimus casus,quando filius fuit † institutus. & nepos ex eo fuit sibi vulgariter substitutus sub hac conditione,si filius viuo testatore moreret. Ita tradit Emanuel de Acosta in l.Gallus.§.& quid si tãtùm.in 4.par.nu.26.ff.de lib. & posthu.argu.l.posthumorum.Inst.de exhæred.lib.

196 Octauus casus,quãdo filio instituto, nepos † esset simpliciter circa vllam conditionem substitutus. Ita sentiunt gl.& Bar.in l.Gallus.§.quidã rectè.ff.de lib.& post.secundum Emanuel.vbi suprà num.27.qui hoc nominatim tenet.Ias.in d.l.si filius hæres.nu.15.& nu.57.Soc.in d.l.j.ff. de vulg.nu.47. Guil. Bene.vbi suprà nu.198.post Bald.& Ang.in l.1.ff.de vulg.per tex.in l. Iulianus.ff.si quis omiss. causa testa. Ita Ias.in d.l.si filius hæres.nu.58. & Bene.vbi suprà nu.200.Alexan.vbi suprà col.pen. Bald.in l.1.prima oppo.C.si quis omis.cau.

197 Nonus casus, quando per repudiationẽ † instituti vitiarentur legata, quod accidit, quando nominatim fuerũt relicta ab instituto, sicq; non videntur repetita à substituto: vt per Pau.& alios.in l.si Titio & Mæuio.§.Iulianus.& in l.Celsus.§.quod alicuius.ff.de leg.2.per omnes in leg.licet Imperator.ff.de leg.j.per Bart.& omnes in l.re coniuncti. ff.de leg.3.per Corne.post alios in l.non iustã. C.ad Treb. tunc.n.non videtur instituto data licentia abstinẽdi ne pereant talia legata,sicq; subuertatur iudicium testantis.contra legem tertiam.ff.de mili.testa.Ista est communis opin. quam tenent Bal.in l.1.in prima oppo.C.si quis omis.cau. testam.Alex.in d.l.si filius hæres.col.pen.versi.7.fallit.vbi Ias.nu.58.Socin.vbi suprà nu.47.versi.11.limita. Guiliel. Bened.vbi suprà num.199.

198 Decimus casus,qñ vulgaris substitutio † viuo testatore fit caduca. Ista est cõis opi.quam tenent Ias. vbi suprà.nu. 58.versi.5.limita.Bal.in l.si mater.§.j.ff.de vulg.Guil.in d. c.Rainu.de testa.Soci.in l.1.ff.de vulg.nu.47.versic.14.limita.Bal.in l.quidam elogio.C.de iur.delib. Alex.in d.l.si filius hæres.col.fi.versi.9.fallit. Sed cõtrarium tenet Imo. in d.l.si mater.§.1.per l.sed si plures.§.si filio.ff.de vulg.& quia suitas semel extincta per donationẽ substituti vulgaris non videtur posse reuiuiscere per caducitatem contingẽtem viuo testatore.arg.l.qui res.§.areã.ff. de solu.l.inter stipulantẽ.ff.sacrã.ff.de verb. obli.§. j. Insti.de inut.stipul. Verũ retenta nostra sententia, qui tuemur datione substituti vulgaris non tolli suitatem,cessabit hæc controuersia.

199 Vndecimus casus, est quo ad legitimam filio † debitã. Nã si filius sit institutus in maiore portione, quàm legitima,tunc per dationem substituti vulgaris non tollitur suitas quo ad legitimam, ne impediatur trãsmissio legitimæ, quæ fit ex vi suitatis:nam si impediretur,id videretur esse onus cõsiderabile, & cõsequenter reijceretur de legitima per l.quoniam in prio.& l.scimus.in prin.& §.cùm aũt.C. de inof.testa. Ita in specie ex communi opi.resoluunt.Ias. in d.l.si filius hęres.ff.de libe.& posth.nu.61.vbi Alex.col. fi.versi.10.fallit.Guil.in d.c.Rainu.verbo, mortuo itaque nu.202.de testa.Bal.in d.l.si arrogator.in 6.oppo.ff.de adoptio.post Butrig.quem ipse refert.Soc.in l.j.ff.de vulg.nu. 47.versi.15. vbi firmat à plerisq; modernorum hanc partem teneri,licet contrarium teneat Bal.in repe.l.in suis.in 2.q.ff.de lib.& posthu.

200 Duodecimus casus in substitutione vulgari † contenta in compendiosa, quæ non tolli suitatem,vt ex cõi opi.resoluunt. Ang.in l.Papi.§.quarta.col.fi.ff.de inof.testa.Segura in l.3.§.fi.nu.150.ff.de lib.& posth.Pau.in d.l.si filius hęres.vbi Alex.col.fi.vers.11.fallit.vbi Ias.nu.255.per Ang. consi.151.Quidam Nicolaus.Guil.Bened.vbi suprà num. 203.Soci.vbi suprà nu.47.versi.7.limita.Cuma.& Paul.in d.l.si filius hæres.Licet contrarium teneat Imo.in d.l.si filius hæres. Sed communis opi.verior est, & indubitata secundum nostram sententiã, qui contendimus datione substituti nunquam tolli suitatem.

201 Decimustertius casus, est in vulgari † cõtenta sub reciproca secundum quosdam.Sed pleriq; scribentiũ,de quibus proximè mentionem habuimus,id communiter impugnant, existimantes suitatem tolli per reciprocam restitutionem,nõ secùs, quàm per simplicem vulgarem,quoniam reciproca cõtineatur vulgaris expressa saltem verbis generalibus. Et hæc pars verior est, retenta cõi opin.quæ habet suitatem tolli per dationem substituti vulgaris. Sed secundũ nostram opi.qui contrarium defendimus,contraria vt suitas nõ tollatur per reciprocam substitiutionem, non solùm vera,sed etiam indubitata est.

202 Decimusquartus casus in tacita † substitutione legali, quale est in cõiuncto,qui tacitè substitutus intelligitur.vt in l. si Titio & Męuio.§.Iulianus.ff.de leg.2.iuncta.l.3.C. de iure delib.tenet in specie Iaso.nu.54.in d.l.filius hæres. Soci.vbi suprà.vers.2.limita.Quorum sententia indubitanter vera non esset, retenta communi opin.quæ habet per dationem cohæredis extranei tolli suitatem.Sed secundũ nostram sententiam, qui contrarium defendimus,eorum opinio in hac specie indubitata erit.

203 Decimusquintus casus est in substitutione † fideic.quæ non tollit suitatem secundum Ias.nu.65.in d.l.si filius hæres.per legem.ita tamen.§.si pater.ff.ad Treb.l.ille à quo. §.si de testamunto.eo.tit.Sed istud est indubitatum,nec satis aptatur materiæ nostræ.

204 Decimussextus casus,quando in testamento † esset illa clausula, quàm quotidiè tabelliones inserunt testamentis, nempe instituit, substituit vulgariter, pupillariter, & per fideic.tunc.n.suitas non videtur sublata, quia non videtur data licentia abstinendi, cũ per interuentum fideic.substitutionis hæres scriptus possit compelli adire & restituere. l.j.in pri.& §.sublata.& l.quia poterat.ff.ad Treb. Ita Bal. in l.non iustam.j.oppo.C.ad Treb.& ibi Fulg. Bal.in repe. l.in suis.ff.de lib.& posthu.Angel.& Imol.in l.1.ff.de vulg. Pau.& Alex.col.pen.& Ias.col.fi.nu.96. in d.l.si filius hæres.Alex.cons.4.Videtur inspectis.lib. 2.& cons.6.Ponderatis verbis.col.2.eod.lib. Socin.in d.l.1.nu 47.ff.de vulga. Guil.Bened.nu.197.in d.c. Rainu.verbo mortuo itaq;.

205 Decimusseptimus casus,quãdo † substitutus mortuo testatore repudiat hæreditatem. Ita Soci.in d.l.1.nu.47.ver. 10.limita.post gl.in l.Papi.§.4.ff.de inof.test. Licet contrarium teneat Angel. ibi cuius opinio verior est secundum communem sententiam existimantium suitatem tolli datione substituti vulgaris. Sed opi.glo.verior est secundum opi.nostram,qui contrarium defendimus.

206 Decimusoctauus casus,quãdo filius † institutus fuit nõ purè, sed sub conditione potestatiua, & habuit substitutũ vulgarem secundum Soci.in l.1.nu.47.ff.de vulg. versi.16. limita.per l.si.ff.de cond.institu.

207 Decimusnonus casus,quãdo testator † expressim cauit, ne per dationem substituti vulgaris suitas tolleretur. Ita in specie est communis opi. Bal.in c.Cuma.de elect. Guiliel. Bene.in d.c.Rainu.verbo,mortuo itaq;.nu.204.Ias.in l.in pupillari.ff.de vulg.idem in d.l.si filius hæres.nu.fin.per legem in conditionibus primum locum.

208 Vicesimus casus,quando testator id voluisse ex † cõiecturis colligeretur,quia tales coniecturæ pro expressa iussione haberentur,argu.legis.licet Imperator.ff.de leg.prima, & quia communis opi.nititur in præsumpta volũtate testatoris,quæ ratio cessat,cùm perspicuis probationibus, contrarium colligeretur. Et hi omnes viginti casus indubitati erunt secundum nostram sententiam, qui generaliter defendimus per substitutum vulgarem non tolli suitatem,licet eorum casuum nonnulli controuertantur,inspecta communi opinione existimantium suitatem tolli per dationem vulgaris substituti.

209 Suitas tollitur per illam conditionem,† si velit,appositã in filij institutione. Ita Benedi.in c.Rainuti.de test.verbo, mortuo itaque.el 2.num.205.Alexan.num.20.in l.si filius qui patri.ff.de vulg. per text.in l.iam dubitari & in l.Cornelius.ff.de heredi.instituti.Contrarium tamen tenet Alciat.in d.l.si filius qui patri, num.38.existimans per talem condi-

conditionem suitatem non tam tolli, quàm suspẽdi. Et ꝙ suitas per talem conditionem tollatur, tenẽt communiter doctor.in l.si pater.C.de insti.& substit. tradit Rodericus Xuarez in l. quoniam in prioribus.C.de inoffic. testa.ampliat.1.tradunt Bal.& Paul.in l.suus quoq;, in pr.ff.de hær. inst.Quam op.tenent pleriq; eorum, quos cateruatim suprà retulimus tenuisse.ꝙ per dationem substituti vulgaris tollitur suitas. Omnes enim illi aiunt ideo per dationem substituti suitatem videri sublatam, ꝙ tũc filius quasi sub hac conditione, si hæres esse velit, institutus videatur, quo casu per talem conditionem suitatem tolli quasi expeditissimum existimant. Quod & tenent quamplures alij, vt diximus suprà §.10.super interpretatione, lege quoniam in prioribus. suprà alleg.in 3.parte illius repetitionis.

Mouentur omnes per d.le.iam dubitari,& l.Cornelius. ff.de hær.insti.l.verba hæc.ff.de cond.insti.aliquid per Soci.in le.1.ff.de vulga.in 2.q.4.princ.Quæ iura re vera nihil probant, nam id solùm, exprimunt, vt in institutione suorum conditio, si hæres esse velit, conditionem faciat, licèt non sic in extraneo. Vnde rectè infertur suitatem quãdiu conditio pendet, suspensam esse, quia pendente conditione, is filius suus hæres ex testamento esse non potest propter pendentiam conditionis l.cedere diem.ff.de verb.sig. §.sin autem aliquid sub conditione. C.de cad. toll.neq; ab intestato, propter pendentiam testamenti l. quandiu.ff.de acq.hæred.non autem inde infertur, ꝙ suitas fuerit extincta, nam si sublata, extinctaq; esset, reuiuiscere, aut renasci non posset l.qui res.§.aream.ff.de soluti.l. inter stipulantẽ. §.sacrã.ff.de verb.oblig. & tamen constat talem posse filiũ suum hæredem patri fieri ab intestato le.fi.ff.de condit.in stit. Cùm primùm enim is filius in vltimo vitæ spiritu esse cœperit, statim illa conditio, si velit, euanescit.vt ibi.& & in l.fi.iuncta sua glo.ff.quando dies lega.ced.eaq; conditione deficiente, si nõ sit cohæres, vel substitutus, huic filio defertur ab intestato hæreditas patris, delataq; ipso iure sibi quæritur quasi suo sine aditione. Simile est, quando filius fuit exhæredatus,& testam.querela vel aliter fuit rescissum, nam deficiente testamento,& exhæredatione, iure suitatis is filius quærit hæreditatem l.Papin.§.si ex causa.verbo, suus.ff.de inofficioso testamento.& ibi Angel. Alex.in l.si filius hæres.ff.de libe.& posthum.facit l.filius à patre.in princ.eod.tit.nec dubium est, quin potentior esse deberet exhæredatio ad suitatem tollendam, quàm illa cõditio, si velit, ergo,&c.Pro nobis text.optimus in lege cõditionibus pupillus.ff.de conditiõ.& demonstra. quem illico inducam.

210 Item suitas tollitur non solùm † per illam conditionẽ, si velit, sed etiam per aliam quanuis cõditionem potestatiuam, qualis est illa, si decem dederit.vel Alexandriã adierit.Ita Ias.num.13.in l.si filius hæres.ff.de liber.& posthu. Guiliel.in d.c.Rainut.verbo, mortuo itaq;.el 2.num.206. Alex.in d.l.si filius qui patri.num.20.in prin.Alciat.tamen in d.l.si filius qui patri.nu.38.intellexit suitatem non tolli per talem conditionem, sed tantum suspendi.licet vt tollatur,& extinguatur, videantur tenere communiter doct. in locis suprà relatis in quæst. præcedenti.

Sed longè verior est Alciati sententia, quã & tenet Soci.in d.l.conditionibus pupillus.ff.de condi.& demonstra. per illum tex.ibi, iure potestatis.vbi suus hæres sub conditione potestatiua hæres scriptus fuit.& text.ait, ꝙ conditione impleta, statim ille suus quæsiuit hæreditatem, non quidem iure aditionis (nam per implementum conditionis potestatiuæ nunquàm inducitur aditio, vel immixtio. vt ibi.& l.1.ff.de condi. ca.da.) sed tantum iure potestatis, vel suitatis, quam constitit sublatam non fuisse, sed tantũ suspensam, & impeditam per talem conditionem potestatiuam appositam in institutione sui hæredis.ad idem le.fi. ff.de condi.insti.

211 Deinde suitas tollitur exhęredatione. † vt resoluit Alciat.in d.l.si filius qui patri.nu.33. Bened.in d.verbo.mortuo itaq;,el 2.nu.211.per Alex.in d.l.si filius qui patri. nu. 9.nu.& 20.in fi. Ang. in l.Papi.§.si ex causa. ff.de inof.testa.vbi contrariũ videtur tenere, vt non tollatur suitas exhæredatione.idem in l.si filius à patre.in prin.ff.de libe. & posth.Et Bar.in l.1.§. sciendũ.ff.de suis & legit. hære.expressim tenet, ꝙ tollatur suitas exhæredatione.per Socin. consi.75.nu.8.lib.3.idem cons.67.nu.10.lib.4.per Ias.in l. si qs posthumos.§.si filiũ nu.10.ff.de lib.& posthu.idẽ Ias. in l.qui se patris.nu.57.C.vnde lib.Bart.in l.2.§. sed si sint sui.ff.ad Tertul.per Soci.consi.35.nu.16.lib.4.per Ias.in l. si quis hæredẽ.col.2.C.de insti.& substi.Bald.& Isernia in capi. 1.§.1.episcopum vel abbatem. in feudis.Ias.in l.2.in fi.C.de posth.hære.inst.Soci.consi.12.nu.1.& 2.libr.3.idẽ consi.75.nu.3. lib.3. Sed opi. negatiua Angeli & sequacium, vt suitas exhæredatione suspendatur tantum, non ẽt tollatur, vt sic rescisso testamento quoquo modo filius fiat suus hæres patri ab intestato, probatur expresim in d.l.Papin.§.si ex causa.verb.suus,& in l.filium.§.sed cũ exhæredatio.ff.de contrà tab.& in l.filius à patre in pr. ff.de lib.& posthu.quæ iura apertiora sunt, q̃ vlla inductione egeant.

212 Et suitas non tollitur, licèt † filius renuntiet hæreditati paternæ. Cin.Bald.& Sali. in l.quidam elogio.C.de iure deliber. Guiliel.in d.verbo, mortuo itaq; el 2.nume.211. Quod intelligendum est, qñ post mortem patris renũtiauit.& ita etiam procedit l.fi.C.de repud.hær.nam & similiter per filij monachismũ nõ tolleretur suitas, vt ex communi opinione resoluit Guiliel. Benedict.in ca.Rainu.de testa.verb.si absq; liberis.2.num.88. Alciat.in l.si filius qui patri.ff.de vulg. nu.27.glo.in l. si ex causa.§.1.ff.de minor. Bal.in l.Deo nobis.per text.ibi.C.de episco.& cleric.Guilielmus de Cuneo,& Butrig.in l.si per text.ibi.C.eod.titu. Bal.in l.cum in adoptiuis.C.de adopt. Butrig. Bar.Bald.in auth.si qua mulier.C.de sacros. eccl.Bald.in l.apud hostes. C.de suis & legit.Bald. & Ange.in l.nepotes.ff.qui sunt sui vel ali.iur. Sunt enim nonnulla iura singularia, in quibus extra regulas iuris communis quis est in suitate, licèt non sit sub patris potestate, vt dictis locis docemur.

213 Et suitas tollitur renuntiatione † iurata. Alciat.nu.32. in l.si filius qui patri.ff.de vulga.per ca. quanuis.de pact.in 6.qui ait ita teneri per doct.in l.pactum.C.de coll.Sed cõtraria sententia nobis verior semper visa est, etenim renũtiatio paternæ hæreditatis, quæ viuo patre fieret citra iuramenti interuentum, nullius momenti foret l.si quando. §.illud.C.de inoffi.testa.l.fi.ff.de suis & leg. hær.l.pactum dotali.C.de collat.l.qui superstitis.ff.de acq.hær.licèt si fieret post mortem patris, sine dubio valeret l.si quando suprà alleg.§.fin.verum per interuentum iuramenti dispensatur, & admittitur talis renuntiatio paternæ hæreditatis facta viuo etiam patre.per d.ca.quanuis.vt sic renuntiatio facta viuo patre per interuentum iuramenti firma sit, non secus, q̃ si citra iuramẽtum post mortẽ patris fieret, sed licet post mortẽ patris fieret renuntiatio, non tolleretur, sed tantũ suspenderetur suitas.vt in l.fi.C.de rep. hær.vbi oẽs. & suprà sæpe diximus ergo lõgè minus tolletur suitas per renuntiationem factam cũ iuramento viuo patre, quæ nõ tam iure cõmuni, quàm quasi dispensatiuè toleratur, contrà regulam le.non dubium, in fin.C.de legi. Neq; ad rem pertinuit.di.ca.quanuis pactum. quia agnoscimus firmam esse renuntiationem per interuentum iuramenti, non secus, quàm firma est abstensio in terminis d.l.fin.C.de rep. hæred.sed tamen non per hoc sequitur, ꝙ suitas tollatur, quinimò vtrobiq; suitas conseruatur.

214 Suitas tollitur, si filius † sit ĩstitutus in re certa dato cohærede vniuersali.Ita Guiliel.Bened.in d.verbo, mortuo itaq; el.2.num.207.Bal. in l.apud hostes.C.de suis & legit. Ange.& Imol.in l.si filius qui patri.vbi Alex.nu.20.versi. 4.tollitur Bald.in l.quoties.col.2.C.de hære.instit.

Sed horũ op.nullo iure defendi potest, quinimò rectius dicetur suitatem suspendi duntaxat, non etiam perimi patet, quia heredi in re tantũ certa scripto tota hęreditas potest accrescere, si quando voluntate, vel impotentia heres ille vniuersalis non successerit l.1.§. si ex fundo, & l.si alte

rius

rius.ff.de hæred.insti.l.quoties. cum ibi notatis per glo.&
doct.C.eod.tit.quo casu non dubium est,quin filius ille in
re certa institutus, cui vniuersa hæreditas accreuit, totam
illam hæreditatem citra aditionem vel immistionem iure
suitatis acquireret,nec impedimento esset,ꝙ aliquo tem-
poris spatio suitas esset suspensa.arg.d.l. conditionibus pu
pillus.ff.de cond.& dem.& l.si.ff.de condi.inst.& d.l.filius
à patre.in princ.ff.de libe.& posthu.& l.Papin.§.si ex cau-
sa verb.suus.ff.de inoffic. testam.d.l.fin.C.de rep.hær.Er-
go constat tunc suitatē suspensam tantum videri,non etiā
extinctam, cum res extincta suscitari, aut renasci nō pos-
set l.inter stip.§.sacram.ff.de verb.oblig.l.qui res.§.aream
ff.de solut.§.1. Instit.de inut.stipula.

Deniq; suitas tollitur ex voluntate patrisfa.Ita Alcia.in
215 d.l.filius qui patri.ff.de vulga.nu.37.Sed sane hęc † opi.su-
specta est. Suitas enim, quæ ex patria potestate descendit,
nullibi vnquàm scriptū reperitur,ꝙ possit perimi per solā
patris voluntatē, vel per solā filij voluntatem, vel etiā per
mutuam vtriusq; voluntatem, nisi per certos modos, qui
enumerantur per titulum cum ibi notatis per gl. & doct.
Instit.quib.mod.ius patriæ potest. sol. Ideo filius emanci-
pari non potest,nisi de mutua voluntate tam sua,quàm pa
tris sui.gl.appr.in l.filijs matrem.C.de inoffi.testa. Bar.vbi
Ias.num.14.in l.quidam cùm filium.ff.de verb. oblig.facit
l.filiusfam.§.secundum vulg.ff.de leg.1.Nam si inter patrē
& filium conuenisset,vt filius esset extra patriam potesta-
tem,& extra suitatem, talem conuentionē puto non suf-
ficere ad patriā potestatem, & suitatē extinguendam,nisi
præterea interuenissent solennia,quæ in emācipatione de-
siderantur.vt per totū.C.de emancipa.libe.& §.præterea.
Insti.quib.mod.ius patrię potest sol. Simile in l.si accepto-
latum.ff.de acceptil.Simile in l. obligationū fere.§.placet.
ibi,nam quod semel deberi cœpit,certis modis deberi de-
sinit.ff.de act.& oblig.Simile in §.ex eo.Instit.quib.mod.
testa.infir.& l.militis codicillis.§.veteranus.ff.de milit.te-
sta.Ratio,quia nihil tam naturale, &c.l.nihil tam naturale
ff.de reg.iu.sed suitas & patria potestas non ex nuda patris
& filij voluntate nascuntur, ergo nec nuda voluntate tolli
poterunt, & cum ars imitetur naturā.§.minorē.Institu.de
adopt.l.adop.ff.eod.ergo,&c.Agnosco tamen, ꝙ opi.Al-
cia.est ex mente eorū oīum,qui (vt suprà retulimus)tenēt
suitatem tolli datione cohæredis,vel substituti. nam si ta-
citè tolli potest,multò magis expresim poterit.

216 Sed an tollatur suitas,quando filius petit † tēpus ad deli
berandum? Mouet quæstionem, ꝙ non solùm beneficiū
iuris deliberandi filijs concessum eorum suitatem ante-
quàm deducatur ad actum non tollit, sed etiam si ad actū
deducatur, quia filius petierit tempus ad deliberandū, ad-
huc suitas non tollitur secūdum Rom. quem refert Alex.
in d.l.cum antiquioribus.col.2. ad princ. argum.l.suū.iun-
cta l.licet.C.de iur.delib.& argum.l.3.ff.de milit.testa. In
contrarium tamen se habet cōis opi.secūdum eund.Alex.
quod putat verius. Nam ꝙ suitas per tale beneficium an-
tequam deducatur ad actum non tollatur,ideo est,quia si-
ue lex permittat abstinere, siue concordat ius deliberan-
di, per quod abstinere permittit,adhuc tamē nil disponit,
donec illa permisione, & facultate filius vtatur, & sic an-
tequàm ea vtat̄, firma remanet suitas, vt suprà dixi.post-
quam verò vsus est,quin tollatur,dubium non(inquit)est.
Nā vt antea authoritate legis ciuilis hęres factus fuit,ita &
modò authoritate legis ciuilis hæres eē desinit. vt notatur
in l.in substitutione. ff.de vulga.arg.§. sed naturalia.de iur.
nat.Instit.& l.omnes populi. de iusti. & iur.l.de quibus.ff.
de legi.l.nil tam naturale.de reg.iur.le.fi.ff.de acceptil.§.fi.
& §.item per acceptilationem.Instit. quib.mod.toll.obli.
Sed tu considera tria tempora. Nam aut sumus antequàm
filius petierit tempus ad deliberandum, postquàm tamen
à lege illius temporis petendi facultas concessa est, aut su-
mus postquàm filius illud tempus ad deliberādum petijt,
aut sumus postquàm illud tempus petijt, & virtute illius
temporis ad deliberandum, & per consequens ad repu-
diandum vel abstinendū cōcesit, abstinuit expresim in-
frà illud tempus,vel tacitè sinendo labi tēpus.iuxta le.quā-
diu.la vlt.cum glo.ff.de acq. hære. Primo tempore vel ca-
su,sine dubio per talem facultatem à lege ciuili datam non
tollitur suitas. Secundò casu, sine dubio suitas sublata est
per abstensionē,vel repu.virtute legis ciuilis factā.Tertio
aūt casu,puto ꝙ suitas non sit sublata. Nam licèt ego per
petitionem huius temporis velim consequi, & cōsecutus
sim facultatem abstinendi de iure ciuili, & consequenter
desinendi hæres esse, interim tn̄ donec illa facultate vsus
sim,non desino esse ipso iure mediante suitate hęres, cùm
ea quæ sunt in permisione & conditione,non sint in actu
(vt latè superius dixi.) Nec dicatur, ꝙ talis temporis peti-
tio non solū necesitatē, sed & suitatem tollit, quasi cùm
per prætorē esset iam necesitas sublata, nō vt non neces-
sitas iam sublata iterum & sic frustra tollatur, sed vt suitas
extinguatur facta sit. Nam respon. ꝙ imò talis petitio fit,
vt necesitas per prætorē iā sublata, iterū tollatur, nec per
hoc talis petitio erit frustratoria, nam cū antea necesitas
esset sublata de iure prætorio,modò etiā de iure ciuili sub-
lata erit,cū beneficium iuris delib.sit iuris ciuilis.d.le.cum
antiquioribus,& per totum.C.& ff.de iur.delibe.Effectus
erit,ꝙ postquàm vsus sim illa facultate.i.abstensione,alte
ro casu adhuc saltem nudo nomine hæres remanerem,al-
tero verò casu non remanerem(vt suprà latè dixi. Cū er-
go isto quinto casu suitas non sit sublata, remanet vt filius,
qui tempus ad deliberandum petijt, si antequàm tale tem
pus præterijsset, renūtiauerit iuri deliber.hæreditatē trā-
mittere posit ex potentia suitatis ad eundem infrà trigin-
ta annos.Quòd si prius decesit, q̃ iuri deliber. renuntias-
set,tunc adhuc hæres eius si infra tempus ad deliberādum
datum iuri delibe.renuntiasset, hæreditatem sibi ex potē-
tia suitatis trāsmissam infra annos triginta adire posset, vt
voluit Rom.quem refert Alex. in d.l.cum antiquioribus.
col.2.in prin.licèt contrarium expresim teneat Bart.in le.
ex militari.in fi.ff.de testa.mil.cum quo est communis op.
secundum Alex.in d.l. cum antiquioribus.col.1. Vnde te-
neo contra communem, quòd suitatem & transmisionis
habilitatem ex potentia suitatis non amittit filius, qui tem
pus ad deliberandum petiuit.

Deniq; generaliter tenendum est, vt eo quòd quis pe-
tat tempus ad deliberandum, nunquàm tollatur suitas.Nā
eam hoc casu tolli, nulla vnquàm lege probatur, & cōtra-
rium perēptoria ratione ostendi potest. Nam citra bene-
ficiū deliberandi constat hæredem testamētarium, vel le-
gitimum habere ad adeundē spatium vnius anni,vel cen-
tum dierum de iure prętorio,vel etiam triginta annorum
de iure ciuili. vt notatur per gl.& omnes in l.licet.C.de iu
re delib.per tex.gl.& omnes in l.1.C.qui admitti. Deinde
superuenit ius ciuile,quod infra annum concesit, vt deli-
berantes hæreditatem etiam non aditam transmitterēt l.
cum antiquioribus.C.de iure delibe.non enim induxit vt
hæres de iure ciuili (nā de illo loquitur illa lex) posset in-
fra annū hæreditatē adire, id enim etiam infra annos tri-
ginta poterat ante illam l.& postea, sed induxit, vt licet hę
reditatem non aditam antea prætextu deliberationis nul-
lus transmitteret,hodie infra annum transmittat. nō ergo
quò minus hæreditas nobis delata acquiratur & transmit-
tatur,sed quò magis ea lex facta fuit. ergo vt ante illam le-
gem suus hæreditatem non aditā iure suitatis statim post
mortem patris & acquirebat & transmittebat, ita & post
illam legē talem hæreditatē & acquirit & trāsmittit.Neq;
ad rem pertinet, ꝙ tempus ad deliberandum petierit suus,
idq; tempus transierit, nam per hoc suus esse non desinit.
Non enim illud tempus aut à lege concessum, aut ab ipso
petitum intelligitur,vt suus hæres esse desinat, vtq; absti-
nere sibi liceat(id enim antea licebat)sed & à lege conces-
sum, & ab ipso petitum fuit ad postulationem credito-
rum legatariorum,& similium,quo tēpore elapso,ius,po-
testasq; erit substitutis, vel coniunctis, vel fortè legitimis
totam hæreditatem occupare, non ꝙ ille non mero iure
suitatis

suitatis hæres videatur extitisse, sed ꝙ similis est abstinẽti. Vnde si reuera abstineret, non per hoc suus hæres esse desineret, sicq; posset abstensionem suam reuocare. per l. fi.C.de rep.hær.ita & longè facilius qui tempus ad deliberãdũ sibi assignatum præterire sinit, interea ꝙ substituti, vel coniuncti, vel cohæredes non occupant hereditatem, potest immiscere se hæreditati, quasi suus, cũ per hoc suitas non euanuerit. Nam postquàm cohæredes, vel substituti, vel creditores, vel legitimi hæredes eam hereditatem apprehendissent, non liceret huic filio, qui tempus ad deliberandum sibi assignatum præterire passus est, pœnitere, hereditatiq; iam in alios translatæ sese immiscere. Nam & similiter id non liceret filio expressim abstinenti etiam intra triennium ad reuocandam abstensionem à lege cõcessam, id enim re tantùm integra licet, non postquàm ea hereditas expressim vel tacitè omissa apud cõiunctos, vel substitutos, vel legitimos, vel cohæredes esse cœpit. vt traditur per tex. glo. & oẽs doct. in d.l.fi.C.de rep.hær. Quæ omnia nota, quia in contrarium se habet (& si non longè decipimur) communis sententia, vt plenè refert Alex. in d.l.cum antiquioribus. col.1.& 2.tenet in specie. Barto. in d.l.ex militari.§.fi.in fi.ff.de mil. test. sequitur eũ vno verbo Ias.in d.l.cum antiquioribus.col.1.in fi.

217 Illud autem non est prætermittendũ, suitatẽ † sublatam non videri ex eo, ꝙ filius vtatur beneficio abstinẽdi à prętore concesso. vt ex receptiore sententia tradit Alex. in d. l.cum antiquioribus.colũ.1.& 2.tradunt Ias. Paul.& Curt. Iun.post alios in l.qui se patris.C.vnde liberi.qua de re alibi plenius. licèt in contrarium faciat l. nam nec emancipatus.ff.de leg.1. & contrariũ teneat Ang.in d.l.cũ antiquioribus.in prin.motus, quia secundum eũ ius abstinendi cõpetit hodie etiam de iure ciuili, vnde qui iure suitatis extitit mero iure ciuili hæres, potest alio iure ciuili hæres esse desinere.gl.cõmuniter app.in l.in substitutione.ff.de vulg. Sed in cõtrarium se habet vera & communis sententia, vt ius abstinendi etiam hodie intelligatur de iure tantũ prætorio non etiam ciuili competere, vt præter suprà allegatos attigimus suprà. §.1.nu.5. Vnde licèt filius eo beneficio vsus abstineat, non desinit hæres mero iure, nec suitas sublata intelligitur, cùm prætor non possit facere quẽ hæredẽ esse desinere mero iure.§.quos aũt.Inst.de bon.poss.

Stat ergo ex superioribus, quòd suitas non tollitur, licèt filius institutus substitutũ vulgarem habuerit. hoc 1 contrà magis communem opi.

Nec tollitur, etiam si filius sit institutus sub hac conditione, si velit. hoc 2 contra magis communem sentẽtiam.

Nec tollitur per aliam conditionem potestatiuam, putà, si decem dederit, aut Capitolium ascenderit. hoc 3 cõtra receptiorem sententiam.

Nec tollitur exhæredatione. hoc 4 contra sententiam à plerisq; receptam.

Nec tollitur, licèt suus petat tempus ad deliberandum. hoc 5 contra magis communem opi.

Nec tollitur abstensione. hoc 6 contra sententiam plurimorum.

Nec tollitur, licèt pater expressim voluerit. hoc 7 contra Alciati & aliorum sententiam.

Nec tollitur renũtiatione iurata facta viuo patre, cuius de hæreditate agitur. hoc 8 contra sententiam Alciati.

Nec tollitur, licet filius sit institutus in certe re dato cohærede vniuersali. hoc 9 contra communem opi.

In plerisq; tamen horum casuum nonnulli scribentium nõ tam ineptè sentire, quàm ineptè loqui videntur. Quia dum suitatem per exhæredationem, vel per conditionẽ, si velit. vel per conditionem, si decem dederit. aut Capitoliũ ascenderit, & per abstẽsionem, & per petitionem tẽporis ad deliberandum, aut per renuntiationem iurata viuo patre factam, aut per institutionẽ factam in re certa dato cohærede vniuersali, dum inquam suitatem his casibus rectè sciteq; suspendi sentiunt, eam tolli ineptè dicunt.

218 Ergo ex superioribus in primis infertur, ꝙ † cum pater & filius vna eademq; persona reputentur. vt per text. vbi omnes in l.fin.C. de impub. quod secundum quosdam in filio tantum suo, non etiam in emãcipato procedit. vt per Ias.in l.in suis.nu.15.cum 12.seq.ff.de liber. & posthu.per Coras.in d.l.fin.num.7. id quidem secũdum nos in primis extenditur, vt procedat, etiam si is filius habuerit substitutum vulgarem, quia per hoc suitas nulla ex parte læditur. Secundò ampliatur, vt procedat, etiam si is filius sit institutus sub illa conditione, si velit, quia nec tunc suitas secundum nos læditur. Tertiò ampliatur, etiã si is filius sub alia quauis cõditione potestatiua institutus foret, qualis est illa, si decem dederit, aut Capitoliũ ascenderit. Quartò ampliatur, etiam si is filius fuerit exhæredatus. Quintò ampliatur, etiã si is filius à patris hæreditate abstinuerit. Sextò ampliatur, etiam si petierit tempus ad deliberandũ. Septimò ampliatur, etiam si patris viuentis hæreditati renũtiauerit. Octauò ampliatur, etiam si in re certa tantum institutus fuerit dato cohærede vniuersali. Nonò ampliatur, etiam si pater expressim declarauerit se velle filij suitatẽ tolli. Nam in omnibus his casibus, aut speciebus nouè intelligo, quòd filius & pater vna eademq; persona reputãtur, quasi suitas extincta minimè sit, licet in eorũ quibusdam suspensa possit videri per nostra suprà relata fundamenta. licèt in quibusdam horum casuum multi teneant suitatem tolli, quod omnes ferè videntur sentire, quos suprà retulimus communes sententias sequi, licet in specie nostrum casum nõ attigerint. Quod nota, quia nullus vnquàm congessit.

219 Deinde & principaliter dum † suitatem ex patria potestate regulariter descẽdere, nec posse regulariter extingui, nisi sublata primũ patria potestate edocti fuimus, ĩfertur, ꝙ cum stimum patris & stimum filij vnum idemq; reputetur. vt per glo.in l.2.C.qui ætate se excus.lib.10.latè Ias. in l.in suis.col.1.cũ seq. ff.de libe.& posthu. Coras.Con.& Curt.Iun.nu.9.in l.fin.C.de impub.id quod de filio in potestate non etiam de emancipato intelligendum est secũdum Ias.vbi suprà post alios. vnum idemq; stimũ esse desinere videretur, si filius à patre esset cũ cohærede extraneo ĩstitutus. Aut si datus ei esset substitutus vulgaris. Idẽ & tertiò, si sub illa cõditione, si vellet, esset hæres scriptus. Idem & 4. si sub alia quauis potestatiua conditione (putà, si decem dederit, vel in Capitolium ascenderit) esset hæres institutus. Idem & 5. si pater expressim iussisset suitatem filij sui extingui. Idem & 6 si filium exheredasset. Idem & 7 si cũ in re tantum certa dato cohærede vniuersali heredem fecisset. Idem & 8 si is filius expressim patris hereditate abstinuisset. Idem & 9 si petijsset tẽpus ad deliberandũ. Idem & 10 si filius patris viuentis hæreditati renũtiasset cũ iuramento. Nam in oĩbus his speciebus doctorum plerique; suprà relati existimant suitatem extingui. Nos aũt licèt in horum casuum nonnullis admiserimus suitatẽ suspendi, tamen in nullo eorum suitatem videri extinctam, aut sublatam contendimus. vt suprà docemur. quasi quãdiu superest patria potestas data gradꝰ prioritate suitas nũquàm perempta ex toto videatur: quin imò licet aliquando impediatur quo ad quosdam effectus, quo ad alios tamen suitatis effectus integra manebit.

220 Vnde nouè & eleganter infero, ꝙ † si filium exhæredaui, & nepotem ex eo hæredẽ scripsi, licet ipse nepos nõ etiã filius auo hæres videatur & suus hæres, sicq; filij suitas quo ad hoc cessare videatur, tamẽ suitas ipsius filij integra adhuc manet quo ad reliquos suitatis effectus, vnde is filius exhæredatus, qui per nepotem hæreditatem patris quæsiuit, poterit ab illa hereditate quasi suus abstinere. Ita intelligo l.qui in aliena.§. interdum.ff.de acqui.hær. Quin imò postquàm is filius abstinuerit, poterit iure suitatis suã abstensionem reuocare more suorũ heredũ, quod si suitas ex toto extincta esset, facere non posset. Ita nouè extendo & amplio.l.fi.C.de rep.hære.& d.§.interdũ.Patri.n.licèt permissum fuerit filium exhæredãdo, & nepotẽ ex eo hæredẽ instituẽdo iure. ff.filij suitatẽ lædere quo ad hoc, vt non

vt non per priùs & immediatè hæreditatem patris acquireret,sed demũ per posteriùs, & mediante persona nepotis,tamen nullibi vnquàm legitur, eidem patri testāti permissum fuisse huic filio adimere beneficium d.l.fi.& reliqua similia bene ·cia,& priuilegia suitatis, vt ex superioribus latè traditis planè euincitur.

221 Deinde etiã ex superioribus † colligitur, ꝙ cum filiusfa.viuo etiam patre dñs reputetur paternorum bonorum. vt per l.in suis.ff. de libe.& posthu.l.licet.§. paternos.ff.de verb.sig. certè is suitatis effectus filio adimi à patre expressim vel tacitè nõ poterit.Quod variè intelligitur. Primũ, ꝙ ei adimi non poterit per dationem cohęredis extranei. Deinde, ꝙ adimi non poterit datione substituti vulgaris. Tertiò idẽ in illa conditione, si velit. Quartò adimi non posse,licèt eũ sub alia quauis conditione potestatiua hęredẽ scribat.Quintò, ꝙ licèt filius viuo patre cũ iuramento eius hæreditati renuntiet,aut post mortem patris eius hęreditate abstineat, aut & 7 petat tempus ad deliberandum, aut & 8 fuerit à patre exhæredatus, aut institutus in re tantum certa dato cohærede vniuersali, aut pater iusserit,disposueritq; expresim suitatẽ tolli, adhuc tñ licèt secũdũ plurimorũ sententias suprà relatas dicendũ esset suitatẽ extingui, & per hoc filium videri nunquam fuisse dominũ paternorum bonorum dum pater viuebat,tñ secũdum nos in nullo horũ casuum is filius desinit videnti dominus bonorum paternorum etiam patre viuo, quia cõtendimus vitam aut mortẽ suitatis ex arbitrio aut dispositione tacita vel expressa patris non pendere nisi quo ad quosdã casus à lege expressos, & quo ad quosdã effectus.

222 Præterea ex nostris sententijs † suprà relatis principaliter infertur, ꝙ cum filiusfamilias facto suo vel patris nequeat separare à se suitatẽ, & ex vi suitatis etiã viuo patre dicatur habere possessionem rerũ paternarũ,quasi sola bonorum administratio ei defuisse videatur ad similitudinẽ pupillorum.vt per l.in suis.ff.de libe. & posthu. & alia iura contra receptiorem sententiam suprà ostendimus. planè hoc possessionis beneficium non videbitur sibi adimi per dationem cohæredis,nõ quoq; per dationẽ substituti, nec etiam per expressam exhæredationẽ, non quoq; per conditionem, si velit, appositã in eius institutione, nec etiam per aliam quanuis conditionem potestatiuam, nec etiã si pater expresim disposuerit suitatẽ filij perimi & tolli,nec etiam si pater filium in re tantũ certa dato cohærede vniuersali hæredem fecerit. Non quoq; ideo minus filius ille viuo patre videbitur fuisse possessor bonorũ paternorũ, ꝙ is filius postea patris hæreditate abstinuerit,aut etiã petierit tempus ad deliberandũ, vel fortè cum iuramẽto viuo patre eius successioni renuntiauerit, nam suitatẽ separari à filio non posse contẽdimus, nisi in casibus à lege nominatim expresis,inter quos illi non enumerantur.Licèt pleriq; scribentium,qui communes sententias tuentur,de quibus suprà mentionem habuimus,contrarium responderent, quia falsò opinãtur suitatem à filio in superioribus casibus separari posse facto tam patris quàm filij.

223 Præterea ĩfertur ex nostris † sentẽtijs suprà relatis. Scis ꝙ suus hæres nihil potest vsucapere titulo pro hærede l.2. §.filium.ff. pro hærede le.nihil.cum ibi notatis.C.eodem quod suprà attigimus. sanè facto patris vel etiam filij hoc suitatis beneficium ab ipso filio non poterit separari, non magis,q̃ reliqua suitatis beneficia,quæ ab ipso nõ posse separari contẽdimus,nisi in casibus,& effectibus à lege nominatim expresis. Vnde per dationem substituti, aut per cõditionem,si velit, appositam in filij institutione,aut per aliam quanuis conditionem potestatiuã, aut per expressam exhæredationem,aut per expressam etiã patris volũtatem, aut per institutionem filij factam in re tãtum certa dato cohærede vniuersali, nõ cessabit hoc legis præceptũ iubentis filium pro hęrede vsucapere nihil posse.Idemq; erit,etiam si filius abstinuerit, vel petierit tempus ad deliberandum,vel patris viuentis hæreditati renũtiauerit.Licet scribentium plurimos contrarium responsuros credẽdum sit,qui suitatem à filio separari posse facto tam patris quàm filij generaliter existimant.

224 Deniq; certum est testamẽ. factum à † patre inter suos hæredes valere,licet sit minus solenne,idq; speciali priuilegio suitatis l.fin.C.fam. hercisc. vbi tradunt omnes.notat Soci.in l.2.col.6.in princ.ff.de vulgar.idq; priuilegium, vt ex opinionibus nostris suprà relatis infertur, & docemur,nõ peribit per dationẽ substituti vulgaris.Non quoq; per conditionem, si velit, appositam in filij institutione. Nec etiam per quanuis aliam conditionem potestatiuam in eius institutione appositam.Non quoq; per expressam voluntatem patris filijs suitatẽ adimere volentis,idq; verbis expresis nuncupatim declarantis. Quinimò idem licèt id factis declararet,quale est expresim filium exhæredando.Nec etiam si filium in re certa hæredem scriberet, dato cohærede vniuersali. Quinimò nec id priuilegium periret facto ipsius filij ab hæreditate patris expresim abstinentis,vel etiam tempus ad deliberandum petentis, aut etiam viuo patre eius hæreditati futuræ cũ iuramento renuntiãtis. In omnibus enim his speciebus & similibus intelligo testamentũ minus solenne inter suos hæredes valiturum,integrumq; esse illud suitatis priuilegium.

Licèt retentis receptioribus sententijs,quæ his casibus volunt suitatem perimi, hunc quoq; suitatis effectum (vt inter suos hæredes testamentũ minus solenne valeat)cessare deberet,hodie tamen imperfectum testamentũ valet etiam inter alios descendentes, licèt sui non sint.per l.hac consultissima.§.ex imperfecto. C.de testa. per quam d.le. fin.fam. hercis. ampliata est secundum communiter doct. vtrobiq;. & notat Socin. vbi suprà.

225 Præterea certum est,ꝙ sui hęredes † viuo etiam eo,cuius de hæreditate agitur, dicuntur hæredes, licet regulariter contrà.vt l.qui superstitis.ff.de acq.hęred.l.nec nos.C. de capti.l.2.§.interdum.ff.de vulga.idq; priuilegium intelligo nõ amitti per dationem substituti vulgaris. & ita debere ampliari quod Bar. ait in l.Gallus.§.etiam si parente. nu.2.per Emanuel.de Acosta in d.l.Gallus.§.& quid si tãtùm.pag.167. Corn.nu.14.in l.3.C.de iure deliberã. Qua ratione hoc priuilegium minimè cessare intelligam per tacitam filij exhæredationem, quæ inducitur eo præterito. vt l.sicut certi.l.si cùm vel in vtero. C.de testam. Nec per expressam etiam exhæredationem.argu.l.Papinianus.§.si ex causa.verb.suus.ff.de inoffi.testa.l.filius à patre.in prin. ff.de libe.& posthu.Nec per expressam patrisfam.dispositionem suitatem adimere volentis.argum.glo.app.in l.filijs matrem.C.de inoffic.testam.dum patriam potestatem & suitatem non posse adimi firmat per solam patris volũtatem filium emancipare volentis. Nec id suitatis beneficium cessabit per conditionem, si velit, appositam in filij institutione.Nec per aliam quamuis cõditionem potestatiuam. Non quoq; licèt filius in re tantùm certa esset institutus dato cohærede vniuersali. Quinimò facto etiã ipsius filij expresim abstinentis, aut tempus ad deliberandum petentis, aut viuo patre eius successioni futuræ cum iuramento renuntiantis id suitatis beneficium non cessaret.Licèt secundum receptiores sentẽtias, quæ his casibus suitatem tolli putant, his omnibus etiam casibus cessaret hoc suitatis priuilegium.

Stat ergo ex superioribus,ꝙ ex vi suitatis & personarũ idẽtitatis filiusfamilias viuo patre dicitur dominus bonorum paternorum, & dicitur hæres patris, & dicitur etiam possessor bonorum paternorum. Vnde post mortẽ patris
226 citra vllã apprehensionẽ possessionis † intelligitur bo.paterna posidere.vt probat tex. in l.2.§.filiũ. vbi notat Bar. ff.pro hærede. Bald.in repet.legis.in suis col.3.ff.de liberis & posthum.Alexan.in l.cùm hæredes in princi. col.fin.ff. de acquirenda poss.Et similiter viuo patre,etiam si in fuga esset, ei acquireret possessionem cuiusq; rei.vt tenent Bar. & Aret.columna fin. nu.68.& Ias. nu.14.in l.1.§.per seruum qui in fuga.ff.de acq.poss.Nam & similiter etiam per monachũ fugitiuum acquiritur possessio monasterio. vt tenent

tenent Bart. Areti. & Ias. vbi suprà. & est communis opin. secundum Iaso. ibi. quasi hac in re monachus æquiparetur seruo, vel filio, prout vtilius est monasterio. vt resoluit Ias. vbi suprà, & infrà plenius docemur. Agnosco tamē quam plures tenere, ꝙ possessio per monachū fugitiuum nō acquiratur monasterio. & hác partem negatiuā dicit magis communem Aret. vbi suprà. Sed superior opin. verior est per d. §. per seruū quin fuga. iuncta æquiparatione de monacho ad seruum, vel filium, vt modò dicebamus. Et ista possessio sic acquisita vera est, licèt per modū fictū acquiratur. vt in simili docemur per Bar. in l. quod meo. in prin.
227 ff. de acq. poss. Vnde pro tali † possessione cōpetunt interdicta possessoria. vt per Decium consil. 84. Excellentissimi. col. 1. & 2. Ias. consil. 85. lib. 3. col. 2. est communis. vt resoluit Soci. in l. rem quæ nobis, nu. 13. q. 5. ff. de acq. poss. Nam & similiter cum iudex tradit possessionē alicui, per solum visum sine actu corporeo apprehēsionis ea possessio vera est, licet per actum ciuilem acquisita videatur. vt probatur in l. 1. §. si iusserim. & in l. quod meo. in princ. &
228 §. fin. ff. de acquirēd. poss. Et hoc casu quando † nuntius, qui me in possessionem mittere à iudice iussus fuerat, erat mecum in præsentia rei, licet corporaliter non me in rei possessionem induxerit, tamen per solum aspectum oculorum mihi acquiritur vera possessio per hunc modum, qui fictus est secundum quosdā: sed reuera fictus non est, sed verus is modus adquirendæ possessionis: quia sensus corporei sunt quinque, visus, odoratus, auditus, gustus, & tactus: nec video, possessio tradita per aspectum oculorū
229 cur nō tā verè tradita videatur, quàm si alius sensus † corporeus, putà tactus manuū, vel pedum interuenisset, argumento l. testium. C. de testib. & per dictum. §. si iusserim. in primo. 2. & 3. respon. & per legem. quod meo. §. si venditorem & l. quarundam primo 2. & 3. respon. ff. de acqui. poss. l. clauibus. ff. de contrahen. empt. ca. contingit. de dolo & cōtumacia. facit l. damni infecti. §. non solū. ff. de damno infecto. tenent Ioan. Andr. & Compostellanus in cap. transmissam. de electione. Anton. in c. 2. de consuetudine. sequitur & dicit communem opinionem Abb. in ca. cum aliquibus. nume. 10. de re iud. facit l. cum vnus. ff. de bon. authorita. iudi. possi. & l. fi. C. eodem.

Cōtrariam partem, vt per solum aspectum regulariter talis nuntius non transferat possessionem. tenet Bart. in l. 1. in princ. ff. de acqui. poss. col. fi. quem sequuntur Alex. ibi col. penu. & Ias. nu. 96. qui hanc dicit communem opinionem sequuntur ibi Cuman. Areti. & Roman. Paul. in l. non est mirum. ff. de pigno. actio. Ang. in l. cum vnus. §. fi. ff. de bon. authorita. iudi. possidentis. vbi etiam Bart. Bald. in d. l. non est mirum. Angel. in repetitione l. si quis vid. §. differentia. col. 6. Ange. & Imol. in l. 3. §. fin. ff. de acquiren. poss. Ant. in ca. cum venissent. de restitutione spolia. Antonius Imola & Felin. nu. 4. in d. c. cum aliquibus. qui hanc dicit communem opinionem. Alexan. consi. 83. Visa facti narratione. lib. 2. Ripa, qui hanc dicit communem opinionem in tractatu de peste. in priuilegijs contractuum. priuilegio. 19. numero 185. Negusantius de pignori. part. 3. membro 2. in princip. Barto. in l. si finita. §. illud quæritur. ff. de damno infecto. Specul. de primo & 2. decreto. §. iam de effectu. in princ.

Sed superior sententia. verior est per d. iura. Et ad l. 3. §. Neratius. ff. de acquir. possessione in qua nititur contraria opinio, responde, ꝙ ibi non interfuit vllus sensus corporeus videndi, audiendi, olfaciendi, vel tangendi, sed interfuit tantum animi destinatio, quæ ad corpus non pertinet. Cæterum si esset iustum impedimētum accedendi ad rē, tunc per solum aspectum transferri possessionem agnoscunt vtriusq; partis fautores. per d. §. illud quæritur. & per legem. quamuis. ff. de bo. autho. iudi. po.

Item intellige possessionē trāsferri non solum si vacua sit, quod omnes admittunt, sed etiā si sit occupata per reū condemnatum, quod similiter omnes admittunt, quando non erat tutus accessus ad rem: quòd si tutus esset, tunc secus secundum Bart. & sequaces. Sed secundum opinionem Abb. & aliorum, quos sequuti sumus, etiā si & possessio occupata esset à reo cōdemnato, & accessus ad rem tutus esset, adhuc per solum aspectum oculorum possessio per nuntium transferri posset, per fundamenta superius allegata.

230 Deniq; qui per talē † nuntium mittitur in poss. ex primo iudicis decreto intra annum in actione reali possidet reuocabiliter, post annū verò irreuocabiliter. Ista est cōmunis opinio legistarū vt firmat Negusantius de pignori. 3. parte. 2. membro. num. 6. in fin. versic. 6. Est communis opinio secundum Alex. in l. 3. §. fina. ff. de acquir. poss. & secundum Ias. ibi nu. 20. post Bar. ibi. Bart. in l. si priusqua. opposit. 9. part. 1. ff. de operis noui nuntia. per l. si quis emptionis. §. sed & si quis. C. de prescrip. 30. vel 40 annorum. & per d. l. 3. §. fina. & per cap. pastor. §. præterea. de officio ordi. Licet in contrarium se habeat communis opinio canonist. vt firmant Alex. Ias. & Negusanti. vbi suprà. Ange. & Roman. in d. l. 3. §. fin. glos. & docto. in capit. contingit. per text. ibi. de dolo & contumacia. Ioannes Andreas, & alij in cap. quoniam frequenter. §. in alijs. vt lite non contestata. text. in c. fi. in verbo, custodiæ causa de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandę. sicq; alterutra harum opin. in suo foro seruabitur.

231 Sed vtrāuis partem † elegeris, illud semper verum erit, quòd etiam infrà annum ille in possessionem missus licet detentationem tantum habere videretur, tamen illa detētatio iuris esset, non facti tantum nudi. Ista op. tenetur per omnes secundum Ias. nu. 86. in l. 1. in prin. ff. de acqui. poss. quod & tenet Alexan. ibi nume. 64. vbi Alex. & Imola, & Paul. idem tenent Dinus & Cinus in l. licet. C. de acq. poss. sentit Bal. ibidem. Licet contrarium teneat Guili. de Cuneo in d. l. licet. Rom. in d. l. 1. in princ. tenet detentationē esse iuris. Ang. in repe. l. si quis vid. §. differentia. & Paul. in le. peregrè. in princip. ff. de acquir. posses. per le. si finita. §. si quis metu. ff. de dam. infect. & l. 2. in prin. ff. pro hęrede. est communis secundum Gometi. in l. 45. Tauri. num. 15. & Barba. in addi. ad Bar. super num. 13. versi. quæro quid iuris de detentatione.

Contrariam partem, vt detentatio sit facti tantum non etiam iuris in terminis dicti. §. si quis metu. tenet Bar. in l. 1. in princ. num. 13. & ibi Ias. nu. 86. & rursus ibidem in nu. 36. sequitur Ripa ibi nu. 44. & Cuman. nume. 11. circa fin. Roma. ibi. nu. 12. per l. de vsu. ff. de vari. & extra. cogni. & l. Aquil. cum ibi notatis. ff. de donat. & per alia multa iura. vbi dantur remedia iuris pro recuperanda re, quam quis detentabat. & ibi Vicenti. nu. 81. cum plu. seq. vbi Crottus num. 53. & Ruinus num. 25. facit quod ait Bologni. in l. naturaliter §. nihil commune. nume. 12. ff. de acquirē. posses. Sed licet hæc pars non minus, quàm superior recepta sit, tamen illa longè verior est. Nam sensus eorum, qui hanc posteriorem partem tuētur est, vt sit differentia inter possessionem, & detentationem, quia illa iuris intelligatur esse, ista autem facti tantum, non etiam iuris. Et reuera cōtrarium est verius, vt data paritate terminorum vtraq; sit facti dum est in fieri. Nam & idem est in cōtractibus, qui dum fiunt, sunt facti, postea verò iuris esse intelliguntur l. consil. in princ. ff. de cura. fur. glo. app. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Sic ergo contractus, possessio, detentatio dum fiunt, & acquiruntur, facti sunt: quia per facti, aut animi interuentum fiunt & acquiruntur, postea verò iuris esse incipiunt, quasi in sui creatione sint facti, in sui autem effectu iuris esse videantur. Et ita si rectè inspiciantur, probāt iura ab vtriusq; partis fautoribus allegata.

Deniq; ꝙ per d. l. nihil. C. pro hærede. & d. l. 2. § filium. ff. eod. diximus, nempe suum hæredem titulo pro hærede non posse præscribere, quasi nullus nouus titulus, nullaq; noua possessio in eo reperiatur, sed magis pristina in eum continuetur, id quidem intelligitur, nisi ipse velit ex sua persona initium sumere præscribendi, & aliunde quàm à patre habuerit titulum. argu. tex. in l. an vitium. §. fin. ff. de diuersis

diuersis & temporalibus præscriptioni. notat Ias. in simili in l.Pomponius.§.cum quis.ff.de acq. poss.nu.20.& in simili per Alex.ibidem eod.nu.cũ seq. tunc enim non quasi successor patris pscriberet, sed quasi successor illius, à quo titulum habuit. Nam & similiter licet mala fides authoris noceat successori vniuersali l.vitia.C.de acq.poss.l.cũ hæres.ff.de diuer.præscrip. tamen hæres non impeditur præscribere, si titulum habuit ab alio tertiò secundum eosd. per d.l.an vitium.in fin.

232 Illud autẽ dubiũ † est, an licet hæres non habuerit titulum ab alio tertio, sed à solo defuncto, possit rẽ præscribere, si velit initium præscriptionis à se inchoare, licet defunctus habuisset malã fidem? Qua in re cõis opinio esse videtur, vt etiam si hæres velit à inchoare præscriptionem, adhuc tñ noceat ei mala fides authoris. Quod variè intelligitur. Primũ de iure ciuili.per d.l.vitia.d.le.an vitium.& auth.malæ fidei.C.de longi temporis præscrip. Secundò intelligitur etiã de iure canonico, quod cum mala fide nõ dispensat, sed potius auget prohibitionem, vt in c.vigilanti.& c.fi.de præscrip. Tertiò intelligitur vt procedat in successore vniuersali.per d.l.vitia.d.l.cum hæres. Quartò intelligitur etiam in successore singulari.auth.malæ fidei.supra alleg.auth.vt sponsalitia largitas.§.rursus. Quintò intelligitur vt procedat in præscriptione longi tẽporis. Sextò intelligitur etiam in præscriptione longissimi tẽporis. argum.dicti c.vigilanti.d.c.fi.de præscript. Septimò intelligitur, quando successor vult vti accessione temporis authoris sui.d.l.cum hæres. Octauò intelligitur, etiam si nolit vti tali temporis accessione. d.§. rursus.& d.auth.malæ fidei. Hæ oẽs conclusiones videntur cõiter receptæ.vt per Alex.nu.20.cum seq.& Ias.eod.nu. cum plu.seq.in d.§.cũ quis.post gl.Bar.Bal.Ang.Imol.Cuma.Paulũ, Are.Rom, & alios ibi.gl.in l.2.C.de vsucap.pro hærede.gl. in l.si ego. §.partus.ff.de publ.glo.in l.vitia.C.de acquir. posses.glo.in l.fi.C.commu.de vsucap.Soci.qui pulchrè loquitur consi. 203.lib.2.col.2.in fin.Anto.in d.c.si diligenti. vbi Imol.& Abb.Ioã.And.ad Specu.tit.de præscrip.§.fi.additione magna.Paul.in l.sequitur.§.hæres & in le.3.ff.de vsucap. facit quod tradit Abb.consi.110.Nitar in præsenti q.14.& cõsil.125.Facti contingentia.Roma.consi.201.Pro decisione.Alex.cons.84.In causa vertente. col.2.lib.2.& consi.3. Videtur inspectis.colum.pen.eod.lib.idem consi.89.Viso puncto.& cons.203.eod. lib.& in alijs pluribus relatis per Ias.vbi suprà.Couar.in c. possessor.de reg.iur.§.9.num.1. & nu.4.Feli.in d.c.si diligenti. col.9.Abb.in c.2.eod. tit.de præscrip.col.2.Balbus de præscr.2.par.3.partis princ.q.12. in 2.membro.Vincent.de Herculanis in d.§.cũ quis.colũ. pen.Crottus in d.§.cum quis.pen.charta. Abb.in d.c.si diligenti.col.8. & hanc esse communem sententiam testatur ipse Couar.vbi suprà nu.1.& rursus num.4.per Mainer.& Cagnol.in l.qui in alterius. de reg.iur.

Est tamen verum, quod Soci.in d. consi.203.lib.2. col. 2.cum duabus seq. tenet & firmat communiter teneri, ꝙ si hæres sit citra scientiam rei alienæ, & velit à se inchoare præscriptionem, tũc per annos triginta poterit præscribere, nec ei erit ĩpedimento mala fides sui auctoris. Quod ipse intelligit procedere primò de iure canonico. Secundò etiam de iure ciuili. Tertiò intelligit in successore singulari. Quartò intelligit etiam in successore vniuersali. Sicq; in his quatuor conclusionibus hæc posterior opinio Socini & communis aduersatur communi opinioni præcedenti. Ita Socin. vbi suprà.& Bald.in l.nihil.C.pro hærede.& ita sentit Barto.& Paulus, & Romanus in d.l.Pomponius.§. cum quis.& communiter alij ibi.secundum Socin.vbi suprà.Bal.in l.eum qui. §.in hac & in l. si ergo.§.pactus.ff.de publi.Ioannes Andr.in c.cum quis de reg.iuris in 6.Nam d.le. cùm hæres non procedit in præscriptione longissimi temporis vt est communis opinio.secundum Soci.vbi suprà nume.3. Imola in lege sequitur §. hæres.ff.de vsucap. per Maineri & Cagnol.numer.16. in l.qui in alterius.ff.de regulis iuris.

Quid dicendum? Et sanè hæc posterior opinio longè verior est, sicq; in his quatuor conclusionibus hanc posteriorem partem communem tuemur contra priorem, quæ

233 communis solet reputari. Moueor, quia † bona fides orta ex iniusta causa sufficit ad præscriptionem. gloss.cum qua omnes ibi transeunt in lege. 1.C.vbi causa status.cum qua est communis opinio.vt resoluunt Ias.in l.j.§.per seruum qui in fuga.num.6.ff.de acqui.posses. idem in l.clam possidere.col.penul.eod.titu.Alex.consi.127.col.3.lib.4.Emanuel de Acosta in l.3.C.de non nume. pecu.pagin.55.Nec dubium est, quin successor intelligatur habere iustã ignorantiæ causam vt testantur iura. c. is qui in ius de reg.iu.in 6.l.qui alterius.ff.eod.leg.verius.ff.de probat.Ergo si bona fides orta etiam ex iniusta causa sufficit & patrocinatur ad præscribendum, quantò magis sufficiet, quando oritur ex iusta ignorantiæ causa? qualis est in hærede, vt testãtur iura, Vnde cum præscriptio triginta annorum contingeret sine dubio eo casu, quo is successor nactus fuisset quoquo modo non vitioso possessionem illius rei, etiã si titulo careret secundum ius tam canonicum quàm ciuile le.sicut l. omnes.C.de præscrip.triginta annorum iuncto d.ca.vigilanti.& c.fi.de præscrip.& etiam si careret bona fide secũdum ius ciuile, licet non sic secundum ius canonicum, vt dictis iuribus. quantò magis in specie nostra non impeditur præscriptio, vbi adest bona fides, & iustus titulus pro hærede, vel pro legato, vel donato, vel pro emptore, & cætera id genus? Nec quenquam mouere debet d.authẽ. malæ fidei.& d.§.rursus.in quibus nititur cõtraria opi.Nã ibi successor non impeditur præscribere. quasi sit in ficta, vel præsumpta mala fide (vt non pauci falsò opinãtur) sed magis, quia pijssimis legislatoribus tempus viginti annorum nimis breue visum fuit, duobus cõcurrentibus: ꝙ & dominus rem suam alienari ignoraret: & alienans esset in mala fide.ita cantat d.§.rursus.vnde extrahitur d.authen. malæ fidei.Quod probatur apertius.Nam si dominus sciret rem suam alienari etiam à malæ fidei possessore, tunc annis viginti, hæres illius malæ fidei possessoris eam præscriberet.vt in d.auth.& in d.§.rursus. ergo in tali hærede non intelligitur esse mala fides ficta, vel præsumpta: nam si mala fides præsumeretur, vel fingeretur, nec per triginta annos contingeret præscriptio.d.c. vigilanti.& d.c.fi.ergo in terminis d.auth. præscriptio non tam propter malæ fidei interuentum præsumptum, vel fictum in persona successoris impeditur, quàm propter temporis breuitatẽ, quæ in vicennio esse intelligitur, concurrente mala fide alienãtis cum ignorãtia domini rei, qua de agitur. Ad l.cum hæ-

234 res.ff.de diuer.præscr.dic, ꝙ loquuntur † in præscr.viginti annorum, non triginta, quæ tunc inuenta non erat.vt ex communi opin.resoluunt Ias. in d.§.cum quis.col.penult. Soci.in d.consi.203.lib.2.colum.2.in fine, & præterea ibi successor volebat vti accessione sui prædecessoris.Et ꝙ ea præscriptio iure.ff.non esset cognita, firmat Couar.in d.§. 9.nu.4.glo.in l.Iulianus.ff.ex quib. cau.mai.gl. in l.qui occiderit ff.ad l.Aquil.Barto.in l.tutor qui repertorium.in fi. ff.de admi.tutorum.

Pro nobis facit efficax fundamentũ, quia licet ficta ma-

235 la fides † esset in successore, ea quidem iure canonico impedimento non esset præscriptioni, sed tantùm vera mala fides.vt resoluit Alex.post plures, quos ipse allegat in d.§. cum quis.num.22.vbi etiam Ias.num.21.cum seq.Couar. in d.§.9.num.4.Pro nobis fortissimè facit, quia iure canonico tunc demum ex fide bona vel mala impedimentum fit præscriptioni, quãdo ratione illius fidei, vel notitiæ inducitur peccatum in præscribente, vt non semel tantum, pluries expressum est in d.c.& d.c. vigilanti. sed dictũ legis generale restringitur per rationem specialem in ea expressam.Ista est vera & communis opi. quam tenent glo. in auth.de hær. ab.§.fi.verbo.ordinẽ, quam dicit vnicam Bal.in l.fi.ff.de hær.instit.idem Bald. in fin.C.de lib. præt. Alex.in l.cum mulier.colum.5.ff.solut.matrimonio. gl.in clementina.1.verbo, eligatur. de electione plenè per Ias. in l.re

in l.re coniunćti.nu.181.ff.de leg.3.Iaſ.in auth.quas actio. nu.22.C.de ſacroſan.eccl.Bald.ibi.col.2.Pau.in l.quanuis. C.de fideic. Cuman.in d.l.cum mulier.§.1.per text.ibi.ff. ſolu.matrimo.Geor.Nat.in c. quanuis.de pact.in 6.num. 32.Curti.Iuni.in l.humanitatis.per text.ibi.num.15.C.de impub.vbi Iaſ.nu.6.Alex.nu.5.Corn. nu.15.Purpur.in le. fi.C.de pact. num.23. vbi Curt.nu.9.Deci.nu.15.Iaſ.in l. ſtipulatio hoc modo.ff.de verbor.obligat.col.5.ad fin.nu. 12.Deci. conſil.372.nu.7. Fortun.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.colum.87.ff.de liber. & poſthum. Crottus in le.ſi conſtante.ff.ſolut.matri.lect.2. ſuper 6.quæſt.Bart.Iaſ.in l. tranſigere.nu.15.C.de tranſact.Ripa in l.nemo poteſt.nu. 50.ff.de lega.1.vbi Hannib.nu.249. Iaſ.in le.Marcellus.in princ.ad Treb.Couar.in c.Rainal.§.3.nu.6.de teſta. Dec. in auth.ex teſta.col.4.C. de collat.Iaſ.in l.de quibus.num. 14.ff.de legib.Tiraquel.de cauſ.ceſ. par.1.nu.135.cum ſequent.per legem.his ſolis.C.de reu.donatio.le.ſi fratres.§. idem Papin.ff.pro ſocio le.2.§. idem quoq;.& §.ſi duo.ff. de collat.bo.l.fin.ff.de hær.inſtituen. Vnde cum ius canonicum circa iſtam qualitatem bonæ fidei nihil nouauerit, niſi quãdo adeſt peccatũ ex parte præſcribentis, & in hęrede nullũ ſit peccatũ, ſupereſt, vt hæres poſsit pſcribere.

236 Deniq;, ſi rectè inſpexeris, vitia † realia deſcendunt in ſucceſſorem tam ſingularem.vt §.furtiuæ. Inſti.de vſucapió.quàm vniuerſalem.vt l. vitia.ff.de acquir. poſſ.vitium verò malæ fidei cũ ſit perſonale, non deſcendebat in ſucceſſorem l.1.cũ conc.C.de long.temp.præſ.quia ius & vitium perſonale extinguitur cum perſona.c. ius perſonale, de reg.iur.in 6.Fallit, quando ſucceſſor vult vti acceſsione temporis prædeceſſoris l. cum hæres.ff.de diu. præſ.nam illud tempus quaſi inhabile & non decurſum reputatur. Hæc omnia procedebant in præſcriptione rerum corporalium tantum, non etiam incorporalium, quarum præſcriptio eo tempore in vſu nõ erat. quod intellige quo ad iura,& actiones,vt eſt cõs opi.iam relata. Superuenit poſtea d.auth.malæ fidei. C.de long.temp.præſc.& authẽ.vt ſponſ.argu.§.rurſus.quę iura nouè induxerunt, vt cõcurrente mala fide alienantis in teſtamento, vel inter viuos cum ignorantia domini rei, de qua agebatur, tunc ſucceſſor rem corpoream illam non poſſet lõgo tempore præſcribere, ſed tantum longiſsimo tempore, & quidem illa iura nominatim loquuntur in re corporea,non in actionibus:ſicq; iurium veterum vel nouorum nullum vnquam inuenies, quod diſponat malam fidẽ authoris nocere ſucceſſori,niſi tantum in rebus corporeis, quę longo tempore præſcribuntur.In actionibus verò neq; vnquàm de iure ciuili, nec etiam de iure canonico inuenies, ꝙ mala fides authoris noceat ſucceſſori. Vnde ſi ſciebas te debere,& deceſsiſti me hærede relicto, & ego ignorem debitum, liberabor triginta annis per præſcriptionem tam de iure ciuili quàm canonico. Licet in vtroq; ſit communis opinio in contrarium, ſed nobiſcum eſt altera communis illi contraria,ſaltem de iure canonico.Sed nos idem etiam de iure ciuili. Nam miramur,cur doctores pro expedito putaſſent iure ciuili malam fidem authoris nocere ſucceſſori,qui acceſsione temporis authoris vti nolebat, cum id nullo iure vetere aut nouo inductum eſſet.

Retenta noſtra ſententia,Soci.eam extendit in d.cõſil. 203.lib.2.col.2.& 3.vt procedat etiam ſi per legem,vel ſtatutum vita actionum eſſet breuior facta,nam adhuc mala fides debitoris hæredi impedimento nõ eſſet quo minus præſcriberet, liberareturq; ab illo debito breuiore tempore,quàm quod à iure communi eſt ſtatutum.

Vnde non minus eleganter q̃ vtiliter reſpondere ſolemus, ꝙ cum per l.3.& 4.titu. de las præſcriptiones.lib.5.

237 ord.ſancitũ fuerit, vt decennio † tantum duret actio perſonalis,tunc ſi ſciebã me centum debere,& deceſsi te hęrede relicto, poteris decennio poſt mortẽ meã illo debito per præſcriptionem te liberare de iure regio. Quia cũ mala fides authoris non noceat ſucceſſori in actione paſsiua præſcribenda de iure communi,& per leges veteres leges nouæ interpretẽtur.vt in l.1.§.lex Falci.vbi Alex. & Vincent.ff.ad legem Falcidiam. Xuarez in l.quoniam in priorib.C.de inoffi.teſtam. in prin.ſuper l.regia ibi inſerta.Iaſ. colũ. penul.& ibi Alex.nu.22.cum ſeq.in l.Pomponius §. cum quis.ff.de acquir.hæred. ſupereſt, vt talis hæres præſcriptione per decennium iure regio liberetur ab illo debito, & actione non ſecus, quàm liberaretur per triginta annos de iure communi. Et alia multa circa intellectum d.l.3.& d.l.4.& l.63. Tauri vid.ſatis ingenioſè per Couar. in d.c.poſſeſſos.de reg. iur.in 6.§.11.in princ.

238 Inſertur ex noſtra ſententia, quæ habet † hæredẽ poſſe triginta annis præſcribere rẽ à defuncto mala fide poſſeſſam, ꝙ ſi is hæres ab alio tertio nactus eſt illius rei poſſeſsionem,tunc indubitanter eam præſcribet. per l.an vitium §.vltimo.ff.de diuerſ.præſcript. Quem text. ad hoc dicit ſingu.Aretin.in d.§.cum quis.& Couar. in d.§.9.nu. 5.Alex.conſi.181.libr.1.Iaſ.in d.§. cum quis num.21.vbi Alexã.nu.2.cum ſeq. id quod ſecundum noſtram ſententiam eſt indubitatum.

239 Vnde ſubinfertur, ꝙ hæres hæredis poterit † præſcribere rem à priore defuncto mala fide poſſeſſam,licet hęres prior eam præſcribere non poſſet, ſecundum cõmunem,quam ſuprà impugnauimus. Ita Crottus in d.§.cum quis.ad fin.& Couarr. vbi ſuprà. Sed quod aiunt priorem hæredem præſcribere nõ poſſe, id verum eſt longo tempore, longiſsimo autem poterit. Quòd autem ſubijciunt hæredem hæredi poſſe præſcribere, id longiſsimo tempore verum eſt, ſed & longo tempore idem eſſe contendunt ipſi,quaſi ficta,vel præſumpta mala fides, quæ eſt in primo hærede, non debeat nocere hæredi poſteriori.

Sed horũ ſententia vera non eſt, quia in terminis d.authen.malæ fidei.nõ ea ratione præſcriptio impeditur, ſed magis quia concurrente mala fide authoris cũ ignorantia domini rei de qua agitur, nimis breue tempus viſum fuit vicennij vt ſuprà oſtẽdimus. quæ ratio militat in hærede hæredis non ſecus,q̃ in primo hærede,ſicque vtroq; caſu regulæ prohibitiuæ ſtandum eſt. Ergo his caſibus præſcr. impeditur,nõ ex defectu bo.fid.ſed ex defectu temporis.

240 Proinde ꝙ ſucceſſor in dignitate, vel offi io † poſsit præſcribere rem à defuncto mala fide poſſeſſam etiã lõgo tẽpore.vt tenet & dicit cõiter teneri ipſe Couar. vbi ſuprà.in d. §.9.nu.6.Iaſ.in d.§.cum quis.col. pen. vbi etiam Alex.col.pen.vbi Vincent.& Crottus,Abb.& Feli. num. 23.in ca.de quarta. de præſcrip.Balb.de præſcr.in 2.par.3. partis princ.q.12.nu.6.id quidem vehementer ſuſpectum eſt,nec mihi vnquàm probabitur. Quia ꝙ rem à prædeceſſore mala fide poſſeſſam ſucceſſor non poſsit præſcribere propter tempus vicennale inductum fuit, data mala fide prædeceſſoris cum ignorantia domini rei de qua agitur:quæ ratio militat ex integro in ſucceſſore dignitatis, vel officij non ſecùs,quàm in hærede, vel in reliquis ſucceſſoribus ſingularibus,ſicq; viget prohibitio, de qua ĩ di. auth.malæ fidei & in d.auth.vt ſponſalitia largitas.§.rurſus & in d.l.cum hæres.& in d.l.an vitium. Nec verum eſt ꝙ ipſi putant prohibitionem illorum iurium inde effluxiſſe, ꝙ hæres repræſentet defunctum etiam quo ad malam fidem,& per hoc mala prædeceſſoris noceat ipſi hęredi nõ ſecus, quàm ſi in ipſomet hærede eſſet eadem mala fides. Nam id verũ nõ eſſe ſuprà oſtendimus,& probatur apertè. Nam mala fides authoris nocet ſucceſſori ſingulari nõ ſecus,quàm vniuerſali.vt d.auth.malæ fidei,& in d.§.rurſus & tamen conſtat ſucceſſorẽ ſingularem ex cauſa actus inter viuos authorem ſuum non repræſentare non magis quàm ſucceſſor in dignitate, vel officio ſuum prædeceſſorem repræſentat.

241 Redeundo ad ſuitatẽ,quã non tolli † datione ſubſtituti oſtendimus,& cum ſecundum quoſdam pupillaris fieri non poſsit niſi ſuis. argum.l.2.§.nepotibus.ff.de vulga.ita in ſpecie tenet Segura in le.cohæredi.§.cũ filiæ.ff.eod.cuius opi.retenta(eſt enim ſuſpecta, vt alibi docemur)inſertur ſecundum noſtras ſententias id priuilegium ſuitatis non

non cessare per dationem substituti vulgaris. Non quoq; per conditionem, si velit, appositã in filij institutione. Nã licèt filius habeat vulga.subst. aut sub tali cõditione fuerit institutus, aut sub alia quauis conditione potestatiua, aut fuerit institutus in re tantum certa dato cohęrede vniuersali, aut fuerit expresśim exhæredatus, aut verbis expresśim testator eius suitatẽ adimere voluerit, suitas adhuc integra manebit, eiq; pupillaris fieri poterit. Quinimò licèt ipse filius petierit tẽpus ad deliberandum, vel etiã expresśim patris hæreditate abstinuerit, aut viuo patre eius hæreditati futuræ renuntiasset, adhuc idem erit, vt suitas integra permanere intelligatur. Licet secũdum communes opi.quæ his casibus suitatem tolli existimant, contrarium in omnibus his speciebus respondendum esset.

242 Deniq; licet pupillaris non † pereat qñ patris hæreditati cum iuramento renuntiauit. vt in terminis c.quanuis. de pact.in 6.(intellige de pupillo doli capace, qui iuramẽto ligatur)tñ si is pupillaris viuo patre moriatur, tunc extinguitur tam pupillaris expressa(de qua non est dubitandum)q̃ etiam vulgaris tacita in ea comprehensa. Ita tenet Bart.in l.1.nu.32.col.9.versic. vlterius quæro.ff.de vulga. cuius opi.communis est secundum Soci.ibi nu.35.vbi Ripa.nu.167.versi.videamus.ait hanc esse communem opin. ibi firmasse non solum Soci.sed etiam Aretin. Ipse tamen Ripa firmat receptiorem sentẽtiam esse eorum, qui tenẽt tacitam vulgarem non extingui, licet filius impubes viuo patre moriatur, & hanc opi.solemus nos defendere. Non enim substitutio tacita vulg. comprehensa in expressa pupillari est accessoria ad pupillarem, tunc.n.extincta pupillari per mortem impuberis, tacita quoq; vulg.vtpote accessoria periret l.1.& 2.ff.de pecu. c.accessorium.de regul. iur.in 6.Sed licet sit tacita, tamẽ est æquè principalis ac ipsa pupillaris, licet in sui productione non tã verbis, quàm mente tantum, & sensu testatoris ex legis interpretatione facta fuerit. Et vt si testator pupillo ex asse aut ex parte instituto. Titiũ ita substituisset, si ĩpubes hæres nõ erit, vel hæres, erit & in pupillari ætate decesserit substituo. tũc pupillo viuo patre moriente, substitutus ex expressa vulgari admitteretur: ita quoq; etiam si non duplex substitutio facta fuit verbaliter, sed tãtum simplex: tñ quia ex legis interpretatione mentaliter vtraq; substitutio facta intelligitur, substitutus admittitur. Ita cantat le.iam hoc iure.ff.de vulga.l.2.& le.quanuis.C.de impub. dum aiunt in vtrunq; casum factum videri substitutionem. Ita etiam cãtat text. in prin.Instit.de pupill.& in le.1.ff.de vulgar.l.Lucius.eo. tit.dum aiunt pupillarem substitutionem duplicem esse.

Vnde per eadem fundamẽta veriorẽ esse apparet illam cõem opi.modernorum, quam tenent Alex.in l.1.in prin. ff.de vulg.colũ.antepen.nu.42.& Alcia.ibi nu.92.q.fin.& Soc.nu.59.Guil.de Cuneo in l.precibus C.de impuberum q.5.in materia vulg. subst.Bald. in l.fin.C.de instit.& substit.& Imol.in c. Rainut.de testa. in materia vulg. subst.& Pau.in l.cohæredi.§.cum filię.ff.de vulg.Cinus in d.l.pre-
243 cibus q.5.aiũt enim ꝙ si impuberẽ, cui pupillariter † substitui, emancipaui, non extinguitur tacita vulgaris per interuentum pupillaris subintellectæ. Cum enim facta pupillari, etiam vulgaris facta intelligatur, & vterq; casus tã vulgaris quàm pupillaris prouisus videatur, vt sic nõ simplex substitutio, id est vulgaris tantum, sed duplex substi. id est tã vulgaris quàm pupillaris facta videatur, superest, vt extincta pupillari per impuberis emancipationẽ, vulgaris illa subintellecta & mentaliter facta integra supersit, vt probant iura proximè adducta. Licet contrarium teneant & malè Bar.in d.l.1.ff.de vulg.colũ.fin.nu.55.& ibi Ripa.nu.222.& Ias.nu.69.post Raineri.Guil.Cinum, Alberi.& alios, quos ibi refert Ripa, quorum opin.communem esse fatetur Alciat. ibi nu.92. Vnde similiter subin-
244 fertur decisio illius quęstionis, an per aduentum † pubertatis extinguatur tacita vulgaris in expressa pupillari subintellecta non secus, quàm ipsa pupillaris perimitur. Qua in re communis opi.est, ꝙ vtraq; regulariter extinguatur, nisi in casibus vt testatur Ripa in d.l.1.ff.de vulga.nu.225. tenet ibi Bart.nu.56.col.fin.post Dinum, Guiliel.& Raine.quos ipse refert.disputant ibi Alex. nu.43.col.pen.Soc. nu.60.Alciat.nu.92.Sed tu considera quatuor casus. Primus, quãdo pupillaris fit citra vllam temporis præfinitionem, putà, Filio meo impuberi Titium substituo. Secundus casus, quando comprehenditur longius tempus, q̃ pupillaris ætatis, putà, Si filius infra 25 annum decesserit, Titius ei hæres esto, quo casu ex legis interpretatione & dispositione ea substitutio reducitur & coangustatur ad pupillarem ætatem. Tertius casus, quando tempus ipsius pupillaris ætatis fuit expressum, putà, Si impubes infra 14 annum decesserit, Titius ei hæres esto. Vltimus casus, quando breuius tempus fuit expressum, putà, Si decesserit infra decimum annum. Primo casu Bart. & omnes intelligunt & rectè, per aduentum pubertatis, vulgarem subintellectã non extingui, quasi duplex substitutio sit, quarũ altera perempta, altera integra mansit. Tertiò casu Bar.& communiter docto.secundum Ripam vbi suprà tenent vulgarem quoq; extingui. Sed communis opi. modernorum hodie in contrariũ esse videtur, vt vulgaris hoc casu integra mãsit non secus, q̃ superiore casu. Ita tenent Alex.vbi suprà. Alciat.Ripa, & Soci.vbi suprà, post Imolam in ca.Rainutius, in materia vulgaris substit. Mouentur, quia expresśio eius, quod tacitè inest, nihil operatur l.3.ff.de lega.1.l.non rectè. de fidei.C.sed tempus pupillaris ætatis tacitè inerat à lege, ergo quando id tempus exprimitur, perinde est, ac si expressum esset nihil, sicq; idem, quod in casu superiore. In secundo casu, qñ maius tẽpus q̃ pupillaris ætatis expressum esset, tunc similiter Bart.& cõiter doctor.volunt vulgarem non perimi. estq; communis opin.secundũ Ripam in d.l.1.nu.227. Vltimo casu, quando pupillaris fit cũ præfinitione minoris temporis q̃ pupillaris ætatis, puta, Si decesserit infra annos decem. Barto.& Alex.& Soci.& alij communiter vbi suprà. tenent extinctam videri pupillarẽ pariter & vulgarem. per l.si ita quis, & l.qui plures liberos in princ.& l.ex facto.§.Item quæro.ff.de vulga. Sed Ripa & Alciat.vbi suprà contrarium sentire videntur, dum generaliter negãt vulgarẽ per aduentum pubertatis perimi. Et hoc puto verius per superiora iura: nam in specie proposita perinde erit, ac si testator dixisset, Si impubes hęres non erit, aut hæres erit, & infrà annum decimum decesserit, Titius hæres esto. quo casu si post mortem patris impubes ille postquàm hæres patri extitit, iure ĩmistionis decederet post annum decimum, tunc vulgaris euanuit per aditionem l.post aditam.C.de impuberum. & etiã pupillaris euanuit per aduentum pubertatis, quæ tũc decennio concluditur. Verùm si impubes ille etiam post decẽnium patris hæreditate abstinuisset, tunc nouè interpretor substitutũ ex vulgari admittẽdum, quasi tunc per aduentum pubertatis, quę eo casu decennio concluditur, vulgaris illa subintellecta extincta non videatur non magis, q̃ si in pupillari fuisset expressum tempus 14 annorũ, quo casu secundum veriorem sententiam suprà ostendimus, ꝙ si filius abstineret post annũ 14 ex vulgari subintellecta admitteretur substitutus, tenuit Barto.num.40.in d.l.1.ff.de vulg. Et ad d.l.si ita quis.cum similibus.responde, ꝙ reuera procedunt & loquuntur, quando impubes extitit hęres & decesśit post annum decimum, quo casu substitutus nõ admittitur ex vulgari, quia expirauit per aditionem hęreditatis.ad d.l.post aditã.nec ex pupillari, quia decesśit post tempus in illa pupillari comprehensum. Et est ipsa veritas à reliquis non sic præuisa, aut saltem non sic declarata.

Deniq; ex superioribus principaliter infertur (retenta
245 nostra sententia, quæ habet suitatem † non tolli volũtate patris vel filij, nisi in casibus, & per modos à lege designatos) ꝙ cum dominium ipso iure post mortem cõtinuetur in suos hæredes, sanè continuabitur, etiam si pater eis dederit substitutũ vulgarẽ, vel etiam si eos in re tãtum certa hæredes scripserit, dato cohærede vniuersali, vel si eos hæredes scripserit sub illa conditione, si velit, vel etiã sub alia quauis

quauis cōditione potestatiua, vel si eos expresim exhęredauerit, exhęredatioq; quauis ratione euanuerit, vel etiā si nominatim paterfa. declarauerit vellet se suitatē perimi. Quinimò etiam si ipse filius petierit tempus ad deliberandū, vel expresim abstinuerit, vel fortè viuo patre eius futuræ successioni renuntiauerit, adhuc tamen in omnibus his casibus & similibus magis est vt posit in eos ipso iure continuari dominium post mortem patris ex vi suitatis, quæ licet horum casuum in quibusdam suspendatur, putà posita exhæredatione, vel conditione, vel renūtiatione, tamen in nullo istorum casuū ex toto perimitur suitas, sicq; in omnibus dictis casibus licet dominium non semper cōtinuetur, tamen dominium semper possibile est posse continuari, vt ex superioribus planè colligitur. Licet cōtrariū responderent, qui communes sententias tuentur, dum putant his casibus suitatem extingui.

Præterea ex nostris sententijs etiam infertur notabilis ampliatio ad illud beneficiū suitatis, scilicet, quòd vbi est
246 suus † hæres, ibi non sit hæreditas iacens, vt tenuit gl. in l. cum hæreditas, C. de positi. quę singularis est secundū Ias. in l. in suis. nume. 10. per text. ibi. ff. de liberis & posthum. eand. glo. dicit singul. Ias. num. 5. in l. si filius qui patri. ff. de vulga. nam illud priuilegium & speciale procedit, etiam si filius haberet substitutum vulgarem. Secundò ampliatur, etiā si filius fuisset exhæredatus, eaq; exhęredatio euanuisset, arg. l. filiū, §. sed cū exhæredatio, ff. de cōtra tab. l. filius à patre. in pr. ff. de lib. & posth. l. Papin. §. si ex causa. verb. suus, ff. de hæred. insti. Tertiò etiā si paterf. expresim declararet velle se suitatē adimere. Quartò ēt si filiū sub conditione potestatiua hæredē scriberet, eaq; viuo patre impleta esset vt potest, per l. 2. ff. de condit. & demon. Nā cū his casibus secundū nos non extinguatur suitas, euenit, vt hæreditas iacēs nō videatur, sed & si filius viuo patre eius hæreditati futuræ cum iuramento renuntiasset, deinde pater intestatus decederet, adhuc idem esset, licet fortè is filius cui mero iure suitatis hæreditas patris quæsita esset, pacti iurati exceptione submoueretur ab patris successione. Quod nota, quia inspecta communi sententia existimantiū his casib. suitatem tolli contrarium respondendū esset.
247 Quod autem diximus de filio, qui viuo patre cum iuramento eius successioni futurę† renuntiat, intelligendū est procedere, etiam quo ad legitimam, nam per talium renūtiationem iuratam filio fit præiudicium etiā in legitima, à qua etiam excluditur non secus quā à reliqua parte bonorum. vt est communis opinio, quam tenent Ias. col. 3. in l. si quando. §. fi. C. de inofficioso testamento. idem consil. 207. In præsenti consultatione. lib. 2. col. 3. Dec. con. 180. Visa renuntiatione. col. 4. & hanc dicit communem Tiraq. in l. si vnquam. in præfatione. num. 144. vers. sed quoniam. C. de reuocan. donatio. Licet contrariam opin. vt talis renuntiatio etiam iurata non præiudicet in legitima teneat, & firmet communiter teneri Boerius decisione 3. num. 10. Sed prior opin. longe verior est per generalitatē, c. 2. de pact. in 6. & quia legitima est pars hæreditatis l. si quis in suo. in princip. C. de inofficioso testament. l. parentibus l. cum queritur. & auth. nouissima. eodem titulo l. Papinian. §. quarta autem. & l. si non mortis, eodem titulo. Qui autem hęreditati simpliciter renuntiat, is vniuersę hęreditati, nihilo dempto, renuntiasse videtur. argument. l. Iulianus, & l. coniunctim. ff. de legatis tertio, l. 1. §. interdū verb. totius l. inde Neratius, verb. in solidū. ff. de vsufru. accresc. l. Mæuio. in princ. verbo, totus. ff. de leg. 2. l. si quis cū totum. ff. de excep. rei iudic. ergo &c.

Deinde & principaliter infertur ex nostra sentētia, qui
248 tuemur suitatem non tolli nisi in† casibus & modis à lege expresis, quòd cum certum sit suis hęredibus citra hæreditatis aditionem, vel immistionem acquiri hæreditatem. vt in l. prima. §. qui sunt in potestate. ff. si quis omissa cau. testamen. quod tam ex testamento contingit, quàm ab intestato. vt §. sui. Institut. de hæred. ab intesta. §. sui. Institu. ff. de hæred. qua. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquirēda hæreditate. quod id secundum nos amplietur vt procedat, etiam si filius habuerit substitutum vulgarem. Secundò, etiam si is filius in re tantum certa dato etiam cohærede vniuersali scriptus fuerit, quo casu iure suitatis simul ac cohęres vniuersalis repudiauerit, quærit sine aditione patris hæreditatem. Tertiò, quòd idem erit, si sub conditione, si velit, aut sub alia conditione potestatiua fuerit institutus, nam impleta conditione, statim hæres fiet sine aditione. quod non esset in extraneis lege prima. ff. de conditione. cau. da. iuncta lege conditionibus pupillus. ff. de conditione & demonstratione. Quintò idem, si esset à patre exhæredatus, nam rescissa exhæredatione quoquo modo suus heres fieret sine aditione. l. filius à patre, in princi. ff. de liberis & posthumis l. Papinian. §. si ex causa. verb. suus. ff. de inofficio. testamen. Sextò idem etiam si pater expressis verbis ei suitatem voluisset adimere, nam etiā tunc patre inuito iure suitatis sine vlla aditione hæres fieret. Septimò idem, etiam si viuo patre eius futurę successioni renuntiasset cum iuramento, nam & tunc si à patre institutus foret, sine aditione eius hæreditatem acquireret, quasi suitas his casibus integra manserit. Cuius contrarium respondendum esset, inspectis receptioribus sententijs tenētium his casibus suitatem extingui, vt supra admonuimus, vnde fundamenta istorum petenda sunt.

249 Illud autem quęri potest, an cum† monachus quo ad acquirendum exæquetur filio, non seruo, nisi quādo, vt seruo exęquetur vtilius est monasterio. vt planè resoluit Ias. in l. 1. §. per seruum qui in fuga. num. 14. ff. de acquir. poss. an tunc patris hæreditas filio monacho citra aditionē ipso iure quęratur, vt sic ius immiscendi, vel abstinendi resideat penes ipsum filium, an fortè penes monasterium? Et hac in re sunt tres inspectiones. Prima, an hęreditas monacho delata, deferri videatur ipsi monacho, an vero ipsi monasterio etiam immediatè delata intelligatur. Altera inspectio, an monachus posit inuitus cogi adire. Vltima inspectio, an si monachus ante aditam hæreditatem decedat ius adeundi transmittatur ad monasterium. Et in his tribus speciebus communis opinio canonistarum esse videtur affirmatiua, vt ea hæreditas monasterio immediatè delata intelligatur, vnde monasterium poterit eam adire, vel compellere monachum vt eam adeat, & consequenter monacho moriente ante aditam hæreditatē ius adeundi ad monasterium transmittitur, vel (vt rectius loquar) penes monasterium semper resedisse videbitur. Ita tenent Inno. & Io. And. in c. in presentia. de probation. vbi Anto. & Abb. Imo. in l. si paterfa. ff. de hæred. institu. idem in l. 1. ff. de vulga. Franciscus de Ramponis, & Paulus Castren. in l. cū proponas. C. de hęred. institut. Paul. in l. legatum. ff. de legat. 1. Franciscus de Ramponis in l. post aditam. C. de impuberum. qua de re per Bart. in l. 1. nu. 20. cum tribus sequentibus. ff. de vulg. vbi plenè per Socin. num. 19. & Ias. nu. 42. cum sequent. & Ripa numero 150. cum pluribus sequen. & Alex. numero 21. cum pluribus sequent. Gulielm. Benedictus in ca. Rainutius de testament. in verbo, si absque liberis. el. 2. numero 80. in materia vulg. substitut. Couarru. in cap. primo numero 21. de testament. Cinus in lege Deo nobis. C. de episcopis & clericis. Bal. consilio 494. li. 5. Corne. consi. 88. columna secunda libro 2. Socin. consilio 52. libro 4. Alciatus in dicta lege prima ff. de vulg. numero 52. cum pluribus sequen. & est communis opin. Canonistarum secundum Alexandrū in dicta lege prima. ff. de vulg. nu. 23. quod & firmat Alciat. ibi, dicens communiter receptum, nu. 52. & hanc dicunt communem canonistarum Couarru. vbi suprà. & Benedict. & Ripa, & Ias. vbi supra tenet Bal. in l. 1. q. 10. C. qui admitti. Bald. Francisc. Tigri, & Cinus, in d. l. Deo nobis. Ang. in l. Pap. in princip. ff. de inoffic. testam. & est communis secundum Cor. in d. consi. 88.

Contrariam partem tenent communiter legistæ. vt testatur Soc. in d. l. 1. ff. de vul. nu. 20. ver. circa primū. vbi Ripa, nu. 152. sentiūt Iac. de Are. & Bar. n. 24. & Ang. in d. l. 1.

sentit Bar.in l.3.ff.de conditione furtiua,idē in l.inde Neratius,ff.ad leg.Aquil.& in l.tutor.ff.de bo.poss.& in puncto iuris sequitur Imol.in l.si paterf.ff.de hæred.insti.& in
250 c.Rainu.de testame. & est de mente eorū,qui † tenēt monachū seruo equiparari quo ad acquisitionē,quales sunt Inno.in c.cū olim,de priuilegijs.Bart.in l.1.ff.de stipul.seruorū,& in l.cū hæredes,in pr.de acq.poss.Bar.Bal.Fulg.in l.j. in pr.C.de bo.quæ lib.Bal.in l.3.C.de hær.insti.Bal.& Roman.in l.1.C.qui admitti.Bar.in l.Deo nobis.C.de episco.& cler.Specul.de statu monachorū,versi. Octauò quæritur,Bal.in l.ex repudiatione,C.de fideic.Ang.in l.Papin.in pr.ff.de inof.test.Roma.in l.is qui heres,in fi.ff.de acq.hęr.& est cōis opi.secundum Couar.nu.21.in c.1.de testa. & secundū Alcia.nu.53.in l.1.ff.de vulg.vbi per Alex.nu.21. Licet alibi doct.cōiter teneant monachū filiof.æquiparari quo ad acquirendū,vt quemadmodū per filium patri acquiritur,ita quoq; per monachū adquiratur monasterio. Ista est cōis opi.vt resoluit Ias.nu.13.in l.1.§, per seruum qui in fuga,ff.de acq.poss.Bart.Ang.& Imo.ibi.Sed vtraq; opi.saluari potest. Nam quod monachus æquiparetur seruo, verum est,& procedit quo ad effectum acquisitionis,quia plenior acquisitio contingit per seruū domino,& per monachum monasterio,quā per filium patri,quia illo casu acquiritur tam proprietas,quā vsusfructus,isto autē casu solus vsusfructus,vt in l.1.per totum,C.de bo.mater l. cum oportet,l.fi.C.de bo.quę libe.Cæterum quo ad modū acquirendi magis est vt monachus æquiparetur filio, quàm seruo,quia hæreditas seruo delata,seruo inuito nobis non adquiritur l.3.C.de hær.insti.Non sic est in filiof.nā hæreditas ei delata se etiā inuito patri acquiritur, vt in l.fi.in pr.C.de bo.quæ lib. sicq; monachus æquiparatur vel seruo, vel filio,prout monasterio vtilius est, vt in specie velut cōmuniter receptū tradunt Roman.in l.is qui hæres, §.fi.ff. de acq.hær.Alex.in d.§.per seruum qui in fuga, col.fi.vbi Ias.nu.14.Bald.in l.1.C.qui admitti.Alex.nu.21.cū seque. in l.1.ff.de vulga.Vnde quantum ad acquiren. posses.cōis opi.est,vt monachus ęquiparetur filio secundum Ias.post alios in d.§. per seruum qui in fuga.nu. 14. licet vt quo ad acq.poss.æquiparetur monachus seruo,& non filio teneāt Iaco.de Bello.& Ang.in §.monachus,in auth.de sanctiss. epis.cum quibus est communis opi.secundum Aret.in d.§ per seruum qui in fuga,circa finem.

Quid dicendum? Et quidem pro communi opi.canonistarum facit text.in c.nolo.& in c.non dicatis,12. q.1.& in c.si religiosus,de electione,in 6.& in auth.de monachis §.illud quoq; decernimus,& in cap.statutum.18.quæst.1. & in cap.fi.18.q.fin.facit text.in cap.requisisti.de testa. iuncta l.cum aliquis,C.de iure delibe.vbi relictum monacho, censetur relictum contēplatione monasterij,quo casu etiā seruus adire hęreditatē cogeretur,vt d.l.cum aliquis.Quin imò pręceptum domini, vel monasterij, seu abbatis pro compulsione effectuali hoc casu haberetur,arg.legis non iustam,C.ad Trebell. vbi pręceptum de adeundo factum à iudice hæredi scripto,habetur pro hæreditatis aditione. Vnde similiter quando seruus contemplatione domini hęres instituitur,vel monachus contemplatione monasterij, tunc iussus de adeundo factus à domino,vel abbate, haberi debet pro hæreditatis aditione,estq; nouū, & stringens fundamētū.Facit,quia cum monachi voluntas nulla sit,vt dictis iuribus probatur,ius adeundi videtur residere penes eius administratorem,& sic penes monasterium, nam & similiter bo.poss.furioso delatam curator agnoscere potest l.1.in primo responso,ff.de bon.poss.furioso,& infanti cōpetente,& bon.posses.infanti delatam tutor agnoscere potest,d.l.1.2.respon.cum ibi notatis,& bon.poss.filio infanti delatam eadē ratione pater agnoscere potest l. si infanti, C.de iure deliber.Sicq; quoties hęreditas defertur ei,cuius voluntas nulla est, ius adeundi transfertur in eius administratorem,vt d.iuribus,sed talis est abbas respectu monachi,ergo ius adeundi penes abbatem quasi monachi administratorem,non penes ipsum monachum residere debet facit cap.vidua 20.q.1.Nec me mouet tex.in c.Deo nobis §.hoc etiam cognitum,C.de episc.& cleric. Nam ibi dicitur monachum vocari ad legitimam successionem, non tamen negat,quin eam hæreditatem monacho delatā possit abbas agnoscere,vel possit monacho pcipere,vt adeat, quo reluctāte,ipsum pręceptum pro aditione erit, vt per exempla similia suprà ostendimus.Vnde iustior,& vtilior esse videtur communis opi.canonistarum, quàm communis opin. legistarum ei aduersa in omnibus his tribus spe-
251 ciebus.Primò, vt hæreditas † monacho delata possit per abbatem adiri viuo monacho.Secundò, vt abbas possit si malit ei præcipere vt adeat,quod præceptum illo reluctante pro aditione erit Tertiò,vt si monachus hæreditate nō adita decesserit,ius adeūdi sit penes monasteriū, vel quasi transmissum,vel quasi ab initio monasterio delatum.Verùm his casibus teneo opin.communem legistarum contra communem opin.canonistarum, vt hęreditas monasterio acquisita videatur,nō recta via, sed mediante persona monachi. Nā & legati seruo relicti adeundi potestas licet iure digestorū esset penes dominum, tamen ei adquiri videbatur mediante persona serui l.legatum,cum ibi notatis.ff.de leg.j.Et similiter legatum filiofam.relictum pater agnoscere poterat l.filiofam.ff.de cond.& demon.& tamē tunc mediante persona filij adquiri videbatur,vt ibi,& l.e. seruo inuito ff.ad Trebell.cum ibi notatis, & vide per Ias. in d.l.legatum,num.13.

Retentis ergo receptioribus canonistarū sententijs contra legistarum receptas sententias,inde etiam infertur de-
252 cisio illius articuli satis controuersi, an † monasteriū, vel abbas eius nomine possit repudiare hæreditatem, legatumvè monacho relictum.Qua in re communis opin. canonistarum est posse.vt testatur Ias.num.13.cum sequen. in l.legatum,ff.de legat.1.& est communis secundū Alex. ibi.num.2.Et est indubitata sententia, vt talis repudiatio valeat,etiam inuito monacho, retenta communi opinione canonistarum volētium talem hæreditatem etiam inuito monacho ab abbate, vel monasterio posse adiri, nec dubium est,quin eius sit repudiare,qui potest adire l.is potest,vbi plenè per Bart.& omnes,ff.de acquir.hęre.l.nolle,eod.titulo.

Contrariam partem dicit communem legistarum Ias. quam & ipse sequitur vbi suprà. Sed cum nos tenuerimus eam partem, quam scribentium non pauci æquiorē appellant,vt monasterium,vel abbas eius nomine possit hęreditatem monacho delatam eo inuito adire, nō dubium est, quin possit & repudiare,vt suprà docuimus,& probat l.1. ff.de bon.poss.infa.fur.compet.

Id quod non tantum communiter, sed etiam indifferenter vtriusq; partis fautores admittunt in legato mona-
253 cho † relicto.per legem filiof.ff.de condi.& dem. Idemq; ab omnibus similiter receptum est in hæreditate monacho suo hęredi relicta,per legem, Deo nobis,§.hoc etiam cognitum C.de epis.& cleri.iuncta l.necessarijs,ff.de acq. hær.l.in suis,ff.de lib.& posth.l.cum ratio.ff.de bo.damna. l.si filius qui patri,ff.de vulg.§.sui.Insti.de hæredum qual. §.sui.Insti.de hęr.ab intestato. Nam cum talis hæreditas, vel legatum ipso iure acquiratur monacho, & per monachū ipsi monasterio;superest,vt veluti in re acquisita monasterium possit nomine suo talem hęreditatem, vel legatum agnoscere,vel repudiare,vt in d.l.filiofam.ibi, patrē suo nomine legatum petere,& in l.qui in aliena, §.interdum.ff.de acquirenda hæred.

Vnde infertur decisio illius articuli vehementer cōtro-
254 uersi,an prælatus possit † repudiare legatū,vel hęreditatē ecclesiæ delatam? Qua in re partem affirmatiuā, vt repudiare possit,tenet Fredericus de Senis cōs.9.Casus talis est Lapus allegatione 26. per Card.Imol.& Abb.in ca.tua de his quæ fiunt à pręlato.Imol.& Geminian.in c.1.de rebus ecclesiæ non alienandis,lib.6.Abb.in cap.1.col.penult.de dolo & contumacia.idem in capitu.in præsentia. de probation.vbi Antoni.& idem Antoni.in capitulo quoniam, per

per illũ textũ.de decimis.Bart.in l.tutor.ad fi.ff.de bo.pos. Bald.in l.pupillorũ,C.de repud.hær.idem in authẽ. si qua mulier,col.fi.de sacrosan.eccl. Bal.in l.ex repudiatione, C. de fideic.Roma.consil.193.Visis quæ narrantur in facto, Bal.in l.1.q.9.C.qui admitti.& in l.bonorum.5.q.eod. tit. Felin.in c.in pręsentia,col.fi.vbi hanc dicit communẽ sententiam.& est cõis secundum Areti.in l.is qui hęres.§.fi. ff.de acqu.hær.sequitur & dicit cõem Ias.in l.legatũ col.4 nu.16.ff.de leg.1.vbi Ripa hanc dicit communem,qui tamẽ neutram partem firmat, dicit communem Zasius ibi nu.5.cum seq.qui tamen contrarium tenet.

Contrariam sententiam tenet & dicit communẽ Alexand.in d.l.legatum,col.fi.nu.3.vbi Paul.& Bal. in l.cõtra iuris,§.1.ff.de pact.idem in le.magis puto,§.fundum, per text.ibi.ff.de rebus eorum.Ancharan.& Imol.in c.1.de rebus eccle.Dominicus in c.1.de rebus eccle.non alienãdis, lib.6.Romanus in d.l.is qui hęres,§.fi.sentiunt Dinus, Iacobus de Arena.Bald.& Imola in l.seruum filij, §.1.ff.de leg.1.Aret.in d.l.legatum.idem in d.l.is qui hęres.§.fi.Anchar.& Imo.in c.vt super,de rebus ecclesiæ non alienãdis, sequitur Zasius in d.l.legatum,nu.6.vbi Ripa. col. fi.neutram partem firmat.

Quid dicendum? Et sanè longè verior est hæc 2. opinio negatiua,vt Abbas, aut prælatus hæreditatem monacho delatam repudiare non possit sine consensu capituli, quia repudiatio,alienatio non est,vt l.magis puto,§.fundũ ff.de rebus eorum, prælatus autem sine interuentu capituli alienare non potest,cap.1.& secundo,de rebus ecclesi.nõ alienandis.Neque ad rem pertinet l.qui autem,in prin. §. 1.ff.quæ in fraudem creditorum, vbi qui repudiat hæreditatem, vel legatum, non videtur in fraudem creditorum alienasse.Nã aliud est quærere,an alienasse videatur, aliud verò,an non solum alienasse,sed etiam in fraudem alienasse videatur. Quod vltimum negat ille textus, nempe in fraudem non videri factam alienationem, non tamen negat alienationem factam videri,saltem largo modo. Præterea isto casu licet dubium sit,an hęreditas vel legatum ipsi monacho delatum videatur,an verò ipsi monasterio, tamen obtinuit verior, & receptior sententia existimantiũ ipsi monacho, nõ etiam monasterio delatum videri,vt in l.Deo nobis, §. 1.de episcopis & clericis,vt suprà retulimus.prelato verò vel abbati nullus vnquam sanus dixit talem hæreditatem, vel legatum relictum videri. Ergo superest,vt vel ipse monachus,vel monasteriũ,in quod monachi voluntas(vt suprà ostẽdimus)translata fuit, habeat ius adeundi,vel repudiandi,non autem pręlatus,apud quẽ ius adeundi esse nullo colore defendi potest.Simile in seruo hærede instituto l.dum proponas,C.de hæredib.instit. l.seruo inuito,ff.ad Trebel.Simile in filio hærede instituto,dictá lege,is qui hęres,fi.Quinimò si pupillus habet ius adeundi,vel repudiandi.vt in l.potuit,cum ibi notatis, C. de iure deliberandi,lege pupillorum,C.de rep.hæred.l.pupillus si fari. ff.de acquirenda hæreditate, nec tutor solus id potest, quantò minus id poterit prælatus sine capitulo? cum consilium capituli longè vtilius erit, & grauius, quàm consilium pupilli, qui plerunq; non intelligit quod agit, §.pupillus.Institutio.de inut.stipulat.le.pupilli, ff.de regulis iuris.

Redeundo ad conclusionẽ nostram,quę habet voluntate
255 patris † tacita vel expressa non tolli suitatem, infertur, quòd priuilegium illud suitatis, vt suis hæredibus etiam furiosis hæreditas ipso iure acquiratur,vt in §.sui.Institut. de hęredibus ab intestato,§.sui.Institut.de hæredum qualitat.ibi.& licet furiosi sint,&c.non cessabit,licet furioso illi datus esset substitutus vulgaris.Idem & 2.etiam si sub conditione,si vellet,esset institutus.Idem & 3. etiã si sub alia conditione potestatiua esset honoratus.Idem & 4. etiã si in re tantum certa foret institutus,dato cohęrede vniuersali,nam illo repudiante, vniuersa hęreditas huic furioso iure suitatis acquireretur.Idem & 5.etiam si exhæredatus esset,exhęredatioq; quauis ratione euanuisset. Idem & 6, etiam si expresśim testator suitatem ei adimere voluisset. Nam in his omnibus casibus huic furioso iure suitatis hæreditas quæreretur,quasi suitas extincta nõ fuerit. Licet qui receptiores sententias tuentur, existimantes his casib. suitatem extingui, negarent hæreditatem patris huic furioso acquiri iure suitatis.

Quod autẽ diximus,furiosis ipso iure suitatis posse quęri patris hæreditatem,procedit,nisi ex iusta causa ingratitudinis ante furorem commissa, is furiosus esset exhęredatus.Furiosus enim ex iusta † causa ingratitudinis commissæ ante furorem potest exhæredari,vt est vera & communis opin.quam tenent Bart.in l.ex facto,in prin. ff.de vul. in 7 requisito,numero 19.cum quo est communis opi.secundum Ias.ibi.num.28.& num.29.sequitur Alex.nu.32. in fin.vbi Ripa,num.72.est text.clarus in l.de creationib. C.de episco.audient.& C.de cura.furio.l.fin.§.sed cum antiquitas.

Contrariam partem, vt propter furoris superuentũ desinat is furiosus posse exhæredari,quasi causa ingratitudinis purgetur per furorem superuenientem,tenet,& dicit cõiter teneri Iaso.nume. 42.in lege patre furioso,ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris.Cuius opi.nec puto veram,nec communẽ per suprà dicta.Et propriore sententia optimè facit quod vtrobiq;,id est,tam in dicta lege,ex facto, quã in d.l.patre furioso,refert Ias.post Bart.& alios, quos ipse refert,vt si quis ante furorem esset in peccato mortali,certè ratione furioris superuenientis nõ purgabitur illud peccatum mortale,quinimò condemnabitur ad mortẽ æternam,& tamen dubium non est Deus Optimus Maximus: quin mitior nobis sit.ergo &c.Pro nobis, quia necessitas relinquendi legitimam liberis descendit à lege positiua. vt plenè differimus suprà,lib.2.§. 20. super authent. nouissima,C.de inofficioso testamento,quę lex positiua in beneuolentia, & gratitudine liberorũ nititur,sicq; vbi is ingratus existit,cessat ratio illius præcepti legalis,manetq; pater in sua libertate,& laxitate naturali. Et in simili plenius dixi suprà §.10.super vltima parte le.quoniam in prioribus C.de inof.testam.dum conclusimus, q̃ si filius erga patrẽ ingratus extiterit,licet pœnitentiam ageret,poterit à patre exhæredari,non secus,quàm si pœnitentiam non egisset, nisi illa esset à patre agnita.

Deinde ex nostra sententia infertur,q̃ cum suis hęredi
257 bus † etiã in vltimo vitæ spiritu quæratur hæreditas, licet non sic in extraneis lege finali,ff.de conditio.institut.lege filius à patre,in principio.ff.de liberis & posthumis, iuncta lege finali, cum gloss.ff.quando dies lega.ced. certè id suitatis priuilegium non cessabit, licet huic hæredi suo datus esset vulgaris substitutus. Non quoque licet sub conditione, si velit, esset hæres scriptus. Nec si sub alia cõditione potestatiua inuitaretur à patre.Quartò amplia, vt hoc priuilegio fruatur,etiam si in re tantum certa institutus esset, dato cohærede vniuersali, qui postea repudiasset. Quintò amplia, etiam si exhæredatus fuisset, si quidem postea exhęredatio illa quauis ratione euanuit. Sextò amplia, etiam si viuo patre eius futurę successioni is filius cum iuramento renuntiasset,& postea à patre institutus fuisset. Septimò, etiam si pater expresśim vellet suitatem ei adimere. Nam in his omnibus casibus hæreditatem suo hæredi etiam vltimo vitæ spiritu iure suitatis posse acquiri contendimus, quasi suitas adhuc supersit. Licet secundum communes sententias, quæ suitatem extinctam fuisse interpretantur, contrarium respondendum esset.

258 Deinde infertur ex opinione nostra,quòd cum sit speciale in suis hæredibus, vt per expilationem hæreditatis acquirant hæreditatem irreuocabiliter lege si seruum. §.ait prętor, cum ibi notatis per glo.& doctores,ff.de acquirenda hęreditate, text.optimus in l.iam dubitari,in fi. ff.de hæredibus instituend. nec suitas tollatur secundum nos voluntate patris, certè hęreditas liberis hæreditatem expilantibus irreuocabiliter acquiretur, licet non sic

in extraneis,vt not.per gl.& doc.in d.§.ait prætor.Amp.
primò vt procedat,etiã si is filius habuerit substitutũ vul-
garẽ.Secundò amplia,etiã si in re tantũ certa sit institutus,
dato cohęrede vniuersali, qui postea repudiauit. Tertiò
amplia,etiã si filius sit institutus sub conditione,si velit.
Quartò etiã si sit institutus sub alia cõditione potestatiua.
Quintò,etiã si is filius esset exhæredatus, & exhæredatio
quauis ratione euanuisset.Sextò,etiam si filius viuo patre
eius futuræ succeſsioni renũtiasset cũ iuramẽto, & postea
à patre esset institutus.Septimò,etiã si pater verbis expres
sis vellet suitatẽ adimere. Octauò,etiã si is filius petijsset
tẽpus ad deliberandũ.Nonò,etiã si expreſsim abstinuisset
& postea vellet tacitè, vel expreſsim abstensionẽ suã re-
uocare.Nã in his omnibus casib.per expilationẽ hæredita
tis statim iure suitatis hęreditatẽ acquireret, etiã irreuoca
biliter.Licet non sic secundũ cõem opinionẽ,quę his casi
bus vult sublatam videri suitatem,sicq; per talẽ expilatio-
nem hæreditatẽ non acquiri,cum per eam extraneo hære
di instituto non acquireretur hæreditas.

Præterea infertur ex opinione nostra,ꝙ cum per expu
259 gnationẽ † testamenti hæreditas suis hęredibus iure suita
tis acquiratur l.suus hæres,C.de rep.hære.non sic in extra
neis l.Papinia.§.si ex causa,iuncta l.si quis posthumus §.si
quis ex his,ff.de inof.test.Idq; iure singulari suitatis,vt sic
simulatq; suos hęres testam.in quo fuit exhæredatus, per
interuentum querelæ expugnarit, statim ab intestato fiat
hęres irreuocabiliter,vt.d.l.suus hæres. Certè idẽ eueniet,
etiam si is in minore portione,quàm legitima esset hęres
institutus,vel etiam in re certa,quæ nõ impleret legitimã,
& à reliquis bonis esset expreſsim exhæredatus,nã adhuc
suitatem retinuisse videretur,quinimò etiam si eã expres-
sis verbis pater voluisset adimere, & consequẽter rescisso
per querelam testamento, statim suus hæres fieret. Licet
secundum communes opin.doctorum his casibus suitatẽ
extingui existimantiũ rescisso per querelam testamento
suus hæres non statim iure suitatis fieret, sed demum se-
quuta aditione.

Pręterea infertur ex opinione nostra,ꝙ cum beneficiũ
260 † abstinendi vtile sit suis hæredibus, ne inuiti obstringan
tur oneribus hæreditarijs l.necessarijs,ff.de acquirenda hę
reditate,§.sui.Institut.de hęre.quali.§.sui.Institutio.de hę
red.ab.Sanè id ampliatur vt procedat, etiam si suus hæres
habuerit substitutũ vulga.adhuc enim eget illo beneficio.
Secundò ampliatur vt procedat, etiam si suus hæres esset
institutus sub conditione potestatiua facillima, qualis est
conditio,si voluerit. Tertiò etiam si sub alia quauis condi
tione potestatiua.Quartò etiam si in re tantum certa insti
tutus esset,dato cohærede vniuersali. Quintò etiã si filius
viuo patre eius succeſsioni futuræ renuntiasset cum iura-
mento,deinde ab ipsomet patre fuisset hæres scriptus, nã
in his omnibus casibus adhuc suus hæres fieret, necessa-
riumq; sibi esset beneficium abstinẽdi.Ergo idem & 6.li-
cèt in re tantum certa esset institutus,datusq; ei fuisset co
hæres vniuersalis.Septimò idem,etiam si pater expreſsim
vellet eius suitatem tolli.Nam in omnibus his speciebus
intelligo necessarium fore beneficiũ prætoris,quasi suitas
adhuc supersit. Licet non sic secundum communes opin.
volentes suitatem his casibus extingui, sicq; beneficiũ ab
stinendi superfluere.

Deiude infertur ex opinione nostra,ꝙ beneficiũ reuo-
v61 candæ † abstensionis,quod iure singulari datur suis tantũ
hæredibus,vt in l.fi.C.de rep.hæred.l.suus, ff. de iure deli-
ber.licet secundum cões opi.non detur suo,qui substitutũ
vulgarem habuit.Nec ei,qui sub conditione, si velit, esset
hæres institutus.Nec ei,qui sub conditione, si decem de-
derit,vel in Capitoliũ ascenderit,esset honoratus. Nec ei
qui in re tm̃ certa esset scriptus dato cohærede vniuersali.
Nec ei,qui cũ iuramẽto patris viuentis succeſsioni futuræ
renũtiasset,licet postea ab ipso patre institutus fuisset.Nec
ei,cuius suitatem pater expreſsis verbis adimere voluisset
Nec ei,qui mortuo patre petijsset tempus ad deliberandũ
deinde abstinuisset.Tamen secundũ nos etiam his omni-
bus casibus beneficium abstinendi accommodabitur,qua
si suitas integra permanserit,non autẽ extincta, vt pleriq;
scribentium falsò opinantur.

Præterea infertur ex opinione nostra,quòd cum regu-
261 lariter † hærede suo abstinente eius portio cohæredi suo
accrescat,non inuito,quia si velit vtranq; portionẽ potest
reijcere l.cũ hęreditate ff.de acquirẽda hæreditate licet nõ
sic in extraneis hæredibus,§.his ita,C.de cad.toll.cum mil
le similibus in superioribus allegatis, certè hoc beneficiũ
suitatis non cessabit, licet suus hęres esset sub conditione,
si velit,institutus. Non quoque licet esset honoratus sub
alia conditione potestatiua(sunt enim conditionum pote
statiuarum varia genera,vt in l.fi.ff.de condit.instit.)Non
quoque cessabit,licet ille suus institutus esset in re tantum
certa, dato cohærede vniuersali.Nec etiam si haberet sub
stitutum.Nec si eius suitatem adimere expreſsim paterfa
mi.voluisset.Nec si cum iuramento patris viuentis succes
sioni futuræ renuntiasset, deinde à patre hæres scriptus
fuisset. Nec etiam si tempus deliberandi mortuo patre pe
tijsset.Nam his omnibus etiam casibus suitatem adhuc vi
gere intelligo,sicq; portionem à suo herede repudiatã co
hæredi suo non inuito accrescere,sed tantum causatiuè, si
portionem suam velit retinere.Licet contrarium respon-
derent,qui communem sententiam tuentur, dum existi-
mant his casibus suitatem extingui.Quæ omnia dic vt su
perius plenius attigimus.

Præterea infertur ex opinione nostra,ꝙ cũ tabulę pu-
263 pillares † confirmẽtur suitate,vt in l.filius qui se paterna,
vbi Bar.& oẽs,& in l.quæsitũ,vbi similiter Bart.& omnes
& in l.si pupillus,vbi similiter omnes, ff.de acquirenda hę
reditate,& tenent Bart.& omnes in le.si filius qui patri,ff.
de vulg.& omnes, quos suprà diximus tenere suitatẽ tolli
datione substituti,vel cohæredis,certè suitate tales tabulæ
pupillares confirmabuntur in nouẽ casibus proximè enu
meratis secundum nos, qui tuemur suitatem illis casibus
non perimi. At secundum communem opinionem vo-
lentem perimi suitatem in illis casibus nouem, contrariũ
respondendum esset,s.vt tabulę pupillares suitate iam ex-
tincta non cõfirmarentur.An autem ipsa communis opi-
nio, quæ habet suitate confirmari tabulas pupillares,vera
sit,alibi docemur.

Illud autem certum est,ꝙ pupillaris † fieri potest etiã
264 ei,qui suitatem non habet, vt probat text.in l.2.§.sed & si
extraneum,ff.de vulg.vt tenent cõiter doctores,ibi,quos
statim referam,dum volunt,quòd non solum ei, qui suus
non est,sed etiam ei,qui nõ est in potestate potest fieri pu
pillaris, si modò tempore mortis testatoris in potestate es
se cœperit.Licet contrariũ in specie,vt pupillaris fieri non
poſsit nisi suitatem habenti tenuerit Segura in l.cohæredi,
§.cum filiæ,nu.8.ff.de vulga.

Cæterum illud vehementer cõtrouersum est,an pupil-
laris † facta extraneo vtilis esse incipiat,si is tẽpore mortis
265 testatoris adoptatus esset,sicque in potestate constitutus.
Et communis opinio est,ꝙ vtilis esse incipiat. Ita tenent
Bar.in l.2.ff.de vulg. vbi Alexander numero 7. & iterum
numero 10. qui hanc dicit communem, quod & firmat
Socin.ibi tertio notabil.& rursus in 4.columna, in fi. dicit
communem Ias.numero 7.& numero 13. & Paulus Inio
la numero 4. & Lancelotus firmat communem de substi
tutione pupillari,numero 31.Coras.in l. quanuis nume. 2.
C.de impub.Acosta.in l. Gallus,§.& quid si tantum, pa-
gina 171.ff.de liberis & posthumis.Couarr.de testam. de
pupilla.& in §.fina.eod.tit.Zasi.lib.2.singu.respon. fol.mi
hi 40.idem Zasi.de substitutione pupilla.num.13.Fumeus
de substitutione pupilla.num.44. Ripa in d.l.2.ff.de vulg.
num.25.sequuntur Bal.Angel.Imol.& Aretin.in d.l.2.ff.
de vulgar.

Contrariam sententiam,vt pupillaris facta extraneo li-
cet is tempore mortis testatoris adoptatus fuerit,nõ inci-
piat valere in vim pupillaris,tenent Salice.Francisc.de Rã
ponis,

ponis, Cuma.Paul.& Iaſ.nu.17.in d.l.3.Ang.in pr.Inſt.de pupilla. col. 3. & ſequuntur Coraſ.& Politus,vbi ſuprà,& etiã Zaſi.& à cõi diſſentit Emanuel de Acoſt.vbi ſuprà,& Zaſi.de pupill.ſubſti.in 3.requiſito,& eſt cõis opi.modernorũ ſecundũ Coua.vbi ſuprà,qui idẽ ſequitur,& eſt cõis opinio ſecundum Stepha.in necyomantia dialogo 18.

Et hæc poſterior pars verior videtur. Primũ per §.extraneo.Inſti.de pupill.dũ negat extraneo fieri poſſe pupillarẽ.Secundò per eundẽ §.dũ æquiparat pupillarẽ fieri extraneo,vel fieri puberi, nã puberi conſtat nec initio factã pupillarẽ valere,nec ex pòſt facto eſſe vllã ſpẽ vt conualeſcat.Tertiò argu.l.in tẽpus,ff.de hær.inſtit.Quartò argu.l.primæ,ff.de reg.Cat.l.cætera.§.tractari,ff.de leg.j.Quintò per l.Lucius,& l.iam hoc iure,ff.de vulg.l.2.l. quamuis,C.de impuberũ.Nã licet teſtator poſt factũ teſtam. adoptaſſet illũ impuberem extraneũ, in cuius perſona nõ poterat ſtare pupillaris,adhuc tñ nimis nouum eſſet dicere, ꝙ per talem adoptionẽ conualeſceret pupillaris in perſona tam illius adoptati,quàm etiã impuberis alterius, cui ab initio potuit fieri pupillaris.Et vi.l.4.ff.de ritu nupt. & §.j.Inſti. de tutelis.Tenendo hanc partẽ,ad d.§.ſed & ſi extraneũ, in quo nititur cõmunis opi.reſpon.vt per Paul.Iaſ.& alios huius partis fautores.

Poſtremò infertur ex opinione noſtra,ꝙ cum ſecundũ
266 cões † opin.de quibus per Bar. & oẽs in l.ſi infanti,Co.de iure deliberan.per omnes in l. 3.eodem tit. hæreditas non adita ad extraneos etiam hęredes iure ſuitatis tranſmittatur,id primò ampliabitur ſecundum nos vt procedat, etiã ſi is filiusfamil.haberet vulgarem ſubſtitutum. Secundò etiam ſi eſſet ſub hac conditione,ſi velit,inſtitutus. Tertiò etiam ſi ſub alia conditione poteſtatiua. Quartò, etiam ſi eſſet inſtitutus in re tantum certa,dato cohęrede vniuerſali,qui poſtea repudiauit. Quintò, etiam ſi is filius patris viuentis futuræ ſucceſsioni cum iuramento renuntiaſſet, deinde ab ipſo patre hæres ſcriptus fuiſſet.Sextò, etiam ſi pater eum exhæredaſſet,exhęredatioq; aliqua ratione euanuiſſet.Septimò, ẽt ſi pater expreſsim declaraſſet ſe vellet adimere ſuitatem.Octauò,etiam ſi filius petijſſet tempus ad deliberãdum.Nam in omnibus his caſibus,quia adhuc ſupereſt ſuitas, hæreditas patris non adita ex vi ſuitatis ad quoſcunq; tranſmittetur. Licet ſecundum communẽ opinionem,quę his caſibus ſuitatem vult extingui,contrariũ reſpondendum foret.

Illud autem dubiũ eſt, an vt his caſibus diximus patris hæreditatẽ non aditã tranſmitti,ita quoq; tranſmittatur ex vi ſanguinis hæreditas non adita? Et quidem ſi is,cui hæreditas delata fuit,& ea non adita deceſsit,non erat ſuus hęres defuncto illi,de cuius hæreditate tranſmittenda agebatur, certum eſt ad hæredes extraneos etiam ex vi ſanguinis tranſmiſsionem fieri non poſſe,§. in nouiſsimo,C.de cad.toll.iuncta le.vnica,C.qui ante apertas tabulas.Quòd
267 ſi ille volebat tranſmittere † ad ſuam poſteriorẽ,certũ eſt quòd poterat,vt d.l.vni.Quòd ſi vult tranſmittere etiam ad aſcendentes,tunc glo.d.l.vni. quam plures ſequuntur, & communem eſſe firmat Romanus nu.23.in l.vẽtre, ff. de acq.hær.tenet partem affirmatiuam,vt tranſmiſsio fiat etiam ad aſcendentes.Quia d.l.vnica,licet in deſcendentibus tantum loquatur, tamen fundatur in ratione triſtitiæ, quæ ratio militat fortius in aſcendentibus, quàm in deſcẽdentibus,quia aſcendentes plus diligunt liberos,quã econtrà l.iſti quidem ff.quod metus cauſ.§.fi.Inſti.quod cũ eo. gl.notab.in l.fi.C.de pact.gl.vulg.vbi omnes in l.liberi,C. de inoffi.teſtam.

Contrariam partem,vt trãſmiſsio ratione ſanguinis,de qua in d. l.vnic.non fiat ad aſcendentes tranſmittentis,tenent Bar.& cõiter doct.ibi.ſequitur & dicit communem opinionem Guiliel.Bened.in c.Rainutius de teſtam. ver. mortuo itaq; 2.nu.152.per Alex. Corn.& Iaſ.in l.ſi infanti,C.de iure deliber.per eund.Alex.& Iaſ.in l.emancipata C.qui admitti.ſequitur & dicit cõem Fulgo.& etiã Corn. col.2.in d.l.vn.ſequuntur Cinus.Bart.Ange.Salic.& Paul. in l.2.C.ad Orfici.Butrig.& Bal. in d. l.vnica.Fulgoſius in d.l.ſi infanti,per tex.in d.l.ſi infanti,& per l.2.§.ſi quis ex liberis ff.ad Tertull.& per dictum §.in nouiſsimo.Et ad rationem eorum, qui tenent contrarium, reſponde vt per Corn.vbi ſuprà.

268 Illud autem dubiũ eſt, an tranſmiſsio † ratione ſuitatis fiat ad quoſcunq; hæredes,quando ſuperſunt talij filij eius, cuius de ſucceſsione agitur,veluti ſi mihi & fratri meo hæreditas patris delata fuit, & ille hęreditate nõ agnita deceſſit, an tranſmittat patris hæreditatem nõ agnitam ad ſuos hęredes etiam extraneos me excluſo,an verò ego ſim pręferendus, cum de portione hæreditatis patris mei agatur? Qua in re quòd ceſſet tranſmiſsio,& ego ſim pręferẽdus, tenent quamplures doct.quos refert Barba.conſ.60.Illud in medium afferam,col.10.cum trib. ſeq. vbi firmat hanc eſſe communem ſententiam,& eſt communis opi.gloſſarum & antiquorum ſecundum Corne.in l.ſi infanti,col.2. num.4.C.de iure deliberandi.

Sed contrariam partem, vt hęreditas ad quoſcunque tranſmittatur,etiam ſi ſuperſint liberi illius,cuius de hæreditate agitur,tenent Bar.& communiter doct.in l.ſi infanti,C.de iure deliberan.vbi Corn.num.4.colum.2.hanc firmat commnnem ſententiam.ſequitur & dicit communẽ opinionem Corn.in l.3.num.9.& rurſus colum.5.in prin. eodem titulo,dicit communem Iaſ.in l.fin.columna 2. in princip.C.de rep.hæredit.Angel. Imol.& Romanus, qui hanc dicit communem in l.ventre, ff. de acquirenda hær. Fulgo.& Paul.in d.l.ſi infanti Romanus conſ.58.Viſis narratis.Eſt communis ſecundum Alexandrũ in d.l.ſi infanti.& ſecundum Iaſ.ibi num.14.per Iaſ.in l.3. C.de iure deliberandi.per Fulgo.Salicet.Paul.& Corne.in l. cum antiquioribus,Co.de iure deliberandi, communis ſecundum Areti.in d.l.ventre.colum.12.per Iaſ.in l. ſi emãcipata C. qui admitti.Pariſi.conſil.59.Certiſsimum eſt,nu.14.lib.3. Gualdenſis de arte teſtandi.titulo 11.caute.1.nume.tertio per Corn.conſilio 10.numero 2.lib.1. & conſilio 7.nu.4. lib.2.& conſilio 138.numero 11.lib.3.& conſilio 307.numero 3.lib.4.& conſilio 125.libro 3.& conſilio 311.nu.2 libro 4.& conſi.278.num.3.lib.4.& conſi.335.nu.5.lib.1. & conſilio 125.nnmero 4.lib.3.& conſi.331.nu.5.lib.j.& conſilio 95.nu.3.lib.2.& conſi.207.nu.3.lib.2.& conſ.69. num.22.lib.1.

Et hæc op.verior eſt per tex.in l.apud hoſtes, C.de ſuis & legit.l.3.C.de iure delib.l.ſi quis filiũ,§.j.ff.de acq.hær. l.neceſſarijs.eod.tit.§.ſui.Inſti.de hær.qual.§.ſui.Inſtit.de hæred.ab int.l.fi.ff.de condi.inſti.l.Corne.& l. iam dubitari,ff.de hæred.inſti.Et hanc partem tenet Bart.in d.l.ventre.idem in l.ex militari,§.fina.ff.de milita.teſtamento.Et tenendo hanc partem,tunc ad fundamenta eorum,qui cõtrarium tenent,reſponde vt per Bart. Iaſ.& Corn. in locis ſuprà citatis.

Deinde & principaliter ex noſtra opinione,qui tuemur ſuitatem non tolli niſi in caſibus ſpecialiter à lege deſignatis,& per modos ab ea permiſſos,infertur,ꝙ beneficiũ reuocandæ abſtenſionis,quod ſuis iure ſingulari accommodatur per l.fi.C.de rep.hæred.l.ſi quis ſuus, ff.de iure deliberand.illud quidem ampliatur,vt detur ſuis,etiam ſi habuerint ſubſtitutum vulga. quia per talem dationem ſub-
269 ſtituti ſecũdum nos non tollitur † ſuitas, vt innumeris ſuprà oſtendimus fundamentis.Agnoſco tamen quia in contrarium ſe habet communis opinio,quam tenent glo.2.& glo.fin.in dicta lege fin. C.de rep.hæred.quam ſequuntur Baldus,Angelus, Salicetus, Paulus & alij, & eſt communis ſecundum Iaſon.ibi columna ſecunda,in fin.verſic.ſeptimò limita. vbi etiam plenè per Alexand. numero 6. & par.Corne.col.2.qui omnes eò decipiuntur, quia putauerunt datione ſubſtituti tolli ſuitatem, in qua nititur illius legis beneficium, contrarium planè reſponſuros, ſi intellexiſſent ſuitatem datione ſubſtituti nunquam perimi, Id qđ planè & lex illa ſignificauit,dũ ſuo hæredi impedimentũ facere intellexit non quidẽ ſola datio ſubſtituti,ſed

aditio hereditatis facta per substitutũ post filij abstẽsionẽ.

Deniq; licet hodie emãcipati suis exæquentur, vt in §. nullã verò.ĩ auth.de hær.ab in.veni. tñ illud procedit quo ad potestatẽ succedendi,nõ quo ad modũ.sui.n.sine aditione iure suitatis hæreditatẽ acquirunt,emancipati autẽ non acquirunt nisi expresśim adeant hereditatẽ,non secus quã omnino extranei,vt ex cõi opi.resoluit Corneus col.2.in prin.in d.l.fi.C.de rap.hær.Vnde infertur, ꝙ emancipatus si semel abstineat,non poterit suã abstensionẽ intra trienniũ reuocare,nec in eo habebit locũ d.l.fi.C.de repu.hær. quæ suis tantũ opitulatur secundũ oẽs ibi. Et ita in specie ꝙ in emancipato illa l.fi.locum non habeat,tenet, & dicit cõiter teneri Guil.Bened.in c.Rainu.de testam.verb. mor ruo itaq; 2.nu.135.sequitur & dicit cõem opinionẽ Ias.in d.l.fi.nu.3.limit.2.& est cõis opi.secundũ Alex.ibi num.4. vbi Corneus col.1.in fi.post Bald.Ang.Bart.Paul.& alios. Licet contrariũ teneat gl.ibi, quam oẽs improbant. Et licet contrariũ teneat Ias.in l.si emãcipata,col.1. C.de iuris & facti ign.vbi firmat cõem esse opinionẽ.ꝙ d.l.fi.habeat locũ etiã in emancipato,quod nec verũ est,nec receptum.

270 Sed & si suus hæres esset† institutus sub conditione,si velit,adhuc secundũ nostrã opinionẽ suprà relatã non amitteret beneficiũ reuocãdæ abstẽsionis,de quo in d.l.fi. quia nec tunc suitas extinguitur.Licèt cõtrariũ in specie teneat Ias.ibi.col.3.in prin.vers.8.limita.Imola in l.iã dubitari ff. de hære.insti.qui in eo decipiuntur,ꝙ putarunt suitatẽ tolli per illã conditionẽ,cuius contrarium suprà plenè docemur.Qua ratione beneficiũ d.l.fi.nõ cessabit,licet sub alia quauis conditione potestatiua filius esset scriptus. Non quoq;,etiã si in re tantũ certa scriptus esset dato cohęrede vniuersali.Nec etiã si pater expresśim vellet adimere suitatẽ,aut eũ expresśim exhæredasset, aut ipse petijsset tẽpus ad deliberandum,aut ẽt viuo patre eius fututæ successioni cũ iuramento renuntiasset,deindeq; à patre institutus fuisset.Nã in his omnib.casib.& similib.licet aliqñ suspẽdatur suitas,tñ vnquã extinguitur,vnde si postea filius abstineat, poterit abstẽsionẽ suã reuocare,cũ adhuc vigeat suitas.Licet contrariũ his casibus responderent cõiter doct.qui his casibus suitatem extingui falsò opinantur, qua sublata, & d.l.fi.beneficium cessare in confesso esset.reliqua dic, vt suprà num.83.cum pl.seq.& §.19.per totum,§.22.

Testamentum minus solẽne valeat fauore legitimorũ, in prin.huius,§.

1 *Testamentum minus solenne valeat ad pias causas, cum communi.*

2 *Testamentum imperfectũ ratione voluntatis valet ad pias causas,secundum communem opin.*

3 *Testamentum ad pias causas non requirit rogitum testium, & admittat testes fœminas,cum communi.*

4 *Testamentum ad pias causas valet cum duobus testibus, cum communi.*

5 *Furiosus non testatur,etiam ad pias causas,cum communi.*

6 *Testamentum inter liberos,vel ad pias causas imperfectũ ratione voluntatis,an valeat,noua distinctio.*

7 *Testamentum nõ valet,quando testator iussit fieri capellã, & cum vltra vellet procedere,decessit.contra Decium, & communem.*

8 *Filiusfa.etiam de consensu patris ad pias causas nequit testari,cum multis contra communem.*

9 *Filiafa.non potest de dote sua testari,contra Decium.*

10 *Filiusfa.non potest testari de aduentitijs,quorũ vsusfructus patri non quæritur,cum communi contra Decium.*

11 *Testamentum factum ad pias causas non valet quo ad extraneos ibi honoratos, contra communem.*

12 *Pia legata in testamento minus solenni relicta non valent contra quamplures nouissimos.*

13 *L.21.tit.1 part.6.*

14 *Pia legata in testamento imperfecto relicta,etiam iure regio non valent,contra nouissimos.*

15 *Testamentũ nutu factum valet ad pias causas,cum cõi,nõ autem inter liberos,cum communi. Vnde infertur fauorabilius esse testamentum ad pias causas,quàm inter liberos,cum communi.*

16 *Testamentum inter liberos fauorabilius est,quàm testamentum militis,cum communi.*

17 *Testamentum ad pias causas imperfectum reuocat primũ testamentum perfectum,cum communi.*

18 *Iurisdictio,quam in laicos habet prelatus,an includat etiã executionem.*

19 *Iurisdictio quo tempore præscribatur.*

20 *Instrumento statur in antiquis, licet non probetur notarium esse,qui illud confecit.*

21 *Probatio auditus sufficit in ijs, quæ hominum vitam egrediuntur.*

22 *Fama in antiquis facit plenam probationem.*

23 *Antiquum quid dicatur.*

24 *Præscriptio immemorialis an valeat inter dominum, & vassallum.*

25 *Prescriptio immemorialis non procedit, vbi non est quasi possessio.*

26 *Præscribi an possit ius facultatis.*

27 *Testamentum minus solenne factum coram presbytero parochiali valet in terris ecclesiæ tantum,cum communi, quod variè ietelligitur.*

28 *Testamentum imperfectum factum ab habente merũ imperium,valet,cum communi.*

29 *Testamentum ruri fit cum quinque testibus,cum cõmuni.*

30 *Ampliatio.1.*

31 *Ampliatio.2.*

32 *Ampliatio.3.*

33 *Ampliatio.4.*

34 *Ampliatio.5.*

35 *Testamentum minus solenne valet tempore pestis,cum cõmuni contra alteram communem.*

36 *Declaratio l.54.& 55.& 59.Tauri.*

37 *Clerici testamentũ etiam minus solenne valet,cum multis.*

38 *Querela non cessat hodie in testamento militis,sicq; nõ cessabit in testamento clerici, cum communi, contra nonnullos.*

39 *Clericus non testatur de quæsitis ex reditibus beneficij etiã simplicis,cum communi contra multos.*

40 *Clericus non æquiparatur vsusfructuario.contra quamplures.*

41 *Clericus testatur de bonis sibi donatis,vt ad sacros ordines promoueretur,noua opinio.*

42 *Clerici bona patrimonialia non gaudent priuilegio rerum ecclesiasticarum, cum communi, nisi in casibus à iure expressis.*

43 *Clerico quæ donantur ad titulum ordinis sacri recipiendi sunt liberè alienati, cum communi contra alteram communem.*

44 *Clerico quod pater donat, vt ad sacros ordines promoueatur,in legitimam imputatur.cum Couar.contra Fabrũ, & Aimon.*

45 *Imputatur legitimę,quòd à patre filio datur ob causam causatiuè tantum,non etiam præcisè necessariã,contra Pau. & Alex.& Decium.Couar.*

46 *Clericus si nupsit etiam nulliter,amittit beneficium ecclesiasticum,cum multis contra communem.*

47 *Clericus priuatur beneficio,si nupsit consanguineæ, cũ communi*

48 *Clericus non perdit beneficium ecclesiasticum per simplicem fornicationem,cum ccmmuni,cõtra alteram coẽm.*

49 *Clericus deponitur per fornicationem deformem,cum communi.*

51 Legi-

50 *Clerici simplex fornicatio pro incestu non est, cum multis, contra quamplures.*
51 *Legitimare qui potest spurios, & adulterinos, potest etiã legitimare vtroq; morbo laborantes, cum communi contra alteram communem.*
52 *Clericus pro homicidio proditoriè facto traditur curiæ seculari, licèt nõ esset ĩcorrigibilis, cũ cõi cõtra alterã cõem.*
53 *Clericus parricida, vel crimen læsæ maiestatis perpetrans, statim est curiæ seculari tradendus, licet non sit incorrigibilis, ne gauderet immunitate ecclesiæ.*
54 *Clericus delinquens gaudet immunitate ecclesiæ. cum communi, contra alteram communem.*
55 *Ecclesiæ immunitate gaudet confugiens ad corpus Christi. cum communi contra alteram communem.*
56 *Clericus non recitans horas, an teneatur ad restitutionẽ fructuum beneficiorũ, cum cõi contra alteram communem.*
57 *Clericus quod superest ex reditibus beneficiorũ, an pauperibus elargiri teneatur? cum cõi contra alteram cõem.*
58 *Cleri. iure diuino exemptus est à iurisdictione seculari. cum communi contra quamplures, & ideo testatur cum sola solennitate iure cano.*
59 *Leges totius tituli, C. de episc. & cleri. & de sacros. eccle. & in titu. 3. lib. 1. ordi, non habet vim legis, sed tantum beneficij, cum communi.*
60 *Clericus subesse potest iudici laico ex cõmissione Papæ, non aliter, ẽt si diu ille laicus esset in hac possessione, cũ cõi.*
61 *Clericus etiam coniugatus gaudet priuilegio fori, cum cõi.*
62 *Clericus gaudet priuilegio fori, licet nõ incedat cum habitu clericali, cum communi.*
63 *Etiã si is immisceret se negotijs secularibus, cum communi.*
64 *Etiam si is nihil allegaret, cum communi.*
65 *Etiam si renuntiaret priuilegio fori cum communi.*
66 *Etiam testator contrarium iuberet, cum communi.*
67 *Etiam si esset in contrarium consuetudo, cum communi.*
70 *Clericus hæres laici ante litem cum defuncto cœptã nõ gaudet priuilegio fori, cum cõi contra alteram communem.*
71 *Imperator non habet iurisd. à Papa, sed iure proprio. cum communi contra alteram communem.*
72 *Clerico accedit instantia litis cœpta cum defuncto, cũ communi contra alteram communem.*
73 *Clericus an habeat priuilegium, ne laicus contra eum possit esse testis.*
74 *Clericus priuilegio fori poest interdum renuntiare licet expressim non possit, noua declaratio.*
75 *Nobilis pro debito, an possit vinculis detineri, cum cõi.*
78 *Nobilitas an iure Regio possit renuntiari.*
79 *Cessionis beneficio non potest renuntiari, cum communi contra alteram communem.*
80 *Cessionis benefi. etiam cum iuramento non potest renũtiari, cum quibusdam contra communem.*
81 *Pactum, vt debitor priuato carcere detineatur, non valet, cum communi contra quamplures.*
82 *Mater vt incarceretur pro debito ex tutela filiorum conueniri non potest, cum multis contra communem.*
83 *Renuntiari non potest benefi. legis, ad egregias, de iureiu. cũ multis contra communem.*
84 *Clerici testamentum minus solenne valet.*
85 *Declaratio noua.*
86 *Alia declaratio noua.*
87 *Alia declaratio noua.*
88 *Alia declaratio noua.*
89 *Alia declaratio noua.*
90 *Alia declaratio noua.*
91 *Alia declaratio noua.*
92 *Alia declaratio noua.*
93 *Alia declaratio noua.*

DEINDE & 11. fallit solennitas, quę regulariter desideratur in testamentis, in testamento, in quo fuerunt scripti legitimi hęredes, nam etiam cum quinque tantum testibus valet, text. est in l. hac consultissima, §. si quis autẽ, C. de testam. vbi ita tenent Cinus, Ioannes Faber, Butrig. Albericus, Bald. Salice. Ang. Paul. Alex. Corneus, Ias. & alij cõiter text. in l. 2. ff. de iniust. rup. vbi tradunt Bar. Bal. Ang. Imola, & alij cõiter, idẽ Ias. in l. si filius qui in potestate, ff. de libe. & posth. nu. 34. Corn. consi. 297. col. 1. lib. 4. Guil. Bened. in c. Rainu. §. testamentum, 1. nu. 76. de testam. Roman. consi. 306. Proposita consultatio. collige ad hãc fall. plures declarationes, & limit. ex fine huius libri.

Limita. 1. vt non procedat, qñ eorum, qui ab intestato primum locum tenebant, non oẽs essent instituti, sed quidam ex eis. Ista videtur cõis opi. quam tenent Alex. & Ias. col. 2. in d. §. si quis autem, vbi Corn. Guiliel. Bened. in d. c Rainu. de testa. in verb. testamentum, 1. nu. 76. vers. Quinto requiritur. Cuma. in l. si filius, qui in potestate, ff. de libe. & posth. col pen. & ibi Alex. in 4. col. Licet contrarium teneant Aret. & Ias. sibi contrarius in d. l. si filius qui in potestate nu. 34. quorum op. contra magis cõem longè verior est. Primò per tex. in d. l. 2. ff. de iniust. rup. quæ loquitur in numero singulari, & sic non desiderat concursum omniũ legitimorum. Secundò per tex. in simili in l. posthumus, § idem & circa, ff. de iniu. rup. quæ iura inducit Iaso. in d. nu. 34. Tertiò, quia in d. §. si quis autem, agitur de exclusione hæredis extranei, qui fuit institutus in primo testõ, vt admittatur hæres legitimus in secundo testamento scriptus, quem impedire non debent reliqui legitimi in secundo testamento prçteriti, quia eis non prodesset exclusio illius legitimi, qui institutus fuit, quia si eum excluderent, tunc extraneus in primo testamento scriptus hæreditatem totam vendicaret, vnde idem fauor, eademq; ratio est, quando legitimorum vnus tantum instituitur, quæ foret etiam si omnes legitimi instituerentur.

Illud autẽ dubiũ est, an dato, ꝙ per interuentum illius extranei id testa. non vitiaretur, tamen quod extraneo datum erat, deberet huic legitimo accrescere, recedens ab ipso extraneo, vt fit in portione relicta extraneo, cùm pater testator inter liberos, argu. l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testa. Quod omnino nego, quia illud videtur ius singulare fauore liberorũ, quod ad reliquos cognatos transuersos non facilem progressum recipere debet cõtra libertatem testandi summè fauorabilem, vt in l. 1. C. de sacrosan. eccl. & diximus suprà, §. 1. post præludiũ. Fallit tñ, quando extraneus ille esset incapax. Et ita intelligi & ampliari potest l. 22. tit. 1. lib. 1. & l. fi. tit. 3. lib. 5. ordi. vt procedat etiam in hoc testõ priuilegiato, quia hac in re non reperitur habere peculiare priuilegiũ. vt in simili dicebamus in prçce. §. Cogita tñ, quia quod dixi portionem extranei capacis non accrescere hęredi legitimo, non firmo, quia ꝑ doct. in d. §. si quis autem, variè controuertitur, & facilè fraus legi fieret, si id priuilegiũ ad extraneos honoratos extenderetur. Vnde magis est, vt quando testa. minus solenne sustinetur non fauore tam testatoris (quia is miles non erat, aut princeps, aut similis) quàm fauore legitimorũ hæredum, tunc oẽs extranei videantur incapaces aliquid percipiendi ex illo testamento. arg. d. ex imperfecto. Licet cõtrarium teneat Corn. in d. §. si quis autem, post alios, quos ipse allegat, col. 2. in prin.

Magis autem dubium est, an lex 3. Tauri, quæ in codicillis eand. solennitatem desiderat, quæ regulariter in testamento nuncupatiuo exigitur, procedat in hoc testaměto. Et puto non procedere. Tunc, quòd illa lex non intelligitur comprehendere casus specialiter ab alia lege prouisos (qualis est iste) vt dicebamus in §. præceden. Tum, quòd absurdum esset in hoc testamento minorem solẽnitatem sufficere, quàm in codicillo in eodem casu facto. argumento, in principio & per totum. Institut. de codicil. per

quod limitatur vtiliter dicta lege tertia.

Deniq; dũ diximus, ꝙ d.§.si quis autem. non procederet, qñ extranei essent honorati in testõ simul cũ legitimis quia tunc licèt testa. valeret, tñ quod extraneis datũ esset in portione hæreditatis vel legati accresceret legitimis, procedit etiã in testõ ad pias causas facto cũ minore solennitate, quia in omni testõ imperfecto extraneus censetur incapax non secùs, quàm spurius in terminis d.l.22.vel deportatus, vel similis, & si aliter intelligeremus, facilè fraus fieret legi. Quod intellige in terminis iuris ciuilis, nã in terminis iuris canonici, & in terris ecclesię procederet quod diximus infra nu.11.cum seq. Et tandem cũ ius canonicũ & ciuile vnum idemq; ius intelligi debeat, argum.c.1.& 2 de noui ope.nuntia.cũ ibi notatis, quasi vtrunq; ius vnum idemq; intelligi debeat constans duabus partibus.s.ex pręceptis ciuilibus, & ex præceptis canonicis, nã & ipsum ius ciuile subdiuiditur, vt pluribus partib.cõstare intelligatur, nempe ex præceptis legum, vel principũ, vel prætorũ, vel responsis prudentiũ, &c. vt per totum Insti.de iure nat. sanè magis est, vt testa.minùs solenne, quod valet, vel fauore piæ causæ, vel fauore legitimorũ, qui ibi fuerunt scripti, non valeat quo ad portiones extraneis relictas, sed illę, vel piæ causæ, vel legitimis institutis accrescant.arg.d.§.ex imperfecto.iuncta l.si is qui.ff.de vulga. vbi optimus text.

Fallit 12.solennis testamentorũ obseruatio in testamẽ-
1 to facto ad † pias causas, per tex.in c.relatum. 1.vbi tradũt Abb.Antonius, Imol.Bald.& cõiter nouissimi testam.per eosdem & nouissimos in c.cùm esses, eodem ti.Dec.con. 159.nu.1.& nu.3.& nu.7.Idem Dec.cons.610.nu.2.& cõsil.488.nu.8.& consi.159.nu.3.suprà allegato.tenet multum notanter valere testam.ad pias causas, quando testator in quadam schedula voluntatem suam conscripsit, & antequam ea publicaret, decessit. vbi refert idem tenuisse Dinum in l.Lucius, ff.de mil.testam. & Romanus in authen.similiter.C.ad leg.Fal.in 13.speciali pię causæ. Quin imò non solum si sit imperfectũ ratione solennitatis (qua
2 le est in specie proposita) sed etiam si esset † imperfectum ratione voluntatis adhuc valeret. Ista est cõis opi.quam tenuit Bar.in l.testamento, ff.de fideic.liberta.sequitur & dicit cõem Dec.in d.consi.610.nu.3.Alexan.in l.si certis annis, C.de pact.idem Alex. in l.hac consultissima, §.ex imperfecto, C.de testam. Imola.in l.si quis cùm testamẽtum ff.de testamen.Angel.in §.ex eo.Inst.quib.mod.test.infir. Alexand.cons.105.Viso.lib.4.colum.3.Abb.in c.1.de successionibus ab intestato.in 3.notabi. Andreas Siculus ibidem argum.l.fi.ff.de rebus eorum. facit rex. quem bonũ esse dicit ad hanc conclusionem Decius vbi suprà.in l.si testamentum, C.de instit.& substi.idem repetit ipse Decius in d.consi.488.In causa & lite, nu.8.Et quòd testamẽtum
3 minus solenne valeat ad pias † causas non secus, quàm inter liberos, & hoc mulier esset testis in tali testamento, neque in eo rogitus testium desideratur, tenet Corne.consi. 215.Videtur.lib.2.idem Corne.cons.166. Minimè.lib.3. in quo testamento secundum eum duo testes sufficiunt Iaso.in authen.nouissima, C.de inoffi.testa.nu.16.Bar.Bald. & alij in l.1.C.de sacrosan.eccl.Abb.& alij in cap. relatum & in ca.cum esses, de testam.& vtrobiq; per Didacum de Couar.idem Corne.consi.261.nume.3.lib.1.Corne.cons. 137.nume.1.lib.2.idem Corne.cons.118.lib.3.& cons.49 num.9.lib.1.& consi.324.num.8.lib.1.& consi.18. nume. 15.lib.2.idem Corn.consi.77.nu.4.lib.1.& consi.307.nu. 4.lib.3.& consil.31.nume.3.lib.2.idem Corne.consi.157. nume.2.lib.4.& consil.53.nume.8.lib.1.& consil.62.nu. 8.lib.2.idem Corn.consi.112.lib.1.& consi.140.nu.1.eo. lib.& consi.297.nu.6, lib.4.per Alex.Ias.Cor.& Cur.iu.in l.hac consultissima, §.ex imperfecto C.de testamen.quod etiam tenent pleriq; eorum, quos in præcedenti fallentia diximus tenere, quòd testamentum minus solenne valet
4 inter liberos † cum duobus testibus, nec requirit rogitum testium, nec quòd testis sit masculus. In quo vltimo contrarium tenuit Antonius in dict.capitu.relatum.post Aretin.quem ipse refert.& Lapus in allegat.30.& Pontanus in repetitione authenticę, similiter in 11.speciali, C.ad legem Falcid.pro vt eos refert Corne.in d.consi.215.nu.3 lib.2.Sed verior est cõis opin.vt in præcedentibus fallentijs resoluimus.

5 An autẽ possit furiosus testari † ad pias causas? Et cõis opinio est non posse. vt resoluit Dec.in l.furiosum.nu.15. & 16.C.qui testa.face.pos.

An autem in testamento ad pias causas incapax honorari possit? Quod omnino nego, argu.l.hac consultissima §.ex imperfecto, C.de testam. & quia lex generalis comprehendit etiam casus priuilegiatos, si in illa materia non reperiuntur habere speciale priuilegium, vt diximus in §, 35.nume.5.sed hoc casu cum incapace non reperitur dispẽsatum, ergo, &c. Et ita intelligo, & amplio, l.22.titu.3.libr. primò & l.fina.titul.3.lib.quintò ordi.& l.4.& 5.titu.tert. parte 6.

6 Illud autẽ notandum est, quòd testamentum † imperfectum ratione voluntatis videtur valere ad pias causas, vt ex cõi opinione suprà retulimus in exemplo de schedula scripta à testatore, qui decessit antequam eam publicaret, vel testes adducerentur, quo casu testamentum non desinit valere. Quod variè intelligitur. Primò vt procedat in testamento ad pias causas. Secundò vt procedat in testamẽto inter liberos. Tertiò vt procedat iure testamenti, si in tali schedula erat heredis institutio. Quartò vt procedat non iure testamenti, sed alterius vltimæ voluntatis, quãdo in tali testamento hæredis institutio non erat. Hæ videntur cõmunes resolutiones, vt suprà diximus. In contrariũ tamen facit quod tradit Ioannes Andr.in additionibus ad Speculatorem, in titulo de fide instrum. §. compendiosè, in additione magna, columna penultima. Oldraldus consi. 117.Anchara.in capitu.2.de testamen. per tex.in l.si quis cùm testamentum, ff.de testamen.& ibi glos.in 1.solutio. quam signat ad dictum §.ex imperfecto, & ibi Bart.Bald. & Angel.gloss.Guilielm.de Cuno, Bald.& Salice.in l.si.C. famil.her.Bart.Paul.Corne.Alex.Ias.& alij in d.§.ex imperfecto, qui omnes, & alij, quos enumerauimus suprà, tenent testamentum imperfectum ratione voluntatis nõ valere etiam inter liberos, vel ad pias causas, tenent etiam Alber.in dicta le.hac consultissima, §.si quis autem, C.de testamen. Didacus de Couarr.in c.relatum, 1. num.9.de testament.& ibi Barba.numero 24.Corne.consi.118.numero 2, libro 3, & consil. 215, columna prima, libro 2, Anania consi.57.Paul.consi.101.& consilio 451.lib.2.Guil.in c.Rainu.de testam.in verbo.testam.1, nu.71.Pari.consi.24 lib.3, nu.11.Aret.in d.l.si quis cùm testamentũ, col.2, Decius in c.1.nume.15.de fide instru.idem Decius consi.159 & consi.488.Iaso.consi.155.colum.3.lib.4, Ruinus consi. 1.lib.2.nu.20.Parisi.consi.146.lib.4.per tex.in l.fideicõ.§ quoties, ff.de leg.1.

Quid dicendum. Considera plures casus. Primus, quando testator, qui volebat facere testamẽtum nuncupatiuũ, illud ordinauit in quadã schedula, & iussit accersiri testes & tabellionem, vt corã eis ea, quæ in schedula conscripta erant, recitarentur, sed morte præuentus fuit antequam testes accederent, & tunc magis est, vt testamentũ valeat tã inter liberos, quàm ad pias causas, si per confessionem partiũ, vel aliàs legitimè probetur, ꝙ ea erat volũtas testatoris, quia hoc casu integra erat voluntas ipsius testatoris, neque aliud quidquam addendum erat. Et ita voluit Cornel. in dict.consi, 118.In hac consultatione, libr.3. post plures, quos ipse refert, & in consilio 215.libro secũdo, columna prima & secunda. Et isto casu procedit, & saluatur opinio quam tenuit Bartol.in l.in testamento, ff.de fideicommiss. hæreditatibus. Decius consilio 610.numero 3. Alexand. in dicta l.si certis annis, idem Alexan.in dicto §.ex imperfecto. Ange.in dicto §.xe eo, Imol.in dicta l.si quis cũ testamentum. Alexan.in dicto cõsilio 105. Viso lib.4.Abb. in cap.j.de successionibus ab intestato.& ibi And.Siculus. Secundus casus, quando testator incepit suũ testamentum in qua-

in quadam ſchedula, vbi conſtat non conſcripſiſſe omnem ſuam voluntatẽ, quia fortè quibuſdam hæreditarias portiones, legata, fideic. libertates, tutelas, & ſimilia deſignauit, cũ conditionibus infrà declarandis, quas morte præuentus non declarauit, & tunc tale teſtamentum indubitanter nõ valet. & ita procedat text. iuncta ſua gloſ. in d.l. ſi quis cum teſtamentũ. gl. app. in d.l. fi. C. fam. her. & receptiſsima illa opi. de qua ſuprà. Ratio differentiæ inter hunc caſum & ſuperiorem eſt: quia iſto caſu nihil actũ eſſe intelligimus, cũ aliquid ſupereſt agendũ. l. pe. C. quibus vt indignis. & id demum perfectũ eſt, quod ex omnibus ſuis partibus conſtat l. 1. ff. de origine iuris. & teſtamentum debet eſſe perfectũ quantum ad voluntatem. d.l. ſi quis cũ teſtamentum. & l. 1. ff. de teſtam. l. furioſum. C. qui teſta. face. poſ. At ſuperiore caſu teſtamentum perfectũ erat quantũ ad voluntatem, & ſola probatio deficiebat, quæ quoquo genere probationis ſuppleri poteſt in teſtamento inter liberos, vel ad pias cauſas nõ ſecuta q̃ in actibus inter viuos ſuppleretur c. relatũ. 1. c. cum eſſes. de teſta. l. fi. ibi, quibuſcunque verbis, vel indicijs. C. fam. her. vt plenè diximus in præcedenti fallentia. Qua ratione idẽ admittendũ eſſet ẽt ſi in ſcriptis teſtator deſignauerat facere teſtamẽtũ. Nec oberit text. in pr. Inſti. de emptione & vend. Nã ſpeciale eſt in teſtamento inter liberos, vel ad pias cauſas. Tertius caſus, qñ teſtator ſuũ teſtamẽtũ in quadã ſchedula cõſcripſerat, & anteq̃ teſtes adducerent, deceſsit: & incertũ, eſt an aliquid vltrà additurus eſſet, nec, ne & tunc ſi in tali teſtamento ſint hæredũ inſtitutiones, præſumã nihil vltrà addẽdũ fuiſſe, & valebit teſtamentũ: ꝙ ſi non ſint hæredũ inſtitutiones, preſumã contrarium, & teſtamentum non valebit. argu. tex. in l. 1. §. fin. ff. de vulg. l. proximè. ff. de his quę in teſtamento delentur.

7 Ex ſuperioribus infertur, ꝙ ſi teſtator iuſsit † fieri capellam, vel eccleſiam certo modo, & cùm vltra vellet procedere, deceſsit antequàm teſtamentum perficeret id teſtamentum non valebit, etiam quo ad illam capellam, vel eccleſiam. Licèt in ſpecie contrariũ tenuerint Deci. in d. cõſ. 610. nu. 3. Bar. in l. in teſtamento, ff. de fideic. libertatibus. Alexã. in d.l. ſi certis annis. & in d. §. ex imperfecto. Ange. in d. §. ex eod. Imol. in d.l. ſi quis cum teſtamentum. Abb. & Andre. Siculus in d.c. 1. de ſucceſsionibus ab inteſtato. Alex. in d. conſi. 105. lib. 4. Quę op. licèt communis ſecundum Deci. vbi ſuprà. defendi tamen non poteſt.

An autem captatoria voluntas fauore piæ cauſę admittatur, tradunt pleniſsimè Iaſ. in l. captatorias. C. de teſta. milit. Didacus de Couar. in c. cum tibi. per tex. ibi. de teſtamẽ. Nos autem credimus non poſſe valere, quia fauore cauſæ diſpenſatur cum cauſa formali & ſolennitate, non autẽ cũ cauſa efficiente, hoc eſt, cũ voluntate teſtatoris, quæ lædit per interuentum captionis. De his cauſis diximus ſuprà. §. 2. & 3. & 4. Præterea lex generalis comprehendit caſus priuilegiatos, niſi in illa re qua de agitur, reperiantur habere ſpeciale priuilegium. diximus in §. 35. nu. 5. nec hoc in caſu cauſa pia reperitur habere ſpeciale priuilegium, ergo remanet ſub regula. Et ita intelligo & amplio. l. 3. tit. 10. par. 6. l. 1. & 3. tit. 4. lib. 1. ord.

Illud autem vehementer controuerſum eſt, an filiusfa.
8 de conſenſu † patris poſsit teſtari ad pias cauſas? Qua in re reperiuntur quatuor principales opiniones, quas ſeriatim refert Iaſ. in l. ſenium, colum. 2. cum tribus ſequentibus. C. qui teſta. face. poſ. quarum duas principales referam. Prima, vt filiusfa. etiam de conſenſu patris ad pias cauſas teſtari non poſsit. Et hanc ſequitur Iaſ. in puncto iuris vbi ſuprà. Ioan. And. in c. licèt de ſepulturis. & in c. ſi pater. de teſtam. in 6. in nouellis. Anchara. in d.c. licèt & in c. 2. de teſt. Imol. in l. qui in poteſtate in prin. ff. de teſtam. & in l. tam is §. 1. ff. de dona. cauſ. mort.

Contrariam ſententiam tenent communiter doct. ſecũdum Deci. in d.l. ſenium. num. 21. Calderi. conſil. 10. in tit. de teſtam. Dominicus in d.c. licèt. de ſepulturis. in 6. Abb. in rubr. de teſtam. num. 10. Ange. Sali. Roma. Bald. Corne. in d.l. ſenium. Alex. in l. 1. §. hoc autem ſenatuſconſultum. ff. ad Treb. Laurentius Calca. conſ. 12. col. penu. Fredericus conſi. 298. Bal. in l. 1. col. 2. & in repetitione. col. 5. C. de ſacroſ. eccleſ. ſequitur & dicit communem Couar. in rub. de teſta. in fin. & eſt communis ſecundum Alex. vbi ſuprà. & & Iaſ. & ſecundum Deci. vbi ſuprà.

Quid dicendum? Pro prima ſententia negatiua eſt regula generalis, quę filiumf. teſtari poſſe etiam cum conſenſu patris non permittit. l. qui in poteſtate. ff. de teſtam. l. pen. C. qui teſtam. face. poſ. §. 1. Inſti. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. l. 13. tit. 1. part. 6. Pręterea teſtamentũ facere olim erat de genere prohibitorum, & ex quadã diſpenſatione, poſtea conceſſa fuit teſtandi facultas, quæ cõceſsio, & diſpẽſatio filijſ. negata fuit expreſsim. Quinimò eadem prohibitio antiqua in filijsfa. expreſsim iure nouo repetita fuit. vt d. legibus. & quę plenè reſoluimus ſuprà. § 1. in illo arti. Quo iure ſit inductum teſtamentum.

Hęc regula videndum eſt, an reperiatur limitata, quando ſit teſtamentum ad pias cauſas? Et quòd reperiatur limitata, vr̃ per tex. in d.c. licèt §. fi. cuius verba. Quanuis ãt filiusfa. abſque patris aſſenſu ſibi poſsit liberè eligere ſepulturam, pro anima tñ ſua pręter ipſius aſſenſum niſi peculiũ caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe habeat, aliquid iudicare nõ poteſt. Ergo cùm ibi negetur filiumfa. poſſe pro anima ſua citra patris conſenſum quidquam de rebus ſuis iudicare, vel diſponere, includitur à cõtrario ſenſu, ꝙ de conſenſu patris, poſsit de rebus ſuis pro anima iudicare, vel diſponere. Sed certè ille tex. nihil omnino facit. Non. n. loquitur de teſtamento, ſed duntaxat eſt intelligendus de diſpenſatione quæ fieret vel inter viuos, vel etiam à morientibus dũmodo in vim, poteſtatem, & effectum actus inter viuos, vt ſit ſenſus, ꝙ filiusfamil. ſiquidem habeat peculium caſtrenſe vel quaſi caſtrenſe, poterit pro anima ſua de tali peculio citra patris conſenſum diſponere, tam inter viuos, q̃ in vltima vol. vt in l. fin. C. qui teſtam. face. poſ. & in l. fi. C. de inofficioſ. teſt. Sinautem peculium caſtrenſe vel quaſi caſtrenſe non habeat, tunc ſine patris conſeuſu de rebus ſuis aduẽtitijs, vel maternis etiam pro anima diſponere non poteſt, neque inter viuos, neque in vltima voluntate. l. 1. & per totum. C. de bonis maternis. l. cum oportet. l. fin. & per totũ. C. de bonis quę liberis. l. placèt ff. de acq. hære. l. acquiritur. ff. de acqui. rerum Dominio. De cõſenſu aũt patris vt poſſit diſponere de rebus maternis, vel aduentitijs, ibi non declaratur. Et licèt à cõtrario ſenſu colligatur, ꝙ poſsit diſponere tamen intelligi debet ſine deſtructione iuris communis vt poſsit diſponere pro anima de conſenſu patris, vel per actus inter viuos, vel per donationem cauſa mortis. vt in l. tam his. ff. de donat. cauſa mortis, non autem vt poſsit diſponere per teſtamenti factionem, quæ filiusfamiliàs ex preſsim interdicta eſt, quæque ex alieno arbitrio pendere non debet l. captatorias. C. de teſtamẽ. milit. l. captatoriæ. ff. de leg. 3. Quòd ſi dixerit, ſecundum hoc nullus ibi eſſet fauor animæ, Reſpondeas ad hoc ipſum, illum tex. factũ eſſe vt intelligatur, ꝙ etiam fauore animæ hoc caſu à regulis iuris non reciditur. Quinimò, vt de bonis maternis, vel aduẽtitijs filiusfam. ſine patris conſenſu non poteſt diſponere, ita quoque diſponere non poteſt fauore animæ per actum inter viuos, vel donationem cauſa mortis, nõ magis, quàm poſſet per ſimiles actus de talibus bonis diſponere ſine patris cunſenſu in vſus profanos. Et ſic cùm hæc exceptio iure non probetur, ſtandũ eſt regulę, præſertim ne in inducatur legum correctio. Itaque ille tex. intelligendus eſt de diſpoſitione inter viuos, vel mortis cauſa donatione, non aũt de teſtamento. Et ita eſt intelligenda glo. fin. ibi quæ ſi aliũ ſenſum habuit vera non eſt. Et alia multa in hunc articulũ vide per Iaſ. & Decium vbi ſuprà.

Infertur ex ſuperioribus veram non eſſe opinionẽ Decij in d.l. ſenium in 2. col. in prin. C. qui teſtam. fac. poſ. vbi
9 tenet, ꝙ filiaſ. poteſt † teſtari de ſua dote, cùm in ea ſecundum eum habet plenum ius & dominium tam proprietatis, quàm vſusfructus. Sed errat, quia lex, quæ nititur pluribus, non ceſſat, etiam ſi earum rationum aliqua, vel aliquæ defi-

deficiant, dummodo altera ratio vigeat. vt in §. affinitatis. Inst. de nuptijs. l. si nō lex A Elia Sentia. ff. de her. instituē. sed filiusfa. non ea tantum ratione testari veritus est quòd nihil suum habere posit, sed etiam ea, quòd olim nullus omnino testari poterat: & licèt postea data sit omibus testā di facultas, tamen filiofa. hæc facultas negata fuit, quæ sibi concessa non videtur, quanuis adquirendi ius & potestas si bi data fuerit. Nec enim sequitur, quòd qui habet dominiū posit libere testari.

10 Ex superioribus similiter infertur veram nō esse opinionem Philippi Decij, quin in l. pe. C. qui testam. facere poss. tenent cōtra communem opinionem quòd hodie † filiusf. potest facere testamentum de aduentitijs, quorum vsufructus patri non adquiritur. vt in terminis authenticæ, excipitur. C. de bonis quæ liberis. Sed in contrarium se habet vera & communis opi. quæ probatur per rationem præcedētem. & in l. pe. suprà alleg. & in l. fin. C. de inoff. testamento. Et sic stat contra Decium communis opi. vt ipse fatetur & resoluunt Alex. & Decius in d. l. pen.

Illud autem similiter controuersum est, an fauore piæ causæ recedatur ab illa regula, quę habet, ꝙ in re dubia qđ minimum est, debetur. vt in l. semper in obligationibus. ff. de reg. iur. De quo vltra nouissimos ibi docemur notanter in l. si ita sit. ff. de lega. 1. col. pen. in medio. Et piæ causæ fauore aliquid à principe impetrari non censetur impossibile vt per eund. Iaso. numero 20. in l. apud Iulian. §. fin. ff. de legatis. 1.

11 Denique illud controuersum est, an testamentū minùs solenne factum ad pias † causas valeat quantū ad extraneos in tali testamento honoratos? Et hac in re communis opi. esse videtur, vt valeat testamentum, non solum quo ad causam piam, sed etiam quo ad legata ibi extraneis relicta. Ita resoluit Alex. consi. 105. Viso ac diligenter. num. 14. libr. 4. Bar. & Sal. in authen. cassa de sacrosanct. eccle. C. Rainerius in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamē. facit doctrina Antonij in cap. quod clericis. de foro competenti Iaso. in d. §. ex imperfecto. num. 10. post Alex. quem refert in cōs. 41. Viso tenore. lib. 1. & ab hac sententia nullus discrepat secundū. Ias. vbi suprà. Corn. consil. 278. lib. 1. Didacus de Couar. in c. relatum. 1. nu. 2. Ruinus consi. 1. nu. 11. libr. 2. Soci. consi. 9. lib. 3. Alexa. consi. 177. colum. 3. lib. 2.

Contrariam partem tenēt Ias. vbi suprà. idem Ias. in l. 1. C. de sacros. eccle. nu. 22. lec. 1. & in relectione nu. 29. Paul. consi. 97. lib. 1. Alber. Brun. in tract. de poten. & effect. formæ. fallentia 21. prout eos refert ipse Didacus vbi suprà. Mouētur per text. in d. §. ex imperfecto. qui nihil obest. qa loquitur in testamento minus solenni facto inter liberos, quod sub hac demum conditione & moderatione lex admittit, vt inde nullum emolumētū extraneis accedat. Nos autem loquimur in testamento facto ad pias causas, quod cum sola solennitate iuris gentium firmum est, non secus, quàm solennes, regularìq; ciuilis obseruationes haberet. vt in c. relatum. primo & in c. cum esses de testamen. vt sic id testamentum valeat quo ad legata extraneis relicta, non secus, quàm quo ad institutiones factas ad piam causam. Itaque est longa differentia inter conseruationem testamēti minus solennis facti inter liberos, & conseruationem testamenti minùs solennis facti ad pias causas. Nam primo casu testamentum conseruatur non simpliciter, sed secundum quid. Secundo autem casu simpliciter conseruatur. vt dict. iurib. vnde de vno ad alterum non licet arguere. Dic tamen hac in re distinguendum. vt diximus suprà in princ. huius & §. tandem magis est vt tale testam. non veleat quo ad extraneos. argumen. l. si is qui ff. de vulga. iuncto dicto. §. ex imperfecto.

12 Quid autem econtrà, si in testamento minùs † solenni, in quo nullus priuilegiatus esset institutus, pia legata ecclesię relicta essent, an valere desinant non secus, quàm institutio hæredis non priuilegiati? Qua in re receptior op. esse videtur, vt legata euanescant, etiam si pia sint, non secus, q̃ euanescit institutio hæredis non priuilegati. Ita tenent Ias. in d. §. ex imperfecto. nu. 10. versi. In casu autē ecōntrario. & Sal. in d. auth. cassa Antonius in d. c. quòd clericis. Alex. consi. 177. lib. 2. & consi. 260. eo. libro prout eos refert Ias. vbi suprà, idem Ias. in l. 1. tam in 1. quàm in 2. lect. C. de sacrosan. eccl. Soc. consi. 5. lib. 3.

Contrariam sententiam tenent Didacus de Couar. vbi suprà. nu. 5. Anania consi. 28. col. 3. Antonius Rubeus cōsi. 72. col. 2. Alber. Bru. in tract. de potentia formæ falletia. 31. Imol. in c. quæ in ecclesiarum. col. pe. de const. prout eos refert ipse Didacus qui hanc sententiam sequitur. per text. in

13 † l. 21. tit. primo. par. 6. vbi secundum eum probatur legata pia in minus solenni testamēto relicta valere licèt reliqua legata non valerent. Sed ipse in vtroque deceptus est. Nā in d. l. 21. testamentum erat solenne, vt etiam fuit in l. 5. ff. de hær. inst. à qua extracta fuit d. l. 21. & vtrobique hęredis institutio infirmatur propter iustum, expressumq; errorē testatoris, legataq; sustinentur, quia in eis nullus fuit error. Et similiter vtrobique sustinentur legata nō solum pia, sed etiam profana, qualia sunt, quæ amicis, vel cognatis relinquuntur. Vnde admiror geminum supinumq; errorē viri alioqui acutissimi. Vnde in principale articulo prior op. negatiua tenenda est, vt vitiata institutione, legata, & reliqua infirmentur. l. si nemo. ff. de regulis iur. l. si nemo. ff. de testamen. tut. l. eam quam. C. de fideicom. l. 2. §. prius. ff. de vulg. & quia accessorium, &c. & in regula. Accessorium de reg. iur. in 6. l. 3. §. fi. ff. de lib. & post. iuncta l. proximè. ff. de his quę in testamento delentur. §. ante hæredis. inst. de leg. l. 1. §. fin. ff. de vulga.

14 Neque ad rem pertinet tex. in l. 1. titu. 2. lib. 5. ord. Nam tex. ille loquitur in testamento solenni secundum ius † huius regni, quod quidem testamentum non desinit valere de iure regio, etiam si in eo ab initio hæredis institutio facta non fuerit, vt ibi. Cæterum si hæredis institutio facta fuisset, quæ ex defectu solennitatis iure regio requisitę euanesceret, tūc & legata euanescerēt, adde qđ viginti requisita ad test. solennizandū requiruntur, cessantq; in hoc testa. vt dixi in fi. huius libri vnde colliges. 27. ampl. ad hanc regulā ꝙ test. ad piā causam sit informe, adde ꝙ ratio expressa in lege vere non tenet interpretatiue dicitur lex Ias. in l. quanuis. C. de fidei. Tiraq. de causa cessante. par. 1. n. 135. cū seq. per legem his solis. C. de reuo. dona. l. si fratres. §. idem Papi. ff. ꝓ socio. l. 2. §. idē quoq;. & §. si duo. ff. de colla. bo. l. fi. ff. de hær. inst. Nā cū ratio in l. expressa est (prout fuit in d. c. relatum. d. c. cum esses.) tunc ratio ipsa si generalis est, pro lege habetur, & decisio ipsius legis habetur pro exemplo, sicq; ratio ipsa magis attenditur. vt ex cōi opi. resoluūt Tiraq. de causa cessan. par. 1. nu. 157. Bal. in rep. l. de quibus col. 12. de legibus. versi. item nota ꝙ non vř Alex. cōsi. 75. Videtur in pręsenti. col. 1. lib. 5. Ias. in l. à Titio in prin. col. fi. ff. de verb. oblig. idem Tiraq. in l. si vnquàm. C. de reuo. dona. verbo. libertis. num. 45. Nam etiam ex ui compreheñsiua hoc casu ratio illa generalis omnes casus dicitur amplecti, non secus, quàm genus ex vi cōprehensiua omnes suas species complectitur. vt ex communi opin. resoluunt Tiraquel. de causa cessante per. 1. n. 137. Petrus, & Cinus in l. iura non in singulas. ff. de legibus. vnde ratio legis inducit, & est ipsa lex. vt resoluit plene Tiraq. vbi suprà. nu. 135. cum seq. qui quamplures citat huius sentētię authores. Ergo cū in d. c. cum esses. & d. c. relatum. expressa sit ratio generalis ad omnes solennitates, de quibus mentionem habuimus, superest, vt oēs illæ in testamento ad pias causas ex æquo cessare intelligantur.

Deinde ex eadem ratione colligitur idem fore in illa solennitate hæredis instituendi sine hæredis enim institutione licèt regulariter nihil in testamento scriptum valeat, tamen non sic est in testamento ad pias causas. Et ita nouè limitatur. l. 2. §. prius. ff. de vulg. l. 1. in fi. eod. tit. l. proximè. ff. de his quæ in testamento delen.

Quapropter idem nouè dicendum est, in ea solennitate subscriptionis, testium, de qua in §. sed cum paulatim. Inst. de testamentis l. ad testium. §. fi. ff. eodem l. hac consultissima in

ma in princ.C.eodem l.1.tit.1.par.6.Isthæc enim in testamento ad pias causas necessaria non sunt,non magis.quàm erant inspecto iure diuino,quòd ius tantum, nō etiam ius positiuum in testamentis ad pias causas inspicitur, sicq; declarantur,& limitantur dicta iura.

Quamobrem idem nouè dicerem & solennitate signaculorum testium,per eandem rationem,eademq; iura.

Nam & idem admittendum in ea solennitate, vt vnico contextu fiat testamentum.de qua in l.furiosum.C.qui testam.facere poss.l. cum antiquitas.C.de testam.l.qui testamento.§.veteres.ff.eodem.nam & id à iure positiuo, non à iure diuino,aut naturali,quod in his testamentis desideratur,effluxisse intelligitur.

Proinde non ab re idem tenendum & in ea solennitate, vt testium quispiam non fuerit compulsus,nam non reperitur id requiri in actibus inter viuos, aut in testamētis informibus,quale est testamentum ad pias causas.Sicq; nouè limitatur.l.qui testamento.§.fi.ff.de testamē.argum.l.nécnon.§.quod eis.ff.ex quibus cau.maior.

Vnde signum tabellionis quanuis iure regio in testamēto in scriptis sit necessarium.per l.Tauri.3.(secundū ꝙ nos interpretamur)tamen illud regulariter nōn sic in testamēto ad pias causas,qđ irregulare est,& informe,quodq; non subiacet regulis iuris communis, sed iuris tantum diuini quo iure tale signum cognitum non fuit. Neq; ad rem pertinet,ꝙ cōtra superiores omnes declarationes videatur vrgere illa regula,vt quod expressim non mutatꝰ,stare nō prohibeatur.lege sancimus.C.de testamentis.leg.præcipimus C.de appellationib.& superiorum solennitatum nulla ferè in testamentis ad pias causas reperiatur sublata per vllam legis decisionem,preter numerum testium.d.ca.relatū.1. & ca.cum esses de testam.Nam respond.quòd id licèt per illorum iurium decisionem nominatim non fuerit immutatum tamē per rationem in illis iuribus expressam immutatum ex sententia & interpretatione legis intelligitur,cùm ibi ea ratio expressa sit,vt in testamento non ius commune positiuum,sed ius tantum diuinum inspiciatur, quo iure istorum solennium nihil introductum fuit:nec dubium est, quin ratio expressa in lege pro ipsamet lege habeatur, adeò,vt decisio loco exempli sit,vt plenè suprà docemur.

Superiora limitantur,si testator errauerat circa personā hæredis scripti, quo casu similiter iure ciuili testa. nullum est l.si pater l.neque apud C.de hæ.inst.l.fi.ff.eo.tit.

Limit.2.si testa.i.hæredis institutio fiat in bonis alienis, quo casu non valet.vt docemur suprà.§.17.nu.21.

Lim.3.si voluntas consumata non fuerit, quo casu similiter iure ciuili testame. nullum est l.si quis cum testamen. ff.de testament.

Limi.4.si testator se in arrogationē dedit, quo casu iuri ciuili test.infirmatur.l.pe.§.pe.ff. de secundum tab.§.iuri non tamen.Instit.quib.mod.testam.infirm.

Limit.5.si præcessit clausula derogatoria, quo casu similiter iure ciuili testa.infirmum est,vt in l.si quis in pr.testamenti.ff.de leg.3.cū ibi notatis per Bar.& alios & in l.si mihi & tibi.§.in legatis.ff.de leg.1.vbi per Aret.Alexand. Iaso.& alios.

Lim.6.si ipse testam.cancellauerit, quo casu similiter testamen.iure ciuili infirmatur.vt per totum.ff.de his quę in testamento delentur.

Et quid si testator fuerit coactus, quo casu testame.iure ciuili non valet.vt per totum.ff.& C. si quis aliquem testari prohib.Et magis est,vt & hoc casu,& superioribus testamen.non valeat,non magis,quàm superiorib. casibus,etiā si fiat ad pias causas. Moueor quia in his speciebus voluntas testatoris deficit,quod quidem vitium omni iure etiam naturali & diuino in cōsideratione esse debet:non sic,quādo deficit testandi solennitas, quæ iure tantum ciuili quo ad hoc testamentum cognita,& inducta fuit.Quę omnia nota,quia a reliquis non sunt præuisa,nec cōgesta.Vltimò
15 limita.vt diximus suprà ad pr.huius.§.

In summa sciendum est testamentum nutu factū † valere ad pias causas vt ex communi opinione resoluit nouissimè Tiraq.in l.si vnquam.C.de reuocand.dona.in verb.donatione largitus.nu.326.tenuit glo.& communiter doct. in c.cū tibi de testam.Bal.in l.1.col.2.in lec.& in repetitio. col.antep.& ibi Aret.col.fi.C.de sacros.eccle.idē Tiraq.in tracta.priuilegiorum pię causæ in 8. priuilegio. & tn̄ testamentum nutu factum etiam inter liberos nō valeret vt resoluit Tiraq.in d.nu.326.Bal.Ang.Fulg.Paul. & alij cōiter in l.iubemus.C.de test.plenè per eund.Tiraq.in d.8. priuilegio.Vnde apparet,ꝙ magis fauetur pię causæ,& testamēto facto ad piā causam, q̄ si fieret inter liberos.secundum eund.Tiraq.in d.n.326. qui hanc dicit cōem sentētiā.Bal. Sali.& alij in authen.si qua mulier.C.de sacrosan.eccle.idē Tiraq.in d.l.si vnquam.in verbo,libertis.versi.83.

16 Rursus testamētum factum inter † liberos fauorabilius est quā quod fit à milite inter extraneos.vt resoluunt Pau. & Iaso.nu.6.in d.§.ex imperfecto idem Ias.in l.hac consultissima.nu.16.C.de inoff.testam.

17 Postremo id testamentum minus solenne † non solum valet,sed etiam reuocat primum testamētum solenne.Ista est vera & communis opi.vt per Alex.consi.131.n.2.libr. 7.& consi.41.nu.5.lib.1.& cōs.105.nu.4.lib.7.Corn.cons. 18.n.15.lib.2.& consi.77.nu.4.lib.1.& consi.307.n.4.lib. 3.& consi.31.nu.3.lib.2.& consi.157.nu.2.lib.4.& consi. 53.nu.8.lib.1.& consi.62.nu.8.lib.2.& cons.278.n.1.lib.1.

Illud autem cōtrouersum est,an in hoc casu, & similib. in quibus laici subijciūtur iurisdictioni episcopi, possit episcopus non tantum cognoscere, sed etiam ad executionē progredi contra laicos. Et communis op.vr̄ vt non possit. Et tamen iure regio res caret dubio,quia ius exequendi cōtra laicos denegatur ecclesiasticis.vt l.4.titul.1.lib.3.ordi. l.7.& l.25.tit.3.lib.1.l.24.& l.26.tit.2.lib.3.ordin.

18 Reperio tamen vndecim, vel duodecim † famosos doctores,tenentes pro ecclesia,videlicet Innocen.in c.significasti.de officio delega.Ioan. de Anania in rubr. de sortilegijs.Dominicus in ca.cū episcopus.de officio ordi. in 6.& Philippus ibidē Bal.in l.nā saltē.ff.de officio præfecti vigilū.Stephanus regens parlamēti in repetitione clementinæ primę.de officio ordinarij.Villadiego Hispanus in tractatu de hęreticis.in 11.q. Et idem etiam tenet Innocen.in c. olim el.3.de restitutione spoliato. dicens episcopus pōt excommunicare,capere,& priuare suos parrochianos,si inueniantur alteri episcopo obedire.Et Abb.qui in d.c.significasti.tenet ecclesiam id facere non posse in c.graui.de pœnis dicit ꝙ iudex ecclesiasticus pōt militare, & tēporaliter punire laicum pertinaciter perseuerantem in excommunicatione.quod dicit bene notandum,dicens,quòd quanquā non sit in vsu potest fieri de iure.Ex quo patet,quòd vicarij,& alij iudices constituti per diœcesis prælatos, iuridicè incarcerant laicos existentes, & permanentes in excommunicatione.Est itaq; ferè tantus numerus doctorum tenentium pro ecclesia,q̄ eorum,qui tenent contra hāc opinionem quæ fauet ecclesię .Illud tamen ab vtriusq; partis fautoribus receptum est,vt talem iurisdictionē possit exequi prælatus in laicos quando in legitimā pręscripsit.

19 Præscribitur autem iurisdictio iure †regio eo tempore cuius initij memoria non stat l.6. titulo de las præscriptiones lib.3.ordinamen.Quo tēpore non est necesse probare,
20 ꝙ notarius,qui † confecit instrumētum,fuerit notarius,nā id præsumitur secundum Bald.in auth.quas actiones C.de sacrosanct.eccle. Et his casibus sufficiunt testes de auditu deponentes,vt dictis locis traditur per doctores.

Præterea in factis antiquis ad probationem eorum quæ
21 vitam hominū† nō attingunt,attestationes de auditu,imò & de auditu auditus plenè probat,est text.notabi in c.licèt ex quadam de testi.& in c.quotiens.eod.titu.& in c.de parentela.35.q.6.& 3.q.§.testes.& §.de his.& 14.q.2.c.super prudentiam.c.quanq̄ 24.q.1.c. non satis & ff.de grad.l.nō facilè & ff.de probatio.l.si arbiter & c.præterea. & in c.cū causam.de testib.& vtrobique illorum iurium per doc.& & signāter per Abb.in d.c.licet ex quadam in prima col.4

notab.

notab.post Ioannem Andre. & Hostien. vbi dicit, ꝙ vbi agitur de probando aliquid, quod hominis vita capere non potitu vt puta,quia excedit tempus centum annorum.arg. tex.in l.fi. C.de sacrosf.eccl.& tex.in l.si vsusfruc.municipi. ff.de vsufructu leg.admittitur testimonium de auditu audi tus. Nam licèt ille tex.loquaẽ de consanguinitate vel affinitate probanda eadem tñ rõ est in alijs factis antiquis de quib.testes haberi non possunt probat tex.in d.l.si arbiter ff.de probatio.Facit ẽt notab.decisio Bal.in l.cõuẽticulã in pe.col.de episco.& cleri.vbi tenet. ꝙ in factis antiquis opinio generalis habetur pro veritate,nec est necessaria alia ꝓbatio.Et ideò dicebat ꝙ licet ecclesia Romana nõ habeat instrumenta de ciuitatibus suis,si tñ habet generalẽ opinionẽ,sufficit ecclesiæ pro plena probatione.allegat ad hoc di. Innocen.in ca.cum causam.de iuramen.calumn. Facit etiã ad hoc singularis decisio eiusdem Bald.in auth. quas actiones vlt.col.C.de sacrosf.eccle. vbi post Innocen.in d.c.ueniens.de verbo.significa.dicit quòd vbicunq; vera probatio propter antiquitatem temporis haberi nõ potest,quod tũc præsumpta probatio sufficit, quę resultat ex depositione testium de auditu,& fama,& opinione communi. Imò sufficit quòd facta antiqua probentur per indicia , & famã. vt notatur per Innoce.in d.c.veniens. de verbo. signifi.& per doctores in l.inducia.C.de rei vẽdicatio.Et dũ fit mẽtio de antiquis, non videtur dicendum , quòd intelligatur tantummodò de tempore vitam hominis excedente,putà centum annorum, quoniam minus tempus dicitur longinquum,& antiquum.Hoc tenuerunt apertè Cinus,& Bart. in l.siquidem.C.solu.matrimo. vbi dicunt quem esse mortuum.probatur eo ipso,quòd vita eius excessit centum an-
22 nos.Et subdit Bar.quòd etiam probatur †per famam,quãdo testes de auditu, & fama publica in antiquis faciunt integrã,& plenam fidem,& probationẽ.vt est,in casu nostro in l.si arbiter ff.de probationibus.in cap.veniens.el.1.de testa.& in c.quid per nouale.de verborum significat.Dominicus in ca.pia.de exceptio.in 6.& Abb.in ca.prudentiã.in §.6.de officio delega.& Speculator in titu. de notorio crimini in §.fin.in versi.2.& in versi.quid agenti. & Bar.in l. testium in §.eius quoq; ff. de testibus. & in l.de minore in §.tormenta.ff.de quęstio.& in l.diffamari.C. de inge.& in l.at qui natura in §.cum me.ff.de nego.gestis & Sali.in l.ea quidem,C.de accusa.per tex.in c.licèt ex quadam.& in ca. quotiens de testibus. Et ex suprà dictis omnibus dicebat Bal.in l.conuenticulam.C.de episcopis & clericis,quòd in factis antiquis generalis opinio habetur pro veritate , nec est necessaria alia probatio . Ex quibus inferebat ipse,ꝙ si ecclesia non haberet scripturã de suis bonis,sufficeret opinio generalis,nam aliàs nõ posset probari,ꝙ Cęsar fuit Imperator.Idem Bal.in auth.quas actiones.C.de sacro.eccle. in vltima col.Ex quibus omnibus dicebat notabiliter Innocentius.in c.veniens,de verb.signifi.ꝙ vbicunque vera probatio propter antiquitatem temporis haberi non põt, sufficit præsumpta.Et dicebat Bal.in l.cum super.C. de rei vendic.quòd vbi est durum probari titulum per instrumẽta admittitur probatio per testes, nam sola probatio famæ sufficit ad probationem dominij.vt per gl.& Bart.in d.l.at qui natura.§.cũ absente & d.l.de minore.§. tormenta.idẽ voluit Alex.in suis consi.consilio.19.q.2.1.col. & cõsi.24. in secũdo volu.1.col.& consi.4.eo.volu.Finaliter adduco Bald.in nostris terminis in l.proprietatis.C.de proba.cuius verba sunt.Probat plenè fama antiqua , quia per eam probantur antiqua dominia,de quorũ principijs non extat memoria.Et hoc maximè virtutis est in vniuersalibus dominijs,puta Regum,Comitum,& in territorijs ciuitatum.Et
23 ideo,accedit quod legitur, & notantur † in l.at qui natura. in §.cum me absexte ff.de nego.gestis. Et quod dicatur factum de antiquo,dicit Bald.in authent.quas actiones.& in d.l.proprietatis.& in l.cum super.C.de rei vend.

24 Et in ijs antiquis quę hominum vitam †excedunt,procedit pręscriptio etiam inter dominum & vasallum,vt tenent communiter doctores in cap.bonę.el 2.de postulatione prælatorum. vbi tradunt quemadmodum Papa potest præscribere,licèt omnibus sit superior.

25 Illud tamen certum est, quòd licèt dominus possit præscribere contra † vasallum, tamen contrariò vasallus contra dominum non potest tributa pręscribere.Ita tenet Ioãnes de Platea in l.1.circa finem.C. de exactione mili.annonæ.l.12.qui firmat ita commmuniter tenere doct.Istã eandem cõclusionem tenet Bar.in l.malè agitur.C. de præscr. 30.vel.40.annorum.fi.col.vol.vbi dicit Bald. verba sequẽtia.Per quas leges dicunt maiores nostri,quòd ẽt si per centum annos dominus vasallo non imposuisset seruitiũ,non esset vasallus liberatus tempore, quia nunquam habuit aliquam possessionem libertatis , ex quo requisitus non fuit ad præstationem seruitij.Et idem tenent Ang.Bal.& Pau. in l.hac autem iura.ff.de seruit.vrb.præd.

26 Deniq; generaliter quæro,an iura facultas † possint vsucapi.Et vi latè Corn.in l.licèt.col.1.ad fin.cum sequent.de iure deliberan. Sed tamen nouissimè dic , quòd si facultas competit mihi respectu rei,quæ à nullo possidetur, tũc ea facultas præscribi non potest.l.viam publicã.ff.de via pub. Hinc infero rationẽ not.quare præscribi non possit facultas implendi condi.potestatiuam.Quòd si ea facultas competat mihi respectu rei,quæ ab alio possidetur, tunc bene pręscribitur.vt l.in bello.§.si quis seruum.ff.de cap. quinimò nunquam pręscriptio tunc procederet,si talis facultas agendi non adesset vt l.contra maiores.C.de inof.testamẽtol.1.§.fi.C.de annali except.Et similiter quæro,an ius adeundi,vel immiscendi longissimo tempore tollatur? Glos. & oẽs quòd sic in iure adeundi in l.licet.C. de iure deliberã.secus in iure immiscendi.& idem Ias.in l.1.C.quãdo nõ pet.par.nu.32.& in rub.C.de succes.edict.col.3.Tu nouissimè dic neutram opinionem ex toto verã esse.Nam si de liberante scripto,vel legitimo, vel etiam filio alius longissimo tempore possiderit hæreditatem,tũc etiam pręscribitur quia & si verè adita hęreditas esset,idem foret,et ita procedit communis opi. Cæterum si nullus pos. hęreditatis vacantis occupauerit,tũc nullo tempo.præscribitur.vt l.fine possessione de vsucap.ff.adde l.si curatoris.C.de iure deliberand.& ibi Fulg.Itaq; non est differen.inter ius adeundi & ius immiscendi,vel ius abstinen.contra Ias.Adde, ꝙ Sa lic.in d.l.licèt tenent contra cõem,ꝙ ius adeundi non tollitur longissimo tempore.quod & sentit in iure immiscendi.Sed eius oẽs rationes id concludunt,scilicet,ꝙ voluntas quam potest habere hæres scriptus, vel legitimus, ea nullo tẽpore præscribi potest. Sed nil concludunt quo ad facultatem,seu potentiam adeundi,de quo quęrendo erat.nos.n: non de volun.sed de facultate,seu potentia adeundi quærimus.ius.n.adeundi quid aliud est,q̃ pręsens acquirendæ hęreditatis facultas,seu potestas? vt l.delata.ff.de verbo.signi. l.is qui hæres in prin.l.is potest. de acquirenda hære.ff.ius enim adeundi non est,licèt adsit præsens acquirendæ hæredit. voluntas. Nam ius adeundi tunc demum formatantum videtur, cum primum hæreditas delata est, sed hęreditas tunc demum delata videtur, cum primum acquirendi facultas adest,nec inspicitur volũtas hæredis d.l.delata.vbi vtrunq; probatur.Ergo licèt volun.acquirendi hęredita.hæredi tolli per pręscripti.vel alias non possit, quia in facto,& animo consistit:tamen facultas,& potestas pręscribi poterit,quia in iure consistit. Quo autem tempore præscribatur illa potestas,dixi superius.Teneo ergo in primis contra Sali.quòd ius adeundi potest præscribi.

Quinimo etiam si nullus sit in possessione hęreditatis, vel rerum hæreditariarum videtur posse pręscribi ius tam adeundi,q̃ immiscendi.argumen.eorum,quæ notantur in l.regulariter.ff.de pet.hæred.Præterea aliud est quærere,an ius mihi competẽs à me abscesserit,aliud verò, an & à me abscesserit , & præterea in alium migrauerit. potest enim à me abscedere,etiam si in alium non migret.l.1.& 2.ff.pro derelicto.vbi cum rem meã habui pro derelicta , eius dominium à me abscesit,licèt in alium non transierit.Sic ergo & ius adeundi,vel immiscendi per lapsum & incuriam longissimi

longißimi temporis quasi pro delicto habeatur, a me abscedere potest, licèt in alium non migrasset. & id tempus sequenti in gradu, vtpote legitimè impedito, non currit, ergo post id tempus illi adeundi via aperta est. Cogita tamē, quia in nulla lege apertè probatur, nisi cum in possessione saltem improprijßima huius iuris, cuius de præscriptione agitur alter reperitur.

27 Redeundo ad casus, in quibus cessat † solennitas testādi fallit. 13. regularis forma, & obseruatio testamentorum in testamento facto coram presbytero parochiali, in quo valet testamentum coram duobus, & ipso presbytero, vt in superioribus diximus receptißimam esse sententiam. latè per Didacum de Couar. in c. cum esses, de testamentis. per tex. ibi nu. 12. Alciatus in c. nouit. de iudicijs. col. pen. Latè Corn. consi. 278. Consuluit. lib. 1. n. 6. vbi subdit pijs legatis non nocere statutum laicorum inducens, quòd testamenta debent insinuari. Et quòd testamentum minus solenne valeat corā presbytero parochiali in terris ecclesiæ, licèt non sit factum ad pias causas, tradūt ēt Fortu. de vltimo fine illatione. 15. glos. Ioan. Andr. Ancharan. Cardinalis, Henricus, Imol. & alij in d. c cū esses. Dominicus consi. 49. Cor. consi. 77. lib. primo. Fredericus cōsi. 217. Buinus consi. 11. li. 2. & consi. 51. lib. 1. Albertus Bru. in tract. de potentia & effectu formæ. fallentia 30. collige ad hanc fall. 27. declarationes & multas amplia. ex fine huius libri.

Hæc communis op. vt testementum minus solenne factum corā presbytero parochiali valeat in terris ecclesiæ, Primò, qn̄ est defectus in numero testium. vt in d. c. cum esses. Secundò intelligitur, secūdum eandem communem sententiam vt procedat, etiam si sit defectus in sexu, quia testes ibi essent fœminæ. licet regulariter contrà. vt in l. qui testamento. §. mulier. ff. de testamentis. §. testes autem. Institu. eodem. Tertiò intelligitur secundum eandem communem sententiam, etiam si testes nō esset rogati. licèt regulariter contrà. vt in l. hac consultißima. C. de testa. l. hæredes palam. §. in testam. ff. eo. Quartò intelligitur, etiam si deficiant subscriptiones testium, secundum eandem communem sententiam. licèt regulariter contra d. l. hac cōsultißima. §. sed cum paulatim. Inst. de testam. Quintò intelligitur vt procedat & valeat, etiam quo ad legata profana. vt resoluit Corn. consi. 278. nu. 6. lib. 1. & est communis opi. vt diximus in præcedenti fallentia.

Denique id testa. vix est vt aliquid habeat specialitatis, quicquid velint cōmuniter doctores. Nam in terris ecclesię valeret cum duobus testibus omne testam. vel saltē cū tribus, quia ius canonicum hanc tantum solennitatem desiderat in vltimis voluntatibus, non secus, q̄ in contractibus: verum iure ciuili aliud est, vt diximus suprà. §. 21. nu. 3. Itaq; data paritate terminorū, nihil interest interueniat, presbyter parochialis, nec ne: nā de iure ciuili ipse presbyter loco vnius tantum testis haberetur, nec in reliquis solēnitatibus vllum defectum etiam minimum supplere, quia lex generaliter loquens, comprehendit omnes personas ēt priuilegiatas, si illa in re, qua de agitur, non reperiuntur habere speciale priuilegium. vt in l. talis. scriptura. ff. de leg. 1. l. in fraudem. §. fi. ff. de mili. testamento. l. 1. & 3. ti. 4. lib. 1. ordinamenti. diximus in §. 35. nu. 5. vnde cum presbyter. hac in re de iure ciuili nullū reperiatur habere speciale priuilegium relinquitur in terminis iuris communis. Iure autem canonico similiter nullum reperitur habere peculiare priuilegium. Nam eo iure non maior testium solēnitas in testamentis exigitur, quàm in actibus inter viuos, si mentē rationemq; iuris canonici hac de re loquentis penitißimè inspexerit. Iure autem regio non dubium est, quin in testamēto cōdito corā presbytero parochiali nil sit specialitatis, argu. l. 1. & 2. tit. 1. par. 6. l. 1. tit. de los testa. libro. 5. ordi. l. 3. Tauri. quæ iura cum generaliter loquantur, hunc quoque casum comprehendunt, quia exceptus non reperitur. ergo. & c. vt modò dicebamur per quod dd. ll. ampliantur.

Preterea solennis testandi obseruatio fallit. 14. in testa-
28 mento facto ab eo, qui habet † merum imperium in loco, testabatur. Ita resoluit Guil. Bened. in c. Rainu. de testa. in verbo, testamentum. 1. nu. 20. & refert idē tenuisse in l. sancimus. §. 1. C. de donat. Et refert similiter ita cōsuluis. Bar. & Franciscum de Pisis in quodam testamento, quod fecit quidam de Vrsinis. In simili per Alex. in l. Centurio. & ibi Ias. col. 3. ff. de vulg. argumento tex. in l. omnium. C. de testamentis. collige. 27. ampl. & plures limita. ad hanc fall. ex fine huius libri, & melius, ex §. 26. impr. vbi loquamur in principe, & paria sunt merum imperium, vel principatū habere. l. 1. ff. de const. pr. l. 2. titu. 15. par. 4. l. 19. tit. 4. par. 3.

Intellige primò vt dispensetur in tali testamento cū solenni numero testium. argumento d. l. omnium & l. diuus. ff. de milit. testāmento. §. planè. Institu. eo. titu. iuncta. l. vbi numerus. ff. de testib. Secundo intellige, vt in tali testamento fœmina poßit esse testis. argumento glos. communiter app. quæ in simili casu loquitur in l. qui test. §. mulier. ff. de stam. Tertio intellige, vt rogitus testium hoc casu non sit necessarius. vt in simili diximus suprà in testamento facto inter liberos, & etiam in testamento facto ad pias causas, vt sic hoc casu non procedat. l. ad testium. §. fi ff. de testam. Quartò intellige vt hoc casu sigilla testiū, de quibus in d. l. ad testium. §. fi. & in §. sed cum paulatim. Insti. de testamē. non sint necessaria argumento d. l. omninm. Quintò intellige, vt subscriptiones testiū, de quibus in d. §. sed cum paulatim. & in d. l. ad testium. §. fi. non sint necessarię & idem in omnibus requisitis ferè, de quibus suprà mentionem habuimus. argumento d. l. omnium.

Hæc quo ad solennitatem testamēti. Quid autem quo ad capacitatem hæredis scripti, an teneat, quod in tali testamento incapaci datum esset? Et regulariter non teneret. argumento tex. cum glo. & ibi traditis per docto. in l. si quādo. in pr. C. de inoff. test. quasi in re dubia ignorantia pręsumatur. l. verius. ff. de probari. Verùm si testator id sciebat, magis est vt cū viuo incapacitatis dispensare videat, ne aliter videat actū inanē scienter facere voluisset. cōtra reg. 3. ff. de milit. testamento. de quo plenè suprà. §. 11. post pri.

Vnde nō inutiliter ampliatur. l. 3. & 4. ti. 3. par. 6. & l. 22. tit. 3. lib. 1. & l. fin. titu. 3. lib. 5. ordi. vt dum aiūt incapacem ex testamento capere non posse procedant etiā si testator vbi testabatur habere merum imperium, limitantur tamē, quando is id vitium & in capacitatis non ignorabat.

Vnde in terminis. d. §. ex imperfecto l. hac cōsultißima C. de testam. & ibid. §. si quis autē limitaret ea iura, vt non procedant, quando testator habebat merum imperiū, nā tunc quod extraneo datum esset, apud eum maneret nec liberis testatoris accresceret. estq; noua limitatio.

Vnde 2. limi. eund. §. ex imperfecto. in testamēto facto coram iudice. Idem & tertio in testamēto facto corā principe, nā his casibus si liberis admixta esset extranei persona, etiam quo ad extraneum testam. valeret, nec portio ei relicta liberis accresceret.

Pręterea forma & solennitas testādi fallit. 15. in testamēto ruri facto. l. fin. C. de test. vbi tradunt Cinus. Alberi. Butriga. Odofre. Bar. Bald. Ang. Sali. Fulg. Paul. Corne. Alexē. Ias. & alij communiter. tradit Guili. Ben. in c. Rain. de testa. in verbo, testamētum. 1. nu. 12. Corn. consi. 174. in præsenti consultatione. lib. 2. Quod intelligitur poßint testari
29 & testamentum † facere coram quinque testib. si septem testes reperiri non possunt. collige ad hanc fall. aliàs plures declar. ampl. & limi. ex fine huius libri.

Quid autem si licèt septem testes reperiri non possent,
30 sex tamen testes † poterant reperiri, & tamen quinq; tantū fuerint adhibiti? Et adhuc tale testamentum valere communiter receptum est, vt tenēt Paul. Alex. & Ias. num. 11. in d. l. fi. C. de testam. Quod mirabile est secundum Paul. & Ias. ibi. & Guil. Bene. vbi suprà & Corn. in d. l. fi. circa fi.
31 Secundo amplia. vt testamētum ruri factum cū † quinq; testibus valeat, etiam si non probetur quòd plures reperiri non poterant, quia pro testamento præsumitur. Corn. in d. l. fina. in fine Bartol. in l. conficiuntur. §. 1. ff. de iure condi. dummodò id allegetur.

Tertiò

32 Tertio amplia.vt procedat etiam in † nobilibus,qui ruri habitant pro maiore parte temporis,non secùs,quàm in rusticis.Ista est vera & communis opinio, quam tenent Petrus & Cinus & Ange.& Bened. de plumbi. & Fulgo.& Nicola.de Mata.Bald.Corn.Paul.Raineri. Salr.& Ias.nu.1. & Corn.col.2.in d.l.fi.Bart.in l. conficiuntur.§.codicill.ff. de iure codici.Iaco.de Bellouiso in auth.quib.mod.naturales efficiantur sui.§.2.

33 Quartiò ampl.vt procedat etiam in † ciue,qui continuo nõ habitet in villa, sed habitat pro maiore parte temporis in vrbe sed cum reperiretur in villa, vbiq; ęgrotaret , fecit suum testamentum cum quinq; testibus tantum , quia septem reperire non potuit.Ita tenent Cinus.Alber Bald.& Sali.in d.l.fi.Cõtrariam partem tenẽt Cor.Fulg. Pau.Alex. Iaso.Iacobus de Are.Bart.& Aret.in d.l.fi.Bart.in d.l.conficiuntur.§.1.Cuman.in l.ff.de milit.testamento.Iacob.de Bello.in authẽ.quibus mod.naturales efficiantur sui in §.1 Guiliel.Bene.vbi suprà.per tex.in d.l. conficiuntur.§.1.ff. de iure codicis,ibi,quid enim si sufficientem testium facultatem non habuit?Et hęc videtur communis opinio. Iure autem regio aliter statutum est.vt in l.1.titu.2.lib.ord.

34 Quinto amplia.vt procedat,etiam in † testamento nũcupatiuo non secus,quàm in testamẽto in scriptis. Ista est vera & communis opinio quam tenent Cinus,Bar.Ias.& alij in d.l.fi.& ita obseruat consuetudo.tradunt Bar. & alij in l. penul.ff.de testamen.Barto.in l.conficiuntur.§.codicill.ff. de iur.codi.

Sexto ampli.vt procedat,ẽt si ille rusticus,qui in villa testamentum fecit coram quinque testibus ,postea in vrbe habitare incipiat,nam testamentum ritè factum non infirmabitur,quia factum legitimè retractari non debet ,licèt casus postea euenerit,à quo incipere non posset.c. factum legitimè.de reg.iuris in 6.Sic econtra. vt in l.1.ff. de regula Catoniana & quia qualitas adiũcta verbo.&c. l.in delictis §.si extraneus.ff.de noxalibus.Barto.& alij in l. ex facto.in prin ff.de vulg. Ita in specie tenent Bald.in l. si quis hęredem.C.de inst.Ias.in d.l.fi.qui alios citat.

Limita vt licèt in numero testium sit dispẽsatum cum rusticanis.per d.l.fi.tñ non sic in qualitate testiũ vnde oportet testes fuisse ,mares non fœminas,rogatos nõ fortuitos, liberos non seruos,puberes non impuberes. Ita tenet Iaso. in d.l.fi.col.2.qui refert Alex.cons.70.Viso cons.li.2.col.7.

Item limita,vt in hoc testamento non videatur dispensatum cum capacitate hæredis,aut legatariorum.argumẽt. eorum,quæ diximus in §.35.nu.5.Per quod ampliatur.l.3. & 4.titu.3.par.6.& l.22.titu.3.lib.1.& l.fi.titu.3.lib.5.ordi. vt illi incapaces etiam ex testamento ruri testantis capere non possint.facit.l.3.tit.4.lib.1.ordi.

35 Pręterea forma & solennitas † testandi fallit.16.in testato facto tempore pestis,in quo relaxatur solennis testamẽtorum obseruatio.Ista est vera & communis opinio,vt latè resoluunt Decius consi.284.Viso puncto. Bal.post.Nicolaum de Marca.in l.fi.in prin.C.de testa.Cuma. in l.conficiuntur.§.codicilli.ff.de iure codicil.Florianus in d.l.fi.ff. de testõ militis.idẽ Florianus in l.milites.C.de testamentis. Ang.in trac.de test.in verbo, nuncupatiuũ.in fi.And.Sicu. cons.87.Prope est Salice.in l.cum à matribus.C.qui petant tutores.Bal.in c.tutores.de iureiu. prout eos refert Decius vbi suprà.Corn.in l.fi.C.de testam.col.2.& ibi Ias.num.5. Alex.in l.scriniarius.col.fi.C. de testamento milit.vbi etiã tenet,quòd valeret tale testamẽtum cum duobus testibus & idem Florianus in l.milites.C.de testamento milit.Ang. in §.fin.Institu.de testamẽ. Christophorus Portius in §.1. inst.de testam.Barb. in c.cum esses.col.8.de testam.Bart.in l.1.ff.de bono. possessio.ex testamento militis. Ripa in tractatu de peste. in 3. quæstione principali de priuilegijs vltimarum voluntatum.nu.1. cum. pluribus sequentibus Parisi.consilio.32.Ad resolutionem.num.48.lib.2.qui alleg.Bald.consi.20.Super primo column.1.libr.5.& Barba. consi.58.colum.8.lib.1.& Socin.consi.85.& Decius cons. 284.& Corn.consi.161.& consi.298.colu.3.lib.1.& cons. 170.libr.3.& consi.119.libr.2.& decisi.Neapol.134.dummodo interueniant quinque testes.Parisi.consil.46.nu.24. lib.3.incipi.Primum testamẽtum Hannibal.in l.nemo potest.nu.72.ff.de leg.1.Corn.consi.131.nu.2.lib.4.vbi subdit valere testamentum mulieris factum sine consensu cõsanguineorum qui consensus desiderabatur ex forma statuti.Guiliel.Bened.in c.Rainut. de testam. in verb.testam.
36 1.nu.13.Et tempore pestis ideo tentari potest † valere cõtractum mulieris sine licentia mariti,aut iudicis factũ, vbi neuter facile adiri posset,Sicq; limitarẽtur l.54.& l.55.& l. 59.Tauri l.13.tit.fi.lib.3.fori.retenta hac op.ad hanc.regulam collige plures ampliationes,& ext.ex fine huius libri.

Contrariam sententiem tenet Alex.consi.177.nu.8.lib. 2.incipi.Viso themate.Fulg.& Paul.in l.fi. C de testa.Ang. in l.conficiuntur.§.codicilli.ff.de iure codici.Roma.in authen.similiter.C.ad leg.Falc.in 2. speciali piæ causę in vltimis voluntatibus.& hãc opinionem dicit cõmunem Ale. vbi suprà.qui allegat Bart.in l.1.ff.de bo.poss.ex testamẽto militis.dum Bart.ait utilissimum esse q fieret lex inducẽs testamentum valere tempore pestis cum breuiore numero testium.Et hanc opinionem dicit cõem Decius consil. 284.nu.1.& Ripa in tractatu de peste in priuilegijs vltimarũ uoluntatũ.nu.7.Alex.in d.l.fi.C.de testa.idem Alex ã.in consi.70.Viso consi.col.fi.lib.2.vbi ẽt hanc dicit communem sententiam Angel.in l.conficiuntur.§.codicilli.suprà alleg.vbi etiam Bart.Areti.in d.l.fi. Barba.in rubri.de testamen.versi.39.idem Barba.consi.58.col.1.lib.1.

Quid dicendum?Et quidem prior opi.verior est,& nobis videtur receptior,eo casu,quo quinq; testes interueniũt per tex.in l.casus.C.de testamẽ.vbi ex causa necessitatis in testamentis remittitur ea solennitas,cui occurri non poterat non autem ea solennitas,cui poterat occurri.vt eleganter declarat Iaso.in d.l.fin.C.de testamen.Pro nobis etiam facit.l.1.ff.de bo.poss.ex testamento militis.& l.fi.ff. de milit.testamento.Facit regula generalis,quæ,habet,quòd lex causa necessitatis reciditur à regulis iuris.l. fideiussor,§.si necessaria vbi plura per Iaso.ff. qui satisdare cogantur.l.vt gradatim.§.1.ff.de muneribus & honoribus. Et in specie pro nobis egregius tex.in l.si quis dolo,ff. si quis aliquẽ testari prohib.Pro.nobis l.casus.C.de test .

Præterea forma,& solennitas testandi fallit.17.in testa-
37 mento † clerici,quod sine solennitate valet ad similitudinẽ testamenti quod faceret miles armatę militiæ . Ita tenuit Abb.in c.quia nos de testam. secundum quòd eum interpretatur & refert Deci.in c.in præsentia.de probat.nume. 60.argu.tex.in d.c.quia nos.in verb.liberè.Licèt reuera sensus illius tex.non illuc tendat. argumen.tex.iuncta glo.in l. si quando in prin.C.de inoffi.testam. Quinimò ipse Abb. non illius animi esse videtur,vt citra solẽnitatem possit testari clericus,sed magis,vt non teneatur bona aliũde quàm ecclesiæ intuitu quæsita ipsi ecclesiæ relinquere.Pro ista tamen opinio.facit, quia testamentum clerici non subiacet querelæ,non magis,quàm testamẽtum militis.ita Abb.in d.c.quia nos.post gl.in authẽ.presbyteros.C.de episcop.& cleri.quæ singularis est secundum Roder. Xuarez in l.quoniam in pri.fol.3.col.4.C.de inoffi.testam.Butrig.& Bal.in d.authẽ.presbyteros.Angel.Paul.& Iacobi.in l.1.col.2.ff. de inoff.testa.Bald.in l.sacrosancti.C.de episcop.& cleri.est communis secundum Corne.nu.33.& nu. 46. in authe.ex causa. Vbi idem tenet Ange.C.de lib.præt.Licet in contrarium inclinet Couar.nu.7.& Barba.in d.c. quia nos.& Salic.in d.auth.ex causa.nu.18. idem in d.authẽ.presbyteros quorum op.in puncto iuris firmior esse videtur,tunc quia æquiparatio de clerico ad militem suspecta est,quia militibus solennitas testandi remittitur propter nimiam ipsorũ imperitiam.l.1.ff.de milit.testam.in pri.in inst.eodem.l.1. l.2.l.quanqum.C.eod. quam imperitiam clericos profiteri nefas,& indecorum esset.

38 Præterea etiam ipsi milites armatæ militię † si iniquè testentur,eorum testamenta subiacerẽt querelę. vt tenet gl. in l Pap.§.Papin.ff.de inoff.testa.sequitur & dicit commu

nem

nem opi.Paul.in l.1.eod.titu.Barba.col.pe.in d.c. quia nos. Bart.in d.auth.ex causa. vbi scribentium pleriq; sequūtur. glo.in l.fi.C.de inoff.testa.Bar.in l.filio præterito.nu.22.ff. de iniust.rupt.Ias.in l.sicut.C.de test.mil.Alex.in d.auhtē. ex causa col.4.Ias.col.pe.in l.fi.C.de inoff.testam.per text. in §.aliud quoque iuncto.§.& hæc quidem, in auth.vt cū de appell.cog.Licèt contrarium tenuerint Imol.in d.l.filio præterito.Roma.& Ias.col.pen.in l.sicut certi supra allega. Viglius in §.sed si in expeditione.Instit.de exh.liber idē in rubr.Inst.de inoffi.testamēto.Cum ergo ipsi milites arma tę militię non gaudeant hodie tali priuilegio,quāto minus gaudebūt clerici ex suspecta illa,nec satis tuta æquiparatio ne? præsertim cū verbū,libere, de quo in d.c. quia ad nos non pertineat ad remouendam testandi solennitatem,non quoque ad permittendam disponēdi iniquitatem,propter quam dari solet querela,sed solum pertineat ad testandi facultatem rite,& iure communi concedendam l.si quando. cum ibi notatis.C.de inof.testam. Cogita quia clerici non subiacent legibus secularibus, sed tantum canonicis,leges autem canonicæ disponunt testam.minus solenne valere, ergo valebit clerici test.ét minus solenne, vt plenius infra.

39 Denique,ꝙ clericus testetur † etiam cum solennitate regularis de bonis ex beneficio etiam simplici adquisitis,permissum non est.Ita Abb.in c.cum esses,nu.23.& in c.cum in officis de test.idem in c.fi.de pecul.cleri.Inno.in c.inde corum de ætate & qual.Archidi.c. statutum.§.assessorem. de rescri.in 6.Abb.in c.2.de decimis,sequitur & dicit communem op.Ias.consi.75.lib.3.Bertran.d.consi.258.lib.2.est cōis opi.secundum Couar. de testam. in ca.cum in officijs num.6.per tex.in ca.relatum.2.de testam.& in d.ca.cum in officijs.Barba.in cap.inquirendum,nu.7. de peculio clericorum.idem in tract.de pręstan.Card.par.1.q.3.per Gual. de arte testandi.titul.1.caute.3. Licet contrarium non iure tenuerit gl.in cap.præsenti de offi.ord.in 6. quam sequitur Hostiē.in c. fi.de peculio clericorum,idem in c.requisijsti de testam.& Anto.& Imol.in d.c.fi.firmant in vsu forensi receptam esse op.d.gl.

40 Vnde apparet veram non esse opinionem existimantiū clericum † vsufructuario assimilari quo ad beneficium ecclesiasticum,vt per gl.in ca.præsenti.de offic.ord.in 6.Barba.in c.requisisti.nu.34.de testam.idem in tract.de præstātia Cardi.par.1. quæstione 3.& in ca.venerabili,de officio delegati,col.10.Verū licèt necessaria fit dispensatio in episcopis vt testentur,cap.cum in officijs.cum ibi notatis per nouiss.de testam.tamen non sic in reliquis clericis,quos testare posse vsu receptum est citra dispensationis inreruentum,vt per Abb.& alios in d.c.relatum,idem in d.c.cum esses.plene per nouiss.in d.c.cum in officijs,num.9.

41 Hæc procedunt in bonis à † clerico quæ satis ex beneficio.Cæterum in bonis patrimordialibus faci.ius admittitur consuetudo superior,vt de illis possit testari. Quinimo similiter potest testari de illis bonis,quæ sibi donata fuerunt vt ad sacros ordines promoueretur.

Qua in re permittendum est. Nam vera & communis 42 opinio est,ꝙ clerici in † bonis patrimonialibus non gaudent priuilegijs,quibus gaudent bona ecclesię, nisi in casibus tantum a iure expressis.Hāc dicit communem opinionem Deci.in ca.episcopus.num. 10.de præben.Anto.in c. si diligenti.de foro competenti.Abb.in ca.fi.de vita & honestate clericorum.Deci.in c.ecclesia sanctæ Marię, n.18. de constitu.vbi Felin.5.col.10.Abb.& Anton.col.fi.in ca. si diligenti,de præscript.Couar.variarum resolutionum li. 1.c.4.nu.3.Vnde talia bona pręscribuntur tempore ordinario,nec spectant tempus longissimum,quod in pręscriptione rerum ecclesiasticarum desideratur,vt tenet gl.2.in clementi.1.de in integrum restitutione.quam sequitur & dicit communiter appro. Couar.vbi supra. Speculator,de in integrum restitutione.§. qualiter,versic. sed nunquid gl.in ca.possessiones.26.q.4.quæ vult eodem tempore vsucapi bona patrimonialia clericorum,quo bona laicorū, & talia bona non gaudere beneficio restitutionis,quo gaudere solent res ecclesiæ tradit Abb.in c.sanctorum, de præscript. idem in c.1.de consuetud.Balb.de præscrip.5. parte principali.q.5.Licèt aliquando talia bona assimilentur in priuilegijs bonis ecclesiæ.gl.in c.fi.de vita & honestate clericorū gl.in d.c.ecclesia gl.in c.ex literis.de pignoribus. De quo per Felin.num.10.in d.c.ecclesia.de consti.

43 Fallit tamē in bonis † donatis ei, qui clericatum vult suscipere,quo magis ad sacros ordines promoueatur ad titulum eorum bonorum, ea enim bona gaudent priuilegijs, quibus gaudēt bona ecclesiæ, vt resoluunt Decius in c.episcopus.nu.10. de præbend.idem in c.ecclesia.nu.18.de cōstitu.Bal.in tit.de pace Cōstantiæ,col.5.Licet ipse talia bona alienare non prohibeatur, ne priuilegium in eius fauorem inductum,in læsionem suam conuertatur. Ita tenent Felinus num.10.in d.c.ecclesia,vbi Decius nu.18.idē Decius in d.c.episcopus.nu.10.Abb.& Imo.in d.c.ecclesia.Couar.lib.1.resol.c.4.nu.4. idem in c. Rainaldus.§.2.nu.7.de testam.Abb.& Imola in c.tuis.de pręb endis.

Sed contrariam,vt talia bona non gaudeant priuilegijs, rei ecclesiasticæ,tenet Couar.in d.c.4.& sensit etiam in d. §.2.num.7.& Felinus in d.nume.10.glo.in c.tuis de præb. & Abb.& Imola in d.c.tuis.Ioan. de Selua.de benefi.part. 1.q.3.n.10.& num.29. Et hæc pars longe verior est,quia clericus vtitur iure communi regulariter quoad bona, vt suprà diximus, & lex generaliter loquens comprehendit personas vtcunq; priuilegiatas,nisi in materia, qua de agitur,reperiātur habere peculiare priuilegium,l.in fraudem. §.fi.ff.de milit.test.Decius consi.5.idem in l.ex testamento.C.vnde liberi, & ex communi opinione resoluimus in §.35.num.5.probatur in c.causamq; de rescrip.Alex.cōsi 33.lib.1.Abb.in d.c.causamq;.Ias.in l.si quando in prin. C. de inoff.test.Grego.Lupus in l.5.titu.1.part.6.

Vnde cum in hoc casu clericus nō reperiatur habere peculiare priuilegium,superest vt in eo vtatur iure communi.Nec est verum,ꝙ beneficij ecclesiastici loco talia bona succedāt,quinimo loco patrimonij secularis succedūt,quo minus episcopus proprijs expēsis,eum,quem ad ad sacros ordines promouit,teneatur alere,& vt eū si ex proprio patrimonio haberet vnde se aleret, alere nō teneret,ita quoque hoc casu cessat necessitas eum alēdi,sicq; loco bonorū patrimonialiū,seu laicorū ea bona clerico in hūc vsum donata succedūt,& consequenter nō gaudēt priuilegijs rerū ecclesiasticarū,non magis,ꝗ reliqua bona clerici patrimonialia.vt isthęc probantur per Deciū in locis suprà citatis.

44 Sed an talia bona huic clerico † debeant in legitimā imputari ,si a patre sibi donata fuerunt ad titulum sacrorū ordinum recipiendorum ? Mouet quæstionem, ꝙ secūdum quosdam ee bona fiāt in alienabilia non secus, quàm bona ecclesiastica secundum Fabr.in §.fi. Institu.de inofficio.testam.Aimon Sabilli.consi.136. Militiæ autem ex pecunia patris filio acquisita non imputatur ei in legitimam,si nec vendi poterat,nec ad hæredes trāsmitti.l.omnimodo.§.imputari.C.de inoff.testam.Cuius interpretationem nos collocauimus in §.30.huius operis.Et ita tenent in specie Faber & Aimon ea bona nec posse alienari,nec in legitimam imputari.Sed verius ē & alienari posse libere , vt supra ostēdimus,& in legitimam deberi imputari , vt iure tenet Couar.in d.c.Rainaldus.§.1.nu.7.Qui licet hanc partem non sat efficaciter probet,tamen vera est,& probatur mētaliter in d.§.imputari.vbi expressum est in legitimam esse imputandum,quod pater expēdit in militia,vel officio filio suo emendis,si id sit transmissibile ad hæredes,vel cessibile, & alienabile inter viuos.Nec dubium est , quin bona illa filio donata ad titulum sacerdotij integra maneant, possintque & alienari, vt suprà ostendimus,& ad hæredes transmitti. Ergo non est cur non in legitimam imputetur. Neq; ad rē pertinuit,quod talis datio non tam necessaria sit,quàm dos vel donatio propter nuptias,quę ex mera necessitate profiscuntur,l.fi.C.de dotis promi.& quæ tradunt Decius & alij.in authent.ex testamento.C.de collat. Nam respondetur,quòd non est necesse, vt ex necessitate præcisa a patre profi-

proficifcatur datio ob caufam, vt in legitimã in imputãda fit, imputatur enim etiã fi datio ob caufam ex necefsitate tantum caufatiua proficifcatur, vt probat d.§.imputari, vbi quod pater filio ad officium, vel militiam emẽdam fubministrauit, id dare nullo iure prçcisè cogetur, fed necefsitate tantum caufatiua impellebatur, quia aliter is filius non poffet, vel non fic facile poffet eam militiam, vel officium adipifci. Sic & in fpecie noftra, is filius non poffet, vel non fic facile poffet ad facerdotiũ promoueri, nifi a patre illis bonis donatus fuiffet.

Vnde colligitur verum non effe quod Decius in l.vt liberis, num.27.poft Paulum, & Alexan.ibi, quos ipfe refert C.de colla. & Couarr.in d.c.Rainal.§.2.num.7.firmant, nẽ

Mouetur per regulam legis penultimæ.C.de pactis,l.si quis in conscribendo.C.de episcop.& clericis.l.quoties ab omnibus. C. de fideic.l. stipulatio ista.§.inter certam.ff.de verbor.obligationibus,l.cum pater.§.mando.ff.de legatis 2.cum vulg.contra quam regulam ipse varie arguit, & ab omnibus argumentis facile expedit sese.

Primum enim arguit, ꝙ istud sit priuilegium nobilitatis, & sanguinis , quod quasi naturale à nobilibus separari non posse videbatur, argum.l.eas causas.ff.de capitis diminutione,le.iura sanguinis, vbi in simili multa per Decium & alios.ff.de reg.iur.§.sed naturalia. Instit.de iure naturali.Quod argumentum facile excluditur. Quia licet quisq; nobilitatem non quæsiuisset,sed cum ea natus esset , tamẽ nobilitatis effectus, quos lex positiua nobilibus condonauit,nihil impedimento est, quin ab ipsis nobilibus alia lege positiua separari possint.l.nihil tam naturale.ff.de regu. iur.d.§.sed naturalia.c.omnis res,de regu.iur.& consequẽter per interuentum pactionis possint separari, cum contrahentium pactiones vim legis habeant.le. contractus.ff. de reg.iur. cum vulgatis.

Item arguit ab authoritate eorum , qui tenẽt beneficio cessionis bonorum renuntiari non posse,& ab authoritate eorũ, qui tenent beneficio legis , ad egregias.ff.de iureiur.renuntiari non posse,& ab authoritate eorum, qui tenent non valere pactionem illã,vt debitor inuitus à creditore detineatur,aut etiã propria authoritate capiatur,debiti soluendi causa .

Item arguit ab authoritate eorum, qui tenent non posse mulierem renuntiare priuilegio suo,ne vinculis detineri possit pro soluendo ære alieno.Quæ omnia argumenta facillime excludũtur,oppositis authoritatibus eorum, qui in his omnibus speciebus contrarium verius esse contendunt,huiusmodi renuntiationes firmas esse existimantes. Vt interim omittam argumentum ab authoritate imbecillius esse,quàm longa cõfutatione egeat, adducit præterea l.alia.§.eleganter.ff.solu.matri.& c.si diligenti, de foro competen.l.fina.C.de bon.liber.c.2.de iudi.lib.6.quæ iura varie tentat effugere.

Quid dicẽdum ? Et quidem primum videbimus quid de iure communi,deinde quid de regio. Nam de iure cõ-

75 muni communis ferè opin. esse videtur , vt nobilis † vinculis detineri nequeat pro debito descendente ex contractu,vel quasi. vt per Couar. vbi suprà.per Alexãdrum,nu. 25.in l.Centurio.ff.de vulga.per Ias. in l.miles.ff.de re iudicata,col.2.nu.10.per Bartolum , in l.si libertus.ff.de in ius vocand.per Aretinum,cons.95.Respondeo breuiter.Anchara.in clem.2.de magist.Guili. de Cuneo in l.penulti.ex quibus caus.maiores. Ioannes Baptista de sancto Seuerino de debitoribus suspectis,& fugitiuis,quæstione quinta princip.text. vbi per omnes in le. medicos.C.de profes.& medicis,libro decimo . Huic ergo priuilegio , seu effectui nobilitatis licet renũtiari posse per pacti interuentum videretur.argumento d.l.penulti. C.de pact. tamen in contrariam partem procliuior sum. Moueor per tex.in l.fina. C.de pactis.pignorum.ibi,crescit asperitas,vbi pactum legis cõmissoriæ nulla alia ratione vetitum est, nisi propter sui asperitatem , & licet beneficio illius legis controuersum sit, an cũ iuramento possimus renuntiare , tamen per simplicem renuntiationem legẽ illam transgredi non posse,omnes admittũt.vt ibi per doctores , & per Bartolum, & omnes in l.si quis pro eo.col.fina. ff.de fideiuss.& differimus plenè infra.§.28.& 29.Nec dubium est,quin illa ratio asperitatis in pactis & renuntiationibus vitandæ, quæ in dicta le.fina.expressa est,habeatur pro lege.Quia quando lex est generalis , licet decisio sit particularis, tamen ipsa ratio pro lege habetur , nec restringitur per decisionẽ particularem , quinimo decisio tunc loco tantum exempli habetur,quod non arctat regulam, vt plene tradũt Tiraquell.de causa cessante , part.prima.numero 152. & nu. 135.cum plu.præceden.& sequent.Ias. Decius Curt.Iuni. & alij in l.humanitatis,per text.ibi.C. de impuber.Ias.in l. stipulatio hoc modo concepta.ff.de verborum obligationibus.numero duodecimo, ad finem.Iaso. in leg.de quib. numero 14.ff.leg.Ias.in l.quanuis post glos.ibi.C.de fideicommiss.idem in authent.quas actiones.C.de sacrosanct. eccle.numer. 22.cum plur.præcedent.& sequent.per l.his solis.C. de reuocand. donatio. Quod procedit secundum communes & veras opiniones etiam in exorbitãtibus & pœnalibus,& correctorijs . vt dictis locis.& plenius suprà disseruimus . Nec dubiũ est, quin in pactione, qua de agimus,sit longe maior asperitas , quàm in pactione , de qua in d.l.fina.C.de pactis pign. quandoquidem longe grauius est hominem liberum cum dispendio suæ libertatis & laxitatis detineri , quam rem pignori datã pro modico pretio recepto in dominium creditoris transire. Est.n.quęlibet personæ molestia longe grauior, & intolerantior, durior, asperior, ꝙ rerum amissio.arg.l.in seruorum.cum ibi notatis.ff.de pœnis, le.quia poterat.ff.ad Trebellianũ,iuncto.§.sed neq;.Instit.de authori. tutor.l.quia autẽ.in princip.& §.primo.ff.quæ in fraudem creditorem. Quo fit, vt quæ asperitas erat in terminis d.l.fin.eadem,& longe maior sit in hac pactione , & consequenter tale pactum non valeat,non magis,quinimo longe minus, quàm in terminis dictæ legis final.Astringe per ea quæ tradunt Barto.& omnes in l.stipulationes nõ diuiduntur in princ.ff.de verbor.oblig.dum aiunt, ꝙ licèt in obligationibus dandi cõpellemur præcisè dare,tamen non sic in obligationibus faciendi, quasi longè grauius sit facere, aut pati, quàm dare etiam omnem substantiam .

Deinde

Deinde moueor per tex.in d.c. si diligenti. de foro cō- pe.quem stringo dupliciter. Primum,quia si renunciatio
76 † iurata non sufficit,vt ibi,multo minus simplex sufficiet, vt hic. Ité,quia agebatur de mutatione fori,quæ leuis mo menti esse videtur,si conferatur cum læsione resultante ex captiuitate,& carcerum vinculis. Nam vt nos alibi scripsi mus,& tradunt moderni in authē.res quæ.C.com.delega. carceribus detenti,quasi æquiparantur captis ab hostibus. Vnde nullus vnquam sanus negauit,quin sit longe durior, & intolerabilior renūciatio huius beneficij,quā illius bene ficij,de quo in d.c.si diligenti. Vnde cū in specie noster ca sus nulla lege decisus sit,& argumentum a simili sumendū sit,l.neq; leges l.non possunt.ff.de legibus, certe illius tex. decisio nostro casui non similis tantū, verū simillima est.

Tertiò facit,l.si quando,§.illuc.C.de inoffi. test.ibi,quā
77 pactionibus † astringēdos. iunctis illis verbis,minime pr§ grauari, vbi licèt casus sit diuersus à nostro,tamen ratio ea dem,par,aut saltem similis esse videtur, nā renunciatio de qua ibi,ea potissimum ratione improbatur, ꝙ plus æquo renuncians adstringebatur,nec dubium est,quin in specie nostra longè arctior,& asperior esset renuntiatio. Vnde cum illa ratio sit generalis,& in lege expressa, pro lege ha beri debet,vt modo dicebamus.

Quartò facit.l.vt vim.ff.de iustitia & iure.ibi,& cū co- gnationem quandā inter nos natura constituerit, hominē homini insidiari nefas est. Quantū aūt cognationi natura- li inter homines naturæ datæ ademptio libertatis & natu- ralis laxitatis aduersetur huiusmodi cōuentio, pſertim cū tēdat ad beneficiū iure scripto & cōstituto cōcessum sub- terfugiēdū,nullus nisi more ferarū immanis sit,abnegabit.

Quintò facit, l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum acti.nō detur.ibi,semperq; sit metu exactionis subiectus, propter quod quiduis sustineat patrono præcipiēte. Astrin ge. nam si illa subiectio nō toleratur etiā in fauorem eius patroni,qui summum libertatis bonum liberto contulit, quanto minus tolerabitur hic, vbi renuntians nullum be- neficium acceperat?

Sextò facit.l.1.& 2.ff.de lib.hom.exhib. iūcta doctrina Bart.in l.stipulationes non diuidūtur,in princip.ff.de verb. obligationibus.

Septimò facit,l.fi.ff.si quis à parēte fu.ma. vbi Traianus filium,quem pater male cōtra pietatem afficiebat, coegit emancipare. Si ergo patris asperitas non est tolerabilis etiā in liberos, qui tam parentum debitores sunt, vt l.veluti.ff. de iustitia & iure. quanto minus tolerabitur hæc asperitas respectu illius,cui debemus nihil?

Octauò facit,& §.sed & maior asperitas.Inst.de his qui sunt sui vel ali.eod.modo inducendo.

Nouò facit,l.libertos.C.de obseq.ibi, neq; vincula per- peti.& ibi, potius obsequium quàm seruile ministerium. ibi cum nobis cordi est ingenuis magis hominibus,quā li- bertis rempublicam frequentari,facit,l.1.ff. solut. matrim.

Decimò facit,quia libertatis ademptio non solū in om nibus,sed etiā in casu particulari quodlibet videtur impro- bata,argumēto, l.stipulatio hoc modo cōcepta.ff.de verb. oblig.l.fi.C.de pact.l.pactum dotali.C.do collatio.

Vndecimò facit,l.fi.C.de non nu.pe.& per totum illum titulum, vbi renuntiatio etiam iurata exceptionis pe. non nu.non admittitur. Nam cum illa except.non nume. pec. in solo contractu mutui, non etiam in reliquis cōtractib. locum habeat,l.generaliter. eodem titul.sanè ibi,& vbique passim doctores hanc in mutuo specialitatis rationem asssi gnant, ꝙ mutua pecunia egentes, facile sese ad quiduis vt- cunque durum obligant,facileq; renunciant,quibus vt po te egentibus est merito consulendum.

Duodecimò facit secundum quosdam,l.alia.§.elegāter. ff.solut.matrim.& l.fi.C.de bon.liber.in fi.ibi,reuerētia ta men sed sane illa iura non merentur allegari,quia ibi prohi bitio descēdit ex reuerētia,quæ maritis ab vxoribus & pa tronis a libertis debetur,nā persona mariti & patroni sem per sancta & honesta vxorib. & libertis videri debet. arg. ff.de obseq.l.liberto. non sic in eo,qui cum nobili contra- hit,qui eum vel nullo honore,vel non tanto honore pro- sequi debet,aut tenetur.

Postremò hæc pars nobis videtur cōmuni omnium cō sensu,vsu,& applausu recepta. Videmus enim ex consuetu dine tabellionum,omnium legum renunciationes fieri so lere,non sic in hac nobilitatis renuntiatione, quæ si iure permitteretur fieri, vero simile est passim a tabellionibus hunc renuntiandi modū non prætermittendū, non magis quā reliqua id genus. In summa hæc pars longè benignior & humanior videri debet, aliter.n.facile euanesceret hoc tam laudabile & honestum nobilitatis priuilegiū. Et tandē negari non potest,quin omnia iura vituperare & odio ha- bere videantur renūtiationes,quibus libertas,aut natura- lis hominum laxitas minuitur,aut oppresio, captiuitásue inducitur,aut ex parte alterius ex contrahentibus interue- nit nimia asperitas,quę quantaq; in hac pactione interue- niat,nullus (vt spero) non viderit. Deniq; ꝙ ad hanc rem adducitur capit.2.de iudi.lib.6.non curo,quia illius tex. ra tio cessat in specie nostra. Et ad fundamēta contrariæ par tis illicò respondemus.

78 Iure autem regio alibi tenuimus hoc † nobilitatis priuile gium posse pactione perimi. Mouebamur per tex.fortè in l.quarta.ti. de los hidalgos, lib.4. ordinamē.ibi.por que en tal caso el mesmo quebranta la libertad. Nam postquàm di xerat lex, quòd nobilis per cōductionem regij vectigalis, aut redituum regaliū amittiti illud nobilitatis priuilegiū, ne ob æs alienum in carcerē trudi posset,subiecit non iniu ria eo casu id beneficiū viro etiā nobili denegari, quia túc ipsemet quasi facto voluntario suo ius nobilitatis læsisse vi detur. Ergo plane intellexit lex illa,in manu,& potestate nobiliū esse nobilitatis priuilegijs præiudicare,& renūtia- re,non secus,q̃ quisq; potest missum facere omne priuile- giū,suum fauorē respiciēs. Et cū ratio illa sit generalis,inq; illa lege sit expressa,habetur pro lege,nec decisio,quæ par ticularis est,sicq; exēpli loco (vt iā ostendimus) habetur, restringit virtutem legis,quæ in ratione generali consistit.

Quid dicendum? Et magis est, vt etiam iure regio hæc renuntiatio non valeat,non magis,quam iure cōmuni. Et ad d.l.quartam.responde non esse nouū,vt quod nobis fa- cere licet,id liceat non absolute per quécunq; modum ve limus,sed tantū per modos a lege definitos. Vnde licet no bilis posit per cōductionē regij vectigalis sibi nocere quo ad illud nobilitatis priuilegium, tamen per alium modū, vel factum non poterit,& longè minus,per verbalē renū- tiationem. Nam & similiter clericus etiā minoris ordinis per renūtiationē vtcunq; iuratam non potest a se separare priuilegiū fori d.c.si diligenti.de foro cōpe. nec tamen du bium est, quin per facti interuentū posit illud a se abdica- re, quale est,cū turpē artē exercuit,puta erat histrio, athle- ta,bufo,parasitus,vt suprà plene disseruimus. Ratio, quia huiusmodi renuntiationes cōuentionales non nocere, pie tatis,& humanitatis est, turpem aūt modum viuendi in di gnitatis & nobilitatis priuilegijs amittēdis nocere,iustitiæ est,arg.in c.infamibus,de reg.iur.in 6. Pręterea in d.l.4. pri uilegium lege regia datū nobilitati,contra eand.legem re- giam.i.contra ipsum regem admitti iniquum erat,& prę- ter mentē concedentis,quæ ratio cessat,cū res agitur inter priuatos. Et reuera cū clericus minoris ordinis turpem ar- tem exercendo,priuilegium fori amittit,aut nobilis priui- legia nobilitatis,tunc non tam vidētur ea priuilegia sponte remittere, quā eis tanquā indignis ea priuilegia videantur adimi, vt sic non iure miremur si posint remittere tacite quod expresim nequeunt, nā ea remittere tacite nequeūt nō magis, quā expresim, licet eis inuitis ea priuilegia per turpitudinis interuentū aliquādo adimātur. Simile per to- tū.C.& ff.quib. vt indig. Simillimū est qđ docemur supra. §.10.ad fi.vbi in pęnis subeūdis cōtendimus volontatē no strā cessare facinori.n.cōsensū pbuimus,pęne aūt minimè.

79 Stāt ergo ex superioribus renuntiari † non posse nobili tatis priuilegio, ne nobilis vinculis detineatur pro debito pecu-

pecuniario. Quod varie intelligitur. Primum de iure communi. Deinde de iure regio. Tertiò renunciatione expressa. Quartò etiam in renunciatione tacita. Hinc primo infertur decisio illius articuli, an renunciatio cessionis bonorum fieri possit? Qua in re cõmunis opinio esse videtur vt non possit. Ita tenet Ricardus Malũb. Alber. Bar. & Imo. in l. alia § eleganter. ff. sol. mat. Cinus q. 6. & Salic. nu. 9. in l. 1. C. qui bonis cedere possunt. est cõmunis opinio secundum Couar. in c. quãuis pactũ. de pact. in 6. par. 2. in princ. nu. 9. Alex. cons. 37. nu. 6. lib. 2. Abb. & alij in c. Odoardus de solutionibus. Ioan. Fabe. in l. fi. C. qui bo. cede. pos. & rursus in §. fin. Insti. de actio. Albe. in rub. C. qui bo. cede. pos. col. fi. Henricus in d. c. Odoardus, col. 1. capella Tholosana q. 61. sentit Alex. in d. §. eleganter. Imol. in c. cum contingat, num. 32. de iureiu. Felin. in c. si diligenti, col. 2. de foro comp. Ripa in l. obligatione, num. 33. ff. de pigno. est communis opinio secundum Albe. in d. rubr. colum. fina. & secundum Alciat. in cap. cum contingat. num. 69. de iureiu. est communis opinio secundum Couar. lib. 2. vitiarum resolu. cap. 1. nume. septimo.

Contrariam partem tenere videtur Couar. in d. c. quanuis, par. 2. in princ. num. 6. Federicus consi. 60. Felin. in cap. ex rescripto. nu. 11. de iureiur. idem in c. si diligenti. suprà allega. col. 2. Rota antiqua 565. Alciat. in d. c. cum contingat, nume. 69. Licet contraria opi. agnoscat esse cõmunem & in hanc partem inclinant Ang. Rom. & Alex. in d. §. eleganter. Imol. vbi supra nu. 32. Guido Delphinatus q. 211. Ripa in d. l. obligatione. nu. 33. Caro. Moli. de contractib. q. 36. & in hanc partẽ inclinat Couar. in d. c. 1. lib. 2. resolutio. eò casu, ꝙ debitor culpata rerum inopia premeretur. Mouentur per l. fi. C. qui bo. cede. pos. vbi secundũ eos beneficium cessionis bonorũ tacitè renunciari potest, ergo facilius poterit expressim renunciari. arg. in l. cũ ex filio, §. 2. ff. de vulg. Sed errant, nam in d. l. fi. cessionis renunciatio tacita vel expressa non interfuit, sed adẽptio legalis. Aliud est enim quod tacite, vel expressim abdicet debitor a se beneficium cessionis bonorũ, aliud vero, quòd sibi adimatur a lege, prout ademptum fuit in d. l. fi. Deinde mouẽtur per l. 2. ff. de libero homi. exhibendo, l. Titius. §. Titio. ff. de cõdit. & demon. in quib. videtur neminẽ posse suimet libertatem lędere, sed qui omittit beneficiũ cessionis, videtur se obligare ad vincula perpetua sicq; suã libertatem, & laxitatẽ lędere. Sed sane id non oberit, cũ quisq; possit ex toto se libertate priuare, si se vendiderit ad pretiũ participandum, vel si se monachũ fecerit, vt in §. fi. Insti. de iure personarũ, & in authen. ingressi, & auth. si qua mulier. C. de sacros. eccle. sicq; per actum meritorium, vel etiam demeritorium. Sed adhuc cõmunis opi. negatiua verior esse videtur noua ratione. Nã tale pactũ, quo renunciatur beneficiũ cessionis bonorũ, quin asperitatem, & duritiẽ contineat, nullus negauit, & consequenter quasi turpitudinẽ, vel saltem inhumanitatẽ ex parte creditoris continere videtur, vnde licet potestas nõ deesset ex parte renunciantis, deest tamen honestas ex parte creditoris renunciationem accipientis, & consequenter tale pactum vitiosum videbitur, per omnes leges, & rationes allegatas in quæstione superiore. Quod intellige, quando renunciatio fieret per pactum nudũ, nam si fieret per cõtractũ nominatũ, tũc forte admitteretur, arg. d. §. fi. Inst. de iure personarũ, quasi in cõtractib. nominatis durities, & asperitas facilius toleretur, q̃ in nudis pactionibus. Et isto casu posset saluari opin. affirmatiua existimantium talem renunciationem valere.

80 Quòd si in tali renunciatione interfuit †iuramentum, tunc firma erit secundũ Imo. in d. c. cum contingat. nu. 83. Feder. cõsi. 60. Henricus in d. c. Odoardus, col. 1. Capella Tholosana, q. 61. Marianus Soci. in tract. de citationibus. artic. 17. num. 18. Ripa in d. l. obligatione, nume. 33. & videtur receptior opinio ex mente eorum, quos suprà retulimus. Contrarium tamen tenet Guido Delphin. vbi supra. & Molin. vbi suprà, qui testantur ita fuisse iudicatum. Quorum opinio firmatur noua, & viua ratione. Nã licet tale iuramentum possit seruari sine interitu salutis æternę vt in d. c. cum cõtingat. & d. c. quamuis pactum, & per hoc videatur omnimodo seruãdum ab ipso debitore, occurrit tamen iniquitas, & inhumanitas ex parte creditoris tale iuramentum extorqueri, & consequenter vis iuramẽti debilitatur per interuentum relaxationis iuramenti. argu. in c. debitores. de iurei. & in c. significãte. & pign. & quod tradit Barto. in l. si quis pro eo. colum. 4. nume. 10. versi. 4. dixi. ff. de fideius. Alcia. in dicto c. cum contingat, nu. 122. & nume. 176. vbi Abb. colum. 17. in prin. & nume. 5. facit. l. fi. C. de non nume. pecu.

81 Infertur etiam decisio illius articuli, an †valeat pactum, vt debitor possit capi propria authoritate creditoris, vel ab eo in priuatis vinculis detineri. Et quod nõ valeat, tenent gl. in c. ex rescripto. de iureiu. vbi Abb. & Imol. Ripa in d. l. obligatione generi, num. 12. Imol. & Areti. in l. obsides. ff. de testa. Couar. qui ita firmat ab omnibus teneri, in d. cap. quamuis pactũ, 2. par. in prin. nume. 6. Bart. in d. §. eleganter. vbi etiam Aret. & Ripa vbi suprà nu. 12. firmat hãc esse communẽ sententiã. Licet contrarium teneãt gl. in d. c. ex rescripto, vbi Hostien. Henri. Cardi. & Feli. & colũ. 3. Bal. in l. 2. C. de patribus qui filios suos distra. Sed prior opi. verior est. argu. tex. l. Seius & Augerius, & quæ ibi latè tradunt Bar. & Alex. ff. ad legem Fal. quasi reipublicę intersit etiam principaliter huiusmodi pactũ nõ admitti propter rixas, & seditiones vitandas, & propter reipublicæ quietẽ, & tranquillitatem, vt interim omittam duritiem, & asperitatem, quæ insunt huic pactioni, vt supra ostendimus.

82 Infertur, an valeat pactum, quod † licet fœmina ob æs alienum in carcerem regulariter trudi non posset. authen. sed nouo iure. C. de custodia reorum, l. 1. cum authen. ibi collocata. C. de officio diuersorum iudicum, l. Tauri. 62. tamen ex vi pacti sunt qui putant, quòd mulier poterit vinculis detineri, vt si mater renunciet omni legum auxilio, cum ei filiorum tutela cõmittitur, & fortius, si expressim conueniat vt ex causa illius tutelæ si reliqua non soluerit, posset in carcerem trudi. Et quòd tale pactum valeat Couar. lib. 2. resolutionum, cap. 8. num. 3. & in d. c. quamuis pactum, 1. par. in prin. num. 7. tenet Bar. in l. si quis sub conditione, num. 18. ff. de testam. tutela. idem Bar. in auth. matri & auiæ, quando mulier tutelę officio. & ibi Salic. num. 14. Roma. in l. alia. §. eleganter, num. 11. ff. solu. matri. Roma. Alex. Soci. & Ias. in l. plerique, col. fi. ff. de in ius vocan. Ias. in l. pen. nume. 4. ff. si cer. pet. Mathesela. nota. 109. Platea colum. pe. vbi Ange. in l. nemo carcerem. C. de exactoribus tributorum, lib. 10. Ioan. And. Dominicus, & Franc. in cap. 2. de iudicijs, in 6. Io. Bapt. de sancto Seueri. de debitoribus suspectis & fugitiuis, quæstione 6.

Contrariam partem tenent Bart. in l. si quis sub conditione. ff. de test. tute. num. 20. per legem, patronus. ff. de re iud. & expressius Præpositus in c. ex parte. m. de appel. Barba. in c. 2. nu. 4. de pign. Hippolytus in prac. criminali, §. attingam. nu. 64. Ioan. a Monte Sparello in l. pleriq;. ff. de in ius vocan. Gomezi. in c. 2. de iudicijs, in 6. nu. 22. per Xuarez in l. 2. titu. de los gouiernos, q. 5. sequitur Couarr. in duobus locis supracitatis. Et hæc pars lõgè verior est, per tex. in d. l. patronus, & per d. §. elegãter. præsertim in ratione sui, quæ ratio cũ sit expressa in lege, pro ipsamet lege haberi debet, vt ex communi opi. suprà resoluimus, per legem. his solis. C. de reuo. do. l. cum pater. §. dulcissimus. ff. de leg. 2. plene per Tiraq. de caus. ces. par. 1. n. 152. & n. 135. Et in specie in fauorem matris est optimus tex. in l. antepe. ff. de obsequijs. optimus tex. in ratione sui in l. si quãdo. §. illud. C. de inoffi. testam, ibi, pactionibus astringẽdos, iũcta l. penultima tentibus. ff. de inoffic. testa. optimus text. in l. furiose. ff. de curatore furiosi. Pro nobis faciunt omnes leges, & rationes, quas supra congessimus in quæst. de nobili renuntiante, quibus ostendimus pactum durum & asprum non seruandum, at in specie nostra non durum modo, verùm immane quoq;, & impium esset. Facit quia in decalogo præceptum est, Honora patrem & matrem.

Ex su-

83 Ex suprà dictis etiã infertur † decisio illius articuli, an beneficio legis, ad egregias.ff.de iureiur. possit quis renũtiare. Qua in re sunt qui putant renuntiari non posse. Ita Roma.in singu.169.Cinus in l.nec honorem.C.de episc. & cler.Albe.& Alexan.in d.l.ad egregias.aliàs incipit, Ad personas egregias. Felin.in ca.si quis testium.de testib.per cap.2.de iudi.in 6. vbi Gomezi. nu.45.

Contrariã partem, vt renuntiatio valeat, tenent Feli.in c.si diligenti.nu.24.de foro compe. Aret.& Roma.in d.l. ad egregias.sensit glo.in l.inuiti.C.de testib.tenet Ange.in d.§.eleganter.Cinus in d.l.nec honorẽ. Ias.in d.l.ad egregias.nu.1.Gomezi.in d.c.2.nu.51. sequitur Couar.in d.ca. quanuis pactum.2.part.in prin.nu.8.per tex.in d.c.2.& in l.quanuis.versi.inuitus.ff.de in ius vocan. dum aiũt, quòd fœminæ, & nobiles non coguntur adire iudicem testimonij ferendi causa,quasi sentiunt,ꝙ volentes,non prohibẽtur accedere,sicq; expressim, vel tacitè tali priuilegio poterunt renuntiare. Sed sanè prior opin.negatiua verior & subtilior est,per omnes leges,& rationes, quas suprà congessimus in quæst.de nobilitatis renũtiatione, quia negari nõ potest,quin ex parte illius,qui acceptauit talem renuntiationẽ,sit quędam irreuerentia,impuritas,inhonestas,& quasi turpitudo, quæ ex parte sua vitiosam faciunt cõuẽtionem.Pro nobis d.§.elegãter.in ratione sui,quæ pro lege haberi debet.bonus text.in l.fi.C.de bon.liber.Neq; ad rem pertinet,ꝙ licet egregia persona iurandi, vel testimonij dicendi causa iudicẽ adierit, id possit,& testimonium, vel iuramentũ valeat, non secus, q̃ si inædibus ipsius personæ egregiæ tale iuramentum, vel testimoniũ redditum esset,id.n.non ex vi renuntiationis tacitę, vel expressę cõtingit, sed magis quia per ipsius facti interuentum res desinit esse integra. Non sic,qñ quis renuntiat verbo,quo casu si postea interpellatus vt iudicẽ adeat, nolit eũ adire, allegans priuilegiũ d.l.ad egregias.audiendus est, & si excipiatur de renuntiatione illius priuilegij ab eo facta, replicabit tali honori renuntiari verbis,aut factis tacitè vel expressim non posse. Nisi per tale factũ res desierit esse integra,quale est,cũ iam testimoniũ,vel iuram.prętitũ fuit, tunc.n.nobilitas non tantum sibi arrogare debet, vt velit tale testimonium sponte,& ritè factũ,infectum reddi.Simillimũ est,ꝙ iuram. calumniæ renuntiari non potest tacitè vel expressim le.2.§. sed quia veremur.C.de iur.calũ. & tamen citra illius iuramenti interuentũ valet iudicium, & sententia,qñ petitum non fuit. vt ibi notatur per glo.& omnes. & tales iuram.est de iure gẽtium. siquidem re integra,id est, ante sententiam ab alterutro litigantium petatur,vel etiam à iudice l.1.tit.4.lib.3.ordi.non sic si per sententiã res desierit esse integra.vt d.§.sed quia.cum ibi notatis.& c.1.de iura.calum.lib.6. Sic ergo in specie nostra,licet id nobilitatis priuilegium renuntiari nõ possit verbis, tñ id intelligitur non impedire validitatem talis iuramenti,aut testimonij ritè,& spõte semel præstiti,cum per hoc res desierit esse integra. In summa nobilibus maiores deferuntur honores, q̃ reliquis.ca.de multa.de præben.l.nobiliores.de commer.& merca.C.§.item Seruiana.vbi Ias. nu.26.Instit.de act.Tiraq.de nobili.c.20.Et posito honore ex parte vnius,sequitur ꝙ ei reuerẽtia debeatur ex parte alterius l.honori l.parens.ff.de ope.liber. Bal.in l.liberti. col.4.C.de ope.lib.idem in ca.licet de probat.Vnde priuilegio reuerentiæ causa dato nullus potest renuntiare. Romanus sing.480.per l.fi.C.de bon.liber.Alex.& Ias.in l.penul.C.de pact.Deci.in le.venia.colũ.fin.C.de in ius vocan. Nec dubium est, quin nobilioribus honor & reuerẽtia ab alijs plebeijs debeatur,etiam iure gentium,per dicta iura, & rationes.Nam de iure gentium id esse intelligitur,quod à gentium plerisq;,quæ legibus, & moribus reguntur,receptum, & admissum est: etiam si non ab origine mundi, sed longè postea admissum fuerit, & etiam si non pariter ab oĩbus peræquè gentibus,sed diuersis,successiuisque vicibus, atq; temporibus, vt probatur in exemplorum plerisq;,de quibus in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iu.& diximus plenè suprà.§.1.post præludium.Nec dubium est,quin ab omnibus ferè gentibus,qui legibus, & moribus reguntur, huiusmodi reuerentia egregijs personis debeatur, cui renunciare quem posse per verborum interuentum, indecorũ esset, licet cuiq; liberũ sit eo priuilegio non vti si tñ verbis renuntiauerit,magis est,vt huic renũtiationi lex nõ assistat,quasi careat ęquitate iurisgentiũ,& consequenter pœnitere liceat. Reliqua dic vt per doct.in l.pe.C.de pac.

84 Redeundo ad formam † testamenti,quod fit à clerico, magis est,vt in eo cessent omnes ferè solennitates, quæ in reliquorum testamentis exiguntur, quia de iure canonico (cui tantum iuri, nõ etiam iuri ciuili clerici sunt subiecti) solennitatem ciuilium nulla ferè requiritur. argum.c.cum esses de testa.& ca.relatum.1.eod.tit.vbi ea ratio expressa est,quia in ore duorum.&c. & quando ratio expressa in l. fit extensio etiã in correctorijs. est vera & communis opinio,quam tenent glo.in auth.de hæred. ab intest.§.fi.verbo.ordine.quam dicit vnicam Bald.in l.fi.ff.de hæred.institut.idem Bald.in l.fi.C.de lib. præt. Alex.in l.cum mulier.col.5.ff.solu.matri.gloss.in clemẽ.1.verbo,eligatur.de elect.plenè per Ias.in l. re coniuncti.nu.181.ff.de legat.3. Ias.in auth.quas actiones. nu.22.C.de sacrosan.eccl.Bald. ibi col.2. Paul.in l.quanuis. C.de fideic. Cuman.in d.l.cum mulier.§.per tex.ibi.ff.solu.matri.Georgi. Nat.in c.quanuis.de pact.in 6.nu.32.Curti.Iun.in l.humanitatis.ꝑ text. ibi nu.15. C.de impub. vbi Ias.nu.6. Alex.nu.5.Corn.nu. 5.Purpu.in l.fi.C. de pact. nu.23.vbi Curt.Iun.nu.9.Dec. nu.15.Ias.in l.stipulatio hoc modo.ff. de verbo.oblig.col. 5.ad fin.nu.12.Deci.consi.372.nu.7.Fort.in l.Gallus.§.& quid si tantum.col.87.ff.de liber.& posthu. Crottus in l.si constante.ff.solut.matri.lect.2.super 7.quæst.Bart.Ias.in l. transigere.nu.15.C.de transact.Ripa in l.nemo potest.nu. 50.ff.de lega.1.vbi Hannibal.nu.349.Ias.in l.Marcellus.in princ.ad Treb.Couar.in c.Rainal.§.3.nu.6. de testa.Dec. in auth.ex testa.col.4.C.de colla.Ias.in l.de quibus.nu.14. ff.de legib.Tiraquel.de caus.cess.par.1.num.135.cum seq. per legem.his solis.C.de reuo. dona.l.si fratres.§.idem Papin.ff.pro socio l.2.§.idem quoq;. & §.si duo.ff.de collat. bo.l.fi.ff.de hæred.institu.Et quando ratio in lege expressa est, tũc illius legis decisio particularis loco exempli habetur,ipsa autem ratio ibi expressa habetur pro lege, cuius generalitas nõ restringitur per decisionem particularem. vt ex communi opinio.resoluunt Tiraquell. de caus. cess. par.1.nu.152.Bald.in repet.l.de quibus.col.12.ff.de legib. versi.item nota ꝙ non videtur.Alex.consi.75. Videtur in præsenti.col.1.libr.5.Ias.in l.à Titio.in princip.col.fi.ff.de verb.oblig.idem Tiraq.in l.si vnquàm.C. de reuoc.donat. verbo,libertis.nu.45.Nam & ratio generalis omnes casus speciales comprehendit, non ex vi extensiua,sed ex vi cõprehensiua,non aliter, atq; genus omnes suas species amplectitur,non quidem ex vi extensiua,sed magis ex vi cõprehẽsiua.vt ex communi opin. resoluunt Tiraq. de caus. cess.par.1.num.137.Petrus,& Cin. in l.iura non in singulas.ff.de legib.vnde ratio legis inducit,& est ipsa lex.vt resoluit plenè Tiraq. vbi suprà nu.135.cum seq. qui quamplures citat huius sententiæ authores.

Vnde cum in d.c. relatum.& in d.cap.cum esses.sit expressa illa ratio, quia in ore duorum vel trium est de iure diuino perfectum testimonium, superest,vt quæ solennitas in actibus inter viuos idonea est, eadem quidem solẽnitas sufficiat in vltimis voluntatibus de iure diuino, & canonico, & cum clerici legibus tantum diuinis & canonicis,non etiam ciuilibus subditi sint,magis est,vt in eorum testamentis omnes ciuiles solennitates cessare intelligantur,sintq; inspiciendæ solennitates tantum diuinæ, & canonicæ.præsertim cum etiam iure regio in testam.forum testatoris non hæredis inspiciatur l.4. testam.2.lib.5.ordi.

85 Proinde infertur,ꝙ licet de iure ciuili per † præteritionem filijfam. vitietur testam. ipso iure inter cætera. l.pen. & fi.ff.de liberis & posthumis l.1.ff.de iniust. rup.l.fi.C.de contratab.in prin.Institu.de exhæred.lib. quinimò hodie

licet

licet esset exhæredatus, testa. foret nullum ipso iure, nisi iusta causa exhæredandi expressa esset. vt est communis opinio, quam tenent gl. in authē. de hæred. & Falcid. §. exhæredatos. verb. noluit. glo. 2. in prin. Instit. de inoffi. testam. & vtrobiq; communiter doctores. est communis opinio secundum Ias. in auth. non licet. col. 3. idem Ias. in auth. ex causa. col. 3. C. de lib. præt. idem in l. in suis. col. fin. ff. de liber. & posthu. idem in l. si mater. in princ. ff. de vulga. idem in l. fin. nume. 18. C. de contratab. Crottus in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 52. ff. de libe. & posthu. Ange. de Perigl. in tracta. suita. q. fin. Alex. in d. le. in suis. nu. 12. vbi per Alber. Odofre. Petrum, Cinum, Bald. Angel, Salicet. Fulgosi. Paul. Corne. Alex. Ias. Curt. Iuni. & alios. Grego. Lupus in l. 5. titu. 8. par. 6. Bar. nu. 10. in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. vbi Picus nu. 6. & Ripa nu. 143. licet hoc vltimum solitus sim impugnare. Tamen qui post liberos legitimos ex matrimonio susceptos clericus factus fuit, & deinde testa. fecit, licet liberos præterijsset, vtiliter tamen testatus intelligetur, si modò legitimam eis quoquo titulo reliquisset. Quod nota, quia alij non aduertunt.

86 Qua ratione licet singulariter testes † debeāt esse in cōspectu testatoris, vt est communis opinio, quam tenent & resoluunt Deci. consil. 354. In casu proposito nu. 1. Parisi. consi. 33. col. 1. lib. 2. Bal. in l. si non speciali. C. de testa. vbi Ias. in prin. & rursus in 3. notab. Corn. consi. 18. in nomine domini. lib. 2. nu. 4. Bart. Salic. Fulgo. Paul. & Bened. de Plumbi. in d. l. si non speciali. Imol. & Abb. in cap. 2. de consuet. estq; communis opinio secundum Corn. vbi suprà nu. 6. Cinus & Alex. in d. l. si nō speciali. vbi etiā Abb; per text. ibi in verb. in conspectu testatoris. & in l. si vnus. in verbo, coram testatore. C. de testa. facit l. qui testam. §. veteres. ff. eod. tit. secundum veram & communem sententiam quam tenent gl. in le. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcē. quam communiter app. dicunt Alex. nu. 6. & Ias. nu. 9. in d. l. si non speciali. Bart. Imol. & Paul. in d. §. idem Labeo. per canonistas in c. præterea. de testib. & in ca. ex literis. de consuet. Abb. in c. cum causam. de testib. Bald. in le. conuenticulam. col. 7. de episc. & cler. Innoc. & Io. Andr. in d. c. præterea. tamen hęc solennitas in testam. clerici nō exigitur, nō magis, quàm in actibus inter viuos, in quibus non reperitur, quòd talis solennitas desideretur.

87 Et similiter infertur, ꝙ licet in † testamento in scriptis oporteat tabellionem qui illud conficit, fuisse rogatum. vt ex vera & cōi opi. resoluit Alex. cōsi. 153. lib. 2. col. 2. per text. in auth. de tabel. §. nos autem. vbi Accurs. & alij. gl. & alij in c. cum p. tabellio. de fide instru. nec tabellionis rogitus præsumitur, nisi vel probetur, vel ipse id in ipso instrumento attestatur. Inno. & alij in c. 1. de fide instru. Specul. & Ioa. Andr. de instru. edi. §. breuiter. Bart. & alij in l. sciēdum. ff. de verbor. obliga. & est communis opi. secundum Alex. vbi suprà. nu. 9. idem in d. l. sciendū nu. 42. vbi Imol. Ang. in l. quacunq;. §. fi. ff. de publi. tamen de omni iure in testamento clerici tabellionem fuisse rogatum non exigitur, dummodò adsit legitima probatio quæ in actibus inter viuos idonea est. Quod intellige, quando testator tabellionem accersiri iussit, aliter enim etiam de iure ciuili tabellionis interuentus nō desideratur, nam citra tabellionem cōscribi potest manu propria testatoris vel alterius. vt ex receptiore sententia resoluit Corn. consi. 226. Licet in hac. nu. 2. lib. 3. per §. sed cum paulatim. Insti. de testam. l. hac consul. C. eod. tit. vbi inter reliqua testamentorū requisita non adijcitur tabellionis interuentus.

88 Vnde etiam infertur, ꝙ licet cęcus † non possit esse testis in testamento, secundum veriorem & receptiorē sententiam, vt resoluit Corn. consi. 18. nu. 5. libr. 2. Cinus. Alber. Butrig. Bar. Bal. Salic. Fulgo. Paul. Corn. Alex. & Ias. in d. l. si non speciali. per tex. ibi in verbo, in conspectu testatoris. & in l. si vnus. eod. tit. de testa. C. in verbo, coram testatore. Dec. consil. 354. In casu proposito. col. 1. tamen in testamento clerici cæcus poterit esse testis, nō secus, quàm in actibus inter viuos, in quibus constat cæci testimoniū non improbari, si modò notam habeat vocem contrahētium, vel aliter quod agebatur intelligat, vt est vera & cōmunis opi. vt per Alex. in d. l. si nō speciali. vbi Corne. nu. 6. & Ias. nu. 7. Parisi. consi. 33. col. 1. lib. 2. glo. in d. l. 2. §. idē Labeo. ff. de aqua pluui. arcen. vbi Barto. Paul. & Imol. per docto. in c. præterea. de testib. Panor. & alij in c. cum causam. eod. tit. per doct. in l. testium. C. de testib. per text. ibi. vbi testis potest deponere de his, quæ percepit per quemlibet sensum corporeum: nec dubium est, quin cæcus licet careat sensu videndi, non tamen careat sensu audiendi, & tangendi. Quod nota, quia alij non aduertunt.

90 Proinde similiter infertur, ꝙ licet de iure ciuili in † testamento nuncupatiuo requiratur, ꝙ testator proprio ore nuncupauerit nomē hæredis, vel illud propria manu scripserit. vt in l. iubemus. C. de testam. adeò, vt si testator alio hæredem nominante agnouerit nutu capitis, vel per verbum (sic) vel (ita) licet non pauci docentium teneāt talem hæredis institutionem valere. prout firmant glo. & omnes in d. l. iubemus. vbi Ias. nu. 10. Bart. & omnes in l. hæredes palàm. in princ. ff. de testam. Ang. in l. in fraudem. §. 1. ff. de milit. testa. Anto. & Imol. in c. cum tibi. de testam. Roma. consi. 306. Proposita. idem in l. 1. §. si quis ita. ff. de verbo. oblig. Ange. in prin. Instit. de testa. est communis opin. secundum Alex. consil. 33. Ponderatis verbis. libr. 3. Cinus, Bald. & Ang. qui hanc dicit communem, & vsu approbatam in d. l. iubemus. Couar. de testam. in ca. cum tibi. nu. 4. & 5. Alex. in d. l. iubemus. per tex. in l. quoniam indignum C. de testa. Ias. in l. vbi autē non apparet. §. illud. ff. de verb. oblig. Dec. cōsi. 489. In casu occurrēti. nu. 3. Alex. cōsi. 12. Viso instrumento. lib. 1. nu. 6. Alex. consi. 47. Abundè. lib. 2. nu. 7. Parisi. consi. 19. Consideratis. nu. 13. lib. 3. Corne. in l. hac consul. §. per nuncupationem. C. de testa. Alex. consi. 176. col. 2. lib. 5. idem in consi. 14. Visis. nu. 15. libr. 6. Soci. in l. si ita scripsero. col. 1. ff. de cond. & demon. tamen contrariam op. vt institutio hęredis facta ad interrogationem alterius non valeat, tenet Corn. consi. 77. Viso. d. themate. lib. 4. nu. j. Iacob. de Are. in d. l. hæredes palàm in prin. post plures relatos per Corn. vbi suprà. & per Ias. qui tenet cōtra communem in d. le. iubemus. nu. 10. Tamen hæc controuersia cessat in testamento clerici, quod per nutum capitis, & similia verba poterit fieri, nō secus, quàm quilibet actus inter viuos. Quod non minus vtile, quàm nouū est.

91 Quapropter infertur, ꝙ licet de iure ciuili testes † testamento adhibitos oporteat vt toti testamento fuerint pręsentes. vt in l. cum antiquitas. & in l. casus. C. de testa. & in l. qui testamento. §. veteres. ff. eo. tit. & est communis opi. vt per Paris. consi. 33. Et si prima facie. nu. 28. cum seq. lib. 2. Corn. consi. 238. Reperio nu. 3. lib. 4. Alex. Corn. & Ias. nu. 8. & nu. 12. in d. l. cum antiquitas. de testa. C. vbi Cinus, Bald. Salic. Paul. & alij. per doct. in l. furiosum. per text. ibi. C. qui testa. fac. poss. vnde vna pars testamenti non potest probari per septem testes, dicentes se scire partem tātum eorum, quæ testamento ordinata fuerunt, & per alios septem testes, dicentes se scire aliam tantum partem eorū, quæ in eod. testa. ordinata fuerunt. vt est communis opin. Bald. Paul. Alex. & Ias. nu. 9. vbi alij in d. le. cum antiquitas. per Cin. & Bal. in d. l. si præsidi. C. de donat. ante nup. Roma. consi. 80. Visis. Alex. consil. 177. Viso themate. libr. 2. quam doctrinam vehementer commendat Ias. vbi suprà. Alex. & alij in d. l. cum antiquitas. Tamen in testamento clerici magis esse videtur, vt talis probatio admittatur, nō secus, ꝙ in actibus inter viuos, qui non excludunt huiusmodi probationis speciem. Quinimò in actibus inter viuos etiā de iure ciuili admittatur, vt mēbratim fiat probatio, vt sic vna pars contractus possit probari per duos testes, alia verò pars per alios duos testes. argu. text. in l. Gallus. §. ille casus. ibi, duobus quasi capitibus legis cōmixtis. ff. de liber. & posthu. vbi in simili per omnes in ca. licet ex quadam per text. ibi de testib. docet Ias. nu. 11. in d. l. cum antiquitas. Bald. in simili in l. testium. C. de testibus. col. 5. idem Bald. in simili in l. 1. 8. q. C. de testam.

92 In summa infertur, ꝙ licet de iure † ciuili vitietur testamẽtum, si scribatur per notas, seu abbreuiaturas insolitas. vt ex communi opinione differunt Alex. consil. 153. Videtur prima consideratione.nu.6.lib.2.Barto.& omnes in auth.quod sine.per text.ibi.C.de testa. text.in l.sed cũ patrono.§.fi.ff.de bon.poss.& in l.vnica.ff. si tabulæ testamẽti stabunt.ibi,quia ex coniectura,non propriè scriptus videtur.Bar.in d.l.sed cum patrono.§.fin. & in l.2.C.de vetere iure enucle.Speculat. de instru. editione.§.instrumẽtum.versi.item opponitur ꝙ instrumentum est factũ per notas.Guiliel.Bened.in c.Rainut.de testa.par.1.nu.61.ver bo,testamentum 1 in simili per Specula.de instru. editione.§.ostenso.versi.quid si abbreuiatura.tamen testamen. clerici nõ vitiabitur, licet scriberetur per tales notas insolitas, non magis, quàm vitiaretur quilibet actus inter viuos.Et est nostrum inuentum.

Deinde infertur, ꝙ licet de iure ciuili oporteat ꝙ omnes testes † intelligant omnia in testamento contenta, ita vt nullam particulam etiam minimam desinant intelligere singuli testes:nec enim satis est ꝙ fuerint præsentes septem testes,nisi præterea omnia,quæ ibi agebantur,plenè intellexerint.vt ex communi opi. resoluunt Corn.consil. 304.Circa hanc consultationem. nu.20.lib.1. in simili per Bal.& Pau.in d.l.cum antiquitas.& Guiliel.Bened. in cap. Rainut.de testa.par.1.in verbo,in extremis positus. num. 40.Corn.consi.226.Licet in hac. libr.3.nu.5.& consil.77. nu.3.& nu.11.lib.4.Bart.in l.fideic.§. quoties.ff.de lega.3. Corn.consi.307.Videtur prima facie.nu.1.libr.3.vt sic de iure ciuili licet testes sint præsentes toti testamento, id nõ sufficiat,nisi totum intellexerint,& sensu perceperint,nec per contrarium sufficiat, ꝙ totum intellexerint, nisi præsentes fuerint:potuerunt.n.ante vel post actum testãdi ab ipso testatore de contentis in testamẽto certiores fieri, id quod minimè sufficeret. Tamen non sic erit in testamento clerici, quod valere nouè interpretamur,licet testes nõ tempore testamenti,sed antea,vel postea notitiam cæperint eorum,quæ testamento ordinata fuerunt, cũ id proculdubiò in actibus inter viuos admitteretur.

Vnde licet in reliquorum testamentis oporteat testes fuisse rogatos l.hac consultissima.C.de testa.l.hæredes palam.ff.eodem l.diuus.ff.de milit. testa.§.planè.Instit.eod.l. 1.& 2.tit.1.part.6.tamen non sic erit in testamento clerici quod valere non desinit, licet testes non essent rogati, sed fortuiti:quia iure canonico,aut diuino rogitus testium nõ desideratur,nec etiam in actibus inter viuos, vt alibi docemur.Nec dubium est,quin in testamento clerici non maior solennitas desideretur, quàm in actibus inter viuos.

Proinde similiter infertur,ꝙ licet reliquorum testamẽta vitientur,si testes fuerint compulsi l. qui testa.§.fi.in fi. ff.de testa.tamẽ non sic erit in testamẽto clerici, quod per talem testiũ compulsionem non vitiabitur, non magis,q̃ vitiarentur actus inter viuos,qui non illegitimè probarẽtur per testes, qui etiã cõpulsi interfuissent. arg.l.necnõ.§. quod eis.ff.ex quib.caus.mai.iuncta l.j.in prin.ff.de testib.

Qua ratione infertur non oportere testes esse masculos in testõ clerici,non magis,q̃ in actibus inter viuos,in quibus constat fœmininum testimonium admitti, nõ secus, quàm masculorum l.qui testam.§.mulier.ff.de testamen.

Nec dubium est,quin eadem ratione(vt nouè interpretamur) subscriptio testiũ in tali testam. necessaria non sit, non magis,quàm in actibus inter viuos, licet in reliquorũ testamentis aliud sit.vt §.sed cum paulatim.Institu.de testam.d.l.hac consultissima l.ad testium. §.fi.ff.eod.d.l.1.& 2.titu.1.part.6.

Vnde licet regulariter signacula testium desiderentur, per iura & rationes proximè allegatas, tamen non sic erit in testamento clerici, in quo talium signaculorum interuentus necessarius non est,non magis, quàm in reliquorũ testamentis.

Quia ratione licet olim omne testamentũ incipere deberet ab hæredis institutione.§.ante hæredis.Instit.de lega.l.2.§.prius.ff.de vulg.quod & hodie viget in testamento cæci secundum plurimorum sentẽtias. vt per Decium in l.hac consultissima in prin.C.qui testa.fac.po ss.licet nos contrarium alibi differuimus.tamen in testamento clerici nulla erit cõtrouersia quin valeat,licet non incipiat ab hæredis institutione, etiam si is clericus cæcus esset. Quod nouissimum & verissimum puto.

Deniq; licet testamentũ regulariter debeat cõfici vno contextu l.cum antiquitas.C.de testam.l.furiosum. C.qui testam.face.pos.l.qui testam.§.veteres.ff.de testam.tamen clerici testamentum (vt nouè aduertimus) non vitiabitur per interuentum alicuius actus extranei nõ magis, quàm quilibet alius actus inter viuos.

Postremò licet iure regio, vt alibi docemur, testamẽtũ in scriptis desideret signum tabellionis per Tauri legẽ 3. tamen id in testamento clerici etiam iure regio necessum non erit (vt nouè interpretamur) sed quælibet legitima probatio sufficiet,dummodò scripta sit,secundum distinctionem,de qua suprà. & plenius suprà. §.11.per totum. Quæ oĩa nota.quia noua, & vtilia, & tandem oĩa fere 40 requisita qui requiruntur in testamentis, vt per totum librum præcedentem cessant in clericorum testamentis.

1 *Confessio firmat relictum minus solenne.*
2 *Contractus in vltima voluntate factus nõ vitiatur licèt ipsa vltima voluntas deficiat cum communi.*
3 *Donatio,non legatum inducunt illa verba,Dono tibi talem rem.licèt id fiat in testamen. cum Angel. contra Fabr.*
4 *Testamentum quando vitietur per contractum ibi factum, nouæ declaratio.*
5 *L.fi.C.de fideicom.2.intelligitur.*
10 *Intell.7.& nouus ad l.fi.C.de fideicom.*
11 *Fideicommissorum solennitas ad probationem tantum desideratur noua opin.*
14 *Fideicom.minus solenne valet, licet testator solenniter testari voluerit. contra communem.*
15 *Illatio.2.contra mentem communis opinionis.*
16 *Illatio.3.contra mentem communis opinionis.*
17 *Illatio.4.contra mentem communis opinionis.*
18 *Illatio.5.contra mentem communis opinionis.*
19 *Illatio 6.contra mentem communis opinionis.*
20 *Illatio.7.contra mentem communis opinionis.*
21 *Testamentum minus solenne iure regio firmatur per confessionem partis aduersæ, noua opinio.*
22 *Confessio non prodest ei, qui prius negauit.cum cõmuni cõtra alteram communem.*
23 *Confessio quando possit diuidi à iudice.cum communi cõtra alteram communem.*
24 *Defensio vt sit inculpata,oportet probari fuisse necessariã. cum Bald.contra eund. Bald. & Ias.*
25 *Confessio facta quando admittat probationem in cõtrariũ. cum communi contra alteram communem.*
26 *Cõfessio extraiudicialis etiam de iure canonico infirma est. cum communi contra alteram communem.*
27 *Confessio extraiudicialis non nocet, noua opi. etiam de iure regio.*
28 *L.fin.C.de fideicom. limitatur nouè.*
29 *Confessio etiam liberatoria extraiudicialis non nocet. cum communi contra alteram communem opinionem.*
30 *Acceptatione pendente,omnis concessio reuocari potest,licèt fiat parte præsente.*
31 *Confessio est vera probatio. cum communi contra alteram communem.*
32 *Confessio facta coram iudice incompetente, non valet, & an sufficiat ad torturam.*
33 *Legatum rei alienæ ignoranter factum coniunctæ personæ non valet, quando grauatus tam coniunctus erat testatori,quàm ipse legatarius.contra communem.*

34 Lega-

34 *Legatum rei alienæ à testatore possesse etiam ignoranter extraneo relictum valet quo ad hoc vt hæres teneatur tradere possessionem illius rei.*

35 *Intell. l.cum pater. §.euictis.ff.de legat.2.*

40 *Prælegatum coniuncto licet factum sit, ei non debetur euictio.*

41 *Legatum rei alienæ scienter cohæredi relictum, valet quo ad euictionem. contra communem.*

42 *Legatum rei, quam sciebat alienã defunctus, vel etiã ignorabat cõiuncto cohæredi relictum, valet quo ad euictionem, si grauatus erat extraneus contra communem.*

43 *Prælegatum rei alienæ etiam à testatore non possessæ valet quo ad euictionem, si testator alienam sciebat. Idem si ignorabat alienam esse, si tamen grauatus erat extraneus, honoratus verò coniunctus. cum Bald. contra Bar. & nouissimos.*

44 *Prælegatum rei alienæ etiam ignoranter factum, non valet quo ad euictionem, si is, à quo euincitur, erat extraneus testatori licet & cohæredes prælegata accepissent. contra Paulum, & Xuarez.*

45 *Legatum rei, in qua vsumfructum tantum habebam, coniuncto relictum, an valeat. contra communem.*

48 *Intell. l.Sticho ff.de vsufruct.lega. contra communem.*

49 *Qui legat rem, in qua scit se vsumfructum tantum habere an etiam proprietatem legasse videatur, quòd sic. cum multis contra communem.*

50 *Vsufructu legato cum onere, ne proprietas alienetur, proprietas legata non videtur. contra communem.*

REDEVNDO ad casus speciales, in quibus adesse non oportet solennem testamentorũ obseruationem, sciendum est eam solenni-
1 taté per † interuentum confessionis remitti. Nam si hæredis fidei commiserim, vt fideicom. siue singulare, siue vniuersale alicui det citra vllius testis præsentiam, vel si testes interfuerint, modò aũt cum de fideicommisso agitur, nullus eorum supersit, tunc videbatur id fideic. nullius momenti fore, quia in fideicõmissis regulariter quinque testes desiderantur. vt in l.fi.C. de fideic.l.fin.C.de codic.§.fin.Insti.de fideicom.hær. tamen per interuentum confessionis ipsius hæredis (siue illa expressa sit, quale est, cum cõfessus est relictum esse fideic. siue tacita, quale est, cum iuramentum hac de re delatũ subire noluit) firma redditur illa vltima voluntas, quasi confessio hæredis onerati pro legitima probatione sit etiã in vltimis voluntatibus, in quibus numerosam testiũ turbam adesse regulariter oportet. Ita probat elegans text. in l.fi.C.de fideic.& in §.fin.Instit.de fideicom.hære. ad hanc fall. collige plures declara. ex fine huius libri.

Qua in re fortiter opponitur. Nam si veritas, vel solen-
2 nitas iuris † deest, hæres scriptus ad solutionem vrgeri, aut cõpelli non potest l.si veritas.C.de fideicõ.l. ex testa.eod. tit.l.si vnus.C.de testa.l.ad testiũ.§.fin.ff. eod.l.ex imperfecto.ff.de leg.3. Cuius contrarij timore intellectus d.l.fi. & d.§.fin. variatur multipliciter. Nam sunt qui putant illã dispositionẽ ibi sustineri non tam in vim vltimæ voluntatis, q̃ in vim contractus, quasi hæres ibi testatori promiserit fideic. præstare. Vnde licet ibi vltima volũtas defecerit, sitq; infirma ex testiũ defectu, tñ sustinetur dispositio per interuẽtũ promissionis, quã hæres testatori fecit, sicq; in vim contractus. Ita tenet Bar. col.3.in prin.l.nemo potest.ff.de legat.1. vbi sequuntur doctores communiter. vt patet ex Ias. ibi lect.1.nu.18.& lect.2.nu.27. Ripa nu.29. Crottus nu.12. Hannibal.nu.187. Ias. in l.fi.num.17.C.de fideic. Imola col.2. & Alex.col.3.in d.l.nemo potest.

3 Vnde si in testamento tibi præsenti dixi, Dono † tibi rẽ meam, tenet Faber in §.legatum est. Instit.de lega. ꝙ non sit donatio inter viuos, sed legatum. Infert talem liberalitatem infirmari testamento infirmato. vt l.eam quã.de fideic.C.& l.si nemo.de testa.tute. Contrarium tenet Ang. in d.§.legatum est.nu.2.& rectè, quia apud omnes constat contrahi posse & donare in testa.glo. & omnes in l.hæredes.palàm.§.fin.de testa. Ias. in l.cum antiquitas.col.1.in fi. cum seq.C.eod. Deci.consi.293.col.1.in fi. cum seq. Cum ergo verbum, dono, sit magis aptum cõpræhendere donationẽ inter viuos, q̃ legatum, debet eã comprehẽdere. per l.non aliter.de leg.3. Nec obest, ꝙ per quæcunq; verba potest fieri legatũ. §. sed olim. Instit.de lega.l.2.C.comm.de legat. Nam fateor, si aliter constaret de voluntate testatoris, ꝙ non donare, sed legare volebat. vt d.le.non aliter. sed in proposito non constat. ergo, &c. vt d.l.non aliter l.Labeo.de supell.lega. Non obest, ꝙ verba sint intelligenda secundum subiectam materiam, etiam si improprientur, vnde videbatur, ꝙ verbũ, dono, in testamento prolatum, trahatur ad legatũ. Nam respon. id verum, qñ in sensu directo & proprio talia verba capi non possunt. ita procedit l.si vno.ff.locati.l.sed & si possessori.§. item si iurauero.ff. de iureiur.l.qui hæredi.§.dominus. de condit.& demon. vbi Soci.le.fundus qui locatus.de fund.instru. secus si propriè possint accipi, vt in proposito. Tene ergo Ang. contra Fabrum. Sed potes concordare, ꝙ Angeli opin. procedat, quando is, in quem liberalitas conferebatur, erat præsens, nam tunc cum statim in vim donationis (prout proprietas verborũ sonat) possit actus valere, sequitur ꝙ ita valere debeat, maximè cum per hoc in pinguiori significatu verba sumantur. vt Institu.de iure nat.§.sed quoties. Sin autem erat absens, tunc quia in vim donationis statim valere non potest, valeat in vim legati, ad quod verba trahi & possunt. vt d.§.sed olim.& debent. vt d.§.item si iurauero. cum conc. Qua opinio. retẽta certa, certum est, ꝙ licet infirmetur testa. reuocatione, vel aliàs, non infirmabitur talis liberalitas. Quod in specie tenuit Bal. per illum text. in l.fi.ff.de reb.eorum. Iaso. in d.l.cum antiquitas.col.2.in princi. Deci. consil.293.col.1.in fin.cum pr.seq.

4 Item quæro, an præposito, ꝙ cõtractus † fieri possit in testamento, taliter ꝙ contractus ille valebit: vt tenet gl.& omnes in d.§.fin.l. hæredes palam.& Deci.& Ias. vbi suprà per l.si auia.C.de iur.delib.l. Pantonius.§.fin. de acqu. hær.l.ex sententia. de testa.tut.l.Lucius. de alim.leg.l.non est mirũ.ff.de pig.act.l.eãd.in prin.ff. de duobus reis. quæro (in quã) an licet contractus valeat, vitietur tamen testa. Quod videtur per l. cum antiquitas.C. de testa.l.hæredes palam.§.fi.ff.eod. vbi vno contextu actionis cauetur test. fieri debere sine interpositione actus extranei. Facit, quia testa. est quid indiuiduum le.furiosum. qui test.fac.po. Facit etiam, quia abundans cautela licet nocere non soleat le. testa.C.de test. nocet tamen quando est contra naturam & formam actus. glo, Bal. Alex.& Ias. in d.l.testamentũ. quo fit, vt si talis contractus non sit pertinens & necessarius ad testa. valere non possit. His tamen non obstantibus contrariũ tenet Ias. in d.l.cum antiquitas. post plures, quos refert, dicens, ꝙ si actus interpositus sit modici interualli, nõ nocet, nec vitiat test. Et ita intelligit quod dicitur contractũ fieri posse in testam. Sed Aret. post Ang.& Imol. quos refert in d.l.hæredes palam.§.fi.col.2. aliter, & rectius distinguit, scilicet referre, vtrũ contractus interpositus pertineat ad testa.& tunc testa. non vitietur. ita procedat le.si auia. cum conc. an verò oĩno sit impertinẽs, vt tunc vitietur. vt si fortè post incœptum testa. testator voluit aliquid vẽdere, vel fundos locare. ita procedat l.cum antiquitas.& d.l.hæredes palam.§.fi. Tu latius distingue. Nam aut contractus, qui fit in testamento; fit non principaliter, sed incidenter, & tunc non vitietur testa. Ita intelligo l.si auia.C. de iure delib.& d.l. Pãtonius. in fi.& d.l. Lucius.& d.l.nec mirũ.& d.l.ex sententia. quia inspicitur vel legatum, vel tutela, vel hæreditas, quam dare, vel datã fortius firmare volebam: non autem inspicitur contractus, qui inde incidenter resultat. Et meritò, est.n. inspiciendũ quod principaliter agitur, nõ quod incidenter resultat. vt l.si quis nec causam. vbi latè Ias.ff. si cer.pet.l. cũ proponas.C.de reb.cred.

Aut

Aut cõtractus,qui fit in testamento,fit principaliter pro-
pter se,& tunc si non sit omnino impertinens,puto testa.
non vitiari,veluti si sit donatio quarundam rerum. Cũ.n.
testa. faciamus ad res nostras distribuendas, finisq; testa-
mentorum sit eas distribuere, certè in modo huius distri-
butionis, seu largitatis faciende vis magna esse non debet,
quo fit, vt quoquo modo seu tit. distributio fiat,ea distri-
butio extranea non videatur ab actu testandi, & conse-
quenter non vitiet testa.Ita intelligo,& approbo glo.& d.
l.hæredes palàm.§.fi.quatenus loquitur in donatiõe. Pro
quo est bonus tex.in l.assignare.ff.de assig.liber.iuncto.§.
fina.Instit.eod.Quòd si contractus,qui in testamento fit,
esset impertinens,& extraneus,seu alienus à distributione
rerum nostrarum,& ab actu testandi vt si ædes meas in te
stamento locaui,vel fundum vendidi, tunc puto testa.vi-
tiari per d.le.cum antiquitas.& d.le.hæredes palàm.in fin.
Et ita in hoc reprobo gl.d.l.hæredes.§.fi.quatenus loqui-
tur in venditione,licèt app.per Barto.ibi. & per Iaso.post
alios, quos refert in d.l. cum antiquitas.colum.2.in princ.
5 Hæc quo ad primum intell. † d.l.fi. C.de fideic. qui est
verus,licet diuinet.Alius intell.fuit gl.in d.l.fin.verb.subi-
re.& gl.in l.si veritas.C.eod. tit. & gl.mag.in d.§.fi.Instit.
de fideic. hæred. Quæ glossæ in suis locis cõiter appr.vt si
hæres.cuius fideicommissum fuit,neget id à relictum,de-
inde cum iusiurandũ sibi delatum esset, illud relictũ agno
uerit, sed alleget non deberi, quia citra solennitatis inter-
uentum relictum fuerit, vt tũc talis allegatio non releuet,
quasi propter præcedens mendacium puniatur.Simile est
in §.at aduersus.Instit. de pœna temerè litigan.vbi dupli-
cantur induciæ in odiũ illius,qui prius abnegauit.Sed cer-
tè is intellectus verus nõ est, quia in dictis iuribus nullum
verbum de mendacio hæredis, cuius fideicõmissum fuit,
sed nituntur duntaxat in confessione ipsius,quasi testium
interuentus ad nihilũ vtile sit, præterq̃ ad probationẽ rei,
qua de agitur,quæ per confessionẽ hæredis longè plenior
esse intelligitur, quàm per testium interuentum, & atte-
stationes, vnde vbi talis confessio est, otiosum esset, &
inane testes deposcere.
6 Tertius ergo intellectus † fuit glossæ in d.l.fin. C.de fi-
deic.vt ea lex corrigat d.legem.si veritas.& sic hodie gene
raliter ex minus solenni testamento debeantur relicta.
Quod ab omnibus meritò improbatur, nam decisio d.le.
fina.non est generalis, vt illicò apparebit.
Quartus ergo intellectus fuit, ꝙ d.l.fi.procedat.quãdo
7 testator † voluit sine solennitate testari, vt tunc valeat te-
sta.minus solenne, quod nõ valeret, si mens testantis esset
cum solennitate,& ritè testari.ita ait gl.in d.le.fina.secun-
dũ quosdã. Quorũ intellectus verus minimè est,quia cõ-
tra tex.clarum in l. codicillis.§.fi.ff.de lega.2.vbi glo.deri-
det stultitiam testatoris volẽtis minus ritè testari, & testa.
firmum esse,estq; contra le. nemo potest.ff.de legat.1.vbi
per Bart. col.1.vbi Ripa nu.1. & nu.3.cum 20.seq.Ias.nu.
3.cum 5.seq.lect.1.& in lect.2.nu.1.cum 14.seq.Hannib.
nu.44.cũ 100.seq.Crottus in prin.col.1.& 2.& 3. Agno-
sco tamen, ꝙ is quartus intellectus est communis secun-
dum Ias.in d.l.fi.nu.12.per Fabr.& alios in d.§.fin. tenent
Franc.Curt.& Marti Sil.& Barto. qui eos refert,& firmat
hanc esse communem opi.in d.l. fi.vbi Ange. Salice.Bart.
in d.l.si veritas.dum se refert ad dicta per eum in d.l.fi.se-
quuntur Cinus & Corn.in d.l.fi.qui in nu.4.hanc dicit cõ
munem sententiam.quod & sequitur Paul.ibi.
Quintus intellectus est,quẽ refert gloss. in d.l.fina.vt si
8 hæres neget † relictũ esse, tunc fideicõmissarius nihil ha-
biturus sit,nisi probauerit solenniter relictũ esse: sint autẽ
agnoscat relictum esse, sed dicat minus solenniter,tũc tu-
tus sit.vt d.l.si veritas.C.de fideic. secundum ꝙ expediret
hæredi mendacium dicere.quod absurdum reputat gl.vbi
suprà.argu.ff.de tributoria l.illud.§.pen. & ff.de in litẽ iu-
rand.l.videamus.§.1.& §.at aduersus.Institu.de pœna te-
merè litig.sed hanc sequitur Bar. tam in d.l.fi.q̃ in d.l.si ve
ritas.& Cinus,Sali.Corn.col.pen.Fulg.& Bald.in lect.an-
tiqua.& in lectu.noua. Et seruatur in practica is intellect.
secundum Corn.& Fulgo. & Cinum in dict.l.fin.
Sextus intellectus est Bart.in d.l.nemo potest. col.1.ad
9 princ.dicentis † esse speciale in d.l.fi.sed specialitatis ratio-
nem nullam reddit, vnde is intellectus iure improbatur
ab omnibus.
10 Quid dicendum? Et quidem sumus in † noua & vera
(si non longè decipimur)sententia.cuius rei monstrandæ
gratia præsabimur diuersam esse naturam legatorũ, & fi-
deicõmissorũ,etiam hodie. Nam licet legata,& fideicom-
missa hodie exæquentur quo ad sui effectũ, vim, & pote-
statẽ,vt non minorem,vim,& authoritatem habeant ho-
die fideicõmissa,q̃ legata,& econtrà.le.1.vbi per oẽs.ff.de 11
legat.1. tamen non sic est quo ad sui creationem.longè.n.
facilius fideicommissa producuntur in esse,q̃ legata.Patet,
quia etiam hodie legari non potest nisi à solo hærede: nõ
sic in fideicõmisso,quod relinqui potest etiã à legatario,&
à fideicõmissario, & à mortis causa donatario, & similib.
non secus,§.ab ipso hærede. Ita probatur in princ.& §.1.
Instit.de sing.reb.per fideic.relict.l.ab eo.C.de fideic.le.1.
§.pen.ff.de lega.3.cum simil.Præterea fideicõmissum co-
dicillis etiam relinqui potest,non secus,q̃ in testam.§.pen.
& fin.& etiam in prin.Insti. de codicil.& in prin.Instit.de
fideic.hær.Non sic in legatis, quæ in solo testamento non
etiam in codicillis relinqui possunt.§. præterea.Instit.eod.
tit.licet gl.& docto.tam ibi, q̃ etiam in princ.de sing.reb.
per fid.rel.Instit.hac in re non bene sibi constant, vt alibi
docemur.Cuius rei illa ratio est, ꝙ olim fideicõmissa nul-
lam vim habebant, & sic nullam iuris solennitatem desi-
derabant.vt d.prin.Instit. de fideic.hær.& in princ.& §.1.
Instit.de codicil. Sed cum postea iure nouo fideicommis-
sis,vis,robur, & effectus fuerit accommodatus, nec circa
solennitatem quicquam noui inductum fuerit, euenit, vt
legatis exæquentur in viribus, & potentia, effectusque,&
quo ad solennitatem sint longè melioris conditionis, quia
nullam solennitatem desiderant hodie non magis, quàm
olim,cum viribus carebant.
Vnde licet ea quæ desiderantur pro forma,non possint
impleri æquipollenter.vt latè tradunt Alex.& Ias.in l.1.ff.
de libe.& posthu. plenè per Crottum nu.29.& Hannibа-
lem nu.5.in l.nemo potest.ff.de lega.1.Ias.nu.14.& Alex.
nu.8.in d.l.1.Dec.consi.612.num.3. Bal.& Ange.in d.l.1.
Bald.in l.ambiguitas.C.de testam. & l.si institorem.ff.si
cert.pet.Dec.consi.466.nu.19. idem Dec.in l.hac consul-
tissima.nu.12.cum seq.C.qui testa.fac.poss.estq; commũ-
nis opin. tamen fideicommissorum probatio poterit fieri
æquipollenter:quia in his, quæ desiderantur ad probatio-
nem tantũ,non etiam ad formam,sufficit æquipollens im
plementum. vt ex communi opinione resoluunt Alex.&
Ias.post alios in d.l.1.ff.de liber.& posthu. per l.1.§.fina.ff.
de dote prælega.l.certum.ff.si cert. peta.cum simili. Vnde
cum testium solennitas in testamentis requiratur nõ tan-
tũ pro probatione,sed etiã pro forma. vt ex vera & commu
ni opinione docemur suprà §.2.in princ.& §.11.num.17.
iunctis his,quæ latè disseruimus suprà.§.3.argu.l.ad testiũ
§.fi.ff.de test.& l.si vnus.C.eodẽ euenit, vt licet legata,&
institutiones,quæ alibi q̃ in testamento fieri non possunt.
vt d.§.præterea.& d.princ.Instit.de sing.rebus.per fideic.
relict.iuncta l.proximè.ff.quæ in testam.delen.& l.1.in fi.
ff.de vulg.si in testamento minus solenni fiant, nullius mo
menti sint, nec ille defectus suppleatur per confessionem
hæredis legitimi (quia confessio licet suppleat probatio-
nis defectũ,non tamen supplet defectũ formæ, cum for-
ma æquipollens implementũ non recipiat, vt iam ostendi
mus)tamẽ fideicommissa(quæ nullam iuris solennitatem
desiderant,nullamq; formam à lege accommodatam ha-
bent,nec quicquam desiderant,præter legitimam proba-
tionem quinque testium,vt l.fin.C. de codic.l.fin.C.de fi-
dei.§.fin.Institu.de fidei.hær.)poterunt citra interuẽtum
vllius testis valere, non secus, quàm si quinque testes in-
terfuissent,si modò per confessionem partis ille probatio-
nis

nis quinque testiũ defectus suppleatur. Nec enim dubiũ est, quin confessionis probatio plenior sit, q̃ probatio non solum quinque, sed etiam mille testium. vt d.l.fi.& d.§.fi. Sicq; in terminis dictorum iurium abnegamus esse speciale (licet id nostrorum pleriq; falsò opinẽtur) & firmamus generale esse in omnibus fideicommissis, licet non sic in hæredis institutione, aut in legato, quæ nisi in testamento fieri non possunt, & cum solennitate. & forma testamentis accommodata, quæ forma æquipollenter impleri minimè potest. licet probatio, quæ duntaxat non etiam vlla forma in fideicommissis desideratur, expleri ęquipollenter sine dubio possit, vt iam docuimus.

12 Et nostra opinio nosterq; intellectus † ad dicta iura ꝓbatur apertè in d.§.fi.Insti.de fideic.hære. ibi, & quia prima fideicommissorum cunabala à fide hæredum pendẽt, & tam nomen, q̃ substantiam acceperunt, ideo diuus Augustus ad necessitatem iuris ea retraxit. Vides ergo, vt tota res nitatur fideicõmissorum fauore propter piam confidẽtiam. quam testator in persona onerati reposuit. Nam, vt Cicero ait, turpissimum est simul & amicitiam soluere, & fallere eum, qui læsus non esset, nisi credidisset. Lex.n. fideicommittenti, qui piè credebat, plus fauet, q̃ legãti, qui iuris cautela, & prouida dispositione, nõ benigna fide, aut pia confidentia vsus fuit. Ad idem d.§.fi.ibi, nos eundem principem, (id est Augustum) superare contendentes, &c. Nã Augustus fideicommissis (quæ antea inutilia erãt) firmitatem condonauit. vt in princ.Insti.de fideic.hæred.& in prin.Institu. de codicil. Iustinianus autem eisdem fideicommissis alia priuilegia accumulare studuit, nec in legatis loquitur, in quibus Augustus locutus non fuerat. Tertiò id patet in omnibus verbis tam d.§.fi. quàm d.l.fi.C.de fideic. in quibus pluries ac pluries de fideicommissis tãtum fit mentio, nõ etiam de legatis, aut institutionibus, aut reliquis dispositionibus præter fideicõmissum. Quartò patet in d.§.fin.ibi, si hæres perfidia tentus. Quintò ibi, quicunq; sit, qui fidem hæredis elegerit. Sextò ibi, fidei hæredis sui commiserit. Septimò ibi, ne depereat voluntas testatoris fidei hæredis sui commissa. Et similia verba sæpissimè repetuntur in d.l.fi.C.de fideic. Ex quibus patet, illam prouisionem specialem esse, & peculiarem in fideicõmissis, non etiam in reliquis dispositionibus.

Nec dubium est, quin cum illæ rationes sint expressæ in dictis iuribus, habeant vim restringendi illius legis decisionem, ne plùs, aut vltrà se extẽdat, q̃ extendit sese ratio ibi expressa. vt plenè tradunt Ias.in l.de quibus.num.14.ff. de legib. idem in l. stipulatio hoc modo. nu.12.ad fin.ff.de verbo.oblig.in authen.quas actiones.num.22.cum præ.& seq.C.de sacrosan.eccl. idem in l.humanitatis. per text.ibi. C.de impub. vbi etiam Deci. & Corasi. & alij. plenius per Tiraq.de causa cessante. in prima part. nu.135.& nu.152. text. vbi omnes in l.cum pater.§. dulcissimis.ff.de legat.2. tex.in l.adigere.§. quanuis.ff.de iure patro. Et licet d.l.fin. & d.§.fin. loquantur quando reuera fideicommissum fuit relictum sine præsentia vllius testis. vt patet in d.l.fi.ibi, si sine scriptura & præsentia testiũ fideicõmisso derelicto. & in d.§.fin.ibi, & neq;, &c. tamen illud ita contigerat in quæstione ex facto emergente, de qua vtrobiq; meminit Iustinianus, quæ quidem quæstio fuit causa tãtum impulsiua, non etiam finalis ad dicta iura condenda, sicque non habet ea iura restringere. vt docent Barto.& communiter doctores in l.demonstratio.§. quod autem.ff.de condi.& demonstr. Quod euidentius apparet in d.l.fin.ibi, sed siue quinque sint testes, siue minores, vel nemo & in dict.§.fi. ibi, sed pauciores, vel nemo. vbi illam nouam decisionem ait procedere. siue quinq; testes interfuerint, siue pauciores, vel etiam nemo: & tamen in quæstione, de qua ibi meminit, nullus testis interfuerat, vt sic appareat, quòd etiam si in quolibet fideicommisso testator non fuerit confisus de sola fide hæredis, vel alterius onerati, sed testes adhibuerit, semper procedat d.l.fin.& d.§.fin. vt si testes adhibiti pauciores sint, quàm qui plenã, & legitimã probationẽ in fideicommissis inducũt, siue etiam tot sint adhibiti, quot in fideicommissis regulariter requiruntur, sed posteà cum res agitur, non supersint, aut inueniantur, vtroq; casu ea probatio suppleri possit per iuramẽtũ onerati, perq; eius confessionem, quasi in fideicommissis testium numerus, & reliqua, non pro forma, sed tantum pro probatione requiratur, sicq; possit suppleri per confessionem onerati, quod fieri non posset, si pro forma requireretur, vt suprà diximus. Et is sensus probatur in d.l.fi.ibi, sed siue quinq;, & in d.§.fin.ibi, & neq;, &c. Et ita in puncto iuris tenent Corn.col.2.& 3.in d.l.fin.& ibi Bal.Salic.& Fulg. Licèt in contrarium se habeat communis opin. secundum eund. Corn.ibi.

14 Retenta tamen nostra sententia, quæ indubitáter † vera est, & est ex mente Bald.Salic.Fulg. & Cornei, infertur veram non esse communem opi. suprà relatam, volẽtem, ꝙ si testator voluit solenniter testari, & fideicommittere, nec adhibuit quinque testes, sed pauciores, tũc fideicommissi probatio non possit suppleri per confessionem onerati, quinimò etiam hoc casu secundum nos supplebitur per talem confessionem. vt d.l.fin.& d.§.fin.

15 Infertur. 2. ex mente eorundem contra † eandem cõmunem opin. suprà relatam, quòd si quinque testes adhibuit, sed tempore quo res agebatur, vel nõ supersunt, vel non inueniuntur, ea probatio suppleri poterit per confessionem onerati. per dicta iura.

16 Infertur 3 ex mente eorundem contra eandem cõmunem opinionem † idem fore, etiam si hæres legatarius vel fideicommissarius oneratus esset absens tempore testamẽti, & ignorãs eius rei, qua de agebatur, nec vnquam fidem vllam testatori accommodasset, quasi semper possit defectus probationis quo ad validitatem fideicommissorum suppleri per confessionem onerati, quia in eis pro probatione tantum, non etiam pro forma testes desiderentur.

17 Infertur 4 ꝙ etiã si testator † noluerit solenniter testari, sicq; non ritè hæredẽ scripserit corã quatuor testib. fortè, vel paucioribus, ea hæredis institutio nullius momenti erit, nec sustinebitur eo prætextu, ꝙ testator existimauerit, aut cogitauerit futurũ, vt hæredes sui legitimi nullam controuersiam facturi essent hæredi scripto, nec hac de re licebit hæredi legitimo deferre iuramentũ, quinimò confessio hæredis legitimi hac in re nihil noceret sibi. quia d. l.fi.& d.§.fin.in fideicõmisso tantũ, non etiam in hæredis institutione loquuntur. Et ita intelligo, & amplio.l.ad testium.§.fi.ff.de testa.& l.si vnus.C.de testa.& le.codicillis. §.fi. iuncta sua gl.ff.de lega.2. idq; per rationes nostras suprà relatas contra mentem communis opin. suprà relatæ, quæ data confidentia testatoris, & voluntate minus ritè disponendi, vult per cõfessionem partis isthæc posse suppleri contra omne ius, omnemq; rationem.

18 Infertur 5 contra mentẽ † eiusdem cõis opi. tale legatũ non valiturũ, licet adesset confidentia testatoris, & volũtas minùs ritè testandi. argu.§.preterea.Insti.de fideic.hęred.& in princip.Instit.de sing.reb. secundum quòd suprà declarauimus, & per rationes suprà relatas.

19 Infertur 6 contra mentem † communis opi. quæ defendit quintum intellectum suprà relatum, quòd si institutio minùs ritè facta esset, tunc licet hæres legitimus talem institutionem factam fuisse prius negasset, deinde confessus esset factam fuisse, sed minus solenniter, tunc talis confessio ei non noceret, quia d.l.fi.& d.§.fi. non in ea narratione (vt doctores falsò opinantur) sed tantum in fauore fideicommissi nituntur. Nam fideic. est (vt diximus) dispositio informis, quæ nullam formam desiderat, sed tantum legitimam, plenamque probationem, confessionis autem probatio plenissima est.

20 Idem & 7 contra mentem † eiusdem communis opin. in simili legato. Quid autem in donatione causa mortis, quid in mortis causa capione, quid in eo, quod conditionis implendæ causa datur, cogita, quia per tempus non licuit inuestigare.

21 Quid autem iure regio? Et quidē cum † infrà.§.28.& 29.& suprà.§.11. tenuerimus iure regio testm̄ esse informe, ad cuius firmitatē nihil aliud desideratur præter legitimā, plenamq; probationē l.3.ibi, nō hagan fee, ni prueua.in legib.Tauri.& l.1.tit.2.lib.5.ordina.in fi.ibi. E otro si vala el testamento que fuere hecho con buenos testimonios. Nec dubiū sit, quin probatio cōfessionis sit omnium plenissima.vt d.l.fi.& d.§.fi.euenit, vt si hæres legitimus iure, & fateatur Titium fuisse hæredē scriptū, sed tn̄ minus ritè & solenniter scriptū fuisse alleget, tūc is legitimus hæreditate priuabitur, quæ hȩredi scripto applicabitur, de cuius vocatione per partis aduersȩ confessionē cōstat, quȩ confessio plenissima probatio est, nec iure regio ad testamenti firmitatē quicquam desideratur ad formā, sed tantum ad probationē. Legitimā autem probationē hac in re accipere debemus secundū tenorē d.l.3.& d. l.1.quod nota, quia est nostrū inuētum, & in vsu forensi vtilissimum.

Habes ergo ex superioribus quēadmodū, & quatenus testamentum minus solenne sustineatur per cōfessionem onerati. Retento tamen communi intellectu, quē ad d.le. fin.C.de fideic.& ad d.§.fin.Institu.de fideic.hær.assignat glos.in d.l.fi.quam pleriq; nostrorum secundum Corn.ibi sequuntur.& tenuit etiam glo. in l.si veritas.C.de fideicō. cū qua omnes ibi simpliciter transeunt, vt hæres, qui prius negauit fideicommissum fuisse relictum, licet postea cum sibi defertur iurament. agnoscat fideic.relictum fuisse dicens tamen fuisse minus solenne: hæc confessio non prosit sibi, postquàm prius negauerat, sicq; tāquàm pessimus inficiator, aut mendax id fideic.præstare cogatur.per d.le. fin.& d.§.fi.Infertur veram esse opi. Bar.in l.eum qui.nu. 4.ff.de iureiur.quam sequitur & dicit communem Socin. in l.non vtiq;.ff.de except.nu.7.ad medi. Bart.in quæstione incipiente. Communiter per Italiam. Bald.in l.si vnus ex socijs.§.fi.ff.pro socio.Salic.in l.contra negantem.C.ad

22 legem Aquil. Aiunt enim quòd si sponte cōfessis † pœna per statutum minuatur, nō minuitur ei, qui prius negauit, licet postea fassus fuerit. Quæ opinio videtur probari in d.l.eum qui.secundum ꝙ inducit Bar. ibi.& in d.l.si vnus. §.fin.vt inducit Bald.vbi suprà.& nos inducimus optimū tex. quem ad hanc partem nullus vnquam allegauit in d.l. fin.& in d.§. fi. secūdum hunc intellectum communem. Agnosco tamen contrarium tenere Ias. nu.8.in d.le.eum qui.qui firmat communem opin. esse contra Bar.& contrarium tenet, & firmat communiter teneri Felin.in capi. cæterùm.de iudi.tenent Bald.Ange.& Salice. & nouiores in d.le.eum qui. Sed propriore sententia etiam facit l.bonæ.§.hoc sermone.ff.de verborum signific.l.si quis hæredem.C.de institu.& substit.

23 Quid autem si is, qui agnouit † delictum, illud nō simpliciter, sed qualificatiuè fassus sit, putà fatetur homicidiū se fecisse, sed ad suam defensionē fecisse se alleget? Et Bar. in l.Aurelius.§. idem quæsijt.ff.de libe. legat.tenuit iudicē posse diuidere hanc confessionem, acceptans eam, quatenus ait homicidium se fecisse, nō sic quatenus ait ad suam defensionem fecisse. quam sequitur, & firmat communiter teneri Ias.in l.vt vim nu.13.ff. de iust.& iur.Bald.in l.si quidem.C.de excep.idem in l.vn.colū.11. versicu.denuò quæro de quæstione quotidiana. C.de confes.Alex.num. 7.in l.1.§.si quis simpliciter.ff.de verb.oblig.

Contrarium tamen tenent Bal. in l.j.C.de ædil.acti.Romanus in l.1.§.si quis simpliciter.num.7. & num.14.ff.de verbo.oblig.Abb.in c.auditis.vbi per nouiss.de præsc.per Soci.in l.non vtiq;.nu.7.ff. de excep. per Alciat.in d.l.1.§. si quis ita.nu.76.ff.de verb.obli. quem.§.legit.simul cum. §.si quis simpliciter. Sed cum is, qui peierat, occidat animam l.3.C.de reb.cred.l. quæ sub conditione.in prin.ff.de condi.insti.euenit, vt si reuera feci homicidium ad meam defensionem, siue iure me homicidiū fecisse, & vltrà non procedam, me ipsum non iure occidero, siue negē me homicidium fecisse, per tale periurium animam meam occidam: ergo nihil iniquius, nihilque immanius, quàm non posse quem qualificatiuè respondere: sicq; licet qualificatiuè ille respondeat, in terminis iuris cōis pro confesso haberi non debet, licet quia præsumptio iuris est contra eū, sit puniēdus pœna extraordinaria secundum Abb.vbi suprà. Et ita concor.opi.suprà relatæ.(Quid si per statutum quis teneatur simpliciter resp. dic vt per doct. vbi suprà.) Tu aduerte, ꝙ confessionis probatio est omni alia prȩstātior, & concludentior.vt ait l.fin.C. de fideic.& §.fi.Insti. eod.Cōfirmatur, quia contra præsumptionem iuris & de iure nulla admittitur probatio, & tn̄ confessio admittitur. glo.communiter approb.in l. in contractibus.in princ.C, de non nume.pec. vnde in quæstione nostra, cum per cōfessionem meam constet liquidissimè me deliquisse, debeo condēnari. Nec potest dici, ꝙ constet per coniecturas.iuxta d.ca.literas.nam imò cōstat per probationem liquidissimam, nec meæ confessionis declaratio mihi prodesse debet.arg.l.omnibus.C.de testib.& l.vni. C.ne quis in sua cau.iud.Sed certè ꝙ talis declaratio debeat prodesse est tex.in d.c.cum dilecti.de accusa.Sed dic, ꝙ ibi ideò admittitur confessionis declaratio, ꝙ in confessione nō erat aliquid simpliciter, & absolute prohibitum, sed ꝙ poterat ad bonum & malum (vt ibi dicitur) retorqueri.sed homicidium est simpliciter prohibitum lege Dei, & dolo præsumitur fieri l.j.C.de sicar.l.si non cōuicij.C.de iniur.ideò declaratio ista per præsumptionē excluditur. Sed sustinēdo Abb.& Ias.dic, ꝙ regulam habemus, vt quis cōfessionem suam possit declarare.d.c.cum dilecti. Fallit, quando præsumptio est contra declarantem, quȩ sumitur ex qualitate facinoris, vt in quæst.nostra. Sed licet declaratio excludatur per præsumptionem, excluditur tamen ita, vt nō capitaliter condemnetur.vt d.c.literas. Vnde vides, ꝙ opi. prȩcedens nō est vera, si intelligit ꝙ rei declaratio admittatur, vt nullo modo puniatur, est tamē vera, & admittetur, vt mitius puniatur. Et nota, ꝙ d.c.non procedit, quādo quis confitetur id, quod est simpliciter prohibitum. Quod intellige sanè, quando de delicto non constat nisi per solam confessionem meam, nam tunc possum eā declarare (vt dictum est) argu.l. si quis intentione.ff.de iudic. Sed si de delicto per testium depositiones constaret, certè mea declaratio nullo modo admitteretur.argumen.d.l. omnibus.C.de testib.& l.vnica.C.ne quis in sua causa iud. & isto casu non militaret ratio. d.l. si quis intentione.

24 Quid autem si occiso † probauit fecisse se ad suam defensionem, nō autē probauit eam defensionem fuisse necessariam? Et Bald.in l.non solum, col.fin.C.de testib.quē sequitur Ias.col.j.in l.vt vim.ff.de iustitia & iur.tenet non oportere probare defensionem fuisse necessariam.

Contrarium, vt oporteat probare defensionem necessariam, tenet Bald.sibi contrarius in l.vnic.col. 10.versicu. item tu assessor.C.de confes.& Romanus, quē refert Iaso. vbi suprà. Et hanc opinionem puto veriorem contra Ias. quæ vltra Bald.probatur in clem.vnica. de homicidio. Et ad funda.Ias.resp. ꝙ in dubio verum est delictū non præsumi, nos autem non loquimur in casu dubio, sed certo: nā postquàm constat de vulnere, vel nece, iam constat satis delictum esse factum, nisi alia ratione probetur infectum: infectum autem probabitur duobus demum probatis. vt in ll. pro hac opinione allegatis. ergo nō sufficit vnū probari (le.qui hæredi plures.de condit.& demonstr.l.si quis. ita.l.si ita quis.ff.de verbor.oblig. Bart.& Ias.l. 1.in prin.ff. de iust.& iur.) Præterea attento fund.Ias.scilicet, ꝙ in dubio non præsumatur delictū, sequeretur, quòd nec oporteret probari factum esse vulnus, vel mortē illatā ad defensionem: nam cum factum prȩsumatur modo licito, ergo & ad defensionem factum præsumeretur, sed hoc est euidenter falsum, ergo, &c. Ad alia fund.Ias. patet respon. & contra Ias.etiam facit l.1. C.vnde vi. Nam cum moderamine factum dici non potest, nisi ad defensionē, defensionemq; necessariam fiat. Adde, ꝙ homicidium vel vulnus dolo factum præsumitur, nisi cōtrarium probetur l.1. §.diuus.ff.de sicarijs l.j.C.de sicarijs l.si nō conuicium.C. de

de iniur. & capitulo primo, vbi glossa de præsumptione.

25 Isthæc procedunt in † cōfessione vera. Quid autem in confessione ficta, putà si statuto caueretur, vt qui non cōparuerit, habeatur pro confesso? Et quidē stante dicto statuto, illa confessio ficta eiusdē iuris, & vigoris est, ac si vera esset. vt docet Areti. consi. 146. Visa consultatione. nu. 1. Bar. & Bal. in l. quoniā. ff. de his qui notantur infam. Cinus in l. si tutor. C. de interdicto matrimonio. Bal. in l. 2. §. ꝙ si actor. in vltimo notab. C. de iuram. cal. Sed contra veram confessionē non admittitur probatio, nisi confessio facta esset per errorem, qui allegatus esset, & probatus. vt tenēt gl. & alij in ca. Romana. §. fin autē. de appel. in 6. Imo. in l. constitutiones. ff. de appella. Bald. in l. minoribus. C. de his quib. vt indignis. idem in l. vnica. C. de confessis. gl. in c. ex literis. de diuortijs. Vnde cū ficta confessio nō recipiat allegationem, aut probationem erroris: quia qui confessus est nihil, is in confitendo errare non potuit, sanè videtur, ꝙ contra talem fictā confessionem non admittatur probatio, non magis, q̄ contra confessionem, quæ erronea nō esset. Et ita tenet, & firmat communiter teneri, & practicari. Bald. in l. seruum quoq;. §. publicè. nu. 7. versi. per hoc etiam dico. ff. de procura. idem in addit. Spec. in tit. de appellat. in verbo, an fictè confessus. Cinus in l. 1. C. quorum appellationes non recipiantur. Io. And. ad Specul. in tit. de iuram. calum. §. fi. versi. sed nunquid Ant. in ca. fi. eod. titu. facit text. 11. q. 3. c. rursus. & cap. quicunq;.

Sed partem contrariam tenet, & firmat cōmuniter teneri Aretin. vbi suprà. nu. 4. 5. & 6. Anto. in c. fi. de confessis. col. pen. Imola in l. creditor. §. iussus. ff. de appella. Ioan. Andr. ad Specu. in tit. de depositionibus. §. nemo. versicu. veruntamen. per tex. in d. l. quoniam. iuncta sua glo. cum l. serui ob malitiam. C. de adult. optimè facit l. 2. C. qui testa. face. possunt. iuncta l. fi. in princ. ff. de his qui mortem sibi consciuerunt. Quid dicendum? Et quidem in eo, qui noluit iurare de calumnia. & in eo, qui fuit verè contumax in nō comparendo, magis est, vt si ex forma statuti habeatur pro confesso, cōtra talem fictā confessionem non admittatur vlla probatio, quasi per ipsammet contumaciam deliquisse videatur, huiusque delicti pœna sit ipsius causæ amissio. & ita procedat prima opinio. Non sic in eo, qui mortem sibi cōsciuit, cum de crimine accusatus esset: nam licet pro confesso habeatur vt d. le. finali in princip. tamen contra istam confessionem fictam, vel præsumptam admittitur probatio. vt d. le. fi. §. fina. & in d. l. 2. quia illa confessio nō tam ficta videtur, quàm præsumpta: nec dubiū, quin contra præsumptionem iuris admittatur probatio. gl. vbi omnes in lege, siue possidetis. C. de probatio. Et est ratio differentiæ, quia qui fuit verus cōtumax quo ad cōparendum, vel iurādum de calumnia, is statim certè & indubitanter deliquit, nec vlla superueniens probatio delictum illud semel factum potuit infectum reddere. Nō sic in accusato, qui mortem sibi consciuit, qui licet vehemēter conscientia criminis id fecisse præsumatur, adeò, vt ferè pro confesso habeatur, tamen non est certum, & indubitatum conscientia criminis id fecisse, cum impatientia doloris, vel tædio vitæ, vel alias ob causas potuerit se perimere. ideo d. l. fina. non dixit, ꝙ habetur pro confesso verè, sed quòd veluti pro cōfesso habetur, & sic fictè, & præsumptiuè tantum, vnde contra talem præsumptionē, quæ ex re dubia effluxit, non immeritò admittitur probatio, quam admitti nō deceret, aut expediret, vbi delictum esset certum, & indubitatum, id quod non minus vtile est, quàm nouum. Vnde infertur, quòd in terminis dictæ l. fi. C. de fideic. si hæres iuramentum delatum subire nolit, licèt fictè habeatur pro confesso, tenebitur tamen non secus, quàm si verè confessus esset. vt probatur ibi, & in §. fi. Instit. eod. quæ iura planè probant optimè.

An autē in terminis dictæ † l. fi. sufficeret confessio ex-
26 traiudicialis de iure canonico, etiā si in absentia partis facta esset? Mouet quęstionem, quòd cōmunis opinio esse videtur de iure canonico, vt cōfessio extraiudicialis facta etiam in absentia partis, firma est, & vtilis. vt tenet, & firmat communiter teneri Felin. in c. si cautio. de fide instru. num. 27. Decius, qui hanc communem opinionem dicit in consi. 163. In causa matrimoniali. nu. 2. sentit gl. in capi. quoties cordis. verbo, promitto. in fine 1. q. 7. Anto. Imol. & Cardina. in dicto capitulo si cautio. Bald. in capitul. innotuit. columna prima. de election. Sentit Bald. in l. rationes. C. de probation. Bald. in authentica similiter. columna prima. C. ad legem Falcid. idem in lege illud. colum. 1. C. de sacrosanct. eccles. idem in le. generaliter. q. 10. de non numerata pecu.

Contrariam partem, vt etiam de iure canonico cōfessio extraiudicialis facta in absentia partis non teneat non magis q̄ de iure ciuili, tenet, & firmat communiter teneri Ias. in l. tale pactum. in princip. colum. 1. ff. de pact. Abb. in d. ca. si cautio. idem in cap. 1. colum. 6. de confessis. idem in procœmio Decretalium. §. Gregorius. col. fin. Et hæc pars est sustentabilis secundum Felinum, vbi suprà. Sequitur, & dicit communem opinionem Alexan. consil. 180. In causa angelorum. colum. 3. nume. 7. qui ad gloss. dict. capi. quoties cordis. respōdet & rectè procedere, quando erāt verba dispositiua, putà, Promitto tibi me decē Sempronio daturum. non sic in specie nostra, vbi verba dispositiua nulla sunt. Nec vnquam apud me dubiū fuit, quin hæc pars verior esset: quia ius canonicum & ciuile quasi societatem quandam coierint, vnum, idemque ius reputari debent. argumen. in c. j. & in c. 2. de noui operis nuntiatione. cum ibi notatis. Traditur in simili per Iasonem in lege si pecuniam. in princip. ff. de condit. caus. dat. & vt ius ciuile, quod collectum est varijs ex partibus, id est, ex præceptis prætorijs, & ex præceptis iuris gentium, & naturæ, & ex constitutionibus Principum, & responsis prudentium, & plebiscitis, adhuc vnum, idemq; ius reputatur per totum. Institu. de iur. natur. Sic etiam ius nostrum vnum, idemq; ius reputari debet, licet ei etiam adiungas præcepta canonica. argum. capit. nouit. cum ibi plenè traditis. de iudicijs. Nec mutat, ꝙ hæc iura inter se sæpenumerò pugnēt, nam & responsa prudentium. & constitutiones Principum, & edicta prætorum, & plebiscita inter se sæpissimè pugnāt, & nihilominus vnum ius esse intelliguntur. Vnde cum differentia inter pręcepta ciuilia, & canonica fieri non debeat, nisi vbi facta expressim reperitur. vt d. ca. 1. & 2. cum ibi notatis. & iure ciuili expressum sit hoc casu confessionem esse nullius menti l. certū. §. si quis absente. ff. de confessis. glos. in l. vnica. C. eodem. glos. in cap. finali eodem titul. Superest, vt hæc pars verior sit. Quinimò contrariam partē nullus (vt arbitror) tueretur, nisi quòd eam ęquiorem putant, quæ reuera impia est, & captiosa. vt patet per textum optimum in simili in l. diuus. ff. de milita. testamēto §. planè. Institu. eodem titul. vbi licet nuda militis voluntas rata esse debeat dum testatur l. 1. ff. de militari testamento l. 1. & 2. & l. quanquam. & le. milites. eodem titulo. C. & in princip. Institu. eodem. adhuc tamen militis confessio, parte absente prolata, dicentis se bona sua relinquere Titio, nullius momenti esse intelligitur. Nam licet hæc in re liberrima sit voluntas militis, plenissimaq; eius potestas, & voluntas, tamen in confessione sic temerè, & inconsultè prolata, nūquam intelligitur esse integra, aut deliberata voluntas: etenim non mediocris prudētiæ est, intelligere, vt verba in absentes soleant volitare velut vmbræ, citra vllam loquentis deliberationēm, aut plenū cōsensum, sed vel iocandi, vel voluptate loquendi, aut libidine, vel etiam leuitate.

Taliter ergo loquētes obligatos censeri, aut quicquam egisse videri, impijssimum esset, captiosum, & inhumanū, omniq; iuris prudentia alienū, tantum abest, vt pium, aut æquum intelligatur: præsertim cū obligationes sui natura sint odiosæ l. Arrianus. ff. de act. & oblig. mutatioq; volūtatis liberrima esse debeat, vbi alteri læsio non fit, aut cōtingit l. si quis in princ. testamenti. ff. de leg. 3. l. 4. ff. de adimendis lega. cap. cum Marthæ. de celebratione missarum.

Et cum ius Regium, & ius Canonicum hac in re, & in similibus à pari videantur procedere, vt in l. 3. & 4. ti. de las Exceptiones. lib. 3. ordinamen. iuncto ca. 1. de pact. cũ ibi notatis. sanè inspecta superiore cõi sententia, quam impugnauimus, videretur dicendum iure Regio vtilem esse cõ-
27 fessionem † extraiudicialem in fauorem absentis emissam. Sed secundum sententiam contrariam, quam tuemur, cõtrarium dicendũ est, vt confessio extraiudicialis facta in fauorem absentis, inutilis sit iure Regio, non secus, ꝙ iure canonico, aut ciuili. Vnde in terminis d. l. fi. C. de fideic. & §. fi. Instit. de fideic. hæred. magis est, vt hæres, qui † extraiudicialiter & parte absente fassus fuerit fideicommissum à se relictum fuisse, non teneatur, non magis, ꝙ si nihil confiteretur, nec fauor fideicommissorum efficiat, vt huiusmodi confessio noceat confitenti.

29 Vnde infertur idem fore, etiam si confessio † esset liberatoria. Nam si extraiudicialiter, & parte absente hæres confessus esset se rogatum fuisse à testatore, vt debitorẽ liberaret, talis confessio non sufficeret, vt cõpelleretur dictũ debitorẽ liberare, nec haberet locũ d. l. fi. per iura. & rõnes in superiore quæstione allega. Et in specie, vt confessio extraiudicialis ẽt liberatoria facta parte absente, non noceat confitenti, tenet, & firmat cõiter teneri Alex. cons. 174. In causa, & lite. nu. 1. & rursus nu. 7. Sequitur, & dicit cõem opinionem idem Ale. cons. 131. In causa inter vniuersitatẽ nu. 8. & Ant. in c. veniens. de renuntiatio. col. 4. quẽ refert, & sequitur Bertran. cons. 178. Supposito. nu. 1. gl. in l. idem in duobus. ff. de pact. vbi Bar. & alij. Bar. in l. non solum. §. liberationis. ff. de liberatione legata. gl. in l. Pomponius. ff. de nego. gest. Petrus. & Cin. q. 4. in l. generaliter. C. de non nume. pecu. Ant. in d. c. fi. de confess. Bal. in l. non idcirco C. de iuris & facti ignor. idẽ in rub. C. res inter alios acta. Bal. in l. & hęredi. §. nos aũt. ff. de pact. Bar. in d. l. tale pactũ in princ. Florian. & Imo. in d. c. veniens de renuntiatione. Bar. Sali. & alij in l. post quã liti. C. de pa. Sali. in l. 1. oppositione 15. C. de confess. Feli. in d. c. si cautio nu. 32.

Contrariam partem, vt valeat talis cõfessio liberatoria extraiudicialis facta parte absente, tenet, & firmat communiter teneri Bald. consil. 466. Quæritur an creditor. lib. 4. Felin. in d. ca. si cautio. numero. 7. Federicus consil. 128. Creditor præsente. quem refert, & sequitur Felinus vbi supra. glo. d. lege non solum §. si liberationis. 2. Sed prior opinio verior est per l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. & per d. l. diuus. ff. de militari testamento. & per §. planè. Institut. eo. tit. & per iura, & rationes in superiori quæstione allega. & quia confessio est quædam declaratio, quæ nihil denuò inducit. lege, hęredes palàm. §. 1. ff. de testamen. nec vllibi expressum reperitur, quòd declaratio noceat declaranti, nisi fuerit acceptata. Quinimò etiam si confessio liberatoria facta esset parte præsente, confitenti non noceret, nisi acceptata esset. vt tenet, & firmat cõiter teneri Ale. d. cõli. 174. col. 1. & 2. per l. coram. ff. de verb. signi. l. diem proferre. §. coram. ff. de arbitris. l. 1. in fi. ff. de autho. tutor.

30 Et ante acceptationem † liberum est pęnitere ei, qui ex causa voluntaria aliquid cõtulit in absentem. Ita tenet Bar. in lege qui absenti. in fi. ff. de dona. per textum ibi, dummodò is, qui concedit, id facit ex causa voluntaria. Sequitur Alexan. consilio 131. In causa inter. nume. 10. libr. 4. Idq; plane procedit, etiam si causa esset onerosa. vt in princ. Institu. de oblig. ex consensu. vbi est tex. ꝙ licet inter absentes possit fieri emptio, venditio, locatio, conductio, &c. id genus, tamen non statim post concessionem meam ius tibi absenti quęritur, sed demum postquàm per nuntium, vel per epistolam te certiorem feci, vt sic interea liberum sit mihi pœnitere. traditur in simili, per Ripam, nu. 32. in rub. ff. de verb. obli.

31 Illud autem dubium est, an in terminis dictæ. l. fin. C. de fideicommiss. confess. † dicatur propria probatio, ita vt cõprehenderentur in statuto faciente mentionem de probatione? Mouet quęstionem, quòd regulariter confessio impropria probatio non etiam propria intelligitur, quasi nõ probatio, sed releuatio ab onere probandi videatur. Ista est communis opinio. vt firmat Decius in l. cum te. nu. 8. C. de transactio. & est communis opin. secundum Ias. ibi, nume. 9. & est communis secundum eundem Decium in rubri. de probat. numero. 8. Bal. & Paul. in rubri. C. eod. Ioan. Andr. Anto. & Abbas in rubrica extra. de probat. Anton. in c. licet causam. 5. colum. eod. & in cap. si sacerdos. col. 1. de officio ordinarij. Paulus in l. Publi. ff. de deposito. idem in l. 1. ff. de confessis. Felinus in rubrica de probatio. nu. 6. Io. Andr. in cap. bonæ. el 1. de electione. Bal. in cap. 1. §. vasallus. col. 2. si de feudo fuerit controuersia inter dominũ, & agnatum. Iacob. de Are. & Cinus, & Bal. in l. actor. C. de proba. per l. eum qui. in prin. ff. de iureiuran. & in cap. 1 de confessis. lib. 6.

Contrariam partem, vt sit vera probatio, tenent plures, qui referuntur per Decium, Ias. & Felin. vbi suprà. Et in hanc partem inclinant Decius in duobus locis suprà citatis. & Ias. in d. l. cum te. Socin. in rub. ff. de confessis. quem refert Decius in d. rubr. de proba. num. 8. Salice. in rub. C. de proba. col. fin. sentit Bar. in l. si duo. §. idem Iulian. 2. in 2. notabil. ff. de iureiurando. Idem in l. 1. in vltima quęst. ff. offic. consulis. glo. expressa in l. 1. C. de edendo. in verbo, quemadmodum. Bar. in l. triticum. col. 1. ad fin. ff. de verbor. oblig.

Pro hac parte contra magis communem Decius in d. rubrica adducit decem fundamẽta. Sed tu vndecimo loco habes textum meliorem de iure, de quo ad hanc conclusionem nullus meminit in d. l. fi. C. de fideicom. ibi, cũ ipse sibi iudex, & testis. Ecce tex. expressum, vbi confessio est vera testis depositio. Expende duodecimò eundem textũ ibi, nullisq; alijs aduentitijs probationibus requisitis. Quorum verborum sensus est, quòd confessio non solum probatio est, sed etiam est probatio vera, certa, indubitata, domestica, & profectitia, vt reliquæ probationes, si cum ea conferantur veluti aduentitiæ intelligantur. Expendo decimotertiò eundem textum ibi, qualis locus testibus relinquatur, vel quemadmodum ad extraneam fidem decurratur, propria, & indubitata fide relicta. Et ista pars in puncto iuris longè verior est in terminis iuris communis. & de iure regio probatur apertè in l. 8. in prin. tit. 14. partit. 3.

32 Deniq; quòd in terminis dicta lege fin. C. de fideicommiss. confessio † prosit quo ad firmitatem fideicommissi, procedit, dummodo facta fuerit coram iudice competente, non sic, si fieret coram iudice incompetente. argu. eorum, quæ plenè tradit Decius in lege magistratibus. nu. 7. vbi Alexander nu. 5. ff. de iurisdict. omnium iudicum. Talis enim confessio regulariter quasi extorta à iudice incõpetente, non facit plenam probationem, licet in causis criminalibus faciat quale quale indiciũ. Sed an tale indicium sufficiat ad torturam? Et communis opinio est, quòd sufficiat ad torturam. Ita tenet Bald. in lege vnica. columna penultima. C. de confessis. idem in dicta lege magistratibus. Sequitur, & dicit communem opinionem Decius ibi. nu. 8. vbi Alexander numero sextò. & numero. 5. Angelus in dicta lege vnica. idem in disputatione sua incipiẽte, Astensis miles & est communis secundum Alexandrũ vbi suprà. Est etiam communis opinio, secundum Imol. in c. at si clerici. de iudicijs. licet ibi contrarium teneat Anton. quẽ in puncto iuris sequitur Imola, ibi. Et an talis confessio extraiudicialis faciat semiplenam probationem, tradit plenè Ias. in repetitio. l. admonendi nu. 158. ff. de iureiur.

Stat ergo ex superioribus valere fideicõmissum minus solenniter relictum, si quidem hæres ritè fassus sit à se relictum fuisse. Quod intellige, quando testator res proprias non etiam alienas per fideicõmissum reliquit, tunc. n. id fideicommissum regulariter non valeret, si alienas res reliquit, quas suas esse putabat lege cum alienam. C. de leg. nisi personæ coniunctę reliquisset. vt ibi. Licet contra hoc vltimum sit fortis tex. in l. cum pater. §. cuictis. ff. de l. 2.

33 Et ad plenam huius rei notitiam reuoco in dubiũ intellectum dictæ.l.cum alienã.C.de leg.iuncta l.cum pater.§.euictis.de leg.2.ff. nã in l.cum alienã.dicitur legatũ rei alienæ ẽt ignoranti factũ coniunctæ personæ valere, & cõsequenter euictionẽ deberi,at in §.euictis.dicitur euictionẽ non deberi.Ad solu.præmitte,ꝙ licet legatũ rei alienæ ignoranter factũ non valeat regulariter, valet tamen si fiat coniunctæ personæ.d.l.cum alienam.& §.non solum.Institu. de leg.Quod intelligendum est, qñ rei alienæ legatũ coniunctæ personæ factũ fuit relictũ ab hærede extraneo i. non coniuncto testatori.ita procedit l.cum aliena.Secus si ẽt hæres grauatus esset testatori coniunctus, nam tunc tale legatum etiã coniuncto factũ nõ valeret. ita tenet Bal. in d.l.cum alienã.nu.9.Bal.& Imol.in d.§.euictis. idq; probatur rõne. Nã vt legatũ rei alienę ignoranter factũ no valet qñ sunt extranei tã hæres grauatus q̃ legatarius honoratus.vt in d.l.cum alienã.ita & similiter valere nõ debet,qñ ambo sunt coniuncti per locũ à contrarijs, vel à correlatiuis.Itẽ quia legatarius coniunctus nõ debet vti priuilegio d.l.cum alienã.contra hæredem similiter coniunctum, & sic pariter priuilegiatum.argum.ff.de excusa.tuto.l. sed & milites §.coęqualitas.Cum ergo in §.euictis.fratres essent instituti qui testatori pariter coniuncti erant, & alteri prædia fuissent prælegata aliena,meritò dicendũ est tale legatũ vtpotè rerũ alienarum, non valere in pręiudicium aliorũ, cohæredũ,& consequenter euictionem non deberi.

Nec dicatur,si legatum nõ valebat,cui dubiũ,nisi quod euictio,non deberetur? Nam respon. quod legatum illud

34 mero iure valuit,propterea † ꝙ testator rẽ alienã à se possessam legauit.vt in specie tenet glo.fi.in fi.dictæ l.cũ alienam.quã sequitur Ias.ibid.col.fi.ad fi.Legatũ.n. rei alienæ à testatore possessæ indistinctè valet quo ad hoc,vt hæres teneatur tradere rei illius possessionem legatario bona fide possidenti propter vsucapionem,& propter fructuum perceptionem.Sed tandem tale legatum,vtpotè rei alienæ non erit vtile in damnum hæredis,s. vt hęres euictionem præstare cogatur. Nam si rem alienam testator sciuisset, non legasset,argu.l.vnum ex familia §.si rem.ff. de lega.2. At cum saltem hæres habebat possessionem rei,eã tradere tenetur,quia oẽ ius,quod testator habet in re, vel ad rem, legasse videtur,vt l.apud.Iul.§.idem Iulian.ff.de leg.1.Cũ ergo in d.§.euictis.legatarius,& hęres pariter cõiuncti essent testatori,& legata res aliena esset,à testatore tñ possessa,iure dicendum est legatum illius rei valere quo ad hoc vt saltem possessio legatario præstetur,nõ tamen quo ad hoc,vt cohæres grauatus teneatur ad euictionem,vel redemptionem rei.vt ibi.& in d.l.vnum ex familia.§. si rem Et hinc infertur, ꝙ idem esset,si in d.§. euictis. oẽs hęredes essent extranei testatori,& etiam inter se : nam prælegatum rei alienę vni factum,similiter quo ad euictionem, vel redemptionem non valeret,vt ibi per eandem rationẽ & arg.d.l.cum alienã.Hinc etiam infertur,ꝙ si in d. §.euictis.cohæres grauatus esset coniunctus testatori,cohæres verò honoratus, cui relictũ fuit, esset extraneus testatori, multò minus prælegatũ valeret quo ad hoc,vt cohęres ad euictionem,vel redemptionem teneretur. Hinc etiam infertur,ꝙ si ęquè cohæres grauatus testatori extraneus esset,alter verò cohæres coniunctus esset testatori,tunc tale prælegatum in terminis.d.§.euictis.valeret,licet factũ, esset de re aliena,& siue testator possideret, cohæres teneretur de euictione,siue non possideret,teneretur ad redẽptionem,arg.d.l.cum alienam. Facite ergo quatuor casus, vt ex prædictis patet. Aut.n.ambo cohæredes erant coniuncti testatori:aut ambo erant extranei testatori: aut cohæres tantum grauatus erat coniunctus, alter verò extraneus,aut econtra cohęres tantum honoratus erat coniunctus,alter vero extraneus,

Prędicta procedunt secundum meã opinionem. d.n.§. euictis,aliter intellexit gl.in gl. magna.& gl.fi.in d.l. cũ alienam.dicentes,ꝙ in † d.§.euictis specialiter esset,vt propter tollendam inuidiã inter fratres prælegatũ ibi non valeat, quo ad hoc,vt cohæredes de euictione tenerẽtur.Sed dicto.gl.reprehendunt Bar.& Pau.in §.euictis.Bar. Pau.Sal. Ale.Cor.& Ias.in d.l.cũ alienam.super gl.fi.eiusdem.l. Et rõ reprehensionis redditur ibid.per Sali.col.pen.in prin.

36 Alium † intellect.dixit veriorẽ Bal.in l.cum alienã.nu.9 quem reassumpsit in d.§.euictis.& ibi Pau.illum sequitur. Dicit.n.Bal.ꝙ in §.euictis.illud facit personarum coæqualitas.Redditq; rõnem hanc,ꝙ non præsumitur pater vnũ ex filijs prædilexisse alijs neglectis.Certè licet dictum esse possit bonum,tamen ratio eius nulla est. Nam cum ex ipso pręlegato vni tantum facto constet illum prædilexisse, & sic eius amor,vel voluntas vtpotè ex facto suo collecta iuxta l.licet Imperator.de leg.1.certa sit coniectura admittenda non est. l.continuus.§.cum ita.de verborum.oblig. ff.Bal.tamen opinionem quasi opinioni glossę consentientem repræhendunt Salic.in l.cum alienam.col. penult. & Paul. ibidem.

37 Tertius † intellectus, & cõis est,quòd in d.§.euictis,euictio non debeatur,ex eo,quòd legatarius erat etiam cohæres,vnde licet legatũ sibi auferatur,honoratus tamen,&cũ emolumento portionis hæreditarię manet,vnde satis debet esse contentus.Hunc intellectum tenuerunt Petrus,& Cinus,quos refert Saly.in l.cum alienam.dicens quod tenetur ab omnibus tam vltramontanis,quàm citramontanis.Eundem tenet Sali.ibidem.col.fi.in princ.dicens communiter teneri.Eundem tenet Paulus ibidem.& Alex.ibidem.col.pen.in fi.dicens communiter teneri. Ias.ibid.col. fi.dicens ab omnibus teneri.& Corn.nu.6. post Raphael. quem ipse refert. & Xuarez in l.quoniam in priorib. fol. 89.col.2.C.de inoffi.testam.Sed tamen hęc sententia mihi placere non potest. Primum,quia tex.ille in §. euictis. se fundat in eo,ꝙ testator rem alienam,quam prælegauit,suã esse putarat. vt patet ibi. Pater qui se dominum esse crediderat. vnde dat intelligere, ꝙ illa dispositio non procederet,si pater rem prælegatam alienam esse sciret, ac secundum communem opinionem non est curanda scientia testatoris,si modò legatarius erat etiam cohęres. Secundò, quia attẽta communi solutione,illa verba, Pater qui se dominum esset crediderat.nihil operantur,sed superfluerent quod non est dicendum.vt in prima constitu.C.§.quibus. Tertiò,quia casum dicere specialẽ,miserrimi ingenij est, vt glo.l.filium quẽ habentem.fam.hercis.C. Quartò, quia ratio specialitatis,quam reddit communis opinio, licet aliquantulum suadeat,parum tamen cõcludit.Quintò,quia regulã habeo,quòd in legatis debeatur euictio l. si domus, §.de euictione l.non quocunq; de leg.1.ff.

38 Quintus † ergo intellectus fuit Alex.in l. cum alienam. colum.penul. Xuarez in lege quoniam in prioribus folio. 89.colum. secunda,quòd iungantur communis intellect. & intellect.Bal.in l.cum alienam.n. 9.scilicet,ꝙ in §. euictis. euictio cessat, & propter personarum æqualitatem, & propter portionem legatario relictam. Sed & iste intellectus est improbandus iisdem rationibus,quibus communem intellectum improbauimus.

39 Sextum intellectum † dat Alex. in lege cum alienam.columna penulti. in fin. post glossam in lege si domus.§. de euictione.quam sequitur Bar.ibi columna secunda ad finem. & Alexander ibi numero 5.dicens communiter teneri,scilicet,quod in §. euictis.testator legauit, vel prælegauit rem alienam,quam suam esse putauit, ex certa causa, quæ erat nulla,vel finita,quo casu legatum etiam coniunctæ personę factum non valet. & ita procedit. dictus. §. euictis. secus si testator suam esse putaret simplieiter.Sed certè nec iste intellectus est verus in se, vt puto, & notat Ale.vbi suprà.Tũ quia nulla lege efficaciter probatur: tũ, quia eo attento,multum restringeretur d.l. cum alienam. Præterea & si verus esset in se,tamen necessarius non est, imò nec verisimilis ad nostrum.§.euictis.

40 Tene ergo meum intellectum.Sed retẽto communi intell.ex eo habes,ꝙ prælegatum † factũ coniunctę personę quæ alias portionem habebat hęreditatis,licet valeat mero iure

iure quo ad hoc vt ſibi tradatur poſſeſsio, nõ tamen valet,
quo ad hoc, vt ſibi debeatur euictio. Iſtę eſt tex.in d.§.eui
ctis.quod eſt verum etiam ſecundũ me in terminis illius.
§. hoc primò. Ratio huius eſt ſecundum communẽ, quia
cum prælegato euicto ſibi manſit portio hæreditatis, ſatis
contentus eſſe debet, hoc ſecundò. Sed hinc infertur ſecũ-
dum cõem, ꝙ in terminis d.§.euictus.non eſt differentia,
inter teſtatorẽ ſcientẽ, & ignorantẽ, prout oportunè per-
pendit Paul. ibi.nã ſolũ inſpicitur, an legatarius habeat por
tionẽ hæreditatis. Hinc ſubinfertur non eſſe differentia,
vtrũ legatarius in d.§.euictis.eſſet coniunctus teſtatori, an
extraneus, quod etiam perpendit Pau.ibi. Quod eſt falſum
in caſu, quo cohęres grauatus eſſe extraneus, nã tunc cohę
41 redi † coniuncto, eidemq; legatario deberetur euictio. Vi
des ergo, ꝙ rõ cõis, & duæ illationes, quæ ſequuntur, ſunt
falſæ, retento meo intellectu. Nam licet ſecundum cõem
intellectũ tex.ille recipiat has duas extenſiones, vt proce-
dat, ẽt ſi teſtator ſciret rẽ eſſe alienã, & ẽt ſi cohæres graua
tus eſſet extraneus, alter verò coniunctus: tñ ſecundũ meũ
intellectũ, his duobus caſib. tex.ille nõ procederet. Et ad
iſtas illationes, vide per Paul. ibi & Xuarez. vbi ſuprà. Infe
42 rò ꝙ etiã ſi in d.§.euictis.res aliena † prælegata non poſsi-
deretur à teſtatore, ſed à quodam tertio, adhuc tñ non de-
beretur euictio, nec cohæres grauatus cogeretur eam redi
mere, quia illum legatũ teſtator fecit ignorans coniuncto,
ſed ille coniunctus non gaudet priuilegio.d.l. cum alienã.
contra ſuũ cohæredẽ, qui ſimiliter erat coniunctus. Quod
eſt verum ex mente Bal.in d.l.cum alienã.nu.9. licet con-
trariũ in ſpecie teneant Bar.in §.euictis. & Xua.in l.q̃m in
priorib.fol. 89.col. 1. Vnde ſubinfertur not.ext.ad noſtrũ.
§. euictis. & magna.limi.ad l.cum alienam. licet ſecundũ
Bar. & Xuarez.eſſet econtra. nam §.euictis. & l. cum alie
nam. ampliaretur.

44 Nunc intro ſecundum reſponſum.d.§.euictis. Et Pau.
ibidem in fi.& Xuarez.vbi ſupra.eodem fol.col.3. in fine
43 aiunt, ꝙ ſi † eſſent quatuor hæredes, & duob.tm̃ eorũ eſ-
ſet factũ prẹlegatũ, putà mihi bos, tibi equus prælegatus
fuit, ꝙ tunc inter te & me erit euictio. Contrariũ audacter
teneo per primũ reſpon.illius §.ſecundũ meũ intellectũ.
Nã in quibus caſibus legatũ rei alienæ non valeret ſi teſta-
tor nõ poſsideret, in iiſdẽ dato ꝙ legatũ valeat, propterea
ꝙ teſtator poſsideret. valet inquã quo ad poſſeſsionẽ acci-
piendã, tñ tunc euictio non debetur. vt d.§.euictis. primo
reſpon. vt ſupra declaraui. Vt ſi tibi prælegetur res aliena,
regulariter expeditum eſt legatũ non valere, niſi eſſes con
iunctus teſtatori. vt d.l.cum alienam. Licet ergo mihi res
teſtatoris vtiliter prælegata ſit, id non eſt in cauſa, ꝙ magis
tuum legatũ valeat, vel tibi debeatur euictio. Itaq; ſiue am
bo eſſemus cõiũcti teſtatoris, ſiue ambo diſiũcti, ſiue ego
cõiunctus tu diſiũctus euictio nõ erit. Quòd ſi tu eſſes cõ
iũctus, ego aũt diſiũctus, tũc à me tibi deberet euictio, nõ
ꝓpterea ꝙ mihi quoq; ꝑlegatũ eſſet, ſed propterea ꝙ eui-
ctio debeatur ab cohæredib. teſtatori non coniunctis, q̃n
prælegatum cohæredi cõiuncto teſtatoris factũ fuit. Vn-
44 de euenit, vt ſi oẽs tui cohæredes † eſſemus extranei teſtato
ri, tunc tibi prẹſtaretur euictio ab oĩbus, licet ego ſolus, nõ
alij cohæredes prælegatum accepiſſent. Qua opinione re
tenta, non obſt.d.§.euictis.in ſecundo reſpon.in quo ſe fũ
dant Pau.& Xuarez. Nã ibi oẽs cohæredes prælegata acce
perunt, vt patet ibi verb.filios. vnde cum indefinita ęqui-
polleat vniuerſali, ergo &c. Nec eſt verum, ꝙ ſit eadem
ratio in quibuſdam cohæredibus prælegata accipientibus,
quæ eſt in omnibus, prout firmabant Paulus & Xuarez.
vbi ſuprà. Nam in d.§.euictis.2.reſpon.tota hæreditas di
uiſa fuit à patre inter filios, vt patet ibi in verb.diuiſionem
quo caſu prælegata ſuccedunt loco portionis, vt ibi. & l.
quid ergo 2. vbi glo. ff.de leg.1.& in ſpecie tenet Bar.in le.
qui Romæ.§.duo fratres.col.fin.ff.de verbo.obliga. Vt er
go ſi iudex, vel ipſi cohæredes inter ſe diuiderent hæredi-
tatem, deberetur euictio. vt l.ſi fratres. C.communi vtriuſ
que iudi.& not.glo.fi.in d.§.euictis. & Bar.in d.§.duo fra-
tres.in fi. ita etiam debetur euictio, quando teſtator iudicis
familię herciſc.officium vſurpat, diuidens inter filios hæ-
reditatem. vt d.§.euictis.2.reſpon. Sed iſta rõ ceſſat, q̃n te
ſtator filios hęredes, vel extraneos inſtituit æquis vel ini-
quis partibus, nec diuiſit inter eos totam hęreditatem, ſed
vni, vel quibuſdam, vel etiam in omnibus poſtea quaſdã
vel ſingulares prælegauit, licet poſtea reperiatur, ꝙ ipẽs il-
la, quæ vni ex ijs legauit, erat aliena, & ſic euicta fuerit, nõ
video quare debeatur euictio. cum regula ſit, quòd ſi res
aliena ab ignorante legetur, euictio non debeatur, vt tenẽt
glo. & omnes in lege ſi domus. §.de euictione.ff.de leg.1.
per l.cum alienam.& per §.non ſolum. Inſtit.de leg.& d.l.
vnũ ex fa.§.ſi rẽ.nam quęſtionem noſtram intelligo in ter
minis. d.§.euictis. Quia vt ibi in primo reſpon.teſtator i-
gnorans rem alienã prælegauit, ita & in ſecundo reſpon.
prẹſumo fuiſſe ignorantem. Itaque non eſt facienda diffe-
rentia, vtrum teſtator vni ex hæredib.quibuſdã vel oĩbus,
prælegata fecerit: nam ſi talia prẹlegata fuerint rerum ſin-
gularium non facta per modũ diuidendæ hęreditatis, tunc
ſi teſtator fuerit ignorans, non valeat nec debetur euictio,
vel redemptio, licet ſecus ſi eſſet ſciens. At ſi talia prælega-
ta fuerint facta per modum hęreditatis diuidendę, tunc de
betur euictio ſiue inter omnes tota hęreditas diuidatur hę
reditatis. Puta, quatuor pariter hęredes iuſtitui, & cũ habe
rem bona Italica & Hiſpana, inter duos hæredes diuiſi bo
na Hiſpana, dicens ꝙ illa bona faciebãt dimidiũ hæredita-
tis poſtea ſecuta euictione patris vnius. ille de euictione a-
gere poterit cõtra oẽs cohæredes d.§.euictis, ſecundò re-
ſpon.quẽ ita not.extendo. Verũ eſt ergo, ꝙ eadẽ rõ eſt in
quibuſdã, quę eſt in oĩbus cohęredib.& ĩ hoc rectè loquũ
tur Paul.& Xua. Sed differẽtia, vtrũ teſtator prẹlegata fece
rit inter oẽs, vel, quoſdã, hæreditatẽ vt iudex diuidendo,
an quaſdã particulares res quibuſdam, vel omnib.prælega-
uerit nõ diuidendo hęreditatem: nam tunc nõ video qua
re debeat euictio, nec hoc caſu loquitur.d.§.euictis, licet,
hoc loquantur, & exẽplificent, & male Paul.& Xuarez.

45 Item quęro, ſi rẽ, in qua vſumfructũ † habeã, coniunctæ
perſonæ ſimpliciter legaui, an legatũ valeat? arg.l.cũ alienã
an deſinat valere. arg.l.vxor patrui C.de lega.& l. quod in
rerũ.§. 1.de leg. 1.ff. Et puto ꝙ legatũ valebit. Primò, ꝙ
vt legatũ rei alienæ extraneo factum licet regulariter non
valeat, valet tñ ſi fiat teſtatoris, coniuncto.d.l. cum alienã.
ita ẽt & legatũ rei in qua vſumfructũ tm̃ habeo, licet non
valeat ſi ſiat extraneo, deberet tñ valere ſi fieret cõiuncto.
& ſic limitetur d.l.vxor & d.l.quod in rerũ. §. 1. Confir-
maturq; hæc ſimilitudo. Nã vt legatũ rei alienę ignorãter
factũ non valet, ne cogatur hæres rem redimere.l.vnũ ex
fa.§.ſi rem.de leg. 2. ita & legatum rei, in qua vſumfru-
ctũ teſtator habet, valere non debet: nam ſi valeret, hæres
cogeretur rem redimere. contra d.§.ſi rem. Vnde vt fauo
re cõiunctionis inducitur, ꝙ valeat legatũ rei alienę igno
ranter, factũ, licet per hoc hæres redimere alienã rẽ coga-
tur ita ẽt induci debet, vt ſi fauore coniunctionis legaui le
gatũ rei, in qua vſumfructũ teſtator habet, valeat, æſtima-
tioq; totius rei quaſi res aliena legata eſſet poſt eius mortẽ
debeatur, & ſic limitatur d.l.vxor.& d.l.quod in rerũ. Secũ
dò adduco l.Sticho.ff.de vſufru. leg.in verbo, ſi poſt mor
tẽ. à contrario ſenſu. Nam ibi Stichus rem, in qua vſumfru
ctũ tm̃ habebat, nepotib.legauit, ait tex. ꝙ ſi poſt mortẽ eo
rũ, quibus eadem res legata fuit à proprietatio ipſe Stichus
eã legauit ſuis nepotibus, ꝙ tũc id feciſſe præſumitur iuris
errore ductus, eo ꝙ ſuam eſſe putauit. ergo ſi ante mortẽ
eorum eam legaſſet, tunc fauore eorũ nepotũ, nõ ꝙ rem
ſuam eſſe crederet, ſed ꝙ hæredes onerare valet, legaſſe vi
deretur, & ſic propter coniunctionem legatoriorum vi-
detur teſtator rem, in qua vſumfructum tantum habebat,
legaſſe, non ideo ꝙ ſuã eſſe putaret, ſed eo ꝙ hæredes gra
uare valet niſi eſſe aliqua coniectura in oppoſitum, vt fuit
ibi. Et ille tex. facit optimè ſi rectè conſideretur. Et tex.il
le eſt optim.ad hoc, ꝙ qui legat rẽ, in qua vſumfructũ tm̃
habet, licet effectualiter rem alienam legauit, tamẽ indi-

ſtinctè legatum non valet.vt d.l.vxor.eo ꝙ ſemper præſumitur ratione iuris,quod habet in re,putaſſe rem illā ſuam eſſet,vt ibi,& conſequenter legatum non valet.vt l.cū alienam. Vnde infero, ꝙ ſi probaretur in caſu & terminis d.l. vxor,ꝙ teſtator ſciebat rem legatam poſt eius mortē omnino alienam fore,ꝙ tūc legatum valeret,totiuſq; rei quaſi alienæ æſtimatio deberetur. Tertiò,generi per ſpeciem derogatur,ſed licet tale legatum videatur non valere, per regulā generalē l.vxor.tamen id legatum valere videretur, per regulam ſpecialē l.cum alienam. ergo debet prȩualere maximè cum ſit eadem ferè ratio: nam quid refert ab initio res aliena legetur,an verò res,quæ omnino poſt mortē teſtatoris aliena futura eſt? Vndè ſi coniunctæ perſonȩ rē in qua vſumfructū tantum habebat,legauit, videtur legatum non valere ex eo ꝙ qui legat rem,in qua ius habet, licet ius illud ſit morte periturum, adhuc illud tantum ius, legaſſe videtur, & conſequenter legatum non valet l.vxor patrui.C.de leg.l.quod in rerum.§.1.de legat.1.l.Sticho.ff. de vſufr. leg.quæ ll.cum generaliter loquuntur.videtur ꝙ habeant locum,etiam ſi tale legatum perſonȩ cōiunctæ factum eſſet. Sed in contrarium facit, ꝙ rei alienæ legatum ignoranter factum licet non valeat in extraneo, valeat tamen in perſona coniuncta iure quodam ſingulari,de quo in l. cū alienā.cui in ſpeciei per genus,hoc eſt per regulam generalē d.l.vxor.nō videtur derogatum.Sed reſp.fateor, ꝙ non eſt derogatū quo ad ſpeciem,in qua loquitur d.l.cū alienā.ſed bene videtur derogatum extra caſum illius legis.argum.l.quod verò contra.ff.de legib.Sed reſpon.quod iure ſingulari in vna perſona receptum eſt, ad aliam trahi, non debet.ita procedit d.l.quod verò contra at fauor, qui inducitur in l.cum alienam.fauore & intuitu illorum, qui teſtatori ſunt coniuncti,id iure cōi, optimaq; ratione receptum eſt, in qua iuſta prȩſumptione fundatur, de qua in l. ſi res obligata.de leg.1.l.prȩdia.C.de fideicom.§.non ſolū Inſtitu. de leg.Vnde illius legis diſpoſitio,ſ.l. cum alienā. debet extendi ad omnes caſus eandem,vel ſimilem rationem habentes,tum per generalitatem.l.illud. ff. ad legem Aquil.l.neq; leges.l.nō poſſunt.ff.de leg.tum quia & aliàs ius ſpeciali ſanguinis ſeu coniunctionis fauore receptum, extenditur ex identitate rationis.vt in l.filium.§. ſed cum portio ff.de leg.præſt.vbi licet iure ſingulari & contra diſpoſitionem l.eam quam.C.de fideic.l.ſi nemo ff.de teſta. tut.l.ſi nemo.ff.de reg.iur.receptum erat,ꝙ infirmato per contratab.teſtamento,legata relicta coniunctis perſonis, deberentur: tamen adhuc illud ius ſingulare ex quo fauorabile exiſtit,extenditur ad portiones coniunctis perſonis relictas.vt d.§.ſed cum portio.argum.l.cum quidam.ff.de lib.& poſth.quod.n.cōiunctionis fauore receptum eſt, id pium eſſe videtur.vt l.humanitatis. C.de imp.& conſequēter fauorabile ac extendendum.vt l.cum quidam.ff.de lib. poſth.facit l.vnica.C.qui ante apert.tab.l.cum acutiſsimi, C.de fideicom.Tene ergo,ꝙ ſi rem, in qua ſolum vſumfructū habebam,coniunctæ perſonȩ ſimpliciter legaui, in dubio,& regulariter legatum valet ad ſimilitudinem legati rei alienæ ignoranter facti.licet in ſpecie cōtrariū teneat Bar.in l.Sticho.ff.de vſufru.leg.& Paul.in l.ſi domus. §.de euictiōe.ff.de leg.1.& in l.quod in rerū §.1.ff.de leg. 1.gl. magna in fine. dum allegat l.vxor.C.de leg.& d.l.quod in rerū.§.1 .ad hoc quod licet legatū rei alienæ ignorāter factū coniunctæ perſonæ valeat, fallit tñ ſecundū ipſam in caſu,dd.ll.quam ſequitur Bar.ibidem col.2.ad fi.quam etiā gl.in hoc ſimpliciter ſequitur Ale.ibid.n.5.licet in alio, eā impugnaret.& in hoc eā ſimpliciter ſequitur Iaſ.ibid. nu. 87.licet de alio dubitauerit.& Pau.ibi.n.7.magis in ſpē. & Iaſ.in l.quod in rerū §.1.poſt Bal.& Guil.quos ipſe refert.

46 Quartò adduco l.Sticho.ff.de vſufructu leg.vbi rem,in qua vſumfructum†tantum habebam,nepotib.meis legaui, & tex.ait,quòd ſi poſt mortē eorū, quib. proprietas illius rei legata erat à primò teſtatore ergo legatum feci, ꝙ tunc ratione illius iuris,quod in re habebam,non ꝙ hæredem ad redimendum grauare vellem videor legaſſe, & ſic potius præſumitur error in iure vel in facto, quàm voluntas grauandi hæredem.Idq; ibi ſtatuitur ea peculiari ratione,ꝙ legatum fuit poſt mortem eorum,quibus proprietas à primo teſtatore legata fuerat:ergo ceſſante illa peculiari ratione,ſi talem rem coniunctæ perſonȩ legaſſem, potius ꝙ hæredem grauare vellem,q̃ ꝙ rem ad me pertinere putarem,videor legaſſe,& ſic voluntas grauandi hæredē potius q̃ error præſumeretur,etiam ſi res ex certa cauſa,putà legati,ad me pertineret,vt ibi.

47 Quintò vltra oēs adduco viuam rationem. Nam certū eſt,ꝙ quo magis errauit† teſtator,vel maiorē errandi cauſam habuit rem legatam ſuam eſſe putans cum eſſet aliena eò minus valet legatum,quandoquidem eo errante,legatum regulariter non valet,quod valeret, ſi ſciens eſſet. vt d.l.cum alienam.ſed quando teſtator rem legatam ſuā eſſe putauit,eo ꝙ eam inuenit in hæreditate,tunc iuſtā, & magnam cauſam errandi habuit,vt l.qui in ius.de reg.iur.ff.c. is qui in ius.eod.tit.in 6.at ſi rem à pupillo emerat ſine tutore,quo caſu venditio nulla eſt,l.ſi curatorem.C.de in integ.reſt.& per totum.Inſtit.de aut.tut.tunc non habuit iuſtam cauſam putandi rem eſſe ſuam,& ſic errādi,ꝙ error in iure.&c.vt l.leges ſacratiſsimæ.C.de legibus & c.ignorātia facti.de reg.iur.in 6.ergo patet,ꝙ in exemplo quod ponit Bar. Pau. Ale.ſ.de teſtatore à pupillo emente ꝙ minorem rationē errandi habuit teſtator & conſequenter tunc tale legatum coniunctæ perſonȩ relictum magis valere deberet,q̃ in alio exemplo,quod ponunt ipſi de teſtatore rē alienā legatam in hæreditate ſui patris inueniente,quo caſu dicunt legatum tale coniuncto factum valere: & certè eſſet dicendum & contrà,ꝙ iſto caſu legatum minus valeret,q̃ illo,quandoquidem in iſto caſu magis teſtator errauit,vel maiorem,iuſtiorēve cauſam errandi habuit, q̃ in illo. Sed tamen vtroque caſu teneo legatū valere,&ſic duo teneo. Primò,ꝙ poſteriore caſu legatum minus valere deberet,quàm priore. Secundò,quòd vtroque caſu legatum valeat.Et conſidera,quòd in d.l.Sticho,teſtator legauit nepotibus rem,in qua vſumfructū tantum habebat, & ſic q̃ poſt mortem ſuam aliena futura erat,& errore iuris(vt ibi Conſultus interpretatur)putabat etiam poſt mortem ſuā, duraturam,& per hoc legatum non valet,licet ſi errore facti ſuam putaſſet rem quæ aliena erat, id legatum valeret. vt d.l.cum alienam.cum concordan.ergo legatum rei alienæ,quam ſuam eſſe vel poſt mortem ſuam futuram eſſe teſtator falsò putauit coniunctis perſonis factum valet, ſi teſtator errauit in facto.vt d.l.cum alienam. cum concordā. ſecus ſi in iure.vt d.l.Sticho.Et meritò,quia plenius interpretari debet voluntas teſtatoris.qui in facto errauit, q̃ ſi errauit in iure. argumen.cap.ignorantia.de reg.iur. in 6.l. leges.C.de legib.Ergo patet ex d.l.Sticho.iuncta d.l. cum alienam.quòd ſi nepotib. meis rem,in qua vſumfructum tñ habebam errore facti legaui,quia errore facti etiā poſt mortē meam rem meam duraturam putaui,tuncvalebit legatum,vt hȩres teneatur rem illam redimere, vel æſtimationem eius legatario præſtare.

48 Iuxta prȩdicta quęro†in d.l.Sticho.ff.de vſufru. lega. an nepotibus Stichi ſola proprietas fundi an totus fundus, id eſt,tā proprietas,quàm vſuſfructus legatus fuerit? Et Bar. in d.l.Sticho.& Iaſ.in d.l.quod in rerum.§.1.num.9.& Alex.ibidem nu.2.& Paul.ibidem.in princ.Aret.ibidem.& Corneus in l. vxor. patrui. col.2.in medio.C.de leg.tenēt, quòd ſola proprietas fuit legata dictis nepotibus decepti. per text. ibi, dum ait, proprietatem nepotibus, ſuis legauit.Sed certè illa verba non obſunt, nam ibi ſumitur proprietas pro pleno dominio, ſcilicet proprietatis & vſusfructus. quod patet ex eodem tex.ibi hæredes Stichi legatarijs nepotibus eundem fundum tradiderunt.ſi ergo totum fundum tradiderunt,ergo tam proprietatem, quàm vſumfructum.Item ſi totus fundus fuit traditus,ergo totus fuit legatus, ne aliàs hærede Stichi ſuum iactare viderentur contra l. cum de indebito. ff. de probatio.Item quòd proprietas ſumatur pro pleno dominio, probatur & ſecundò in eod,

in eod.tex. ibi, vt eũ fundum darent Lucio Titio.iunctis, ijs verbis,quib. proprietas legata esset, vbi quod in princ. tex.fundũ appellauit,postea i fi.appellat proprietatẽ,& sic aliàs & tertiò proprietas pro re integra sumitur in l.per ꝓ curatorẽ.C.de acq.poss.Nec dicatur ꝙ in d.l. Sticho, dũ dicitur, fundus,intelligatur pro nuda proprietate: nã fundi appellatione,nõ sola proprietas,sed etiã vsusfructus cõtinetur l.siquis eũ totũ.ff.de exce.rei iu.notãt doct.in l.5.§.fi.ff.de leg.1,Extat ergo contra omnes indifferenter, ꝙ in d.l.Sticho.Stichi nepotibus plenus fundus legatus fuit.

49 Et retento meo intellectu,inde infertur,ꝙ si rẽ,in qua vsumfructũ tantum habebã,legaui,licet in d,l.Sticho. propter peculiarem rõnem ibi assignatã,quã etiam perpendit Bar.ibi ius tñ quod habebã in re,licet morte peniturũ legasse videar,tñ vbi non esset illa peculiaris rõ, tunc nõ solũ ius,quod habebã in re,vt pote morte periturũ,sed ẽt aliud ius legasse videret si sciebam ius morte periturũ, quod est contra oẽs dd.suprà relatos. Nec dicatur hoc procedere, qñ legatarius esset coniunctus testatori, secus tñ si esset extraneus. Nã dd. prædicti non faciunt differentiam essent extranei legatarij,an cõiuncti,nec ille tex.se in hoc fundare videtur. Vnde per illũ tex.teneo.ꝙ si legaui rẽ, in qua vsumfructũ tãtum habebã,vel aliud ius morte periturũ, nõ illud ius tantum, sed totam rem legasse videor, siquidẽ verè,vel præsumptiuè sciebã ius illud morte mea periturũ. Secundò pro hac parte est bonus tex.quem optimè inducit Paul.ibi in l.vnũ ex familia,§.& si si fundum.vers.ꝙ si talia.iuncta glo.oneratam.ff.de leg.2.Tertiò ex tex.in l.cũ pater.§.cum pater,secundum ꝙ eum inducit Bar.ibi.ff.de leg.2.Quartò est tex. in l.cum pater,§.pater filiæ.secundũ intellectũ Dini.quem ibid.refert Bar.ff.de leg. 2. Quintò est text.in l.Mæuius §.pen.de leg.2.secundum quòd inducit Ias.in l.quod in rerum §.1.col.fi.ff.de leg.1.Quintò ꝓbatur fortissima ratione.Frustratio nunquam præsumitur l.hæc stipulatio.§.diuus.ff.vt le.nom.veatur l.qui bis. ff.de verb.obli. l.3.ff.de mil testam.at si contrarium diceremus legatum esset frustratorium,& effectualiter nõ valeret,ergo,&c.Sextò,nullus præsumitur scienter elegisse viã, per quam eius iudicium,seu dispositio impugnetur l.3.ff.de testam.milit.at si contrarium diceremus,testator scienter fecisset legatum inane,quod dicere,ridiculum est. Septimò, interpretatio in dubio facienda est, vt dispositio sustineatur,ẽt si verba improprientur l.si quando.de leg. 1.l.quotiens.de rebus dub.at si contrarium diceremus,tunc interpretatio fieret,vt legatum non valeret, ergo &c. Et hanc meam opinionem tenent glo.oneratum in l. vnum ex familia,§.sed & si fundum.ff.de leg.2.& ibi in specie Pau.& glo.in l.quod in rerum.§.in prima sol.licet postea se & malè correxerit.ff.de leg.1.& Bar.in l.cum pater.§.cũ pater. & in §.pater filiæ.ff.de leg.2.& Aret.in l. quod in rerum, §.1.post Imolam,ibi,quem ipse refert.de leg.1.&Pau.l.in l.vxor patrui.C.de leg.& Dinus,quem refert Bart. in d.§. sed & si fundum.in fin.Sed in contrarium se habet magis communis opinio,quã tenuit gl.in d.l.quod in rerum.§.j. & in d.l.vxor patrui.& Bar.in d.l.quod in rerum §.1.&in l.Sticho,ff.de vsufr.leg.& in d.l.vxor.idem sentit Bar.in d. §.sed & si fundum.in fi.dum recedit ab opinione Dini idẽ tenen Pau.Ale.& Ias.nu.9.in d.l.quod in rerũ.§.1.idẽ sentit Sali.in d.l.vxor.dũ approbat solutio gl.ibi.& ibid. Cor. tenet expressim hanc Bar.opi.Et hanc esse cõem opinionẽ testantur Pau.Ale.& Ias.in d.l.quod in rerũ.§.1. Mouẽtur 1.per l.vxor.C.de leg.ad quam plures dantur solutiões per Ale. & Ias.in l.quod in rerum, §.1.Sed illam tene,s. ꝙ ibi non tractabatur,an testatrix videretur legasse ius tantũ quod habebat in re,vel rem totam, nam hoc esset tractare de voluntate testatricis. Ibi autem solũ quæritur de potentia. Quod patet ibi,primò in verbo, si testata decesserit.nã intelligo,quòd testamentũ fecit nec illum , in cuius rebus habebat vsumfructum,instituit , ideo eius de rebus disponere non potuit, licet posset,si eum institueret, vt l. vnũ ex fam.§.si rem.de le.2.ff.Patet & secundò ibi,vsumfructum tñ earũ habens.Sensus.n.est,ꝙ illa testatrix putabat se posse res legare vel in totum , vel quo ad vsumfructũ etiam in prȩiudiciũ proprietarij,propterea ꝙ vsumfructũ earũ habebat,sed hoc abnegat Imperator, dicẽs vsum fructũ tñ legasse.Hoc patet in verbo nõ potest. Ex quo patet,ꝙ non quærebatur de voluntate legantis,vtrũ vellet ius tñ,quod habebat in re,legare,nec ne,sed quærebatur, de potentia ipsius,an posset legare,nec ne,&expeditũ erat ꝙ poterat ẽt vltra ius quod habebat in re,legare in prȩiudiciũ hȩredis,sed an possit in prȩiudiciũ proprietarij quo ad hoc,vt rẽ cõpelleretur vendere dubitabatur , sicut & alias propter communionẽ quis vendere cõpellitur in §.fi.Insti.de dona.vnde cũ fuisse cõio inter testatricem vsumfructũ habentẽ,& proprietariũ, qui habebat proprietatẽ, dubitabatur,an vendere compelleretur & sic an legatũ ei præiudicaret. Et hæc solutio & intellectus est verissimus, licet illũ & malè reprehendat Ias.in d.l.quod in rerũ, §. 1. col.2.quem ibi dd.iterũ tenere videntur, licet aliter illum tex.intelligat Pau.ibid. s. in d.l.vxor. Secundò nõ obstat l. quod in rerũ §.1.qui allegatur pro cõi opinione.Nã fateor ꝙ si vsumfructũ tñ habebã,eumq; legauerim,illum tñ legasse uideor,& consequenter legatũ non valet. Sed respõ. omissis solutionib.de quib.per Ale.&Ias.ibidẽ,ꝙ ille tex. procedit in dubio.s.ꝙ cum testator errabat in iure,putans, ꝙ vsusfructus non finiretur morte, aliàs nõ legaturus,si finiturum putasset,vel cũ errabat in facto , putans rem totã ad se pertinere.sicut in simili ita intelligitur.l.seruũ filij, in princ.& ibi Bar.& Ias.col. 3.ff.de leg.1.Non obst.tertiò l. si domus §.fi.& l.5.§.fi.de leg.1.nam in illis legibus ius,ꝙ habebat testator,eius morte periturũ nõ erat , iõ illud tñ videtur legasse.Fac ergo tria membra. Cum vsumfructũ, tñ habebam,aut proprietatẽ tñ legaui, & tunc valet legatum secundum distinctionẽ,l.cũ alienam, quia prorsus res aliena legata fuit.ita tenent& bene oẽs.dd.suprà allegat,& ita intelligunt tex.in d.l.Sticho(sed in hoc errant.)Aut legauit vsumfructum,tñ,& tunc secundũ omnes do. tale legatũ non valet indistinctè,propterea ꝙ ius tñ,quod habebat,legasse videtur,licet sit morte finiturum,idq; etiam si testator scisset,quod est falsum secundum nos.Aut legauit rem simpliciter,& tunc dic vt suprà.Retenta tamen sententia communi,vt qui legat simpliciter rem, in qua vsumfructum tantum habebat,nihil egisse videatur, etiam si sciret proprietatem ad se non pertinere,inde planè infertur suspectam esse illam communem sententiam,quæ habet , ꝙ legato vsufructu cum onere, ne res illa alienetur , videtur etiam legata proprietas,quasi cum vsufructuarius indubitanter non habeat ius alienandi proprietatẽ, quinimò nec

50 etiam ipsum † vsumfructum.vt in §.constituitur. cum ibi notatis. Instit.de vsufr.superesset, vt per appositionem illius prohibitionis,videatur testator etiam proprietatem legasse,ne illa prohibitio frustra adiecta videatur. Ita in specie tenent Bald.in l.Proculus.ff.de vsufr.per tex.ibi. & resoluunt Pari.consi.71.lib.2.Corneus consilio 64.col.1.lib. 4.Deci.consi.41.col. 1,Ruin.cons.39.col.1.lib.2.Romanus consil.206.nume.4.Curt.Iunior.consi.14. col. 1. Bellon.consilio 6.num.8.Gratus consi.29.nu.13.lib.2.Ange. & Fulg. post Bal.in d.l.Proculus.Ias.in dict.l.si mihi & tibi §.fin.lect.2.Alex.in l.si constante.in prin. ff. soluto matrimonio,Claudi.Marme.vbi suprà Cuman.in d.§. species. Albertus de augmento & diminutionem 6. col. Cuman. & Fulg.quos refert Paris.vbi supra. Baueri. in l.cum filio numer. 48.ff. de lega. 1.Riminal.Iuni.in prin. Instit. de donation. nu.357.per Pinellum,qui contrarum tenet in l. 1.par.3.num.42.C.de bon.matr.Castellus in l.10.Taur.ad fi. Crem:nota. 27. Hippol. singul.561.Pernandus de Loazes in l.filiusfamilias.§.diui.num.15.ff.de leg.1.Soci. consi.131.num.15.lib:1.Curt.Seni.cons.51.num.23.Barbat. consi.64.lib.2.colum.fin.Et licet cum hãc opinio.nos etiã simpliciter tenuimus suprà lib.1.§.9.nu.8.tamen hȩc sententia suspecta videtur. Quia si is qui legat rẽ,in qua vsumfructum tantum habebat,qui morte periturus erat,non videtur

detur legare proprietatē, licet per hoc tota dispositio reddatur inutilis. vt in l. quod in rerum §. 1. ff. de leg. 1. l. vxor patrui, C. de legat. l. Sticho. ff. de vsufructu legat. longè minus videbitur legasse proprietatem, qui vsumfructum tantum legauit, etiam si adiecerit onus illud, ne res alienaretur Stringe hoc argumen. Nam tolerabilius est, ꝙ inutilis reddatur illius oneris adiectio, saluo ipso vsusfructus legato, quàm quòd pereat tota dispositio. Quia facilius admittitur, & toleratur, quòd dispositio pereat ex parte, quàm ꝙ pereat ex toto l. cum quæstio. vbi declarat Corne. num. 6. C. de leg. Stringe secundò hoc argumento. Nā in d. l. quod in rerum. & in d. l. Sticho. & in d. l. vxor. res simpliciter legata fuit, quo casu ex vi verborum comprænditur tā vsusfructus, quàm proprietas, & nihilominus restringitur legatum ad vsumfructum duntaxat, etiam si per hoc tota dispositio pereat. Quantò magis in specie nostra, vbi & vsusfructus tantum legatus fuit, & dispositio sustinetur in vsufructu? Nec me mouet, quòd illa adiectio, ne res alienaretur, videatur inutilis, quasi interesset à lege. Nam id sæpe faciunt testatores, & contrahentes maioris declarationis gratia. vt in l. 3. ff. de lega. 1. l. nō rectè. C. de fideiu. l. qui mutuā ff. mandati l. si conuenerit. ff. pro socio l. 1. versic. ego puto, ff. de edili. edic. Quinimò non est nouū, testatores ius ignorare. text. expressus in dict. l. Sticho & in l. nō aliter §. 1. ff. de leg. 3. vnde qui vsufructu legato adiecit, ne res alienaretur, non est mirum, si ignorasset, etiam à lege prohibitam esse talē alienationē: prẹsertim cū testator prẹsumatur turbatus mortis cogitatione l. hac consultissima. §. at cum humana. C. qui testa. fac. po. auth. de trien. & semis. §. illud.

Tenendo hanc partem, ad l. Proculus ff. de vsufr. in qua repositum est vnicum fundamentum communis opin. respondi cum res controuerteretur, sensum illius legis esse, vt licet regulariter res mea alteri rei meæ seruire nequeat, tamen res hæreditaria alteri rei hæreditariæ seruitutē poterit debere, siquidē altera res quo ad proprietatem tantū, vel quo ad vsumfructum tantum, vel quo ad vtrunq; legata esset, vt quo casu solus vsusfructus legatus esset, eo casu cum primum vsufructuarius altius tollere cępisset, statim vsumfructum amitteret, qui ad suam proprietatem rediret, non autem ꝙ legato vsufructu per prohibitionem altius tollendi, videatur etiam proprietas superaddita. ea. n. prohibitio ad legatum coangustandum adiecta, nō debet operari ipsius legati augumentum. contra l. legata inutiliter. ff. de adim. lege legata inutiliter. ff. de leg. 1. Licet enim fructuarius non possit seruitutem constituere. lege sed & si quid. §. fi. cum l. seq. ff. de vsufru. id tamen intelligitur in præiudiciū directi domini, vel proprietarij, non sic in pręiudiciū suū, nam in suum præiudiciū posset. vt resoluit plenè Pinellus de bon. mater. l. 1. par. 3. nu. 70. (id quod non satis expeditū est, vt alibi docemur, licet si magis receptū.) Ergo prohibitio testatoris, de qua in d. l. Proculus. non in hoc vtilis fuit, vt etiā proprietas contra oē ius oēmq; rationem legata interpretaretur, sed in hoc vtilis fuit, vt si fructuarius seruitutem imponeret, ea seruitutis cōstitutio nō valeret duratura per totum tempus vitæ fructuarij, sed potius statim inutilis esset, & præterea vsusfructus statim finiretur. Isq; est verus sensus illius legis ab alijs non sic præuisus, aut saltem non sic declaratur.

§. 24.

1 *Testamentum minus solenne valet tempore belli, cum communi.*

Decla. l. 13. tit. fi. li. 3. fori. & l. 54. & l. 55. Tauri. & l. 32. tit. 9 par. 6. & l. 3. tit. 1. par. 6.

2 *Testamentum minus solenne valet, si fit in carcere tyranni. cum communi.*

Declara. l. 54. & l. 55. Tauri. & l. 13. tit. fi. lib. 3. fori. & l. 3. tit. 1. par. 6.

3 *Testamenti solēnitas relaxatur ex cā necessitatis. cū cōi.*

Decla. l. 54. & l. 55. Tauri. & l. 13. tit. fi. li. 3. fori. & l. 31. Tauri extenditur.

4 *Testamentum peregrini minus solenne valet, cum cōi.*

Decl. l. 54. & l. 55. Tauri. & l. 2. tit. 2. lib. 5. ord.

5 *Testamentum minus solenne valet, vbi deest copia testiū cum communi.*

Decla. l. 59. Tauri. num. 5

6 *Testamentum minus solenne factum coram Principe, ualet. cum communi.*

L. 22. tit. 3. lib. 1. ord. ampliatur.

7 *Testamentum minus solenne ualet, si fiat apud acta iudicis cum communi.*

8 *Test. factum apud acta iudicis valet. etiam sine testibus si alio quouis modo de testamenti factione apparet. noua opinio.*

L. 13. tit. 9 par 6. ampl.

9 *Testamentum minus solenne valet, si fiat in loco hostili. cum communi.*

L. 9 tit. 5. lib. 3 fori. ampliatur.

10 *Testamentum minus solenne an valeat, si fiat coram episcopo.*

11 *Testamentum minus solenne probat defuncti voluntat.*

12 *L. 1. tit. 2. lib. 5. ordi.*

13 *Probatio illegitima sufficit in foro conscientiæ.*

Decla. l. 9. tit. de las resti. li. 3. ord. & l. 24. tit. de los vasallos li. 4. ordin. & l. 6. tit. 1. lib. 6. ordin. & l. 2. tit. de los cont. li. 6. ord. & l. 12. tit. de los cont. lib. 6. ord. & l. 1. tit. de los cont Decu. li. 6. ordi. & l. 7. tit. 3 lib. 7. ordin.

14 *Testamentum militis minus solenne valet, etiam si sit miles naualis. cum communi.*

15 *Testamentum militis non requirit numerū, nec rogitum testium pro forma. noua opi. cum Corneo.*

16 *Intellectus l. 4. tit. 1. par. 6.*

17 *L. 4. tit. 1. par. 6. secundo declaratur.*

18 *Testa. ad pias causas non requirit rogitum, nec numerum testium pro forma. cum communi*

19 *Testa. factum coram presbytero parochiali non requirit numerum testium, nec rogitum pro forma. noua opi.*

20 *Testam. peregrini non requirit numerum nec rogitum testium pro forma noua opi.*

Declar. l. 2. tit. 2. lib. 5. ordin.

21 *Test. factum à patre inter liberos non requirit numerum, nec rogitum testium pro forma noua opinio.*

22 *Intellectus duplex ad l. 7. tit. 1. par. 6.*

23 *Eadē noua declaratio in testamento facto coram Principe*

24 *Intellectus ad l. 5 tit. 1 par. 6.*

25 *Idem in testamento principis.*

26 *Idem in testamento facto ab habente merum imperium.*

27 *Idem in testamento facto apud acta iudicis.*

28 *Idem in testamento facto tempore pestis.*

29 *Idem in testam. facto in carcere tyranni.*

30 *Idem in testam. facto vbi erat hominum penuria.*

31 *Militis priuilegio in testādo non gaudēt doc. & aduocati*

32 *Militis testamentum hodie subiacet querelæ, & requirit causæ expressionem in pręteritione. cum communi contra Ias. & alios.*

33 *Militis testamentum hodie subiacet querelæ, cum communi contra glo. Roder. Xuarez, & alios.*

Declara. l. 2. tit 2. lib. 5. ordin.

34 *Miles si hæredem in re certa tantum faciat, in reliqua non videtur intestatus decessisse. cum communi.*

35 *Miles hæredem nutu facere potest*

Declaratio l. 2. tit. 2. lib. 5. ord.

36 *Militis prӕteritio non habetur pro institutione, neq; pro exhæredatione in terminis l. Gallus. contra omnes.*

37 *Matris pręteritio in terminis l. Gallus. non habetur pro institutione, aut exhæredatione, contra omnes.*

38 *Peculium castrense quid dicatur.*

39 Peculium

39 *Peculium castrense est, quod donat miles commilitoni etiã coniunctio.cum Coras contra alios.*
40 *Peculium quasi castrense quid.*
41 *Miles videtur vti iure communi, secundum cõmunem opin. nos contra.*
42 *Compendiosa facta à milite post pubertatem iure tantum fideic. valet.*
43 *Miles qui filium institutum restituere iussit hæreditatem, legitimæ pepercisse videtur.*
44 *Fund.communis.*
45 *Voluntas supponit intelligentiam.*
46 *Miles præsumitur ius ignorare,*
47 *Miles, qui filium rogauit hæred. restituere, non videtur pepercisse legitimæ.*
48 *Paganus, qui iussit filium hæreditatem restituere, non videtur legitimæ pepercisse.*
49 *Miles qui filio instituto militariter substituit, non videtur legitimæ pepercisse. contra doctores.*
50 *Indubitanter posse militem legitimæ filiorum præiudicare iure ff.*
51 *Etiam hodie testamentum militis non subiacet quærelæ cõtra communem.*
52 *Miles, qui iussit filium hereditatem restituere, non videtur ei permittere Trebell. detrahere, contra Ripam.*
53 *Miles, qui filio instituto militariter substituit. non videtur, permittere deducere Trebell. contra Ripam.*
54 *In testamento pagani etiam hodie videtur contra eius præsumptam voluntatem deduci Fal.*
55 *Secundum fundam.*
56 *Compendiosa verbis cõibus facta post pubertatem in testamento militis valeat vt militaris directa, non vt fideic. contra communem.*
57 *L. precibus.*
58 *Compendiosa uerbis cõibus facta post pubertatem licet mater sit in medio valet vt directa militaris, non vt fideic. contra communem.*
59 *Compendiosa verbis directis facta post pubertatem valet iure directæ militaris, non fideic. contra cõem.*
60 *Superiora procedunt licet mater sit in medio. contra communem.*
61 *L. precibus. contra Plumbi. Dec. & Corasium.*
62 *Fundam. tertium.*
63 *Portio hæreditatis repudiata cohæredi non accrescat in testamento militis. contra Viglium.*
64 *An posterius testamentum militis, & testamentũ prius in re dubia simul stare possint. contra omnes noua opinio.*
65 *Sub pupilla. continuetur tacita vulga. etiam in milite. contra Vigl.*
66 *L. precibus.*
67 *Tacita pupillaris sub vulg. contenta admittatur cõtra matrem. contra communem.*
68 *Fundam. quartum.*
69 *Sub compendiosa an vulg. contineatur.*
70 *Pupillaris an sub se comprehendat tacitam vulg.*
71 *Intellectus l. si is qui ex bonis. de vulg.*
72 *Quintum fundam.*
73 *Pupillaris à milite inutiliter facta, valet in uim directæ militaris, non fideic.*
74 *L. in testamento, nouè intellecta.*
75 *Sextum fundam.*
76 *Quare cesset fal. in testamento militis contra communem.*
77 *Constitutiones restringuntur legis interpretatione, noua declar.*
78 *Testamentum in 8. casibus hic denuò consideratis admittit testem fæminam.*
79 *Idem in compulsione testis nouæ opi.*
80 *Idem in testium subscriptione, nouæ op.*
81 *Idem quo ad hoc, vt vnico contextu fiat testamentum, nouæ opinio.*
82 *Idem quo ad hoc, vt testamentum fiat in conspectu testantis nouæ op.*
83 *Idem quo ad intelligentiam testium, nouæ op.*
84 *Idem quo ad visum testium, nouæ op.*
85 *Idem quo ad præsentiam testium, nouæ op.*
86 *Idem quo ad notas scripturæ, nouæ op.*
87 *Idem quo ad rogitum tabellionis, nouæ op.*

1 PRAETEREA regularis† testamentorũ solennitas fallit, 19. in testamẽto facto tpe bellorum vt ex tex. in l. in fi. ff. de militar. testamento. vbi traditur per oẽs. notant Bal. Sali. Paulus Aretin. Fulg. Alex. Corn. & Ias. in l. fi. C. de testamẽtis. Ripa in tractatu de peste. in priuilegijs vltimarum voluntatum. in princ. Bar. in l. 1. de bonorum possessione ex testamento militis. per tex. ibi. Dec. consi. 284. col. 3. nu. 3. Guliel. Bened. in c. Rainutius. de testamentis, in verbo, testamentum. 1. n. 15. Hannibal in l. nemo potest. ff. de legatis, 1. num. 22. & est receptissima opinio ab omnibus plerisq; eorum, quos retulimus tenere, ꝙ testamentum factum tempore pestis valeat cum minore solennitate. facit l. vnic. in prin. C. de cad. tollen. ibi, vt quod belli calamitas introduxit, lenitas pacis sopiret. Et hoc tẽpore fortè valeret cõtractus factus à muliere sine licentia viri, cũ nec mariti, nec iudicis copia esset. Sicq; not. limitatur. l. 54. & 55. Taurin. & lege. 13. titul. fina. libr. 3. for. ad hanc fallen. collige plures declarationes & limi. ex fine huius libri.

Id tamẽ testamen. bellorum tempore factũ licet quo ad numerum testium gaudeat prærogatiua, tamen nõ sic quo ad iustitiam dispositionis, vnde conditio turpis inde reiicetur. Et ita extendo l. 32. tit. 9. parte. 6. Ceterum licet testamen. vitietur, si testator diuerterit ad actus extraneos l. cũ antiquitas. C. de testam. l. hæredes. §. fin. ff. eod. tamen fortè non sic quando fiebat tempore belli. arg. supra dictorũ. Et ita puto limitandam l. 3. tit. 1. par. 6.

2 Fallit. 20. in testamento facto in carcere† tyranni, in quo testamento iuris solẽnitas relaxatur, vt testamentũ valeat, saltem cum quinq; testib. Ista est vera communis opinio, ex mente & sententia eorum, quos suprà diximus tenuisse valere testamentum minus solenne factũ tempore pestis. Et in specie resoluit Guil. Bened. in c. Rain. de testa. in verbo, testamentum, 1. nu. 13. Nicolaus de Mata. Bal. & Sali. & Ias. nu. 3. & Corn. col. 2. in d. l. fi. C. de test. Dec. cõ. 274. Viso puncto, nu. 1. Paris. cons. 46. nu. 24. lib. 3. qui plures alleg. Mouentur argu. tex. in d. l. fi. C. de testa. & per tex. egregium in l. si quis dolo. ff. si quis aliquem testari prohibuerit. Et hoc casu valeret fortè contractus factus à muliere sine licentia mariti. Sicq; limitabitur l. 54. & l. 55. Tauri. & l. 13. tit. fi. lib. 3. fori. ad hanc fall. collige plures ampl. & limi. ex fine huius libri.

2 Et similiter hoc casu cum si testat. in carcere tyranni extraneus actus ex illa necessitate interpositus, nõ vitiabit. Sicq; limitabitur l. 3. tit. 1. par. 6. l. cum antiquitas. C. de test. & l. hæredes, §. fin. ff. eod. tit. facit etiam l. furiosum. C. qui testam. fac. pos.

3 Fallit. 21. si ex causa necessitatis solennitas integra† adhiberi non potuit. Ista est vera & communis opin. vt per Cor. Alex. & Ias. post alios ibi in l. casus per illum tex. C. de testam. Ias. in l. fi. nu. 3. cum seq. eod. titu. Parisius consilio, 33. lib. 2. nu. 28. qui plures allegat. idem Parisius consi. 46. nu. 23. & 24. lib. 3. Ripa in tractatu. de peste, in priuilegijs vltimarum voluntatum 1. & 2. col. & tradunt in specie plerique eorum, quos diximus tenuisse quòd relaxatur solennitas in testamento facto tẽpore pestis. Fatit tex. in l. fideiuss. §. si necessaria digestis qui satisdare cogantur. vbi multa per Iason. & Hannibalem in dicta lege nemo potest, numero. 72. cum pluribus sequentibus ff. de leg. 1. vt gradatim, §. primo ff. de muneribus & honoribus, lege vnic.

in princ.C.de cad.tollen.l.casus. vbi per omnes. C.de cad. tollen.l.fin.vbi per omnes.C.de testam.Et hoc etiam casu forte valeret contractus à muliere factus sine licentia mariti,præsertim vtiliter, & limitaretur l. 54.& l.55.Tauri.& l. 13.titu. fin.lib. 3. for.collige plures ampl.& limi. ex fine huius libri.

In testamento facto pòst tempore necessitatis fortè licerет vrgente necessitate per aliũ testari,licèt regulariter cõtrà,vt l.captatorias,C.de testam.milit. & l.captatoriæ. ff. de lega. 1. Et hoc casu licet regulariter iure regio restricta sit facultas per interpositam personã testandi vt l.31. Tauri.cum 9.legib.seq.tamẽ fortè in hac specie liberè per aliũ liceret,non secus,quàm per semetipsum.per quod illæ leges nouè extenderentur.

4 Fallit.22.in testamento† peregrini, qui Romam petit in quo relaxatur solennitas testamentorum.vt resoluit Franciscus de Ripa in tractatu.de peste.in priuilegijs vltimarum voluntatum.nu.8.Ang.in auth. omnes peregrini. per tex.ibi dum ait,liberam habeant facultatem. C.communia de successionibus. Angel.in §.quod autem in auth.de non alienandis.Michael Cifontinus in l.3. Tauri.Ias. in l. fina.num.9.C.de testamen.Paul.in l.nutritoribus.C.communia de successionibus. Guliel.Bened.in c.Rainu.de testamentis. in verbo, testamentum.1.nu.16.Alex.in l.scriniarius.C.de testamen.milit.colum.3.& in l.fi. C.de testamentis,& sic est communis opi. per tex.in d.authent. oẽs peregrini. Ratio,quia priuilegium libere testandi concessum militibus,propterea quòd inseruiunt reipublicæ,non debet denegari ijs,qui Romam petũt ob seruitium, & ob sequium Dei,qui altior princeps est.vt in authentica. quo modo oporteat episcop.§.1.Et tali casu etiam valeret contractus factus ab vxore vtiliter citra licentiã mariti. Sicq; limitaretur.l.54.& l.55.Tauri.ad hanc fall. collige plures, ampl.& limi.ex fine huius libri.

Iure autem regio testamentum peregrini ẽt minus solenne valere videtur.vt in l.1.ibi,libremente.titu.2. lib.5. ordin.Nisi contradicas per tex.in l.si quando.in prin. cum ibi notatis per gl.&alios.C.de inoffi.testa.Et ita tenerẽ,nisi me in contrariũ moueret authoritas eorũ,quos retulimus

5 Fallit vigesimotertiò, vbi deest copia†testium, nã tunc relaxatur testamentorum solennitas.vt resoluit Paris. con sil.32.Ad resolutionem.nu.2.& nu.17.latè Decius consi. 284. col.2.in princ.Tradunt Alex.Corne.& Ias. & alij cõ muniter in l.fi. per tex.ibi.C.de testam.& ista est communis opinio. latè per Ripam in tracta.de peste. in priuilegijs vltimarum voluntatum causa pestis.in princip. Et est ex mente,& sententia eorum,quos suprà diximus tenuisse solennitatem relaxari in testamẽtis tempore pestis.facit l.vt gradatim.§.1.ff.de mun.& hono.Vnde si deesset copia tã mariti,quàm iudicis,putarem valere contractum factum à muliere sine eorum licentia,limitareturq; l.54.& l.55.& l.59.Tauri.& l.13.tit.fi.lib.3.fori.collige plures ampli.infrà.§.30.ad fi.

6 Fallit vigesimoquartò in testamento facto† corã Principe.vt in l.omnium.C.de testam.vbi tradunt communiter omnes doct.Videbatur contra.argum tex.in l.ex imperfecto.C.de testam.& in l.si hæredum.C.de inoffi. testa.in l. Papinianus §.Imperator.ff.eodem tit.in l.ex imperfecto. ff.de leg.3.& in §.fi.Institut.quib.mod.testamen.infirmatur.Sed pro solutione vide Ias.qui eleganter tradit distinctionem quadrimembrem in d.l.ex imperfecto.C.de test. collige plures ampl.& ext.infrà.§.30.ad fi.

Hoc tamen casu licet propter Principis præsentiam dispensetur cum vitio formæ,non tamen dispẽsabitur,vt incapacem filium spurium possit instituere.argum.l.si quando.in princ.C.inofficioso testam. Et ne duo priuilegia cõ currant cõtra l.1.cum ibi notatis.C.de dotis promil.Et ita potest extendi l.22.tit.3.lib.1.ordin.Facit ad l.9.& l.12.& l.17.Tauri.

7 Fallit vigesimoquintò in testamẽto facto apud† acta iudicis,in quo similiter relaxatur solennitas iuris ciuilis. vt est cõmunis omniũ opinio per tex.ibi in l.omnium.C. de de test. Tradunt notanter Gulielmus Bened.in d.c. Rain. de testa.in verb.testam.1.nu.18.Richard.Malum. & Cin. in d.l.omnium. Bar.Bald.Fulg.Paul. Alex.Ias.col.fi.& alij
8 ibidem.Et cũ quæritur , an in tali testamẽto†oporteat saltẽ duos testes describi?Et Bar.Bal.& Alex. tenẽt oportere describi saltẽ duos testes.Sed Ias.Paul.& Fulg.in contrariũ inclinãt,quorum opinio longè verior est,si modo per cõfessionẽ patris,vel alio legitimo modo de rei veritate possit apparere. Nec.n.refert quid vno,an altero probationis genere appareat,& in probationib.nihil refert,quid ex æquipollentibus fiat. vt per Alex. in l.1.ff.de lib.& posth.l certũ.ff.si certũ petat.l.1.§.fi.ff.de dote præleg.l. 1. ff.de liberis,& posthu.diximus in simili suprà.ad hanc.fall. collige plures ampli.& ext.& limit.infrà.§.30.in fi.

Itaque licet in reliquis testamentis testes desiderentur, pro forma ipsius testamenti.vt diximus suprà.lib.1.tamen in hoc testamento non desiderantur nisi tantum pro probatione.Vnde si quouis alio legitimo modo testamenti facto probetur,id sufficit.Et est noua con.& declaratio. In hoc tamen testõ licet augeatur potestas testatoris circa solennitatem ipsam,non tamen augebitur,circa res,de quib. disponitur.Vnde basilicam Principis legare nõ licebit hoc testamento magis,quàm in reliquis testamentis. argu.l.apud Iulianum.§.fi.ff.de leg.1.Et potest intelligi,& amplia ri l.13.tit.9.par.6.

9 Fallit vigesimosextò in testamento cuiusque† plebei facto in loco hostili.vt est tex.vbi notant doct. cõiter in l.fi. ff.de milit.test.tex.vbi Bar.& alij in l.1.ff.de bon.possess.ex testamento milit.Tradit Ioan.Faber in §.item ea quæ. Instit.de rerum diuisione.& in rub.Instit.de militari testam. Et est ex mente omnium eorum,quos retulimus supra in fallentia.19.dum diximus, quòd testamento facto tempore belli relaxatur solennitas, & regularis testamentorũ obseruatio. An autem tale testamentũ factum tempore belli vel in loco hostili,licet bellum non sæuiret, infirmetur simul ac bellum cessauerit,vel simul ac testator eo loci esse cœperit,vbi hostilitas non imminet? Et Ias.in simili quòd non in l.fi.col.1.C.de testamen.quia factum legitimè.&c. vt in regula. factum legitimè.de reg.iur. & quia qualitas, adiuncta verbo,&c.l.in delictis.§.in extraneis.ff.de noxal. acti.Bar.in l.ex facto.ff.de vulg.in princ.licet in contrariũ faciat l.vnica in princ.C.de cadu.toll. Tale autem bellum oportet licitum esse,vt valeat testamentum.secundum Fabrum,vbi supra. & secundum Castellum,in l.3.Tauri.fallen.2.In hoc tamen testamento facto loco hostili,non licebit legitimas liberorum lædere per meliorationes factas vltra tertium & quintum:quia hic non est eadem ratio dispensandi,sicq; cessat dispensatio,vt plenè per Tiraq.de cã cessante.parte 1.nu.89.argu.l.adigere, §.quanuis,ff. de iure patr.Sicq; ampliatur l.9.tit.5.lib.3. fori collige plures declara.2.infrà §.30.ad fi.

10 Fallit vigesimoseptimò in †testamento facto corã Episcopo,in quo secundum quosdam, relaxatur solennis testamentorũ obseruatio,nõ secus,quã in testamento facto coram iudice inter acta,eadem ratione.Nam si testamentũ factũ corã iudice ea ratione sustinetur absq; testiũ solẽnitate,quia ibi præsumitur esse multitudo personarum.vt in d.l.oĩum.C.de testam.eadem ratione idem erit in testamẽto facto corã Episcopo apud quem semper præsumitur esse multitudo personarum.vt notat.glo.in d.l.oĩum.in parte,intra.per auth. quomodo oportet Episco.in §.illud. & c.peruenit.& t.Episc.2.q.7.& c.fi.36.distin.Sed hęc fallentia non est tuta,licet per id testũm,si haberet clausulam annullatiuam,reuocaretur testamentum pręcedentes.collige plures declara.infrà.§.30.ad fi.

Nam(& erit.28.fallen.)licet testamentum non sit solẽne,& deficiat aliqua solennitas requisita de iure per tale testamentum saltem probatur testamentum factũ,licet non solenniter factum.Et prodest,probatq; ad multa,licet per se non valeat.tex.in l.finali.ff.de reb. eorum. quæ ad hoc

est

est pulchra lex,& non alibi secundum Alberi.ibi. & Bald. commendat eam ad hoc in l.fi.penult.col.C. de fideicommissis. Et sic vltima voluntas quantumcunq; imperfecta ratione solennitatis, declarat testatoris voluntatem. vt est casus in d.l.fi.& singulariter per Bald.in l.in testamento.ff. de fideicommissis,lib.Et sic consuluit per illam legem Romanus consi.79.in medio.2.col. Et sic illud testamentum qualecunque sit,probat reuocationem aliorum testamentorũ præcedentiũ,quanuis in secundo testamẽto nõ sit institutio hæredis, quia cũ in eo cessauerint alia omnia testamenta, & noluerit valere, nisi tantum vltimum, ruptum fuit primum,& testator ab intestato remãsit, secundũ Bal. in l.sancimus.C.de testam.& ibi Salice.& secundum Ioan. de Imol.& Aret.in l.si ita.§. regula.ff.de liber. & postst.& in decisionibus Guido.decisi.200.& dicit, quòd ita in Parlamento fuit iudicatum.Et attento iure nostro, ita opinio est verissima per tex.in l.prima,titulo secundo.lib.quinto, ordinamenti.

Et quod tale testamentũ,si valeat in foro animæ,& conscientiæ in effectu etiam in foro cõtentioso sustineatur,videtur:quia summi iudices, ad quos per vltimam appellationem deuentum est,tenentur secundum quosdam iudicare inspecta,non iuris subtilitate, sed tantum veritate argumẽ. l.11.titu.1.lib.3.ordin.

13 Et in rebus tangentibus † animam, quòd debeat iudicari veritate inspecta,& quòd sufficiat minus legitima probatio probo ex sequentibus.Primò, quia forus cõscientię est forus boni,& ęqui,& tribunal veritatis.Pulchra verba sunt Bal.in l.vna.C.de confess.Item quia in his quæ tangunt animam,non curatur de apicibus iuris, nam conscientia est iudicium mentis consonãs in quoddam iure naturali, aliena quodam modo a rigore iuris. vt dixit eleganter Bal.in l.iustitia.ff.de iustit.& iur.& alibi idem Bald.in l.si quis filio exhæredato.§.irritum.ff.de iniusto rupto, quòd conscientia est quid intrinsecus latens in mente,quod nullatenus directo probari potest.Hinc etiam Bal.in auth.ad hęc,vers.sed dubitatur.C.de vsuris.dicebat, quòd cõscientia nihil aliud est nisi sensus animę cognoscentis bonum & malum. Et ideo Bal.in suo consilio schismatis,quod communiter habetur suprà rubric.C.si quis aliquem testa.prohibuer. declarat,quid sit conscientia,& dicit,quòd conscientia,& iustitia habent se vt diuersa,vt dicit Bald in l.fi.C.de pœna iudi.qui ma.iud. Cum igitur hic tractemus de exoneranda conscientia,non de apicibus iuris, sed de veritate est tractãdum,& sic minor probatio requiritur.

Secundo facit dictum Abb.in c.sicut dignum.fi.colum. de homicidi.vbi dicit, quòd in foro animæ non curamus de stricto modo intentandi actionem, sed attẽditur ipsum purum factum, & sic ipsa veritas, vnde ex quo quis dedit causam damni,tenetur ad emendationem damni.secundũ Innocentium.Facit etiam quod tenet Bald.in l.& si inutiliter.C.de fidei.ꝙ vbi aliquid fit ex conscientia,nõ debet curari de apicibus iuris.Vnde dicit,ꝙ commissum ad cõsciẽtiam,videtur commissum ad veritatẽ,& est satis,ꝙ sit munitum iure gentium.Et licet nõ alleget,facit text.in l.testamento ff.de fideicommissis liber.& l.milites.C.de religio. & sumpt.fune.Facit etiã quòd decidit. Abb.in ca.relatũ,in pr.de testam.versi.ex ijs quòd stante statuto,quod in cõtractu mulieris interueniat consensus duorum propinquorũ. alias non valeat. certe contractus mulieris, licèt non sit seruata forma,velet in foro conscientiæ,in quo solum attẽditur veritas,& ius gentiũ.Et ideo dicit Abb.in c.porrectũ de regula,per gl.ibi.quòd professio religionis facta,nõ seruata forma tradita a regula,ligat in foro conscientiæ.

Tertio facit dictum Innocentij in cap.ꝙ sicut.de elect. quòd multum commendat Abb.in c.quia plerique,de immunita.eccle.11.col.versi.quo ad secundam partem quæstionis,vbi tenet,quòd electus ad dignitatẽ est tutus in foro conscientię,si electio valet de iure gentiũ, licèt non sit seruata forma iuris positiui. Sequitur idem Abb.in ca.1.in fi.de in integrum restitu.& Anchar.in regula, beneficium de reg.iur.6.6.q.Ex quibus omnibus patet clarissimè ꝙ in his,quæ tangunt animã,iudicatur inspecta veritate,& non curatur de apicibus iuris,& sic minor probatio sufficit.

Adhuc tamen tutius est tenere,quòd tale testamentum non valeat,nec reuocet prius testamentum,vt §.posteriore.Insti.quibus mod.testam.infirmetur nisi in casu l.sancimus.C.de testamẽ.Quia de potestate legis licèt non sit dubitandum,quin possit,si velit,quem in foro animæ obligare,tamen illud ita intelligendũ est,vt in re dubia velle nunquam videatur,vt plene docemur in §.32.num.25.Ergo in specie nostra magis est vt per secundum testamentum minus solenne,l.& si possit,nõ tñ videatur obligatum voluisse hæredem in priore testamento scriptum huic posteriori testamento minus solenne acquiescere per rationes, quas signauimus in §.1.num.24.& nume.25. Quibus rationibus coguntur etiam iudices idem sequi, vt cum legibus dispensare,nullo permittens iure videantur,contra ea, quę disseruimus in §.6.num.4.Licèt autem lex nunquam videatur quenquam in foro animę obligare voluisse,vt diximus,fallit tamen,quando ipsa lex id expressit, vt in foro conscientiæ transgressor alicuius legis teneretur.Item fallit,quãdo lex expressit quem ipso iure,vel ipso facto obligari,vt disseruimus plene in d.§.32.nu.15.cum seq.Vnde in terminis,l.9.tit.de la restituçion de los despojados,li.3. ordinamen. vt defensores ciuitatum vetantur immobilia ipsarum ciuitatum occupare sub hac pœna, vt ipso facto a decurionatu deciderent,respondimus trãsgressorem illius legis in foro animæ obligatum magistratum etiam nullo incusante deponere.Nam verba legis ita habent.So pena, que por el mesmo hecho pierdan el officio.

Qua ratione idem quoque dicebam in terminis,l.24.titul.de los vassallos de Rey.li.4.ordina.vt verba illa que por el mesmo caso aya seydo,y sea priuado.quorum sensus ẽ, vt vassallus regius, qui a iurisdictione regia ad ecclesiasticã declinauerit,stipẽdio illo regio ipso facto priuatus existat: inducant,vt ipso iure ab stipendio decidat, & nullo etiam incusante illud deponere teneatur in foro animæ.

Vnde similiter in terminis,l.6.tit.1.lib.6.ordin.vbi potentiores prælati,& alię personę ibi comprehensæ vetãtur regia vectigalia cõducere sub hac pœna,vt ipso facto illius legis transgressor decidat ab omni stipendio regio, in hæc verba Y de mas que por el mesmo hecho aya perdido, y pierdan qualesquiera marauedis, y pan,y juro, que en los nuestros libros,&c. Ergo illius legis contemptor in foro animæ tenebitur ad illam pœnam nullo etiam incusante.

Licèt autem lex in re dubia neminem,vt diximus,in foro animæ regulariter obligare voluisse videatur,neque animas illaqueare regulariter expediat tamen aliquando lex expressim in foro animæ quem obligatum vult,quod potissimum in reipublicæ administratoribus, officialibusq; publicis,aut regijs fieri & solet,& expedit. Vnde l.2.tit.de los Cõtradores maiores loquitur in hæc verba. Es nuestra voluntad,y ansi lo declaramos, que por el mesmo hecho qual quer que hiziere cõtra las dichas Ordenãzas, incurra en la pena,o penas dellas ipso iure. Y desde luego sea obligado a pagar la dicha pena,o penas dellas in foro cõsciẽ,sin que aya,ni se spere otra condenacion,quanto quier que el delicto sea occulto. Quorum verborũ sensus est summos Rationales,aut etiam inferiores nõ posse ab ijs,qui cum eis negotiantur,quicquam recipere licet donum ultro oblatũ fuerit, ab pœna graui ibi expressa,ad quam continuo ipso iure teneantur in foro animæ,nullo etiam incusante. Quæ lex iustissima est,ne negotiatores ab reipublicæ,aut Regis administratoribus deprædentur.

Idemq; receptum est in terminis,l.13.eodem ti.quo ad inferiores rationales,& verba legis ita habent,En todas las dichas pœnas desde agora condenamos alque en ellas cayre,y queremos que sea tenudo in foro cõscientiæ a las pagar sin que sea,ni se spere ser en ellas cõdenado por ningũ juez. Quorum verborum sensus est legis transgressorem donum a negotiatoribus vetitum turpiter recipientem in foro

foro animę statim ad pœnam ibi statutam teneri citra vllã iudicis sentẽtiam. Quam legem sanctissimam, & veluti diuino afflatu delapsam, fas est dicere ad compescendam horum tyrannorum rabiem, insatiabilemq; auaritiam.

Idemq; traditum est in l.1.titu. de los Contadores mayores de cuentas, lib.6.ordina. vbi similiter illi Rationales tam summi, quàm inferiores vetantur dona accipere, sub pœna graui, in hæc verba. En las quales penas desde luego los condenamos, por manera, que sean obligados a las pagar in foro conscientię, sin que mas sean condenados en el las, quanto quier que el delicto sea occulto. Quorum verborum sensus est, vt in foro animę absque vlla iudicis condemnatione teneãtur. Deniq; l.7.tit.3.lib.7. ordin. ibi. So pena, que por el mesmo hecho ayan perdido los officios. vult vt magistratus reipublicæ, qui vectigal publicum cõduxerit, ipso iure magistratu decidat, q̃ similiter in foro aĩę obligare defendimus suprà in simili, & ita eam intelligo.

Fallit vigesimonono in testamento †militis, quod valet cũ duobus testibus, vt in l.1. & in l.diuus.ff.de milit.testam.& in §.plane. Institu.eod.tit. vbi similiter per doct. l.sicut certi.& l.cum vel in vtero, & l.milites.C. eod ti. vbi communiter per omnes docto. Ias. in l.hac consultissima. §.ex imperfecto.n.6.& ibi Paul.C.de testa. Ias. in authen. nouissima, num.16.C.de inofficio.testa. Guiliel. Bened. in c.Rainutius de testam.nume.21.in verbo, testam.1.

Milites autem sunt in multiplici differentia, idq; priuilegium extenditur nõ solum ad milites terrestres, sed etiam ad milites nauales. Vnde Emanuel de Acosta. in l.Gallus. §.& quid si tantum. in prima parte, nu.62.ff.de liber.& posthu. sic ait, Plane archiguberos, nauarchos, & trierarchos clasiũ iure militari testari posse, dubitatio non est, l.1.§.itẽ nauarchos, infra de bono.posse.ex testa.mili. vbi Vlpianus omnes etiam nautas, & vigiles in clasibus militis esse scripsit, nec esse dubitandum, quin iure militari testari possint. Denique licet in bello nauali non decedant, manifeste vult eorum testamenta quasi militem valere. quanquam Franciscus Ripa in l.centurio.co.11.ff.de vul.& pup. contrarium deceptus scriptus reliquerit. Quinimo milites nauales in certiori periculo sese exponunt, vt in simili ait Bald. in l.cum oportet.C.de bonis quelib. in prin. vbi ait, milites nauales peculiũ, & lucrum castrense habere, nõ secus q̃ milites terrestres. Mare enim hominibus immanibus assimilatur vt ait Bald. in l.2.C.de nautico fœnore, multa per Ioan. Lupum in c.per vestras de donationib. inter virũ & vxor. col.51.versi. hinc est etiam. Vnde si maritus cœpit facere commercium vel negotiari per mare, dicitur vergere ad inopiam. Barto. in l.in constante.4.qu.1.q.principalis.ff.solu.mat. Et q̃ periculosa sit nauigatio, & bellũ nauale, docet

Ouid.lib.2.de fine tit.

Nauita sollicitus quoque ventos horret iniquos,
Et prope tam lethum, quàm prope cernit aquam.
Quod si concussas Triton exasperat vndas,
Qui tibi nunc toto est, nullus in ore color.
Tu fœcunda voces generosæ sydera Ledæ,
Et fœlix dicas, quem sua terra tenet.

Horatius Oda.3.lib.

Illi robur, & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem.
Primus, nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus,
Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti

Ibidem.

Audet omnia perpeti.
Gens humana ruit per vetitum nefas.

Iuuenalis.12.Satyra.

I nunc, & ventis animam committe dolato
Confisus ligno, digitis an morte remotus
Quatuor aut septem, si sit latissima teda.

Seneca in Medea.

Audax nimium qui freta primus
Rate tam fragili perfida rupit,
Terrasq; suas post terga videns
Animam leuibus credidit auris:
Dubiaq; secans æquora cursu
Potuit teneri fidere ligno
Inter vitæ mortisq; vias.
Nimium gracile limite ducto.

Terentius in Hecyra.

Non hercle verbis
Parmeno dici põt tãtũ, quàm re ipsa nauigare incõmodũ est.
PAR. *Itane est?* SOS. *O fortunate nescis quid mali pteriers,*
Qui nunquam es ingressus mare, Nam alias vt omittam
Miserias, vnam hanc vide. dies triginta aut plus ea.
In naui fui, cum interea mortem semper expectabam miser.
Ita vsque aduersa tempestate vsi sumus.

Tibul. Eleg.9.lib.1.

Lucra petituros freta perq; patentia ventis
Ducunt instabiles sydera certa rates.

Propertius lib.3. Elegi.7. de morte Peti.

Ite rates curuæ, & lethi quoque texite causas.
Ista per humanas mors venit acta manus.
Terra parum fuerat, terris adiecimus vndas.
Fortunæ miseras auximus arte vias.
Anchora te teneat, quem non tenuere penates.
Quid meritum dicas, cui sua terra parum est?
Ventorum est quocunque paras, haud vlla carina
Consenuit? fallit portus & ipse fidem.

Claudianus in pręfa.lib.1.de rapt. Proserpinæ.

Inuenta secuit primus qui naue profundum.
Et rudibus remis sollicitauit aquas.
Qui dubijs ausus commitere flatibus alnum.
Quas natura negat præbuit arte vias.
Tranquillis primum trepidus se credidit vndis,
Littora securo tramite summa legens.
Mox longos tentare sinus, & linquere terras,
Et leni cœpit pandere vella Noto.
Ast vbi paulatim præceps audacia creuit,
Cordaque languentem dedidicere metum.
Iam vagus irrupit pelago, cælumq; secutus,
Aegæas hyemes, Ioniumq; domat.

Accidit & nostro similis fortuna Catullo,
Cum plenus fluctu medius foret alueus, & iam
Alternum puppis latus euertentibus vndis
Arboris incertæ nulla prudentia cani
Rectoris conforret opem, decidere iactu.
Cœpit cum ventis. imitatus Castora, qui se
Eunuchum ipse facit cupiens euadere damno
Testiculorum adeo medicatum intelligit inguen.
Fundite quæ mea sunt dicebat cuncta Catullus.
Præcipitare volens etiam pulcherrima, vestem
Purpuream, teneris quoque Mæcenatibus aptam.

Stat ergo, quòd testamentum militis minus solenne valeat. Ista est communis opinio, vt iam diximus, quę varie intelligitur. Primo in milite terrestri. Secundo etiam in milite nauali, vt modo diximus. Tertio intelligitur, vt procedat quo ad numerum testium, nam in eius testamento duo testes sufficiũt. vt est communis opinio per text. ibi in l.1.& in l.diuus.ff.de milit.testam. in §.plane. vbi communiter docto. Inst.eod, tit.& est text. expressus in l.4.titu.1.parti.6. ibi, ante dos testigos llamados, y rogados para esto. facit, l.5.tit.1.parti.1.& l.6.tit.14.parti.3.& l.49.tit.5.parti.5. Tradit Guilielmus Benedict. in c. Rainutius. de testa. in §.testamentum.1.nu.20. notabiliter per Corne.consi.118. In hac cuosultatione.lib.3.num.7. Michael Cifontanus in l.3. Tauri in 1.fallentia.

Intellige

Intellige taman notabiliter secundum Corn. vbi suprà. vt illi duo testes non requirantur pro † forma testamenti militari,sed tantum ad probationem,vnde si alio legitimo modo testamentum mi itis probaretur,puta, per cōfessionē partis,vel alias,tunc id testamētum valeret,etiam si nec duo testes interuenirent,vel si interuenirent, & rogati nō fuissent.Neq; ad rē pertinet d.l.diuus.& d.§ plane,& d.l.4. tit.1.parti.6. vbi expressim duo testes ēt rogati exiguntur. Nā per rationē expressam in dictis iuribus,illa iura sunt restringenda.l.cū pater.§.dulcissimis.ff.de leg.2.gl.in clemē. 1.de electione glos.in authē.de hæredibus ab intestato.in §.fi.quas glos.cōiter approbatas diximus. Sed in d.iuribus expressa est illa ratio. Quòd si testes ad hoc ipsum rogati nō interfuissent, facile verū militis iudiciū subuerteretur. Ergo illa rōe cessante,prout cessat qñ alias constat de vera militis volūtate,debet cessare illud requisitū de duobus testibus rogatis,& per hoc debet militis testamentū valere, ēt si rogitus,& numerus testiū deficiat.Optime facit, quod in simili suprà diximus circa intellectū.l.1.ff.de li.& posth.

Stat ergo,ꝙ in testamēto militis nō sunt necessarij duo testes nec est necesse,ꝙ testes sint rogati,nō magis, quàm in actibus inter viuos.Et vtrunque nouissimum est,& forte præter mentem communis opinionis suprà relatæ.

16 Vnde infertur necessaria declaratio ad †d.l.4.tit.1.par.6. vt dum ait,dos testigos procedat, quantum ad probationē regularem,non autem quantum ad substātiam, vel formā testamenti. Vnde non excluditur,quin tale testamentū alia probatione æquipollenti,vel pleniori possit probari.Nam quęcunque ad probationem tantum desiderātur, possunt impleri ęquipollenter.glo.communiter approbata in l.hac consultissima.in verb.indicia.C.qui testam.fac.pos.& diximus circa intellectum.d.l.1.ff.de lib.& posth.suprà.

Similiter d.l.4.in verb.llmados recipit alienam necessa-
17 riam declarationem, vt cum ille † rogitus requiratur non pro forma,sed ad solam probationem, eius omissio nō noceat,si aliter de veritate constat per superiorem rationem.

18 Vnde infertur,quòd in testamento ad † pias causas rogitus testium similiter necessarius non est,non magis,quàm in actibus inter viuos,quia sola sosennitas iuris gentum in tali testō desideratur secundum Corn. vbi suprà.ꝙ cōiter receptum esset,suprà,diximus in fallentijs.superioribus.

Infertur, quòd in testamento ad pias causas duo etiam testes non sunt necessarij, si aliàs vel alio legitimo modo puta,per confessionem,vel aliam legitimam probationem de tali testamento facto ad pias causas constare possit,secūdum Corn.in d.consi.118.lib.3.quia in c.relatum.1.de testam.illi duo testes ad probationem tantum, non etiā pro forma desiderantur.Licet aliter sentiant Ioan. And.Anto. Imol.Abb.& alij in d.c.relatum.Bar.in l.1.C.de sacrosf.eccle.nu.76.& ibi Bal.in l.fin.Marcus Anto.in §. sed hæc quidem.Inst.de testam.nume,35.Parisius consi.24. col.2.lib. 3.& alij,quos suprà retulimus,dum simpliciter tenēt duos testes exigi.

19 Vnde infertur idem foret in testamēto facto† corā presbytero parochiali, quod testamentum similiter non desiderat interuentum duorum testium, nec rogitum eorum pro forma essentiali,sed tantum pro probatione,& consequenter si alio quouis legitimo modo probetur,valebit sine rogitu testium,& etiam sine interuentu eorum.

20 Infertur quarto,quòd testamentum † peregrini,qđ, vt superius diximus, æquiparatur testamento milit. similiter valebit sine rogitu,& etiam sine interuētu duorum testiū, si alio quouis legitimo modo probetur.Et ita extenditur,l. 2.tit.2.lib.5.ordinam.

21 Infertur quinto,idem fore in testamento facto à †patre inter liberos,nam valebit sine rogitu, & etiā sine interuentu duorum testium, si alio quouis legitimo modo probetur.Vnde infertur necessaria declaratio ad d.l.7.titu.1.par. 6.ibi,faziendo lo ante dos testigos llmados,e rogados para ello,vt illud intelligatur esse de solennitate, non formali, sed probatoria,& sic possit impleri æquipollēter per aliud quodcunque genus probationis legitimę.

23 Infertur sexto idem fore in testamento facto †corā Prin-
24 cipe.Et sic debet intelligi † tex.in l.omnium.C.de test.& in l.5.titu.1.parti.6.

25 Eadem ratione septimo idem erit in testamento† facto ab ipsomet Principe.

26 Infertur octauo,idem fore in testamento facto ab †eo qui habet merum imperium in loco vbi testatur,nam tale testamentum valebit sine rogitu,& etiam sine interuentu testium cum testes ibi requirantur pro solennitate tātum probatoria,non formali.

27 Infertur nono idem fore in testamēto facto apud † acta iudicis vbi testes similiter pro solennitate tantum probatoria non formali desiderantur,& sic ęquipollenter ea probatio impleri potest.

28 Infertur decimo idem fore in testamento facto † tempore belli.

Infertur vndecimo, idem fore in testamento facto in
29 †tempore pestis.

30 Infertur duodecimo,idem fore in testamento facto †in carcere tyranni.

31 Infertur decimotertio,idē fore in testamato †facto vbi erat hominum penuria. Nam in omnibus his casibus, & similibus relaxatur solennitas testamentorum,& iuris gētium solennitas duntaxat desideratur, quo iure sufficiunt quod,testes etiā non rogati,& etiā sine testib.alię legitimę probationes admittuntur nec est necessaria testiū subscriptio, nec reliqua id genus, vt superius in simili diximus.

Illud autem dubium est,an aduocatus,& docto.legētes
32 gaudeant priuilegio † militis in hoc,vt sine solennitate iuris ciuilis possint testamentum facere? Et communis opinio quibusdam repugnantibus est,quòd non, vt resoluunt Alex.Soci.Ias.Ripa,Alci.& alij in l.Centurio.in prin.ff.de vulg.quia in exorbitantibus non potest fieri extensio, vbi est minor ratio.Nec dubium est, quin longe minor sit ratio in doctoribus legentibus,vel in aduocatis, quàm in militibus.Illi enim licet militibus assimilentur.vt in l.aduocati.cum glos.& ibi notatis per doct.tamen inter reliquas rationes,propter quas militibus relaxatur solennitatis testamētariæ obseruatio illa ratio potissima est, quod iura ignorare præsumuntur vt in prin.insti.de testam.milit.§.plane. eo.tit.l.1.l.diuus.ff.eodem.diximus etiam suprà.Quę ratio cessat in doctoribus, & aduocatis, quibus turpe esset ius ignorare.ff.de orig.iur.l.2.§.Seruius autem.

In contraria autem, vt hi etiam gaudeant militum priuilegijs,facit, quia ipso quoque militare intelliguntur.d.l. auuocati,& plerunq; milites armati sunt perfidi, immanes auidi,cupidi,non sic in militia rogata.Vnde Lucanus li.10. bel.ciuil.

Nulla fides,pietasq; viris,qui castra sequuntur,
Venalesq; manus:ibi fas,vbi maxima merces.

Per contrarium in militia rogata reperitur integra,sanctaq; virtus,atq; laudabilis.Vnde Ouid.ad Pisonem.

Nec enim si bella quierunt,
Occulit & virtus,licet exercere togatæ
Munera militiæ,licet & sine sanguinis haustu
Mitia legitmo sub iudice bella mouere.
Hic quoque seruati continget gloria ciuis,
Altaque victricis intexunt limina palmæ.
Olim turba vias impleuerat agmine denso
Ardua nunc eadem stipat fora,cum tua mæstos
Defensura reos vocem facundia mittit.
Seu trepidos ad iura decem citat hasta virorum.
Et sic mare iubet centeno iudice causas.
Seu capitale nefas operosa diluis arte.

Denique teneuda est communis opinio. Nam licet dign10res sint milites togati, quàm armati tamen aliūde præmium petere debent,non in eo, quòd eis relaxetur testādi solennitas quæ sibi parum vtilis esset argu.d.§.plane.d.l.diuus.iuncta l.iubemus.C.de testa.

Quid

Quid in cardinalibus,& ſimilibus, vide per Socin.in l. Centurio col.1.& 2.ff.de vulg.

32 Ille autem caſus ſatis dubius eſt,an hodie †teſtamentum militis deſideret cauſam exprimi in præteritione, alias teſtamentũ ſit nullum? Mouet quęſtionẽ, quòd olim præteritio militis non vitiaret teſtamentum , ſed haberetur pro exhęredatione l.ſicut certe,l.ſi cum,vel in vtero.§.pe.Inſt. de exher.lib. Ampl.vt idem in præteritione erga poſthumum.l.ſi cũ vel in vtero.in fi.C.de teſt.mili.Ampl.in præteritione circa adoptatum,l.idem eſt.ff.de teſt.mili.Ampli. in præteritione erga filiũ,que habere ignorabat,ſi hoc animo erat,vt vellet,quòd quiſquis ſibi naſceretur,is exhæres eſſet l.qui iure milit.de teſta.mil.ff.Ampl.quarto, vt procedat,etiam ſi non miles,ſed veteranus deceſsit,infra annum tamẽ miſsionis.§.ſed hactenus.Inſt.de teſt.mil.Amp.quinto,vt procedat etiam quo ad hoc , vt filius is remoueatur a cõtrab.liberti,l.ſi patronus teſtamento,in princ.ff.de bon. libert.l.Paul.2.ad fi.eod.Limit.in eo,qui ignorabat ſe filios habere,l.ſicut certi.l.ſi cum vel in vtero,in prin. C.de teſt. mil.Limi.in eo,qui tempore teſtamenti non erat occupatus in militia,ſed iam veteranus erat §.pe.Inſt.de exh.libr. a contrario ſenſu.& in §.illis autem.& §. ſed hactenus.Inſtitu.de milit.teſt.Limita.& cum tempore teſtamenti erat in militia,ſi tamẽ mortuus fuit poſt annum a tempore miſſionis.Stat ergo teſtamentũ militis olim non vitiari ex cauſa exhæredationis,vel præteritionis:hodie autem cõis opinio eſt, ꝙ teſtamentum militis ex cauſa exhæredationis, vel pręteritionis facta, cauſa non expreſſa,vitietur,non ſecus ꝙ̃ teſtamentum pagani. Vnde infertur primo,quòd ſi paterf.miles liberos exhæredet ſine cauſæ expreſsione,teſtamentum non valebit. Infertur ſecundo,quòd ſi liberos prætereat cauſa non expreſſa, ſimiliter teſtamentum non valebit.Licèt in hoc caſu,& ſuperiore corrigãtur tex.in §. illis autem.& in §.quatenus.& in §.pe. inſtit.de milit teſt. & in l.fi.C.de inoff.teſta.& in l.ſicut certi,& in l.ſi cum vel in vtero.C.eo.titu.de teſtam.milit.Infertur tertio , quòd ſi filiusfa.miles faciat teſtamentum de caſtrenſi peculio.& patrem exheredet cauſa non expreſſa, teſtamentum non valebit.Infertur idem fore,ſi matrem exhæredet cauſa nõ expreſſa.Infertur ſexto idẽ fore , ſi matrem prætereat , cauſa non expreſſa.Hæ concluſiones omnes ſunt cõiter approbatæ,ſecundum Iaſ.n.8.in l.ſicut certi.C.de teſt.mil. & ſecundum Iaſ.nu.5.in l.fi.C.de inoff.teſt.Salic.Fulg.Cin.Alex.& alij in d.l.ſicut certi Bar.in auth.ex cauſa.C.de lib.pręt.vbi Curt.iun.nu.49.& Alexã.col.4.& alij ibi cõiter. Viglius in §.pe.inſt.de milit.teſta.Iaſ.in d.auth.ex cauſa,n.19.Decius in l.ſi cum vel in vtero.C.eod.tit. Mouentur oẽs per text. in auth.vt cum de appell.cognoſcitur.in §.& hęc quidem de parentum.verſi.ſancimus ibi rebus proprijs , in quibus habent teſtandi licentiam,& in verſ.ſi pater nurui.ibi,in rebus,in quibus habet teſtandi licentiam,& in verſi.his caſibus,ibi,de quibus filij teſtari potuerant. In quibus iuribus præteritio,vel exhæredatio filijf. erga parentes vitiat teſtamentum niſi,ſit expreſſa cauſa præteritionis,vel exhæredationis.Et ille tex.in tribus locis ſuprà expenſis,intelligitur in milite filiof.Patet quia loquitur de rebus,in quibus filij fa.habent teſtandi licentiam,ſed filiusf.miles habet teſtandi licentiam in bonis caſtrenſibus,& quaſi caſtrenſibus,nõ aũt in aduentijs,vel profectitijs,vt in l.pe.& fi.C.qui teſta. face.poſſ.& in §.fi. Inſti.de mili.teſta.& in §.illis autem.& in §.hactenus eod.titu.& in l.fi.C.de inoff.teſta.Ergo cum tex.dicat,vt tripliciter expendimus, ꝙ in quibus rebus filiusf.habet teſtandi licentiã, tenetur exprimere cauſam exhæredationis,vel præteritionis,& filiusf. habeat teſtandi licentiã tã in caſtrenſibus , ꝙ̃ in quaſi caſtrenſibus, ſequitur ꝙ tenebitur exprimere cauſam exhęredationis, vel præteritionis tã in caſtenſibus,quàm in quaſi caſtrenſibus. Vnde cum bona caſtrenſia ſolus miles habere poſsit, ſequitur quòd filiusfa.etiam miles de caſtrẽſibus, vel alijs teſtari nõ poterit,niſi exprimat cauſam exhæredationis, vel præteritionis.Sed in omnibus ſex concluſionibus ſuperioribus verior eſt opi.Romani,& Iaſ.& contra cõem in d.l. ſicut certi.num.8.Primo,quia ſummopere vitanda eſt legum correctio,vt in l.ſi qñ.in princ.C.de inoffi.teſtam.Secundo quia in d.§.& hęc quidem de parentum.Imperator nullum verbum protulit in milite, ergo ſi id voluiſſet , expreſsiſſet.vt in §.ſi autem ad deficientis.C.de cad.toll. Tertio,quia ius nouum generaliter loquens,recipit interpretationem paſſiuã,& reſtrictiuam per leges veteres,vt in l. nam & poſteriores.& in l.non eſt nouum.ff.de legi.& ex cõi opione reſoluũt Alex.poſt alios per tex.ibi.in l.1.§.lex Falcidia.ff.ad leg.Falc.Rode.Xuarez in l.quoniã.in prioribus,ſuper lege regia ibi inſerta in prin.C.de inoff.teſta.vnde illa verba,in quibus rebus habent teſtandi licentiã debent intelligi ſine correctione iuris veteris,vt procedãt in quaſi caſtrenſibus in quibus teſtatur filiusf.paganus.Quæ licèt olim querelæ non ſubiacerent,hodie tamẽ ſecus,vt in auth.presbyteros. C.de epiſcop.& clericis. & in d.§.hęc quidem de parentũ. Quarto,quia lex noua generaliter loquens,pręſertim ſi ſit correctoria,non intelligitur comprehendere caſus,qui habent ſpeciale priuilegium in illa materia.glo.communiter approba.vt per Iaſ.vbi ſupra,in l.ſciendum.in pri.ff.qui ſatiſdare cogantur,vbi late Iaſ.poſt alios ſed miles in hac materia iure veteri habebat peculiare priuilegium,vt eius pręteritio,vel exhæredatio etiam ſine cauſa valeret,& excluderet querelam,vt d.iuribus,ergo,&c.Niſi reſpõdeas,ꝙ ẽt filiusf.paganus ſimile priuilegiũ habebat,vt teſtamentũ factum de quaſi caſtrenſibus non ſubiaceret querelæ , & ꝙ eius præteritio,vel exhæredatio erga parentes valeret ſine expreſsione cauſæ,ergo,&c.Et cũ d.§. & hæc quidẽ de parentũ.in tribus locis ſuprà expenſis generaliter loquatur negari non poteſt,militem filiumfa. qui teſtatur de caſtrenſibus,cõprehendit,non ſecus,ꝙ̃ filiusf.paganus.qui teſtatur de quaſi caſtrẽſibus.Et præterea vtrobiq; eſt eadẽ ratio.& facit etiam tex.in auth. presbyteros. C.de epiſ.& clericis, tene contra communem,vt dixi ſuprà.§.20.num.117.

33 Interea adde ꝙ teſtamentum militis †olim querelæ nõ ſubiacebat,quod varie intelligitur.Primo in patrefa.milite teſtamentum faciente.l.fi.in prin.C.de inoffi.teſta.Secũdo in filiofa.teſtamentum faciente,d.l.fi.& l.teſtamentum.C. de inof.teſt.Tertiò intelligitur , ꝙ parentes teſtatoris non poſſunt querelam mouere teſtamentum.Quarto intelligitur,quòd filij teſtatoris nõ poſſunt querelam mouere,l.de inoffi.ff.eo.ti.Quinto intelligitur non ſolum ſi fiat iure militari ſed etiam ſi fiat iure cõmuni.d.l.de inof.Sexto intellitur,etiam ſi miles eſſet qui volebat querelam mouere.l.ſi iuſtitia.§.de inoff.ff.de inof.teſt. Ratio dubitandi per l.ſed & milites.§.coęqualitas.ff.de excuſ.tut.Septimo intelligitur etiam in teſtamẽto veterani,ſi & ſit infrà annum miſſionis.l.Papin.§.ſi quis in militia.ff.de inoff.teſtam.& tempore militiæ factũ eſſet.§.ſed hactenus.inſt.de milit.teſta.

Vnde infertur teſta.peregrini,vitiari,niſi talis expreſsio fieret,& ita intelligo,l.2.tit.2.lib.5.ordina.

Hodie aũt controuerſum eſt, an teſtam.filij.factũ de caſtrenſibus,vel quaſi caſtrenſibus ſubiacet querelę.Et quòd hodiæ querelę non ſubiaceat,nõ magis,quàm olim,tenuerunt glo.in auth.ex cauſa,in verb.irritũ.C.de lib.præt.Sentit glo.in auth.presbyteros.C.de epiſ.& cler.Bal. in l.cum lege.C.eod.titu.Roder.Xuarez in l.quoniam in prioribus, C.de inoff.teſtam.fol.3.col.3.

Sed in contrariam ſe habet vera,& communis opin.quã tenẽt gl.& do.in l.teſtamẽta, vbi Bar.Iaſ.& alij.C.de inof. teſt.gl.& doc.in l.ſi cũ vel in vtero.C.de mil.teſt.gl. in l.Papi.§.Papi.ff.de inof.teſt.& gl.fi.in d.l.cũ lege.Bar.in d.auth. ex cauſa.col.9.in pr.vbi Iaſ.n.19.& Cur.iu.n.49.poſt alios cõiter ibi Ale.in l.fi.in fi.C.qui teſt.fac.poſſ.Iaſ. in d.l.ſicut certi.n.8.& in l.fi.nu.5.C.de inof.teſta.Dec.in l.ſi cũ vel in vtero C.de mil.teſt.per tex.in d. auth.presbyteros.melior tex.in d.§.& hæc de parentum,vt ſuprà induximus.

34 In ſumma ille caſus ſatis † ambiguus eſt , an miles, ſi in vna re hæredem inſtituit,neq; ei nullum cohæredem dedit videatur in omni reliquo inteſtatus deceſsiſſe? Qua in re com-

re communis opinio est,quòd in reliquo non videatur intestatus decessisse.vt late probat glo. vbi plerique scribentium in l.1.C.de test.milit. & ibi Ias.latissime. nu.10.cum pluribus sequentibus,quod dic vt suprà.

35 Illud autem notandum est, ꝙ miles † potest hæredem instituere nutu,vel coniecturis.Ita nouissimè,& eleganter docet Emanuel de Acosta in l.Gallus.§.quid si tantum in prin.nu.31.ff.de libe.& posthu.nam in milite sola voluntas spectatur,& rata est l.1.ff.de mil.test.l.1.in fi.C.eo. tit.licèt in pagano secus esset,l.iubemus.C.de testam. & plene diximus supra,idem ergo & in peregrino.Et sic ampliatur no tanter,l.2.tit.5.ordina.& euincitur coacta ratione.

Nam si tacita exhæredatio firmat testamentum militis. l.sicut certi.l.si cum vel in vtero.C.de test.milit.multo magis sustinebitur facit hęredis institutio,quę fauorabilior est l.cum quidam.ff.de lib.& posthum.

Vnde infertur notabilis intellectus ad l.Gallus.in princ. eo.ti.vbi filio,quo ad verba præterito,nepos ex eo ita substitutus fuit,si filius meus,me viuo, decesserit, tunc nepos ex eo qui post mortem meā nascetur,hæres esto.Neq; apparet filium fuisse expresse institutum,& per hoc testamētum nullū fuisse videbatur,l.inter cetera.ff.de lib.& posth. l.1.ff.de iniust.rup.& in prin.Inst.de exhær.libero.Verum cum in hac specie negari nō possit, quin is filius tacite institutus videatur.argu.text.in l.3.C.de inoffi. testa. & quia qui vult consequens,hoc est,substitutionem valere, videtur velle,& præmisisse ipsius filij institutionem quæ est antecedēs necessarium ad validitatē substitutionis .ergo,&c. vt l.illud.ff.de acq.hær.& l.2.ff.de iurisdict.omnium iudic. & sic quòd in terminis,d.l.Gallus.in prin. valeret testamentum si testator esset miles, etiam si filius non esset expressim hęres scriptus,tenuerunt ibidem Emanuel in prin.nu. 31.& ibi Ange.nu.3.& Martin Lauden. in tracta.de principibus.q.447.Quod extēdūt ipse,& Emanuel,vbi suprà vt procedat etiam in testamento principis,quod quidē testamentum valeat sine iuris ciuilis solēnitate, arg.l.oīum. C.de testam.inq; eo hęredis institutio non secus.q̄ in testamento militis nutu fieri poterit.Sed in terminis.d.l.Gallus si testamentū fieret a milite. Imol.ibi in 2.col.& Alexand. col.4.in cōtraria sunt opinione,vt licet testamētum sustineretur,non tñ ex eo capite,ꝙ filius videretur tacite institutus sed magis ex eo,ꝙ tacitè videretur exhæredatus.Quæ tacita militis exhæredatio testamētum sustineret, nō secus q̄ expressa.Nos aūt sumus in noua opini.vt in terminis d.l. Gallus,si testamentū fieret a milite,licet is filius,quo ad verba reuera præteritus esse a patre milite, tamen ea pręterito pro exhæredatione haberi non possit, quia pręteritio militis,qui filium se habere ignorabat,vel mortuū putabat, vel alias bona mente fiebat, non habetur pro exhæredatione, neque eius testamētum firmat, ne filius ille patris priuetur hæreditate pręter eius voluntatem,& naturale votum,l.cū ratio.ff.de bonis damnatorum,l.scripto.ff. vnde lib. Ita in specie probat d.l.sicut certi.& d.l. si cum vel in vtero.Facit tex.in l.si ita.§.fina.ff.de lib.& posth.Vnde in terminis d.l.

36 Gallus.pater miles non potuit videri filium suū † mala mēte præterijsse,quem,se viuo,moriturum putabat.Sicq; filius ille non potuit haberi pro exhęredato,eo casu, quo patri super viueret adhuc tamen eo casu valeret testamentū militis quasi hęres ille extraneus sub hac cōditiōe scriptus videatur, si filius viuo testatore decesserit, vt si superuiuat patri tunc is testator intestatus decessisse videatur, quasi deficiēte cōditione institutionis.Ergo hoc casu filius & præteritus reuera fuit,tam ex verbis,quàm ex mēte testatoris. Nec potest ex mente, & sententia testatoris pro instituto haberi licet id falso opinētur Emanuel. & Ang.nec etiā haberi pro exhęredato,licet id falso opinētur Imol.& Alex. cum testator non possit videri eum instituisse,vel exhæredasse eo casu,quo,se viuo,filius moriretur,sicq; eius † insti-

37 tutio,aut exhæredatio inanis, & pro non scripta foret.Eadem quoque in testamento matris ex mente, & sententia Ange.Imolę,Alex.& Emanuel.vbi suprà procederet,vt si mater diceret,Si filius meus,me viua,decesserit, tūc nepos ex eo hæres mihi esto. nam tunc is filius vel pro instituto haberetūr secundum Emanuelem,& Ange.vel pro exhæredato,secundum Imol.& Alex.Nos contra,vt pro præterito habeatur,cum in eius persona eo casu,quo,viua testatrice,moreretur,inanis,otiosa, & pro nō scripta futura fuisset tam institutio,quam exhæredatio.

Denique illud non est prætermittendum,quòd peculiū est quadruplex,profectitium,aduentiū,castrense, & quasi castrense vt tradit gl.in l.cum oportet.C. de bo.quæ lib. in verbo exceptis.text.optimus vbi per glo. & omnes in l. fi.C.de inof.testam.gl.1.in prin.Instit.per quas perso.nob. acq.tex.in d.l.cum oportet,per totam legem.Castrense di-

38 citur,quod † militiæ causa,vel occasione filiusfa.acquisiuit non acquisiturus,si non militaret.l.si forte,& l.castrense.ff. de castr.peculio.& de isto filiusf.poterat olim libere disponere tam inter viuos,quàm in vltima voluntate.

39 Sed dubium est an quod cōiunctus in militia † donauit coniuncto, id in re dubia militię causa, an potius coniunctionis causa donatum videatur?Et Gomesius in §.actiones autem.num.14.Instit.de actio.& Lupus de Pal. rub.in in repe.rubri.de dona.inter virum & vxor.nume.16.§.44. tenēt in re dubia ratione sanguinis potius,q̄ militiæ donatum videri,sicq; castrense non reputari,argu.l. tutor §.qui tutoribus.ff.de excu.tutor.Sequitur Crottus in l.frater,a fratre in prin.ff.de condi.indeb.Facit quia naturalia,vt est cō iunctio sanguinis, pręualent accidentalibus, vt est militia l.si quis posthumos,in prin..ff.de libe.& posthu.Contrariam sententiam tenet Corasi.lib.2.miscellanearum.c.4.p tex.in l.hæreditate.ff.de castren.peculio.& quia ista interpretatio vtilior est militi donatario argum.text.in l.2.ff.ad Macedo.& l.seruum filij,in prin.ff.de leg.1.l.2.ff. de castrēsi peculio.l.fi.C.de inoff..testa.l.1.§.nec castrense.ff.de colla.bonorum.Vnde infertur conclusio, Quod coniunctus donat coniuncto militi,non sanguinis, sed militiæ ratione donatum videtur.Sed Coras.lib.2.Miscella.c.4.id negat generaliter procedere, sed tantum, quādo illa donatio facta esset inter commilitones coniunctos,nō enim sufficit,militē esse donatarium,vt volūt prædicti,nisi & donator miles sit,ita proprie loquitur d.l.hęreditate. Cōf.vltra Coras. per l.licet C.de pact.vbi inter commilitones per simplicē pactionem datur hęreditas,& tñ non est receptum,ꝙ a pagano.militi.dari possit.Tenendo ergo opi.Coras..fac conclusiones.Castrense est quòd in militia filiusfam.quæsiuit, nō acquisiturus nisi militaret.d.l.si forte.l.castrē.suprà all. Ampliatur vt castrense reputatur etiā id quod talis filiusfa. habuit a coniuncto commilitone,l. hæreditate.secundum intell.Cora.supra alleg.Quod vero datum fuit a cōiuncto, qui secum non militabat,sibi non quæritur tanquā castrēse,sed tanquam aduentitiū,d.l.tutor.§.qui tutoribus.Quæ hoc modo intelligendo,amplia.not.vt in donatario milite

40 procedat.Quasi castrense † peculium est, quod aduocatus percepit ex salario publice deputato.l.fori l.cum aduocatio C.de adu.diu.iudi.Sed quæritur,an quod hodie a clientulis capiunt,simile reputetur.Quod firmat gl.singu.in l. fori q̄ sequuntur Cinus,& Bal.in l.fin.vbi Ias.num.2.C. de inoff. testam. Crottus in d.l. frater a fratre,nu.2.Gomezius in d. §.actiones,nu.15.per l.velut.C.de assesso.Quod probatur ratione.Nam cum salarium subrogetur loco salarij publici, succedit regula,subrogatus.&c.late Ias.in rubr.ff. de verb. obli.num.15.Adde nouam speciem secundū Gomez.nu. 15.in dict. §.actiones in eo quod habuit ex donatione facta a principe,l.cum multa.C.de bon.quælib. Idem in eo qui non recognoscit superiorem, quia & his ęquiparatur Imperator. De qua æquiparatione melius quàm alibi per Ripam nu.7.in rubr.extra de constit.

Redeūdo ad militē verū nō interpretatiuū adde,ꝙ miles in re dubia non vr̄ habere animū prætereundi eum filiū,quē se habere ignorabat, aut mortuum putabat,l.sicut certi.l.si cum vel in vtero.C.de test.mil.facit l.Titius in pr. ff.de libe.& posth.l.mater decedens.C. de inofficio.testa.

Infertur

Infertur ergo,quod miles,licet regulariter posſit legũ formas in teſtamentis condendis prætermittere, tamen ſi velit,ne aliter teſtamen. ſuum valeat,q̃ cum iuris communis ſolennitate,eius voluntas ſine dubio rata erit,vt tradũt oẽs per tex.ibi in l.in teſtamento.C.de teſt.mili.Quinimo etiam in re dubia ſecundum cões opiniones miles videtur vti iure cõmuni,cuius contrarium ſolitus ſum defendere,ideo talem concluſionem.

Militem in re dubia iure ſuo non †cõi vſum videri.

Contrariam concluſionẽ, & ſic cõem tenẽt oẽs doct. quales ſunt Salice. & Paul. in l.in teſtamento.C.de teſt.mili. vbi idem ſequuntur Fulgoſ. & Corne.in vltimo notab. num. 10.Bal.in l.quanquam.C.eod.Pau.in d.l.in teſtamẽto,nu.8.qui illum tex.ad hanc concluſionẽ dicit meliorẽ de iure.Dec.in l.1.de teſtamento mili.nu.3.& iterum n.5. Idem Dec.in d.l.in teſtamẽto, vltimo notab.nu.11.& idẽ Dec.in d.l.quanquam,nu.20.Alex.ibi,col. 1.vbi etiam Salice.Franciſc.de Ripa in l.centurio.de vulg.nu. 6. & iterũ nu.23.& iterum nu.46.& ibid.nu.49.Iaſ. in l.in teſtamento,nu.6.de teſtamento.mil.Curt.in l.precibus.C.de impube.nu.43.Corn.in d.l.in teſtamento.vltim.nota. per text. ibi,quem dicit meliorem de iure ad hanc concluſionẽ. idẽ Corn.in l.quanquam.eod.Roman.in d.l.quanquam nu.4. & in d.l.in teſtam.n.4.Aret.in d.l.in teſtamen. in prin.

Idem quoq; tenet Couar.extra de teſta.c. Rainut. §. 9.
42 nu.19. qui ex hoc infert† compendioſam a milite factam verbis cõibus poſt pubertatem non iure directæ militaris ſed iure tantum fideicommiſ.valituram,vt per hoc miles, iure communi vſus videatur. Idem Iaſ.in l.precibus, col. 7.in medio poſt Sali.ibidem.C.de impub.Alex. in l. centurio,num.53.poſt Paul.& Fulgo.ibidem.Sali.Io.And. quos refert Alex.ibid.nu.52.

Idem Soc.in d.l.centurio.col.16.qui ex hoc infert poſt Aret.& Imo.ibidem,quos ipſe quoq; citat,ꝙ miles,qui fi
43 lium † inſtitutum iuſsit hæreditatem reſtituere, non videtur eum grauaſſe in legitima reſtituẽda, vt quemadmodũ paganus,qui filium reſtituere rogauit, legitimæ ipſius pepercíſſe videtur argu.l.ſi quando.§.illud.C.de inoffi.teſta: vbi traditur per omnes & per Aret.in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquiren.hæred.ita etiam miles,qui iure cõi paganorũ, vti videtur.Et quòd miles iure communi vti videatur,firmat Socin.in l.Centurio.de vulg.colum.10.& iterum colum. 14.qui poſt Iaco.de Arena.Cin.Salicet.& Paul. in le. precibus.C.de impu.quos ipſe refert, infert compendioſam ſubſtitutionem a milite verbis communibus factam poſt pubertatem iure tantum fidei. non directe militaris valere,vt ſic iure communi vſus videatur.Idem quoq; firmat iterum col. 12. vbi etiam infert vt ibi per eum.Idem tenet ibid.col.14.Vnde infert ſecundum quoſdam, quòd miles etiam per directam militarem non videtur vti iure ſpeciali,ſicq; non videtur filio quo ad legitimam præiudicare.Idẽ firmat Ripa ibid.nu. 67.Vnde infert,quòd cõpendioſa verbis communibus facta poſt pubertatem iure tm̃ fidei.non iure directæ militaris valebit, ſiue mater exiſtat in medio,ſiue nõ, vt ſic iure tantum cõi vſus videatur,nõ priuilegio. Vnde ibid.nu.46.ait poſt Imol.& Aret.ibid. & Alex.& Pau.in l.precibus quos refert & ſequitur, quòd ſi per fideicommiſ.grauet filium,non videtur grauaſſe in legitima.Ideo in nu. 68.infert,quod compendioſa a milite, per verba obliqua facta poterit mater impuberis deducere tam Trebellianicam,quàm legitimam.Idẽ firmat Alex. ibid.nu.43.& 51.& 52.poſt glo.d.l.Centurio.quam ipſe dicit communiter app.firmat inquam, quòd quia miles videtur vti iure communi, ideo compendioſa verbis ſiue directis,ſiue communibus facta a milite poſt pubertatem, obliquatur.Hoc amplius inquit,etiam ſi expreſsim velit, ipſe per dictam militarem matri quo ad legitimam præiudicare,non poterit,& longe minus id poterit per fideicõmiſſariam.Idq; intelligit & ampliat iterum,nu. 57. Idem vult Iaſ.in d.l.Centurio.nu.28.& Politus.in tract.de compen.nu.14.& Zaſi.in tract.de compendi.ſubſt.num. 9. ꝙ quia ſemper miles videtur vti iure communi,ideo ſi faciat cõpẽdioſam, ſiue verbis directis,ſiue cõibus,ſemper poſt pubertatem valeret iure tantum fidei.nõ iure directæ militaris,quando mater exiſtit in medio,nam ſi non exiſtat, tenent vtroque caſu,ꝙ valeat iure directæ militaris.Idem in principali concluſione, ꝙ iure cõi vſus videatur, tenet ibid.Lancel.Galiau.n.75.& nu.60. in d.l.Centurio.& Io. Bap. in l.precibus. C.de impub.

44 Huius autem tam receptę ſententiæ caput† præcipuũq; fundam.conſiſtit (vt & oẽs fatentur)in l.in teſtamento. 1.C.de teſtam.mili.vbi filiam impuberem cum extraneo hæredes inſtituit,eosq; inuicẽ ſubſtituit,filia poſtquàm patri hæres extitit, in pupillari ętate deceſsit,cuius ſucceſsionem mater ab inteſtato, iure ve legitimo vendicabat, cohæres autem , idemq; ſubſtitutus multis noĩbus ad ſe pertinere contendebat.Primum quaſi ex pupillari ſubſtitutione vocatus,quam ſubſt.pupillarem ſub reciproca comprehendi in confeſſo eſt,iunta tex.cum glo. fi.in l.Lucius , in princi.ff.de vulga.quæ ſubſtitutio pupillaris ſub reciproca contenta,vt pote ſaltem verbis generalib.expreſſa(vt illic docent Barb.& alij)excludit matrem,vt firmant gl.& omnes ibi.per text.ibi.Sed hæc alligatio excluditur in d.l.in teſtamẽto.in prin.Nã quod regulariter traditur ſub reciproca pupillares etiam contineri,id(inquit)procedit, quando reciproca ſit illis,quibus ſingulis pupillaris fieri poterat,ſecus ſi ſingulis fieri nõ poterat,vt in ſpecie noſtra,vbi extraneo fieri nõ poterat pupillaris,licet filio poſſet.Vnde ſubſtitutus hac allegatione fruſtratus, alia uia idem tentauit. Nanq;(inquit)certũ eſt,quòd miles poteſt ex priuilegio ſpeciali non ſolum ante aditam(quod poſſunt etiã pagani)ſed & poſt aditam directo ſubſtituere,l.milites etiam & l.ſi miles ita hęredem.ff.de mili.teſtamento.& d.l.in teſtamento.2.reſpon.licèt pagani non poſsint poſt aditã, ut l.poſt aditam.C.de impuber.Vnde cum miles ſimpliciter & indefinitè dixerit, vos inuicem ſubſtituo. ſub his verbis comprehendere potuit,& reuera comprehendit oẽs omnino ſpecies ſubſtitutionem.argumen.dict.l. Lucius.ff.de uulg.& in ſpecie tenet Bar.ibid.colum.1.& 2.ergo. comprehendit etiam directas militares,quo fit, vt poſt mortẽ alterutrius,ſuperſtes ad præmorientis portionem per directam militarẽ admitti debeat.Ergo licèt is ſubſtitutus per pupillarem non admittatur,tamen per militarem , quæ tã extraneo,quàm filio fieri potuit,admitti deberet. Imperator autem fatetur hanc allegationem,reſpondit tñ ꝙ licèt poſsit ex priuilegio militares vtiq; faceret,tñ in dubio nõ uidetur feciſſe,quia iure cõi, non priuilegio uti uidetur.

Mihi autem libuiti in primis hunc nodũ diſſoluere, rationem animi mei ſequutus potius,quam ſolẽnem procedendi obſeruationem.Igitur cum(ut oſtẽdimus) uerb.ſubſtituo,in ſui generalitate utrunque caſum comprehendat, rem aditæ,quam repudiate hæreditatis.ut & patet ad ſenſum & probat,l.iam hoc iure,ibi,hoc communi uerbo.ff. de uulg.& ſentit Bart.in l.Lucius,col. 2.eod.uidebatur, ꝙ ſi teſtator dixit, primum inſtituto , ſecundum ſubſtituo. tunc ſiue per repudiationem inſtituti,ſiue poſtquã adiuit, per mortem eius portio uacare cæpiſſet,locus fieret ſubſtituto.Quod nouiſsime expendit Alciatus in rub.ff.de uul. nu.3.& 6.& tamen contrarium obtinuit,ut per legis interpretationem uerbi,ſubſtituo, ſignificatio contra uim uerborum coanguſtata fuerit per rationes,de quibus per Alciatum.ita procedit,l.poſt aditam,C.de impuberũ.Quod & ipſe multo ante,quàm in eius ſcripta incidem,præſenſeram,& publice diſſerueram.Modo ſic, ut ſi paganus dixit, Hæredes meos inuicem ſubſtituo , licet poſsit etiam poſt aditam per fideicommiſ.ſubſtituere.ut per totum.C. & ff. ad Trebel.tamen non uidetur ſubſtituiſſe niſi tantum ante aditam,d.l.poſt aditam.ita etiam miles licèt poſsit etiã poſt aditam per militarem directo ſubſtituere,tamen non uidetur niſi tantum ante aditam ſubſtituiſſe, ut data paritate terminorum non minus miles iure ſpeciali, quàm paganus iure cõi uti uideatur,quandoquidem in terminis illius

legis

regis quemadmodū miles non videtur vti iure speciali, re post aditam institutus teneatur restitutionis onere, ita & paganus non videretur vti iure communi, ne post aditam institutus quasi ex fideicommisso teneretur onere restitutionis. Id quod satis innuitur in l. Lucius de vulga. & in l. iā hoc iure vers. quod ius & in d. l. in testamento. 1. respon. & in l. quanuis. C. de impuberū. in quibus veluti notum proponitur, ꝙ cum reciproca sit imparibus (id est, illis, quorū singulis pupillaris fieri nō poterat, licèt quibusdam posset) sub tali reciproca solæ vulgares continentur, non ēt fideicommissariæ. Ratio, quia substitutio fit non vt onus fidei commissi iniūgatur primo nominato, quem prædilexit testator vt l. Publius. §. 1. ff. de cond. & demon. sed vt si forte repudiaretur hæreditas, vel alias excluderetur institutus, tunc superesset alius hæres subsidiarius, qualis est substitutus, argu. C. de cad. toll. ad prin. & Insti. de vulg. in pr. Itaq; in terminis d. l. in testamento non quia miles non videatur vti priuilegio, sed quia nec miles, nec paganus post aditam videntur in dubio substituisse, excluditur substitutus. Alias enim si diceremus id fieri, quia non videtur vti iure speciali, tunc sequeretur, ꝙ cum fideicommissariam posset facere de iure communi, tunc saltē per fideicommi. posset substitutus petere hæreditatē, perq; fideicommissariam a milite factam vniuersam militis hęreditatem, de qua non deducitur. Trebellianica, consequeretur, quod est euidenter contra illum tex. Isq; est nitidus, planus, & inauditus intellectus ad illum tex. quem intellectum si maiores nostri vident nunquam (si non fallor) communem illā sententiam perillū tex. defendissent, nisi vrgentiora fund. inuenissent. Pro communi ēt videtur facere, l. quāquam. C. de testamēto milit. l. 1. in fi. eodem. l. militis codicillis, §. fi. ff. eo. l. quęrebatur. ff. eod. l. si certarum. ff. eod. l. sicut certi. l. si cum vel in vtero. C. eod. quarum tam inductionē, quàm resolutionē consulto missam facimus, quia vtrunq; facillimum est.

Nam verus intellect. d. l. 1. C. de testam. milit. in versi. & liquido probatur. est, quòd probatur eo ipso, quod nō probatur contrarium. Nam miles, qui ex parte tantum, vel ex rebus certis scripsit hæredem, in reliqua hæreditatis parte videtur intestatus decedere voluisse. vt probat text. in l. si duobus, & in l. si miles vnum. ff. de milit. testamento & tenent glo. mag. & ibi communiter doctores in l. 1. C. de testamento militis.

Item verus intell. ad d. l. quāquam est, quod testator, qui per numerum vnciarum diuisit hæreditatem, licèt ipsa in 12. vncias regulariter diuidatur, tamen potest per testatorē in plures, vel pauciores vncias diuidi, vt §. hęreditas, & in §. sequenti. instit. de hære. insti. & vt potest in plures, vel pauciores vncias hęreditatem diuidere, ita in re dubia in tot vncias eam diuidere videtur, quot distribuit, vt ibid. & §. videamus, institu. de hęre. institu. idq; siue testator miles sit, siue paganus.

Item ad d. l. sicut certi. & l. cum vel in vtero, verus intellect. est, quòd testator siue miles sit, siue paganus, si liberos in testamento ignoranter præterijt, non videtur voluisse nocere. Quod intelligitur primo, quando præterijt filium quem se habere ignorabat. Secundo, quando præterijt filium quem mortuum putabat. Tertio, quando præterijt posthumum.

Et in omnibus his casibus idem quoque foret in testamento pagani. Nam ea omnia etiam in testamento pagani pendent ex libera voluntate, & arbitrio testatoris, & fiunt a lege interpretationes in fauorem testatoris pagani, & similes interpretationes fiunt in fauorē testatoris militis, ne sit deterioris cōditionis quàm paganus. Et sic generaliter dicimus, ꝙ omnes interpretationes fauorabiles, quę fiunt a lege in testamentis paganorum, fiunt etiam in testamento militis. vt in l. si Rufinus, & in l. captatorias. C. de testamento milit. & vtrobiq; per Ias. post alios, & probatur in ll. supra allegatis, & ita ēt procedit d. l. si certarum, & ita ēt procedit d. l. militis codicillis. §. finali. & d. l. quęrebatur, in princ. ff. de milit. testamento. vt probatur, quòd licet miles possit decedere cum duobus testamentis, tamen in dubio cum facit secundum testament. videtur recedere a primo. Ratio, quia duo in solidum heredes vnius testatoris esse non possunt. l. quod contra. §. vni. duo. ff. de regul. iur. Ergo cū vniuersa hæreditas hæredi in primo testamento scripto data fuerit, & etiam tota hereditas fuerit data hæredi in secundo testamento scripto, & vltima voluntas deroget priori. l. pacta nouissima. C. de pactis, l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. 3. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legatis. 1. superest, vt miles, qui heredi in primo testamento scripto totam hæreditatem dedit, & totā hæreditatem secundo dedit, in secundo testamento videatur recedere vel se a prima voluntate, & quod primo dedit in secundum transferre, nam & eadem voluntatis interpretatio fit in testamentis paganorum, & similiter fieri debet in testamentis militum, ne alias eorum deluderetur voluntas, & essent deterioris conditionis, quàm pagani.

Nunc verò ad contrariam partem vertamus intuitum, quę nō solū a nemine vnquā defensata, sed nec ēt in discrimē adducta fuit. Pro qua in primis viget talis cōsideratio.

45 Voluntas præsupponit notitiam†, & intelligentiam, sed miles inspecta legis censura non habet notitiam iuris cōis, ergo impossibile est, quòd videatur eo iure vti, quod ipse ignorat, quale est ius commune. Quod autē voluntas præsupponat notitiam, pręterea quòd patet ad sensum, probatur in l. mater decedens, de inofficioso testamēto. ff. ibi, cū & hi qui nesciant ius suum, eligentes id quod putent sibi competere non admittant. facit tex. in l. eum qui in primo responso, & in l. nihil. §. pen. eodem titulo, & in l. de ętate. §. ex causa. ff. de interrogatorijs actionibus, & in l. si cum te ff. de pactis. & in l. in repudianda, & in l. Clodius. ff. de acquirend. hær. & in l. fin. §. antepen. C. de furtis, & in l. habebat, in fi. ff. de institoria actióe. Id quod obtinet nō solum quum defectus voluntatis erat certus, & indubitatus, sed etiam quū erat præsumptus, argumento tex. in l. si vnquā. C. de reuocan. don. proinde per superuenientiam liberorū donationem omnium bonorū, vel partis eorum quasi ex defectu voluntatis pręsumpto infirmari receptum est, vt ibidem. Qua ratione obtinuit, filiū, qui patris hęreditatē restituere rogatus fuit, non teneri ad restitutionem, si cum liberis decesserit, quasi si testator cogitasset de liberis filij sui grauati, id onus inducturus non fuisset vt in l. cum acutissimi. C. de fideicomm. & in l. generaliter. §. curant. C. de institutio. & substit. in l. cum auus. ff. de conditio. & demō. Et ideo si mater quę filios instituerat in puerperio alterius filij præteriti decesserit, non videtur eum pręterijsse, eo ꝙ voluntas prætereundi præsupponit intelligētiam filij præteriti, ea autem mater filij post factum testamentum nati notitiam non pręsumitur testamenti tempore habuisse, ideoq; præteritio quasi voluntate defecta non nocet, vt in l. 3. C. de inoffic. testam. Nam & præteritio militis erga eū filium, quem se habere ignorabat, mortuumue putabat, nō nocet filio, quasi paterfamilias miles non videatur habuisse animum prætereundi eum filium, quem se habere ignorabat, vt in l. sicut certi. & in l. si cum vel in vtero. C. de testamento milit. Denique mutatio institutionis non nocet priori hæredi, quem testator decessisse existimabat, vt in l. fi. ff. de hær. instit. Neque ad rem pertinet, quòd nouissima sit iuris ciuilis regula, posteriorem voluntatem præualere priori, vt in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de lega. 1. & in l. diuus. §. licet. ff. de iure codicill. l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. 3. in l. pacta nouissima. C. de pact. l. pacta. ff. de contrahēda empt. in l. si quis priore. ff. ad Trebellianū, in l. quærebatur, ff. de milita. test. in §. posteriori, & in §. sed & si quis. Insti. quibus modis testamentū infirmatur. Nāq; illa iura procedunt, vbi non arguitur defectus voluntatis, qualis interfuisse videtur in specie nostra, vel ex errore testatoris, vel ex ignorantia. Quibus adstipulari videtur, qđ dicitur in l. si pater. de hæred. inst. C. in l. neq; apud. eodem & in l. eam quam. C. de fideic. & in l. si per errorem. ff. de iurisd. omnium iud. cum vulgatis.

Quòd

46 Quod autem miles iuris † communis ignarus videatur
nuncupatim probat tex.in l.quanquam.in verbo,simplici
tatem militarem.C.de testam.mil.& in pr.Inst.eo.& in l.
fi.§.1.C.de iur.deli.& in l.1.C.de iuris & fac.ign.& in l.1.
in verbo,simplicitati.ff.de mili.testa.Stat ergo ex superiori
bus militem iuris communis ignarum nõ posse videri vti
iure communi cuius notitiam non habet.

47 Vnde infertur,quòd miles †,qui filium institutum roga
uit,vt vniuersam hæreditatem restitueret,nõ videtur taci-
tè excepisse legitimam filio debitam,quinimò vniuersum
restitui voluisse visus est, vtpote qui priuilegio suo non iu
re communi quod ignorat,vti videtur.Hinc est,quòd ex-
hæreditate ipsius non deducitur Falcidia.vt in l.in testamẽ
to.2.C.de testam.mil. in l.in testamento.C.ad Fal.in l.3.in
fin.princip.ff.ad Trebellianum.Proinde apparet veram nõ
esse communem sententiam existimãtium non videri eũ
legitimę filiorum nocere voluisse, quasi iure cõmuni vti
videretur.Neque ad rem pertinet quod dici solet,paganũ
qui filium restituere iussit,non videri eius legitimę nocuis
se,cum sit insignis differentiæ ratio inter Paganum qui iu
ris communis peritus censetur,sicq; ex pręcepto.l.videtur
legitimę nocere noluisse.vt in l.si qñ.§.illud.C. de inof.te
stamen.& militem,qui iuris communis ignarus,tali pręce
pto paruisse vsus non est.

Deniq; quod omnes velati notum indubitatumq; pro
48 ponunt,vt paganus † qui filium institutum restituere ius-
sit,legitimæ pepercisse videatur,id nobis nõ probatur.Nã
onus fideicom.ex legitima filiorum non tam ex volunta-
te dispositionéue testatoris,quàm ex prouisione legis reij
citur.vt in l.quoniam in prioribus.& in l.scimus.§.cũ aũt.
& in l.omnimodo & l.quę nuper.C.de inofficioso testam.
id quod præsensisse videtur Iustinianus,qui in authent.vt
cum de appellatione cog.§.cęterum.scriptũ reliquit,onus
legitimæ, quod inducitur per diminutionem ipsius reijci
dispositiones legis, induciq; legitimæ repletionem etiam
contra expressam testatoris prohibitionem,tantum abest,
vt de voluntate testatoris id onus remotam videatur.

49 Tertio infertur militem, qui filio † instituto directam
substitutionem militarem accomodauit.non videri legiti
mæ ipsis pepercisse. Nam & sic cum communi omnium
sententiam fateremur,ꝙ Paganus id fecisse videretur obtẽ
perans legum dispositionibus,tamẽ secus est in milite.Ne
que obscura est inter paganum, & militem differentiæ ra-
tio,cum paganus legũ peritus præsumatur.vt l.leget sacra-
tissimæ.C.de lega.secus autem in milite,vt dictum est.Li-
cet contrarium,& male tenuerint Angel.& Paul.qui refe-
runtur in addi ad Bar.in l.precibus.nu.8.ibi,sed an sit verũ.

Quartò infertur non iustè dubitasse Ripam in l.Centu
50 rio,nu.42.post gl.Bar.& ibi alios.ff. de vulg.an miles † per
directam militarem possit legitimæ filiorum præiudicare
cum & ab initio possit. vt in l.in testamento.1.C.de testa.
milit.& in l.milites etiam.& in l. miles ita hęredem.in pr.
ff.eo.& etiam ex post facto eius testamentum non subia-
ceat querelæ.vt in l.fin.C.de inofficio.testam.& in l.fin.C.
qui testamenta facere possunt. Id quod fatetur Alexander
in l.Centurio.ff.de vulga.& pupilla.& Ripa ibidem.

51 Denique omnes fatentur,quòd iure † nouissimo auth.
hodie subiacet querelæ testamentum militis Mouentur ꝑ
tex.in auth.vt cum de appella.cog.§.& hæc quidem. Sed
nobis contraria sententia verior semper visa est.Nam licet
ibi dicatur filiumfamilias testantem non posse patrem suũ
pręterire,id quod in filiofamilias milite necessario intelli-
gendum sit cum paganus filiusfa.de nullis bonis possit te-
stari.vt habetur per omnes, maximè Iaso.& Decium in l.
pen.C.qui testa.fa.poss.tamen ille tex.potest intelligi in fi-
liofamil.milite, qui post missionem testatur de iure com-
muni:nam licet post missionem duret facultas testandi,tñ
non durat qualitas & priuilegium factionis testamenti.vt
tenet gl.pri.in §.sed hactenus.Insti.de mil.test.quam dicit
communiter approbatam Vigli.ibi.Vnde nihil impedit in
telligere illum tex,in filiofam.milite,qui non in castris iure
militari,sed post missionẽ in vrbe iure cõmuni testabatur
Potest etiam intelligi in filiof.pagano,qui testatur de quasi
castrensibus iuxta l.fi.C.de inof.testa. Nam licet priuilegij
loco ei datum sit vt possit testari, tamen intelligẽdum est
vt testetur secundum formam iuris communis,sicq; vt pa
trem sine causa pręteritum non relinquat, quemad.nõ po
test non adhibere solemnem numerum testium. Et quia
dixi communem esse sententiam, vt hodie testamentum
militis subiaceat querelę,tamen hac de re vi.glo.& doc.in
§.illis autem.Inst.de test.mil.gl.in l.Papinianus.§. Papinia
nus.ff.de inof.testa.gl.in l.fin.C.eod.gl.in auth.ex causa.C.
de lib.præter.gl.in l.si cum vel in vtero.C.de mili.testa.gl.
in cum lege C.de epis.& cle.gl.in auth.presbyteros.eo.gl.
in §.pe.Inst.de exhę.lib.Ias.in l.fi.C.de inof.test.nu.5.Ias.
in d.l.sicut.n.8.Bar.in d.auth.ex causa vbi Cur.n.49.Vigl.
in d.§.pe.Inst.de exhær.lib.Xuarez in l.quoniá in priori-
bus C.de inof.test.fol.3.col.3.Ias.in d.auth. ex causa.n.19.
Cor.Ias.Dec.post Ale.& alios ĩ d.l.fi.C.qui test.fa.possũt.

52 Item infertur veram † non esse sententiã Ripę in l.Cen
turio.nu.49.ff.de vulg.dicentis,ꝙ miles, qui filium institu
tum hæreditatem restituere rogauit, neq; prohibuit dedu
ctionem Trebellianicæ,videtur permisisse, vt deducatur.
quia(inquit) cum miles prohibere posset, nec fecerit,per
misisse videtur.l.nec nõ.ff.ex quib.cau.maio. Qua ratione
idem quoque putat, cum filius directum substitutionẽ mi
litarẽ habuit.Sed isthęc oĩa euidẽter inepta sunt.Cõstat.n.
militem iuris communis ignarum(quale est ius Trebellia
53 nicæ deducẽdæ)non † permisisse videri vt deduceretur ea
quarta,cuius notitiam non habebat. Pręterea & si re vera
eius notitiam haberet,adhuc idem foret.Quia qui Trebel
lianicæ notitiam habet,neque eam prohibuit cum posset,
non tam id fecisse videtur,quia velit quartam spontè cõce
dere,quam quia existimat ea vetita,futurum,vt hęres re-
pudiet hęreditatem sicq; totum eius iudicium infirmetur.

54 Proinde infertur,quòd † licet hodie testator posse prohi
bere Falcidiam.vt in authen.sed cum testator.C.ad l.Falci.
neq; prohibuerit,tñ contra eius volũtatem deduci videtur
quod nominatim probat text.in c.Rainaldus in fi.extra de
test.id quod est contra sententiam Ripæ. Infertur etiã ꝙ
vel hodie Falcidia deducitur contra præsumptam volunta
tẽ testatoris,qđ est contra sententiã eorundẽ.Subinfertur,
ꝙ cum secundũ veram & cõem sentẽtiã de qua per Cor.
& alios in d.auth.sed cũ testator possit defunctus prohibe
re Trebellianicã non secus q̃ Falci. tñ licet testator expres
sim ea non prohibeat,nõ per hoc vr̃ eã permisisse, sed cõ-
tra præsumptam eius voluntatem deducitur. Quod simili
ter est contra sententiam eorundem ex mente communis
opi.Et quòd hodie Falcidia deducatur contra tacitam vol.
testantis tenuerunt & Rip.in l.Centurio nu.49.ff.de vulg.
Rip.in l.1.§.deniq; nu.7.ff.ad Trebel.& iterum in ead.l.1.
in princ.nu.15.Deci.consi.247.Curt.consi.76.col.5.Paul.
de Monte in l.in quartam.ff.ad l.Falcid.col.28.Imol.in l.1.
ff.de leg.1.And.Sicu.& Ana.quos refert Rip.in d.l.in quar
tam num.47.vbi sibi contrarius tenet, quòd etiam hodie
deducatur contra vol.testatoris tacitam.

55 Secundò huic nostrę sententię † adstipulatur insigne il-
lud Papiniani responsum,qui in l.Centurio.ff. de vulg.scri
ptũ reliquit,militẽ qui filio, si infra vicesimumquintũ æta
tis annũ decessisset, directo substituit filio post pubertatẽ
decedentẽ,directã militarẽ accõmodasse videri. Cõstat er
go priuilegio militari, non iure cõi vsum videri, qñ cõstat
apud omnes,ꝙ si iure communi vti videatur, tunc ea sub-
stitutio post pubertatẽ vel nullo iure valeret,vel iure tantũ
fideicom.vt per Bar.& alios in l.Centurio ff.de vulg.

56 Vnde infertur,quòd si miles † faciat substitutionem cõ
pendiosam verbis communibus,ea substitutio post tempo
ra pubertatis valebit iure directę militaris,nõ iure fideic.si
mater nõ existit in medio. Nam cum verbum commune
sit aptum comprehẽdere vtrunq; casum tã repudiationis
quàm acquisitionis.vt in l.iam hoc iure.in verbo, cõmuni
ff.de vulg.sequitur,quòd nõ minus locum habebit directa
militaris

militaris post portionẽ acquisitam mortemq; amissam, q̃
vulgaris ante acquisitionẽ.id quod est contra cõem sñiam
57 Bar.in d.l.Centurio,& in † l.precib.C.eod.Id præterea ꝙ
nominatim probatur in d.l.Centurio. firmatur rõne no-
stra,quod defendimus militem priuilegio suo in re dubia
vsum videri potius,q̃ iure cõi. Nec me mouet text.in d.l.
precibus.quæ decepit doct.Nã quod ibi dicitur,veluti ex
causa fideic.nõ eo pertinet,vt per fideic.filius post puber-
tatẽ grauatus videatur,sed eo, vt licèt per directã militarẽ
grauatus videatur,tamẽ veluti ex causa fideic.eius hæres à
substituto conueniatur, propter similitudinem, quæ inter
militarem,& fideicõmissariam reperitur, nam vtraq; de-
mum post portionẽ quæsitã locũ habet. Nec me mouet,
ꝙ à quibusdam objjcitur magnã esse inter eas diuersitatẽ,
cum de militari non detrahatur quarta,quæ detrahitur de
fideic.Nã respo.ꝙ licèt regulariter de fideic.quarta detra-
hatur,tñ non detrahitur, cũ fideicõmissaria fit à milite,vt
fideic.à milite facta nõ solũ similis sit directæ militari, q̃a
vtraq; post portionẽ quæsitã locũ habet, sed etiã simillí-
ma eẽ videat,q̃a & à neutra earũ quarta deducit,& vtraq;
post portionẽ quæsitã locũ habet. Est ergo verissimus,ac
nouissimus legis illius sensus, vt directa militaris fideicõ.
non à pagano, sed à milite facta simillima esse videatur.
58 Neq; ad rẽ pertinet, ꝙ pleriq; aiunt † cõpẽdiosam ver
bis cõibus à milite factã post pubertatẽ fauore matris, nõ
iure directæ militaris,sed fideic.valere. Nã cum ostendi-
mus inter eas substitutiones nihil fere interesse, inciuile
esset, ob nullũ, aut minimũ emolumentũ tã insignem iu-
ris varietatem inducere.cõtra.le.Antonius.ibi satis habuit
Imperator.ff.de fideic.libe.& quod in simili ait tex.in pr.
Insti.de l.Falcid.ibi,pro nullo aut minimo lucro. Proinde
subinfero cõpendiosam à milite verbis cõibus factã post
pubertatẽ iure directæ militaris nõ fideic. valere.ẽt si ma-
ter sit in medio, vt per hoc miles iure suo nõ cõi vsus vi-
deatur,suæq; dispositionis exitus talis sit, qualẽ verba de-
siderãt,iuxta l.j.ff.de mil.test.& in pr.Inst.eod.& in l.non
aliter.ff.de legat.3.Quod similiter est contra cõem sñiam
Bart.& aliorum tam in d.l.precibus,quàm in d.l.Cẽturio.
59 Infero cõpẽdiosam † à milite verbis directis factã post
pubertatem iure directæ militaris,nõ iure fideic.valere,si
mater nõ est in medio,quod probatur, l.& rõne.Nam id
ꝓbat d.l.Cẽturio.ibi,ex priuilegio militis. Probaturq; ex
sñia & rõne nostra,qua defendimus militẽ priuilegio suo,
nõ iure cõi vsum videri.Licèt cõtrariũ velit Bart.in l.pre-
cib.nu.4.& 7.& nu.11.& in l.Cẽturio.n.12. quẽ vtrobiq;
doct.sequũtur.vt si mater non sit in medio, tunc post tẽ-
pora pubertatis obliquetur. Mouetur per d.l.precibus.ibi,
veluti ex causa fideicõ.quæ nil obest.vt dixi suprà.nu.19.
Infero idẽ fore, etiã si mater existat in medio quod in-
ducit rõ nostra, & probat d.l.Cẽturio.si nõ violetur.Nec
me mouet d.l.precibus.ibi, non vsq; ad certã ætatem.per
quã Plumbi.Deci.& Coras.nu.31.ibi dicunt referre,vtrũ
60 cõpendiosa † fiat à milite indefinite, vt tunc post puber-
tatẽ obliquetur,an fiat vsq; ad certã ætatem,vt tunc etiam
post pubertatẽ valeat iure directo, quasi cũ fit vsq; ad cer
tã ætatẽ, miles videatur vti priuilegio suo, licèt cũ fit sim-
pliciter,non priuilegio,sed iure cõi vsus videatur. Nam is
sensus vtpotè modicũ rationis habens, à plerisq; iure no-
tatus est. Vnde verus sensus illius tex.est, ꝙ ideo dicitur in
61 † d.l.precibus.non vsq; ad certã ætatem, vt ostenderet, ꝙ
cum cõpendiosa fit non vsq; ad certam ætatem,sed inde-
finitè,tunc fit tantum distinctio bimembris,vt si pupillus
infrà pubertatẽ decedat, locus sit pupillari substitutioni,
in qua veniunt bona tam patris,ꝙ filij.l.sed si plures.§.ad
substitutos.de vulgari.Quòd si pupillus decedat post pu-
bertatem,tũc indistinctè directæ militari locus sit,in qua
veniunt non bona filij,sed bona tantum patris;integra tñ,
verũ si compendiosa fiat vsq; ad certam ætatẽ, puta vsque
ad annum 25 tunc triplex distinctio faciẽda esset,vt si pu-
pillus in pupillari ętate decederet,tunc locus esset pupilla-
ri.Sin aũt post pubertatẽ infrà 25 annũ decederet, tũc lo-
cus esset directæ militari, in qua veniũt bona tantũ patris,
integra tñ,vt in l.milites etiã.ff.de mil.test.& in l.in testa.
1.C.eod.Sin vero post annũ 25 decederet,tũc nulli substi
tutioni locus esset, arg.text.in l.si ita quis substituerit.ff.de
vulg.Sẽsus ergo.d.l.precib.fuit,non ꝙ referret, vtrũ sub-
stitutio cõpendiosa fiat indefinitè, an vsq; ad certã ætatẽ,
quo ad hoc,vt miles testator videatur vti,vel nõ vti priui-
legio suo,sed vt referret,quãtũ ad casus,qui cõtingere pos
sent,vt cũ fieret vsq; ad certã ętatẽ,tres casus essent inspi-
ciẽdi,cũ aũt fieret simpliciter,tunc duo tm̃ inspicerentur.
Deinde pro nobis facit egregiũ Paul.iurisc.responsum,
qui in l.si duob.ff.de mil.testa.scripsit,in testa.militis por-
62 tione cohęredis repudiãtis † alteri cohæredi nõ accresce-
re. Id quod nulla alia rõne euenire intelligo,nisi ꝙ priuile
gio suo,nõ iure cõi vsus videatur, cũ notissima sit iuris ci
uilis regula,in testa. paganorũ portionẽ repudiatã accresce
re cohæredi,vt in l.vni.C.qñ non peten. in l.1.§.his ita.C.
de cad.toll.in l.1.& 2.in l.si tu ex parte.in le.si solus.& in l.
si duo.ff.de acq.hæred.in le. si ex pluribus.ff.de suis & leg.
in.§.fin.Insti.de Orficiano. Vnde infero veram non esse
opin.Vigl.qui in §.hæreditas.Instit.de hær.insti.scripsit in
63 testa.mili. qui vniuersam inter hæredes † distribuit hære-
ditatẽ,portionem repudiãtis alteri accrescere, quãuis si ex
parte tm̃ vnum instituisset, residuũ hæreditatis ei non ac-
cresceret. Differentiæ aũt rationem hãc induxit, ꝙ primo
casu,cũ miles vniuersam inter cohæredes distribuerit hę-
reditatẽ, nulla ex parte intestatus decedere voluit,& con-
sequenter pars repudiata cohæredi debuit accrescere, ne
alias cõtra eius voluntatẽ fiat, vt ex parte intestatus dece-
dat. Quæ rõ cessat, cũ ab initio ex parte tantũ hæredẽ in-
scripsit, quo casu ex reliqua parte intestatus vr̃ decedere
voluisse.Sed huic cõsiderationi nũcupatim cõtradicit.d.l.
si duob. vbi ab initio miles ex toto testatus decessit, & tñ
repudiãtis portio non accrescit cohæredi.Cuius rei rõ nõ
obscura est,licèt à nemine ante inuenta fuerit.Nã licèt iu-
ris cõis dispositio habeat, ꝙ repudiãtis portio accrescat co
hæredi, tñ miles nõ põt videri eo iure vti,cuius iuris inspe
cta legis censura ignarus fuit,& quod eius voluntas nõ in-
duxit, id lex inducere nõ voluit, ne forte fieret cõtra eius
volũtatẽ.At paganus illum casum cogitare, & intellexisse
præsumitur, eũq; expressim cauere noluisse, vtpotè à lege
cautũ.Hinc est,ꝙ licèt si paganus in posteriore testa.cauit
vt ẽt prius testa.valeret, id assequi non possit iure directo
sed vt in vim tantũ fideic. prius testa.valeat,tñ secus est in
milite secundũ Vig.nu.2.in §.sed & si quis.Inst. quib.mo.
64 test.in fir.arg.l.quærebat.ff.de mil.test.Sed fortè † nouissi-
mè posset tẽtari,ꝙ ẽt si id expressim nõ cauerit miles, ad-
huc idẽ sit,vt per posterius testa. nõ infirmetur prius test.
Nã nec de potestate militis põt dubitari, vt le.q̃rebat,nec
id eius volũtati repugnat. Nã sensus militis secũdũ testa.fa
ciẽtis potuit eẽ,vel ꝙ hæreditatẽ primo adimeret, inq; in
2.testa.scriptũ traduxerit,vel ꝙ eũ, quẽ secundo test.scri-
psit,cõiungere voluerit scripto in 1.testa. Hæcq; secunda
interpretatio lõge benignior est, argu.l.triplici.in fin.ff.de
ver.sig.l.Iulia.ff.de hær.insti. Itẽ secundũ eã miles videtur
vti iure suo,quod in dubio credendũ est,vt dixi nomina-
tim probat.l.si miles.ff.ad leg.Falc.l.Papin.§.Papin.in fi.ff.
de inof.testa.facit.l.50.ff.de prob.l.cũ centũ.ff.de adim.le-
ga.cũ gl. Id quod est præter intentionẽ oĩum vbiq; doct.
Itẽ infertur, ꝙ licèt regulariter sub expressa vulgari à
pagano facta cõtineatur tacita pupillaris. vt in l.iã hoc iu-
re.ff.de vulg.in l.Lucius eod. in l.2.& in l.quãuis.C.eod.in
l.in testa.1.C.de testa. mil. tamen secus est cũ vulgaris fit à
65 milite.vt † nominatim probat text. bene intellectus in le.
precib.§.nã nõ est incerti iuris.C.de impu. firmat in spe-
cie Vig.præter sñiam cõem in pr.Inst.de pupil.sub.nu.16.
qui nullã reddit rõnem differentiæ, ea tñ non obscura est,
nã miles iuris cõis ignar', sub expressa vulgari nõ est visus
tacitã pupillarẽ cõprehẽdisse,cuius vim,atq; naturã igno-
rabat.Quæ rõ cessat in pagano, qui illius iuris notitiã ha-
buisse,eoq; vti voluisse videtur.Miles.n.qui inspecta legis

cẽsura ignarus iuris tã cõis,q̃ sibi specialiter cõpetẽtis,nũ-
quã videtur aliud induxisse, vel voluisse, quàm quod nu-
dus,simplexq́; sermo eius demõstrat.Sed sub expressa vul
gari ꝙ cõprehẽdatur tacita pupillaris, id per extensionem
legis cõtra vim verborũ inductũ est. vt resoluit Curt.in l.
2.col.1.in fi.C.de impu. quæ extensio quãuis in paganorũ
testamẽtis cõtra vim verborũ fiat,vt impuberi cõsulatur,
vt in l.si pupillus,in verbo,vtilitatẽ impuberis.ff.de acqui.
hær.in l.ex tribus.cũ gl.in fi.ff.de inof. testa.tñ in testa.mil.
ea interpretatio extensiua fieri non debet, ne eius volũtas
pericletur, cuius voluntas obseruatio præponderat fauori
pupilli. Infero illũ tex.d.l.precibus, nõ probare illã cõem
66 sñiam,quæ habet tacitã † pupill.sub vulgari contentã non
admitti contra matrẽ,quãdoquidẽ tex. ille in milite tantũ
procedit,vnde per locũ ab speciali contrariũ, probat,tan-
tũ abest, vt cõem tueat̃ sñiam.In specie cõtra eã cõem est
tex.in l.fi.C.de inst.& sub.& in l.2. & in l.quãuis.C.de im
67 pu.in quibus iuribus habetur,ꝙ si † tacita pupillaris com-
prehenderetur sub reciproca imparibus facta, sine dubio
mater excluderetur,& si ibi non excluditur, ideo est,quia
sub reciproca imparibus facta nõ continetur tacita pupil.
quod probatur in l.Lucius.iũcta l. iã hoc iure.versi. quod
ius.ff.de vulga.vt late inducit Cur.in l. precibus.nu.26.Cũ
ergo sub vulgari expressa cõtineatur tacita pupillaris secũ
dũ Bar.& oẽs in l.Cẽturio.col.2.de vulg. per l.fi.C.de inst.
& substi.& plures leges probẽt per tacitã pupil.matrẽ ex-
cludi nõ secus,q̃ p expressam, nec quicquã obsit, d.l.præ-
cib.quæ(vt ostẽdimus)loquitur in milite,superest,vt vera
nõ sit illa sñia,quæ habet, per tacitã pupill.sub vulgari cõ-
prehẽsam matrẽ non excludi. Quam sñiam cõem dicunt
Curt.Iun.in l.precibus,nu.26.C.de impu.Cora.ibi,& etiã
Deci.Vigl.in pr.Inst.de pupil. nu.16.Soci. in l.2.de vulga.
col.9.& ibi Ias.nu.32.post.Alex.& alios.& ibi oẽs antiqui
& noui.& etiã in l.1.de vulg.post Bar.ibi oẽs doct.in l.fin.
C.de instit.& subst.& in l.Cẽturio.post Bar.ibi.ff.de vulg.
Qua de re suo loco latius. Præterea nostrã sñiam tuetur
68 egregiũ † Vlpiani responsum,qui in l. si miles vnum.ff.de
mil.test.scriptũ reliquit, militẽ, qui ex re tãtũ certa aliquẽ
scripsit hęredẽ,quo ad residuũ hęreditatis videri intestatũ
decedere voluisse, vt per hoc non iure cõi, sed priuilegio
militari vsus videatur. Infero,ꝙ licèt cõpendiosa à paga-
no facta secundũ cões opi. cõprehendat sub se tacitã vul-
garẽ,tñ si fit à milite,non cõprehendit. eo ꝙ miles nõ iu-
re cõi vsus videtur, sed id tantũ voluisse, quod nuda,sim-
pliciaq́; eius verba demonstrãt. Deniq; ẽt in pagano hæc
sñia,licèt contraria,nõ modo cõis,sed veluti catholica ha
beatur,recipi põt.Primũ,quia oĩa iura de cõpen.substi.lo-
quentia ponunt pro constanti aditã fuisse hæreditatẽ,vt in
c.1.de testa.lib.6.in l.precib.C. de impu.in c. Rainut.& in
c.Rainaldus.extra de testa.itẽ facit text.in l.codicillis.ff.de
vsufr.leg.& in l.hæredes mei.§.cũ ita ad Treb.Et facit vi-
ua rõ. Nam cũ cõpendiosa fiat sub conditione mortis in-
stituti,impossibile est ꝙ viuo repudiante, instituto statim
admittatur substitutus ex tacita vulgari,ne contra volun-
tatem defuncti,& contra naturam conditionis, de qua in
l.hæres meus.de condit.& demonstrat.admissus videatur.
Qua ratione fortiter defendi potest veram non esse illã
70 cõem sñiam,quæ habet,ꝙ sub † pupillari expressa conti-
netur tacita vulga.Nã præterea ꝙ eorum sententia nulla l.
probatur, id euidenter extat cõtra voluntatem testatoris,
& contra naturã condictionis adiectæ. Nã cum substitu-
tus vocatus fuerit demũ sub cõditione,& si pupillus in pu
pillari ætate decesserit, & ipse substitutus pupillo super-
stes fuerit, absurdũ est eum admitti statim post repudia-
tionẽ pupilli,ne si forte ipse substitutus prior pupillo mo-
riatur,habeat hæreditatem contra voluntatem testatoris,
qui eum nõ aliter admissum voluit, q̃ si superuixisset im-
puberi.Item,ne si pupillus adoleuerit,ipse substitutus cõ-
tra naturam pupillaris,quæ expirat pubertate,admissus re
periatur.Nisi fortè respondeas,testatorem voluisse nõ ali-
ter eum admitti ad impuberis hæreditatẽ, quàm si & im-
puberi superuixisset, & impubes in pupillari ætate deces-
sisset,verum ad testatoris hæreditatem eũ admitti nõ ve-
tasse,etiã si istorũ nihil euenisset.Adhuc tamen magis est,
vt vulgaris tacita sub pupillari expressa non comprehen-
datur. Quid.n.si pupillus adoleuerit? Quid si emãcipatus
fuerit? Quid si viuo patre decesserit? Quid si in adoptio-
nem datus fuerit? Quid deniq; si monachus effectus fue-
rit? In omnibus his casibus,& similibus, leges simpliciter
aiunt substitutionẽ pupillarem infirmari,quę.ll.mirè vio-
larentur, si intelligeremus infirmari quo ad bona tantum
impuberis,nõ etiam testatoris.De quibus casibus vi.Bart.
& alios post gl.ibi.j.l.in pupillari.ff.de vulg.& pup.Nec me
mouet,ꝙ sub expressa vulg. cõprehẽdatur tacita pupilla-
ris.Nã resp.id receptũ esse propter vtilitatẽ impuberis.le.
si pupillus.ver. vtilitatem impuberis.ff.de acq.hæ.l.ex tri-
bus,cum gl.fi.C.de inoffi.testa. Præsumptum est enim te-
statorem magis voluisse, eũ quem sibimet hæredem,suc-
cessoremq́; elegit,filio quoq; suo, si impubes moreretur,
succedere voluisse, quo magis in tuto sit salus impuberis,
cũ eius successionem sperat substitutus, q̃ si eam veniẽtes
ab intestato sperarẽt.Confidit.n.multò magis l.de eo, quẽ
paterf.delegit,q̃ de alijs, argum.l.fi.in princ.C.de cur.fur.l.
pen.ff.eod.facit.l.multi non notæ.ff.de lib.& posth.l.Seius
Saturninus.ff.ad Treb.§.si autem.Instit.de pupil.sub.Itaq;
extẽsio,quam facit,l.de vulgari ad pupillarem, fit propter
vtilitatẽ impuberis,quæ ratio cessat in extensione facien-
da de pupillari expressa ad vulgarem,præsertim cũ succes-
sorem filio impuberi quisq; exoptet bonis moribus præ-
ditum, quo magis in tuto sit salus impuberis,at sibi quisq;
magis exoptat successorem de gentilitate, cognationeque
sua,q̃ de probitate morũ eius sollicitus sit. Nec ad rẽ per-
tinet.l.iã hoc iure.de vulg.ibi, vt qui in alterũ casum substi
tuit,in vtrumq; casum substituisse intelligatur.quæ verba
hunc videntur habere sensum,vt siue fecerit vulgarem,ea
trahatur ad pupillarem,siue fecerit pupillarem,ea trahatur
ad vulgarem.Nam respon.illa verba sic obscura & inuo-
luta recipere interpretationem ab alijs legibus in eadẽ ma
teria loquẽtibus,quales sunt,d.l.vers. quod ius & l.Lucius.
eod.tit.& l.2.l.quanuis.C.de impuberum.l.in testa.1.C.de
mil.testa.in quibus legibus fit interpretatio, vt vulgaris ex-
pressa trahatur ad pupillarem,nulla autem l.explicitè caue
tur,ꝙ econtra pupillaris expressa trahatur ad vulg.quo fit
vt d.l.iam hoc iure. de vulgari ad pupillarem trahenda in-
telligi debeat,non de pupillari ad vulgarem.

Siquis tamen velit cõem defendere, poterit fortè resp.
ꝙ etiam vulgaris, quæ sine dubio continet sub se tacitam
pupillarẽ,potest multis modis deficere, nec tamẽ per hoc
deficeret tacita pupillaris. Quid.n.si filium meum spuriũ
alteri filio impuberi vulgariter substituã? Certè licèt spu-
rius ex vulgari bona mea capere nequeat, tamen ex tacita
pupillari bona habebit impuberis,text. singul.in l.si is qui
ex bonis.de vulga.Ecce ergo quemadmodum vulgaris ab
initio inutiliter facta, comprehendit sub se tacitam pupil-
71 larẽ, ergo multò magis si 1 ab initio valeat,& per hoc taci
tam pupillarem producat, non debet finita vulgari finiri
pupillaris,argu.l. patre furioso.ff.de his qui sunt sui.vel ali.
iur.Quod sine dubio admitterem, nisi moueret me,ꝙ in
d.l.si is qui.non satis aperitur,vtrũ vulgariter,an pupillari-
ter facta fuerit substitutio.Vnde intelligendum est,ꝙ im-
puberi facta fuit substitutio simplex,& informis,quo casu
continetur tam vulga,quã pupil.vt ostendimus ex mente
Alciati in rubr.de vulg.nu.6. Ergo cũ substitutio impube
ri simpliciter fit,tã vulg.q̃ pupillaris æque principaliter cõ
tinentur ea vi comprehensiua, non extensiua, vt in termi
nis.d.l.non posit recte dici,ꝙ altera alteram sub se conti-
neat. Sed quia de hoc latius suo loco, ideo interim tenen-
dum est compendiosam, vulgarem sub se comprehẽdere,
siue à pagano fiat,siue etiam à milite.Nam cum à pagano
fit, ex professo defendimus suo loco communẽ opinio-
nem. Idem ergo si fiat à milite,cum id non contradicat,
vel repugnet verbis testatoris, & longè minus eius men-
ti,&

ti, & sententię aduersetur, vt suo loco latè disseruimus.
Quintò eodẽ pertinere videtur elegãs Vlpiani respon-
sum, qui in l.3.ff.de mil.testa.scripsit militẽ, qui iure cõi te-
stari destinauerat, nec solẽnia adhibuit, iure suo renũtiasse
nõ videri, idq́; testa. iure speciali & priuilegio cõstitutum.
Nec mutat, inquit iurecõsultus, ꝙ viã iuris cõis elegerit,
nam per hoc tam priuilegio renuntiasse, q̃ vtroq; iure vti
voluisse videtur. Quanto ergo magis iure suo vti videbi-
tur ille miles, qui non probatur ad ius cõe sese redigisse,
vt contra tam apertum iurisconsulti responsum conten-
dere ceruico si ac temerarij hominis esse videatur.
73 Vnde infertur, ꝙ pupillaris † à milite inutiliter facta
trahetur ad directam militarẽ non ad fideicommissariam
quemadmodũ à pagano facta. Idq́; nouissimũ est, & prę-
ter sñiam Bar. & oĩum, qui in l.verbis ciuilibus.ff.de vulg.
& in §.fi.Insti. de pupil. & in l.Scæuola.ff.ad Trebel.indi-
stinctè volunt, ꝙ pupillaris inutiliter facta ad fideicõ.tra-
hatur ex quorũ sñia idẽ foret & si à milite facta propone-
retur, quasi miles vti videatur iure cõi. idq́; nos satis refu-
tauimus. Nec quẽquam mouerit, l.in test.C.de mili.testa.
quæ decepit doct. Nã licèt illa verba, vos inuicem substi-
74 tuo. à milite prolata, possint † salua proprietate sermonis
trahi etiã ad directam militarem, quę habet locũ post adi-
tam, l.milites etiã.ff.de mili.testa.d.le.in testa.tamen simi-
liter & illa verba salua proprietate sermonis licèt à paga-
no adijcerentur, possent trahi ad fideic. quæ locum habet
demũ post aditam.l.ille à quo.§. si de testam.ad Trebe.&
tamẽ quemadm. miles, qui illis verbis indefinitis vsus est,
non videtur substituisse per militarẽ post aditam, sed tan-
tum ante aditã, d.le.in testa.ita & paganus similibus verbis
vsus non videtur substituisse per fideicõ. post aditã, sed tã-
tũ ante aditã.l.Lucius.de vul.l.iam hoc iure.eod.l.2.l.quã-
uis.C.de impuber. vt verum sit etiã in specie, & terminis
d.l.in testam. ꝙ miles nõ minus priuilegio suo, q̃ paganus
iure communi vti videatur, nam cum vterq; possit etiam
post aditam hæreditatẽ (licèt diuersimodè, quia miles di-
rectò, paganus tantum per fideic.) substituere, tamẽ nullus
eorũ videtur per illa verba voluisse substitutionẽ per ver-
ba indefinita facta post aditam trahi, sed ad casum tãtum
repudiationis restringi. Proinde si dixit testator, Primum
instituo, secundũ substituo. ea substitutio à milite facta nõ
trahitur, nec porrigitur, vt post aditam hęreditatẽ institu-
tus teneatur restituere, vel per fideic. si à pagano facta fuit
substitutio, vel per directam militarẽ, si fieret à milite. Se-
cundò, quia substitutio informis (qualis est illa, quæ fit per
verba indefinita) licèt in sui generalitate, etiã ex proprie-
tate verborũ comprehendat casum tã aditionis, quã repu-
diationis, tamẽ ex legis interpretatione restringitur, vt tã-
tum ante aditã locum habeat.l. post aditam.C.de impub.
Rõ huius interpretationis faciẽdæ est, quia substitutiones
in dubio factæ videntur in subsidium, ne dispositio prima
fiat caduca.l.vni.in prin.C.de cadu.toll.in prin. Institu.de
vulg, quo fit, vt simul ac aditur hæreditas, iamq́; prima in-
stitutio caduca fieri nõ possit, cesset finis substitutionis, &
per hoc ipsa substitutio, l.adigere.§.quãuis.de iure patro-
na.ff. Cum ergo substitutiones non ad incõmodũ, exclu-
sionẽq; hæredis scripti, sed ad testamenti cõseruationem
factæ intelligantur, superest, vt postquã testamẽtum iam
aditione hæredis confirmatum est, substitutio euanescat,
idq́; descendit à volũtate testatoris pręsumpta, ne per eius
verba generalia eius volũt. ex parte, vel ex toto eludatur,
qua ratione & in testamento militis idem recipiendũ est.
Sextò adducitur, l.3.in fi.prin.ff.ad Trebell.l.in testa.2.
C.de testa.milit.l.in testa.ad leg.Falci.C.in quibus dicitur
75 non solum † posse, sed etiam in re dubia videri militẽ iu-
re suo vsum, prohibere legẽ Falcidiam. Nec ad rem perti-
net, ꝙ leges fauorabiles soleãt locum habere etiam in mi-
litari testam.l. si Rufinus.l. si captatorias, & vtrobiq́; Ias.
C.de testam. milit. Et ipsorum testatorum gratia Falcidia
inducta est, vt in prin.Insti.de leg.Falcid. vnde ea non mi-
nus in testamento militis, quàm pagani locũ habere de-
beret. Nã miles, qui iuris ignarus est, id tñ voluisse credi-
tur, quod nuda eius verba demõstrant, neq; quod ipse nõ
cogitauit, nos introducemus, quandoquidẽ legũ interpre
tationes plerunq; non tam propter morientiũ, quã viuen
tium fauorẽ inductæ videntur. Hinc apparet, quę sit vera
ratio, quare cesset Falci.in testõ militis. Deniq; ꝙ miles iu
re suo, & priuilegio suo semper vti videatur, itẽ ꝙ vel ho-
die Falcidia contra voluntatẽ defuncti deduci videatur, c.
Rainaldus, in fi.de testam.nil tñ contra militis voluntatem
induci debet, vt dixi. Nec ad rem pertinet, ꝙ in pr.Instit.
de leg. Falci. dicatur legẽ Falcidiam seruari ipsorũ testato-
rũ interesse, vtileq́; esse. Quorum verborũ sensus est, ꝙ li
cet introducatur contra eius voluntatẽ, tamen adhuc vtile
eis reputatur, quasi Falcidiæ obseruatio vtilior sit defun-
ctis, quã eorum voluntatis nudæ obseruatio. At in testõ
militis minime recedimus ab eorũ voluntate, siue eis vti
lis, sit, siue inutilis, vt sit pro ratione, & vtilitate voluntas.
76 Subinfero parũ † apta esse, quæ circa hanc rem tradunt
Christophorus, Bal.Fa.Platea, & Ias.col.2.in addi.ad Chri
stoph.in pr.Inst.de leg.Falc.vbi Ang.col.2.Ias.in l.j.§.de-
niq;, col.2.& in l.in testõ, 2.col.1.C.de testa.milit. Ripa in
d.§.deniq;, & in l.in quartam, col.1.& 2.ad Treb.vbi Be-
rengarius fol.4.ad finem.Coras.in prælud.l.filiũ, quem ha
bentem, nu.19.C.fam.her. Qui dũ rationem quare cesset
Falci.in testõ militis inuenire student, mira fabulantur. Ve
ra ergo ratio est, ꝙ admissa Falcidia, negari non põt, quin
periclitetur voluntas testatoris d.l.Titia.d.c.Rainaldus in
fi.Falcidia aũt exclusa, periclitatur testamentũ, in pr.Insti.
de leg.Falci. Satius aũt est, testamentum militis, quàm eius
voluntatem periclitari, argu.d.§.præterea inst.de acti. Fa-
cit pro me.l.si miles, ff.ad leg.Falci.l.ex militari, ff.de mili.
testam.l.Papinianus, §.Papinia.in fi.ff.de inoffi. Nam in d.
l.si miles, probaт, ꝙ miles in re dubia videtur vti iure spe-
ciali militum, vt sic hæres quartã Trebellianicam non de-
ducat de hæreditate militis, quã iussus fuit restituere, & in
d.§.Papinianus, similiter probatur, ꝙ miles in re dubia vi-
detur vti priuilegio militum, & velle, vt suum testamentũ
non subiaceat querelæ, non solum quando decessit in mi
litia, sed etiam si postea, infra annum tamen missionis.
Pro nobis etiam l.quęrebatur, §.vtrum autem, ff.de mi
lit.testam.vbi miles, qui expressim iussit, rogauitq́; hęredẽ
in secundo testamento scriptũ, vt primum testamentũ iu
re fideicommissi seruaretur, videtur velle, vt conseruẽtur
non solum legata in primo testamento facta (quod & pa-
ganus cauere posset) sed etiam vt cõseruentur hæredũ in-
stitutiones in illo primo testamẽto, quod testator miles iu
re codicillorum valere voluit, idq́; paganus facere nõ pos
set nam hæredum institutiones, quæ fiũt a paganis in co-
dicillis, non valent, vt in l.2.C.de codicil.l.1.ff.de iure codi
cil.§.codicillis, inst.eodem.
In summa facit, quia vnusquisq; videtur velle, vt eius
dispositio valeat eo pleniori modo, quo valere potest, ar-
gum.l.quoties in stipulationibus.ff. de verbo.obliga.§.sed
quoties.institu. de iure natu.
77 Deniq; hac in re & illud facere videtur, quòd † substitu
tio informis (qualis est illa, Primũ instituo, secundũ substi
tuo) licèt in sui generalitate sit apta cõprehẽdere vtrunq;
casum, tã aditæ, quã etiã repudiatæ hæreditatis, tamen ex
præsumpta voluntate defuncti, ne per verborũ generali-
tatẽ eius voluntas eludatur, restringitur ad casum repudia-
tæ tantũ hęreditatis, vel alterius exclusionis, non etiam ad
casum aditæ hæreditatis. Qua ratione idem in testamento
militis admittendũ, ne careat pia interpretatione, quã lex
testatorum fauore facit, ideo dictum est, quòd leges fauo-
rabiles habent locum etiam in testamento militis.l.Rufi-
nus.l.captatorias.C.de testa. mil.vbi Ias.post alios. Ergo si
miles dixit. Quandocunq; decesserit institutus, substituo.
sicq́; fecit compendiosam, tunc si hæres (qui pubes erat)
post aditã decessit, substitutus iure militari totam militis
hæreditatem habebit, licèt in testamento pagani substitu-
tus admitteretur cũ detractione Trebel. ex fideic. substit.

Ratio differentiæ,quia primum gradū in voluntate defun
cti habuit inſtitutus.ſecundū gradum ſubſtitutus,tertium
gradum hæredes hæredis inſtituti.Quo fit,vt poſt mortē
inſtituti, ſubſtitutus ad vniuerſum admittatᷓ, quo ante in-
ſtitutum moriēte, hæredes inſtituti ad vniuerſum admit-
terentur,l.ille à quo §. ſi de teſtamē.ff.ad Trebell.quia iſti
tertium gradum habebant in voluntate defuncti. At in te
ſtamento pagani, cum ſubſtitutus admittitur, detrahitur
ſibi quarta,contra præſumptam defuncti volūtatem, etiā
hodie,vt dixi per c.Rainut.extra.de teſta.Ergo eo caſu in
teſtamento militis deducetur quarta, nec ex diſpoſitione
legis, quia non induxit, vt in teſtamēto militis deducere-
tur,nec ex tacita ipſius militis permiſsione,quia impoſsi-
bile eſt,vel ſaltem non veriſimile vt miles videatur quartę
deductionem permiſiſſe, quæ contra præſumptam om-
niū teſtatorum voluntatem deduci intelligitur. Ergo mi-
les in re dubia videtur vti eo iure, quod ſibi vtilius eſt, &
magis eius voluntati contiguum, ſiue illud ſit commune
ius,ſiue militare. Ergo,ſi dixit miles,Hæredes meos inui-
uicem ſubſtituo (ſicq́; fecit reciprocam) altero moriente
poſt aditā, cohæres ex reciproca non admittetur ad legi-
timorum præmorientis excluſionē, quia quilibet teſtator
eo caſu præſumeretur talem ſubſtitutionem feciſſe(vt lex
ſcire interpretatur)ad hunc finem, vt excluſo inſtituto,ſit
ſubſtitutus,in quo conſeruetur teſtamentum, non ad hūc
finē, vt poſtquàm inſtitutus acquiſiuit,& deceſsit ſubſti-
tutus,hæredibus inſtituti excluſis admittatur.Ergo ſit re-
gula,ꝙ vt paganus videtur in re dubia vti iure ſuo,& om-
ne ius ſuum in iudicium,inq́; firmitatem ſuarū diſpoſitio-
nū induxiſſe,ita etiam & miles videtur iure ſuo vſus, inq́;
cōfirmationē, firmitatēq́; ſuarū diſpoſitionū oē ius ſuum
deduxiſſe.Fallit,qñ id eſſet in eius detrimentum, vt in d.l.
in teſta.C.de teſta.mili.idq́; ex regula,quæ habet,ꝙ nullus
videtur elegiſſe id ius, quod ſibi nociturnum eſſet, quod
milite nuncupatim inducit,l.3.ff.de milit. teſtamento.

Deniq; in ſubſtitutione informi, qualis eſt illa (Primū
inſtituo,ſecūdum.) eadem interpretatio fit in milite,quæ
in pagano,vt poſt aditam, locum non habeat ſubſtitutio,
argu.l.poſt aditam,quia ea interpretatio fauorabilis eſt te-
ſtanti,eo ꝙ eius voluntatis pediſequa, contigua,& conſer
uatiua eſt.Sed in impubere,& etiam in demente teſtatoris
filio comprehenditur vterq; caſus,tam hæreditatis nō ac-
quiſitæ, quàm etiam acquiſitæ, ſi tamen is filius in ætate
pupillari,vel furore deceſſerit, eo ꝙ id vtile ſit ipſi impu-
beri,vel furioſo,l.ſi pupillus,in verbo,vtilitatē impuberis.
ff.de acqui.hær.l.humanitatis.C.de impube.& conſequē-
ter & ipſi teſtatori eorum patri vtile,eiuſq; voluntati cō-
tiguum ſit.ergo & in milite locum habebit.In ſubſtitutio-
ne autē pupillari,ꝙ ſub ſe tacitam vulg.comprohēdat, cū
& hæc interpretatio quaſi volūtas teſtatoris ſit pediſequa,
& obſeruatrix,l.iā hoc iure.ff.de vulg. ſequitur, ꝙ habeat
locum etiam in milite.Idem eadē ratione in ſubſtitutione
vulgari,quæ ſub ſe tacitam pupilla. continere intelligitur:
nam & in milite locū habebit. In ſubſtitutione reciproca
(qualis eſt illa, Vos inuicem ſubſtituo) nam aut fit pube-
ribus, & continet vulgares, aut impuberibus,vel furioſis
teſtatoris filijs, & continet vulgares pupillares exempla-
res, niſi ſint diſparis cōditionis, quo caſu vulgares tantum
continebit,quæ omnia & in milite locum habebunt, quia
hæ omnes interpretationes à lege effluētes in præſumpta
teſtantis voluntate fundantur. At in compendioſa,quòd
ante aditam hereditatem ſit vulg.id & in milite procedit,
quia hæc interpretatio fit à lege ex præſumpta teſtatoris
voluntate. Quod aūt poſt aditam in vim valeat fideic. &
per hoc detrahatur quarta,id non fundatur in volūtate te-
ſtantis,ſed in defectu potentiæ ipſius,qui Falcid.vetare nō
poteſt,ideo id in milite locum nō habet, quia in teſtando
omnia poteſt. Nec me mouet, ꝙ hodie & paganus poteſt
Falcid.prohibere, nam ſuprà reſponſum eſt.

In fideic.autē, quæ tantum poſt aditā locū habet, & ex
quarta parte minuitur,quod in pagano receptum eſt,id in
milite etiam in re dubia locum nō habet, quia ea diſpoſi-
tio quo ad paganum,nō in tacita eius voluntate,ſed in de-
fectu poteſtatis fundatur, quia defectus in milite non eſt.
Ergo miles in ijs,quæ pagano non licent, militi autē licēt,
ſemper videtur vti iure militari, non cōi. In ijs autē,quæ
etiā pagano licerent, iure cōi vſus videtur, ſicq́; in quibus
caſibus lex in pagano præſumit defeciſſe voluntatē, in ijſ-
dem & in milite præſumitur volūtatē defeciſſe. Vnde in-
fero, ꝙ in omnibus caſibus, in quibus receditur à regulis
iuris ex præſumpta mēte teſtatoris,omnes illi & in milite
procedent,& in omnibus illis videbitur vti iure cōmuni.

Redeundo ad ſolēnia teſtamentorū, ex his,quæ per to
tū hunc.§.dicta ſunt, inter reliquos caſus, in quibus dixi-
78 mus teſtamentū eſſe † informe,habetis octo caſibus prin
cipaliores,ſcilicet, Teſtamentum factum tēpore belli. Et
teſtm̄ factum tempore peſtis. Et teſtamētum factū tem-
pore neceſsitatis. Et teſtm̄ factum, vbi eſt teſtium penu-
ria.Et teſtamentum factum in loco hoſtili.Et teſtamentū
factum apud acta iudicis.Et teſtm̄ factū in carcere tyran-
ni.Et teſtamentum factum à peregrino.In quibus omni-
bus caſibus diximus formam teſtandi remitti quo ad nu-
merum,& rogitū teſtiū. Sed & quo ad ſexum teſtium, ſi-
militer intelligendum eſt, formam remiſſam eſſe, vt licet
regulariter fœmina in teſtamentis teſtis eſſe vetetur,vt in
§.ſed cum paulatim.Inſtitu.de teſtam.l.qui teſtam.§.mu-
lier.eod.tit.ff.& l.hac conſultiſsima.C.eod.& l.hac cōſul-
tiſsima.C.qui teſtam.face.poſſ.l.1.& 2.tit.1.parti.6.tamen
in his octo teſtamētorum ſpeciebus fœmina admittatur
in teſtē non ſecus, q̃ maſculus. Quinimò licèt regulariter
79 compulſio † teſtis teſtamento adhibiti vitiet ipſo iure te-
ſtamentum.l. qui teſta.§. veteres.in fi.ff.de teſtam.tamen
non ſic erit in his octo teſtamentorū ſpeciebus.Et ſimili-
ter licèt regulariter teſtiū ſubſcriptiones in teſtamēto exi-
gantur.d.§.ſed cū paulatim. cum ſimilibus ſuprà allegatis,
tamen non ſic in octo teſtamētorum ſpeciebus. Quòd &
80 in teſtium ſignaculis † admittēdum eſt, vt in his octo ca-
ſibus neceſſaria non ſint, non magis, q̃ ſolennis teſtiū nu-
merus, aut rogitus, quorum interuentum in his octo ca-
ſibus non fore neceſſarium,ſuprà docemur:vt ſic limitē-
tur vtiliter,& noue,d.le.hac conſultiſsima.& d.§.ſed cum
paulatim.& d.l.1.& 2.parti.6.cum ſimilibus.Id quod ſimi
81 liter admittendum eſt in ea † ſolennitate, quæ regulariter
in reliquis teſtamentis deſideratur, nempe,vt vnico con-
textu fiat.iuxta l.cūm antiquitas. C.de teſta.& l.qui teſta.
§.fi.ff.eod.& l.furioſum.C.qui teſta.fac.poſſ.nam in his.8.
teſtamentorum ſpeciebus hæc ſolennitas ceſſat,nec enim
vitiabuntur,licèt non vno,eodemq́; cōtextu fiat.Horum
omniū ratio ea eſt, ꝙ pro forma in huiuſmodi teſtamen-
tis nihil deſideratur, ſed tantum requiritur probatio legi-
tima,qualis eſt illa,quæ ſufficit in actibus inter viuos,vt ſu
prà iam ſępe edocti fuimus, in actibus autem inter viuos,
iſtorum nihil deſideratur.Quę omnia in dictis octo caſi-
bus non iniuria admitti poſſent,præterquā in vltimo caſu
de teſtamento peregrini,in quo licèt ſecundum cōes opi-
niones ſuprà relatas admittendum etiam ſit, tamen nobis
non ſat probatur. Quinimò etiam in teſtamento facto in
carcere tyranni,vel tēpore neceſsitatis, iſthæc dubia ſunt,
ſiquidē ea neceſsitas ſit in eo tantum teſtatore,non etiā in
reliquis teſtatoribus, ſicq́; ratio legis ſolennia exigentis in
particulari tantum,nō etiā in cōi ceſſare videtur.ergo,&c.
vt in ſimili per Tiraq.de cau.ceſſante.par.2.limi.31.& 32.
Areti.in l.2.col.5.ff.de vulga.per l.1.ff.de minorib.cogita.

82 Deniq; licèt regulariter requiratᷓ, ꝙ † teſtes ſint in cō-
ſpectu teſtātis,iſta eſt vera,& cōis opi.vt reſoluūt Dec.cō
ſil.354.In caſu propoſito, nu.1.Bal.in l.ſi nō ſpeciali.C.de
teſta.Iaſ.in d.l.ſi nō ſpeciali.in pr.& 3.not.& Pariſ.cōſ.33.
col.1.lib.2.Corn. cōſi.18. In nomine Domini.lib.2.nu.4.
Fulg.in d.l.ſi nō ſpeciali.Bar.Sali.Paul.& Bened.de Plum-
bi.in eadē.l.ſi nō ſpeciali.Imol.& Abb. in c.2.de conſuet.
& eſt communis opinio ſecundum Corne.vbi ſuprà.nu-
mer.6. Alexand.& Cinus in dict.l.ſi non ſpeciali.nume.6.
Adeo,

Adeo, vt si inter testatorē, & testes esset pater intermedius, testm̄ non valeret, ēt si testes percepissent quæ in eo testō ordinabantur, prout ista est cōis opinio secundum Alex.vbi suprà, nu.6.& secundū Paris.vbi suprà.& secundū Ias.nu.7.in d.l.si nō speciali.Cinus in le.testiū.4.q.C.de testib.& Alberi.in d.l.si non speciali. reprobata gl.quæ cōtrarium tenet in l.2.§.idē Labeo.1.in verbo, audierint.ff. de aqua pluuia.arcend. & probatur hæc cōis opinio in d.l. si non speciali. ibi, in conspectu testatoris,& in le.si vnus. C.de testa.in verbo,corā testatore. Et hæc cōis opinio limitatur, id est, vt non procedat in actibus inter viuos.ita tenet gl.in d.§.idem Labeo. quam cōiter approbatam dicunt Ias.nu.9.in d.l.si non speciali.& ibi Alex.num.6.Tenent Bart.Paul.& Imol.in d.§.idem Labeo.tenent cōiter canonistæ in ca. ex literis.de consuetu.& in c.præterea de testib.Abb.in c.cum causam.eod.tit.Bal. in l.conuenticulā.col.2.C.de epis.& cler.Inno.& Ioa. Andr. in d.c.præterea.& illa gl.est singularis secundū Alex.vbi suprà.Tamē non sic erit in his octo testamentorum speciebus, de quibus proxime mentionē habuimus. In quibus probabilius est,non desiderari, quod testes videant ipsum testatorem, si modo ea,quæ ab ipso agebantur,plene intellexerint.Nā cum, vt iam ostendimus, in illis octo casibus pro forma desideretur nihil, sed tantum pro probatione legitima id exigatur, quod exigitur ad legitimam probationem inducendam in actibus inter viuos, nec dubiū sit,quin in actibus inter viuos opus non sit,quòd testes videant ipsos cōtrahentes, superest, vt similiter idem sit recipiendum in his octo testamentorum speciebus.

83 Vnde quanuis regulariter requiratur, ꝙ testes † intelligerent oīa in testō contenta,ita vt quælibet particula testamēti testiū cuilibet innotuisse appareat. vt est vera, & cōis opi.vti resoluit Corne.consi.304.Circa hanc consultationē,nu.20.lib.1.quod maxime verū est,quantū ad hæredū institu. & sic postquā testm̄ conscriptū fuerit, expedit, ꝙ relegatur corā testibus,secundum eund.ita tenent Bald.& Paul.in l.cū antiquitas.C.de testam. per tex.ibi.& Guiliel. Bened.in c.Rainut.de testa.par.1.in verb.in extremis positus.nu.40.& Corn.consi.226.Licèt in hac. lib.3.num.5. idem Corn.cōsi.77.nu.3.& nu.11.lib.4.quod consiliū incipit, Viso dicto themate.Barto.in l.fideic.§.quoties.ff.de lega.3.per text.ibi.idem Corne.consi.307.Videtur prima facie, nume.1.lib.3. Tamen in illis octo casibus suprà memoratis magis est,vt hæc solennitas cesset, dummodo nō desit saltem ea probatio, quæ in actibus inter viuos regulariter exigitur.argum.eorum, quæ suprà ostendimus.

84 Proinde licèt regulariter requiratur, ꝙ testis † testamēto adhibitus,non sit cæcus,nam si cæcus esset,ipsum testatorē videre non posset, quod regulariter necesse est,vt testm̄ valeat.Ista est vera,& cōis opinio,quā resoluit Corne. consi.18.nu.5.lib.2.Cinus,Alberi.Butriga.Bart.Bal.Salic. Fulg.Pau.Corne.Alex.Ias. in l.si non speciali.C.de testam. per text.ibi.in verbo,conspectu testatoris,& in le.si vnus. eod.tit.in verb.corā testatore & resoluit Dec.consil.354. In casu proposito.col.1. tn̄ aliud erit in specie nostra.Nam vt in actibus inter viuos cęcus testis esse nullo iure prohibetur,cū alijs sensibus corporeis nō careat præter sensum videndi, ita quoq; & in his octo testamentorū speciebus testis esse poterit, cū in his quasi ad formā desideretur nihil,sed tantū ad probationē legitimam.Legitimaq; probatio in dictis octo casibus ea intelligatur, quæ in actib. inter viuos interuenire & solet, & oportet,vt iā disseruimꝰ.

85 In summa licèt regulariter requirat̄, ꝙ testes † fuerint præsentes toti testamento, aliter.n.testm̄ non valeret tex. est.in l.cum antiquitas.C.de testam.& in l. casus.eod. titu. & ista.est vera, & cōis opi.vt resoluunt Parisi.lib.2. consil. 33.Et si prima facie.nu.28.cum seq.Corn.cōsil.238.lib.4. incipit, Reperio.nu.3.cū plurib.seq.Alex. Corn.& Ias.nu. 8.& nu.12.& in d.l.cū antiquitas, post Cin.Bal.& Paul.& Sali.& alios ibi.tradunt cōiter doctor.in l.furiosum.C.qui testa.fac.poss. vnde vna pars testamenti nō potest probari per septem testes dicētes, se illud scire, & non plus,& alia pars per alios septem testes,quia testamentarij testes nihil probant, nisi ex integro probēt totius testamenti tenorē. Quod intelligendū est, nisi per obliuionem ceciderit à testiū memoria aliquid eorū, quæ testō interfuerunt cū integro testō ipsi testes deposuerint sese interfuisse, ista est vera,& cōis opinio,vt resoluunt Bal.Paul.Alex.& Ias.nu. 9.in d.l.cū antiquitas,& pleriq; eorū,quos suprà retulimus Cinus,& Bal.in l.si præsid.C.de do.ante nup. Roma.cōsi. 80.Visis Alex.consi.177.Viso themate, lib.2.quā doctrinā vehemēter exclamat Ias. vbi suprà post Alex. & alios, licèt in actibus tamē inter viuos probatio mēbratim admittatur,arg.tex.in l.Gallus.§.ille casus.ibi, duobus quasi capitibus,l.commixtis.ff. de libe.& posth.vbi tradunt nouissi. Vnde infertur, ꝙ si duo testes deponant, quod talis masculus est in tali gradu,& alij testes deponunt, ꝙ fœmina est in tali gradu, tales testes plene probant cōsanguinitatem,& gradus,vt in c.licet ex quadā de testib.docet Ias. in d.l.nu.11.cum antiquitas. Et similiter infertur,quod si duo testes deponunt, ꝙ viderunt me possidere fundum Sempronianum quinq; annis, & alij duo testes deponūt, ꝙ viderunt me possidere eūdem fundum alijs quinq; annis immediate sequentibus, tunc præscriptio plene probata intelligitur.ita tenet Ias.in d.l. cū antiquitas. num.11. Bal.in testiū.C.de testib.col.5.versic.circa primas.faciunt quæ tradit ipse Bal.in l.1.8.q.C.de testa.Tamen isthæc regulariter procedunt in reliquis testamentis,non sic in illis octo testamentorū speciebus suprà enumeratis,in quibus magis est, vt probatio mēbratim fieri possit non secus, q̄ in actibus inter viuos,arg. eorum quæ suprà disseruimus.

86 Vnde licèt regulariter requiratur, ꝙ nō scribatur † testm̄ per notas,seu literas insolitas, ita vt vix percipi possit sensus scripturæ, ita est vera & communis opinio, vt resoluit Alex.consi.153. Videtur prima consideratione.nu. 6.lib.2.Bart. & communiter doct.in auth.quòd sine.C.de testa.per tex.ibi.& per tex.in l. sed cum patrono.§.fi.ff.de bon.poss.tex.in l.vnica.ff.si tabulę testamenti stabunt.ibi, quia ex coniectura non proprie scriptus videtur. Bar.in d. l.sed cum patrono.§.fi.& in l.2.C. de vetere iur.enucleādo,& in fi.C.de emendatio. Iustin.codi.Spec.in tit.de instr.edi.§.instrumentum.versic.item opponitur,ꝙ instrumentū est factum per notas.Anto. in ca.1.in 7.col.de fide instru.Ang.in l.Lucius.in prin.ff.de milit.testa.Bart.& alij in l.quoties.§.1.ff.de hæred.insti.per text.ibi.in versic.sed & si quis.Guiliel.Bened.in c.Rainut. de testa.1.par.in fin. nume.61. Dinus in d.l.Lucius.Facit quod notat Bart.in l. quicquid astringendæ col.1.ff.de verb.oblig.Specu.in tit. de instrum.editio.§.ostenso. versicu.quid si abbreuiatura. Tamen isthæc procedunt regulariter,non sic in illis.8.testamentorum speciebus suprà relatis, in quibus etiam per notas insolitas (dūmodo percipi sensus earum possit) testamētum scribi licebit, non secus, quàm reliqui actus inter viuos,vt ex superioribus colligitur.

87 Deniq; licèt requiratur,ꝙ tabellio,qui conficit † testamentum,fuerit rogatus,nam si rogatus non fuerit, tūc testam.quod testa. expressim voluit per tabellionem cōfici, vitiatur,nō secus, quā si testes rogati non fuissent. Ista est vera & cōis opin.vt resoluit Alex.consi.153.Videtur prima cōsideratione,col.2.per text.in auth.de tabel.§.nos autē.& ibi notatur notant gl. & doct. in c.cum p.tabellio.de fide instru. & cōis opinio est, ꝙ tabellio non præsumitur rogatus,nisi probetur, vel nisi ipse tabellio in ipsomet instrumento attestetur se rogatum fuisse.secundum Inno.& alios in c.1.de fide instru.Spec. & Ioa.Andr.in tit.de instr. editio.§.breuiter.Bar.& alij in l.sciendum.ff.de verb.obl. & hanc dicit cōmunē opinionē. Alex.consi.153.Videtur prima consider.lib.2.nu.9.Alex.in d.l.sciēdum,nume.42. & ibi Imol.Ang.in l.quæcunq;.§.fina.ff. de publi.& in d. l.sciendū.idem Angel. consi.206.Reperitur quædam imbreuiatura.Anto.& Abb.in c.1. de fide instrum.Bald.in l. 1.de fide instru.& iure hastæ fiscalis. Tamen isthæc regulariter

lariter procedunt, non sic in octo casibus suprà memoratis, in quibus (vt noue interpretamur) id necesse non est, nõ magis, quàm in actibus inter viuos, vt ex superioribus deducitur, quod nota, quia nouum & vtile.

§. XXV.

1 *Codicillis hæreditas dari non poterat.*
2 *Codicillis quare hæreditas non detur, rationes duodecim.*
3 *Ius quæsitum vt nobis auferri nequeat.*
4 *Testamento facto, ius nobis quæritur plene per mortem testantis, plenius per additionem.*
5 *Gabella semel quæsita, non desinit deberi per dissolutionem contractus factam sine consensu gabellarij.*
6 *Dilatio reo concessa, prodest actori, nec excluditur renuntiatione rei.*
7 *Codicillis, an liberis directo detur hęreditas. L.2.titu.12.parti.6.ampl.*
8 *Codicillis an patri per filium directo detur hæreditas. L.2.titu.21.part.6.ampl.*
9 *Codicillis, an piæ causę detur hæreditas directo. L.2.titu.12.par.6.ampl.*
10 *Codicillis hæreditas non datur etiam iure directæ substitutionis.*
11 *Codicillis adimi non potest conditio posita in institutione hæredis.*
12 *Codicillis institui quis non potest etiam in eo, quod sibi titulo singulari relictum fuerat in testamento.*
13 *Codicillis non potest poni conditio ad institutionem testamento factam.*
14 *Codicillis institutio etiam in certa re fieri non potest.*
15 *Codicillis potest miles directo hęreditatem relinquere. Declaratio, l.2.titu.2.lib.5.ordin.*
16 *Codicillis potest fieri declaratio personę, quę obscure fuerat testamento instituta.*
17 *Codicillis an reuocari possit pupillaris substitutio facta in testamento.*
18 *Codicillis confirmari potest hęreditas testamento data.*
19 *Hæreditas codicillis data, ac in vim fidei. sustineatur.*
20 *Declaratio l.3.titu.1.parti 6.& l.fina.tit.12.part.6.*
21 *Testamentum non desiderat scripturam.cum communi.*
22 *Scriptura necessaria non est pro forma actus inter viuos, licèt conuenerit scripturam fieri. cum communi.*
23 *Codicillari qui vult in scriptis, nõ pro forma id votuisse videtur, cum Azone, contra communem.*
24 *Intellect.l.fina.titu.12.part.6.*
25 *Intellect l.3.Tauri, & l.1.titu.2.lib.5.ordin.*

REDEVNDO ad casus † singulares, in quibus cessat testãdi solẽnitas, limi.30.vt testa. minus solẽne saltẽ ex parte valeat. argum.l. codicillis.§.fi.ff.de leg.2. vbi etiã & ex superioribus planè infertur, an testator licèt formã testamentorũ regulariter transgredi & prætermittere nequeat, tñ si de facto eam prætermisit, noceat, vt ea dispositio nulla ex parte valeat, an vero tale testamẽtum in vim saltem codicillorũ sustineatur, si interfuit solennitas sufficiens ad codicillos? Mouet quęstionẽ, ꝙ volũtas testatoris nulla ex parte immutari potest, quin ex toto testamentum vitietur, vt probat text.in l.si quis cũ testamẽtum nullum.ff.de test. Vnde testm̃, quod propter formæ trangressionẽ iure testamenti valere non potest, si iure codicillorũ valere diceremus, maximè fieret mutatio voluntatis, cũ codicillis in vim tãtum fideicommissi hęreditas deberi possit, & consequenter quarta Trebellianica inde deduceretur, sicq; ex quarta parte voluntas testãtis immutaretur, & fraudaretur, quia hæres quẽ vniuersa bona iure directo testator habere voluit, ea haberet diminuta, ex parte quarta: Adhuc tamen lex ait posse testatorem efficere rem huiusmodi, l.codicillis.§.fi.ff.de lega.2.vbi testatur, qui ex professo, & cõsultò solennia adhibere noluit dicẽs se miserã, & exactã testamentorũ obseruationẽ seruare nolle, non ex toto inutiliter testatus est, quia eius testamentum valet saltẽ in vim fideicommissi codicillis dati. Simile fit, quando testator iurauit, vel iurare fecit hęredem, vt in l.cum pater.§.filius matrem.ff.de lega.2.secundum communem intelle.quem signauimus suprà: Testator tamen efficere non potuit, quòd huiusmodi testamentis hæreditas directo daretur, sed ꝙ valerent quasi in vim codicillorum, quibus hæreditas directo dari non potest, neq; adimi, vt est celebris regula, quã probat text. ordinarius in l.secunda.C.de codicillis.

1 Et dico, ꝙ cum illa.l. concordant multa † iura, quorum aliqua loquuntur in hæreditate, aliqua in legatis, & fideicommissis. Primo concordat text. in l.hæreditas.C.de his quib.vt indig.in prin.tex.in l. quidam cum testamento.§. sed cum veteres.C.de neces.ser.hæred.inst.tex.in §.codicillis.Insti.de codici.notatur Insti.de vulg.substi.in princ. tex.in l.2.in fi.cũ prin.sequentis.ff.de iur. codic.& in l.cõficiuntur.§.1.eod.tit.tex. in l.Scæuola.ff.ad Trebellia.tex. in l.si idem.in fine.C.de codic.& in l.quod autẽ, in prin.ff. si quis omi.caus.testa.& in l.3.C. ad Treb.& in l.sine scriptura.eo.tit. Ista proprie loquuntur in institutione, & substitutione. adde idem tex.in l.quidã in suo.§.fin.ff.de condi.insti.& in l.institutio talis, eod.titu. In legatis autẽ & fideicommissis concordat lex ex testam.& l. eam quam.C. de fideic.& C.quan.di.le.ce.l.fi.& tex.in l.1.§.fi.ff.de lega.3.& l.si Titio & Mæuio.§.fi.de lega.3.& l.ab exhæredati, in princ.de lega.1. & in l.Titia.vbi casus similis.ff.de inof. testam. Casus notabilis & singularis in l. si fundum per fideicommis.§.fin. cum l.seq.ff.de lega.1. Et quibus omnibus habeo, ꝙ hæreditas in codicillis non potest dari, vel adimi directo, sed per fideicommis.sic.

2 Videbatur mihi cõtrarium, quia † codicilli, & quælibet vltima voluntas dicitur testm̃. Hinc dicit Bald. in l.1.ff.de testa.saluari notariũ à falsitate, qui dicit, talis condidit testamentum, in quo legauit Titio centum, & aliter non instituit hæredẽ. nã intelligitur testm̃ pro qualibet vltima voluntate, refert Ias.in l.quæ nuper.C.de inoffi.testa.glo.in l.2.C.communia de legatis, & in l.2.C.de constitu.pecunia gl.quam ibi notat Ange. Instit. de testamentis, in princ.& gl.quam legistæ non allegant in c.quanquam.de vsu.libr.6.gl.fin. Et ego nouissime pondero text. in c.cum esses.in prin.extra de testam. quemadmodum ergo in testamento potest directo dari hæreditas, ita videbatur in codicillis. Contrarium tamen est verum, vt ibid.cum superius allegatis. Quæ est ergo ratio diuersitatis? Dico, quod prima responsio est secundum Bald. in d.l. secunda propter breuem solennitatem codicillorũ, vt notatur in l.verbis ciuilibus, ff.de vulg.substi. Secunda, quã sequitur Barto.& alij in d.l.si idem. Tertiam rationem ponit Iurisconsultus, le. quod per manus. ff. eod.ibi. vide. Ego addo quartã rationem, quia codicilli dicuntur quid accessorium ad testamẽtũ, vt probatur in d.l.quod per manus, & notatur in rubr. C.eod.& in rub.Inst.eod.& in rubr.ff.eod. Quia tales sunt codicilli ad testamentum, qualis est scapha ad nauem. vt notatur in d.rubr.Insti.eod.quæ autem sit scapha, est text. in l.scapha.ff.de euictio. Si ergo dicũtur quid accessorium esset contra ius, ꝙ testamentum confirmaretur à codicillis, & sic principale ab accessorio. contra.l. nuda.cum simi. C.de contrah.stip.optime facit, l.ex pupillari.ff.de vulgari & pupilla. substi.C. de contrahen.& commi.stipu.le. nuda, quia iniquum est vt dominus vestiatur à seruo, vt aliqui dicunt doct.quinimò quod est fortius & singulare, accessorium quantumcunq; geminatum non potest vestire principale, vt probat tex.singu. in l.si pacto quo pœnam.C. de pact. & ibi modern. quod est contra communem sententiam. vt ibi notatur. quanto ergo minus si accessorium est simplex, vt in casu nostro? Quinta etiã ratio

tio poteſt addi perſuaſiua,ſcilicet ne rerum turbetur officia.contra l. conſulta diualia. cum ſimili.C. de teſta.Cum ergo illa poteſtas ſit data vel attributa teſtamentis tantũ, ergo,&c.Sexta rõ poteſt eſſe, quia non debet quis ab alio expectare, vel petere, quod ipſe eſt alijs daturus vel factu rus.vt dictum eſt in le. ſi quis ex argẽtaris.§.fi.ff.de edend. facit.l.cũ clericis.C.de epiſc. & cler.Addo text. in auth.de ſanct.epiſcopis.§.1.col.9.vbi dicitur,ꝙ qui debet alios du cere,nõ debet ab alijs doceri, cũ ergo teſtamentũ det robur codicillis,& ab eo dependeant,non debet ab eis confirmari vel deſtrui.Septimam rationem colligo in l.hæres per ſeruum.ff.de acquir.hære.cum ibi notatis,vbi vna res hereditaria etiã inanimata dedignatur acquiri per aliã hereditariam animatam,i.ſeruum & ſic digniorẽ,quanto ergo magis teſtamentũ debet dedignari, ſi tollatur vel confirmetur per codicillos, qui dicuntur acceſſorij & minoris potentiæ vt ſuprà dictum eſt? nam & aſinus auribus intumeſcit dum videt ſe per comparẽ comprehendi.dicit gloſ.in d.l.hæres per ſeruũ,& in l.1.§.veteres.ff.de acquir. poſſeſ.facit quod notat gl.in l.2.C.de dolo.& in l.ſi cũ exceptione.§.eũ qui.ff.quod metus cauſa.vbi habetur,ꝙ inuidioſus non inuidet maiori vel minori, ſed pari.ergo idẽ in caſu noſtro dato ꝙ codicilli & teſtamentum eſſent pares.Octaua ratio poteſt reddi, quia par in parem non habet imperium.c.ex inſinuatione.de appella.l.nam & magiſtratus.ff.de arbit. cum ſimilib. ergo codicilli non debẽt habere poteſtatem tollendi, vel cõfirmandi teſtamentum maximè cũ codicilli non æquipolleãt, vt dictum eſt,imò ſunt inferioris potentiæ, vt infinitis probatur argumentis. Nonam rationem colligo ex verbis Bal. in l.humanitatis. C.de impub.& alijs.11.col.in medio.vbi vide. Decimam & ſubtiliorem colligo per Bal. in l.j.penul.col.in princ.de ſacroſ.eccle.in repeti.Vndecimam colligo,& ſubtilem ex pulchrè notatis per Bened.in l.3.9.col.fin.C.de iur.delibe. Duodecima rõ poteſt colligi ex dictis per Paul.in l.ſi creditores, in fin.C.de pact.& ibi Iaſ.3. limitati.Et iſta ſufficiant quantum ad rationes huius regulæ.Nec obſtat,quod dixi,ꝙ codicilli dicuntur teſtamentum, quia illud eſt verũ de larga ſignificatione, & arguendo ab alluſione vocabuli,non tamẽ per hoc ſequitur,ꝙ id,quod fit in teſtamẽto,poſsit fieri in codicillis,rationibus,de quibus ſuprà.Sed contra hoc ſe offert,quod conſeruatio teſtamenti reſpicit publicam vtilitatem, l.vel negare.ff. quemadmod.teſtam. aper.gl.ſingula. in l. Gallus.§.quid ſi is in verb.vtilitatem. ff.de libe.& poſthu.probat text. quem ad hoc pondero in l.2.C.vt in poſſeſ.lega.Sed habeo,ꝙ illa,quę reſpiciũt publicam vtilitatem, extenduntur ad largum, vel impropriũ ſignificatum,dato etiam,ꝙ ſint ſpecialia, quod eſt fortius, vt inquit Bart.in l. quemadmodum.C.de agrico.& cenſi. lib.11.& l.2.§.exercitum.ff.de his qui notan.infam.Bald. in le.non ſine. C.de bonis quæ liber.& notabiliter Paul.in l.bona fides.ff.depoſi.ergo ſignificatio teſtamenti, de qua in propoſito,debet extẽdi ad codicillos,qui largo ſumpto vocabulo dicuntur teſtamentum,cum hoc ſit publicę vtilitatis,vt dixi. Si ſic, ergo quemadmodum in teſtamento poteſt dari, vel adimi hæreditas idem videtur in codicillis.Iſta obiectio eſt ſatis colorata,tamen nihil obſtat.Quia fateor,ꝙ cõſeruatio teſtamenti,poſtquã eſt factũ, reſpicit publicã vtilitatem, & idem dicerem in codicillis, poſtquã ſunt facti,nam lex dicit, Publice expedit ſuprema hominũ iudicia exitum habere,d.l.vel negare.& ſic cõprehenditur quæcunq; vltima voluntas,tamẽ per hoc non ſequitur,ꝙ id,quod poteſt fieri in teſtamẽto, poſsit fieri in codicillis,cũ inter eos ſit diuerſa ratio, vt ſuprà late dixi, & hoc patet ad ſenſum.Incidenter tamen vnum notabitis,ꝙ licèt appellatione teſtamenti comprehendantur codicilli, vt dixi,vnum tamen eſt,ꝙ in materia correctoria,nedum non cõprehenduntur codicilli, ſed nec etiam teſtamentũ nuncupatiuum.ita probat textus,qui eſt mihi ſingularis in l.quæ nuper.C.de inoffic. teſtam.iuncta l.omnino.eodem titu.& colligit Iaſ.in dicta lege,quæ nuper,.& iſta quo ad primum, inquantum dixi quod non poteſt dari, vel adimi in codicillis.

3 Secundò præſupponitur,ꝙ hereditas † ſemel data bene poſsit adimi,licèt non in codicillis.Contra hoc prę ſuppoſitum oppono,& licèt non ſit ſubtilis,eſt tamẽ nouiſsima rõ dubitandi in propoſito. Quandocunq; ex aliquo actu, vel contractu facto inter aliquos eſt tertio ius quæſitũ, ab illo contractu, vel actu, partes non poſſunt recedere, illo tertio inuito,vel ignorante, vt infrà notanter probabitur, ſed ſic eſt.ꝙ ex teſtã eſt quæſitum ius hæredi, vel legatario, nam per teſtm̃ acquiritur plene, per mortem teſtatoris plenius,per additionẽ pleniſsime, vt eſt gl.quam Bart. ibi dicit notandam pro iuuenibus in l.oĩum.C.de teſta.ergo per regulam ſuprà dictam ſtatim probandam,non po-
4 teſt teſtator † adimere hæreditatem,vel legatum in præiudicium hæredis, vel legatarij, eo inuito, vel ignorante, cuius contrariũ hic dicitur, & pro hoc facit,quia ſtudioſe agendum eſt, vt quæ verbo promittuntur, opere cõpleãtur,ca.qualiter extrà.de pactis, & illud,Quæ procedũt de labijs meis, non faciam irrita, &c.& abſurdũ eſt, vt quod quiſq; ſua voce dilucidè proteſtatus eſt, is in eundem caſum ꝓprio valeat teſtimonio reſiſtere.l. generaliter.C.de nõ nu.pec.d.c.per tuas de probatio.cũ ſimilib.Regula autem ſuprà dicta probatur eleganter per ſequentia. Primo tex.in l.ſi cum Hermes.C.locati.& l.item quæritur.§.qui impleto.ff.locati.vbi habetur, ꝙ ſi fideiuſſor interuenerit in contractu locationis facto ad certũ tempus,certum eſt, quod finito tẽpore,ſtatim finitur contractus,& ſic incipit competere exceptio fideiuſſori, quæ eſt quoddã ius.Ponamus, ꝙ iterum partes de nouo conſentiant in contractu, nõnne nocebit fideiuſſori? Dicunt illa iura, ꝙ nõ niſi denuo conſentiant.Sic in propoſito,cũ legato facto ſit quæſitum ius legatario,non poteſt ſibi adimi, eo diſſentiente, cuius contrarium hic dicitur.Secundo probatur in l.fin.de pact.vbi ex pacto facto cum debitore de nõ petẽdo, oritur exceptio fideiuſſori,quæ ſibi nõ adimitur, licèt poſtea partes paciſcantur in contrariũ, vt ibi dicitur, ſic ergo videbatur in pręſenti.Tertio pro hoc facit,nã eſt certũ,ꝙ ſi partes faciant venditionẽ, non obſtante perfectione contractus,poſſunt partes à contractu recedere, vt in l.j.C.qñ liceat ab emptio.diſced.& in §.fi.Inſtit.quibus modis tolli.obliga.Facit rõ, quia vnumquodq; poteſt tolli vinculo, quo ligatũ eſt,nihil tã naturale.ff.de regu.iur.ſed venditio fuit celebrata conſenſu, ergo contrario cõſenſu, &c.Facit quod dicimus de adoptione ſoluenda per emãcipationẽ, quæ eſt contractus, itẽ quia contraria cõtrarijs tolluntur, vel curantur,l.1.in prin.C.de cadu.tollẽ.tamen habemus,
5 † ꝙ ſi ex forma ſtatuti,ex contractu emptionis eſt quæſitum ius gabellario,non poſſunt partes recedere,eo inuito, ſine eo ꝙ ſibi ſoluatur gabella.ita notabiliter Bald. in le.ſi conſtante.C.de dona.ante nuptias.& in alijs locis.Ita ergo videbatur in propoſito, quod non poſsit adimi hęreditas, vel legatũ ſine conſenſu hæredis, vel legatarij,cui eſt quęſitum ius,cuius cõtrariũ hic videmus,ergo male. Pro hoc facit text.in le.ſtipulatio.ff.de iur.dotium. vbi ſi extraneus ſtipuletur de dote ſibi reddenda, acquiritur ſibi ius ſtatim ſoluto matrimonio vnde ſi matrimonium reintegratur, actio ſibi quæſita non intercidit, imo ad hoc,vt ſibi tollatur, requiritur eius nouus conſenſus. ergo ſic in caſu noſtro.Quinto facit regula l. id quod noſtrũ.ff.de reg.iur.vbi id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro à nobis diſcedere non poteſt.ergo ſic in propoſito. Sexto facit text.ſingularis in l.Lucius Titius.§.Paulus.ff. de adimi.tuto. vbi text. inquit,ꝙ ſi tutor poſt pubertatẽ, & ſic finita tutela aliqua ex voluntate aliqua adminiſtrauit, cũ ex illo tẽpore fideiuſſor datus,qui rẽ pri.ſal.fo. promiſit, ſit liberatus ex poſtea geſto per tutorẽ volũtariè nõ tenetur,imò requiritur eius conſenſus,vt teneatur,cũ ex lapſu temporis ſit ius ſibi quæſitum. ergo in caſu noſtro requiratur conſenſus eius ad tollendum ius ſibi quæſitum, cuius contrarium hic cauetur.Facit leg.ita autem.§.2.eod.titu.& le.tutores qui.§. curato-

curatores.eod.titu. Septimò facit l. si post mortem.§.fi.ff. de contra tabu. vbi notanter dicit text. ꝙ si alicui incipiat semel competere contra tabulas beneficio præteriti aperientis sibi edictum, ꝙ poterit suo remedio vti, nec sibi auferetur propterea ꝙ alius non agat, quia cùm sibi semel cœdit competere, nō potest sibi auferri. Nec obstat.l.si iudex circunuento.ff.de minor.& quod ibi notatur. sic ergo deberet esset in casu nostro. Octauò facit regula, quia nemo potest mutare consilium in alterius iniuriam, vel iacturā. l.nemo potest mutare.ff.de reg.iur. & eadem regula.lib.6. Item quia alteri per alterū non debet iniqua conditio inferri.vt in clementina, non debet alteri, &c. Nono videtur facere alia regula, quia quando tractatur de præiudicio, alicuius, semper debet fieri, eo saltem requisito.le.ea quæ.C. quomo.& quan.in l.de vnoquoq;.ff.de re iudic.le.nam ita diuus. cum simili.ff. de adoption. sed eadem ratio videtur in casu præmisso, ergo, &c. Decimo pro hoc facit glo.singula.in l.venia.C. de in ius vocan. & quod ibi per moder. in verbo, concedi. Item facit quod notat Bal. post gl.ibi in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe.& posthu. Item facit glos.& quod ibi notatur in c.ab eo.de elect.libr.6.& in c.publicato eod.tit. Pro hoc vide, quod singulariter ponit
6 Abb.in c.nouit.7.col. Vltimo facit, nam actor † potest vti dilatione concessa reo.l. petendæ.C.de tempo.in integrit. rest.peten. Sed an potest renuntiare reus dilationi sibi datæ in præiudicium actoris, dicendum est, quòd non.secūdum Bald.in l.fin.ff.de pact. & in d.l.petendæ.vbi plenius. Ratio, quia iam est ius quæsitum actori, ergo idem in casu nostro.idem tenet Bart.in l.si post mortē.§.fina.ff.de contratab.vbi limitat hoc verum, quando talis dilatio est cōcessa reo de iure communi: secus si de iure speciali. & hoc per l.si iudex circunuento. ff.de mino.ego pono exemplū per l.minor 25 annis.omisso eod.titu. Istā tamen differentiam inter dilationem competentem de iure communi, vel speciali reprobat Barto.in d.l.petendæ.per bonam rationem, de qua per eum in d.le.si iudex. Ego tamen, saluo meliori iudicio, crederem, ꝙ dicta limitatio sit verior & sic vera decisio Bart.in d.l.si post mortem. facientis differentiam inter dilationem de iure communi, & de iure speciali. Hoc suadetur per regulam tex.& ibi Bar.in l.ergo.§. si is qui.ff.de fideicommiss. liber. vbi non habetur in consideratione ea, quę possunt euenire de iure speciali, vel singulari. Secundo, per text.singu.qui multum declarat in l.si minor.ff.de acquir.hær. Tertiò, per l.1.§.illud.ff.de coniū. cum eman.libe.eius.vbi habetur, ꝙ in his, quæ concedūtur de iure communi, curatur de minimis, secùs autem in ijs, quæ conceduntur de iure speciali.vt est tex.in l.scio.ff. de in integ.restit.titu. generali. Quarto probatur per d.l.si iudex ad quā non bene respondetur. Sed contra ista pondero text.in leg.intercidit.de conditi. & demonstrati.vbi videtur, quòd in ijs, quæ conceduntur de iure speciali, inspicitur quod euenire potest. cogitabis, quia in hoc non insisto, cùm veniant incidenter. Et per ista cū multis alijs, quę possent adduci, videtur satis illustrata ista ratio dubitandi, id est, ꝙ ademptio non posset fieri in præiudicium tertij, contrarium tamē hic præsupponitur, & iunge multa per Ias.in le.patre furioso.ff. qui sunt sui vel alie.iur.

Ratio decidendi est, ꝙ prædicta loquuntur in contractibus, vel in actibus minorum. Regula autē nostra cum concordan.in vltimis voluntatibus. Sed ista responsio non videtur tuta, cùm (vt est vulgatum) valeat argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, l.fi.C.de leg.l.seruum filij.§.eum qui chirographum.de lega.1.le.qui duas. de lega.3. Quid dicemus? Adhuc dico, ꝙ prędicta solutio potest esse bona, nec obstat, quod valet argumentum de contractibus, &c. ꝙ illud est verum, vbi est eadem ratio, & ita intelliguntur prędicta iura, sed hic nō est eadem ratio, & patet aperte, quia in cōtractibus nō est locus pœnitentiæ.l.sicut.C.de acti.& obli.l.nō idcirco.cū concord. C.de cont.emp. Et hoc est quod dicimus, ꝙ cōtractus dū sunt in fieri, dicuntur voluntarij, postq̃ sunt in facto esse, dicūtur necessaria, quia partes nō possunt recedere nisi de vtriusq; cōsensu, vt dixi. Secùs aūt in vltimis volūtatibus, nā post testm̄ factum pōt quis illud mutare, l.volumus, cū simil.C.de testa. Et sic in proposito facit ratio, quia ambulatoria est defuncti voluntas vltimū vitæ exitū.l.3.§.fi.cū l.seq.ff.de adim.leg.l.cū hic status.§. ait oratio. ff.de dona. inter vir.& vxor.facit pulcher tex.in l.1.C.de sacros. eccl. vbi ponitur ratio.s. quia nihil est quod magis debeatur hominibus, q̃ vt supremæ voluntatis postq̃ iam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitū quod iterum nō reddit arbitrium. Facit in simili.l.in testa.ff.de reg. iur.ca.cum dilect.cum simi. de don. Et ex hoc colligitur vna differētia inter contractus, & vltimas voluntates, quam adde ad ea, quæ ponimus suprà. Possunt ēt secundo modo solui dicta contraria, ꝙ ideo ibi non potest quis recedere in præiudicium tertij, quia illi actus sunt vallati consensu duorū, vnde sunt maioris firmitatis quia duo vincula, vel duę rationes vincūt vnam.vt notatur plenè in l.cum simil.C.de pact. Hinc videmus, ꝙ stipulatio conditionalis transmittitur ad hæredes.§.ex conditionali. Insti.de verb.obli.tex. in §.cùm quis. Insti.de inutil.stipula.cū simi. Secùs in legato conditionali.§.sin autem aliquid.C.de cadu.tollen. Rō est, quia in stipulatione cōditionali interuenit factū duorum, secus in legato.ita dicit gl.in d.§.ex conditionali, & in l.si vxor.C. de cond. inser. Tertia solutio & notabiliter potest esse, quia verū est, quòd ius ex facto meo alteri quæsitum, vel occasione mea, per dispositionē legalem, ego non possum auferre. Illud est verum in iam iure quæsito re vel spe irreuocabili. Et sic debent intelligi omnia iura supra adducta pro ratione dubitandi. Et sic intelligitur ꝙ notat Bal.in l.si constante.C.de don.ante nup.& quod plene ponit Ias.in l.fi.1.limitatione.ff.de pact. Quod patet, si discurratur per omnia supra allegata Regula aūt ista cum simil.loquitur in iure non quæsito re, nec spe irreuocabili Re patet, quia testator est viuus, l.qui superstitis. de acqui. hære.cū similib. Nec spe irreuocabili patet, quia pōt mutare pro libito voluntatis, vt supra probatū est. ergo, &c. Ratio differ.inter hoc casus pōt colligi ex l.patre furioso. ff.de his qui sunt sui vel alie. iu. vbi difficilius quis priuatꝰ iure quæsito, quàm quærēdo.vt ibi dicitur. Facit in simili tex.in l.fi.C.de acq. possess. & quod notatur in l.1.C. qui admit.ad bo.poss.possunt. Itē, quia turpius eijcitur, quàm nō admittatꝰ hospes.c.quēadmodū.de iureiur. Itē pro ista distinctione iuris quæsiti vel quærendi, bene facit tex.notabilis in l.post emancipationē.ff.de libe.lega. & quod ibi Bar.vbi nō habetur in cōsideratione, ꝙ quis possit ad alterius successionem venire, etiā parētis, vt ibi habetꝰ. Facit quod notat Bar.in l.fi.in fi.C.de pact. & l.in is pōt.2. & 3. col.ff.de acq.hære.& in l.sciēdū, in fi.pr.ff.qui satisda. cog. Pro prædictis facit l.perfecta.C. de don., quæ sub mo. vbi donatio perfecta nō recipit cōditiones, ergo a fortiori nō reuocatur, & illā allegat Abb.in d.c.nouit.7.col. in fi.facit in simili, l.nec auus.C.de emāc.libe.d.l.si donationē.C. de reuo.don.& tex.in l.in ciuile.C.de rei vēd.& in l.in cōtractu.C.de rescin.vend.& regula.l. sicut de actio. & oblig. cū simil. Nec obstat gl.in d.l.omniū.C.de testa.quā suprà adduxi.quia est intelligēda de iure nō quęsito re, vel quęsito cōmutabiliter, tamē quia testator pōt mutare, vt late supra dixi, & quia testamentū a morte testatoris assumit vires, nō ante.c.cū Marthæ.de celeb. missa. cū cōcor. Nō obstat.c.qualiter. de pactis. Nā pōdera ꝙ dicit, ꝙ verbo promittatꝰ, &c.& sic nō loquitꝰ in vltima volūtate. Itē loquitꝰ ibi de iure quæsito spe irreuocabili.s. p̱ ꝓmissionē. Ad alia duo patet responsio facilis. Et hæc sufficiāt quantum ad rationem dubitandi, & decidendi ad hanc regulā.

Nunc examinemus materiam nostræ regulæ. Ex qua nota, ꝙ hæreditas nō pōt dari in codicillis, vt d.l.2.cū cōcord.supra in præsenti allegatis. Sed quærit, an liberis, vel
7 filijs hęreditas possit in † codicillis directo relinqui? In ista q.reperio Bar.dicentē, ꝙ sic, in l.militis codicillis. in prin. per illum tex.ff.de testa.mili.& in l.2.ff.de milit. testam.& in lege

in lege hac cõsultissima. §.si quis autem. C.de testa.idem tenet Paulus in l. filij.in fin.C.fam.hercis.Imò magis dicit in dictis locis,quòd potest in codicillis ab alijs ad adimi,& eis dari.& fundatur Bar. per d.l.militis.in prin.iuncto.§.ex imperfecto.arguendo de milite ad patre.Reperio tamen , quòd Ioan.de Imol.in d.l.2.ff. de iniusto testa. Bald.in d.l. filij.pen.quæst.C.famil.hercis. quem ibi sequitur Salic. tenent contrariã opinionem,dicẽtes, quòd pater inter suos filios nõ poterit codicillari,ita quòd directò relinquat hæreditatẽ, licet illud possit facere in testamẽto imperfecto. Fundamẽtum eorum est,quia regula ista cum similibus loquuntur indistinctè, ꝙ in codicillis non potest dari hæreditas,nõ distinguẽdo inter patrem & alios.ergo &c.l.de precio.ff.de publi.cũ concordan. Item allegant tex.in lege Scæuola.ff.ad Trebellia.vbi videtur casus,quod pater non potest filijs substituere directò in codicillis, ergo nec instituere, cum institutio & substitutio a pari procedant in ista materia lege si idem.infrà isto titu.Item allegat Bald.quia specialiter hoc est in milite statutum . d.l.militis . in princ. ergo in cõtrarium est ius commune.l. ius singulare ff.de legi.iũcta l. Quid tenendum ? Videtur prima facie , quòd Bar. & sequacium opinio sit verior.Primò,quia quemadmodum miles potest testari sine solennitate l.milites.C.de testam.mili.idẽ est in patre. §.ex imperfecto. & in l.fin.C. fam.hercisc.Secundò , quia imò ego reperio , quòd magis fauetur patri testari inter liberos, quàm militi, cum miles debeat testes rogare l.diuus.ff.de testam.milit.in versi.cõuocatis.notatur in d.l.milites.tex.in §.planè . Instit. de testam.mil.Secùs in patre,vbi sufficiunt etiã fortuiti,vel transeuntes.glo. notabilis in l.fin. in fi.C. de codicil.ita singulariter dicit Pau. in d.§. ex imperfecto. rationẽ diuersitatis ponit Ias.in authen.nouissima.5.colum.C.de inoff.testam tertiò,& est bonum fundamentum l. militis.quæ loquitur in milite , ponit casum exceptum & exorbitantẽ a regula iuris.s.huius l.2. suprà alleg. & similium:ergo non mirum si possit extendi ad patrem,cũ casus excepti possint extendi ex iden itate rationis vt est casus in cap. cum dilecta . in medio.de cõfirma.vti.vel inut.& ibi notabiliter Abb. probat tex.in cap.post translationem. versi.quanquam de renuntia.gl.notabilis in l.1.C. de condict.indebi.cum simi. His tamen non obstãtibus, crederem opinionem Bald.& sequacium esse veriorem de iure.Probo.In exorbitãtibus non debet fieri extẽsio.notatur in l.2.C.de patri.qui fil. distraxe.cum simi.sed illud de milite est exorbitãs,ergo &c. Item quia inter patrem & militem reperiuntur multæ differentiæ circa testamentũ,vt patet in rogitu testium,ut dixi. Item, quia miles potest instituere ad tempus l. certi.C. de testa.mil.Secùs in priuato l. hæreditas.ff.de hære. insti. Idem differũt,vt patet in l.sicut certi. cum sequen. C.de testam.milit. & multis alijs , quæ de facili inuenientur , ergo non est arguendum de vno ad aliud: quia ad tollendã consequentiam sufficit dare instãtiam. glo.in cap.sicut vrgeri. 1.q.1.& in l.creditori.ff.de oper.no.nuntia. vbi Ias.Item l. de milite.tantum posita est,ergo non extenditur ad istum casum l.si uerò.§.de viro.soluto matrimonio. Itẽ illud erubescimus,&c.in authen.de trien. semisse.§.cõsideremus . colum.3.cum simi. Præterea cõtra Bar.retorqueo tex.in l. hac consultissima.§.si quis autem.C.de testam.quem Bar. allegat pro se. nam ibi loquitur tex.quando uoluit testari , sed in quæstione nostra quando uoluit exprsſè codicillari . pondero tex.ibi.Sed quasi intestati volũtatẽ , &c. ergo nõ videtur iure directo,&c.Quintò,quia priuilegia militibus concessa in testando,cõcedũtur propter simplicitatem eorum. tex.in l.quanquam.C.de testam.mili.& Instit.eod.in princ. Sed ista ratio cessat in parte testante inter liberos, ut patet,ergo &c.Sextò allego tex.in l.fin.C.de codicil.inducendo vt per Alexã.in d.§. si quis autem. Septimò põdero tex.in §.ex imperfecto.vbi datur regula,ꝙ in testamento imperfecto potest dari hæreditas liberis.ergo. Secùs in codicillis, qui non dicuntur testamentum perfectum,nec imperfectũ proprie sumpto vocabulo,vt suprà dictũ est. Et hoc voluit inducere Bal.licet nõ declaret in l. humanitatis 11.col.in prin.de impube.& alijs. Nec obstant quæ allegaui pro Bar.Primò non obstat quod dixi,ꝙ quẽadmodum miles potest testari sine solennitate, idẽ est in patre. Nam, vt suprà dixi,sunt multæ differentiæ, ergo non est arguẽdũ de vno ad aliud. Non etiã obstat secundũ.s.ꝙ magis fauetur patri,vt patet in rogitu testiũ,vt dixi . Quia imò,si diligenter consideras , ibi magis fauetur militi , ꝗ patri. vt colligitur ex rõne tex.in d.l.diuus.de testam.milit.& in §. planè.Inst.de testa.mil. iunctis notatis per Ias.in auth.nouissima.5.col. in medio. Nõ obstat tertiũ.s.ꝙ casus excepti possint extendi d.ca.cum dilecta.quia illud est verum, qñ est eadẽ ratio,sed hic est diuersa ratio,ergo,&c. Quòd sit diuersa patet:quia in milite versatur publicus fauor , cũ sit publica persona,in patre fauor priuatus, ergo nõ est eadem ratio.ea.n.quæ cõiter oĩbus. &c. authentica res quæ. C.communia de lega.l. 1.in fin.de cadu.tollen.Confirmatur per l.si locus.§.cum via.ff.quemad. serui. amitt.& per notata per Bar.in l.si pignore.§. fin.de pign.actio.cum simil.Item patet,quia miles non tenetur scire iura l.scimus. in princ.C.de iure deliberan.ergo non mirum,si simplicitati subuenitur in isto iure positiuo.argu.le.fin.cum simil. C.de testa. Secùs in patre qui tenetur scire iura,& obseruare l.codicillis.§.si.cum simi.de lega.2.& nescire,est lata culpa,quæ æquiparatur dolo,ergo non debet ei prodesse.Vltimò in ista quęstione vide quæ ponit Ias. in l. hac consultissima.§.si quis autẽ.C. de testa. pen.& fi.col.Et ex prædictis tenendo opinionem Bal.& sequaciũ, videtur communior, habes vnam extẽsionem ad hanc regulã.s.ꝙ hæreditas non potest dari in codicillis , non solũ inter extraneos,sed nec etiam inter filios. Et ita intelligo l.2. titu. 12. part.6.vbi plenè per Grego. Lup. Secundo principaliter

8 quęro.Quid erit econtrà,si filius vult † codicillari,an possit patrem suũ instituere directò in codicillis ? Ista quæstio est mihi inaudita, nescio an sit scripta . Et si tenemus opinionẽ Bal.& sequaciũ , de qua in præcedenti quæstione,non videtur dubia ista quæstio:quia si pater nõ potest, ergo nec filius poterit , & posset apertissimè probari. Tamen si tenemus opinionem Bar. quia pater possit in codicillis,&c.an tunc econtrà filius instituens patrem,idẽ posset facere,hoc videtur mihi dubiũ.Et licet non inueniam, videtur prima facie, ꝙ quẽadmodũ pater potest, ita econtrà possit filius patrem instituere directò in codicillis . Et suadetur per sequentia.Primò, quia quẽadmodum legitima debetur filio, ita eodem modo patri:& filius in exhæredatione patris tenetur inserere causam , quemadmodũ econtrà,aliàs testamentum rescinderetur. auth. non licet. C.de libe.præte.iuncta authent.in testamen.C.ad Tertul. ergo sic dicamus in præsenti. facit l. nam & si parentibus. ff.de inoffi. testamen. Secundò facit,quia pater & filius ad paria iudicãtur in prohibitis & permissis.vt in authẽ.licet. & ibi Bal.C.de natu.libe. ergo si hoc permittitur patri, vt suprà dictum est,eodem modo debet permitti filio. Tertiò,quia quemadmodum pater nõ tenetur instituere spurium,ita nec spurius patrem. dicit Bald.in d.authẽ.licet.& vide Bart.in l.fi.1.col.ff.de his quib.vt indig.Quartò, quia l.omnino.de inoffi.testa.quæ loquitur in filijs, quibus aliquid est relictum, habet etiã locũ in parentibus , vt ibi per gl.& doct.ergo iudicantur à pari. Quintò & fortius,pater & filius sunt correlatiui,ergo,statutum in vno, habet locũ in alio,etiam in exorbitantibus, vt est hic,& in correctorijs quod est fortius.vt per Bart.& alios. per tex.ibi in l.fi. C.de indici.vidui.tollen.facit tex. melior de iure in l.1.C. de cupressis.libr.11.Licet in cõtrariũ faciat quod not. Bal. in l.j.in pri.post gl.C.de cõmu.seruo manu.& Bar.in l.inuit'.§.1.ff.de reg.iu.facit tex.& ibi Bar. in l.fi.ff.de accepti. Sextò suadet,ꝗa pater & filius cẽsentur eadẽ persona le.fi. C.de ĩpube.& alijs.quo ĩfertur ad ĩfinita, ergo sic dicamus in præsenti.Septimò facit,quia l.fi.C. de pact.quę loquitur in filijs,vt ibi per gl.& docto.habet ẽt locũ in patre,vt ibi concludunt oẽs,ergo sic dicamus in casu nostro.Octauò, quia

quia amor magis descendit,q̃ ascendit l.liberi.C.de inoffi. testa.& pater plus diligit filium,q̃ seipsum l.isti quidem.ff. quod met.cau.Insti.de noxa.§.fi.facit l.fi.§.1.cum similib. C.de cura.furios. ergo si patri permittitur relinquere filio, in quo non est tantus amor, vt dixi, quare non permittitur ecõtrà,vt relinquat filius patri,in quo est maior? Nonò,facit vnum dictum Cyni in l.2. C.de patri. qui fili.distra.vbi dicit, ꝙ in necessitatibus potius tenetur quis subuenire patri, q̃ filio: si ergo quis potest filio relinquere, vt dixi,à fortiori debet posse patri.Decimò facit quod communiter concluditur in difficili quæstione,qua quæritur, an hodie parentibus debeantur legitimæ relinqui iure institutionis,quẽadmodum filijs.Et cõcluditur ꝙ sic, vt per omnes in auth.nouissima.de inoffi.testa.licet Barto.solus fuerit in contraria opinione:ergo ita dicamus in præsenti, maximè quia illud est ius nouum,& correctoriũ iuris antiqui,tamen statutum in patre,ꝙ debeat relinquere titulo institutionis filio,extenditur econtra ad filiũ testantem.& istud argumentum satis vrget.Vndecimò facit, quia quẽadmodum hodie est aucta legitima filiorũ, vt d.auth.nouissima. eodem modo ecõtrà est aucta legitima parentũ, vt ibi notatur. quare ergo non idem dicemus in proposito? Duodecimò facit, quia pater & filius sunt parificati in multis per leges antiquas:sed habemus, ꝙ quando duo casus sunt parificati à lege antiqua,statutum in vno,etiam in correctorijs,habet locũ in alio.vt est glo.in l.si quis seruo. C.de furt.& in l.quod verò.ff.de legib.quãtò magis in casu nostro,vbi non est materia correctoria,licet sit exorbitans? Nisi fortè dices,ꝙ isti duo casus non sunt æquiparati in ista materia,vt infrà patebit. & declarat Ias. in l.qui se patris.pen.charta.vel colum.1.in fine.Et per ista cũ multis alijs,quæ possent adduci, videt, ꝙ ista pars sit de iure vera.

Pro contraria parte, quæ videtur verior de iure, faciũt sequentia. Primò, quia in exorbitantibus & correctorijs quod non mutatur,quare stare.&c.l.præcipimus.in fin.C. de appel.& ibi est tex.sing.& quod not.Bart.in authẽ.nouissima. in fi. cũ ergo hoc non sit mutatum in filio testante.ergo,&c.Secundò,quia in patre testãte inter liberos est maxima dubitatio, an hoc possit, adeò ꝙ plures, & maior pars tenent cõtrarium,vt suprà dictum est:ergo à fortiori in filio nõ debet habere locum, maximè cum de eo lex scripta non sit,& per alia quæ dixi in præcedenti quæstione.Tertiò facit,quia parentibus non ita debetur hæreditas filiorũ,sicut ecõtrà,licet sit piũ relinquere,imò dicitur ordine turbato ad eos peruenire l. nam & si parentibus.ff.de inoffic.testa.tex. ad literam in l. scripto.in fi.ff.vnde liber. qui bene facit. Quartò magis in specie facit,quia si pater alienauit bona in fraudem filij, & ille, in quem sunt alienata, participauit de fraude, potest postea filius reuocare alienationem vsq; ad legitimam, & tamen ecõtrà si filius alienauit in fraudem patris. Secus est, cum l.non caueatur. ita singulariter Bart.in le.non vsqueadeò.ff. si à paren.quis fue.manu.vnde apparet, ꝙ non ita debetur legitima parẽtibus,sicut liberis.Quintò facit,ꝙ licet filius possit detrahere duas quartas secundum cõem sententiam, tamen pater,vel alius ascendens non potest detrahere nisi vnam,eò quia in patre hoc non est expressè statutum.hoc est singulare dictum Bald.in l.si milite.§.fin.de milit. testa.licet de eius veritate sit dubium.Sextò facit,& hoc (iudicio meo) decidit quęstionem,quia lege hac consultissima.§.ex imperfecto.loquens in patre testante inter liberos cum duobus testibus non procedit, econtrà si filius testaretur inter ascendentes ita singulariter Bal.& Sal.in l.fi.C.fam. hercis. ergo si solẽnitas d.§.ex imperfecto. nõ est remissa filio testãti inter ascẽdẽtes,igit nec illa de codicillis,de qua loquimur,& de qua est maior dubitatio,vt suprà patet in pręcedẽti quæstione, nã pater testatur inter liberos cũ duobus testibus.d.§.& tamẽ est dubiũ,an idẽ possit facere directò in codicillis, vt dictũ est, ergo isto casu est maior dubitatio.Et ad hoc(iudicio meo) nõ potest respõderi. Septimò suadetur ex alio,quia quãdo filij succedunt ascẽdẽtibus, inter eos est locus collationi, secùs ecõtrà. ita singulariter Bal.in l.si emancipati.2.col.C.de collat.ergo argumentum de filio ad patrem non procedit, igitur contra. Sed istud argumentũ vrget pro contraria parte, si subtiliter aduertis; nam isto casu magis fauetur ascẽdentibus,quàm descẽdentibus, ergo &c. Octauò, (& istud etiam videtur decidere quæstionem)nam lege si quis filium.C. de inoffic. testam. non est correctoria, sed limitatoria legum antiquarum solũmodò in suo casu. in quo querela non præparata transmittitur,& tamen illa lex,quę loquitur in filio qui trãsmittit querelam,non habet locum in patre,id est,ꝙ querelam sibi competentem trasmittat ad suos hæredes. ita singulariter Ange.in l.nam & is.ff.de inoffic.testam. licet indecisum reliquerit Cynus in lege scimus.in fi.C.eod.tit.ad propositum,quæstio de qua quærimus,nõ est correctoria,sed limitatoria huius legis, & similium,& loquitur in filio, ergo non extenditur ad patrem, cum de eo nõ sit lege cautũ. Et hoc est optimum fundamẽtum. Nonò,quia l.iubemus. C.ad Trebellia.quæ dicit,quòd filij primi gradus non computãt in legitima fructus, nõ habet locum in patre, & alijs ascendentibus l.filiusfam.& ibi doct.ff.ad l.Falcid.ergo bene patet, quòd non ita est parentibus debitum, sicut filijs. Decimò bene facit,nam l.fin.C.de repud.hæred.quæ permittit filio reuocare abstensionem infra triennium, nõ habet locum in patre, vel alijs ascendentibus repudiantibus hæreditatem filij, vel nepotis.de quo est glo.singul.in lege non iustam.C.ad Trebel.glo.fin.& ibi Bal. idem Bal. in d. l.fin.potest tamen infra annum reuocare per l.filij mater §. 1.ff.ad Tertull.secundum Bal.in l.1.C.de iur. & facti ignó. Vndecimò facit quod tenẽt Vltramontani in l. qui se patris.C.vnde liber.post glo.secundum magnam ibi,ꝙ bonorum possessio vnde liberi,quæ datur liberis,non habeat locum in parentibus, licet Bar.& multi alij teneant ibi contrarium. facit lege si furiosi. in verb. non loquitur. & ibi Bal.C.de impub.facit l.si seruum.§. non dixit prætor.ff.de acq.hæred.Duodecimò facit quod notat Bal.in authen.ex complexu.C.de incest.nupt.licet pater teneatur alere spurium de iure canonico. cap. cũ haberet. de eo qui duxit in matrm.quam pollu.secus tamen est econtrà.Et est bonum fundamẽtum.Decimotertiò facit, quia licet beneficio l. 1. C.de his qui ante aper.tabu.hęreditas transmittatur ad descendentes, non tamẽ est idẽ econtrà, vt descendentes ad ascendentes transmittantur.vt per doct.latè in l. si infanti C.de iure deliber.& ibi dixi.licet glos. teneat contrariũ & malè in d.l.1. de his qui ante aper.tab. & ibi allegaui similes.Et istam partem credo veram,& iuridicam. Et ita potest ampliari l.2.titu.12.par.6.vt procedat,etiam si codicillis pater esset institutus.

Nec obstant fundamẽta adducta pro prima parte: quia, si rectè cõsideras,reducuntur ad duo:s.quia sunt correlatiua,ergo,&c.Itẽ quia patri est hæreditas debita.Respõdeo ergo ad primũ,ꝙ licet in correlatiuis statutum in vno,&c etiã in exorbitantib. illud est verum, quãdo in vtroq; est eadem ratio,secus si diuersa.vt per Bart.& alios in d.l.fin. C.de indic.vidui.facit glo. & ibi doct. in l.curatorẽ.C. de interdict.matrimo. sed hic est diuersa ratio,quia nõ est ita debita hæreditas patri,sicut econtrà, vt suprà per plura patefecimus.& est tex.in l.scripto.in fi.ff.vnde lib.ergo, &c. Et per hoc patet responsum ad secundum fundamẽtum. Et prædicta perpetuò nota. Et non me extendo, ne sim largior,quã expediat. Et ex hoc potest colligi alia not.extensio ad regulã istam cũ simi.quam bene nota si est vera.

9 Tertiò principaliter quæro, an ad pias † causas possit in codicillis directò hæreditas relinqui queẽadmodũ liberis,secundũ opinionem Bart.suprà relatam.Et reperio, ꝙ Bald.sequendo suã opinionem in liberis suprà regulariter tenet,ꝙ idẽ sit in pia causa,vt nõ possit ei relinqui directò in codicillis.Hoc tenet Bal.in l.1.pen.colum.in princi. de sacrosan.eccle. in repetitione allegat istam regulam l.non codicillum.C.de testa.Ratio est secundum eum,quia testator, qui eligit codicillari,eligit viam incompetentẽ, & sic est

sic est imperfectio volūtatis.i.voluntariȩ electioni,& ideo non valet,& ibi cōfirmat per vnum bonum. Tamen si verum est, ꝙ liberis posșit directo relinqui secūdum opinionem Bar.idem esset dicēdum in pia causa. & hoc sentit ibi Bal. pro quo facit, quia pia causa habet priuilegia liberorum.vt notat Bar.in l.tale pactum.§.fi.ff.de pact. & ibi ponit vnum dictum mirabile in materia.notāt doct.in l.j.de sacrosan.ecclesijs.& in l.fin.C. de pactis.Sed caue,quia magis fauetur liberis, quàm piæ causæ. vt notatur in l. si quis ad declinandam.de episcopis & clericis.& in l.Papinianus. §.si imperator.ff. de inoffi.testam.Sed concorda,quia quo ad legitimam, magis fauetur filijs quàm piæ causæ, secus quo ad alia bona. Ita dicūt doct. in l.licet.C. de pactis. Ita intelligitur illa authoritas Augustini in cap.fin.17. quęst.4. Aduertendum tamen,quia posito sine prȩiudicio veritatis ꝙ liberis in codicillis non posșit directo relinqui, vt dicit Bal. crederem posse attentari, quòd habeat nihilomius locum in pia causa,& hoc per vnum magnū fundamentum, quod est tale in l.licet.C.de pact.Ponit vnum casum mirabilem, in quo videtur pactum valere de futura successione inter milites,& iste est casus exorbitans à regulis iuris lege pactum. cum concord.C. de collatio.& tamē habeo,ꝙ illa lex habet locum in pia causa. vt per Bal.in l.fin.pen.col.C. de pactis.doctores in d.l.licet.ergo l.militis codicillis.de testamē.mil.quæ loquitur in milite,& ponit casum exorbitantem, habet etiam locum in pia causa.cum ratio diuersitatis reddi non posșit. Nisi fortè dicas, ꝙ l. militis. loquitur in testamento,& propter ignorantiam iuris, quæ cadit in milite,dispensatur cum eo,secùs in l.licet.quæ loquitur in pacto.Item pro me facit quod tenet Bar.in dicta lege tale pactū.§.fin.vbi tenēt, ꝙ in illo dicto suo singulari æquiparantur miles & pia causa, & ibi loquitur circa testamentum.& vide Alexan.in prin. huius l.2.C.de codic.vbi hoc videtur tenere, remittit se tamen ad notata per Bar. in d.l. 1.de sacrosan.eccl. quem allegaui. Inuenio tamen, ꝙ Bal. sibi contrarius in l.1.vltima colum. in lectura de sacrosanctis ecclés. tenet,ꝙ d.l.licet.non habet locum in pia causa, & si hoc est verum,destituitur fundamentum quod suprà feci.Cogitabis.Et ex prædictis secundum opinionem Bal. habes aliam extensionem. s. ꝙ hæreditas nō potest dari in codicillis etiam ad pias causas,secundum meam esset limitatio. & ita potest ampliari l.2.& 3.tit.12.par.6.

Ex suprà dictis ergo & infrà dicendis recolligo materiā sic.Regula est,ꝙ in codicillis non potest dari,vel adimi hȩreditas. vt d.l.2.cum concordan. in principio. allegatis rationibus de quibus suprà dixi. Extendo non solum inter extraneos,sed etiam inter liberos, vt suprà late dixi 1.q.

Secundò extendo,ꝙ etiam si filius velit codicillari,non poterit patrem suum directo hæredem instituere.vt suprà latà disputaui.2.quæst.

Tertiò extendo,ꝙ etiam ad pias causas non potest in codicillis directo hæreditas relinquere, vt modo dixi in præcedenti quæst.

10 Quartò extendo,ꝙ non solum non † potest dari viam institutionis, sed nec etiam per viā.substitutiones.tex.in l. si idem.in fin.eod.C.de codi.tex.in l.diuus.in princ.ff.eod. tex.in §.pen. Insti.eodem.Sed contrariū videtur,quia potest dari per cōmunissimum in codicillis.vt hac l. 2. cū similib. & tamen fideicōmissaria dicitur substitutio. vt per totum titul.ad Trebell. Sed respondet, ꝙ substituti fideicommissaria non propriè dicitur substitutio.vt per Bal. & alios in rubr.C.de impube. & alijs substitu. & probat glo. in rubrica.ff.de vulga.& pupil.substitu.probat tex.in rub. C.de insti.sub cond.fact. licet ille tex.prima facie posșit retorqueri in cōtrarium, at substitutiones aliæ propiè dicūtur substitutiones.vt per totum.tit.de vulg.& pupilla.ff.& C.de impub.& alijs.ergo in illis.intelliguntur iura suprà allegata.Item in fideicommissaria est diuersa ratio.vt in glo. d.l.2.Item pro hoc, quia substituti dicitur institutio.l.1.ff. de vulga.& pupil.Bal.in rubrica.C.de impub.& alijs.gl. in rubrica Instit.de vulga.substi.& in rubr.ff.de vulga. substi. & in l.Gallus.in princ. de liberis & posthumis & in le.1.§. his ita.C.de caduc.tollen.tex.in l.in ratione. §. quod vulgo ff.ad l.Falcid. ergo posito,ꝙ non essent iura suprà allegata, esset verum quod dictum est.de substitutione. Sed contrà de rubrica.C.de institu.& substitu.vbi videtur,ꝙ substitutio non sit institutio ratione copulȩ ibi positæ.iuxta rubricā.ff.de iuris & facti igno.Cogita, quia facilis est respōsio.

11 Quintò extendo, nedū si hæreditas † detur principaliter in codicillis,verum etiam si per remotionem conditionis appositæ in institutione in testamento facta nam etiā per hanc viam hæreditas dari non potest. hoc tenent Sal.in d. l.2.de codic. quod est bene notandum. Ratio potest esse, quia cum cōditio remouetur in codicillis, institutiò remanet pura,& sic quodammodo per codicillos videtur data, quod esse non potest. vt ibidem. Item,quia si secus esset, concederetur vna via,quod aliàs denegabatur.contra l.fin. C.de vsufr.rei iud.& in l.scire.C.de tuto.& cura.da.ab his. cum simi. quod esse non debet, ergo &c. Et hæc extēsio probatur in §.1. Instit. eodem.

12 Sextò extendo, & hoc est singulare,ꝙ nedū† hæreditas non potest dari, sed nec etiam titulus institutionis potest adduci in codicillis. Hoc tenet expressè Bal.in l.non codicillum. ad fin.C.de testam.allegat lege quod per manus.ff. de iur. codic. quæ parum facit. Ratio potest esse (iudicio meo) quia cum hodie requiratur, quòd relinquatur titulo institutionis. vt notatur in authentica nouissima. cū alijs. & aliàs testamentū esset nullum, si concederetur in codicillis appositio,vel adiectio tituli, conualidaretur illo modo testamētum,& sic ista via iterum permitteretur, quod denegabatur per istas leges, ergo non debet concedi. Et fortè est vera ratio,quam nota,quia Bal.nullam asșignat.

13 Septimò extendo,ꝙ etiam conditio non †potest apponi in codicillis.tex.in §.pe.Instit.eod.titu.de codic.& in lege diuus. in prin.ff.eod.Ratio potest esse,quia conditio habetur loco cuiusdam ademptionis: quia deficiente conditione,deficit institutio,vt probatur infinitis iuribus: ergo quemadmodum ademptio nō potest fieri,vt ibid. ita neç conditio addici,ne alia via concedatur,&c.Quid autem si de facto apponatur cōditio,quem effectum operetur, vel an sit superfluo posita,vide tex.& ibi plenè notatur in lege quidam in suo.§.fin.de cond.instit.Et hæc extensio differt à quinta extensione, de qua suprà: quia hic loquimur de conditionis appositione,ibi autem de remotione.

14 Octauò extendo, ꝙ nō solum † institutio vniuersalis, sed nec etiam de certa re non potest fieri,nec adimi in codicillis. Ita notabiliter Bal.in authen.ex causa. 6.quæstione.C.de libe.& præter.& in lege oratio.C.de inoffic.testa. in princ.3.quæst.quod dicit esse diligenter notandum.Sed contra hoc sic insurgo. Institutus in re certa,dato sibi cohærede vniuersali,habetur loco legatarij l. quotiés. C. de hæred.instit.sed habemus,quòd legata possunt dari,& adimi in codicillis.§.præterea.Instit.de fideicom.hær.§.non vsque.de leg.& titu.Insti.de ademp.lega.l.2.C.commu.de leg.cum simi. ergo idem est dicendū in institutione in re certa,quòd posșit fieri,& adimi in codicillis.Quapropter dicas,quòd prædicta procedunt in filio instituto in re certa.Nam cum ille habeatur loco hæredis,saltē quo ad querelam,non potest fieri vel tolli in codicillis.vt hac d.l.2.cū concordan. & quia ex sua institutione accepit robur, & firmitatem testamētum patris.Si autem loqueris in extraneo instituto in re certa,tunc concedo oppositionem, ꝙ potest fieri, & tolli in codicillis, & quòd habetur loco legatarij,vt dicunt dicta iura.& ita sentit Bal.in dictis locis. Et ita debet intelligi (vt puto) quod dicit Bal.in l.non codicillum antepen.quæst.C.de testam.Quȩ omnia diligenter nota. Reperio tamen,quòd Ias.in d.l.omnino,num.9. tenet indistinctè, quod institutio in re certa facta de quocunq;,non potest adimi in codicillis.Et ibi vide quod allegat vnum consilium Ludo.Rom.quod non potui videre, & ideo circa id non insisto.

15 Modò limito.Primò,vt procedat in † pagano, secus in milite.

milit e. vt est text. in l. quærebatur. & in l. militis codicillis. & ibi Bar. ff. de milit. testa. Nec mirũ, cum infinita alia priuilegia sibi concedãtur. vt in tit. de testa. milit. ff. & in l. cer ti. & l. sicut certi. C. de testa. milit. & in casu singulari l. j. C. de iur. & facti ignoran. & in l. milites. C. de testa. mili. cum simili. Ratio huius est propter simplicitatẽ militum legẽ quanquã. C. de testam. mil. & alijs rationibus, de quibus in suis locis. Ergo idẽ in peregrino, quia æquiparantur, vt suprà dixi. Sicq; extenditur l. 2. titu. 2. libri 5. ordina.

Secundò limito prædicta locum habere circa dationẽ,
16 vel ademptionem † hæreditatis, tamen circa declaratione personæ hæredis secùs, nam ille bene potest fieri in codicillis. casus est in l. asse toto. ff. de hære. instit. adde l. institutio talis. eod. tit. & tex. in l. si ita scripsero. ff. de cõdi. & demon. facit le. vnum ex familia. in princ. cum simil. de lega. 2. Rõ potest esse, quia qui declarat, nihil dat, sed datum significat l. & quia. ff. de iurisdict. omn. iudi. & l. hæredes palàm. §. si quid post. ff. de testa. & vide l. ex verbis. cũ ibi notatis. C. de don. inter vir. & vxor. Et vide circa hoc casum nouum & valde notabilem in l. 1. C. de testa. manumis. Itẽ potest esse ratio, quia videtur agi ex declarato in testamẽto, non ex declarante in codicillis, vt dictis. ll. faciũt. ll. quę allegantur, an agatur ex prima sententia declarata, vel ex secunda declarante. de quo in l. eos. C. de appell. cum simi. Item potest esse ratio, ꝙ codicilli trahantur ad testamentum. vt notatur in d. l. 1. C. de testa. manu. cum concor. ergo videtur declaratio facta in testam.

17 Tertiò limito, vt prędicta sint vera † circa institutionẽ, vel circa ademptionem institutionis factã in testamento. Secùs est in substitutione pupillari facta in testamento, nã illa bene potest adimi, & reuocari in codicillis. hoc tenet Bart. in l. vltima quæst. ff. de iur. codicil. & hoc solũ capio ex sua repetitione. Mihi tamen (saluo saniori iudicio) videtur, quòd illud dictũ non possit procedere, imò ꝙ substitutio pupillaris in testamẽto facta nõ possit reuocari in codicillis. Quod probo. Primò, institutio & substitutio iudicantur à pari in ista materia. l. si idem. in fi. eod. tit. de codic. l. diuus. in prin. ff. eod. & Insti. eod. §. pen. sed institutio non potest adimi in codicillis. vt hac d. le. 2. de codi. cũ simi. ergo nec substitutio. Secũdò sic. Dare & adimere sunt paria. vt ibidem. & l. pen. in fi. ff. de condi. instit. cum simil. sed sic est, ꝙ substitutio pupillaris non potest dari in codicillis l. si idem. in fin. eod. l. Scæuola. ff. ad Trebel. ergo nec adimi, seu reuocari. & est magnum fundamentum. Tertiò sic. Testamentũ filij, hoc est, substitutio pupillaris, requirit plura ad hoc vt valeat lege patris & filij. ff. de vulga. & pupill. & subst. & in alijs legibus. inter quæ requiritur, ꝙ aliquis substituatur ei, alias non est testamentum filij, ergo eadem solennitas est necessaria quòd interueniat in reuocatione testamenti lege hæredes palàm. §. 1. ff. de testa. sed hoc non potest fieri in codicillis, vt probatũ est, ergo, &c. Quartò, certũ est, quòd hæredis institutio nõ potest tolli nudo animo, sed alia demum institutione. vt per Bart. in l. si matre. de leg. 3. per tex. in §. ex eo. Instit. quib. modis testa. infir. eodem modo nec substitutio, cum etiam dicatur institutio l. 1. ff. de vulga. substit. & sic alia demũ voluntate perfecta debet reuocari, ergo nõ in codicillis. Quintò, pro hoc allego Bald. in le. humanitatis. C. de impub. & alij. 11. col. in medio. vbi tenet, quòd substitutio exemplaris non potest tolli in codicillis, ergo idem in pupillari, cum exẽplaris sit inducta ad exemplum pupillaris d. l. humanitatis. Et nota bene prædicta, quia Bal. nihil allegat. Dicebat tñ Bal. vnum singulare in dicto loco, ꝙ si codicilli expressè fuerint confirmati in testamento, tũc posset reuocari substitutio in eis, quod pro me valde noto, quia est dubium.

Quartò limito, ꝙ licèt hæreditas non possit dari in codicillis, poterit tamen adimi codicillis clausula derogatoria apposita in testamento. Hoc tenet notabiliter Salic. in d. l. 2. C. de codic. Ratio est secundum eum, quia per hoc non datur, nec aufertur hæreditas. Itẽ, quia nõ inuenitur prohibitum. ergo videtur permissum l. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. cauſ. maio. sequitur idẽ Alex. in d. l. 2. Et pro hoc ego dicerẽ, ꝙ quemadmodum in codicillis clausula derogatoria potest tolli, ita eodem modo poterit apponi, tum quia contrariũ non cauetur, tũ etiam, quia dare & adimere sunt paria in hac materia, vt suprà dixi: ergo queadmodum potest tolli illa clausula secundũ Salic. ita eodem modo potest poni. Ex quibus infertur, ꝙ si in testamento est apposita clausula derogatoria, & in codicillis ablata, ꝙ si postea fieret testamẽtum secundum, valeret, licet de dicta clausula non fuerit facta mẽtio, licèt aliàs hoc esset necesse l. diuus. §. licet. de iure codic. l. l. si mihi & tibi. §. in lega. de legat. 1. l. si quis in princ. de legat. 3. Itẽ eodẽ modo ego infero, ꝙ si in codicillis esset apposita illa clausula, ꝙ si postea fieret aliud testm̃, non valeret, nisi fieret mentio clausulæ appositæ in codicillis. quod reputo pro me notãdum.

18 Quintò limito, ꝙ licet † hæreditas nõ possit dari in codicillis, vt dictum est, bene tamẽ in eis poterit confirmari hæreditas data in testamento. Casus est notabilis in l. 1. C. de codicillis. addo tex. in l. 2. in fine. ff. de iure codic. Quod notabiliter intellige, si hęreditas sit data in testamẽto inutiliter. & ita loquitur d. l. 2. & nec tunc valebit tanquã institutio, sed tanquã codicillus, vt ibi dicitur. Quid autem si esset data vtiliter in testamento, an tunc poterit in codicillis confirmari? Videtur inanis quęstio, cũ non requiratur confirmatio. Dic tamen, ꝙ bene poterit in codicillis confirmari. allego text. in l. quidam cum testamentum. §. sed cum veteres. C. de necessa. seruis hær. instit. Et opinionem Salic. sequuntur Corn. & Alex. in d. l. 2. & Ias. in l. eodem tit. in fin. nu. 2. & Angel. in §. codicillis. Instit. eodem. Caue, quia contrarium puto verius. Primò, si hoc esset verum, sequeretur, quòd secundum testamentũ, quod propter clausulam derogatoriam in principio appositam erat infirmum, confirmaretur per codicillos, & sic principale confirmaretur per accessoriũ, quod est absurdum & ęsset contra l. 2. §. fin. ff. eod. titul. de codicillis. & l. penult. §. sed cum veteres. C. de necess. hær. insti. & contra omnes rationes adductas suprà. Præterea non solum institutio, sed ẽt adiectio, quæ ad institutionem confirmandam, vel infirmandã pertinet, codicillis fieri non potest: qualis est conditio, quæ ad institutionẽ in testamẽto factã codicillis dari, vel adimi nequit. §. pen. vbi gl. Insti. de codi. vnde licet clausula derogatoria non sit institutio, est quædã adiectio ad institutionẽ firmandã, vel infirmandam, quæ codicillis fieri non potest. argu. d. §. pen. Nec obstat, quòd institutio testamento facta codicillis potest firmari. argu. l. illa institutio. ff. de condi. insti. Nam respondeo, ꝙ illa confirmatio non fit per modũ positionis, vel detractionis, sed per mõ dum declarationis, vnde talis declaratio non modo in codicillis, sed in alia minus solenni dispositione fieri potest: quia qui declarat, nil agit. vt l. hæres palàm. §. 1. de testam. Præterea non refert aliquid sit certum per se, an per relationem ad aliud l. vbi autem. §. 2. de verbo. vnde institutio facta in testamento, non ideò vitiatur, ꝙ certitudinem, & declarationem per relationem ad codicillos recipit. Nec obstat d. l. necnon. in qua se fundant Alex. & Salic. Nã respondeo, ꝙ satis expressim reperitur prohibitum, cũ reperiatur prohibitum, ꝙ principalem cõfirmationem, vel infirmationem recipiat ab accessorio. Item cũ reperiatur prohibitũ, ꝙ aliqua adiectio fiat in codicillis, quę per modum positionis, vel ademptionis firmet, vel infirmet institutionem in testamento factam. Stringo hoc fundamentum. Nam si adiectio, quæ solum respicit institutionẽ, nõ valet in codicillis facta, quantò minus positio, vel detractio clausulæ derogatoriæ, quæ respicit non modò institutionẽ, sed & totum testm̃? Stringo & fortiùs. Nã positio, vel detractio cõditionis non statim firmat infirmum, vel infirmat infirmum, sed dum ponitur institutioni, eam institutionem de firma reddit dubiã, & dum adimitur ab institutione, eam de dubia reddit firmã: at positio clausulæ derogatoriæ, vel ademptio statim firmat vel infirmat, & sic est efficacior, & cõsequẽter magis ꝓhibita. Vnde licet cum

cum Sali. & Alex.teneat etiam Ang.in d.§.pen.adhuc contrarium teneo in vtroque l.ꝙ clausula derogatoria codicillis nec poni possit, nec detrahi.

Sextò limito, vt non possit dari hæreditas in codicillis. Est verum iure directo, secus iure fide commissi. vt in 2. parte. d.l.2.cum concord. Ratione diuersitatis ponit ibidem gl. Adde plures rationes, quas dedi in principio huius regulæ.

19 Vltimò quæro,& est maximè necessaria†questio,hęreditas nõ potest dari, vel adimi directò in codicillis, vt sæpè dictũ est, ponamus tamẽ, quòd de facto testator in codicillis directo hæreditatem reliquit, certum est, quòd directo non potest valere, quia in codicillis, sed an trahetur ad fideicommissum, quod testator potuit facere? In hoc dicas prout possum colligere ex verbis doctorum, quod aut isti codicilli sunt facti post testamentũ, aut nullo præcedẽte testamento. Primo casu dico, quòd trahetur ad fideicommissum. Exẽplum. Testator instituit Titium in testamento, postea in codicillis dixit, quod post mortem Titij Sẽpronius sit hęres: constat enim, quòd nõ valet iure directo duplici de causa, tum quia in codicillis, tum etiam quia post aditam hæreditatem realiter directo nõ potest quis substitui, nisi in milite, vel substituto pupillari l.in testamẽto. C. de testam.mil. Isto casu dico, quòd illa verba trahentur ad fideicommissum, cum nũquam potuerit valere iure directo. Iste est casus in l.Scæuola.ff.ad Trebell. Addo duas gl. quæ illam legem sic intelligunt in l.si idem.in fi.eod.ti. de codic.& in §.pen.Instit.eod. Secundo verò casu, quando codicilli sunt facti non præcedente testamẽto per verba directa, & dicas, quòd aut cõstat, quòd voluit testari, & tunc nõ valeat iure fideicõmissi, nisi expressè dicat. Iste est propriè casus in l.1.ff.de iur.codicil.& istud membrum nemo ibidem tangit. Aut constat, quòd voluit codicillari, vt quia expressè hoc dixit, &c. non obstãte, quòd sint verba directa, obliquabuntur, quemadmodum si testamẽtum præcessisset.per l.Scæuola. quam ita intelligit Bar. in l.1.prima oppositione.de iure codicil. Tertio casu, quando sumus in dubio, & apposuit verba directa, præsumitur potius voluisse testari, quam codicillari, attenta potius natura verbi huius directi, quàm defectus solennitatis, & tunc cum non possit iure directo valere, nec trahetur ad fideicõmissum. Iste est propriè casus notabilis & singularis in l. nõ codicillum. C. de testam.ita colligo ex verbi Paulis in d.l.2.& Alex.ibidẽ. & vide Bar.in l.1.prima oppositione.ff.de iure codic.ex cuius verbis collegi ista vltima tria membra sub paucis verbis. Et ista est melior quæstio quæ sit in ista materia.

20 Illud autem notandũ †est, quòd codicillus desiderat, ne testator diuertat ad actus extraneos, secundum Corn. per tex.ibi in versi.in omni in l.fin.C.de codicil.colum.3. non secus ac in testamẽtis idem exigitur per l. cum antiquitas, C.de testam.& l.hæredes.§.fin.eod.ti. Vnde datur notabi. limitatio ad §.fin.Institu.de codicil.ibi,& nullam solennitatem ordinationis desiderant. nam hanc saltem solennitatem non respuunt. Et ita notanter limitatur l. fin.tit.12. part.6.& ampliatur l.3.tit.1.par.6. Cogita tamen, quia non firmo, licet Corn.in d. col.3.firmet.

21 Illud autem dubium est, an codicilli†desiderẽt testium subscipitiones? Et pręmitte, quòd etiam testamentum est actus qui sui natura non desiderat scripturam, non magis, quàm quilibet actus inter viuos. Ista est vera & communis opinio, secundum Soci.in consi.142. lib.1.& secundũ Gregor. Lupum in l.2.titu 1.par.6. in glo. en poridad.

22 Neque ad rem pertinet, quòd l. hac†cõsultissima.C.de testamen.&.§.sed cum paulatim.Instit.de testamẽt.longã obseruationem testamenti in scriptis depingãt. Nam illud descendit, non tam ex natura actus, quàm ex accidẽte, id est, ex voluntate testatoris in scriptis testari volentis: non aliter atque actus inter viuos, qui regulariter nullam desiderant scripturam sui natura. ex accidenti tamen scripturam exigunt, quando id contrahentes voluerũt. vt in principio Institu.de ẽmptio.& venditio. Vnde licet contrahentes conuenerint, vt cõtractus in scriptis recondatur, id nõ efficit, vt licet id omittatur, desinat cõtractus valere, quasi id sit de accidẽtalibus, quæ possunt adesse & abesse præter subiecti corruptionem. vt tenet glo. in d. princ.Institu. de emptio.& vendi. quæ communiter approbatur secũdum Socin.d. consi.147.lib.1. & est cõmunis secundum Greg. Lupum vbi suprà. Vnde similiter fit, vt qui destinauit in scripitis testari, si nõ adhibuit solennia ad id testamentum sufficiẽtia, idonea tamen ad testamentum nuncupatiuum id quidem testamentum non desinat valere vt nuncupatiuum, quasi testator quòd testamẽtum scriptis recondatur non pro forma aut substãtia habuerit, sed tantum pro accidenti, quod potest abesse præter subiecti corrupionem. vt plenissimè docemur in §.11.in prin. & est communis opinio. licet in contrarium se habeat altera communis, vt ibi enarrauimus.

23 Modò sic, licèt codicillorum †quidam reparãtur in scriptis, quidam nuncupati tantum. vt tradit Corneus per tex. ibid.in l.fi. col.3.C. de codicillis. vbi Alex. & Ias.& Greg. Lupus in l.fin.in glo.sellos.titu.12.part.6.tamen intelligendum est scripturam non esse de natura codicillorum, non magis, quam de natura testamẽti, nisi accidentaliter: quia testator voluit in scripitis codicillari, quo casu licet postea codicilli nuncupati tãtum nõ reperirẽtur, valere nõ desinerent non magis, aut non secus, quàm in testamento suprà diximus:

Verùm vehemẽter cõtrouersum est, cum codicilli fiũt in scriptis, an tunc pro forma ipsorum requiratur subscriptio quinq; testiũ? Et gl. Albericusq; in l.fi. in fin. C.de codicil.per tex.ibi tenent, quòd sic. & sequuntur ibi Alexan. & Ias.vbi etiam Cor.col.3. in prnci.& Greg. Lupus in d.l. fin. tit.12.part.6.estq; recepitior & communior sententia.

Contrarium tenet Azo in summa.C. de codicil.col.2.cuius sententiam veriorem puto: quia nimis nouum est constituere duas species codicillorum, alteram in scriptis, alteram nuncupatiuam. Et vt hæ duæ testamẽtorum formæ aut species tam luculenter depinguntur à iure consultis & imperatoribus: ita quoque depingerentur in codicillis, si in illis eandem mentem, & non diuersam potius haberent. Deinde contra communem est tex.clarus in §.fin.in fi.Institu.de codicillis. ibi, & nullam solẽnitatem ordinationis desiderant. Nec quenquam mouere debet d.l.fin.de codic. ibi, subnotationem. Nã licet non abnegem, quin subnotatio sumatur pro subscriptione, tamen sensus illius legis est, quòd scriptura, in qua codicilli reconditi sunt cum quinq; testium interuẽtu nõ faciet fidem, si ibi absuerint testium subscripitiones, ipsi tamen codicilli per hoc in probatione tantum, non etiam in forma defecisse videbuntur: vnde remota illa scriptura, per eosdem testes tenor codicillorũ probari poterit. Non sic in testamento in scriptis, vbi si vnius tantum testis subscriptio deficeret, peccatum in forma videretur, nec suppleretur per depositionẽ ipsiusmet testis, qui subscribere desijt, nec etiam aliorum plurium testium: quia formæ defectus non suppletur per probationis abundantiam, vt disserimus in §.11.num.17.

Ergo aut constat restatorem non aliter voluisse valere suos codicillos, quàm si inde scriptura solẽniter, riteq; fieret. Aut constat contrarium, aut dubitatur. Primo casu, tale instrumentum codicillorum, eorundem subscriptiones desiderat pro sui forma: vt d.l.fi.C.de codicil.& consequẽter non valerent codicilli, si vel vnus testium subscribere desijsset.arg.d.l.fin.& in simili per l.ad testium.§.fi. de testamẽ.l.hac consultissima in fi.prin.C.eod. Nam & idem foret in actibus inter viuos de expressa voluntate contrahentium. vt in princ.Institu.de emptio.& venditio.& suprà diximus. neq; hoc casu lex videtur hanc formam dedisse codicillis, sed tantum ipse testator. Secundo casu, quãdo cõstat contrarium, defectus testium subscriptionũ nõ noceret, vt omnes admittunt. Tertio casu cum dubitatur, communis opinio suprà relata vult, quòd eo ipso, quòd testator expressit se velle in scriptis codicillari, intelligatu

scripturam

ſcripturam non tantum pro probatione, ſed etiam pro for ma codicillorũ exigere, vt ſic ſi deficeret vnius teſtis ſubſcriptio, codicillus in ſui forma imperfectus, eſſet, nec per depoſitionẽ illius teſtis, cuius depoſitio deficit, nec etiam per depoſitionem aliorum pluriũ teſtiũ defectus ille ſuppletur. Nos tenemus contrarium, vt non pro forma codicillorum, ſed tantũ pro probatione id præceptum teſtatoris habeatur, vt & in actibus inter viuos accidere docuimus: niſi ipſe paterſ. expreſſim vltra procederet, annullando quod in contrarium factum eſſet.

Iure autem regio idem erit ſecundũ nos. Quod expreſ
24 ſim tenuit Micha. Ciſon. in l. 3. Tauri. Licet cõtrariũ velit Gregor. Lupus in d. l. fin. tit. 12. part. 6. per illum tex. qui in codicillis remittit tantum ſigilla, non etiam teſtiũ ſubſcriptiones. Sed nihil eſt. Nam verus ſenſus illius legis eſt, nõ pro forma codicillorum vt in teſtamẽtis ſubſcriptiones teſtium deſiderati, ſed tantũ pro probatione: vnde ille defectus ſubſcriptionum per depoſitionem ipſorummet teſtiũ ſupplebitur, quod fieri non poſſet, ſi pro forma deſiderare
25 tur. Et ita etiam intelligo l. 3. Tauri. & l. 1. ti. 2. lib. 5. ordin. Nam d. l. 1. ſubſcriptiones teſtiũ vt non deſiderat in teſtamento nuncupatiuo: ita quoque d. l. 3, quæ ſeſe ad eam refert, eand. ſolẽnitatem in codicillis deſiderans, non poteſt videri exgere ſubſcriptiones: quia l. noua, quæ ſe refert ad legem veterem, debet intelligi ſecũdum terminos illius legis veteris. authen. de filijs ant. dot. inſtr. na. Alexan. Coro. Iaſ. & Decius in l. ſi pater. C. de inſt. & ſubſt. Roderi. Xuarez. in l. quoniam in prioribus, in 1. 2. & 3. ampliat. C. de inoffic. teſtam.

§. 26.

1 *Principis teſtamentum valet omiſſa forma legis.*
2 *Princeps vxori ſua poteſtate donare.*
3 *Principis donatio non eget inſinuatione.*
L. 11. tit. de las donacio. lib. 5. ordin.
4 *Principe rem alienam vendente, ſecurus eſt emptor.*
L. 2. tit. 22. lib. 3. l. 2. 3. & 4. tit. de las dona. lib. 5. ordin.
5 *Principis donatio non quæritur patri, etiam quo ad vſumfructum.*
6 *Princeps poteſt donare filio quem habet in poteſtate.*
7 *Principis præſentia facit valere teſtamentũ minus ſolẽne.*
8 *Principis teſtamentum minus ſolenne valet.*
9 *Bo. po. in quibus caſibus neceſſaria eſt, deſinit eſſe neceſſaria, ſi teſtamentum fiat principis præſentia.*
10 *Principe iudicante, concluſio libelli non eſt neceſſaria.*
11 *Principis ſententia valet, licet non ſit conformis libello.*
Declaratio l. fin. tit. de las ſentencias. lib. 3. ordi.
12 *Delictum etiam in modum exceptionis probatum, principe iudicante, poteſt puniri.*
13 *Libellus accuſatorius non eget diei inſertione, principe iudicante.*
14 *Principis ſententia valet ſcriptis.*
15 *Principis ſententia ſi reſtitutione petita impugnetur, oportet articulum læſionis exprimi ſpecialiter.*
16 *Principis ſententia petita reſtitutione non reſcinditur, niſi per ſolum principem.*
17 *Principis ſententia valet non ſeruato ordine iudiciorum.*
L. fi. tit. de las ſentencias. lib. 3. ordin.
18 *Principe in curia infamis procurator eſſe non poteſt.*
19 *Principi omnes pœnæ ſunt arbitrariæ.*
20 *Princeps debet iudicare ſecundum conſcientiam ſuam.*
21 *Principis citatio etiam die feriato eſt obedienda.*
22 *Princeps in cauſa propria iudex eſſe poteſt.*
23 *Principe iudicante ex cauſa iuſta poteſt omittit citatio.*
24 *Principis ordo omiſſus annullat actum.*
25 *Princeps transfert dominium per ſolum contractum.*
26 *Principi dicenti ſe vidiſſe aliquod inſtrumentum inſertum in ſuo reſcripto, creditur, non ſit in tabellione.*
27 *Principis omnes contractum cenſentur bonæ fidei.*
28 *Principis ſententia non ſubiacet appellationi.*
29 *Princeps poteſt etiam ſine cauſa ſuam donati. reuocare.*
30 *Principis verba etiam enunciatiua probant.*
31 *Principi adulto etiam inuito dantur curatores.*
32 *Principis depoſitio etiam non iurata facit plenam fidem, etiam in cauſa criminali.*
33 *Principis procurator habet dignitatem.*
Declaratio l. fina. titu. de las ſentencias. lib. 3. ordina. & l. 11. tit. 1. eod. lib.
34 *Principis notarius habet dignitatem.*
35 *Principis fideiuſſor poteſt conueniri principe non excuſſo.*
36 *Principis mandatum non ſuppletur per cautionem de rato.*
37 *Principis conceſſio recipit ius accreſcendi, licet fiat inter viuos.*
38 *L. 1. tit. 3. lib. 3. fori.*
39 *Principis delegatus ſubdelegat.*
40 *Pactum concurrens cum legis prohibitione, impedit alienationem.*
41 *Iuramentum firmat actum fauore iurantis vetitum, licet prohibitio dirigatur ad perſonam vetitam, cum cõmuni contra Bart. & ſequaces.*
42 *L. 8. tit. de las deudas lib. 3. fori.*
43 *Iuramentum non firmat contractum vxoris factum ſine licentia viri.*
L. 1. & 2. tit. de las arras lib. 3. fori.
44 *Eccleſiæ offuſum fuit venenum per donationẽ Cõſtantini.*
45 *Regis non ſunt bona regni.*
46 *Regnum eſt indiuiduum.*
47 *Rex malè regens, perdit nomen regis, & appellatur tyrannus.*
48 *Rex Franciæ nullam vrbem regni ſui inuitis ciuibus alienare poteſt.*
49 *Rex ſi alienat ciuitatem, eo caſu quo poſſet, ciues ſe redimere poſſent.*
50 *Rex nõ poteſt filios ſuos regno priuare, aut conſanguineos.*
51 *Maioratus ſucceſſor an teneatur ſoluere debita & legata prædeceſſoris.*
52 *Rex ſi litigat ſuper vrbe aliqua, nõ poſſet compromittere.*
53 *Compromittere non poſſunt prælatus, reges, curotores, adminiſtratores ciuitatum.*
54 *L. 7. tit. 1. lib. 4. ordi.*
55 *Declaratio l. 0. tit. 12. lib. 3. ordin.*
56 *Declaratio l. 3. tit. 1. lib. 5. ordi.*
57 *Delicta omnia vtroq; foro poſſunt puniri. noua declaratio.*
58 *L. fin. Tauri.*
59 *Intell. l. 4. tit. 2. lib. 5. ordi.*
60 *Teſtatoris, non hæredis perſona inſpicitur quo ad iuriſdictionem.*
61 *Fiſco regis, nõ eccleſiæ applicatur hæreditas, quæ aufertur hæredi laico ſcripto a clerico, data fide de reſtituenda hæreditate filio ſpurio ipſius clerici. contra nouiſſi.*
62 *Intell. l. 4. tit. 1. lib. 3. ord.*
63 *Intell. l. 6. tit. 1. lib. 3. ordi.*
64 *Intell. l. 3. & 4. in quaterno alcaualarum.*
65 *Intell. l. 22. tit. 3. lib. 1. ord.*
66 *Intell. l. 127 in quaterno alcaual.*
67 *Matrimonium clandeſtinum vtroque foro punitur.*
68 *Intell. l. 49. Tauri.*
69 *Declaratio ad tit. de las vſuras lib. 8. ordi.*
70 *Ius ciuile, & canonicum vnum reputari. noua declar.*
71 *Intell. legum regni.*
72 *L. 2. tit. 2. l. 7. tit. 3. lib. 1. ordi.*
73 *Intell. l. 13 tit. 3. lib. 1 ordi.*
74 *L. 17. tit. 3. lib. . ord.*
75 *L. 12. ti. de los alcal. lib. 2. ord. & l. 2. ti. de los corre. eo. lib.*

76 *L.2.tit.de los alcal.lib.2.ord.*
77 *L.fi.tit.de las heren.lib.5.ordin.*
78 *L.3.in quaterno alcaual.*
79 *Princeps an quæ sunt iuris gentium possit immutare. cum communi.*
80 *Necessitatis priuilegium.*
81 *Immunitas à solo principe conceditur, cum communi.*
82 *Princeps quando vetetur regalia alienare. cum communi.*
83 *Rex potest regalia alienare, cum modica tamen regni læsione. cum communi.*
84 *Rex alienare potest patrimonialia. cum communi.*
85 *Rex alienare potest regalia, quæ nondum erant in regali patrimonio incorporata. cum communi.*
86 *Maioratus successio regulatur secundum formam succedẽdi in regnis vsitatam.*
87 *Maioratu ita concepto, Si filius sine liberis, &c. an liberi illius ad maioratum inuitati videantur, & an maior natu tantum, an omnes.*
88 *In cõditione positus, videt positus in dispositione in legatis.*
89 *Maioratus sine principis licentia constitutus, an tempore, vel licentia superueniente firmetur.*
90 *Maioratus quid esse intelligatur.*
91 *Regnum est indiuiduum, & omnis successio, quæ datur iure primogenituræ. cum communi.*
92 *Dignitas, Principatus, Comitatus, Marchionatus, Ducatus, & similium sunt indiuiduæ.*
93 *Maioratus facit, vt positus in conditione, videatur positus in dispositione.*
94 *Maioratus vt Principatus regulatur.*
95 *Maioratus constitui potest sine licentia principis.*
96 *Maioratus non eget licentia principis dum sit, nisi cum minuitur liberorum legitima.*
97 *Maioratus in præiudicium legitimæ factum confirmatur principis licentia.*
98 *Leges Regiæ expenduntur.*
99 *Consensus vbi defuit initio, suppletur confirmatione, seu ratihabitione prout ex nunc, non prout ex tunc.*
100 *Maioratus insertus in confirmatione, ex certa scientia confirmatus videtur.*
101 *Confirmatio rei inualidæ inducit de nouo, secus si rei validæ.*
102 *Testari possunt monachi de licentia Papæ, & testamentũ eius sine licentia Papæ factũ, potest Papa confirmari.*
103 *Papa dispensat matrimonio tam contrahendo quàm etiam contracto.*
104 *Spurij possunt legitimari etiam sine coniunctorũ citatione.*
105 *Princeps potest priuilegium concedere in præiudicium tertij illo non citato, dummodò vtatur iure suo.*
106 *Legitimari potest filius post mortem patris nullo citato, si princeps velit.*
107 *Vsurarij testamentum etiam defuncti potest Papa confirmare.*
108 *Testamentum nullum an conualescat cessante causa nullitatis.*
109 *Testamentum nullum filij preteritione, taciturnitate eius firmatur.*
110 *Maioratus bona, an, & quanto tempore possint prescribi, et si præscribi possit, an contra, prescript. detur restitutio.*
111 *Præscriptio nunquam rescindi restitutione. contra cõmunẽ.*
112 *Præscribi an possit alienari vetita.*
117 *Insertę scripturæ virtus.*
118 *Maioratus fulcitur lege diuina, canonica, & consuetudinaria, secundum quosdam.*
123 *Præscriptio impeditur, quando iurisdi. aliqua in parte exercetur.*
124 *Maioratus res an præscribatur in damnum sequentium.*
125 *Maioratus tempore immemoriali an præscribatur.*
126 *Maioratus res vt prescribatur.*
127 *Prescriptio an impediatur alienatione vetita.*
128 *L.32.tit.9.part.6.*
129 *Maioratus an præscribatur in preiudicium sequentium.*
132 *Prescript. long. temp. non rescinditur per restitutionẽ. contra communem. Item in prescript. 30. annorum. contra communem. Idem in prescript. 40. annor. contra cõem.*
139 *Declaratio l. fi. tit. 13. lib. 3. ord.*
140 *Declaratio l. 4. in quaterno alcau.*
141 *Intell. l. 1. tit. 4. ord.*
142 *Maioratus res an iure regio prescribatur, & declaratur l. 45. Tauri.*
143 *Maioratus rerum præscriptio non rescinditur restitutione.*
144 *L. 1. tit. 3. lib. 3. ord. ampl.*
146 *L. 1. tit. 3. lib. 3. extenditur. 2.*

1 REDEVNDO ad casus, in quibus remittitur † solẽnitas testandi, fallit 31. in testamento principis l. omnium. C. de testam. vt ex superioribus plenè attigimus. Sed in contrarium facit, quòd cum nemo possit facere, quin leges locum habeant in suo testamento, similiter videtur, ꝙ princeps efficere non poterit, quin in suo testamento seruanda sit forma, & solennitas testamentorum. Mouet questionem, ꝙ princeps licet legibus solutus sit, legibus tñ viuere vult l. Papi. §. Imperator. ff. de inoff. testa. l. si hæredum. & ibi Ias. C. eod. tit. §. pe. Insti. quibus modis testamẽtum infirmetur l. ex imperfecto. ff. de leg. 3. ex imperfecto. C. de testamẽtis. Hinc est, ꝙ leges generaliter loquentes compræhẽdunt personas etiam priuilegiatas, qualis est persona principis. ita probat text. in l. in fraudem. §. fin. ibi, quia generalis erat illa determinatio. ff. de milit. testamẽto. tenẽt in specie Decius consi. 5. idem Decius in l. ex testamẽto. C. vnde liberi. Alciatus lib. 4. paradoxorum cap. 10. Tiraquellus de vtroque retract. gl. 14. nu. 91. cum sequen. Adhuc tamen contrarium tenẽdum videtur, vt iã subijciam, vt hac in re princeps efficere possit, ne leges locũ hebeãt in suo testemento, in quo prætermitti potest forma testamẽtorum regularis d. l. omnium. & in simili facit leg. pen. C. de don. inter virum & vxorem.

Et expendenda est. ratio, de qua in d. l. omnium. in princ. dum ait, testam. factum in præsentia principis ideo citra solennitatis interuentũ valere, quia principis præsentia vincit omnem testiũ fidem: quæ ratio cum sit expressa in lege, habetur pro lege, adeò, vt ipsius legis decisio veluti pro exemplo habetur quod non restringit legem. Vt ex communi opin. resoluunt Tiraq. de causa cess. par. 1. num. 152. Bal. in repet. l. de quibus. col. 12. ff. de legib. versi. item nota quòd non videtur. Alex. consil. 75. Videtur in præsenti. col. 1. lib. 5. Ias. in l. à Titio in prin. col. fi. ff. de verbo. obliga. idem Tiraq. in l. si vnquam. C. de reu. donat. verb. obligat. nu. 45. Denique cum ratio in lege expressa est (prout fuit in d. l. omniũ. C. de testam.) tunc fit extensio, quatenus se extendit ratio etiam in exorbitantibus, & pęnalibus, & correctorijs. Ista est vera & communis op. quam Bal. tenet in l. fi. ff. de hær. instit. idẽ Bal. in l. fi. C. de lib. præt. Alexan. in l. cũ mulier. col. 5. ff. soluto metrimonio glo. in clement. 1. verbo, eligatur. de electione. plenè per Ias. in l. re coniuncti num. 181. ff. de leg. 3. Ias. in authen. quas. actiones. num. 22. C. de sacrosan. eccles. Bald. ibi col. 2. Paul. in l. quamuis. C. de fideicõ. Cuma. in d. l. cum mulier. §. 1. per tex. ibi. ff. sol. matrimonio. Georgi. Nat. in c. quanuis. de pact. in 6. nu. 32. Curti. Iuni. in c. humanitatis. per tex. ibi. nu. 15. C. de impub. vbi Ias. num. 6. Alexã. num. 5. Corn. nu. 15. Purpu. in l. fi. C. de pact. num. 23. vbi Curt. Iuni. num. 9. Deci. num. 15. Ias. in l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. obliga. col. 5. ad fin. num. 12. Deci. consi. 372. nu. 7. Fortu. in l. Gallus. §. & quid si tãtum. col. 87. ff. de lib. & posth. Crottus in l. si constante. ff. sol. matrim. lect. 2. super 7. quæst. Bar. Ias. in l. transigere. nu. 15. C. de trãsact. Ripa. in l. nemo potest. nu. 50. ff. de leg. 1. vbi Hãnib. nu. 349. Ias. in l. Marcellus. in prin. ad Trebel.

Couar.

Couar.in c.Rainal.§.3.nu.6.de testa.Dec.in auth.ex testaméto.col.4.C.de coll. Ias.in l.de quibus.nu.14.ff.de leg.Tiraq. de causa cess. par.1.nu.135.cũ seq.per legem.his solis.C.de reu.dona.l.si fratres. §.idem Papin.ff.pro socio l.1.§.idem quoq;. & §.si duo.de coll.bo. l.fi.ff.de hær.instit. Et vt genus omnes suas species ex vi comprehẽsiua, nõ ex vi extẽsiua amplectitur:ita vbi est eadẽ rogatio,omnes casus amplecti videtur ex vi non extensiua,sed comprehensiua vt ex communi opin.resoluũt Tiraqu. de causa cess.par.1. nu.137.Petrus, & Cinus in l.iura non in singulas.ff.de legib. vnde ratio legis inducit & est ipsa lex.vt resoluit plenè Tiraq. vbi suprà num. 135. cum seq.qui quamplures citat huius sententiæ authores.

Vnde licet in reliquis testamentis fœmina nõ possit esse testis l.qui ex testamẽto.§.mulier.ff.de testam.& testes autem.Insti.eod.tamen fœmineũ testimonium in testamẽto facto à principe valebit,non secùs, quàm testimoniũ masculorum.Quinimò per duos testes etiam fœminas,quare sat erit probare testamentũ factum fuisse à principe arg.d. §.mulier.iũcta d.l.omnium.Ratio istorũ est,quia præsentia principis pro forma & solẽnitate habetur.vt d.l.omniũ in prin.sicq; in tali testamento cessat ea solẽnitas, ꝙ testes sint masculi. Et eadem ratione cessabit ea solennitas, quæ in reliquis testamentis desideratur , vt testes subscribant se iuxta l.hac consult.in prin.C.de testam.& §.sed cũ paulatim.Inst.eod tit.Et licèt in reliquorũ testamẽtis signaculis testium opus sit d. l.hac consultissima.d.§.sed cũ paulatim l.ad testium.§.fi.ff.eod.l.1.& 2.ti.1.par.6.tamẽ non sic erit in hoc testamẽto,vt nos interpretamur. Et quãuis reliqua testamenta vitientur, si testium quilibet fuerit compulsus tamẽ (vt nouè interpretamur) aliud erit in hoc testamento.sicq; limitabitur l.qui testamento.§.fi.ff.de testam.Et licet cæci testam.etiam hodie debeat incipere ab hæredis institutione.secundũ receptiorem sententiam,vt per Deciũ col.1.in l.hac consultissima.C.qui testam.fac.poss.(licèt id suspectũ sit,vt alibi docemur) tamẽ si cæci testam. coram principe factum esset,valeret licèt aliunde , quàm ab hæredis. institutionem inciperet sicq; nouè limitabitur d.l.hac cõsultissi. Et quãuis iure regio testamẽto in scriptis requiratur signaculum tabellionis l.3.Tauri. tamen non sic,vbi tale testam.a principe factum esset.arg.d.l.omniũ. Deniq; licet regulariter testa. vnico contextu fieri oporteat tamẽ cum hac solennitate dispensatur per principis.præsentiam sicq; nouè limitatur l.cum antiquitas.C.de testam.l.furiosum.C.qui testam.fac.poss.l.qui testamẽto.§.veteres.ff.de testam. Ratio istorũ est,quia in his omnibus casibus pariter militat ratio, de qua in d.l.omnium. sicq; hi omnes casus legis ratione comprehendũtur,licet decisio legis in numero tantum testium loquantur.

Proinde licet regulariter testes in præsentia testãtis esse debeãt.vt est communis opin.quam tenent, & resoluunt Deci.cõsi.354. In casu proposito nu.1. Parisi.cõsi.33.col. 1.lib.2.Bal.in l.si non speciali.C.de testam.vbi Ias.in pr.& rursus in 3.notab.Corn.cons.18.In nomine domini lib.2. num.4.Bar.Salic.Fulgo. Paul.& Bened. de Plumbi.in d.l.si nõ speciali. Imol.& Abb.in ca.2.de consuet.estq; communis opi.secundum Corn.vbi suprà nu.6. Cinus & Alex.in d.l.si non speciali. vbi etiam Albe.per tex.ibi in verbo, in cõspectu testatoris.& in l.si vnus.in verbo, corã testatore. C.de testam.facit l.qui testamẽto.§.veteres.ff.eod.tit.tamẽ in testamẽto facto a principe non est necesse, ꝙ testes sint in conspectu testãtis, non magis,quàm in actibus inter viuos, in quibus expeditum est non oportere,ꝙ testes sint in præsentia contrahentiũ secundum veram & communem sententiam,quam tenẽt gl.in l.2. §.idem Labeo.ff. de aqua pluui.arcen. quam communiter app. dicunt Alex. n.6.& Ias.nu.9.in d.l.si non speciali Bar.Imol.& Paul. in d.§. idẽ Labeo per canonistas in c.preterea.de testib.& in c.ex literis.de consuet.Abb. in c.cũ causam.de testib.Bal.in l.conuenticulã.col.7.de epis.& cleric.Inn.& Ioan. And.in d.c. præterea.Et ita tenendũ est.argũ d.l. omnium.C.de testa.

Vnde planè infertur,ꝙ licèt de iure ciuili oporteat quòd omnes testes intelligant omnia intestamento contenta,ita vt nullam particulam etiam minimam desinãt intelligere singuli testes: nec enim santis est ꝙ fuerint p̃sentes, vt proximè dicebamus, nisi præterea omnia , quæ ibi agebãtur, plenè intellexerint.vt ex cõmuni op.resoluũt Corn.cons. 304.Circa hãc consultationem.num.20.lib.1.in simili per Bar.& Paul.in d.l.cum antiquitas. & Guliel. Bene.in cap. Rainut.de testam.par.1.in verbo,in extremis positus.nu. 40.Corn.cõsi.226.Licet in hac.lib.3.nu.5.& consil.77.nu. 3.& nu.11.lib.4.Bar.in l.fideic.§.quoties.ff.de le.3.Cron. cons.307. Videtur prima facie n.1.li.3. vt sic de iure ciuili licèt testes sint præsẽtes toti testamẽto, id nõ sufficiat,nisi totũ intellexerint, & sensu perceperint, nec per contrarium. sufficiat ꝙ totũ intellexerint, nisi presentes fuerint potuerunt.n.antè vel pòst actum testãdi ab ipso testatore de contẽtis in testamento certiores fieri,id quod minimè sufficeret.Tamẽ isthæc regulariter procedũt, non sic in testamento facto à principe,in quo necessũ nõ est testes eosdem toti testamento præsentes fuisse,quinimò sat erit contenta in testamanto nouisse,siue tempore testamenti, siue antea,siue postea: quinimò sat erit,ꝙ quidam testium probent certam testamenti patrem, alij verò testes reliquã testamenti patrem,vel ꝙ quidam deponãt principem fuisse præsentem ad quandam testamẽti partem,alij verò testes deponant ad reliquam testamẽti partem principem fuisse præsentem, quasi hac in re pro forma illius testamenti requiratur nihil,sed ea sola probatio exigatur,quę depositus in actius inter viuos.argumen. dictæ l.omniũ. præsertim in ratio ibi expressa.

Vnde etiam infertur,ꝙ licet de iure ciuili vitietur testamẽtum si scribatur per notas,siue abbreuiaturas insolitas. vt ex cõmuni opin.differunt Alexan. consil.153. Videtur prima consideratio. nu.6.lib.2.Barto.& omnes in authen. ꝙ sine.per tex.ibi.C.de testam.tex.in l.sed cum patron.§. si.ff.de bo.poss.& in l.vnica.ff.si tabulæ testamẽti stabunt. ibi,quia ex coniectura nõ propriè scriptus videtur. Bar.in d.l.sed cũ patrono. §.fi.& in l.2.C. de vetere iure enucleado.Specula.de instr.editione.§.instrumentũ.versi.in item opponitur ꝙ instrumẽtum est factum per notas. Guil.Bened.in c.Rainut.de testam.par. 1.nu.65.verbo,testamẽtũ. 1.in simili per Speculatorem de instru.editione.§.ostenso. versi. quid si abbreuiatura. Tamen testamẽtum factum à principe non vitiabitur per abbreuiaturas (vt ita loquar) vel ex eo,ꝙ per notas insolitas conscribatur. argum.dict.l. omniũ.C.de testam.præsertim in ratione ibi expressa, dũ significat id testamentum veluti informe esse, nihil ad sui firmitatem desiderãs,preter legitimam probationem,qualis esse solet in actibus viuos.

Vnde nouissimè infertur,ꝙ licet de iure ciuili per prætaritionem filijfam. vitietur testam.ipso iure l.inter cætera l. pe.& fi.ff.de lib.& posth.l.fi.ff.de iniu.rup.l.fi.C. de cõtrap.tab.in prin.Instit.de exhær.liberorũ. quinimò hodie licet esset exhæredatus, testam. foret nullũ ipso iure, nisi iusta causa exhæredandi expressa esset. vt est cõmunis opinio, quã tenent gl.in auth.de hære.& fal.§.exhæredatus.verb. noluit.glo.2.in prin.Insti.de inoffi.& vtrobiq; doct.communiter. est communis opinio secundum Ias.in auth.nõ licet colum.3.idem Ias.in authen.ex causa. col.3.C.de lib. præt.idem in l.in suis col.fi. ff. de lib. & posth. idem in l.si mater.in prin.ff.de vulg.idem in l.fi.nu.18.C. de cõtratab. Crottus in l.Gallus.§.& quid si tantum nu.52.ff.de libe. & posthu. Ange.de Periglis in tracta.suita.quęst.fi.Alexan.in d.l.in suis.nu.12.Bar.in d. authen.ex causa.num.12.vbi per Alberi.Odofr. Petrum, Cinũ,Bal.Ang. Salic. Fulgo. Paul. Corn.Alexan.Ias.Cur.iun. & alios.Grego.Lupus in l.5.tit. 8.par.6.Bar.nu.10.in l.in quartam.ff.ad l. Falci. vbi Picus. nu.6.& Ripa nu.143. (licet hoc vltimũ solitus sim impugnare) tamen in testamẽto facto à principe aliud erit, vt si liberis,& parentibus sua legitima quoquo titulo relinquatur,firmum sit testamentũ non secus q̃ si tit. institutionis relinquero-

relinqueretur,quasi per interuentum principis etiam cum hac solennitate dispensatur.arg.d.l.omnium.)

Vnde nouissimè infero, ꝙ licet in testamēto in scriptis oporteat tabellionem,qui illud cōficit, fuisse rogatum,vt ex vera & cōmuni opi.resoluit Alex.consi.153.li.2.col.2. per tex.in auth.de tabellio.§.nos autē, vbi Accurs. & alij, gl.& alij in c.cū p.tabellio.de fide instrum. nec tabellionis rogitus pręsumitur,nisi vel probetur, vel ipse id in ipso instrumento attesteturi Innoc.& alij in c.1.de fide instr. Spe culator & Ioan.And.de instru.editi.§.breuiter.Bar.& alij in l.sciendum,ff.de verb.oblig.& est communis opinio se cundum Alex.vbi supra,nu.9.idem in d.l.sciēdum , num. 42.vbi Imo.Ang.in l.quæcunq;,§.fi.ff.de publ. tñ isthæc procedunt regulariter,non sic in testamento facto à principe, per cuius interuentum dispensatur cum hac solenni tate,non secùs,quàm cum reliquis solennitatibus, arg.d.l. d.l.omnium , præsertim in ratione sui ibi expressa.Quod intellige,quādo princeps testator,qui in scriptis testari vo lebat,expressim voluit Tabellionem accersiri,aliter.n.cō stat, ꝙ etiam testamentum in scriptis citra tabellionē con scribi potest manu propria testatoris,vel alterius, vt ex receptiore sententia resoluit Corn.consil.226.Licet in hac , nu.2.lib.3.per §.sed cum paulatim,insti.de testa.l.hac con sultiss.C.eod.tit. vbi inter reliqua testamētorum requisita nō adijcitur tabellionis interuentus. Quod procedit de iure ciuili cōi , non sic de iure regio,quod semper desiderat interuentum tabellionis in testō in e.scriptis l. 3. Tauri cū alijs & deniq; nouissimè infero, ꝙ licèt de iure ciuili in testamento nuncupatiuo requiratur, ꝙ testator proprio ore nuncupauerit nomen hæredis,vel illud propria manu scripserit,vt in l.iubemus,C.de testam.adeò,vt si testator alio heredem nominare agnouerit nutu capitis,vel per verbū, sic vel ita, & si scribentium pleriq; teneant talem hæredis institutionem valere,quales sunt gl.& omnes in d.l.iubemus,vbi Ias.nu. 10.Bart.& omnes in l.hæredes palā,in pr. ff.de testam.Ang.in l.in fraudem,§.1.ff.de milit.testamen. Anto.& Imol.in c.cùm tibi,de testam.Roma.consil.306. Proposita idem in l.1.§.si quis ita,ff.de verb.oblig.Ang.in prin.Inst.de testam.est cōis opi.secundū Alexā.consil.33. Ponderatis verbis,lib.3.Cinus,Bald.& Ange.qui hāc dicit communem,& vsu approbatam in d.l.iubemus Coua. de testam.in cap.cùm tibi,num.4.& 5. Alex.in d.l.iubemus , per tex.in l.quoniam indignum,C.de testam.Ias.in le.vbi. autem non apparet,§.illud,ff.de verbo.oblig.Dec.consil. 489.In casu occurrenti,num.3.Ale.cons.47.Abundè, lib. 2.num.8.Parisi.consi.19 Consideratis,nu.13.lib.3. Corn. in l.hac consultissima,§.per nuncupa.C.de testam.Alexā. consi.176.col.2.lib.5.idem in consi.14.Visis,num.15.lib. 6.Soci.in l.si ita scripsero,col.1.ff. de conditio.& demonstratio.tamen contrarium opin.vt talis etiam institutio hęredis facta ad interrogationem alterius non valeat, tenet Corn.consi.77.Viso d.themate,lib.4.nu.1.Iacob. de Are. in d.l.heredes palàm,in prin.post plures relatos per Corn. vbi suprà,& per Ias.qui tenet contra communem,in d.l.iubemus,nu.10.Sed licèt is articulus dubius sit,& vehementer controuersus in reliquis testamentis , tamen nō sic erit in testam. facto à principe, in quo talis hæredis institutio indubitanter firma erit,argu.d.l.omnium,C.de testa.quasi in tali testamento dispensetur cū solennitate d.l.iubemus, non secùs,quàm cum reliquis solennitatibus.

Dubium autem est iuxta superiora, quid si princeps testator errauerat circa personā hæredis scripti, quo casu similiter iure ciuili testam.nullum est l.si pater, l.neq; apud C.de hæred.institu.l.fi.ff.eodem titu. Item quid si testam. id est,hæredis institutio fiat in bonis alienis,quo casu non valet,vt docemur suprà,§.17.nu.21.Aut quid similiter, si voluntas consummata non fuerit, quo casu similiter iure ciuili testamē.nullum est l.si quis cùm testamentum, ff.de testam.Et quid etiam si princeps testator se in arrogationem dedit,quo casu iure ciuili testam. infirmatur l. pen.§. pen.ff.de secundùm tab.§.non tamen.Insti.quib.mod.testamen.infir.Et quid deinde,si ipse testamē. cancellauerit, quo casu similiter testam.iure ciuili,infirmatur,vt per totum,ff.de his quæ in testam.delentur . Item quid si fuerit coactus,quo casu testam.iure ciuili non valet,vt per totū, ff.& C.si quis aliquem testari prohib.Aut quid si precessit clausula derogatoria,quo casu similiter iure ciuili testa. infirmum est,vt in l.si quis in prin.testamenti,ff.de leg.3. cū ibi notatis per Bart.& alios,& in l.si mihi,& tibi,§.in legatis ff.de leg.1.vbi per Areti.Alex.Ias.& alios. Et sanè licèt testamentum fiat à principe, non dispensabitur cū his vitijs non magis,quàm si testam.à principe non fieret,nam isthæc omnia pertinent non tam ad formam, quā ad voluntatem, & licèt præsentia principis suppleatur defectus solennitatis,non tamen suppletur defectus voluntatis , vt in d.l.omnium,C.de testam.Et has omnes declarationes , quas nullus vnquam congessit ad d.l.omnium, accommo dabis etiam ad legem,5.titu.1.part.6. Est & aliud speciale in principe,de quo in l.donationes,quas diuus,C.de dona. inter vir.& vxor.

Et antequam examinem materiam huius l.penul.C.de
2 don.inter virū,collige ex ea lege vnū speciale in † principe quod non reperitur in alijs,s.ꝙ donatio inter eum & vxorem suam,s.reginam,valet regulariter,cōtrà in alijs. Hinc sumpta occasione,intēdo enumerare multa alia , quę sunt specialia in principe,quæ sic non reperies cumulata, & cōferunt ad d.l.omnium.

3 Erit ergo secundum speciale in † principe,scilicet,ꝙ licèt aliàs donatio excessiua requirat insinuationem l.illud, cum simi.C.de sacrosanctis ecclesijs,secus tamē est in donatione facta ab Imperatore.Casus in l.sancimus §.1.C.de dona.Et addo,quòd ille text.loquens in Imperatore, extēditur,vt etiam habeat locum in Rege in suo regno , vel in Principe in suo principatu,quando non recognoscit superiorem.Ita tenet Ioan.And.in tit.de instrumen. editio . §.porrò in additione,quæ incipit.Hæc subijcio. Alexan. in l.Centurio.ff.de vulg.substitut.Iaso.in l.ex imperfecto, C.de testamen.Et facit, quia Rex in suo regno vicem Imperatoris tenet Pau.in l.cum multa,C. de bonis quæ libe. & melius in apostil.ad Abb.in cap.quæ in ecclesiarum . de constitu.in verb. ciuitas non recognoscens. Principis tamen donatio in alio debilior est,quia potest impunè reuocari iure regio l.11.titu.de las donaciones,libro 5. ordinamenti.

4 Tertium speciale est , quòd si † princeps vendit rem alienam , statim emptor est securus, & non poterit ad illam conueniri , licèt in alijs personis secus text. in l. benè à Zenone,C.de quadrie.præs.& Institut.de vsucapio , §. fina. quod qualiter intelligatur , plenè pono in d.le.benè à Zenone . Scias tamen,quòd illa lex non habet locum nisi in solo Imperatore,& vxore eius . Ita ad literam dixit singulariter Bald.in capitulo fina.circa finem.de re iudica. & refert Iaso.in d.authent.quas actiones,de sacrosanctis ecclesijs,1.columna in fine.& dicit,nunquam obliuiscaris . In contrarium videtur quod modò proximè dixi in alio speciali . Sed fortè posses dicere, quòd ibi loquitur in donatione facta à principe,& sic in actu fauorabili , quod secus est in l.bene à Zenone,vbi quis ex facto principis priuatur dominio rei suæ.Et istam responsionem posses con firmare per multa,& per id,quod statim subijciam.Principis tamē potestas multum restricta videtur iure regio per l.2.3.4.ti.12.lib.2.& l.3.4.5.tit.de las dona.lib.5.ord.l.2.& 3.ti.de los vasallos del rey.lib.4.ordin.

Quartum speciale est,quia licèt ex acquisitis per filium
5 † debeatur patri vsusfructus,toto titu.C. de bonis quæ libe.secus tamen est in eo, quod acquirit ex donatione principis . Casus singula.in l.cum multa,C.de bonis quæ liberis, & ille tex.non est alibi.Ad vnum dum dicit,quòd fœmina in illo casu habet quasi castrense peculium secundū Bald.ibi.& licèt ille text.loquatur in Imperatore,addo tamen quòd extenditur ad Regem, & ita consuluit Oldral. in consil.255.& firmat And.de Isern.in cap.1.4.columna, qui

Quia vsucapio vt fuit iure† ciuili inducta, ita quoq; posset iure ciuili tolli ex toto, & lõgè facilius moderari. Quod iure ciuili sit inducta, est cõis op.glo.& doct. vt per Paul. Ias.n.40.& nouissi.in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iure. Pinellus Lusitanus in authen.nisi tricẽnale.C.de bo. mater. nu. 39.Balb.de præscr.par.1.quest.4.glo.in l.1.in verb.ciuitatis.ff.de acq. rerum dominio.Ias.in §,omniũ.nu.72.Instit. de act. Are.in l.3.ff.de testam.iamq; moribus vbiq; gentium recepta paulatim intelligitur.vt per Pinellum vbi suprà. Io.And.Anch. & Couar.in c.possessor.de reg. iur.'6. Balb.de præsc.q.5.par.1.Nec dicitur iniquum auxiliũ præscr.vt eleganter per Pinellum vbi suprà.

Stat ergo ex superioribus primum, ꝙ cõtra præscriptionẽ longi temporis nõ datur restitutio ex capite iustæ ignorantiæ, licet id sit contra magis communem sentẽtiam suprà relatam. Deinde & 2.quòd non datur etiam cõtra pręscriptionẽ, 30.annorũ, quod similiter est contra cõem opi. suprà relatam. Tertiò ꝙ non datur contra præscriptionẽ. 40.annorum.qua in re sequimur cõem opi. contra alterã opi.quæ similiter cõis est. Quartò ꝙ non datur contra pręscriptionem. 100.annorũ quod cõiter receptũ est. Quintò, ꝙ in ecclesia circa hanc restitutionem nihil specialitatis est regulariter dempta vi & dolo. quod est contra cõem opi.suprà relatam. Sextò, ꝙ quadriennium, quod hac in re dari solet ad restituendum, cessat hac in re, licèt contrariũ velit, qui cõmunẽ suprà relatam tuentur.

Dum autẽ proximè diximus iure ciuili inductam præscriptionem secundum veram & cõem opi. licet contrarium velit Hannibal in rub, ff.de vsucap.nu.16. Inde infertur valere legẽ fi.tit, de las præscr.li.3.ordi. quę vult vsucapionẽ oĩno cessare in suprema iurisdictione. Id quod contra reges nostros pijssimos pręscribi nullo tẽpore ẽt, mille annorũ, poterit per illam legem, iuncta superiore doctrina. Nã si iure ciuili & positiuo inducta fuit, ergo iure positiuo potest impediri.l.nil tam naturale.ff.de re.iur.

Infertur similiter opportuna declaratio ad l.3.& 4.ĩ quaterno Alcau.vbi negatur vllo tẽpore posse quẽ præscribere libertatẽ huius vectigalis nõ pręstãdi(ꝙ Hispanẽ Alcauala vocat̃) nã si vsucapio l.positiua ĩducta fuit.l. quoq; positiua tolli poterit. Nec me mouet, ꝙ vsus pręscriptionũ ab oĩbus ferè gẽtib.qui legib.regũtur, receptus sit, ꝑ quod iuris gentiũ esse iã intelligi põt. Nã id procedit, vt iuris gẽtiũ esse ĩtelligatur approbatione tm̃, nõ ẽt inuẽtione. Simile ĩ successionib.vt plenè dixim.suprà.§.1. post præludiũ.

Nã & similiter negari nõ põt, quin iure gentiũ receptus, sit mos ille, vt litigantiũ alteruter possit positiones aduersario exponere, quib.ille cogatur r̃ndere, aut si r̃ndere noluerit cõfessus habeatur. vt iure regio firmat, l.1.tit.4.li.3.ord. ibi, Las quales positiones hallo en los pleytos el vso y luenga y general costumbre de todo el mundo. Et tñ id magis esse videtur, vt approbatione esse videat̃ iurisgẽtiũ, quia ĩuẽtione negari nõ põt, quin sit iuris positiui, licèt paulatim ab oĩb.ferè gẽtib.qui legib.& morib. regunt̃. veluti hospitio receptus ĩtelligat̃, vt ĩ simi.dixim.sup.§.j. post pludiũ.

Vñ fortè licet positionib.ab aduersario positis nõ respõderẽ, adhuc latã postea sentiã iudicis, qui de cã appellationis cognoscũt, nõ deberẽt nullã declarare argu.l.11.titu.li. 3. ord. Nisi replices, illã legẽ, quò breuius finiantur lites latã, non inducere, vt dispensetur cũ hm̃õi vitio, per quod litigator pro cõfesso habetur, sicq; lis finitur. vt alibi attigimus. Itaq; in hac sumus opinione, vt vsus pręscriptionũ, & vsus positionũ in litib.& vsus successionũ licèt ab oĩb. ferè gentibus, qui legib.& moribus reguntur, recepti sint, sicq; possint videri esse iuris gentiũ, tñ intelligitur approbatione, & veluti hospitio, nõ inuẽtione, vt per hoc legib. ciuilibus subiacere non desinant. vt edocemur in d. §. 1.post præludium.

Redeundo ergo ad materiã maioratus, ex his apparet, quòd in quib.casibus præscriptionis cursus non impeditur in illis cessat omnis omnino restitutio, & consequẽter si quo casu, aut quo tempore res maioratus vllo casu præscribitur, tunc restitutio dari non potest, in terminis iuris cõis, secundum sententiam quam tuemur.

Iure

142 Iure autem regio an detur de restitutio in† præscriptione rerũ maioratus. Et prius quidem videndũ est, an possint iure regio præscribi. Et vix est vt possint. Nam tales res per l.45. Tauri cum primum maioratus possessor moritur, illico transeunt in sequentem in gradu, quia post talẽ morientem ad maioratũ inuitatus fuerat, trãseũtq; nõ quo ad dominiũ tm̃. verum etiam quo ad vtrunq; possessionẽ tàm ciuilem, quàm naturalẽ, vt ibi: at præscriptio nititur in possessione ciuili, l.1.§.per seruum qui in fuga. vbi per oẽs.ff.de acquir. possessione. ergo tertius ille qui possidebat res maioratus, cecidit ab earum possessione, quæ in eũ qui modo maioratũ denuò apprehendit, transuolat, sicq; cessat præscriptio.c.sine possessione.de reg.iur.in 6.l.1. C. de vsucap. transf. cogita tamen.

143 Sed casu, quo iure regio vlla causa tres maioratus possẽt præscribi, tunc aduersus talẽ præscriptionẽ restitutio nulla daretur: tum, quòd id tenuimus in terminis iuris communis: tum, ꝙ iure regio est elegans tex.in l.1.tit.3.lib.ordin.3.ibi. E si el procurador fuere rebelde, y no respondiere al dicho plazo, que no sea restituydo el señor del pleyto, maguer que diga que el procurador no tiene de que pagar. Quorũ verborũ sensus est, ꝙ contumax in contestando, habeatur pro confesso, & quod contumacia procuratoris noceat ipsi domino, non solũ ipso iure post lapsum nouẽ dierũ ibi designatorũ, sed quod plus est, noceat quo ad denegandũ dño restitutionem lapsus illius termini, ẽt si dominus nullum recursum cõtra procuratorẽ habere possit, quia ille non erat soluendo. Et tñ (vt alibi attigimus) cõtumacia dolo, delictoq; æquiparatur: ex dolo aũt, & malignitate procuratoris, vel actoris regulariter maiores restituuntur, quasi sit iustissima causa.l.fi.cũ ibi traditis per omnes.C.de acq.posses.iuncta.l.1.cum seq.ff.ex quib.ca.mai. Nec dubium est, quin fauorabilior sit restitutio, quæ ex illa clausula (si qua mihi iusta causa) datur maioribus, quã quæ minoribus conceditur arg.l.eius militis.§.militia missus.ff.de milit.test. ergo vt ex illa iustissima causa denegatur maioribus restitutio, sic & in specie nostra ex ista cã, ẽt si iusta videatur restitutio negari, debet arguendo de similib.ad similia.l.neq; leges.l.non possunt.ff.de legibus.

144 Vnde cum lex generaliter† loquens comprehendat personas vtcũq; priuilegiatas, si de indiuiduo in illo casu, quo de agitur, non reperiatur habere speciale priuilegiũ. vt docemur, infrà.§.35.nu.5. dicebam.d.l.1. comprehendere minores, qui hac in re nullum reperiuntur habere priuilegiũ. Quod intelligo tripliciter. Primùm ꝙ illa legalis dilatio, mero iure currit contra eos, licet litigent per procuratorẽ. Deinde, quòd licet incuria, aut contumacia procuratoris lædantur, nõ restituuntur, si recursum habere possunt aduersus procuratorem, qui idoneus erat. Tertiò, ꝙ idem est etiã si recursum habere non possent contra eum, quia erat minus idoneus. Facit, quia præscriptiones, idest dilationes legales currunt aduersus minores nõ secus, q̃ aduersus maiores, nec in his dilationibus habet locũ.l.fi.C.in quib. cau. in integ.rest. nec non est. vt per Bar.& alios ibi col. pen. diximus suprà. §.10.nu.51. per quod notanter ampliatur, d.l.1. Vnde vehementer soleo admirari, ꝙ minores dum cõueniuntur, solent sinere labi omnes dilationes, deinde petunt se restitui, & facillimè absq; vlla causæ cognitione id à iudicib. impetrant. arg.d.l.fi. quam iudicum maior pars non aduertit in iudicialibus non procedere.

Vnde etiã infertur, ꝙ talis præscriptio seu dilatio legalis noceret ecclesiæ etiã sine spe restitutionis. Quia licet ecclesia exæquetur minori. vt notaẽ in l.resp.C.ex quib. cau. mai. tamen contra minorem diximus currere etiã sine spe restitutionis. per d.l.1. quæ cum generaliter loquatur comprehendit etiã ecclesiã, quę hac in re speciale priuilegiũ nõ reperit habere. Nisi dixeris illã legẽ ex defectu iurisdictionis non potuisse ecclesijs nocere, licet minorib. potuerit.

145 Infertur longè facilius nocere militibus† lapsus talis dilationis legalis, cum hac in re non reperiantur habere speciale priuilegium.

1 *Maioratus condit. si sine liberis, &c. verificatur in vno libero. cum communi.*

2 *Maioratus sub hac conditione, si sine filijs &c. verificatur in primo gradu stantibus relictus videtur, & non omnibus in primo gradu stantibus, sed tantum eorum natu maiori.*

4 *Maioratus ita relictus, si sine liberis decesseris, veniat ad proximiorem de familia. non videtur inuitatus is, qui est proximior testatori, sed qui erat proximior vltimo domino huius maioratus.*

5 *Intellect. l. cum acutissimi. C. de fideicom.*

6 *Proximus in successionibus intestatorum quis dicatur.*

7 *Intellect. l. cum acutissimi. C. de fideicom.*

8 *Testator potest onerare hæredes grauati.*

9 *Exclusus semel, perpetuo manet exclusus. cum communi.*

10 *Maioratus patris mei simul ac fratri meo quæsitus fuit desinit esse paternus & incipit esse fraternus.*

11 *Maioratus descendentibus datur, intelligitur datus descendentibus primi, vel cuiusq; grauati.*

12 *Fœmina dicitur de familia.*

13 *In maioratu proximiores aliter quàm in substitutione directa capiuntur.*

14 *Fideic. familiæ extranei relictum, pertinet etiam ad existentes in disparibus gradibus.*

11 *Maioratus inuitatus sub cõditione, si primò nominatus liberos nõ habuerit, admittitur, etiã si ille liberos habeat, si tamen vno primo nominato decesserint contra communem.*

16 *Intell. l. is. qui complures. ff. de leg. 3.*

L. 12. tit. 8 par 6.

17 *Fideicommisso an filius fratris concurrat cum fratre, contra communem cum altera commun.*

18 *Maioratus datur filio primogeniti excluso secundo genito. cum communi.*

L. 40. Tauri.

19 *Maioratus semel radicatus in primogenito, indubitanter, non pertinet ad secundo genitum, sed ad filios primogeniti. cum communi.*

L. 4. tit. 15 par. 2.

L. 21. Tauri.

20 *Maioratus in successione qui dicantur succedere linea recta.*

21 *Maioratus in successión. præfertur secundo genito etiam nepos primogeniti.*

22 *Maioratus semel quæsiti primogenito, facilè excluditur secundo genitus.*

IVXTA superiora subijcio quęstionẽ, in qua olim consului in cã ardua, quę inter d. Ioannem Manriquensem, & dominam Antoniã Manriquensem, agebatur super quinq; villis, seu oppidis, quæ maioratus vinculo, & iure ab ipsa domina Antonia possidebantur, & maioratus erat antiquus, tractus retro à tritauis, & vltimus dominus atq; possessor huius primatus fuerat pater ipsius. dic. Antonię, post cuius decessũ ipsa ipsius primatus possessionẽ apprehenderat, à qua extorquere contendebat illum maioratũ seu bona ipsius d. dñs Ioã. qui patruus erat ipsius Antonię.

Fundamentum patrui erat, ꝙ in constitutione illius primatus erat hæc conditio, ꝙ si quilibet eorum, qui talẽ primatũ possiderẽt, sine filijs decederent, tunc ad proximiorem ex familia testatoris is primatus pertineret, ita vt masculus fœminæ præferretur: sed dñs Georgius Manriquensis, pater d. Antonię sine filijs dicebatur decessisse, cùm solam Antoniam filiam reliquisset, cuius partes nos tuebamur, & obtinuimus, licet indubitatum esset, ꝙ dictus patruus erat proximior primo testatori, quam d. Anto. quia erat suprà vno gradu anterior.

1 Ad cuius rei cognitionẽ præmitte, ꝙ hæc cõd. sit† sine liberis decesseris. verificaẽ in vno liberi. l. iubemus. §. fin aũt iuncto

iuncto.pr.d.l.in verb. liberis.C.ad Trebel.l. cũ vxor.ff.de vsufr. accr.l.nõ est sine liberis.ff.de verb.sig.l. pater Seueri nã.§.in fideicom.de cond.& demon.ff.l.1.C.de don.inser. idq; duplici ratione,tam propter presumptã testatoris vo lun. qui consultum voluit sóboli grauati.ergo &c.l in con ditionibus primum locum.cum conc.de condi. & demõ. tum argum.de toto ad partem.l.heredes mei.§.cum ita ad Treb.Tum &tertiò propter proprietatem verbi.Nam cũ in numero singulari non multoties reperiatur verbũ, liber.le. non est sine liber. de verborum significatione. ff. superest,vt licet de vnico tantum libero senserimus,tamẽ liberorum mentionem fecisse intelligamur, non secus, q̃ & cum de vnico codicillo sentimus,codicillorum mentio nem fecimus.ita Consultus in d.l.non est sine liber. Quid
2 ergo si dixit,si† decesserit sine filijs? Certè tunc cum in singulari numero reperiatur,filius,videtur standum proprietati verborũ,vt duo requirantur l.vbi numerus.de testib.ff.l.inter illam.de verborum sign.c.pluralis locutio.de regu.iur. in 6.Sed resp.& si tertia ratio deficiat, supersunt duæ priores,ergo,&c.l.si non lex Aelia Sentia. ff.de hære. inst.§.affinitatis.Institu.de nuptijs.

Præterea etiam liber reperitur in singulari.vt ff.l. nemo prędo.de reg.iur.l.ius aũt.ff.de pact.& ita in specie dicit cõ munẽ esse Alcia.in d.l.non est sine liberis.Dec.conf.370. in princ.& conf.50.Bal.in l.1.de cond.inser.vbi tertiò hoc firmat.vbi Pau.nu.6.idem Corn.ibid.col.4.in princ.s. eo casu quo descendentes testatoris essent grauati,aliàs secùs Adde secundum Decium in d.conf.50.quia pluralitas resoluitur in suam singularitatem Bar.per tex.ibi in l.falsa.§. fi.de cond.& demon.& ibi oẽs.l.2.§.fi.vbi oẽs.ff.de cond. insti.Bart.per tex.ibi in l.hæredes mei.§.cũ ita.ff.ad Treb. vbi Ripa.nu.59.cum seq. doct.in l.Stichum qui meus erit ff.de leg.1.Vnde Dec.d.cõs.50.ait,ꝙ in Titium filijs suis tutorẽ testamẽto dedit,satisfecisse videretur,licet vnicum filium filiamve reliquisset.Idem etiam sensit Abbas in cõ sil.65.num.3.in 5.part.vbi subdit,quòd si filias suas iussit, testator maritari in domo cuiusdam ex executoribus sui testamenti.isq; testator vnica filia relicta decesserit,filiarũ appellatio in illa verificatur. Facit optimè quod ait Alex. conf.65.vol.4.col.1.post alios,quos ipse refert,ꝙ si ex for ma statuti fratribus debebatur certa pars dotis sororis suę sine liberis in matrimonio decedentis, tunc vel vni fratri superstiti,ea pars debebitur.pro nobis.opt.text.in l. 1. §. hominis.ff.de vi bonorũ rapto. vbi hominibus coactis raptum fecisse videtur, qui vnico homine comitatus fecit. ad idem.l.1.§.familię.ff.de vi & vi arm. vbi pœna statuta in familiam seruorũ vim inferentẽ,verificatur etiã in vno seruo.Pro nobis, quia qñ vnica ratio reddi potest,habetur pro expressa glo.approbata in l.quãuis.C.de fidei.ad quam Alex.vbi suprà.col.1.sed in adiectione illius con.si sine liberis,&c.nulla alia ratio reddi põt,præter fauorem liberorum,quę vel in vno libero ęquè militet ergo. &c. Idem firmat Deci.in specie in consi.495.co.1.Idem in specie tenet Bar.in l.ex facto,§.si quis rogatus,num.6.ad Trebelli. Idem in specie tenet Dec. consi.514. in princ.Ioan.And. in c.Rainal.col.2.de test. Tenet Soci.dicitq; ab omnibus, teneri in con.55.vol.3.incipit:Visis consilijs.Dec.expressim consi.15.col.1.Dec.conf.545.col.1.Viso testamento magistri.& Cor.cõs.202.nu.1.& iterũ ibi.nu.8.vol.3.Pluries & pluries.Corn.cõs.275. In præsenti consultatio.col. 2.vol.4.& con.273.Dubia satis nu.4.vol.4.qui oẽs hanc opin.non solum receptißimam,sed ferè indubitatã esse firmat.Idem tenet gl.mag.in l.ex facto.§.si quis rogatus.j.ad Trebell.ff.Dec. conf.155.nu.2.

Stat ergo ex superioribus,quòd iussus, restituere sub hac conditione,si sine sobole decesserit liberatur ab illo onere fideicommisi,per existentiam vnius filij. Quod intelligitur primũ,qñ fuit rogatus sub hac conditione, si sine liberis decesserit.Deinde etiam si esset rogatus sub hac conditione, si sine filijs,decesserit.quæ conditiones in omnib.ferè maioratibus Hispanię frequentantur,

Denique maioricatus,hæreditásve fideicõmiss. filio ita
3 relicta.vt post eius decessum† filijs suis,filiorumq́;filijs reliquisve descendentibus restitueretur,non omnibus descẽdentibus,debetur,sed proximioribus,nõq; omnib. proximioribus,sed eorum primogenito,propter prohibitam à testatore diuis.Proximiorem autem accipere debemus eũ qui vltimo possessori huius primatus mortis eius tempore proximior fuit.l.cum ita.§.in fideicommisso.ff.de leg. secundo.ibi.& qui ex his primo gradu procreati sint.vbi cũ fideicommissum quibusdam de familia relinqueretur nominatim postq; illos reliquis de eadẽ testatoris familia, ait l.proximiores vocatos illos intelligi, proximiores aũt existimari,nõ qui primo testatori proximiores essent,sed qui vltimo grauato proximiores fuissent,quales sunt ex eis descendentes.Id quod ille tex.secundo loco planè probat ibi
4 aut post eos oẽs† extinctos,qui ex nomine defuncti fuerunt eo tẽpore,quo testator moreretur. Nã in primis (inquit) vocantur,quos testator noĩatim vocauit,illisq; se viuo defunctis,secundo loco inuitati videntur,qui sanguine testatori proximiores sint tẽpore eius mortis, post quorũ decessum inuitati tertio loco intelliguntur,nõ qui testatori,sed qui vltimo grauato proximiores fuerunt.Et ita per illum text. Bar. Alber. Odofre. Bal. Imo. cũ Pau.ibi aiunt, in fideicommisso familię testatoris derelicto post expressim inuitatos proximiores admitti. qui ad tex.relati iuxta doctrinã Bart.in l.non solum. §.liberationis verba. ff. de liber.leg.planè intellexerunt de proximioribus vltimi grauati,non de proximioribus testatoris.Id quod noĩatim tenuit Socin.consi. 49.Circa primam huius.volumine primo.colum. 2. vers.is tamen non obstantibus. Secundò facit.nam quando filius aliúsve descendens masculus,vel fęmina proximus,vel remotus post mortẽ suam debuit maioricatum relinquere,vel hæred.fideicommis.familiæ, tã suæ,quàm testatoris,is non tenetur,sed liberatur ab onere restitutionis,si liberos reliquit.l.cum auus.ff.de cond.&de monst.l.generaliter.§.cum autem.de institutio. & substitutio.le.cum acutisśim. C.de fideicommisś. Adstringitur hoc fundamentum,nam dictæ leges procedunt non solũ quando ab vltimo grauato supersunt filij masculi, sed etiã si tantum fęminæ, vt d.l.cum acutisśimi.ibi.Sine filijs, vel filiabus nepotib. vel neptibus,& d. §.cum autem.ibi.Sed ad filios,vel filias nepotes vel neptes pronepotes,vel proneptes transmittente.Docent in specie Corn. consi. 228. num.decimo,secundo volum.Socin.consi. quinquagesimoquinto. Visis consilijs,volumi.tertio,post Ioan.Andr. Anton.de Butri.Card.Ancharan.in capit.Rainal. de testamen.quos ipse allegat.Alexan.consi.55.Ponderatis his,numero nono,tertio volumi.Sequitur,& dicit communem Couar.in cap.Rainaldus,in principio de testamentis, nume.secundo.

Ampl.per communem,de qua per Couarr.in d.c.Rainu.§.2.nu.2.Dec.conf.15.col.1.Dec.conf.545.Viso testamento.magistri.& Corn.conf.202.in prin.& nu. 7.vol. 3.Pluries & pluries,& consi.275.In pręsenti consultatione,col.1.vol.4.Cor.conf.273.Dubia satis,n.4.vol.4. Cor. conf.9.Visa facti narratione,nu.4.volumi. primo. Alciat. per textum,ibi in l.1.& in l.pronuntiatio.per textum ibi. & in l.detestatio.§.1.per textum ibi.& in l.inter stuprum §.fin.per textum ibi.de verborum significatione.ff.textus in l.qui duos de legat.tertio.ff.l.Lucius.vltim.in verbo,filiũ filiamue.iuncto verbo liberum,vbi significatur in specie nostra non referre dicam, si sine liberis decesseris.an si decesseris sine filio filiáue.Alcia.in l.quisquis de verborũ significatione.ff.

Amplia.secundum Alciatum in d.l.Herennius, & in d. lege inter stuprum.§. final.& in dicta lege,quisquis,quod & sentit in dicta l. prima,vt procedat,etiam si testator in prima testamenti parte filias exclusisset,vt filijs consulere plenius,nam & tunc hęc conditio. si sine liberis, & cætera.vel si sine filijs,non excluderet neptes ex filio grauato, post Ancharanum & Iaso.& alios, quos ipse allegat.

Licet in d.l.quisquis.agnoscat,quod in contrarium se habet communis.quòd & videtur fateri in d.l.1.Sed probabilior est Alciati opinio. Primum,quia amor,fauorq; liberis masculis impensus,sufficiens ad filias excludendas,cessat in substitutione filij.Item quia testator si voluisset, dixisset.Item,quia hoc humanius est.Item, quia propter fallaces quasdam,leuesq; coniecturas non debemus recedere à pijssimæ legis præsumptione.vt dicit Corneus consi. 375.col.1.vol.4.Et quòd masculinũ concipiat fœmininũ probat,l. seruus legatis.de legatis 3.l.illa verba.§. pueri. ff. de verb. signi.& l.hęc autem.ff.de adoptioni.latissimè Decius.ff.de reg.iur.in l.fęminæ,nu.95.Ratio vt per eundem latissimè.nu.92.ibidem.Et ꝙ hęc conditio, si decesserit sine liberis, vel etiam si decesserit sine filijs.verificetur in filiabus,firmat esse communem opi.quam & sequitur in l. fæminæ. num. 102. Et quòd hæc conditio,si sine filijs decesserit; intelligatur vel etiam in filiab.tenet Ias.in l.siquis id quod nu.4.de iurisdi.omn.iudic.Idem Dec.cons. 155. numero. 2.

Astringitur secundò hoc fundamentũ vt procedat etiã si rogatus cum vnico filio, filiáve decedat,vt dixi suprà.

Tertiò astringe,etiam si decedens post mortẽ restituere iussus sit filio testatoris vel purè,vel sub hac conditione si sine liberis decesser.&c.Nam adhuc si liberos habuerit, excluditur substitutus licet esset filius testatoris.l.cum auus de conditionibus & demonstrationibus. Tenet in specie, Bald.in l.cum acutissimi.C.de fideicommis. nume. quinto. Nam (inquit) vt in portione grauato data, is grauatus reliquis testatoris liberis prelatus fuit, siue illi pares in gradu siue proximiores,siue remotiores essent testatoris,quã grauatus,ita & grauati liberos pretulisse iure videtur. Idẽ, tenet eadem ratione Salic.in d.l.cum acutissi. num.secundo.qui allegat legem iubemus. §.fin autem. iuncto princip.dictæ legis.ad Trebellianum. C.vbi grauatus fuit liberis testatoris fratrib. suis restituere. & cessat restitutio extantibus liberis grauati. allegat legem. si qua mulier. cum gl. obuenientibus. C.ad Tertullianum.vbi quod à muliere secundo nubente infra tempora luctus ex legis dispositione vadit ad filios primi matrimonij,id post eorum filiorum mortem ex ead.legis dispositione ad matrem superstitem reuertitur,nisi(vt ibi supplet gl.)filij illi cum liberis decesserint,tunc.n.ad matrem reuerteretur nil. ergo multo magis in specie nostra. Nam parentum bona, non tam liberis debentur,quàm ipsismet parentibus, sed si in eo,quod matri debebatur,quia suum erat,vel fuerat,subintelligitur illa cond.quãto magis.&c.Idem, in specie tenet Imol.in l.si cui.de donatio. causa mortis.ff. vbi etiam Roma.sensit.glo.mag.in lege.1.C.de donatio. causa mortis. quam Imol.& Rom.vbi supra.singul.dicunt. & eam dicit sing.Socin.in d.l.cum auus.nu. 39. qui hanc opinion. vt receptissimam tenet per rationem Bald.supra relatam.idẽ tenet Paulus in dicta l. cum acutissi.nu.5.& iterum. num. 7.allegans eandem rationem.& etiam tex.in l.finali. C.de impube. Et superiorem Bald.rationem reddidit glo. vitã suam. in l.cum acutissi. per quam infert eandem glo.quod si purè filius esset grauatus, tunc vt ipse non fuit prælatus substitutio,ita longè minus eius liberi præferentur.In quo vltimo idem tenuit glo.mag.dict.§.si quis rogatus. 1. Et dictum Bal.& eius rationem habes appell. per l. 10. titul. 4.part.6. Idem tenet Roma.consi. 378. In proposita cõ-
5 sultatione vt refert Socinus dicto num.39.& Barba.in d. l.cum acutissi.quæ leges tres scitè exponunt d.l. cum acutissi.dicentem,ne videatur alienas.&c. vt intelligatur agi, de successione ipsius grauati,cuius frater alienus est respectu filiorum,qui dicuntur proprij.quod vltimum vult ẽt Angelus in d. §.si quis rogatus. colum.fin.ad pr. & vi. Socinum.num.40.in d.l.cum auus.idem vult Decius in terminis iuris communis consilio. 15.columna penultim.in fin. verbis. versic.non obst.id quod habetur in d. le. cum auus.Idem tenet Decius consi. 370.num.4. per rationem, Bal. & in fi. concludit id esse indubitatum.& allegat Fran. de Curt.cons.63.& loquitur in nostris terminis,scilicet,in filio grauati excludente fratres grauati. Idem in fortioribus terminis tenet Socinus.nu,37.in dic.l.cum auus.vt filius post mortem restituere rem legatam fratri suo non teneatur,si liberos reliquit,quia (inquit) qua ratione eũ prædilexit,ead.& eius filios,Idem Dec.etiam in relicto particulari cons. 581. col.1.in fine. versic. secundus casus. Areti.cons.94.vt refert.Soci.dict. num.37.& iterum Socinus, ibidem num. 75.considerat eand. rationem, dicens communiter app.glo.vitam suam d.l.cum acutissi.quod & firmauit.ibid.nu.26.Corne:consil. 202.num.5. volu.3. vbi idem firmat ẽt si grauatus esset fratrib. testatoris filijs ijsdẽ q; cohæredib.restituere.& iterũ ibid.n.10.& iterum ibid. nu.7.vbi subdit, ꝙ in talibus fideic.cũ agi videatur de successione vltimi grauati,absurdum esset,ꝙ eius liberis trãsuersales prẹferrentur.& not.Corn.cons.275.vol.4. n. 1.incipit. In præsenti consultatione.idem Corn.consi.91.vol. 1.nu.4.Visa facti narratione.

Huius tam receptæ sententiæ variẹ in dictis locis redduntur rõnes,inter,quas.Prima est,ꝙ pater & filius sunt, idem corpus,vnde vt pater,ita & filius præfertur in ead. portione.Idẽ substitutus prẹfertur cõiuncto quantuncunque coniunctus sit testatori coniunctissi.ergo similiter & filius est veluti substitutus l.fi.§.1.& §.similiterq; C.de bo. quæ lib. suntq; ita inter se substituti, vt substitutos alios excludant.vt ibidem tenetur communiter.& ius transmissionis est potentius iure substitutionis, sed per filiũ fit trãsmissio in patrem, nõ solum post mortem, sed & in vita.l. si paterfam.ff.de hær.insti.ergo,&c. Quo arg. vtitur Bart. in l.1.de vulga.numero, 20. vt dicat,quòd ideo transmissio excludit substitutionem.Vnde si filius restituere rogatus ante aditam decederet,certè excluderetur substitus,admisso filio grauati per ius transmissionis:vnde euidenter, constat ius transmissionis potentius esse, nam ex defectu aditionis grauati petit fideicom.lege ille a quo.§. si de testamen.ff.ad Treb.non tamen perit,sed nascitur transmissio,sicque non petit ius filiorum.Vnde concludit, ꝙ vbi est transmissio,ibi fit cum onere restituendi sub ijsdem cõditionibus.Adde pro nobis. l.vnic.C.de his qui ante aper. tab.vbi licet plures sint filij,quorum vnus ante acquisitã, hæreditatem decesserit,decedẽtis portio tunc nõ reliquis fratribus accrescit,sed ad filios morientis transmittitur. id quod procedit in successione tam ex testamento, quã ab intestato.secundum glo.appro.ibi in ver.liberos,in l.fi. sic ergo &c.Stringe tex.ibi,aduersus auitum,vel proauitũ desiderium:est.n.primi parentis intentio,vt in portione cuiq; assignata is,eiusq; liberi reliquis testatoris liberis, licet ei essent coniunctores,præferantur.

Astringe vt hæc procedant ẽt in relictis singularib.qualis est maioricatus,vt suprà probaui post Soc.& Dec.estq; in specie tex.in d.l.generaliter.§.cum autem,in fi.simile in l.vni.de his qui ante aper.tab.C.

Tertio principaliter, ꝙ vltimi poss.persona sic inspiciẽda, vt eius respectu in terminis iuris cõmunis quisnã proximior sit,inspiciendũ sit, probatur rõne, nã alias sæpissimè successiones turbarentur,fieretq; successionum turpissimus reflexus à liberis morientis domini possessoris eius successionis,qua de agitur,in transuersales remotissimos, quo absurdius, inusitatiusque esset nil, vt transuersi remotiores liberos morientis.excluderent,gauderentq; insperato legati hæreditatis ve cõmodo,cõtra l.vnicã. qui ante apertas.C.vers.siquidem,ijdemq; liberi debita sibi successione fraudarẽtur,cõtra d.l.vnic.ibi,eãq; tanq debitã, l. fi. §.1.C.de cura.furio.l.C.de codicillis.l.quia plerunq;de curat.furio.ff.gl. vbi omnes,in l.3.C.de iuri & facti igno.ijdẽ q; liberi carerẽt solatio tristitiæ suc.cõtra d.l.vnic. in fin.

Quartò,quia sic fieret,vt vnusquisq; possessor idemq; dominus cum plerunq; intelligeret illũ maioratũ extra domum familiamq; suam futurũ,inq; fratres ipsius possessoris patruos(quibus pauci carent)eundem maioricatum refluxurum,perperam res hæreditatis tractarent, & fortè non

non solum negligenter sed etiam perfidè, vt sic incideremus in vitium, de quo in l.scire.cum ibi uotat.C. vt in possess.lega.sicq; ab eo necessum esset exigere cautionem nõ secus, quàm ab vsufructuario, quod nusquam est lectum nusquam relatum: sicque id alienum est à sententia iurisconsultorum, veroq; simillimnm est, eis nunquam in mẽtem venisse.

Quintò, quia sic fieret, vt dominia rerum semper sub in certo essent. Quia si computatio graduum à primo fundatore facienda, ducendaq; esset vsq; ad vltimum possessorẽ vt per hoc intelligeretur, quisnam proximior primò testatori esset, qui fortè adhinc annos mille decessit, tunc id difficilimum esset, essetq; probatio desperata fraudib. falsitatibusq; ex temporis vetustate, quas experiẽtia quotidie mõstrãte videmus paratas, essentq; lites immortales. Ne ergo tot sequantur absurda, incommodaq;, ꝙ & rerum dominia in incerto sint contra.l.1.ff.de vsucapio, quòdque lites sint plures. contra l.1.ff.de iureiu. quodq; lites immortales fierent. contra l.properandũ.C.de iudici. quòdq; in mille ambiguitates quotidie incidamus, & quasi retib. aucupioq; capiamur. contra l.1.§.si hæres percepto.ff.ad Treb. in fi. quodq; fraudes, falsitatesq; quotidie fiant contra l.fi. C.de fideic.l.§.C.de iureiu. quòdq; possessores rerum perfidè, negligenterq; circa res possessas versentur contra l.2. & cũ l.scire.C.vt in pos.leg. vbi gl.app. quodq; à latibus, vbi filij gignuntur, aluntur & adolescunt, lugubriter separentur abdicentur, abi jciuntur, contra l.lex quæ tutores.C.de admin.tut. quodq; probationum difficultatib. moremur. & ab honestorib. negotijs auocemur contra l.Luci.ff.de condi.& demon. magis est, &c. vt ad talem maioricatum, vel rem restitutionis subiectã admittantur qui sunt proximiores vltimo maioricatus possessori moriẽti, quàm qui sunt proximiores ipsi testatori. seu maioricatus fundatori.

6 Sextò, quia in omni successione persona† vltimi moriẽtis, non eius à quo bona primum profecta sunt, inspicitur, siue agatur de successione suorũ, siue de successione agnatorum, siue de successione cognatorũ. In successione suorum, est tex.in §. cum aũt quæritur. Instit.de hære. ab in l.scripto.ff. vnde lib.l.2.§.proximũ.ff.de suis & legit. In successione agnatorum, est tex.in l.ex duobu.& l.pen.ff. vnde leg.§.proximus. Instit.de leg.agn.su. In successione cognatorum, est tex.in l.1.§.proximus.& §.si quis proximior.ff. vnde cognati. Idem in successiõe libertorum.§. repetitis. ibi, morientis. Instit.de serui.cogn, & de succ.lib.§.multis verb.proximior. sic ergo & in hac successione. Nec obst.l. vnum ex fa.§.si de Falc.ff.de leg.2. quia intelligo tex. illũ, ꝙ ibi agitur de successione testatoris quo ad hoc, vt grauatus nequeat in præiudicium eorum, qui inuitati sunt, quicquam alienare, addere, detrahere, mutare, onúsve imponere, quo ad alia autem de bonis ipsius grauari agi videtur. Hinc est, ꝙ de consensu eorum omniũ, qui ad fideic. sunt inuitati, potest fieri alienatio l.quoties.i. vbi Ias.C.de fidei. l.cum pater.§.libertis, de legat.2.ff.l.pater filium.§. quindecim.ff.de leg. 3. Hinc est, ꝙ fideicommissum potest tolli ex toto, & remitti de consensu eorum, qui ad illud fuerunt inuitati.l.j.cum conc.de pact.C. Et eodem modo inspicitur proximitas in successione feudi. vt §.quinetiam.c. 1.de succes.feu. Et idem in assignatione libertorum, vt l.1 §.fi.cum l.seq.ff.de assig.liber.

Septimò facit l.generaliter §.cum autem. ibi, morientis l.cum accutissi.de fideic. C.ibi, defuncti. vbi grauatus moriens cum liberis, ad eos id fideic. transmittit, reliquis omnibus transuersis, ijsdemq; descendentibus primi fundatoris exclusis, & cũ in hoc maioricatu, vel fideic. quilibet ex descendentibus sit expressim gradatim & inuitatus & one-

7 ratus, adq; liberos grauati fiat † transmissio, illam sequitur fieri debere in liberos cuiusq; vltimi grauati, non secus, quàm in liberos primi grauati fieret.

Octauò, illa rõ l.cum acutissi. ne videatur testator alienas successiones proprijs anteponere, exponitur per Barb. in d.l.cum accutissi.& per Soci. in d.l.cum auus.nu.39. post alios, quos Soc. refert, s. ne videatur testator alienas successiones respectu grauati, cui ĩmediatè succeditur, proprijs successionib. ipsius grauari. i. eius liberis anteponere. Eaq; expositio necessaria est, Quia cum ad l.cũ auus. referat sed l.cũ acutissi. est intelligenda secundũ terminos legis interpretatæ, sicq; vt procedat ẽt si fratri suo testatoris filio grauatus sit restituere, quo casu nisi intelligeremus, quod agitur de successione grauati immediate, licet mediatè ẽt agatur de successiõe testatoris, tunc nõ videretur testator alienas successiões proprijs anteponere, ẽt si liberi grauati excluderentur, ergo. &c. Cũ ergo de successione grauati non testatoris immediatè agi intelligatur, cumq; cãm immediate inspici oporteat, superest, vt qui proximiores sint grauato morienti, nõ fundatori; debeant inspici, oporteatque sicque vt per filiam grauati eius fratres excludantur.

Nonò, illa rõ.l.cum auus.s. coniectura pietatis. militat, & in specie nostra. Nam impijssimum esse censetur, prolẽ cuiusque morientis ab eius successiõe excludere, idq; præsumitur vehementer etiam contra vim verborum, & cõtra dispositionem (l.si ita stipulatus §.Grisogon.ff.de verb. obli. in fi. vbi nunquam subintelligitur cond. nisi exprimatur & contra l.1.§.si quis simpliciter.ff.de verb.obl.& lex non aliter.ff.de leg.3.) vt bona cuiusq; morientis, ad eius prolem reliquis omnibus etiam descendẽtibus proximioribus testatoris exclusis pertineat, idque descendere etiam ex testantis voluntate. Sed hęc ratio militat in quocunque primatus successore remotissimo, non secus, quàm in primo, ergo superest. quòd cuiusque grauati remotissimi proles excludere debet reliquos testatoris descendẽtes, etiam proximiores.

Decimò. ratio. d.l.generaliter.§.cũ aũt. similiter militat ibi, si de nepotib. cogitauerit. Nam vero simile est si testator cogitasset de sobole cuiusq; grauati etiam remotissimi eam velle pręferri omni substituto, nõ secus, quàm id creditur respectu primi grauati.

Vndecimò militat ratio.l.vnic.de his qui ante aper.tab. ibi insperato legati commodo vel hæreditatis gaudere.

Duodecimo, & illa ratio, de qua ibid. habeant solatium tristitiæ suæ quib. est meritò consulendum.

Decimotertiò & illa ratio ibidem. quasi debitam vendicare.

Decimoquartò & illa rõ ibi. aduersus auitum & proauitum desiderium, quam suprà declarauimus.

Decimoquintò & illa ratio, ꝙ plus dictum, & minus scriptum inueniretur. vt d.l.cum auus.ff.de condi. & demonstrationibus.

Decimosextò, quia negari non potest. quin testator possit hæredis successores etiam remotissi. grauare l.5. de leg. 3. Et ad l.6.eo. respe. ibid. Bar. Bal. Alber. Odofre. ꝙ refert, vtrũ nominatim imponatur onus, an verò simpliciter, generaliter, indefinitè nomine non proprio, sed appellatiuo. Ratio, quia hęres hæredis primi testatoris hæres est. ióq; grauari potest. non secus, q̃ primus hæres l.fi.C.de hæred. insti.l.1. in verb. mihi. de vulg.ff. nam illa substitutio pupil. si filius in pupillari decesserit, Titius mihi hęres esto; non desinit valere, licet non testatori immediatè, sed ipsi pupillo succedatur l.sed si plures.§.ad substit.de vulg. ff.l. patris. & filij.eod.§.igitur. Instit.de pupil. Ratio, quia satis testanti hæres videtur esse, qui fuit pupillo, qui pupillus ipsi testatori extitit hæres. Sic & in lege vnum ex fami.§. 1.de legat. 2.ff. licet secundum nos immediatè grauato succedatur, tamen mediatè succeditur testatori, quòd sufficit ad hoc, vt eius volũ. non possit alterari, sed ad vnguem debeat seruari.

Cumq; potuerit etiam remotissimos grauare, quod voluerit, nõ dubitatur, sed patet & expressim & nominatim in l.peto.§.fratre ff.de legatis secundo. ibi. sed ita proximus quisq; admittendus si paratus fuerit cauere se famili. domum restituturum. ergo ei impositum fuisse videtur onus restitutionis. sicq; fuit oneratus, nec mirum, quia & honoratus, vt patet ibi, fideicommissi petitio familię cõpetit. Adde

Adde.l.vnum ex fam.§.sed & si fundum.ibi, hæredis hæredem, oneratum intelligi.& ibi, fundum cũ effectu familiæ restitui.l.pater filiũ.§.duob.de legatis tertio.ibi, ex causa fideicommissi.vbi quãdo familiæ relinquitur fundus ex causa fideicommissi, quisque tenetur familiæ relinquere.

Decimoseptimo per l.cum pater.§.volo.ff. de leg.2.vbi etiam in singulari relicto procedit d.l.cum auus,per l.generaliter.§.cum autem,in fi.& in d.l.vnica, in fin.C.qui ante apertas tabul.

Decimooctouò adde,quòd d.l.cum auus. procedit etiã si simus in descendente testatoris grauato remotissimo vsque infinitum.Ita Soci.ibi.nu.49.post Io. de Monte Sper. & Io.Bapt.de sancto Seue.in d.l.cum acutissimi. quos ipse refert,nu.49.per d.l.cum acutissimi.ibi, vel aliam deinceps posteritatem.

Stat ergo ex superioribus,quod in maioratu vel fideicõmisso familiæ relicto,post mortem cuiusque possessoris,inuitatus videtur is,qui possessori vltimo morienti(ex genere tamen primi fundatoris) proximior fuerit non aũt qui ipsi primo fundatori proximior erat.

Et licet statutũ vocet proximiores,adhuc nepos ex primogenito locum patris ascendit.Tiraq.q.4.num.20.de primogenit.vbi nu.23.& nu.26. nota,loquitur. & melius nu. 35.&.46.cum duobus seq. & 155.& 156.& 157. Adde ꝙ feudum capitur iure hereditario,ideo qui hęreditatẽ patris repudiat feudum non retinet.Tiraq.de iure primog.q.35. nu.11.ergo idem in primatu.Sed contra vt l.21. Tauri Respon.siue dicas,quòd in sucesfione eius,qui primatum habebat,sunt duo hæreditatis,altera cęterorum bonorum,altera subiecta,qualis est maioratus,potest per l.fieri vt hæres partem alteram capiat.altera repudiata.l. si pupillus.de acq.hære.Siue quod vnica sit hæreditas, adhuc.idem arg. l.si minor.de acquiren.hæred.& in l.miles ita de mi.test.ff.

Cum ergo persona nõ solum illius,qui re vera exitit hæres dominus,& possessor maioratus inspiciatur,& sit in cõsideratione,sed etiam persona illius,qui nuda tantum destinatione fuit ad maioratum inuitatus, licèt illius dominus, aut possessor nunquam fuerit (quale est cum filius primogenitus viuo patre relicto filio decessit)quãto magis inspici deberi persona illius qui re vera, existenterq; fuit dominus possessorq; ipsius maioratus,vt si quando decesserit, linea proximitatis ab eius persona, non a persona primi fundatoris ducenda sit.

9 Adde,quòd semel exclusus ab aliqua † successione.perpetuo remanet exclusus,adeo,vt etiã si ex post facto finiatur causa exclusionis,nõ propterea ipsa exclusio cesset tex. in c.1.§.quin etiam episcopum vel abba.in feud. cuius verba.Quin etiam si quis eo tenore feudum acceperit,vt eius

10 descendentes † masculi & fœminę illud habere possint,relicto masculo,vlterius fœminæ non admittuntur.

Adstringe,nã d.§.quin ẽt.procedit, etiã si masculus,per quem fœmina fuit exclusa, ilicò moriretur.secundũ Bald. ibidem.& Andre. de Iserni.Nam licèt(inquiunt)in continenti moriretur is masculus, adhuc fœmina semel exclusa nunquã eo iure,quo exclusa est,venire posset,nequiretque ad feudũ adspirare,tanquã ad feudũ paternũ,licèt tanquam fraternum posset,fratis.n.iam factum fuit.vt d.§.quin etiã & d.filio impuberi.& in l.qui duos,in prin.de reb.dub.vbi qui impuberi vltimo morienti fuit substitutus pupillariter excluditur a prioris hæreditate,si ordine decesserunt,licèt postremus ilico post primũ decederet,sed vltimi hæreditate & prioris hęreditatẽ inuenit,tñ semel exclusus fuit à primo morientis hæreditate, sicq; illius hęres fuisse nunquã videtur,sed vltimi tãtum.Ad idem.l.quod de pariter. cum duabus sequentibus,eo.tit.quas leges allegant.Bald. & Isernia vbi supra.Ad idem,l.2.& l.quod certatum.C.de posth. hærę.inst.Ad idem.l.ex facto.§. si quis autem ad Treb.ff.a contrario sensu,vbi innuitur,quòd iussus restituere sub cõditione,si sine liberis,& c.eodem naufragio perijt cũ filio, & tamen si qua cóiectura intelligeretur filius posterior decessisse,quàm pater,licèt id per momentum tantum durasset fideicõmissarius perpetuo foret exclusus,per quẽ tex Bald.ibidem in d.§.quin ẽt & Ias.in l.si quis hęredẽ.col.2. C.de instit.aiunt,ꝙ iussus restituere sub conditione,si sine liberis decesserit. nõ tenebitur restituere,si is reliquit liberos, licèt illi postea viuo fideicõmissario decesserĩt.Quod intelligitur dupliciter.Primo, qñ diu & post patrem liberi superuixerunt.Secundò,ẽt si ilico decederent. Ratio,quia punctus temporis est in cõsideratione.gl. amisisse.in l.sed & partus.§.fi.ff.quod met.cau. Adde l.fi.ff.de cõd.inst.vbi filiusf.sub conditione potestat.quæ vltimo vitę spiritu impleri non potest,institutus,in vltimo vitæ spiritu,quo deficit cõditio hæres existit suus abintestato,eodemq; momẽto moriẽs hæres esse desinit.Adde,l.si post mortẽ, in prin. de leg.j.ff.vbi Ias.plura.Hinc etiam est, ꝙ stante statuto, ꝙ extantibus masculis fœminæ non succedunt, tunc sufficit masculos extitisse,licèt postea decesserĩt viua fœmina.Nã cum per interuẽtum masculi fœmina semel fuerit exclusa, non admittitur per decessum ipsius masculi. Bart.in l.fi.ff. ad Tertull.Bald.per tex.ibi in l.cum vxori.C. quando dies leg.ced.Ratio.quia vt implementum condi. quod per momentum tantum durauit,est in cõsideratione ad eum,qui sub tali conditione vocatus fuit,admittẽdum,d.l.cum vxori,l.si quis hæredem.C.de insti.& substi.ita etiam tale implementum etiam permõtaneum debet considerari,& sufficere ad excludẽdum.Et in terminis dicti statuti illud noue amplio ex mente Bald.& Iserni.vbi supra,si masculi ilico post mortem eius,cuius de successione agitur,decederent,Ias.in l.2.C.de posth.hære.insti.

11 Adde l.codicillis.§.instituto. de leg.2.vbi probaẽ,quòd si dixi,Filium † institŭo, & volo tale prædium firmũ inalienatumq; semper manere meis filijs & nepotibus. tũc quisque possessor grauatus intelligitur onere fideicom.hoc primo.Item ad fideicõmissum nepotes ex filio primo honorato vltimoq; possessore non ex alio filio vocati intelligũtur.vbi gl.in verb.filijs.in §.instituto.quæ est singu.secundum Imol.ibi.& Ias.in l.si fundum per fidei.in princ.num. 26. de leg.1.Ias.in l.filiusfam.§.diui.nu.17. lectu.1.allegat plura iura dicẽtia,quod prohibitio alienationis facta respectu certarum personarum, inducit fideicommissum in fauorem earum personarum,si contra fiat,quàm iussit testator.melius in 2.lect.nu.20.Adeo autem is, cuius fauore fit prohibitio, videtur ex causa fideic.inuitatus, quòd potest alienatione facta rem propria authoritatè capere.Iaso. in d.§.diui.1.lect.& in 2.lect.nu.50.

12 Adde quòd prohibitus extra familiam alienare,põt alienare in fœminas,quæ sunt † de alterius familia per viã successionis ex testamento,vel ab intestato Ias.secundum cõmun.opi.in §.diui.2.lectu.nu.135.cum pl.seq.& in 1.lect. nu.103.cũ pl.seq.Ergo.in specie nostra,licèt videatur prohibitus alienare extra familiam, non excluditur eius filia,siue ex testamento,siue abintestato successerit,sicq; familia non tam ipsius testantis,quam ipsius grauati consideratur, siquidem grauatus erat de familia testantis. Ad Bart.in §. fratrẽ contrarium tenentem respon. quod intelligi debet, quando grauatus non erat de familia testantis, & ita intelligo etiam Bar.in l.cognatis.nu.2.ff.de reb.dubijs.

13 Et in specie punctualiter Socin.in l.si cognatis in fin.de rebus dub.ff. concludit proximiores † vltimi grauati non testatoris prẹferẽdos.pro quo.d.§.instituto.l. codicillis de leg.2.quem non allegat.Ad Bar. respon.quòd est intelligẽdus in substitutionibus, quæ habent locum ante portionẽ quæsitam qualis est vulgaris reciproca compendiosa. Idẽ per 20.fundam in specie tenet Soci.consi.549.n.21.vol.2. Materia præsentis.Et iterum consilio.72.vol.4.nu.16.vbi subdit,quòd quando attenditur ordo successionis,attenditur proximitas gradus illius vltimi grauati. Cum ergo omnes in d.§.quidem recte agnoscant,quòd hic attenditur ordo successionis,sequitur &c. Et nobiscum tenet Soci.in l. hęredes mei.§.cum ita.nu.19.ad Treb.ff.

14 Denique circa istam partem potest considerari, ꝙ quãdo † relinquitur familiæ hæredis extranei fideicõmissum, tunc

tunc non proximiores, sed omnes de familia etiam dispa- ris gradus vocati intelliguntur. Bart. in l.si coguatis.ad fi.de reb.duob.vbi Soci.& Soci.in consi.37.vol.3.col.1. Sed qñ id fideic.relinquitur familiæ testatoris, tunc consideratur ordo affectionis, vt post primum, qui de familia sit testato- ris, proximiores non autem omnes admittantur. at in l.cũ ita.§.In fideicommisso de leg.2. dicitur proximiores tan- tum admittendos, ergo familię testatoris fuit relictum, sed tunc etiam proximiores ipsius grauati, vel eius, cui primò quęritur fideicom. vocantur. ergo non testatoris, sed graua ti proximiores vocantur. Quando testator grauat descen- dentes ex se, vel etiam ex grauato, si is sit de familia testato ris, tunc semper videtur ordine successi. non secus, quàm si ab intestato successo daretur. Ergo vt si non grauasset, tunc post mortem cuiusq; ex grauatis eius proximiores, nõ pro ximiores testatoris admitterentur, ita & si grauauit. Socin. nume 10.cum seq.in consi.12.vol.3. & in plerisq: alijs cõ silijs suprà adductis.

15 Deniq; illud controuersum est, si maioratus † relictus fuit Titio & suis liberis hoc modo, si Titius liberos habue rit, Mæuius ad hũc maioratum veniat, vel ad simile feudũ, seu fideicom. is Titius filios suscepit, sed se viuo decesse- runt, & post mortẽ Titij ad tale fideicom. feudum, vel ma ioratũ concurrunt ipsius Titij hęredes: & Mæuius per cõ trarium contẽditur ad se pertinere, quasi non defecerit cõ- ditio, sub qua ipse ad talem maioratũ inuitatus fuit, cũ ver- ba sint cũ effectu accipienda. & licèt Titius filios habuerit tñ se viuo decesserunt. In contrarium videtur sufficere cõ- ditionẽ per momentũ extitisse argu.l. si quis hæredẽ.C.de insti.& substi.per quẽ tex.cõis op.est vt patet ibi ex relatio ne Ias. ꝙ Mæuius exclusus videatur. Ibi.n.in d.l.si quis hæ redem. fideicõmissum fuit relictũ filię sub hac conditione si nuberet, vel Titius cõsul factus fuisset, ipsa nupsit, & illi- cò diuertit à marito: ille cõsul factus, illicò cõsulatũ depo- suit conditio, nihilominus rectè & vtiliter impleta vr̃. sed adhuc in contrariũ fortiter facit: quia in conditionibus pri mum locum tenet vol. testantis.l.hæredes mei.§. cum ita ff.ad Trebel.l.in conditionibus primũ locũ.ff.de cond.& demon. Sed vol.testantis esse videtur, vt non aliter Męuius excludatur, vel admitti desinat, quam si Titi.grauatus libe ros mortis tempore relinquat, ergo &c. Tenendo hãc par- tem, dic ad cõem, de qua per Ias. in l.si quis hæredẽ.col.3. de insti.C.ꝙ habes contra eam text.express.in l.Lucius.de hęr.inst.ff.ibi, filium filiámue ex se natum natámve nõ ha bebit. iunctis illis verbis, quos eo amplius noluit hæredes esse si frater prius quã hęreditatẽ adiret, decesisset liberis relictis. Ergo iussus restituere si liberos nõ habuerit, intel ligitur.i.si cum liberis decesserit. Quæ interpretatio præ- ter illam legem, voluntati testatoris proxima est. Et est lõ- ga differentia, vtrum conditio virtualiter collata fuerit in tempus mortis, quale est in specie nostra, an nõ in tempus mortis quale fuit in terminis.d.l.si quis hæredem. Pręterea ibi erat conditio affirmatiua, si nupta erit vel con- sul hic autem negatiua, si liberos nõ habuerit. Deniq; qua litas adiuncta verbo debet intelligi secũdum tempus ver- bi.l.miles.ff.de mil.test.Bar.& omnes in l.ex facto in pr.ff. de vulg.l.in delictis.§.si extraneus.ff.de noxal.act. Nec du bium est quin illa verba, si liberos non habuerit, restituat. referantur ad tẽpus mortis onerati. Et.n.licèt per spatium vnius anni, aut duorũ vel ẽt plurium liberos nondũ susce- pisset, nõ ideo statim restituere deberet, sed demũ postquã certum esse cœpisset, eum non posse liberos suscipere: quia conditio negatiua non ante intelligitur impleta, q̃ funditus desperata fuerit. Nam & si pœnam promisi sub hac condi. negatiua, si Romam non irẽ, aut Stichũ nõ darẽ, aut equũ, seu bouem, non quidẽ statim pœna à me exigi potest, licèt statim verum esse cœpit me Romã nõ petijsse, nec Stichũ aut bouem aut equum dedisse, sed tunc demum pœna exi gi põt, cum isthæc fieri non posse certum esse cœperit, ꝙ accideret me moriente, aut Sticho, aut boue.l. quicquid astringendæ.§.fi.l.in illa stipulatione, si calendis.l.cũ stipu latus sim mihi a proculo.ff.de verbo.obliga. Sic & in pro- posito, illa conditio, sub qua ad maioratum inuitatus fui, si tu liberos non habueris. vt non videretur impleta, quandiu liberos haberes potes, licèt in præsenti eos non habeas: ita quoq; defecisse non videtur, licèt liberos habeas, quandiu possibile est te sine liberis mori, quo tempore conditio fi- deicommissi inspicienda est.

Et tn̄ tale pactū iuramēto hodie iure canonico valeret, d.c.quāuis pactū. Ergo nō sequiṫ, pactū est cōtra eos mores, quos bonos reputat lex ciuilis, ergo non firmabiṫ iuramento. Et re vera, si verū agnoscere velimus pactum ēt de succedēdo, vel de successione alterius certo modo diuidēda. nō tā improbatˀ ꝙ sit contra bonos mores ciuiles, q̄ eò ꝙ si in prejudiciū saltē præsumptū illius, cuius de successione agiṫ, vnde ēt sequiṫ esse contra bonos mores, quia generaliter quicquid est contra ius, & in perniciem, vel pręiudicium alterius, id admitti in honestum, turpe, iniuriū, & inciuile est. Nā cū Iureconsultus honestatis præcepta traderet in l.iuris præcepta.ff.de iust.& iure, ait, iuris ꝑcepta sunt hęc honestè viuere, alterum non lędere. Et ꝙ pactū de futura successione acquirēda initū inicio eò, cuius de successione agiṫ in læsionē, & pręiudiciū, perniciēq́; illius esse intelligaṫ, & cōsequēter cōtra bonos mores (vnde proxima cā, quæ magis inspiciṫ est lęsio tertij vnde effluxit prohibitio legis: remotior verò cā, quæ ex prima cā descēdit est, ꝙ sit contra bonos mores. (probat tex.in l.fi.C.de pac.in versi.quare, & alibi sæpe. Vnde infertur, vt tale pactū de consensu illius, cuius de successione agiṫ sustineaṫ, vt ibi. Quia ꝙ improbatū ē, & uetitū fauore alicuius tertij, de volūtate ipsius sustinetur, quasi tunc cesset causa prohibitionis: ita probat d.l.fi.& in simili l.filio pręterito de iniust.rup. facit l.pe.cū cōc.C.de pac. Et licèt cōsensus illius, de quibus pręiudicio agitur ēt sine iuramēto sufficiat ad validādū pactū de successione acquirenda, vel certo modo diuidēda, vt in d.l.fi. tn̄ talis cōsensus, non sufficit, qn̄ agiṫ vt pater filio nō succedat, quasi tale pactū, vt patri filius nō succedat, magis bonis moribus pugnās, aduersum, contrariūq; existimet, q̄ pactū de successione acquirēda, vel certo modo diuidēda. Ergo hac in re boni mores ciuiles nō eneruāt, impediunt, debilitāt vim, & potestatē iuramēti, vt d.c.quāuis, & d.§.illud, sed solū præiudiciū tertij. Nā cū iuramentū nō debeat esse vinculū iniquitatis, non firmat actū in præiudiciū verū vel præsumptū tertij d.c.quanuis d.c.cum cōtingat d.c. licèt mulieres nisi interueniat cōsensus eius cuius de pręiudicio agebatur, nā tunc ipsum pręiudiciū cessare intelligiṫ. vt d.l.fi.& consequenter valet dispositio etiā si iuram.non intersit. Et ideo pactū de successione acquirenda si fiat de voluntate eius de cuius hæreditate agitur, valet etiam sine iuramento at si eo ignorante vel inuito fiat nō valet, etiam cum iuramento. vt est vera & communis opi. vt dixi in d. §.illud. Pactum verò de non succedendo si fiat cum ipso, cuius de successione agitur an, & quando valeat, dixi ibid.

Ergo cū quæritur, an actus improbatus eo ꝙ sit contra bonos mores ciuiles firmetur iuramento? Distingue. Nam aut errat contra bo.mo.eo quòd in præiudicium verū vel presum-

præsumptum alterius,& non firmatur iuraměto.Aut erat
contra bo.mor. ciuiles, eo quòd indecorũ & illiberale, in
decẽs, inspecta vrbanitate,& tunc non desinit firmari iu-
raměto.vt dict.cap.quanuis.iuncto dicto, §.illud.Quæ no
ta,quia cum ex professo summo conatu hęc res à nostrorũ
plerisq; perscrutata fuerit, tamen nullus vnquàm scopulũ
attigit. Et ita olim inter plura quàm 700 paradoxa, quæ
publicè defendenda Salmãticæ proposuimus, tenebamus.
11 Et dum quæritur,quidnam dicatur esse cõtra†bo.mor.
Couarr. vbi suprà ait doctores tenere id demũ contra bo.
mo.dici, quod peccatum inducit. Sed ego antequàm iuris
ciuilis literas & doctrinam edoctus essem,patubam pactũ
de futura succes. licitum esse, illudq; securus, & incautus
tunc interponerem libẽter. Qui autem firmaret me ob id
peccasse, eum auderẽ dicere insanum esse, id enim nõ qđ
inducat paccatum, sed tantum peccãdi occasionem vetitũ
est.vt in l.fi.C.de pact.& in l.1.ibi,non iniquis rationibus.
C.de pac.& in l.de fideicõmisso,C.de trans.dixi late in pr.
d.§.illud.Ergo contra bo.mo. dicĩ ẽt id, qđ peccatum nõ
ĩducit.vt patet ĩ d.§.illud.ver.meritis.et in l.alia.§.elegãter
vbi latè.Ale.post Bar.& alios,ff.so.ma.& differuimus alibi.
Secunda conclusio Bar. vt pactum fu.suc.inducẽs votũ
c.mor. nõ firmetur iuramento vera est, tenetur per omne
12 in l.fina.C.de pact.idq; firmatur ratione. Nã id iurm † ser
uari non posset sine præiudicio alterius, licèt non certo,ta
men præsumpto,vel si non in actũ,saltem in potentia.Et
cautè dixit Bar. si id pactum inducit votũ cap. mor. quia
non omne pactum futuræ successionis inducit votũ cap.
mor.vt l.de fideicõmisso.C.de trans. Tertia cõclusio Bar
to.expedita est (vi.l.qui iure.ff. de don.vt tale pactus sit cõ
tra bo. mo. Et hæc cõclusio tenetur per omnes doc. quos
suprà retulimus, & procedit indubitanter etiam de iure ca
no.p tex.in c. detestanda.& in c.ne captandæ.de cons.pb.
lib.6.& in c.constitutus,& in c.fi.extra. eo.tit. Et hac in re
vide quàmplures,limitationes & extẽsiones quas pter oẽs
cõgessi in d.§.illud pertim dũ defendimus,ꝙ data paritate
terminorũ ijsdem iuris regulis ferè trutinantur pactũ de
futura successione acquirẽda, vel diuidenda,& pactum de
futura succes.amittenda,vt plenè suprà,§.18.
13 Quarta concl.Quòd pactũ per quod aufertur†libertas
testãdi sit cõtra bo.mo. tenetur cõiter per Bart.& doct.in
d.l.si quis pro eo tenet Bar.& communiter doct.in l.stipu
latio hoc modo cõcepta.ff.de verb.obl.moder.in d.l.fi.C.
de pac.per Couarr.in rub.de testam.par.2.n.3.per eund.in
d.c.quanuis.in pr.secundæ partis nu.3. Mouentur omnes
per tex in d.l.stipulatio hoc modo ff.de verbo.obl.sed ipse
Couar.in d.rubr.contendit non esse cõtra bo.mores ꝙ ali
cui auferantur libertas testandi.arg.c.si religiosus.de elect.
lib.6.c.non dicatis.12.q.1. vbi potest quis se subiectum fa
cere, pprioq; arbitrio sese priuare atq; enudare, quinimò
potest quis seipsum seruum facere, si se vendiderit ad pre
tium participandum, quo casu indubitanter non posset te
stari. vt in prin.Insti.quib.nõ est per facere testamentum.
Sed isthæc ridenda sunt. Cùm enim dicimus,quòd pactũ,
per quod aufertur libertas testandi est contra bo.mor. nõ
arguimus peccatum illius, qui se hac facultate priuare vo-
lebat, sed turpitudinẽ illius, qui eius hæreditatem capta-
bat,& per hoc eum priuare stupebat facultate mutandi te
stamenti, pœna adiecta vel nõ adicta, etenim Iulianus ait
improbum esse eũ,qui solicitus esset de hæreditate viuẽ-
tis.in l.2.§.interdũ, ff.de vulg.l.ex eo.C.de inut.stip.l.fin.
C.de pact.l.2.ff.quibus vt indignis.l.quidã iure,§.fi.ff. de
dona.Stat ergo, quòd pactum,per quod impeditur liber-
tas testandi, vel testamenti mutandi non est turpe, nec cõ
tra bonos mores ex parte illius, cuius de hæreditate ageba
tur, sed tantum ex parte illius,qui eam hæreditatem capta
bat,estq; captatoria voluntas,vt in l.captatoria.ff.de hære.
insti.l.captatorias.C.de testamen.mili. Sed an tale pactum
firmetur iuraměto,diximus latè in d.§.illud.quod si re hæ
redem scripsi,& pœnam promisi si testa. mutassem,eam-
que pœnam me præstiturũ iuraui, an si testm̃ mutauero,
eam pęnam de iure canonico pręstare tenear? Et cõis op.
vt dixi,est,quòd non, sed cum tale.pactum non vergat in
præiudicium tertij,videtur obseruandum,arg.c. quanuis.
d.c.cùm contingat. Neque ad rem pertinet, quò sit cõtra
bonos mores ciuiles, vt suprà dixi. Nisi defendas commu
nem,eò quòd tũc arguatur turpitudo illius,& suspicio de-
licti eius,qui captabat hæreditatem.
Qua in rè tres sunt inspectiones.Prima,an contra testa.
valeat ipse iurans, idemq; testator venire, illudq; mutare.
Altera, an si id liceat, saltem periuriũ incurrat. Tertia, an
pœnam, quæ promisit sub hac conditione, si testamentũ
mutasset, habetur in foro contentioso canonico. De pri-
mis duob.artic.desseruimus in d.§.illud & supra §.18.
Quod ad vltimũ communis opin.vt dixi est,quod pœ-
14 na nõ†debeatur,ne mœtu pœnę retardentur,restringatur,
coãgusteturq; liberata testĩ mutãdi, sed cùm id non sit in
præiudicium alterius tertij, sed tantùm ipsorum contra-
hentium,vel alterius ex illis, non deberet esse in conside-
ratione.Nam si vnusquisq; potest liberũ arbitrium, libe-
ramq; voluntatem sibi ex toto. i.quod omnes res auferre.
vt in d.c.si religiosus.cum simi.suprà allegatis.de elec.in 6.
multò faciliùs poterit eam libertatem sibi adimere quo ad
vnam tantùm rem, id est,quo ad testamẽti mutationem,
sicq; de potestate ipsius non videtur dubitandũ, nõ quo-
que de voluntate,quia ponimus eam certam perspicuam,
indubitatam, ergo cõpellendus est, de iure canonico eam
seruare, vel pœnam præstare,ne periurium incurrat.Neq;
ad rem pertinet, quòd ex parte alterius, qui hæreditatem
captabat, sit turpitudo, nam illius delictũ, non tollit istius
periurium. Sed certè absurdum esset, quod ille ex delicto
suo præmium consequentur. Vnde licet aliquando is qui
pœnam pactam,iuratamq; non præstiterit, periurium in-
currat, tamẽ ne aduersarius eius ex suo delicto ditior fiat,
desinit pœna præstari. Diuersum est in eo,qui cũ iuramẽ
to renuntiauit patris hæreditati, vbi nulla ex parte capta-
tur hæreditas viuentis, sicq; nulla ex parte est turpitudo.
Nisi dicas turpitudinem esse ex parte patris, qui filium vi
pactionis abdicare volebat ab spẽ succẽdendi arguemẽto.
d.§.illud. secundum quòd supra declaraui.Sed sustinendo
communem potest respondere,quod licet id non satis ho
nestũ sit,tñ longè inhonestius est viuẽtis hæreditatẽ capta
re,sicq; à tali turpitudine lucrũ procul abesse dẽt,ne ad de
linquendũ hoĩe cõtra bonũ publicum oẽq; fas inuitẽtur.
15 Quinta cõcl.Bar.vt cõtractus p †quẽ adimitur libertas
matrimonij nõ firmeť iurõ magis cõiter admissa est. Sed
nos crederemus nõ aliter, verã q̃ si reuera iusta cã su pue-
niat recusandi.arg.c.quẽadmodũ de iurei.à cõtrario sensu.
qđ expenditũ quoad piuriũ, & magis est,vt idẽ quoad fo
rũ cõtẽtiosum.ut suprà in pr. Quod intellige,qñ fiebat pa
ctũ inter ipsos,de quorũ matrimonio agiť, ꝙ si inter eorũ
parẽtes, ĩdistinctè tenere id pactũ nõ valere.arg.l.Titia.in
pr.ff.de ver.ob.Rõ,qa negari nõ p̃t, qn id pactũ cõstrĩgat
libertatẽ mr̃monij, cũ versimile sit metu pęne parẽtẽ actu
rũ,vt fili' vel filia nubat cũ eo eaúe,quo cũ,uel cũ qua alias
nõ nuberet ergo qa ex pactiõe pr̃is iurat p̃iudiciũ filio fie
ri posset, iurm nõ est obligatoriũ, vt cum cõtingat in fin.
de iureiu.c.2.de pac.in 6.Itẽ id iurm̃ alia rõne nõ obligat,
qa nõ est ptãtiuũ pr̃.n.nõ põt filiũ,filiãúe cõpellere ad nu
dandũ,qa nuptias,nõ cõsensus,nõ cõcubit' facit,sicut nec
posset cõpllere adire hęred.l.cùm pponas.C.de hęr.insti.
Vnde qa id est indubitatũ, non est intelligendus Bart.qñ
pater iurauit filiũ, suũ Bertã ducturũ, sed est inteligendus
qñ ipse iurauit se aliquã ducturũ, quo casu si de facto aliã
duxit valere matrimoniũ,& ipse erit piurus, si nulla inter
fuit cã repudiandi sponsam pactã. vt p Alex.in l.stipulatio
hoc mõ.de ver.ob.ff.col.2.ad fi.ꝙ si interfuisset, secus, vt p
d.c.quẽadmodũ.de iurei. Quòd si de facto nullã duxit cõ
iugem,an possit cõpelli ad ducẽdã mulierẽ pactã? Et doct.
ꝙ nõ,nos cõtrà.arg.d.c.quẽadmodũ. Ad l. Titia.in princ.
resp.ꝙ pcedit,qñ nullus fuit p̃stitus ab initio cõsensus spõ
si,sed hic fuit p̃stitus.ergo,&c.Nec obst. ꝙ libertas in ma-

trimonijs desideret. Ná respõ.ꝙ idẽ & in cõtractibus, & tñ postquàm quis cõsensit, & c.l. sicut ab initio, C.de acto. & oblig.itaq; libertas adesse debet in cõtrahendo, non in dissoluendo, hic autem in contrahendo satis affuisse videtur. Nec obstat, quòd spõsalia fuerint de futuro, nõ de præsenti. Nam & cùm quis sub cõditione contrahit, pendẽte cõditione recedere nõ põt, §. pe. Inst. de emp. & vend. Itẽ id iuřm potest seruari sine interitu salutis æternæ, & sine læsione alterius. ergo, &c. Cogita tñ per ea quæ dixi suprà in pri. & vide Coras. cõtra cõem in d.l. stipulatio hoc modo.

Deniq; nostro op. tenẽda omnino est, eáq; semper in arguendo, & legendo sequuti sumus. Ad cuius comparationem præmitto, quòd pactũ à lege vetitum semper firmatur iuramento, nisi in certis casibus, loquor de iure canonico. Primus, quando id iuramentum vergit in dispendium salutis æternæ. Secundus, quando vergit in præiudicium tertij præter ipsos contrahentes. d. c. cùm cõtingat. d.c. quanuis pactũ. Tertius, quando vergit in præiudicium reipublicæ. vt dd. iurib. iuncta authẽ. res quæ, C. comm. de leg. Vnde infertur, quòd quando per tale iuramentum inuitaremur ad delinquẽdum, vel per pœnæ remotionẽ, vel lucri spem, tunc iuramẽtum non esset obligatorium, arg. l.1. ff. de iust. & iure. ibi, bonus non solùm metu pœnarũ, verùm præmiorũ quoq; exhortationẽ efficere cupiẽtes, veram (nisi fallor) philosophiam affectantes.

Tunc sic, cùm spõsalia fortè contraxi de futuro, & sub pœna promisi me spõsam pactam in vxorem ducturũ, certẽ si iuramento firmaui, non est cur non teneat vel spõsam in vxorem accipere, vel pœnã iurato promissam præstare, cùm tale iuramentum seruari possit sine dispẽdio salutis animæ meæ, & absq; pĩudicio alterius tertij, & absq; eo, quòd quis inuitetur ad delinquẽdum. Quid.n. peccauit, aut quid mali fecit mulier illa, quę me amore prosequitur pio, iusto, & sancto, meq; suum cõiugem, sociũq; ꝑpetuò habere vult; arg. in pr. insti. de nup. l.1. ff. de ritu nupt.

Et pœna hoc casu iuramẽto promissa, longè distat ab illa, quam quis promisit ei, qui ius hęreditatem captabat, nã improbus à l. existimatur, vt in l.2. §. interdũ. ff. de vulg. & præsumitur habere votum ca. mor. vt in l.fi. C. de pact. in l. de fideicommisso. C. de transac. in l.1. ibi, nõ iniquis rationibus, C. de pac. in l. ex eo. C. de inuti. stipul. & is dicitur contra ius gentiũ, & bonos mores iuris gentiũ festinasse l. quidam in iure. §. fi. com. l. seq. ff. de don. l.2. ff. quib. vt indig. intelligiturq; mortem eius, cuius hæreditatem captat spectare d.l.fi. habereq; tristem, acerbamq; spem, & votũ, vt ibidem. Diuersum omnio est in casu nostro, vbi ea mulier tantũ abest ab expectatione mortis meæ, quòd potius me pio amore prosequitur, mecũq; perpetuò viuere contendit. vt in princ. insti. de nup. Nec ad rem pertinet quod dicitur in d.l. Titia. ff. de verb. oblig. illã pœnæ promissionem esse cõtra bonos mores, nam loquitur in alio casu, in quo, vt iam dixi, sequor communẽ op. Præterea licẽt etiã in isto casu loqueretur, adhuc tamen iuramentum valeret quia si istam pœnę promissionẽ lex diceret esse contra bonos mores intelligeremus esse contra bo. mo. ciuiles, quasi esset contra decorũ, vrbanitatem, decentiam, comitatem, qui boni mores non excludunt iuřm. vt probat. d. §. illud. versic. secundùm Papiniani responsum iũcto d.c. quanuis pactũ. vt suprà induximus. Ergo isto casu etiam in iudicãdo, & cõsulẽdo tenerem cõtra communem, prælertim cũ nostra opinio consultior, tutiorq; sit quoad animarũ salutem, nec bono publico aduersetur nõ recedas à cõ. opin. Adde in hac parte principis potestatem cessare iure regio. l.10. ti.12. lib.3. ordin. quia principis imperio resistere nullus satis idoneus videtur l.6. ti.13. lib.3. ord. si tamen iussu principis matrimonium contractum fuerit, valere nõ debuit, nec pręsumam compulsionem argu. l. memineri, C. vnde vi l. meritò. ff. pro soc.

Conclusio sexta Bar. vt turpis cõuentio nõ firmetur iuramento est expedita. Sed aduertè, ꝙ licet non teneatur ad
16 obseruantiam, tenetur tamen ad † periuriũ, simulatq; iurauí homicidium adulteriúmve facere, statim sum periurus, c.& si Christus. de iure iur. c. animaduertẽdum. 22. q. 2. gl. in auth. quod eis, C. de nupt. Et accipe nouissimã rationẽ. Nam iuramentum conuertitur in periurium sub hac conditione negatiua, si nõ impleatur. vt patet, sed conditio negatiua cùm primùm efficitur impossibilis, statim habetur impleta l. in illa stipulatione si calendis. in fi. ff. de ver. obli. l. hoc iure, ff. eod. titu. ergo cũ homicidium facere sit impossibile, l. conditiones, ff. de condi. insti. sequitur illam cõditionẽ negatiuam impletam ab initio videri, & consequenter periurium iam admissum, seu purè commissum. Et ita esse videtur de sententia, & mente doctorum.

17 Et dũ diximus nõ valere pactũ etiam † iuramentũ de futura successione acquirenda, etiam si fiat cum eo cuius de hæreditate agitur, adde, quòd Alcia. in d.c. cùm contingat num.79. tenear pactum mero iure valere ex vi iuramenti, quia tale iuramentum non peccatũ certum & indubitatũ sed tãtùm peccandi occasionẽ præbet præsumptiuẽ; præsumptiones autem in foro animæ nõ curamus secundùm Ioan. Andr. in c. is qui fidem de sponsal. Vide ipse infert, quòd in terminis l.fi. C. de pact. teneret mero iure iuramẽtum, licet absolutio danda esset. Teneo contrariũ, quia vt suprà dixi in terminis illius tex. iuramentum esset ipso. iure nullũ propter præiudicium eius, cuius de hæreditate agitur, qui iuramento non interfuit. d.c. cum contingat. d. c. quanuis. Sed & si iuramento, & pactioni interfuisset, adhuc idem, ne in perniciem reipublicæ ille, qui iuramentũ recepit, spe lucri inuitentur ad delinquendũ, vt suprà dixi mus. Sed certè cùm consensus eius, cuius de successione agitur, ẽt simplex purgẽt vitiũ paciscẽtis, d.l.fi. C. de pac. multò faciliùs si sit iuratus adhuc tñ his, cuius de hæreditate agitur, ex natura rei nõ cõpellitur ꝑseuerare, vt in d. l.fi. neq; hãc pœnitendi facultatem ꝑ interuentum iuramenti sibi ademisse videtur; arg. l.fi. C. de non num. pec.

Deniq; hinc etiam descẽdit id quod Bar. gl. Imo. Ale. & alij magis communiter tradiderunt in l. alia. §. fi. ff. sul. ma
18 tri. cum volunt, ꝙ priuilegium, ne † maritus vltrà, quam facere possit, conueniatur. non potest renuntiari per pactũ etiã iuramentũ. Quam op. nouissimè sequitur, & cõmunem appellat insigni doctor de Couar. in d.c. quanuis. in princ. 2. par. sequitur & cõmunem dicit Alc. in d.c. cũ cõtingat. nu. 69. Mouetur, quia Iurecõsultus in d. l. alia firmat per huiusmodi pactionẽ bonis moribus aduersari, qui dictãt illam reuerentiam marito exhiberi. ne vltra cõueniatur, q̃ facere possit, vnde cũ sit cõtra bonos mores, nõ firmabitur iuramẽto, non magis, q̃ ꝑ simplicem pactionem. d. cap. nõ est obligatorum, de regulis iuris in 6.

Teneo, & semper in legẽdo & cõsulẽdo tenui cõtrariũ quia tale iuramentum potest seruari sine interitu salutis æternę, & sic pręiudicio alicuius tertij, & absq; eo, ꝙ quisquàm inuitetur ad delinquendum, vt de se patet, & cõsequenter tale iuramentum seruandũ est ex regula. d.c. cũ contingat. & d.c. quanuis pactum.

Tenendo hãc partem, ad d.c. non est obligatorium respõdeo, ꝙ procedit quoad bo. mo. iure diuino, naturali vel canonico stabilitos, nõ quoad bo. mo. iure tm̃ positiuo receptos, de quibus indubitãter loquitur illa lex. Nã & in terminis. d.l.fi qñ, §. illud. l. pactũ cũ iuřo initũ inter patrem & filiũ, vt filius patri nõ succedat. firmatur iuřo, vt d.c. quãuis. & tñ tale pactũ à l. ciuili vetitũ erat, quasi esse contra bon. mo. vt rectè intuẽti licet nõ satis explicitè, tamen saltem implicitè probatur in §. illud. dum ait hmõi pacto filiũ minime ꝑgrauari, scd̃m Papiniani respõsum, quo definiuit, meritis magis filios ad obsequia paterna ꝓuocãdos, quàm pactionibus astringẽdos. Etenim ꝙ filius patri pactione astrict. desinat succedere, qs nõ videt id eẽ cõtra bo. mo. esseq; indecorũ, illiberale, indecẽs inurbanũ nõ secùs, q̃ sit iurbanũ indecorũ, indecẽsq;, ꝙ vir vltra q̃ facere possit cõueniat? ergo vtroq; casu pariter iuřo renũtiatio firmabitur, cùm neutro istorũ casuũ obseruatio iuři sit in præiudiciũ alicuius tertij, præter paciscẽtes, nec ĩ præ iudicium

judicium reipublicæ, quia nō per hoc aliquis inuitatur ad delinquendum, nec vergat in dispendiū animarum, quin imò ad vitandū periurium id admitti consultius, tutius, honestiusq; sit,atq; religosius.

Hinc colligitur veram nō esse illam cōem op. quæ ha-
19 bet,ꝙ pactū,per quod †debitor renūtiat beneficio cessio. bonorum,& sese obligat ad carceres,nō firmatur iuro, vt tenuerunt Bar. & alij plerisq; scribentiū. d.l.alia.§.fi.estq; magis cōis op.secundùm Alcia.in d.c.cùm contingat.nu. 69. Licet ipse post Ale. in d.§.fi.contrariū teneat, motus, quia.d.§.fi.loquitur inter personas,quę inuicem amari,& honorari debent,quæ ratio debilis est. Sed eorū opi.contra cōem teneo,quia id iuřm serueri potest sine interitu salutis æternæ,& sine detrimento tertij, nec per hoc quisq́ inuitātur ad delinquendum, & quia licet videretur id esse contra bo.mo. ciuiles vrbanitatis,& comitatis, id nō sufficeret ad periuriū admittēdū facit tex.hic ibi enixe volun.

Et sic hanc partem cōtra magis cōem op.tenuerunt Felin.in c.si diligenti.de fo.cōp.col.2.Alc.& Alex.vbi suprà Couar.in d.c.quanuis. in prin.2.par.nu.6.idem Couar.variarum resol.c.1.lib.2.Frede. cōsil.60.Rota antiqua 565. Et hæc pars cōtra cōem quando interuenit iuřm, indubitata nobis semper visa est, cùm longè grauius sit vendere se quisq; ad pretium participandum, quod etiam citra iuramentū permissum est.§.pe.Insti.de iure perso. facit hic tex.ibi enixe.Hinc etiam colliges,an nobilis possit renuntiare beneficio huic, quo indultū est, ne pro debito possit in vinculis,seu carceribus detineri. Nam si hæc renuntiatio fiat cū iuramento, tunc indubitanter valebit,vt ex superioribus fundamentis licet arguere. Sin autem per simplicem cautionem absq; iuramento talis renuntiatio fiat, tunc magis dubiū est.Sed adhuc idē tenēdum.argu.dictorum iurium,& rationū.Et ita refert Coua.vbi suprà, vehementer controuersum fuisse,& hāc partē affirmatiuā,quā & ipse sequitur, tādem obtinuisse tene cōtra vt §.30.in fi.

Quo ad secundū casum Bar.vbi suprà præmitte, quod
20 Bar.in sexto casu ait,ꝙ quādo cōtractus † est infirmus,& improbatur,non quòd lex ei resistat,sed tātùm quod non assistat, tunc firmatur is contractus iuramento, cū autem quæritur, quando lex dicatur nō assistere, ait id eo tātum casu contingere, cùm quis alteri stipulatur. Vnde satis sentit,quòd in reliquis nouem casibus, quos ipse considerat, nō tantùm nō assistere, sed etiam resistere lex videtur.Mihi vř non esse faciendam hanc differentiam. Nam in omnibus illis decem casibus, & reliquis, in quibus inuenietur quòd lex cōuentionem nō mandat executioni, tenerem satis resistere videri, cùm alias omnes conuentiones iuris gentium exequerentur manu regia,l.2.post prin.ff.de ori. iur.& postea exequuntur per legem ciuilem mediantibus actionibus.d.l.2.§. deinde ex legibus.vnde quam conuentionem exequi non curat lex,satis eam improbare, resistereq; ei videtur,quasi illa non habeat iuris gentium æquitatem.Et quòd resistere videatur lex in stipulatione alter facta, satis probatur in d.l.stipulatio ista.§. alteri. ibi, alteri stipulari nemo potest,ff.de verb.obl.& in §.alteri in ijsdē verbis. Insti.de inutil.stipul. Nam cum omnia censeantur permissa,quæ non reperiuntur expressim prohibta. vt in l.nec non.ff.ex quib.cau.maior.in §.quod eis.& in l.super statuas C.de religosi.superest,vt si alteri stipulari nemo potest, cùm reliqua omnia liceat, id ex legis resistentia descendat. Quæ res probatur in l.certi cōditio. §.quoniam ff.si cer.pe.& in l.si ita stipulatus fuero si Titius.§.Chrysogonus.ff.de verb.obli.& in alijs,legibus innumeris, vt latè differimus in §.30.nu.55.

Ergo in isto secūdo casu Bar.collige primò.Conuētio,
21 quæ improbatur propter vtilitatem †publicam,nō firmatur iuramēto.c. si diligēti.de foro compe.l.2.& l.iuris gentiū.§.si paciscar.ff.de pac.l.quemadmodū.C.de de agri.& censi.lib.11.l.si quis inquilinos.in prin.de lega.1.ff.Secunda conclusio.Venditio rerum,quæ sunt affixæ ędibus,nō firmatur iuramento. Tertia conclu. Conuentio de proroganda litis instātia, non firmatur iuramento. Quarta conclu.Qui tenebatur dare certam mensuram frumenti,is liberatur,soluendo certam summam pecuniæ pro quolibet corbe frumēti ex forma statuti facti, vt ciuitas abundaret hominibus, qui possint soluere collectas, laborare prædia,huic ergo priuilegio, aliud pro alio soluēdi,quod datū est ob hanc publicam vtilitatem etiam iuramēto renuntiari non posset. Quinta concl.Alienatio inquilinorum sine prædijs etiam iurata, nō valeat.d.l.2.cum gl.d.§. quemadmodum. Contra quatuor vltimas cōclusiones opp. Nam alienatio dotis nō solū verū est ꝑ publicam vtilitatē fuisse interdictam,sed etiam,in l.hec ratio expressa est arg.l.1. ff.sol.mat.ergo licet eadem vtilitas ad sit in superiorib.speciebus, adhuc tamen deberet posse fieri transgressio legis ex vi iuramenti, cū possit fieri in alienatone dotis .c.cùm cōtingat.de iureiur.c.licet mulieres.de iureiur.lib.6.Sol.in d.l.j.dicitur,nam & reipublicę interest pōdera,ergo verb. & quod implicat nō solum mulierum principaliter interesse,sed etiam reipublicæ,idq; secundariò(est tamen verū quòd quibusdam libris non est illa implicatiua, &) Itaque in cōseruatione dotium vertitur publicam vtilitas secundariò tantùm,at in superioribus speciebus ēt principaliter. Quod licet de iure ciuili non satis expeditum sit, tamē de iure cano. expeditū puto.Ratio differētiæ, quia de iure ciuili libertas erat nō solū in cōtrahendo,sed ēt in dissoluēdo matrimonio.l.cōsensu.C.de repud.& C.de nup. l.neq; ab initio.at de iure cano. matrimoniū semel contractum solui nō potest,nisi morte alterius coniugis, & licet morte solutū reiterari possit,tamen longè laudabilior est is, qui secundò nō nubit,attenta censura ecclesiastica.Vndè cū frequentis. de iure ciuili matrimonia cōtracta soluerentur,expediebat dotis alienationē cōstāte matrimonio non fieri, ne facilè matrimonio ꝑ diuortiū soluto,mulieres reperirentur indotatæ.facit in simili l.cū in adoptiuis. C.de adop.verū cū de iu. can.matrimoniū difficillimè dissoluitur,& solutū saltē ex cōsilio nō debeat reiterari, non multùm interest alienationē dotis cōstante matrmo.vetitā esse.Estq; & noua,& bona cōsideratio, ꝑ quā teneo cōmunem in oībus his cōclusionib. Et quia iniquissimū esset legis iustissimæ simul ac vtilissimæ reipublicę trāsgressionū fieri posse interueniēte iuramēto. Et quia nō video magis expeditā indubitāq; esse reipublicæ vtilitate in terminis.d.c.si diligenti.de for.cōpe. (vbi iuřm non obligat) quàm in terminis harum quæstionum.

Deniq; ꝙ actus vetitus principaliter ꝑꝑ publ. vtili. nō possit iuramento renuntiari, cōiter receptū est vt tenent Bar. col.3. in d.l.si quis pro eo quem alij sequūtur. Sequit & dicit hanc esse cōem op.Alc.in d.c.cùm cōtingat.n.83 vbi Abb.n.5.& nu.22.& ibidem Anto.& Imol.qui tamē de more suo variat.sequitur,& idem dicit hanc esse cōem op.Couar.in d.c.quanuis.in 2.par.§.1.& Corn.in auth.sacramenta pub.C.si aduer.vēd.Et hæc op. licet Imo.in cōtrarium inclinet,visa nobis est indubitabilis, per tex. in d. c.cùm contin.& d.c.quāuis.Nā si iuramentum in præiudiciū tertij non est seruandū.vt dd.iurib.longè minus si tendat in præiudicium reip.arg.auth. res quæ.C.cōm.de successi.c.si diligenti, de foro cōp.l. ius publicū, ff. de pact.priuatorū.C.de iuris.om.iud. Sed licet hæc doctrina indubitata sit, tñ in exēplis exquirēdis difficultas nō leuis sita ē.

Ergo indè inferūt Bar.& cōiter doc.supra citati,vēditio
22 nem†ēt iurata prædij nō valere,retētis cōsonis ipsius ꝑdij culturę ascriptis Etenim publicę rei vehemēter īterest,ne agricultura deseratur,vt oīb.notius est,q̄ ꝓbatione egeat. vñ si separentur coloni à ꝑdijs, cultura vt deserat necessū esse vř,q̄ res nō solū detrimētū,sed ēt manifestā ꝑnicie rei publicę īferret,quā ob re crebrius obtinuit tale alienatiōe ēt iuro firmari nō posse.l.2.l queādm.C.de agr.& cēs.l.xj.

Deinde his quoq; cōtinet,quod Bar. & scribētium pleriq; vbi suprà tradiderunt, non valere venditionem marmorum,& aliorum similiū,quæ ædibus sunt affixa, etiam si iuramento sit alienatio firmat, quia hmōi prohibitio nullius

nullius vtilitatem præter reipublicæ continere videtur, ne ædificia, vrbesq; deformentur. & ita intellexit. l. cætera. in princip. ff. de lega. 1. senatus. ff. de contrah. emp.

Quòd si aduersus hanc illationē, & superiorem dixeris
24 nō videri ꝙ magis publicæ rei † intersit harū prohibitionū transgressionem non fieri q̄ in terminis. d. c. quāuis, & d. c. licet mulieres. vbi licet vetitū sit pactum de non succedendo inter patrem, & filiū, & vetita sit alienatio fundi dotalis, tñ per interuentū iuramēti illarum. ll. transgressio admittitur, quæ res plures in contrariam cōem sñiam traxit. Respondeam, harū rerum esse non obscuram differētiam. Siquidem reipublicæ non magis interest, ꝙ ex suis ciuibus vnus possessiones in suo territorio, & ditione sitas habeat, q̄ alius. Cùm enim forensis, vel exterius nō habeat, inter ipsos ciues quoad bonum publicum parū interest vtrum vnus potiùs, quam alter possessiones habeat. Vnde fit, vt si filius ab hereditate patris pactione excludatur, quæ hæreditas excluso filio ad alios peruenit ciues, similiter tunc nulla ex parte ciuitas lęsa videatur. Idemq; in alienatione fundi dotalis, qui ad mulierem, vel eius virū, vel alterum potiùs ex ciuibus perueniat, parū interest reipublicæ. Idemq; in terminis. l. alia §. eleganter. ff. sol. matr. Nam ꝙ maritus vltra, q̄ facere possit cōueniatur, an quatenus facere possit, id parū interest reipublicæ, cū vtroq; casu quod ab eo exigitur, apud aliquem ex ciuibus eiusdē reipublicę permaneat. Verùm ꝙ ædificia disturbentur, & per hoc vrbs deformetur, id principaliter, & nō dubiè officit reipublicæ. vt in terminis d. l. cętera. & d. l. senatus. Item ꝙ agricultura deseratur, id non dubiè officit reipublicæ, propter penuriam fructuum, nā vtroq; casu nullus ex ciuibus erit, qui non iustè possit dicere se læsum. Non sic quando maritus cōuenitur vltrà q̄ facere potest, aut filius pactione remouetur ab hæreditate patris, nam reliqui ciues per hoc nulla ex parte læduntur. Sicq; possunt defendi communes opi. quæ à multis hæc non videntibus impugnantur. Nec vllibi inuenies has opin. ita defensas.

Præterea exindè etiam descendit illa communis opin.
25 quæ habet, ꝙ instantia litis non potest vltra † triennium protelari. vt in l. properandum. C. de iudi. Nam quia illa lex videtur effluxisse principaliter ob bonum publicum, ne lites fierent immortales, certè huic legi etiam cum interuentu iuramenti non poterit per partes renuntiari. secundum Bart. col. 3. in d. l. si quis pro eo. quem cæteri sequūtur. & cum Barto. est communis opin. secundum Alcia. & alios suprà relatos. sequitur, & dicit cōmunem opi. Couar. in d. c. quamuis. 2. par. §. 1. num. 4. Bar. & Ias. num. 21. in d. l. properandum. in princip. Abb. num. 15. in c. pen. de iudi.

Contrarium tenuerunt Felyn. nu. 13. vbi etiam Imo. in d. c. penul. & idem Imo. in d. c. cùm contingat. in 2. membro. eò ꝙ ista conuentio iurata non aduersetur iuri canonico, sed ei amicetur, qui permisit vltra trienniū lites prorogari. vt in d. c. penul. Quæ responsio eò pertinet, vt talis conuētio iurata valeat de iure canonico in terris ecclesiæ, non autem in terris imperij secundum Couarr. vbi suprà. Ego teneo hanc opi. contra communem, sed alia ratione. Quia etiam si litigantes per totum tempus vitæ suæ detineantur in tali lite, aliorum ciuiū nullus læditur ex illa causa, & dilatione, licet si similem dilationem alij ciues in suis litibus haberent, læderentur. Diuersum est in terminis. d. l. 2. & d. l. quemadmodum. C. de agricolis & censit. libr. 11. & in terminis d. l. cætera. Nam si vrbs aliqua ex parte deformeť, & vitietur, licet domus mea integra sit, nō iniuria firmare possim læsum me fuisse, sed ex dilatione litis conciuis mei ipse nulla ex parte læsus videor, nisi similis dilatio litibus meis cōtingat. Itē cùm conciuis mei agrorum cultura deseritur, statim possum dicere me læsum licet meorum agrorum cultura non deseratur, quia ex desertione agrorum, surgit penuria fructuū, quæ omnibus nocet. Adhuc tamen etiam in litium prorogatione tenēda est communis, vt diximus alibi scilicet suprà. §. 7. nu. 40. licet hic text. contra faciat.

Exinde ēt descendit illa cōis opi. quā Bart. in hoc secūdo membro, quē cæteri suprà relati sequuntur, tenuit. Ait
26 enim, si statuto cauetur sic, vt † ciuitas abundet hoībus, qui possint prædia laborare, iubemus, vt si quis teneatur soluere frumentum, liberetur, certā pecuniæ summā dando pro quolibet corbe frumenti. quo casu huic statuto etiā cū iuřo renūtiari nō possit. arg. d. c. si diligenti. de for. cōp. Sed & hoc casu magis, vt qui iurauerit, nō possit opponere exceptionē statuti, quasi iuřm nō desierit valere, saltem quoad præiudiciū iurantis. Quia ex trāgressione illius iuramenti immediatè vnusquisq; ex ciuibus non potest dicere se læsum, non magis, q̄ si propterea, ꝙ contra prohibitionē iuris cōis fundus dotalis cū iuramēto alienatus esset ab vno ciue, alter ex hoc læsum se diceret. Vel si cōtra prohibitionē iuris cōis filius conciuis mei à patris successione per pactū iuratū excluderetur, & ego me læsum ex hoc dicerem. Ergo his oībus casibus non dubito, quin sit eadem rō obseruandi iuramenti. Quia legis prohibitiuæ trangressio virtute iuramenti facta, non nocet de indiuiduo cuilibet ex ciuibus alijs, & cōsequenter iuřm seruandū dicerē. Et hos oēs casus potiùs pertinere dicerē ad d. c. cū contingat. & d. c. quanuis pactū & d. ca. licet mulieres. q̄ ad d. c. si diligenti. de for. compe. In cuius terminis quilibet clericorū læsus, & iniuria affectus videtur, si iniuria alter clericus in forū seculare ac profanū vocetur irreuerēter, presertim cū in sacerdotū honore vertatur potissimè vtilitas publica, l. 1. §. huius studij, ff. de iusti. & iur. tene cōem opin. ne deseratur agricultura ꝙ cuiq; & populo noceret.

In omnibus tamen casibus, in quibus dixi iuramentum valere, intelligo quoad præiudicium iurantis, vt ipse non possit opponere contra suum iuramentum exceptionem, vel defensionem legis prohibitiuæ, non tamen valebit in præiudicium reipublicę vnde respublica poterit se opponere, & vetare, ne vltra triennium litigantes audiantur, eritq; in vsu forensi vtilissimum dic vt suprà §. 7. nu. 40.

Item in omnibus his casibus valebit statutum puniēs
27 † eos, qui huiusmodi iuramentū cōtra legem interdictoriā præstiterint. Licet. n. lex ciuilis, in quibus casibus licitū est iuřm de iure canonico eius iuramenti vires eneruare non possit, tñ iurantem punire nō dubiè poterit, quia per hoc hoīes à religione nō retrahentur, cū passim, & otiosè iurare non ad religionem pertineat, sed magis ad perfidiā, temeritatē, impietatemq; accedat. & ita procedunt leges nostræ regię & l. qua sub conditione, ff. de condi. instit.

Tertius casus Bar. est, qn̄ cōtractus improbatur princi-
28 paliter ꝑꝑ vtilitatē † priuatā, secundariò aūt ꝑꝑ publicam, & tūc contractus contra factus firmatur iuřo. d. c. cū cōtingat. d. c. licet mulieres. Infertur primò, ꝙ ꝓhibitio alienationis fundi dotalis sit principaliter ꝑꝑ priuatā vtilitatē secūdariò verò propter publicam. quod probaui suprà in prin. Tertia conclusio. Id iuřm non solùm obligat iurantem, sed ēt firmat mero iure contractū. Intellige has tres conclusiones, qn̄ verba prohibitionis dirigūtur in rem vt quia dicit lex, contractus nō valeat, nā si dirigētur in personā alienantis. i. eius, in cuius fauorē principaliter fiebat prohibitio, tunc non firmaretur iuřo. secundū Bar. arg. c. 2. de maio. & obed. iūcto. d. c. cū contingat. in fin. & d. c. 2. de pact. libr. 6. Limita secūdò, nisi verba dirigerētur in eū, qui iuřm recepit, quia fortè dicebatur, nullus audeat, vel nullus possit cōtrahere cū muliere nisi sic, vel emere rē mulieris constante matrimonio ēt de cōsensu ipsius nā his casibus non firmaretur iuřo. Infertur primò, Statutū est per Italiā, ꝙ non valet contractus mulierū sine cōsilio duorum consanguineorū, ꝙ alienatio cōtra facta nō valeret ēt iurata, si verba dirigerētur in mulierē, vel in eū, qui cū ea cōtrata, si verba dirigerētur in mulierē, vel in eū, qui cū ea cōtraheret, licèt secùs si simpliciter in rē conciperentur. Infertur ēt, Statutū est, ne valeat alienatio minoris sine cōsilio duorū cōsanguineorū. ꝙ similiter distinguendū esset, vt contractus cōtra factus firmareť iuřo. Sed in his oībus teneo contrariū, quia parū interest, si mentem statuentiū inspicias, vtrum dicatur impersonaliter, quòd non possit fieri

fieri contractus sine cōsilio duorum,&c. an verò non possit mulier contrahere, vel nullus possit cum muliere contrahere. Vnde hæc Bar. doctrina magis aucupium captionemq; sapit, quàm simplicem legum prouisionem. Præterea illud nulla lege cauetur, ergo,&c. Tertiò licet alias soleat dubitari, an transgressor legis ciuilis peccat, vel nō, temen indubitatum est non peccare, quando transgreditur legem suo fauore latam, quantūcumq; exprimatur in lege, quòd ipse nequeat fauori suo renuntiare ea enim cautio nō eo pertinet, vt contraueniens peccat, vel puniatur, sed vt dispensatio, de qua in l.penul.C.de pactis.non validet contractū. Quartò id probatur argumento, l.filio preterito.ff.de iniust.rup.& argum.eorum, quæ tradit Aretinus in rubrica, ff.de liber.& posth. Quintò concludenter probatur ita. Nam licet minor nō possit dispensare cum sua vtilitate, nec alienare contra prohibitionem in suū factam fauorem, siue à testatore.l.Titio centum.in princ.de cōdi.& demonst.& l.2.C.pro emp.siue à lege.vt per totū ff.de rebus eorum.& C.de prædijs minor. tamen id verū de iure ciuili, secùs tamen de iure canonico, si iuramentū interueniat.auth.sacramenta puberum.C.si aduer.vendit. per quam corrigitur, l.nō dubiū, C.de legib. Sic & in omnib. his spēbus, licet verba prohibitionis dirigantur in eū, de cui⁹ vtilitate agit, cui ipse aliàs dispēsare nō posset, nec renūtiare, poterit tamē iuramēto, quia deterius sibi futurū videtur, si iuramētū violet, quā si oēs facultates dissipet.

Stat ergo, quòd actus à lege vetitus, quia intelligatur esse contra vtilitatem priuatam principaliter, licet secundariò sit contra publicam vtilitatem, iuramento firmatur.vt in d.c. licet mulieres.& in d.c.cùm contingat.& ita etiam procedit.d.c.quanuis pactum. Secundò, quòd non solùm id iuramento valet, sed quòd etiam eius virtute firma manet dispositio,& cōtractus ipse. Tertiò, quòd id procedit siue contractus principaliter dirigantur in rem, siue in personam ipsius minoris, vel mulieris contrahere, vel aliena re vetitæ, siue etiam in personam illius, qui cum eis contrahit. Quæ omnia comuniter recepta sunt.vt per doctor. vbi supra.& per. Alcia.in d.c.cū contingat. & per Couarr. in d.c.quāuis.1.par.§.1.ad fi.& §.2.in prin.per Alc. vbi suprà nu.92.cum 60.sequen.per Abb.in d.c. cùm contingat Ias.in authen.sacramenta puberum.nu.136. Aretinus consil.22.col.2.Curtius iunior consil.47.colu.2. per Fortu. in tract.de vltimo fine illatione 19.per eūdem in l.1.§.huius studij.ff.de iust.& iur.per Ias.& Fortunium in l. Gallus.in princ.col.18.ff.de lib. & post.per Ange.in l.si quis pro eo. & Barto.in auth.sacramenta puberū, C.si aduer.vend.vbi Corneus num.72.Calde.& Ancha.in d. c.cum contingat. Angel.consil.160. Imol.in d.c.cùm continga.num 36.Rodericus Xuarez. in l.1.tit.de las arras.lib.3.fori & per Felin.in c.2.de maiorita. & obedien.Deci.in c.nam concupiscentiam.de const. lect.1.Paul.in d.l.si quis pro eo.& in d. authen.sacramenta puberū.suprà alleg. vbi Cor.nu.23.cū seq.& Ias.nu.51.& Ale.consi.27.lib.1.

Vndè infertur secundùm plerosq; eorū, quos modò retulimus, quòd mulier, quæ contra hanc legem prohibitiuā fecit absq; consensu consanguineorum rerum suarū alienationem, non peccat, quasi talis prohibitio. nō tam præcepti, quàm consilij vim obtineat.argu.l.cū pater. §.mando, ff.de lega.2.l.filius fami.§.diui.ff.de leg.1.l.pater filium §.Iulius Agrippa.ff.de le.3.

2 Redeundo ad doctrinam Bar.in d.l.si.quis pro eo.colū. 4.dicentis, quòd peccat trāsgressor legis, quæ verba prohibitiua dirigit ad personam, non ad rem aduertendum est. ꝙ licet legibus superioris obedire teneamur, tamen quando legum trāsgressori imposita est aliqua pœna, obtinuit eam legem regulariter non obligare in foro animæ, vnde fit, vt licet eam gabellam (quam alcaualam vocant) quisq; persoluere subterfugiat, in foro animę tutus videatur, quia pęna dupli hac in re à lege posita est. Vnde licet p l.63. en el quaderno del encabeçamiento. vetitum sit, ne vicinus vnius oppidi negotietur cū mercibus alterius hominis exteri, aut forensis, occulto numine illius, easq; quasi suas distrahet, cū ipse gauderet eo beneficio (quod encabeçamiēto appellatur) verus autem dominus illarum mercium talis beneficij expers esset, vtpote qui exterus erat ad illo oppido, tamen negari non potest, quin ille, qui alienas merces quasi suas contractat, & per hoc gabellę præstationem effugit, non teneatur in foro animę, cum sit transgressor legis pęnalis, secundū quorundam multorumq; setentias, quæ res vsitatissima est. Sed propter causas hodie pendentes eam decidere prætermitto, & quia apud me diuersa ꝑs tutior est dic vt in præfa.lib.4.infra.

Illud autē controuersum est, an quia in l.pen.& fi.en el quaderno de la prorogacion del encabeçamiēto general ius, potestasq; sūmis Rationalibus regis data est, vt quoad illud beneficium (quod encabeçamiento appellaur) possint adderet eas leges, quæ sibi cōducibilis visæ fuerint, possint derogari legibus ibi scriptis. Et magis est vt non possint, propter vltimā partem illius, l.fi.vbi iubemus iudicare secundùm illas leges, & superior facultas est intelligenda in casibus omissis, aut prætermissis ab illarum legū cōditoribus, quasi casus omissus remaneat sub interpretatione eorum ergo habebunt ius non tam emendandi, aut corrigendi, quàm simpliciter interpretandi. Neque ad rē pertinet, quòd in d.l.fi.datum sit eis, vt possint determinare omnes dubietates hac de re exortas. Nam per hoc nō tā data videtur facultas legum regiarum corrigendarum, q̄ eas interpretandi, & secundùm eas iudicādi. Nec enim vnquam hæc facultas à principibus data videtur, cum procedat à principis potestate nō ordinaria, sed absoluta.vt per Ripam in simili in l.nemo potest col.2.ff.de leg.1.

Illud dubiū est, an ad damni illati reseruationem, vel rei qua de agitur restitutionem, quisquam teneatur in foro animæ. Et quidem si damnum dolo datum sit, sine dubio tenetur, vt in c.alteri per alterum, deregu.iur. in 6.& ꝑ totū Inst.C.& ff.ad l. Aquiliam. Quòd si culpa lata damnū illatum sit, veluti si iudex, vel officialis perperam, imperiteq; iudicat, vel administrat. nunc similiter tenetur, vt in prin.Inst.de obli. quæ ex quasi delicto nascun.

Quòd si culpa leuis sit, vel leuissima, tunc cōmunis op. est, quod non tenetur in foro conscientiæ, vt si damnū dedi culpa leui, vel leuissima, illud resarcire non tenear in foro animæ, etiam si lex positiua id damnum resarcire iubeat. Ita Inn.in c.sicut dignū.de homicid. Abbas in cap.si egressus.de iniurijs, & in c. cū cām. col.5.de testib.& in c. dilecti.de arbitr.& in c.quoniam contra de probationibus vbi Decius.nu.31.Ias. in §. sed iste.nu.130. de actio. Barba.in c.1.col.1. de cōmodato. Consetus in singularibus, in verbo, forū conscietiæ.Are.in d.c.sicut.col.2.de test. Ana. in d.c.sicut dignū.§.fi.in fi.& ibi Fel.Ro.singu.105.Deci. in c.1.de cōsti.nu.10. lect. 2.ibi Fel.nu.41.vbi Abb.col.7.

Verùm contra hanc communem snīam tenēt Barba.in c.Rainal. de testam.114.Abb.in c.fi.de iniurijs. Ange. in summa.in ver.culpa.in fin. quos refert & sequitur Didac. de Couar. vbi supra.nu.12.in c.1. de test.facit gl.in c. quæ in ecclesiarum.de constitu.quæ communiter app.est secūdùm eundem Didacū de Coua.vbi suprà quæ vult, quòd lex positiua modò iusta sit, obligat in foro cōscientiæ. Vnde in casu, quo culpa illa leuis, vel leuissima à lege damnata est, magis est, vt, teneamur in foro animę ad damni illati resartionem, nō secùs, quàm in foro contentioso, eo autem casu, quo talem culpam lex positiua nō damnaret, nō solùm si de eo meninit, & pepercit, sed etiam si de eo casu non meminisset, quia is casus à l.omissus fuit, tūc nō teneremur in foro aīæ, qa casus omissus à l. remanet in dispositione iuris cōis, l.cōmodissimè, ff.de lib.& post.ius aūt cōe vult, vt dānū interitus, vel deteriorationis ꝑtineat ad dn̄m rei amissæ, vel lęsæ.l.pign.C.de pig.acti. Pręterea ni pari cāmetior est cōdō possidetis.c.in pari.de reg.iu.in 6.sed loco possessori esse debet q dānū alteri dedit, si nec locupletior factus est, neq; fuit ī culpa, vel in tā leui culpa est, vt eā l. positiua nō ꝑsequat, vt habeas tex.& exēplū ī §.1.& in §.itē si puta-

ſi pu tator.inſti.de lege Aquilia.Cæterum ſi is,qui damnũ dedit,locupletior factus eſt,tunc licet inculpatus omnino ſit,ſemper tenetur ad damni reſartionem.veluti ſi quadru pedem,vel ſeruum morboſum vẽdidi, cum morbum inculpabiliter ignorarem , nam teneor ædilitio edicto.vt in l.1.§.cauſa.ff.de ædil.edic.ne locupletior fiam cum iactura aliena.contra l.nam hoc natura, ff.de condi.indeb.l.iure naturæ.ff.de reg.iur.dic vt infra,lib.4.in præfa.

Et ſuperioribus apparet, ꝙ fraudans iuſta vectigalia licet in foro animæ non teneatur ad pœnam poſitiuam,tenetur tamen ad illud vectigal prẽſtandum,& omne damnum ratione ſubtractionis illatum reſtituẽdum,vt in ſpecie tenet Caieta.in ſumma.in verbo, vectigalia,ff.de publ. Bald.in rubri.quæ ſint rega.,in feud.idem Bald.in l.veluti. de iuſt.& iure,lect.1.dic vt infra,lib.4.in præfa.

Vnde dolendũ eſt, ꝙ cùm pijſsimo regi noſtro debeatur quintũ totius auri,& argenti, quod ab Indiarũ regionibus noſtri in Hiſpaniam reportant, pleriq; eorũ vel ſaltem nõ pauci illud quintũ fraudant,& occultãt,per quod, inſpecta le.noſtra poſitiua , in amiſsionem totius auri,vel argenti incidũt, & licèt ad pœnã totius in foro animæ nõ teneantur,tamen ſine dubio tenentur ad reſtitutionẽ illius vectigalis,quod fraudauerũt. Et ſimiliter mercatores, qui ea montana pertranſeunt(quæ Hiſpanè puertos ſecos appellant)decimam partem mercium,quæ gabellæ nomine debetur,ſemper fraudare ſtudent.Quod ſimiliter faciunt hi mercatores quo ad illam gabellã (quæ Hiſpanè Almoxarifagdo appellatur)nã & illã quoties poſſunt,toties ferè fraudant,& occultant,& tñ in his omnibus caſibus,& gabellis ſimilibus,quæ enumerantur in l.75.Enel quaderno de alcaualas.ſemper tenẽtur in foro aĩæ ad reſtitutionem. Quod dolendũ ſanè eſt. Verũ tamen eſt, ꝙ ſi vectigal eſt iniquum,tunc illius vectigalis fraudatores in foro animæ non tenentur.vt per Caietanum in ſumma.verb.vectigalia iniqua.vbi enarrat omnia vectigalia,quæ iniqua eſſe vi dẽtur, ſub quibus tu iudicabis, an vectigaliorum ſupradictorum aliqua contineantur dic vt infrà lib.4.in præfa.

29 Redeundo ad contractus iuratos,qui ob priuatã † vtilitatem à lege improbantur,quoniam qui contra iura mercatur,bonum fin.nõ pręſumitur habere,l.quemadm.C.de agri.& cenſi.lib.11.c.qui contra iura. de reg.iur.in 6. Ideò putarem , quòd is,qui cum minore contraxit,poſsit compelli ad relaxandum iuramentum, vel reſtituendũ, ſi manor læſus reperiatur immodicè.Nã vt legi canonicæ curę eſt,ne iurãs incurrat periurium,ita etiam eſſe debet,ne per fide quis iuramentum recipiat, & per hoc eius anima detrimentũ patiatur.arg.c.debitores.& c.1.de iureiu.Quod intelligendũ primò ſecundũ cõem,quando is,in cuius vtilitatem prohibitio fit,vltra dimidiam læſus fuit.Sed an idẽ etiã ſi non vltra dimidiã,ſed tamen, ita immodicè,vt alias reſtitutio poſsit poſtulari ? Et adhuc puto idẽ,licèt ſit cõtra mentem cõis opinionis.de qua per Decium conſ.181. Ripa conſi.15.lib.3.reſp. hic enim conſideramus non læſionem re ipſa contingentem, ſed dolum præſumptũ cõtrahentis, iuratumque recipientis.Nam vt ſi re vera dolus interfuit, tunc ageretur ad reſcindendum contractum, & iuramentum,vt per Bart. in primo caſu & in d.ca.cũ contingat.& d.c.2.de pact.ita etiam ſi interfuit præſumptiuè, & ſic cùm præſumptio legis ſit liquidiſsima probatio,l.licet Imperator , ff.de legat.primo,&c.differentia enim eſt ſolum in modo probãdi.Sed oppono.Secundum hoc parum operaretur,c.cùm contingat & d.c.2.& d.authen.ſacramenta puberum . Reſp.arbitror eum,qui iurauit,non poſſe contrauenire,quia verum eſt eum conſenſum adhibuiſſe,& ſponte, ſed tamen iudex ex officio poterit aduer ſarium compellere ad reſtituendum,ſi ex officio inquirẽs inuenerit eum cum iactura minoris (quam mala fide feciſſe præſumo) locupletiorem, vt per hoc & minori læſo ſubueniatur,& aduerſarius à laqueo peccati liberetur. Et ꝙ minor nõ poſsit petere vltrò,facit l.in illa ſtipulatione . parte , non fieri.ff.de verborum obligationibus. vbi patet non ſufficere.&c.facit etiam, le.qui ſic.ff.de ſolutionib.in quibus iuribus cauetur non ſufficere abſtinere à malo,niſi etiã fiat quod bonũ eſt,nec videri ſoluiſſe eum, qui ſtatim repetit,quia verba ſunt cum effectu accipienda,le.1.§. hæc verba.ff.quod quiſq; iuris,l.hæc ſtipulatio.§.diuus.ff. vt legatorum nomine cauea.l.non cogendum, §.Sabinus, ff.de procuratorib.

Hæc multum ſignanter limitantur per Couar. in d.ca. quanuis.in 2.par.§.1.num.8.verſi. cæterum.poſt Frederi. cõſi.272.Paul.& Corneum in d.auth.ſacramẽ. puberum. nume.54.Imol.nume.45.& Alciat.nume.135.in d.c.cum contingat.& Anto.in capi.canonum ſtatuta.de conſti.fol. 11.col.4.& Fortu.in d.tracta. de vltimo fine.illatione 19. & 20.quos omnes idem doctor de Couar.allegat. vt non

30 procedant,quando lex ciuilis præterea, ꝙ vetat † contractum priuatæ vtilitatis cauſa, vltra procedit annullando actum contrafactum,& expreſsim cauendo,vt iuramentum ibi interpoſitum non valeat, nam tunc ille cõtractus iuramento non firmaretur,non magis, quàm ſi re vera iuratus is contractus non fuiſſet . Idem tenuit ipſe Couar.in d.c.quanuis.2.par.§.2. circa finem.

Contrarium tenent Anto.de Butr. & Abb. quos refert Alcia. vbi ſuprà. in d.c.cùm contingat.& Alex.conſil.59. libr.1.quorum op.contra ſuperiorem communem opin. auſim veriſsimam dicere . Nam de iure gentiũ omnes cõuentiones erant legitimę, & manu regia exequebantur.vt in l.2.poſt princ.ff.de origi.iur. licèt poſtea id reſtrictum, coanguſtatumq; fuerit per ius ciuile , & redactum ad cõuentiones tantum legitimas, vt in l.cõuentionum , & in l. iuriſgentium.ff.de pact.ſed in foro aĩæ nõ attendimus(vt ſæpe diximus)niſi ius gentiũ, & naturale,vel diuinum,& conſequẽter per interuentũ iuramenti oĩs conuentio,quę inſpecto iure gẽtiũ firma foret & exequeretur manu regia,hodie etiã de iure canonico exequetur ex vi ſacramẽti.Neq; ad rem pertinet, ꝙ lex ciuilis hoc caſu annullauerit iuram.nã non habuit poteſtatem annullandi,vnde talis annullatio nil obſuit.vt in c.venerabilem extrà.de elect.& diximus in ſimili in l.ſi filiam,C.de inoffic.teſta.Agnoſco tamen, ꝙ iſto caſu cùm ipſe contractus à lege ciuili fuerit vetitus,& iuram.ſuper eo interpoſitũ,tunc is contractus, licet per interuentum iuramẽti de iure canonico ſuſtineatur , ſuſtinebitur tamen non in vim illius cõtractus ſpecifici,& nominati, ſed magis in vim conuentionis innominatæ , & iuris gentium , vt per hoc ille contractus habeat eos tantum effectus,quos lex, & ius gentium conuentionibus olim accommodabat,non autem eos effectus,quos præterea lex ciuilis contractibus nominatis adiecit , nam quod lex ciuilis his contractibus dedit,id eis nõ dubiè auferre,& denegare poteſt.c.omnis res. de reg.iu.l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur. Ergo ſi is contractus iuratus contra præceptũ legis ciuilis erat bonę fidei, in quo poſt moram veniunt fructus,intereſſe,& vſurę de iure ciuili,non ſic de iure gentium,tunc licet is actus in vim conuentionis iuris gentium per interuentum iuramenti ſuſtineatur, non tamen hos effectus habebit, quos lex ciuilis , non naturalis, gentium,vel canonica his actibus accommodauit . Vndè infero,quòd in terminis d.c.cùm contingat. & d.cap.licet mulieres, d.ca.quamuis. pactum & ſimilibus caſibus.licet per interuentum iuramẽti actus ſuſtineatur , tamen ſuſtinebitur magis in vim conuentionis iuris gentium , quàm cõtractus nominati,& ſpecifici iuris ciuilis, & conſequẽter carebit ijs effectibus , quos lex ciuilis his contractibus accommodauit, eoſque tantùm effectus habebit quos ius gentium,diuinum,naturale, vel canonicum ijs contractibus accommodaſſe reperiẽtur . Eſtq; veriſsima interpretatio,quæ non dubiè probatur etiam in l.non dubium.C. de legi & in l.ſi quis inquilinos, §.fi.ff.de legat.1.

31 Ex ſuperioribus infertur ad † leg.quinquaginta. Tauri. qua cauetur , ꝙ maritus vxori ararum nomine non poteſt vltra decimam partem bonorum ſuorum donare, vetans maritum poſſe huic legi renuntiare, punienſque tabel-

tabelliones, qui renuntiationem huius legis instrumento adscripserint. Et ad l.1.ti.de las arras. libro tertio. fori.
32 qua idem cauetur, & adijcitur, vt si maritus de facto plus donauerit, id omne amittat, eiusq; cognatis applicetur. Et ad l.1.ti. de las arras.li.3.fori. iuzogo vbi idem cauetur, & abijcitur, ꝙ nec et per interuentũ iuramenti huic legi põt renũtiari, annullatq; iuramentũ in contrariũ interpositũ.

33 Quæritur ergo circa has leges, an si maritus † vxori vltra dicimam partẽ bon.suorum arrarum nomine promiserit, vel dederit, per interuentũ iuramenti firmetur dispositio. Quæ res per Hispanorum interpretũ plerosq; vehementer controuersa est. Nam Ioannes Lupus in rub.de donat. inter virum & vxorem.§.24.in ea fuit sententia, vt putaret eam arrarũ promissionem etiam præter mẽsuram harum legũ definitam posse iuramento firmari, licèt absq; iuramento minimè valeret. Contrariũ tenent Didacus à Couar.in d.c.quanuis.2.par.§.2.ad fin. Vicenti.epscopus Montaluus, Rodericus Suarez.in d.l.1.titu.de las arras. libro 3.fori. Nunc videndum qui iustius induat arma. Pro opinione affirmatiua, vt per interuentum iuramenti hæc promissio, vel datio firmetur, facit in primis regula nostra, quæ habet, ꝙ actus à lege vetitus ob priuatam principaliter vtilitatem firmatur iuramẽto. Quę regula verissimà simul ac receptissima est. Sed hęc immoderata arrarum promissio nulli dubiũ esse potest, quin principaliter ob priuatam vtilitatem prohibita sit, pertineatq; ad regulam. d. c. cũ contingat.& d.c.licet mulieres. & d.cap.quanuis.& cõsequenter firmetur iuramẽto. Nec ad rem pertinet, quòd Vincentius, Montaluus, & Rodericus opinionem Barto. sequuti, existiment cõtra legem ciuilem contrahẽtes peccare, & consequenter iuram.interpositũ non valere, quasi peccati nutritiuũ, c. non est obligatorium, de regulis iur. in 6.& d.cap.cum contingat.cũ sim. Nam ea Bar.op.communiter, & rectè damnata est, vt supra diximus.

Nec similiter quemquam mouere debet, quod Couar. vbi supra ait, ꝙ per interuentum iuramenti non firmetur actus à lege ciuili interdictus, quando ex præter prohibitionem adiecit annullationem iuramenti supra impositi. Nam id verũ non esse proximè docuimus ex defectu potestatis legis ciuilis.

Illud autem peremptorium est fundamentum pro opinione negatiua, quòd per d.l.fori imponitur pœna marito promittẽti, vel danti arrarum nomine vltra summam, & quantitatem lege definitam, vt tunc illæ arræ statim ab eo discedant, transuolentq;, & pertineat ad consanguineos ipsius, sicq; licet ipse quod arrarum nomine vxori ꝓmisit, ei pręstare velit, non poterit, cũ iam ad alios cœperit pertinere. Ergo verissimum est, ꝙ ipse per interuentũ iuramenti obligatur ad præstationem arrarum, quas vltra mensurã lege definitam promisit, licet facultas, seu potestas implendi sibi per legem ablata fuerit. Vnde cum in cõditionibus, seu dispositionibus potestatiuis, id est, quæ ex facto nostro pendent, si potestas per legem, vel casum, vel hominem nobis auferatur, habeamur pro satisfacientibus vt in l.iure ciuili.ff.de conditio. & demostration.l.in iure ciuili.ff.de reg. iur.l.1.cũ materia, C.de instit.& substi. superest, vt is, qui iurauit, eodem momẽto, & obligatus, & liberatus videatur. Estq; & vera interpretatio, & nouissima cõcordia, ex qua resultat veriorem esse opin. Lup. contra Montal. Vicentium, Couarru.& Rodericum. Vide si cognati huius mariti arras sibi à lege delatas repudiarent, ipse maritus vtpote efficaciter per iuram.obligatus, eas vxori præstare teneretur estq; magnus effectus huius.qõn. facit tex.hic ibi enixe voluntatis.

Ex superiore etiam regula descẽdit ea op. Bar.existimã-
34 tis non posse † renuntiari etiã cum iuramento prohibitioni, de qua in titu.ne fideiussores dotium detur. C. Itaque si fideiussor pro dote conseruanda, & restituẽda apud mulierem intercesserit cum iuramento, non obligatur. ita tenent Bar.in d.l.si quis pro eo.n.9.sequitur Alcia. in d. c.cũ cõtingat.nu.218.& ibi Ant.de But.post Bal.in repe.legis. 2.ff.de iureiur.col.48.ver.sed cõtra.ff.eod.quem refert Alcia.vbi suprà.

Contrarium, vt fideiussor ille obligetur per interuẽtum iuramenti, tenent insignis doct.de Couar.in d.c. quamuis. de pact.in 6.2.par.§.2.in fi.Abb. in d. ca. cũ contingat. in fin.vbi etiam Imola in vltimo mẽbro.versi.circa secundũ aduerte. Angel.& Paul.in d.l.si quis pro eo. Salicetus, Fulgosius, & Corn.in d.auth.sacramenta puberũ.C. si aduer. vend.q.17. versic.3.nu.72. Bald. nouellus in tracta.de dote.6.par.priuileg.21. limitatione.12.Ioã.Campe.in tract. de dote.3.par.q.174.Bal.in l.iurisgentium.§.si pacíscar.ff. de pact.sequitur & dicit esse communem opinio. Ioãnes Lupus in repet.c.per vestras. de do.inter vir. & vxorem. num.5. & num.10. Mouẽtur, quia licet tale iurament. arguat minus integram fidem, & qualemqualem irreuerentiam vxoris erga maritum, tamẽ id non propterea esse videtur contra bonos mores, vt per hoc desinat iuramento firmari. Ego nouissimè adnotarim id iuramento firmari, etiam si lex ciuilis expressim diceret contra bonos mores esse, nam intelligerem esse cõtra bonos mores ciuiles honestatis, vrbanitatis, & comitatis, atq; decori, non, autem contra bonos mores naturales, diuini iuris, vel canonici, & quod contra bonos mores comitatis, & vrbanitatis tantùm est, id non desinit firmari iuramento vt in d.l.si quando, §.illud.ibi, secundũ Papiniani responsum.C.de inoffi. testam.secundũ ꝙ supra induximus. cui concinit.l.alia.§. eleganter.ff.sol.matrimon.qui text.eod.modo est intelligendus. Preterea negari non potest, quin ea prohibitio, ne fideiussores dotium dentur, effluxerit principaliter ob priuatam vtilitatem, & consequẽtur ꝑtineat ad tex.in d.cap. cum cõtingat, & d.c.licet mulieres. Etenim licet de facto pro dote intercesserit fideiussor apud vxorem vicini mei, non per hoc possum dicere me aliqua ex parte læsum, sicque hæc res non tam omnium conciuium lęsionem inducit, quàm illius tantùm domus, in qua fideiussio intercessit, sicq; vt superius latè in secundo mẽbro deduximus id non principaliter ad publicam, sed tñ ad priuatã vtilitatem pertinet. Præterea regulariter non est inhonestũ, cautiones.quò magis res nostræ in tuto sint, exigere vt probatur in pr.Insti.de fideius.cũ similib.facit lex.hic ibi enixe.

Hęc autem omnia intelligenda sunt quo ad ipsum fideiussorem, qui sese iuramento opponere, vel subducere nõ potest. Cęterùm nõ dubito, quin respublica posset similiter ipsum fideiussorẽ, ipsamq; mulierem punire, quasi rẽ fecerint publicæ vtilitati aduersam, nam licet secũdariò tãtùm hac in re publica vtilitas vertatur, tamen non est, cur populus non possit punire subditos propter quale quale damnum reipublicę illatum. Item intelligo fideiussionẽ per interuentum iuramenti firmari non in vim fideiussionis, sed magis in vim conuentionis iuris gentium, quia (vt suprà docuimus) omnes effctus, quos lex ciuilis contrctui accommodauit, & cõdonauit, potest ei auferre, si is contractus fiat contra legis interdictũ.l.non dubium .C.de legib.l.si quis inquilinos, §.fi.ff.de leg.1.l.contra iuris.ff. de pac.l. nemo potest.ff.de leg.1.l.si vnus.vbi Ias.C. de testa. Sed lex ciuilis ꝓhibitoria nõ potuit impedire, quin cõuẽtio, q̃ iuregẽtiũ manu regia exequebatur, l.2.ĩ pr.ff. de ori. iur.licet postea vetita sit à l.ciuili, tñ per interuẽtũ iuramẽti exequatur, & quasi redigatur ad ipsum ius gentiũ, cũ in foro aĩæ ius gẽtiũ, nõ ciuile inspiciatur. Vñ vtilissimè ĩfertur, ꝙ talis fideiussor fortè habebit bñficiũ excussionis nec alia bñficia, l.ciuili fideiussoribus cõcessa. Nisi cõtra dicas.arg.l.fi.C.de non nu.pec.facit hic tex.ibi enixe.

35 Quarta cõcl.Bar.in isto.3.mẽb.est, vt si iuraui † prius nõ alienare, & postea alieno, nõ valeat alienatio cõtra primũ iurm. Dic vt dixi in §.18. Sed posset teneri contrariũ, tũ ꝙ id nulla l.ꝓbatur, tũ ẽt, quia per cõtrauentionẽ de facto primũ iuramẽtũ violatũ est, ergo scdm iurm saltẽ nõ violari satius est, q̃ vtrumq; frangi. Sed pro cõi facit, ꝙ si iurãs scit se nõ posse cõtrauenire primo iurõ q cõtrauentionẽ ẽt iuratã, abstinebit à cõtrauẽtione ẽt de facto, veiũ si scit ꝑ secun-

secundũ iurm posse cõtrauenire, facilè pro iuramẽto iteratò iurãs contraueniet, aperieturq; via periurijs. Itaq; verius est, ꝙ secũdus actus iuratus primo actui iurato cõtrarius nõ magis valebit, ꝗ si iuratus non esset. Nã licèt quod semel factum patratumq; est infectum fieri nõ possit, tñ lex delinquẽtes persequitur, vt sic perterriti homines abstineãt à similibus facinoribus. Sic & in hac specie, qui primò iurauit se non alienaturũ, si postea se etiã cum iurõ nõ posse contrauenire intelligat, abstinebit à secũdo iuramẽto, seu periurio, ex quo ei nullũ pecuniarium commodũ cõtingere potest. Agnosco tñ verũ eẽ, ꝙ text. in c. intellecto. extra de iureiur. in quo iacet fundam. cõis opi. eã minimè probat. vt satis elaborate disseruit insignis doct. Didacus de Couar. in d.c. quanuis. 2. part. §. 2. Verũ in vsu forensi libẽter quotidie sequimur cõem op. quia huiusmodi iuramentorum exactiones odiosissimę cuilibet in vsu forensi exercitato meritò videri debent, cõtra quas satis validum, minimiq; pœnitendum remedium erit, vt qui timet se ad alienationem iuratam faciendam compulsum iri, præmuniat se hmõi iuramento facit tex. hic ibi enixe.

Quartus casus prin. Bart. est, quando contractus prohibetur & improbatur in odiũ creditoris. Et collige conclusiones sequentes. Prima conclu. iurm super tali contractu appositũ, mero iure obligat iurantem. c. significãte. de pigno. debitores. de iureiu. Secunda conclu. Non tñ confirmat contractum efficaciter. arg. d.c. debitores, & c. 1. eod. Tertia concl. Debitor potest petere relaxationẽ, si ex parte sua perfectè implere per totũ tempus vitæ suę non potest, vt si non solum soluturum se vsuras, sed etiã non repetiturum iurauit, tunc. n. petit se absolui, vel sibi relaxari iuramentum, c. 1. de iureiur. Quarta conclu. Debitor potest repetere, qñ ex parte sua perfectè impleuit. vt in terminis c. debitores. Quinta conclu. Renunciatio Macedoniani iurata, quæ fit per filiumfa. obligat eum quo ad hoc, vt de facto soluere teneatur. Sexta conclu. Poterit tamen repetere solutum, vel agere, vt relaxetur sibi iuramẽtum. Septima conclusio. Idẽ in officiali prohibito contrahere de iure cõmuni. Octaua conclusio. Idem in magnatibus ex forma statuti cõtrahere prohibitis. Antequàm veniamus ad declarationem harum conclusionum, præmittendũ esset, an soluens vsuras, peccet, & an iurãs eas soluere, statim sit periurus, quasi videatur iurasse impossibile de iure. Quod aiũt admittere Theologos, sed canonistas cõtra. per c. debitores. & c. 1. & c. ad nostram. 1. & 2. de iureiur. Quorum opinione retenta, redeundo ad superiores conclusiones, dico primã conclusionẽ esse veram. Secunda cõclusio est, vera similiter in terminis d. ca. debitores. & sic in cõtractu vsurario, in quo est delictum, & peccatum indubitatũ ex parte recipientis. Non tamẽ est vera in terminis d.c. significante. & sic vbi delictum ex parte recipiẽtis non est indubitatum, vt satis patet. Primò in d.c. significante. Secũdò argu. leg. fi. C. de pact. pignorum. vbi patet illũ contractum prohiberi, non propter delictum, sed tantũ propter nimiam austeritatem. Tertiò per l. contractus. de reg. iur. Tertia conclusio vera est in contractu vsurario, non autẽ in contractu legis commissoriæ in pignore, per prædicta. Quinta conclusio non est vera in foro contentioso, arg. c. cum contingat. in fine. de iureiur. & ca. 2. de pact. in 6. quia tale iuramentum attenta legis censura seruari non potest sine præiudicio patris, cui legis censuræ etiam de iure canonico standum est. argu. c. detestanda. de ca. ne captandæ. de concessione præbend. lib. 6. & c. constitutus. & c. finali, de concessione præbend.

Ad dictum capitulũ. debitores. resp. ꝙ loquitur, quãdo solum agebatur de præiudicio ipsius iurantis, hic autẽ de præiudicio alterius. s. patris. Facit, quia secundum omnes pactum de succedendo non firmatur iuramento, ẽt si à filio, vel patre interponatur. vt per gl. l. fina. C. de pact. propter periculum vitæ patris. Ita quoq; & istud mutuũ non debet firmari iuramento propter idem periculum. Intelligo nõ firmari etiam quo ad implemẽtum de facto. Sexta conclusio vera est, si filius vltrò de facto implere voluerit. Quã intellige in foro contentioso, nã in foro aĩæ non dubito quin filius si iurauit, teneatur restituere, quod recepit, & idẽ etiam si non iurauit. Septima conclusio non est vera in foro exteriori, quia is casus satis videtur pertinere ad c. si diligẽti. de foro cõp. Nec. n. video, cur nõ ad publicã vtilitatem pertinere dicatur ea prohibitio contrahendi, quæ officialibus, magistralibusq; fit. argum. legis primę. §. huius studij. ff. de iustitia, & iure. Sed in foro aĩæ putarem etiam cum effectu seruandũ esse contractũ, si contrahendi oĩmoda libertas affuit, quia veritas, non legis præsumptio semper in foro aĩæ inspicienda est. Octaua conclusio vera est in foro cõtẽtioso, vt & de facto cũ magnate contrahẽs teneatur implere iuramentũ, & postea posset repetere. Comproba. quia id receptũ propter præsumptã magnatũ, & potentium violentiam, quæ libertatẽ contrahẽdi aufert, & consensum, ergo, & c. l. fin. C. de non nu. pec. & d.c. cum contingat. & d.c. 2. & quod ait Bar. in 1. casu prin. In foro tamen animæ sequere veritatem, post habita legis præsumptione fallace.

Verum quia isthæc omnia pulchra sunt, & in vsu forẽsi quotidie versantur, ideò altius repetenda sunt.

Et quò res euidentior sit, nonnulla præfabimur ad ipsius cognitionem vtilia.

In primis ergo qui sic soluit, vt statim repetat, is nihil soluisse videtur, leg. qui sic, ff. de solutio. Ratio, quia verba sunt cum effectu accipienda, & l. 3. cum vulgatis, ff. de negotijs gestis. Vnde in terminis d. ca. debitores. extra de iureiurã. si debitor vsuras iuramento promissas hoc ordine soluisset, vt statim repeteret, is & mihi, & cuilibet homini sanæ mentis non tã soluere, quàm iocari, & nugas agere videretur. Vnde verus sensus illius tex. est, quòd iurans
36 † siue officio iudicis, siue etiam ad petitionem creditoris, vsuras iuramento promissas pręstare cõpellatur, sicq; expleat ad vnguem iuram. Sed vsuris præstitis, iuramentoq; expleto, tunc demum officio iudicis ipse creditor eas vsuras perperam pactas, perperamq; receptas restituere compellatur, non secus, ꝗ cõpelleretur restituere quisquis alienã possideret. Ita intelligo text. in d. ca. debitores. extra, de iureiurã. Confirmatur, quia in obligationibus aliquid faciendi, vel non faciendi non sufficit abstinere à malo, nisi præterea fiat quod bonũ est, vt l. in illa stipulatione per te non fieri, ff. de verb. obl. Vnde qui iurauit vsuras se pręstaturum, agere, & curare debet, vt permaneant apud creditorem, aliter enim vel non videretur promissioni iuratæ satisfecisse, vel videretur à primordio contractus animum creditoris decipiendi concepisse, quorum alterutrum vitiosum, & improbum esset. argu. d. l. in illa stipulatione per te non fieri. Ne ergo hæc vitia iure canonico admissa, vel orta, & stabilita videantur, necesse est, vt debeamus d. cap. debitores, ita intelligere, vt tam ex parte debitoris iurãtis ꝗ ex parte creditoris iuram. recipiẽtis voluerit animarum saluti consulere, quod euenit, cùm & debitor compellitur vsuras iuramento pactas persoluere, & postea iudicis officio citra vllam operam debitoris creditor easdem vsuras ipsi debitori reddere compellitur, per quam restitutionẽ vt pote citra factũ & operã debitoris cõtingentẽ nulla ex parte minuitur implementum iuramenti, quod à debitore factũ fuerat. arg. c. ad nostrã. extra. de iureiur. & quia iuram. intelligitur excepta authoritate superioris, vt ibid. & in le. fina. ff. qui satisd. cog. Sic & in reliquis conditionibus potestatiuis, quę si per implere debentem semel impleantur, licet id implementũ postea euanuerit, tñ satisfactũ intelligitur non aliter, atq; si id implemẽtum perpetuò perseuerasset, & permansisset, nisi per ipsum implentem extitisset quo minus illud implemẽtum perdurasset. vt probat tex. cum ibi latè traditis per doct. in l. si quis hęredem, C. de insti. & substi. & in l. 1. eo. tit. Sic ergo & in proposito & terminis. d.c. debitores, debitor, qui vsuras iuramenti promisit, easq; semel soluit, iuramẽto satisfecisse ꝗ tum in se fuit videtur, licet id iuramenti implementum non perdu-

perdurauit, si quidem per alium, iudicem stetit quo minus id implementũ perdurasset, licèt si per ipsummet debitorẽ stetitisset quo minus implementum iuraméti perdurasset, tunc id implementũ nõ sufficeret, nec releuaret, non magis.q̃ si factum nunq̃ fuisset. argu.d.l.qui sic.& d.l. in illa stipulatione,cum alijs suprà citatis. Nec aliter intelligendus est tex.qui idẽ probat in cap.tuas, extra.de vsuris. vbi in specie hac prodita sunt duo remedia, vel vt iuramẽtum à creditore debitori remittatur, atq; relaxetur, vel vt si iam soluerit,sibi solutũ reddatur,quod & probat d.ca.1. & d.c.debitores, extra, de iureiur.tenẽt Abb.& Ana.in d.c.tuas Abb.Anto.& Felin.in d.ca.1.Didacus de Couar.in d.c.quanuis,par.2.§.3.in princ.Quæ omnia,si rectè inspiciantur,illa iura probant fieri posse & debere officio iudicis citra vllam operam,factúm ve debitoris,aut quærelam & comprobantur per hunc text. ibi enixe volun.

Rursus contra illũ tex.fortiter opponitur,quatenus dicitur in d.c.debitores,q̀ debitor creditori vsuras de facto præstare compellitur. Nam aut vsuræ licitæ erãt, & absq; vllo peccato recipi poterant,& tunc nõ est cur postquàm legitimè solutæ fuerint, repetãtur, aut erant illicitæ,ita q̀ citra peccatũ recipi non poterant,& tunc non solùm honestum non est,sed potius nefas est vt præstẽtur,vel præstari per ius canonicũ iubeantur, at ibi per ius canonicum præstari iubentur, ergo,&c. Quidã dicunt, Ipsa conuentio de vsuris præstãdis induxit,peperitq; peccatum, vnde per earum receptionem re ipsa cõtingentem non crescit peccatum creditoris.Sed minimè placet, quia negari non potest, quin licèt ipsa cõuentio peperit peccatum ex parte creditoris, tamen per receptionem ipsarum id peccatum geminetur,id quod iure canonico admitti nefas est.Durũ est respondere.Nam,vt Couar. vbi suprà ait, si promissio vsurarũ continet turpitudinem & peccandum ex parte tã debitoris promittentis,quàm creditoris stipulantis, quod & tenuit Io.Staphi.de literis gratiæ & iusti.fol.184.quem ipse allegat. iã sequeretur, q̀ nec debitor à creditore posset cõpelli ad vsuras præstãdas, quia in pari delicto & causa turpi potior est conditio possidẽtis in c. in pari. de reg. iur.in 6.l.si ob turpem, ff.de cõdictio. ob turpem causam, Nec etiam si debitor vsuras semel præstitisset,posset à creditore,qui eas iam possideret,repetere,quia creditoris possidentis melior cõditio esset, cùm vtrinq; peccatum esset.

Huic difficultati Couar. vbi suprà post Fortuniũ in c.j. nu.27.extrà,de pact.ita posse satisfieri putat, vt in hac specie ipse Deus Optimus Maximus ad obligationem adie-
37 ctus † videatur,creditor aũt non tam ad obligationem, q̃ ad solutionem tantùm recipiẽdam adiectus videatur, vnde licèt ipse creditor si suo nomine ageret, hac exceptione repelleretur,q̀ turpitur vsuras efflagitasset, tamẽ cùm Dei nomine,non suo nomine agat, hac exceptione repelli nõ potest.Sed mihi Fortunius & Didacus de Couar.viri alioqui perspicacissimi hac in re non tã verã doctrinam tradere,quam iocari,& confabulari videntur.Nã si fœneratoribus oĩum hominum vilissimis turpe est proprio nomine vsuras petere, quare ipsi Deo eas petere honestum erit? aut alteri eius noĩe petere fœdũ non erit,nefandũq;? Præterea si ipse Deus ad obligationẽ adiectus videretur, tunc in potestate esset debitoris eligere cui potius soluere mallet,vtrum ipsi Deo, qui ad obligationẽ adiectus esset, an verò ipsi creditori,qui ad solutionẽ videretur designatus.Ita probat tex.in d.§.planè.Insti.de inu.stip.& in l.cũ quis,in princ.& in l.si quis seruo,ff.de solut.& in l.eius qui in prouincia,ff.si cert.pet.& in l.eũ qui.§.quisibi,ff.de solutio.l. si quis stipulatus fuerit decem.§.1.ff.de solu.l.cum quis.ff.de verb.obli. Vnde debitor si vsurarum noĩe à creditore cõuentus esset,posset dicere, Nolo tibi soluere,sed ipsi Deo,qui ad obligationẽ fuit adiectus, veniat ergo ipse Deus,& ei dedã si velit recipere.Quia cum in alternatiuis debitoris sit electio.l.plerunq;.ff.de iure doti.c.in alternatiuis,de reg.iur.in 6. ideò per leges memoratas datur debitori electio,vtri eorũ soluere malit. Vides ergo ridiculam esse cogitationem Fortu.& Coua.licèt ipsi eam magni faciant,& elegantem vocitent.

Itẽ Didacus de Couar.vbi suprà grauiter erat,dum ait,
38 q̀ adiectus solutioni,ad propriã † vtilitatẽ suam adiectus videtur,quod oĩno falsum est, quinimò ad vtilitatẽ tãtum illius,qui obligationi adiectus, fuit designatus videtur & per hoc mandati tenetur, vt d.§.planè, cum simil.suprà citatis, & consequenter debitũ illud remittere non potest, arg.dictarũ legũ.& l. Lucius.ff.quæ in fraud.credi.& quia cùm is quasi mãdatarius sit,debet diligenter obseruare fines mandati.l.diligenter.ff. mand.§.is qui exequitur.Inst. eod.vnde recipere põt,remittere aũt nõ põt, licèt q̀ possit remittere,tenuerit Couarr.satis hac in re securus,atque incautus. Ego quidẽ,qui hac atq; illac viderim plerosq; interpretum circũuolitantes, hucq; atq; illuc sermonem, animũ,sñiamq; flectentes,neq; vllus vnquàm boni quidpiam inuenisse, in hac sum opinione, vt putem hũc nodũ nõ aliter posse dissolui, q̃ si tenuerimus superiorem nostrã
39 sñiam,vt in terminis d.†c.debitores,à debitore vsurarũ iuramẽto promissarum solutio exigatur officio iudicis. Nã vt conditio hanc habet naturã,vt debeat impleri in specifica forma, etiam si eius implementũ parum aut in nihilo vtile sit,vt in l.qui hæredi. in prin.& expressius in l. Mæuius,ff.de cond.& dem.notant Barto. & oẽs moderni in l. Gallus,§.& quid si tantum,col.2.ff.de libe.& posthum.ita quoq; & iuram.hanc præcisam dicitur habere naturam,vt impleatur in forma specifica, siue ea vtilis sit, siue inutilis, vt d.c.debitores,secundũ doct. in dd.locis ibiq; de implemento facti,non iuris intellexit Romanus Pontifex,vnde ipse debitor siue sponte vltroq; soluerit, siue ad instãtiam iudicis iuramento videtur fecisse satis quo ad se. Quòd si quæras de peccato creditoris vsuras petentis, vel recipientis,dicam,si ipse petijt,& recepit,tũc sibi imputabitur,nec hoc casu loquitur d.c.debitores,si vltrò ei offeruntur vsuræ à debitore,similiter non loquitur d.c. Quòd si iussu iudicis acceperit,tunc putem non esse peccatum, vel q̀ authoritas superioris eũ liberet à peccato.arg.l.fi.ff. qui satis. cog.c.ad nostram.2.& 3.extra de iureiu.c.extra, de maio. & obed. Vel q̀ cum hoc ordine receperint,& ad hunc finẽ,vt continuò reddant, & restituant, ea receptio vitiosa non est,nec inducit peccatum. Et hoc magis placet,licèt non satis quiescat animus. Ex superioribus deducitur ve-
40 ritas illius articuli,vtrum ex promissione † iurata Deo acquiratur obligatio,an verò creditori tantum, an vtriq; an eorũ nulli? Qua in re prima fuit opi. existimãtiũ ex promissione vsurarũ iurata Deo acquiri obligationẽ principaliter,creditori verò acquiri secũdariò,& sic vtriq;.Quã opi.tenuerũt Abb.Card.& Fel.in d.c.j.de iureiu.Quã opi. frequẽtiore doctorũ cõsensu receptã firmat Didacus de
41 Coua.vbi suprà. Altera fuit opinio asseuerãtium, q̀ † soli Deo obligatio acquirit,creditori verò minimè. Quã opi. tenuerũt Fortu.& Didacus de Couarr. vbi suprà.Anto.& Imo.in d.c.debitores.Sed vtraq; opinio nobis vr̃ somno, & anicularũ fabellis similima.Nã obligatio est iuris vinculũ.quo necessitate astringimur alicuius rei soluendæ, vt in princ.Insti. de oblig. quod vinculũ qui Deo accõmodari, aut ad eũ ptinere dixerit, is insanire mihi videbitur. Preterea turpe,nefandumq; esset Deo improbã vsurarũ obligationem offerri,eiq; acquiri. Nam vt Ouidius ait.

Non boue mactato cœlestia numina gaudent.
Sed quæ præstanda est & sine teste fide.

42 Ergo † fœneratorum,similiumq; turpissimorũ hoĩum pactionibus nõ est credendũ obligationem acquiri Deo, qui horum hoĩum dona grata nõ habet. In hoc ergo solũ interpositum credo iuramentum, vt metu diuini numinis expleatur contractus. Vndè Vergilius ecloga.8.

Nec curare Deum credis mortalia quenquam?

Cum enim Deus vbiq; præsens sit l.properandum.§.1. & 2.C.de iudicijs c.quoties cordis.7.quæst.1. Vnde Lucanus lib.9.bel. ciuil.ait.

Estq;

Estq; Dei sedes nisi terra, & pontus, & aer,
Est cælum, & virtus, superos, quid quærimus vltra?
Iupiter est quodcunq; vides, quodcunq; moueris.

Quibus similiter concinit, quod multum eleganter, & opportunè Plautus in Capt.ait.

Est profectò Deus, qui, quæ nos gerimus auditque, & videt.
Bene merenti bene profuerit, malè merenti par erit.

Ergo in hoc fit iuram.vt quodammodo facta videatur imprecatio, vt fidem seruanti, cõtractum, conuentionẽq; non violanti Deus prosit, perfidum verò perdat. Licèt si ipse omnia periuria puniret, eueniret quod Ouidius idem lib.3.de tristibus ait.

Si quoties peccant homines sua fulmina mittat
Iupiter, exiguo tempore inermis erit.
Nunc vbi detonuit, strepituq; exterruit orbem,
Purum discussis aera reddit aquis.
Iure igitur rectorq; Deum, genitorq; vocatur:
Iure capax mundus nil Ioue maius habet.

Et cùm nulla in re tam peculiariter numen offendatur, quàm periurio, scitè periusiurandum nobis cautum, volumus, licèt ipsi impij vix numina ipsa reuereantur. Vnde Lucanus lib.3.bel.ciuil.sic cecinit.

Quis enim læsos impunè putaret
Esse Deos? seruat multos fortuna nocentes,
Et tantùm miseris irasci numina possunt.

Verùm enim verò ipsi creditores dum impietatẽ debitorum ignorant, iustam habent causam credẽdi sibi profuturum à debitore interpositum iri iuram. Nam & idem Ouid.lib.1.de arte amandi. sic concinit.

Nec secura quies illos, similisq; sopori,
Detinet, innocui viuite, numen adest.
Reddite depositum pietas sua fœdera seruet.
Fraus absit, vacuas cædis habete manus.

Et idem Ouid.lib.1.Metamor. sic ait.

Occidit vna domus, sed non domus vna perire.
Digna fuit: qua terra patet sæua regnat Erinnys.
In facimus iurasse putes dent ocyus omnes
Quas meruere pati (sic stat sententia) pœnas.

Et similiter in homines præsertim perfidos, ęqui, & boni, fideiq; violatores sic Vergil.lib.1.Aeneid.ait.

Si genus humanum & mortalia temnitis arma,
Asperate Deos memores fandi, atq; nefandi

Atq; non secùs in eosdem fidei violatores & contemptores Plautus in Rudente. sic ait.

Quotidie ille scit quis hic quærat malum.
Qui hic litem adipisci postulat periurio.
Mali res falsas qui impetrant apud iudicem.
Iterum ille eam rem iudicatam iudicat.
Maiore mulcta mulctat, qui litem adferunt.
Bonos in alijs tabulis exscriptos habet.

Et sanè si naturã Dei Optimi Maximi intelligeremus, non tam facilè periuria fierent. Vnde Sillus Italicus lib.4. bel.Pu.sic ait.

Heu primæ scelerum causę mortalibus ægris
Naturam nescire Deum

Deniq; ꝙ in hoc potissimum interponatur iuramẽ. vt metu diuini numinis fides contractus obseruetur, non vt inde aliqua ipsi Deo obligatio acquiratur, habes text.elegantem in l.quæ sub conditione, in prin.ff.de cond.instit. ibi, metu diuini numinis.

Sit ergo firma, cõstans, indubitataq; conclusio, ex pro-
43 missione † iurata obligationem acquiri soli ipsi creditori, Deo aũt minimè, non secùs, q̃ si id iuram. interpositũ nõ esset. Nam & regulariter iusiurandum sequitur naturam contractus l.fi.C.de non nu.pec.& apponitur quò magis, non quò minus ipsi creditori cautũ sit, vt d.l.quæ sub cõditione, in prin. Vnde absonum esset, si per iuramenti interuentum, quod apponitur quo magis firmior obligatio creditori quęratur, induceretur contrariũ, vt numini tantum quæreretur, ipsi autem minimè contra l.legata inutiliter, ff.de lega.1.l.legata inutiliter, ff.de adim.legat.l.3.§.si emancipatus, ff.de bono.possess. contra tabu. Et ita inter plura quàm 70 paradoxa olim Salmanticæ publicè propo suimns facit l.& magis, ff.de sol.l.stipulatio ista.§.alteri. ff. de ver.oblig. & §.alteri.Inst.de inut.stip.

41 Illud autem dubium est, an tale † iuramen.super vsuris præstandis præstitum confirmet contractum? Et quid in reliquis contractibus odio creditoris vetitis, quale est in mutuo facto filiofam.quod vetitum est per totum titulũ. C.& ff.ad Maced.& Inst.quod cum eo in prin. ꝓhibitióque in odium creditoris effluxit, ff.ad Maced.l.1.Et Bar.in d.l.si quis pro eo.nu.10.in 4.membro tenet, ꝙ contractus non firmetur, licet iuram. sit de facto implendũ.Sed idem Bart. in l.Seius & Augerius, ff.ad leg.Falc.tenuit per tale iuram.cõtractum firmari. Didacus de Couar.vbi suprà tenet & rectè partem negatiuã. vt nõ firmetur contractus. Mihi semper visum est, harum opinionum neutram esse veram, & vtranq; aliqua ex parte posse saluari. Nam illud iuram.contractum à lege vetitum nullo modo potuit firmare, ita vt ille contractus habeat eos effectus, quos ei lex ciuilis accommodauit nam eos effectus ipsa lex & voluit, & potuit auferre per prohibitionem, vt in l.non dubium. C.de legib.l.si quis inquilinos.§.fi.ff.de leg.1.quia cuius est dare, eius est adimere l.conficiuntur.ff.de iure codicil.l.si iure.ff.de leg.3.per totum, ff.de adim.lega.per totum.Inst. de ademptione legatorum. Verum ipsa conuentio eo casu quo nõ reperitur iure gentium vetita, firmatur per interuentum iuramenti, vt in terminis mutui filiof.facti, quod ante Senatusconsul.Macedonianum constat non esse vetitũ.Sed certè in exemplo Macedoniani verius est iuramentum nullo modo esse obligatorium propter præiudicium patrisfam.Etenim illud iuramentum, quod infert læsionẽ tertio, non est obligatorium.l.non dubium, suprà alleg.expressius in c.cũ cõtingat, de iurei.& in c.licèt mulieres, eo. tit.li.6.& in c.quanuis pactũ, de pact.in 6. sed id iuramẽti implemẽtũ fieri nõ posset sine præiudicio patrisfa.saltem præsumptiuæ, & potẽtialiter l.1.ff.ad Macedo, & quia et liberi insidiãtur parẽtib.§.fina.Insti.quod cũ eo.vnde pactũ de successione patris viuẽtis acquirẽda non valet, non magis, q̃ si ageretur de acqui. alterius hæreditate, gl.communiter approbata in l.fina.in verb.alienæ.C.de pact.

Vnde licèt Bart.vbi suprà, nu.10.quẽ sequuntur cõiter doct.vt per Didacũ de Cou.vbi suprà, qui & idẽ sequitur teneat ꝙ tale iuram.sit seruandũ, quasi ab initio valuerit, & fuerit obligatorium, tamen in contrariũ est ipsa veritas.

45 Et cũ quæritur, an hac in re iur̃m posset † desinere sequi naturã sui principalis, i.cõtractus, cui accessit, res expedita est.Nã in exemplo mutui facti filiofa.eius naturam sequitur secũdum nos, cum vtrunq; sit infirmũ, licèt Bart. & cõiter doct.cõtra senserint. Sed cum iuram.interponitur super contractu vsurarum, & tenuit iuram.licèt contractus, non valuerit, tunc dicẽdum est, ꝙ ideò desinit naturam contractus sequi, quia est diuersa ratio, cum cõtractus principalis tẽdat in fauorem partis, iuram.verò in reuerentiam Dei. Ita tenent Pan. Host. & alij cõiter in d.c. debitores, secundum Couar.vbi suprà, in d.c.quanuis, par. 2.§.3.in princ. quæ ratio vera non est. Nam, vt paulò ante admonuimus, vtrunq; tendit in fauorem creditoris, argu. tex.in prin.Institut.de fideius.l.quæ sub conditione, in prin. ff.de condi.insti.l.fi.ff.de lib.cau.l.vt iusiurandi, in prin.ff. de op.liber. Vt.n.canes in ouium præsidium, & vtilitatẽ, nõ in ipsorũ vtilitatẽ creditoris, quo magis sibi cautũ sit, adducitur, non in Dei vtilitatem, licèt & ipse Didacus de Coua.cum hac sententia trãseat. Vnde ipse ait, ꝙ hic nulla erat obligatio, & sic iuram.hic nõ accessoriũ erat, sed principale. Sed tutius est agnoscere, ꝙ iuram.licèt esset accessorium, tamen sui principalis naturam non sequitur, quãdo principale nullum fuit text.est elegans, vt diximus suprà.libr.1.in l.3.§.fin.ff.de liber.& posthum.

Deniq;

Deniq; ex superioribus infertur & alius belissimus in-
46 tellectus ad d.ca.debitores, vt iurm † reducat ad termi-
nos iuris gentiũ,quo iure pactio vsurarũ nõ reperitur ve-
tita, & saltem inspecta censura conditarũ legũ Romana-
rum conuentio vsurarum iure gentiũ vetita non erat, vt
per totum C.& ff.de vsur. licèt postea superuenerit ius ca
nonicũ prohibitionem vsurarum inducens,vnde cum &
conuentio efficax iure gentium regulariter fuerit,& pre-
terea iuramentũ accesserit, oportet vsuras semel præstari,
deinde verò dabitur restitutio. Hoc vltimum non firmo.

His ergo consequẽter accedit,quod Bart.vbi suprà nu.
47 10.in 4.mẽbro ait, ꝙ per interuentũ † iuramenti non fir-
matur pactũ legis cõmissoriæ, & est cõis op.vt per Coua.
vbi suprà,per Alciatũ in d.c.cũ cõtingat, n.122.vbi Abb.
col.17.in prin.& nu.5.& col.7.Cur.Iun. in auth.sacramẽ.
pub.C.si aduer.vend.nu.35. Sed licèt ipsum pactũ nõ fir-
metur,tñ iurm non desinit valere,& erit seruandũ,donec
iurm vel remittat à creditore, vel detur absolutio ab epis-
copo,secundũ eandẽ cõem opin. quam tenent Abb.Bart.
Coua.Corn.& Cur.Iun.vbi suprà,idẽ Abb.& Inno.in d.
c.significãte,de pigno.Guid.Pap.q.6.Delphi.Ant.Fanen-
sis,de pignori.4.part.nu.4.Tiraq.lib.2.de vtroq; retractu,
in fi.nu.119.Imo.& Card.in d.c.significate.Io. Faber in l.
fi.C.de pact.pig.Albe.in rub.eo.ti.Io. And.in addit.Spec.
in tit.de renun.& conclus.§.j.versi.& quia hic in addi.in-
cip.Ex quo author.Ant.& Imo.in d.c.cùm cõtingat.in 4.
mẽbro.Guid.Pap.cõs.79.Viso ad plenũ,& cõsi.80.Addẽ-
do.& cõsi.81.& cõsi.126.De anno Dñi.Steph. Beltr.cõs.
356.Nihil col.1.lib.1.Licèt cõtrariũ, ne id omittamus,vo
luerit gl.in d.c.cũ contingat,in ver.debent,in fi.Inno.in d.
c.significante. Bart.Brix.q.dñicali.12.Quidam accepit,&
Fred.Senen.cons.140. Pũctus qstionis talis est constante.
versi.itẽ pactũ.Bart.sibi cõtrarius in l.Seius, ff.ad leg.Falc.
Alb.& Bal.in l.1. & ibi Alex.in addi.ipsius Bal.C.de pact.
pig.Ant.Pet.Anch.& Barb.in d.c.significãte.Steph.Beltr.
sibi cõtrarius consi.91.Ex propositis,nu.12.in prin.lib.3.
& ipse Guid. Pap. ẽt sibi cõtrarius sing.477. Licèt pactũ,
& Lud.Goza.cõsil.61.Prima, col.2.nu.7.& Frãc.de Rip.
lib.3.resp.c.6.Maiores, nu.6. Idẽ quoq; voluit gl.fi.in d.c.
significãte dũ se refert ad id, quod dixerat in d.c.cũ cõtin-
gat,vbi expressim tenuit pactũ legis cõmissoriæ in pigno-
ribus iuramẽto firmari;nõ secùs, q̃ alienatio fundi dotalis
per interuentũ iuramẽti firmatur. Tiraquellus aũt,qui hęc
oĩa ferè allegat,neutrã partẽ ausus ẽ firmare,sicq; hæc pars
ferè tã cõis est,q̃ superior.Et hæc posterior opi.longè ve-
rior est,& expressim probatur in d.ca.significãte,de pign.
licèt ille tex.in cõtrariũ adducatur, ibi.n.mutuũ recipi sub
pignoribus, quæ pignora me nunq̃ à creditore repetiturũ
iuraui, si infra annũ non reddidissem mutuũ deinde infrà
annũ pecuniã mutuam creditori misi,nuntius verò mali-
gnatus fuit,& pecuniã asportauit,dubitatur,an postea tan-
tundẽ pecuniæ debitor possit offerre,& pignora sua recu-
perare,cũ per eũ nõ steterit, quo minus definito tempore
mutuũ redderet. Respondetur posse pignora recuperare,
eo ꝙ per debitorẽ nõ stetit, ergo si per eũ staret,quo mi-
nus debito tẽpore debitũ solutũ curaret,tũc indubitanter
iurm seruandum foret, sicq; pactũ legis cõmissoriæ ẽt in
pignoribus teneret per interuentũ iuramenti, licèt absq;
iuramenti interpositione firmum non foret. Cuius rei il-
la rõ est,ꝙ in conditionibus, & reliquis factis potestatiuis
quod per me non stat, mihi imputari nõ debet, & sufficit
ꝙ faciam quod in me est,vt probat tex.in l.quæ sub cõdi-
tione.§.quoties,ff.de cond.inst.l.in iure ciuili.ff.de reg.iu.
l.iure ciuili.ff.de cond.& demon.l.in illa stipulatione si ca-
lendis,ff.de verb.oblig. Vnde in terminis d.c.significante,
debitor ille cũ fecerit quod in se erat, satis fecisse videtur,
nec esset ei imputandũ quod per eum non stabat,ad idem
tex.cum ibi notatis in l.1.C.de inst. & subst.A stringe hęc
iura, quia si illud implementũ interpretatiuum sufficit ad
lucrũ consequendũ,vt dictis legibus, multò facilius suffi-
ciet ad damnũ, pœnamq; vitandam,vt in terminis d.c.si-
gnificante,arg.l.fi.C.de codicillis.& licèt d.c.significante,
referat duas rõnes prima, ꝙ pactum legis cõmissoriæ est
in pignoribus improbatũ, altera, ꝙ debitor fecit quod in
se erat, tñ sola secũda rõ est ibi fundamentũ illius decisio-
nis,patet,dũ post relationẽ dictarũ rõnum subiecit,man-
damus quatenus si est ita.s.ꝙ debitor fecit quod in se erat,
non.n.est exponendũ,si est ita.s.ꝙ pactũ legis cõmissoriæ
est improbatũ, id.n.indubitatũ erat, & notoriũ Pontifici,
qui ob oculos ius ipsum habere præsumitur. Ergo verus
sensus illius text. est, ꝙ cũ ille fecerit vt allegabatur quod
in se erat,iuramento fecisse satis videtur. Illa.n.verba,si ita
est,nõ habẽt hunc sensum, si ita est, ꝙ pactũ legis cõmis-
soriæ in pignoribus est improbatũ, id.n.indubitatũ erat,sed
hunc habent sensum,si ita est.s.ꝙ fecit quod in se est,ergo
si non fecisset quod in se erat, iuramentũ seruandum foret.

Præterea pactũ legis commissoriæ in pignoribus nulla
alia rõne vetitũ est, q̃ ꝙ continet quãdam asperitatem,&
nimiũ rigorẽ,vt in l.fi.C.de pact.pig.& in l.41.titu.5.& in
l.12.tit.13.part.5. quæ quidẽ asperitas tendit in perniciem
debitoris,non aũt in perniciem alterius, nec ẽt reipublicæ
principaliter,nec inducit dispendiũ aĩæ, ergo magis est, vt
iuramento firmetur nõ secus q̃ iuramento firmatur alie-
natio prædij minoris facta sine decreto iudicis,vt notatur
per gl.& oẽs in auth.sacramẽ.pube.C.si aduer.vend.Qui-
nimò longè facilius firmabitur iuro pactũ legis cõmisso-
riæ,q̃ alienatio prędij minoris sine decreto,cũ qui contra
iura mercatur, malã fidẽ præsumatur habere c.qui contra
iura.de reg.iur.in 6.facit l.cõtra iuris, ff.de pact.Sic etiã &
in terminis c.cũ cõtingat.ff.de iureiur. & c.licèt mulieres,
de iureiur.lib.6.Sic ẽt in terminis c.quanuis, de pact.in 6.
vbi pactũ vetitũ esse videtur in odiũ patris filiũ astringere
volentis.Ita eleganter probat d.l.si qñ, §.illud,C.de inoffi.
testa.dũ ait secũdum Papiniani responsum,quo definiuit,
meritis magis filios ad obsequia paterna prouocãdos,q̃ pa
ctionibus astringẽdos.Itaq; vt vetitũ est pactũ de nõ suc-
cedendo inter patrẽ & filiũ,& tñ iuramẽto firmatur,vtq;
vetitũ est prædia minoris sine decreto alienari,& tñ iura-
mento confirmatur alienatio, vtq; vetita est alienatio fun
di dotalis,& tñ iuramento confirmatur, licèt dotiũ cõser-
uatio multũ reipublicę interfit,ita quoq; licèt pactum le-
gis cõmissoriæ in pignoribus vetitũ sit, tñ iuramento fir-
mabitur.Et quantumcunq; hac atq; illac circũcurses, huc
atq; illuc aĩum vertas,discrucieris.rũparis,non poteris in-
uenire vehementiorẽ prohibendi rõnem quoad pactum
legis cõmissoriæ in pignoribus,q̃ quo ad alienationẽ fun-
di dotalis constante matrimonio factã, vel prædiorũ mi-
noris citra iudicis decretũ factã, vel pacti de nõ succeden
do inter patrem & filiũ facti. Quinimò superioribus ca-
sibus fortior est vetandi rõ ꝑ sensus imbecillitatem,quę
inest mulieribus,& minoribus,& propter obsequium,&
reuerentiã filiorum erga parentes quę oĩa si non sufficiũt,
ne actus ẽt iustissimis his rõnibus à lege vetitus firmetur
iuramento,longè minus impedietur validitas iuramẽti in
pacto legis cõmissorię in pignoribus,quod propter solam
asperitatem vetitũ est in merũ fauorem debitorũ. Et ita
consulerẽ & iudicarẽ,tum ꝙ hæc pars verior est in pũcto
iuris,tum etiã,ꝙ id tutius, consultiusq; est quoad aĩam,ne
aperiatur via periurijs.Neq; ad rem pertinet,ꝙ tex.in d.l.
48 12.tit.13.par.5.sentiat id † pactũ legis cõmissorię esse cõ-
tra bonos mores.Nam & similiter alienatio fundi dotalis
& alienatio prædiorum minoris facta sine iudicis decre-
to,& pactũ de non succedendo factũ inter patrẽ & filium
sunt contra bonas leges hęc fieri vetantes,& nihilominùs
firmantur per interuentum iuramenti, neq; efficacior esse
debet prohibitio, quæ inducitur per bonos mores, q̃ illa,
quę inducitur per bonas leges,quinimò fortior,vehemẽ-
tior,efficaciorq; esse deberet ea prohibitio,quę per bonas
leges inducitur,q̃ illa,quæ inducitur per bonos mores, cũ
leges expresso consensu, atq; applausu, & approbatione
populi ferantur,consuetudines aũt tacito tm̃ consensu po
puli inducantur l.de quibus.cũ seq.ff.de legib. & leges cõ-
sultissima

sultissima rõne inducantur, & proferatur l. dignum.C.de legib.c.erit autem lex. 4.dist. cõsuetudines temerè etiam, & absq; vllo delectu in sui creatione originem capiant, & non ab vniuerso populo sed plerunq; ab vno vel altero iudice cœperint in sui creatione, licèt in progressu adoleuerint, ingruerintq;;ita vt ab vniuersa, vel maiore totius populi parte receptæ fuerint pro nostra opi.text.hic,ibi enixe voluntatis. Præterea, vt non semel admonuimus,pa-
49 ctũ † vetitum eo ꝙ contra bonos mores interpretatione legis ciuilis esse videatur, firmaturq; iuro, vt in terminis d. l.si qñ §.illud C.de inoffi.testa.ibi, secundũ Papiniani responsum, & c.iũcto d.c.quáuis,de pac.in 6. Si igitur firmat stabilis,cõstans,indubitataq; conclusio, ꝙ per interuentũ iuramẽti firmatur actus à lege vetitus, eo ꝙ per legis ciuilis interpretationẽ videatur esse contra bonos mores, vel bonas leges,siquidẽ per taliũ legum, vel morũ trãgressionem,neq; tertio læsio inferatur, neq; reipublicæ principaliter intersit,neq; animarũ saluti aduersetur.Intellige ꝙ firmatur quoad præiudicium iurantis, qui ex suo consensu sibi præiudicat non autem quoad præiudiciũ reipublicæ. Vnde si ipsa respublica implemẽto huius iuramenti se se opponere velit,vel iudex ex officio id facere velit, non dubito quin possit,& nam & tunc ipse iurans periurus nõ esset,si id citra eius operã,factũ, & curã fieret,& reipublicæ bonũ,quod in conseruatione bonarum legum ac morũ consistit,non euerteretur,fraudaretur,intercideret,effugeret.Ita etiam potest intelligi tex.in d.ca.debitores,& in d.c.1.de iureiu.& est in se verissimus sensus ad illa iura Simile in eo,qui rẽ alienã venderit,quæ res vetita est,vt per totũ.C.de reb.alie. non alienan.vel oblig.adeò,vt contrariũ sit delictũ punibile, vt per totũ.C.& ff. de crimi. stellionatus. & tñ de facto si perperã quis res alienas alienauerit,valet alienatio in eius præiudicium,non verò in præiudicium veri dñi,vt in l.rem alienum,ff.de contrahẽ.empt.

Pactum autem legis commissoriæ quam habeat naturam, vide eleganter per insignem virum Dida. de Couar. lib.3. variarum resolutionum c.3.nu.7.cum seq.

50 Stat ergo pactũ legis commissoriæ etiam in † pignoribus per interuentũ iuramenti firmari. Intellige tripliciter. Primò, confirmari quoad hoc, vt iuramentum seruetur. Secundò quoad hoc,vt conuentio illa valeat, habeatq; effectus iurisgentium. Tertio etiam quoad hoc,vt habeat etiam eos effectus, quos lex ciuilis huic cõuentioni accõmodauit,secundum quosdam. Quod omnino mihi non placet propter prohibitionẽ legis ciuilis, quæ potuit adimere huic conuentioni vetitæ omnes illos effectus, quos reliquis conuentionibus non vetitis accõmodauit,nã cuius est dare,eius est adimere l.conficiuntur,ff.de iure codicil.per totum.ff.de adim.lega.& Insti.de ademp.legatorũ, & nihil tam naturale,&c.l.nihil.ff.de reg. iur.c.omnis extra,eod.tit.Habebit tamen eos effectus,qui per legem canonicam tali conuentioni accommodati reperiẽtur, cùm per legem canonicã vires prohibitionis per interuentum iuramenti cessent.Secus autem de iure ciuili,quo iure inspecto,per interuentum iuramenti vires prohibitionis legalis non cessent, non magis, ꝗ si re vera id iuramentum interpositum non fuisset,vt in d.l.non dubium, in fi.C.de legib.& in l.si quis inquilinos, §.fi.ff.de legat.1.

Ex superioribus infert Bar. vbi suprà in d.4.mẽbro,nu.
51 10.an prohibitio † Macedoniani cesset per interuentũ iuramenti? Et tenet,ꝙ si filiusfamiliàs mutuũ contra prohibitionẽ Macedo. Senatusc. acciperet cõtractus non valeret,& per hoc ipse filius conueniri non posset, iurm tamẽ teneret, & consequenter filius deberet petere absolutionẽ à iuramento, vt sic exactionem effugeret, vel posset, si mallet, soluere, & postea repetere.Et opi.Bart.magis cõis oĩbus his esse videtur,vt patet ex relatione,quam fecimus suprà in prin.huius.4.mẽbri. Ex qua doctrina collige nõnullas conclusiones.Prima cõclusio.Per interuentũ hmõi iuramenti id mutuũ non confirmatur. Hæc cõis conclusio de iure ciuili, quo iure tale mutuum vetitum est,indubitanter procedit.Secundò etiã intelligitur,& procedit de iure canonico, quo iure per interuentũ iuramenti nõ firmatur actus à lege vetitus ea rõne, ꝙ tertiò inferat læsionẽ,vt in c.cùm contingat, & d.c.quanuis,sed propter præiudiciũ patris tale mutuũ vetitum fuit, vt in l.1.ff.ad Macedo.nã parẽtibus à liberis hoc casu parari possunt insidiæ, vt ibidẽ,& §.fi.Instit.quod cũ eo.Qua rõne etiã in pactis de succedendo sinistra suspicio capitur cõtra liberos eius, cuius de hæreditate agitur,non secus, ꝗ contra extraneus, vt tenet gl.in l.fi.C.de pact.quæ,vt suprà retulimus,communiter recepta est. Cũ ergo is contractus mutui inferat læsionem tertio,id est patri,superest, vt ei iam de iure canonico non firmetur iuramento,non magis,ꝗ de iure ciuili. Et licet post mortẽ patris cessare videatur causa prohibitionis, tñ is cõtractus, qui ab initio propter legis prohibitionem & damnũ tertij desijt valere, ex post facto non conualescit,qua ratione videbatur dicẽdum,vt etiam post mortem patris creditor non possit quicquam petere à filio.Quod apud me de iure ciuili indubitatum est.De iure autem canonico id similiter admissum est,per Bar.& omnes doct.per superiorem rationem,argu.c.quod ab initio, de reg.iur.in 6.l.1.ff.de reg.in 6.l.1.ff.de reg.cat. cum vulgatis. Sed de iure canonico teneo & semper tenui contrarium.Moueor, quia nõ habemus vllum textum hac in re loquentem de iure canonico, sicq; is contractus iure canonico in specie non reperitur vetitus. Et licet lege ciuili prohibeatur,quia inspecta ipsius legis ciuilis censura videtur inferre præiudicium patri illius filijfamilias, qui mutuum acceperat,tamen suspicio & præsumptio illius præiudicij indubitanter cessat post mortem patris, cui defuncto,filius insidiari non potest,& consequenter quia iã cessat præiudiciũ tertij,de iure canonico dabitur actio creditori contra filium familias,qui mutuũ acceperat, non aliter,atque daretur antequàm fieret illud Macedonianũ Senatuscons.Neq; oberit regula inducens, vt quod ab initio non valet,ex post facto nõ cõualescat.Nam ille cõtractus iure canonico ẽt ab initio vetitus nõ videtur, nec reperitur.

Sed tamen nobis altius cogitãtibus, verior visa est etiã in pũcto iuris communis opi.vt negatiua, vt iure canonico per iuram. is mutui contractus non firmetur,non magis ꝗ iure ciuili.Et id suadet rõ d.l.j.ff.ad Macedo. si mens ipsius rectè intueatur. Nam si pessimus fœnerator,qui filiosa.mutuum dedit, intelligeret se post mortem patris illius filijfamilias habiturum actionem ad mutuum repetendum,tunc ipse fœnerator insidiaretur patrifamilias, vt sic post mortem ipsius mutuum cõsequeretur, & repetere posset,cui malo per illam legem subuentum fuit,ne ergo hac occasione damnũ illi inferatur, verius est iuramẽtum obligatorium non esse de iure canonico, non magis, quam de iure ciuili,arg.d.c.cùm contingat, & d.c.quanuis pactum.Simile in pacto de hæreditate viuentis, quod secundum veras & communes opi. non firmatur iuramento inscio eo,cuius de hæreditate agitur,id enim receptum est,ne is, qui de hæreditate acquirenda agebat, insidietur vitæ illius, cuius de successione agebatur, spe hæreditatis acquirendæ, vt diximus suprà per d.§.illud.

52 Secunda conclusio Bart.est,ꝙ si filius soluerit † tale mutuũ,potest illud repetere.Quæ similiter cõis esse videtur. Sed contra eã tenent insignis Didac.de Coua.in d.c.quanuis.2.par.§.3.nu.4.Fortu.in l.veluti.col.8.ff.de iusti.& iur. Nã cùm si filius,qui etiam non iurasset, mutuum acceptũ sponte soluisset,repetere non posset,vt probatur in le.qui exceptionem,ff.de cond.indeb.& in le.sed & si pater,§.fi. ff.ad Maced.quia qui indebitũ spontè soluit,is donasse videtur,argu.l.cuius per errorem,ff.de reg.iur.multò minus id repetere poterit, qui etiam illud se soluturum iurauit.

Et hæc opinio cõtra Bar.op.indubitáter vera est.eo casu, quo post mortem patris sponte filiusfamilias mutuum reddidisset,vt dictis iuribus. Secũdò etiam procedit,quãdo viuo patre soluisset spõte hoc aĩo, vt se debito & obligatione filius familias liberaret, argumen.d.cap.cuius per errorem,

errorem.& per iura ſuprà allegata. Cæterùm ſi poſt mortẽ patris, vel eo viuo ſolueret in hoc, vt ſeſe iuramento tm̃ liberaret, danda eſſet ei repetitio. vt in d.c.debitores, de iu reiu.& ita procedit & ſaluatur op.Bart. Cùm enim quamplures ſint diuini numinis magnoperè reuerentes, vt in l. quæ ſub conditione, in prin.ff.de condi.inſt.eueniret, vt ſi peſsimus fœnerator mutuum dedit filioſa. quem piũ, bonum, & diuini numinis cultorem intelligebat, tunc is filiusfa. vt iuramẽto ſatisfaceret, ſolueret. ſicq; eluſa maneret Macedoniani ꝓhibitio, niſi ille poſſet repetere, quod timore diuini numinis ſoluiſſet, licèt parum probabile, & verò ſimile ſit, ꝙ qui prius fuerit in iuramẽti obſeruatione, is impius ſit in repetendo quod iure perſoluerat. Et ſic hoc vltimum relinquo ſub dubio, reſtitutio verò iudicis officio fieri non prohibebitur vt ſuprà dixi in ſimili.

53 Tertia concluſio Bar.eſt in hoc articulo de † Macedoniano, ꝙ tale iuramentum valeat, & ſit obſeruandum, ſequuntur Ant.& Imo.nu.67.in d.ca.cùm contingat, & alij communiter in hoc.4.membro.& per hoc neceſſe eſſe, ꝙ impetretur abſolutio, vel ſoluatur mutuum & reputatur. Contrarium tenet Abb.in d.ca.cùm cõtingat, nu.22.cum quo ſentit etiam Couar.vbi ſuprà, vt iuramentum ſit ipſo iure nullum propter patris præiudicium, quod & nos verius putamus, ſecundum ꝙ ſuprà retulimus, dummodò id intelligatur quoad forum tantùm contentioſum tam canicum, quàm ciuile, vt paulò ſuperius diximus.

54 Quarta cõcluſio Bart.eſt, ꝙ ipſe † filiusfamiliàs poſſet petere ſe abſolui ad cautelã ab illo iuramento, & hæc opi. cõis ſimiliter eſt, vt patet ex relatione Didaci de Couarr. qui idẽ ſequitur poſt Antoniũ & Imol.vbi ſuprà, & Cor. in d.auth.ſacram.pube. qui etiã firmant, ꝙ is filiusfamilias non poterit contra creditorem agentem opponere exceptionem Macedoniani, niſi prius obtinuerit abſolutionẽ ab illo iuramento. Cuius contrariũ auſim veriſsimũ dicere. Quia cum non ſemel admonuerimus, id iuramentum continere, & inducere præiudiciũ, & læſionẽ tertio, i. patri illius filij, qui mutuũ acceperat, & conſequẽter eſſe ipſo iure nullum iuramentum, vt d.c.cũ contingat, & d.c.quãuis, ſequitur dictã abſolutionem neceſſariam nõ eſſe, quinimò vtilem etiã non eſſe, nõ magis, q̃ ſi ille filiusfamilias iuraret ſe hominem iniuria perſonali, vel reali affecturũ.

Quæ oĩa procedunt quo ad forum contentioſum. Sed an idem quo ad forum animę? Et ſiquidẽ patriſfamiliàs ex
55 tali mutuo nulla læſio illata fuit, tunc poſt eius † mortem filiusfamilias tenebitur reddere mutuũ, ſecundum veram & communem opi. quam tenent Couar. vbi ſuprà. Inno. & Abb.nu.26.in ca. quia pleriq;, de immu.eccle. Alciat.in c.nouit.nu.16.extrà, de iudici. Iaſ.in §. actiones. Inſtit. de actio.nu.35.poſt alios, quos ipſi referunt. Quia ſecundum eos, & benè, præſumptiones legum in foro animæ nõ inſpiciũtur. Quòd ſi fortè ſuſpicio Senatuſcõ. Macedo. verificata eſt, quia fœnerator ille, quò citius ſuum cõſequeretur, necauit patrem huius filij, qui mutuum recepit, tunc ipſi præter Coua.tenẽt, ꝙ filiusfamilias ẽt in foro aĩæ non tenebitur. Couar.contrà, vt teneatur. Cuius opi.ſequor, & probo vltra ipſum viua rõne. Nã quod ſemel deberi cœpit, certis modis à lege definitis deberi deſinit, vt ait tex.in l.obligationũ ferè, §.placet.ff.de act.& oblig. quos modos habes in tit.Inſti.quib.mod. toll.oblig. ſed certè inter illos modos tollẽdi obligationẽ non reperitur is modus, vt per mortẽ, ſeu necem patriſfamiliàs patratam ab eo fœneratore, qui mutuum filioſa.dedit, is filius liberetur ab obligatione illius mutui reddendi. Nam cum ab initio cõtractus is filiusfamilias re vera in foro aĩæ obligatus fuerit, ridendum eſſet dicere eum liberari propter hoc delictum creditoris, cum ex diuerſis non fiat illatio l.fi.ff.de calumniatoribus, quinimò non liberatur nõ magis, quàm per aliud quodlibet facinus creditoris liberaretur.

An autem quòd pœnæ cauſa ex expreſſa legis diſpoſitione à debito liberatur, is tutus ſit in foro animæ, vid. per Couar. vbi ſuprà, poſt Bar.in l.ſi pœnæ, ff.de condi.indeb. vbi Paul.& Alex. Abb.in ca.fin.de præſcrip. Fortu.in l.veluti.nume.3.ff.de iuſti. & iure.

56 Vltima cõcluſio Bar.in hoc tertio mẽbro eſt, ꝙ † officialis ſi fuit prohibitus cõtrahere, iuxta text.in l.non licèt, C.de contrah.emp.l.fi.C.ſi quis alteri vel verbis cõtractus (inquit Bar.) per interuentum iuramenti non firmatur, iuramentum tamen eſt ſeruandũ vt is, qui cum officiali cõtraxit, ſoluat, & repetat, vel abſoluatur à iuramẽto ad cautelam. Ideõq; in magnatibus per ſtatutũ emere vetitis. Et cũ Bar.cæteri trãſeunt, eſtq; res in vſu forẽſi agitatiſsima.

Ex qua collige ſequentes concluſiones. Prima cõcluſio ꝙ contractus non firmetur iuramento. Quę vltra doctores iuſtificari videtur eo, ꝙ vbi deficit conſenſus, ibi ceſſat virtus iuramenti, ſed potentes & officiales publici, quales ſunt iudices, & ſimiles, ideò vetantur contrahere propter oppreſsionem præſumptã, quæ adimit conſenſum, & cõſequenter ceſſat virtus iuramenti, argum.auth.ſacram.pube.C.ſi aduer.vend.& argum.d.c.cum contingat.& d.c.licet mulieres, de iureiur.in 6.

Quid dicendum? Teneo, & ſemper ſolitus ſum tenere contrariũ, quia ſi probatur defeciſſe conſenſus, fateor ceſſare vim, poteſtatẽ, virtutemq; iuramenti. Sed ꝙ hic ceſſauerit, nego. Nam licet præſumptiones legum ſint liquidiſsimæ probationes l.licet, ff.de lega.j.l.ſi adulter.§.idem pol.ff.de adult. tñ id intelligitur in quibus caſibus illa lex, quæ induxit prẹſumptionem, habuit iuriſdictionẽ, & poteſtatem inducẽdi talem præſumptionẽ, cæterum cũ materia iuramenti ſit ſpiritualis, nec ſubiaceat legibus ciuilibus, vt c.venerabilem, de elect. & pluries iam tradidimus, ſuper eſt, vt præſumptio legis ciuilis hac in re non ſit in cõſideratione, non magis, q̃ ſi ea præſumptio per vnũ hominem ſingularem inducta, vel ficta eſſet. Confirmatur per glo.ibi, & vbiq; cõiter approbatam in §.1.Inſtit. de verb. oblig. quæ ait, ꝙ ſi conueni tecum, vt ſic dicendo. A. intelligeretur ſtipulatio, & reſpondendo. B. intelligeretur promiſsio, tunc non eſſet ſtipulatio formalis, quia illi contrahentes non habuerunt poteſtatem inducendi ſimiles prẹſumptiones, vel fictiones. Simile per glo. Alex. Iaſ. Dec. & alios communiter doct.in l.ſi donatione.C.de colla. vbi ſi paterfamilias fecerit donationem filiofamilias, & aſſeruit id feciſſe propter benemerita filij, adhuc tñ donatio non valet, niſi aliter benemerita probentur, quia aſſertioni patriſfamilias non creditur, nec ipſe habuit poteſtatem efficiendi vt ei crederetur. Simile tradidimus in d.le.ſi filiã.C. de inof.teſta. vbi docuimus cõmunem eſſe & verã ſnĩam, nõ crederetur, neq; ſtaretur prẹſumptioni legis ciuilis dicentis, ꝙ matrimonium cõtractum à filiaſa. inſcio patre, præſumeretur vi, vel metu contractum, quia materia matrimonij nõ ſubiacet legibus ciuilibus, q̃ canonicis. Sic ergo & in propoſito, cũ iuramenti materia longè magis ſpiritualis ſit q̃ matrimoniũ, p̃ſumptiones legis ciuilis quoad eam non attenduntur, ſed dic vt in fi.huius.§. Stat ergo, ꝙ talis contractus firmatur iuramento de iure canonico, nõ ſecus. quam firmaretur in terminis c.licet mulieres, de iureiur.in 6.& in terminis d.ca.cum contingat, & in terminis d.c.quamuis, de pact.in 6.quia per talem contractum reipublicæ non directò & principaliter, ſed ſecũdariò tãtum infertur præiudicium.

De iure autem ciuili ſine dubio is contractus non valet, & conſequenter is contractus valebit in vim conuentionis iuris gentium, & carebit ijs effectibus, quos lex ciuilis ei accõmodauit, ſed habebit omnes effectus, quos ius gentiũ conuentionibus approbatis accõmodauit, & quos ius canonicũ ſimilibus conuentionibus cõdonauit, per rationes, quas pluries ſuprà retulimus, & per d.l.nõ dubium, C.de legi.d.l.ſi quis inquilinos, §.fi.ff.de legat.1. Sed tutior eſt communis opin. vt infra dicam.

Secunda concluſio Bart. quam reliqui ſequuntur eſt, ꝙ valeat iur̃m. Quod de iure ciuili ſine dubio non procedit d.l.non dubium d.l.ſi quis inquilinos, §.fi.tamen procedit de iure canonico, arg.eorũ, quæ proxime diximus, & d.c.

licèt

licèt mulieres, d.c. cùm contingat d.c. quanuis, & d.ca. significante, de pigno. secũdum nostram interpretationem suprà relatam quòd non firmo.

Tertia conclusio Bar. quam cęteri sequũtur, ꝙ hoc casu absolutio † huic iurãti sit cõcedenda, vera nõ est, quinimò tenemus efficaciter & irreuocabiliter valere tã contractum, q̃ iur̃m, si aliter nõ probetur oppresio. arg. eorũ, quæ proximè diximus, & eorũ, quæ diximus circa pactũ legis cõmissoriæ, & circa alienationẽ fundi dotalis suprà in 2. mẽbro. Nam re vera & inspecta censura, & præsumptione, & interpretatione legis canonicæ, hæ prohibitiones nõ magis pertinent ad bonũ publicũ, q̃ prohibitiones de non alienãdo fundo dotali, vel nõ alienãdis prædijs minorũ sine decreto, vel nõ faciẽdis pactionibus de non succedendo inter patrẽ & filium, & tñ hæc oĩa prætermittũtur, & negliguntur de iure canonico, & consequẽter hæc quoq; prohibitio iure canonico neglecta, & prætermissa intelligenda est. Estq; tutius & consultius quo ad salutem aĩarum. Licet non negauerim, quin ipsa respublica posit se opponere implemẽto hmõi iuramenti, vt suprà admonuimus. Sed tutior est cõis op. vt infra dicam in fi. huius §.

57

Quarta conclusio, quàm cæteri similiter sequuntur, ꝙ

58 qui sic vendiderit, & † tradiderit, posit repetere, similiter vera nõ est de iure canonico, licèt de iure ciuili indubitata sit per superiora. Quæ nota, quia à nemine vnquam ita digesta inuenies, & millies habemus in vsu forensi. Tutior tamen est communis opin. vt infrà dicam in fi. huius. §.

Quintus casus prin. Bar. est, cùm prohibetur cõtractus fauore debitoris ob imbecillitatẽ, lubricumq; ætatis, quo casu sit prima conclusio. Cõtractus iuramento firmatur auth. sacram. C. si aduer. vendi. Secũda cõclusio. Fideiusio mulierum firmatur iuramento. Limita primò, nisi verba prohibitionis dirigerentur in personã mulieris prohibitę. Limita secundo, nisi dirigerentur in personã eius, qui cum ea contrahit. Item primam conclusionem, s. ꝙ contractus pupilli sine tutore firmetur iuramento, intellige quando verba dirigũtur in rem, secùs si in personam pupilli. Item secùs, si in personam eius aduersarij. Omnes hæ quatuor limi. non sunt veræ, vt dixi suprà in 3. casu prin. Tertia cõclusio prin. Contractus prodigi non firmatur iuramento. firmat Bar. in l. is cui bonis. ff. de verb. vnde & hic idẽ sentit, cũ ad l. is cui, se remittat. Tamẽ dic, si prodigus re vera consensit, in foro animæ Deo obligatur, in foro autẽ cõtentioso non videtur habere plenum consensum, ideò nõ obligatur, attenta legis censura, sed cùm vol. quæ maleficium distinguit, faciat, vt prodigus puniatur secundũ cõmunem, de qua per Ias. in d. l. is cui. nu. 17. cum plurib. seq. & in d. authẽt. nu. 18. cum seq. quare non ita faciet, vt iuramento obligetur? Sed cum negari nõ posit, quin malam fidem præsumatur habere, qui cum isto prohibito cõtrahit, vt c. qui contra, de reg. iur. in 6. l. quemadmodum. C. de agric. & censi. lib. 11. præsertim si circumuentus reperitur ipse prodigus, vr̃ ꝙ de facto ꝓdigus impleat, sed sibi subueniatur, in c. 1. & c. debitores, de iureiu. Itaq; si nullo modo, vel leuiter læsus iuit prodigus, obseruet iur̃m, quia & ex parte sua consensum præsumam, & ex parte aduersarij non ita sit luculentus fraudandi animus. Sin autẽ immodica fuit læsio, tunc soluat, sed repetat, idq; non tam ex defectu vol. suæ, q̃ ex præsumptio fraudandi cõsilio aduersarij facit Dec. consi. 181. Quid in ĩpubere doli capace? Distingue eodem modo. & vid. gl. l. fi. ff. de lib. cau. Alciat. nu. 141. in c. cũ contingat. Sed an in terminis c. cũ contingat, & c. licèt, & l. pactum. de coll. C. & auth. sacram. posit peti absolutio? Dic ꝙ non Abb. in d. c. cum contingat, nu. 21.

Qua de re vi. per Curt. Iun. in auth. sacramẽ. puber. C. si aduer. vendi. vbi Corn. nu. 35. & eũdem Curt. nu. 55. ibid. per Roma. Alex. Ias. & alios in l. is cui bonis. ff. de verbor. obliga. per Dec. in l. pupillus, ff. de reg. iur. per Alcia. vbi suprà, nu. 138. per Dec. in d. consi. 181.

Et licèt Anto. & Imol. in d. c. cũ contingat tenuerint, ꝙ

59 prodigus, qui contractũ † iurauit, obligetur, quod & tenẽt Roma. & Are. in d. l. is cui bonis, tñ in contrarium est cõis opi. in locis suprà citatis. Quam opinionem negatiuam, vt is contractus non firmetur iuramento, aiũt cõem esse Alcia. Alex. & Ias. vbi suprà. Pro qua cõmuni opi. facit c. & si CHRISTVS, extra, de iureiur. vbi iuramentum non aliter est obligatorium, q̃ si habeat iudicium, & discretionẽ, sed facultas alienãdi prodigo ex defectu intellectus ipsius adempta est l. 1. & per totum, ff. de curat. furios. & ferè per totum. C. eodem, & licèt ea præsumptio, ꝙ is careat intellectu, lege ciuili inducta fueris, & materia iuramenti non subiaceat iurisdictioni legis ciuilis d.c. venerabilem, de electio. tamen regulariter legum ciuilium præsumptionibus etiam de iure canonico statur capit. 1. & 2. de noui operis nunt. ne regulariter discordia inter hæc iura inducatur, nisi in quibus casibus inducta expresim reperitur.

Neq; ad rem pertinet, ꝙ in materia iuramenti discordia inducta reperiatur arg. d. c. cum contingat, & d. c. licèt mulieres, & d. c. quanuis pactum, & d. c. significante, de pigno. Nam illa iura loquuntur, quãdo ille, qui iurauit, legitimæ ætatis erat, nec carebat intellectu, nos autem loquimur in prodigo, qui vtriusq; iuris censura, præsumptione, & interpretatione videtur carere recto, & integro intellectus defectus, vel etiam penuria, vel exiguitas debilitat, eneruat, & extenuat vires, virtutemq; iuramenti, arg. d. ca. & si CHRISTVS, de iureiur. l. fi. C. de non numer. pecu.

Nec ad rem pertinet, ꝙ delictis obligentur & puniantur are. eorum, quæ habentur in l. si quis in tantum. C. vnde vi. Nam talis punitio etiam principaliter expedit reipublicæ propter quietem, & pacem, ne delicta maneant impunita. Non sic expedit reipublicę tales contractus à prodigo celebratos iuramento firmari, & oppositum est reipublicæ vtilius, & consultius.

Præterea est longa differentia inter prodigũ delinquẽtem, & eũdem contrahentẽ. Nam deliquit, id fecit spontanea volũtate, nullius suasione adductus, vnde merito videtur delicto consensisse, sicq; punietur non iniuria. Non sic quando cum alio cõtrahit, cuius suasione, opera, cura, & industria, non spõtanea omnimodo, & libera voluntate sua contraxisse videtur, cum is contractus vtilis sit ipsi, quo cũ is prodigus cõtraxit, delictum autem prodigi nulli vtile sit, itaq; ex vtilitate illius, qui cum prodigo contraxit, arguitur suasio, deceptio, seductioq;, nõ sic in delicto à prodigo perpetrato, ex quo nulla vtilitas alteri regulariter accedit, sicq; pleno iudicio ipsius prodigi, non alterius seductione, suasione, circumuentione perpetratum intelligitur. Est ratio & noua efficax, ex qua descendit, ꝙ malã fidem præsumatur habeat, is qui similibus cum hominibus contrahit, vt d. c. qui contra, de reg. iur. in 6. d. l. quemadmodum C. de agric. & censi. lib. 11. Quæ omnia intellige dupliciter. Primũ, inspecto foro contentioso ciuili. Secundò, inspecto etiam foro canonico cõtentioso. In foro aũt animę veritas sequẽda est, neglecta iuris cẽsura fallace.

60 Ex his etiam infertur ad quæstionem de pupillo † doli capace, qui si quid alienauerit absq; tutoris authoritate, nõ valet alienatio, nec firmatur per interuentum iuramenti. Ita tenent Accursius, Guilielmus de Cuneo, Petrus, Cin. Odofredus, Butrig. Bald. Angel. Albe. Fulgos. & Ias. in d. auth. sacram. puber. glo. in c. 1. §. item sacramenta, de pace iuramento firman. in feud. & ibi Bald. Iaco. Alb. & Præpo. sequitur & dicit esse communem opin. Alcia. in d. ca. cum contingat, nu. 141. sequuntur & dicunt communem opi. Alex. & Ias. in d. l. is cui bonis.

Contrariam partem, vt talis impubes obligetur per interuentum iuramenti, tenent Hostiens. Io. Andr. & Imol. in d. c. cum cõtingat. Archid. in d. c. quanuis pactum. Abb. consil. 39. Duo sunt, in princ. Salice. Paul. & Alex. in l. qui iurasse. ff. de iureiur. Dec. qui hanc dicit cõem opin. in d. l. pupillum, ff. de reg. iur. Roma. in d. l. is cui. Andr. de Isern. & Iacob. de Bellouí. in d. §. sacramen. Salice. Paul. Areti. & Corn. in d. auth. sacramenta puberum.

Pro prima opinione negatiua, vt contractus is non firmetur

metur per interuentũ iuramenti nõ magis q̃ si id iuramẽtũ non interfuisset quoad forũ contentiosum tam ciuile, q̃ canonicum, facit efficaciter text.in d.auth.sacram.pube. vbi dicitur tales contractus firmari per interuentũ iuramenti à puberibus adhibiti, ergo aliud esset, si ab impuberibus adhiberentur, maximè quia d.auth. sacram.pube.est correctoria iuris ciuilis, vt ibidem tenent cõiter docto.& consequenter non est extendenda etiã ex paritate rõnis, vt est magis communis opin.quam latè resoluit Ias.auth. quas actiones.C.de sacros. eccles.& longè minor ratio est in impubere doli capace, q̃ in eo, qui pubes est. Patet, quia non potest facere testamentum le.qua ætate, ff.de testa.§. preterea.Insti.quibus non est permissum facere test.& est sub potestate tutoris.§.1.Insti. quib.mod.tute.finiatur facit l.fin.vbi Bald.C.de interdict. matri. Et licèt in quibusdam æquiparetur pupillus doli capax adulto, tamẽ ad tollendam consequentiam sufficit dari vnam instantiam. gl. & latè Iaso.in le.si creditori.ff.de noui operis nuntia.vndè cùm sint plures differentiæ inter pupillum doli capacem, & puberem, seu adultum d.authẽ.sacram.non debet extẽdi ad pupillum etiam doli capacem.

Secundò facit, quia impuberes non obligãtur voto etiã de iure canonico c.1. & cap. significatum, de reg.in 6.

Tertiò facit, quia iuramentum non tenet, vbi non est discretio, & iudicium d.c.& si CHRISTVS, sed id defuisse præsumitur in pupillo l.pupillus, ff.de acq.hær.l.videamus.ff. de in litem iuran.

Sed pro contraria parte est fortis text.in c.ex literis, extra.de sponsalibus, vbi pupillus doli capax per interuentũ iuramẽti compellitur stare contractui summi præiudicij, qualis est contractus matrimonij, ergo longe facilius cõpelletur stare reliquis contractibus. Per quẽ textum re vera magis placet hæc opinio affirmatiua, vt contractus valeat. Nec ad rem pertinet quod Alcia.vbi suprà respondit, ꝙ licèt ex periurio peccat pupillus doli capax, vt in d.c.ex literis, tñ similiter prodigus peccat ex periurio, & tñ non cõpellitur obseruare contractũ iuratũ. Nã respõ.esse longã drãm inter delictũ, quod præsumitur spontanea volũtate patratũ. & contractũ qui seductione aduersarij initus vr̃ d.c.qui cõtra d.l.queãdmodum facit text.hic ibi enixe.

61 Deniq; quo ad illum articulum, an † mulieres, quę pro alio fideiusserunt, licèt regulariter non obligentur, vt per totum.C.& ff.ad Velleianum, obligẽtur saltem per interuentum iuramẽti? Et Bart.in hoc membro 5.vt suprà retuli, tenet eas obligari, estq; communis opi. quam tenent Bart.etiam in d.auth.sacramen.puber. & ibi Paul.& Ang, Abb.Imo.& Feli.col.4.in c.ex rescripto, extra.de iureiur, Et hanc partẽ inclinant quæ latè traduntur per Tiraquellum in l.si vnquam.C.de reuoc.dona.in prin. num.135.& Philipp. Francus col. 2. & Georgius Natam col.3.in d.ca. quanuis pactum, de pact.in 6.Felin.in c.si diligenti de for. compe.Alex.& Ias.in l.in repudianda.ff.de acq.hær.Alex, consi.27.col.3.lib.1.Curt.Iun.consi.47.col.fi.Alex.num. 30.in l.sciẽdum.ff.de verb.oblig. post Romanam ibidem. Anto.Burgensis in c.penul.num.36. de empt.& vendi.secundum quem hæc est communis opin.

Contrariam tamen partem, vt per interuentũ iuramẽti is cõtractus fideiussionis non firmetur, tenet Imol.in d.c. pen.de emp.& vend.Ias.in d.auth.sacram.puber.num.56. Bal.consi.47.lib.1.qui hanc opinionem dicit communem Ioan.And.in addi.ad Speculator.titul.de renuntia.& conclusi.col.3.Imol.& Aretin. col.11.in d.le.sciendum Hippolyt.in rubr.de fideiuss.num.38.sentit Bart.in d.l.sciendum, col.2.dicens ita consuluisse se.Imol.in ca.1.extra.de commo.Alex.consi.3.lib.1.Viso instru.col.3.sequitur nouissimè Dida.de Cou.in d.c.quanuis, par.2.§.3.nu.5.in fi. licèt non abneget, quin superior cõtraria op. receptior sit.

Teneo superiorem partem affirmatiuam, vt is contractus fideiussionis per interuentũ iuramenti valeat, nõ secus, q̃ si vir fideiuberet. Pro qua in primis est textus in specie in c.ex rescripto, de iureiur.qui re vera hãc probat opinionem, si penitissimè inspiciatur. Secundò, probatur per textum in hac.le.cùm pater §.filius matrem, ff.de legat.2. vbi iuramentum habet hanc vim, vt actus valeat eo meliore modo, quo valere potest, vt per illum textum tenẽt Bart.Bald.Imo.Ange.& Cuma.& alij ibidem, tenet Bart. vbi suprà in 7.membro, nu.13.per Corneum in d.authen. sacram.nu.62.per Abbat.in ca.cum contingat, nu.24.cum sequentibus, vbi Alciat.num. 150. cum sequentibus. Sed ista fideiussio potest valere, si mulier fideiubens, videatur expressim, in iudicio renuntiasse Velleiano, cum de eo esset certiorata, & probè edocta le.final.§.penul.ff.ad Velle.

Ergo mulier, quæ iurauit, videtur voluisse vt valeat eo casu, quo valere potest renuntiatio, propter interuentum iuramenti, & sic quòd valeat perinde ac si ipsa ritè renuntiasset Velleiano.

Tertiò, iuramentum secundum doctores suprà citatos habet hanc vim, vt iurãs videatur velle, ꝙ quatenus se extendit iurãtis potestas quo ad illum contractum vel actũ, de cuius validatione, & firmitate agebatur, eatenus se extendat validitas, firmitas, effectusq; ipsius actus, ita probatur expressim in d.§.filius matrem, ergo cum sit in potestate mulieris, quòd eius fideiussio valeat & teneat per renuntiationem Velleiani ritè factam, superest, vt per interuentum iuramenti talis fideiussio valeat, non secus, quàm valeret per renũtiationem mulieris rite factam, estq; reale fundamentum.

Postremò hæc pars mihi nõ solum verior, sed fere indubitata esse videtur. Nam si in quibus casibus deficit potestas renuntiandi, adhuc tamen in illis actus per interuẽtum iuramenti firmatur, quãdo prohibitio legis respiciebat principaliter vtilitatem iurantis, vt est in terminis authen.sacram.puber.C.si aduersus vendi. Nam si minor habens curatorem sine authoritate curatoris contrahat vel alienet, nihil agit, quantumcunq; (circa iuramentum) renuntiauerit, vt in l.si curatorem.C. de in integrum restitu. & in l.Titio centum, in princip.ff.de condi.& demonstra. idem similiter in filio, qui cum patre suo pepigit de non succedendo, qui vtcunq; renunciet, sibi præiudicare non potest, vt in d.l.si quando, §.illud cum concord.C.de inof. testamẽ.& tamen illud pactum firmaretur iuramento, vt d.ca.quanuis, ergo longè facilius per tale iuramentum firmabitur fideiussio mulieris, cum ipsa possit etiam sine iuramento huic beneficio renuntiare, vt in d.le.fi.§.penult. ff.ad Velleianum.

62 Deniq; quod Bart.in hoc 5.mẽbro ait, contractũ † vetitum non firmari iuramento, quando verba dirigũtur in eum, qui cum vetito contrahit, veluti si dixit lex, Nullus cum minore, vel cum fœmina audeat cõtrahere absq; interuentu & consensu duorum cõsanguineorum, id ab oĩbus meritò improbatur, quos suprà retulimus in 3.membro. Nã quando prohibitio inducitur principaliter ob fauorẽ prohibiti, tunc ipse huic prohibitioni potest renuntiare l.pen.C.de pact.l.si quis in conscribendo.C. de episc. & cleri. Et licet minores, & similes, in quibus præsumitur imbecillitas intellectus, non possint renũtiare legibus, quę eorũ fauore introductæ sunt, vt probat text.secundũ verũ intellectum in d.l. Titio centum, in prin.ff.de condi.& dem.& l.2. C.de vsucap. pro empt.iuncta l.filiusfa.§.diui. ff.de leg.1.tamen fallit, quando interpositum est iuramẽtum, nã tunc etiam minores per interpositionẽ iuramenti possint trãsgredi leges eorum fauorem respicientes, vt patet in d.auth.sacram. puber. Neq; ad rem pertinet, quòd verba prohibitionis dirigantur in eum, qui cum minore contraxit, nam suprà iam responsum fuit.

63 Sed dum Bart. pro se allegat glo.l.inuitus, §.fi.ff.de reg. iu, vbi habetur, ꝙ prohibitus † accipere, nõ potest accipere etiam ab sponte soluente, quod ad vsum forensem frequẽtissimè trahitur propter eos, qui publicis muneribus, & honoribus funguntur, qui vetantur quicquàm accipere propter bonum publicum principaliter, ne similes pecuniarum elargitione corrumpantur, & per hoc & iustitia pe-

tia pereat, fugetur, & denegetur, ipsiq́ue iudices, tabelliones, & alij ministri inuitentur ad delinquendum.

Qua in re sciendum est, quòd licèt regulariter qui vetitus est exigere, non intelligatur vetitus accipere ab spõte soluente c.dilectus 2.extra, de simonia, etiam si iurauerit c.ad nostram.2.extra, de iureiur.

64 Tamen si etiam accipere vetitus sit, non potest † quicquàm capere, etiã ab sponte soluente le.1.§.proinde, ff.de vari.& extra, cog.glo.in l.2.in verb.sed præstari, ff.de orig. iur.glo.in c.exigit, de censib.in 6.in verb.volente, per text. ibi.& per tex.in c.statutũ, §.assessorem, de rescri.in 6.Bart. & Dec.in d.l.inuitus, §.fi.de reg.iur.Dida.de Coua.in d.c. quanuis 2.par.§.3.in fi.qui allegat gl.& doct.in ca.1.de simonia.Ioã.Maior.in 4.sententiarum.dist.25.q.4.Sicq; est communis opin. Limita, nisi quis ob publicam vtilitatem prohiberetur exigere, nam tunc etiam accipere ab sponte præstante non potest, secundum Dec.& Couar.vbi suprà, arg.tex.in c.statutum, §.assessorem, de rescrip.in 6. Quod verissimum simulq́, sanctissimum puto per ratione̅ le.ius publicum, ff.de pact.l.priuatorum.C.de iurisd.omn.iudi.l. nemo potest.ff.de lega.1. aliter enim & litigantium ius, & iustitia periret, atq; euerteretur, & accipie̅tes ad delinque̅dum per denegationem iustitiæ inuitarentur. In foro autem animæ an idem, sit docet Ripa in tractatu de peste, in vlti.part.§.de medicorum, num.113.& Couar.vbi suprà.

Quid autem si is, qui præstitit, iurauit non repetere? Dic vt per eosdem.

Et hac etiã ratione defendi potest, ꝙ si per statutũ officialis publicus, qualis est magistratus, durãte tempore suæ iurisdictionis vetitus sit contrahere, tunc cõtractus eo te̅pore factus contra legis formã, interdictũ, & prohibitionem nullius momenti erit, nec etiam firmabitur iurame̅to, tum, quia præsumitur defectus voluntatis & consensus ex parte eius, qui cũ eo contrahebat, argu.per totum.C.ne liceat potentioribus, & per totum.C.& ff.quod metus causa, & argu.l.fi.C.si quis alteri vel sibi.& argu.l.non licet.C. de contrah.emp. Tum etiam, quia per hoc ipsemet iudex inuitaretur ad delinquendum, cõtra text.cum gl.& ibi notatis.C.vt in poss.leg.& dixi latè suprà, delicta autem euitari, interest reipublicæ, etiam principaliter l.congruit.C. de offi.præs.l.1.ff.de iust.& iur.l.1.& 2.ff.de leg. Alex.post alios in l.Seius & Augerius, ff.ad leg.Fal. Tũ & tertiò, quia per talem contractum iuratum ius, & iustitia ab illo iudice administranda periret, ipseq; per illum modum contra consultissimam statuti prohibitionem corrumperetur in certissimã reipublicæ perniciem, cuius principaliter interest rectitudo & probitas magistratuum le.1.§.huius studij, ff.de iusti.& iur. nam per talem iudicum corruptelam quilibet de populo læsus intelligitur, quia nulli licebit ad talem iudicem corruptum vacuus accedere, si ei gratus esse velit. Neq; ad rem pertinet, ꝙ huiusmodi præsumptiones iuris ciuilis.i.illius ciuitatis tãtum, vbi tale statutum viget, esse videantur non et̃ iuris canonici, nam imò etiam sunt præsumptiones iuris canonici, vt in iuribus suprà alleg.

1 *IVramento firmatur actus infirmus defectu solennitatis probatoria, contra communem.*
2 *Iuramentum facit, vt actus valeat eo modo quæ potest, cum communi.*
3 *Iuramentum non purgat vitium formæ omissæ, cum communi.*
4 *Iuramentum non facit, vt ex inutili stipulatione oriatur actio. contra nouissimos.*
5 *Iuramentũ facit, vt fideiussor in plus obligetur, quàm principalis, cum communi.*
6 *Iuramentum non supplet defectum consensus, cum cõi opi. Et an excludat excep. non nu.pec.*
7 *Iuramento firmatur permissio rei principalis, vel vsibus publicis destinatæ, contra communem.*
Iuramentum firmat actum ob priuatam vtilitatem vetitum, cum communi.
9 *Iuramento firmatur transactio super alimentis futuris, cũ communi, contra Bart. & Fulgos.*
10 *Iuramento firmatur transactio facta non cognitis verbis testamenti, cum communi contra Alex. & Ange.*
11 *Iuramento firmatur dona inter vir. & vxor. cum communi. contra alteram communem.*
12 *Quid si donatio erat confessata tantum?*
13 *Quid si donatarius viuo donatore decessit? cum communi. contra Bald. & Decium.*
14 *Iuramento firmatur donatio, quam facit paterfa. filio suo, cum communi, contra quamplures.*
15 *Iuramento firmetur donatio, quam facit filiusf. patri suo, cum communi.*
16 *Iuramento renuntiari potest titulo ne fideiuss. dot.den.cum Abb. & Imo.contra Bart. & alios.*
17 *Iuramẽto renuntiatur priuilegio cessionis bonorum, cũ cõmuni contra quamplures.*
18 *Iuramento excluditur insinuationis solennitas, cum Abb. & alijs.*
19 *Iuramento an firmetur contractus factus sine consilio cõsanguineorum, contra formam statuti.*
20 *Iuramento non fit firma successio. cum communi.*
21 *Iuramento firmatur contractus innominatus, cum Corne. contra Alciatum.*

SExtvs casus Barto. quando prohibetur contractus, quia lex improbat, vel non assistit ex defectu vtilitatis illius, in cuius fauorem fiebat, & tunc sit prima cõclusio, ꝙ firmatur iuramento. Secunda cõclusio. Ex stipulatione alteri facta oritur obligatio naturalis. Tertia conclusio. Stipulatio alteri facta firmatur iuramento. Quarta conclusio. Stipulatio alteri facta recepit pœnalem stip. Quinta conclusio. Vbi cadit obligatio nat. ibi & iuramentum, & contra. Sexta conclusio. Vbi cadit stipulatio pœnalis, ibi & iuramentum, & contra. Septima conclusio. Vbi non cadit obligatio nat. ibi nec stipulatio pœnalis, nec iuramentum. Itaq; obl.nat. stipulatio pœnalis, & iuramentum æquiparantur. Octaua conclusio. Pactum nudum firmatur iuramento. Intelligo etiam de iure ciuili, ne alias sit indubitatum.

Et circa istam materiam vltra Bart.& docto.vbi suprà, videndus est Philip.Corne.in d.auth.sacram.puberum.C. si aduer.vend.num.58.& Alcia.in d.c.cum contingat, nu. 221.vbi Abb.num.31.Latissimè per insignem Didac.de Couar.in d.c.quanuis.2.parte.§.4. Quam materiam ideò prætermittimus, quia latissimè differimus in fine huius commenti super §.sequenti.

Septimus casus Bar.est quando contractus improbatur ex defectu solennitatis probatoriæ, quo casu prima cõclusio, ꝙ non firmatur iurame̅to. Secunda conclu.ꝙ propter publicã vtilitatẽ solennitates probatoriæ fuerunt inue̅tæ. Tertia conclu. Publica vtilitas subuerti non potest priuatorũ pactione. Quarta cõclusio. Iuramentum habet vim huius clausulæ, si nõ valet quod ago vt ago, valeat vt melius valere potest. Quinta conclusio. Iuramentum habet vim clausulę codicillaris. Sexta conclusio. Dispositio iurata, quæ peccat in solennitate probatoria, licèt non possit valere in vim illius dispositionis, quã agere volebant contrahentes, poterit tamen valere in vim alterius. Vnde potest inferri, ꝙ inutilis stipulatio in terminis lege prima §. si quis ita, ff.de verb.le.an inutilis, ff.de accepti.lege prima §.si eum.ff.de consti.pecu. vtile habebit pactum, atque id pactum propter iuramentum executioni mandabitur. Quid si erat statutum ne valeret cõtractus mulierum, vel minorum, nisi fieret de consilio duorum consanguineorum, an firmatur iuramento illis non interuenientibus? Dic quòd sic, ea enim solennitas, quæ adhibetur, non ad proba-

probationem veritatis,falsitatemq; vitandam desideratur vt l.fin. C.de fideicom.sed ad vtilitatẽ, cauteláq; mulierũ, minorũve,ne decipiãtur.Itaq; propter iuramentũ dispensatur cũ solennitate iuris cõis, quæ ad cautelã minorũ desideratur. auth.sacramẽta.C.si aduer.vendi. cumq; illa, q̃ ad cautelam mulierũ desideratur.c.licèt de iureiu.in 6.c.cũ contingat.extra de iureiur.ita etiam dispensari potest cum solennitate statuti. Adde quod dixi infrà.

Et quo ad materiam huius 7.membri.vi.latè per Corn. num. 62 in d.auth.sacramenta puberum.C.si aduersus vẽditionem.& per Alciatum,nu. 150.in d.c.cum contingat vbi Abb.nu. 24. per Couarru.in d.c.quamuis pactum de pactis.nu.6.in 2.parte. §.6,Et secundum Couarru. & Alciatum vbi suprà. Communis op.est cum Bar.vt actus de-
1 ficiens ratione solennitatis probatorię non valeat,nec per interuentum iuramenti firmetur,non magis, quàm si iuramen.non interfuisset:nã solennitates probatoriæ (inquit Bar.)sunt inductæ propter publicam vtilitatem, cui nocere non possunt priuatorum conuentiones.l.ius publicũ.ff. de pac.l.conuenire.ff.de pact.dotali. etiã p̃ interpositionẽ iuramenti. dict.cap.quanuis.in fi.& d.c.cùm contingat.& d.c.licèt mulieres,de iureiu.lib.6.Præterea secundum Couarr.vbi suprà iurament. non habet vim probationis, sed confirmationis, nec in hoc interponitur probatio, vt augeatur rei, qua de agitur, sed magis, vt ea res iam probata firma sit. Vnde si in contractu vnicus testis interfuit, licèt iuramen. intersit, nihil operabitur: quia vt licèt re vera interfuerit conuentio, ei, non credimus: ita quoque licèt ei accesserit iuramen.ei non credimus:quia licèt falso, tamen opinamur neque conuentionem interfuisse,neq; iura. Vnde si conuentioni de non succedendo inter patrẽ & filium interpositæ coram vno tñ teste accesserit iuramẽ.& filius fateatur conuentionem, & etiã iuram. interfuisse.dicat tñ se exclusum non esse ex defectu probationis,audiendus non erit,quia defectus probationis suppletur per ipsius confessionem.l.vn.C.de confes.l.fi.C.de fidei.§.fi.Inst.de fidei.hære.per totum.ff.de confessis. Neque tunc dicimus,ꝙ iuramen.firmat actum ratione solennitatis probatoriæ cessantis infirmũ: quia solẽnitas illa nõ defuit,cum ex legis iustissima interpretatione suppleatur, sed tunc dicimus iuramen.firmasse contractum vetitum, propter priuatam renuntiantis vtilitatem.Ergo non est verum,ꝙ propter bonum publicum per interuentũ iuramẽti desinat cõfirmat actus ex defectu probationis infirmus, nã tunc per confessionem partis talis actus nõ firmaretur vt d.l.ius publicũ.& d.l.conuenire. Sed verius est, ꝙ cõfirmatio cessat ex defectu probationis: vnde quoties probatio aliqua ratione suppletur, & detegitur, ipsum iuramen. hoc casu operatur non secus,q̃ in alijs casibus:ergo virtus iuramenti non cessat,sed ipsius iuramenti probatio. vt in simili dicit tex.in l.duo sunt Titij.ff.de test.tut.Et in simili etiam probat tex.in l.1.ff.de lib.& posthu. secundum nostrum intell.traditum suprà.§.20.nu.52.

Tenendum est ergo firmari iuramento actum infirmũ ex defectu probationis,vel solẽnitatis probatoriæ,qui quidem actus etiam aliàs erat lege vetitus propter priuatam, principaliter vtilitatem.licèt in contrarium inclinet doct. communiter vbi suprà.& vtilitas erit de qua suprà

Quid autem si statuto caueretur,ꝙ non valeret instrumentum notarij dicentis mulierem sese obligasse, nisi ibi interfuerit consensus duorum consanguineorum, nec crederetur tali instrumento, videndum est,an si in tali instrumento etiam dicatur mulierẽ iurasse, valeat illa obligatio? Et Antonius & Imola in dicto capitul. cum contingat. quos refert Alciatus vbi suprà,tenent tale instrumentum contra formam statuti per interuentum iuramenti valere & probare obligationem mulieris.Sed Alciatus vbi suprà ait huic dicto,& opinioni aduersari communem opi.suprà relatam,quã etiã sequunturBal.in repetitione l.2.ff.de iureiur.& Paul,consi.61. Notandum est.& Alex.consi.95 in fin.libro.primò.Socinus.consilio. 97. Abundè in vltimò dubiò. quos refert Alciatus vbi suprà.

Quid dicendum? Teneo indistinctè cõem opi. nec.n. tale statutum valere desineret. Nam licèt materia iuramẽti non sit fori secularis,sed Pontificũ, tñ qua ratione licèt iure diuino duobus vel tribus testibus credatur in quibusdam casibus iure ciuili denegatur fides duobus, vel trib.testibus,vt in testamentis, & similibus:ita quoq; & hoc casu iustè denegabitur fides tali instrumento. Et vtnõ creditur instrumento,quatenus firmat interfuisse conuentionẽ ita quoq; non creditur quatenus firmat iuramen. interfuisse,aliàs.n.facilè,liberumq; esset notario,dum ait conuentionẽ interfuisse,adijcere iuram,quoq; interuenisse,sicq; illud statutum reipublicæ salutare facilè eluderetur.Præterea in alijs regionib. alia facinora vsitãtur,frequẽtiusq; perpetrãtur, vnde si qua prouincia prædictum statutũ vigeat præsumendum.est fallitates,deceptiones,machinationesque ibi vsitari,quibus id statutum occurrere voluit, nec ei impedimentũ fieri debet iure canonico prætextu religionis,ne bonũ publicum impediatur,& occasio delinquendi aperiatur,quib.malis statutũ occursum, velle in re dubia credendũ est.vt latissimè per Tiraquell.in tract.de vtroq; retractu.in prin.n.75.qui allegat quamplures hac de re authores,ꝙ not.quia vtilissimum & frequentissimum.

Qua ratione idem putarem ex mente cõmunis opinionis suprà relatæ etiam in legatis ad pias causas, vel similib. dispositionibus.Vt si statutum dicere, quòd testamẽto citra octo testium interuentum non crederetur, etiam si id testamen.fieret ad pias causas,tunc citra illam solennitatẽ testament. nullam vim haberet, etiam si fieret ad pias causas. Licèt & in hoc contrarium tenuerint Imola, & Antonius vbi suprà, quos in loco suprà citato, Alciatus refert.Hæc tamen limitantur tripliciter per Alciatum vbi suprà,quas limi.non vacat examinare relique Bar.conclu.vere sunt.

Item illa conclusio,quam ex doctrina.Bar.in d.7. casu,
2 collegimus,nempe,ꝙ per interuentum iuramenti actus, valeat eo meliori modo,quo potest,probatur in hac l. cũ pater.§.filius matrem.ff.de leg.2.vbi tradunt Bar. Imola. & Paul.tradunt Bar.& communiter doct.in l.1.§, si quis, ita.ff.de verb.obli.latè Alciatus in d.c.cum contingat, nume.159.vbi accommodat 7.limitationes per insignẽ:Couarru.in d.c.quanuis,par.2.§.6.per eund.in capit. Rainaldus.§.3 nu.10.de testamen.probat text,in c.quando,extra de iureiur.

Octauus casus Bar.est,quando actus improbatur,ex defectu solennitatis formalis,& tunc sit prima cõclusio. Nõ facit iuramentum, vt valeat in vim illius dispositionis,quã agere intendebant.Secunda cõclusio. Facit tñ vt valeat in vim alterius dispositionis, si ad illam saltem adest solennitas sufficiens. Vnde si in testamento iurato, nec quinq; testes, interfuissent,tunc non solum in vim testamenti, sed nec etiam in vim codicillorum valeret. Tertia conclusio. Verba in stipulatione ex utraque parte exiguntur pro solennitate formali. Quarta conclusio.Forma est quæ dat esse rei. Quinta cõclusio.In quib.casibus fideiussor non teneretur,quia non interfuerunt solennia, de quib.per totũ tit.de fideiu.tunc si iurat,tenet,nõ vt fideiussor, sed vt principalis.Infertur primò,ꝙ si fideiussor in duriorem causam interfuit tunc iuramento,tunc tenetur,vt principalis. Infertur.2.ꝙ quando fideiussor aliud quàm principalis promisit cum iuramento tenetur vt principalis.Infertur.3. ꝙ licet principalis non teneretur,tamen fideiussor iurans tenetur vt principalis.Sexta conclusio princip. Iuramẽtum regulatus secundũ consensum,& quatenus se extendit consensus,eatenus,& iuramentum non vltrà.

3 Prima conclusio Bar.cõiter recepta est secundum Couarr. in d.c.quanuis.2.par. §.6.& secundũ Alc. in d.ca. cũ contingat,nu. 167.Abb.in d.c.cũ contingat, & ibi Imola, in 7.casu,nu.71. Corneus.nu.38.in d. authen. sacramenta puberum.C.si aduers.vend.Marcus Antoni. in tractat.de virtute iuram.in princip. Angelus in l.hi qui accessiones.

ff.de fideiuſ.Roman.in l.1.§.ſi quis ita.ff.de verborum obligatio.Alex.conſ. 31.lib.4.eſtq; communis ſententia ſecundum Didacum de Couarru.vbi ſuprà.& Hippoly.in rub.de fideiuſſ.q.38.

Huius autem concluſionis ea ratio eſt, ꝙ forma eſt quæ dat eſſe rei. Iulianus.§.item ſi quis.ff.ad exhibend. Vnde licèt in tali ſtipulatione iurata ſi mihi ſtipulanti tu per ſcripturam iuratam reſpondeas,promitto,licèt vtrinque conſenſum videatur,tamen quia ex parte promittentis verba deficiunt,quæ pro ſubſtantia ſtipulationis deſiderãtur, ceſſat vis, & forma ſtipulationis & conſequenter ceſſant oẽs effectus,quos lex ciuilis ſtipulationi accommodauit.& tñ quia iuramen. cõcedentis facit,vt ipſe cõcedens videatur, velle actũ valere quo plenius valere poteſt. vt in hac. l.cũ pater.§.filius matrem.ff.de leg.2.& diximus in mẽbro ſuperiore.ideò talis ſtipulatio habebit vim pacti nudi,quod pactum nudũ producit actionẽ de iure canonico ſecundũ magis cõem op.vt in c.1.de pact.aliter.n.de iure ciuili talis ſtipulatio etiam in vim pacti non valeret.vt in l. 1. §. ſi quis ita.ff.de verborum oblig.quaſi non tam contrahendi q̃ iocandi animum habere videantur,qui formã legis non obſeruant.argu.l.non ſolum.ff.de actio.& obligatio.l.obligationum ſubſtantia.in fi.eod.titu.d.l.an in vtilis.ff. de accepti.& quia qui actum facit forma legis prætermiſſa, nõ tam animum aliquid faciendi, , quam nugandi habere videtur.vt diſſuerimus ſuprà.

4 Neq; quicquam de iure †ciuili per interuentum iuramẽti ſuppletur.vt in l.non dubium.C.de legib.l.ſi quis inquilinos.§.fi.ff.de leg.1. Vnde apparet vehemẽter erraſſe inſignem Didacum Couarru. vbi ſuprà. dum firmat, ꝙ ex inutili ſtipulatione iurata etiam de iure ciuili oritur obligatio non ſolum naturalis, ſed etiã ciuilis, & præterea actio detur,quaſi talis inutilis ſtipulatio vim pacti nudi haberet ꝙ ſecundum eum etiam de iure ciuili per interuentum iuramenti producit actionem.Sed ipſe non aduertit, ꝙ inutilis ſtipulatio obligatoria,de qua ipſe loquitur,pactũ vtile non habet,etiam quo ad producendam obligationem naturalem,& longè minus quo ad producendam obligationem ciuilem.vt d.l.non ſolum.iuncto.d.§.ſi quis ita. neq; de iure ciuili interuentus iuramenti quicquam operatur. vt probauimus.In inutili aũt ſtipulatione liberatoria,quæ fauorabilior eſt,aliud eſſet.vt diximus in §.alteri.Inſtit.de inut.ſti.quem propter ſummam materię affinitatem huic lecturæ accommodamus.in §.ſeq.

Eſt tamen verum, ꝙ idem,quod Couarr.tenuit Abb. vbi ſuprà.Sed contrarium tenent Alex.conſ.12.lib.1. col. fi.& Alciatus nu.172.in d.c.cum contingat. idem Alci. in l.1.§.ſi quis ita.ff.de verb.oblig.

5 Dum autem Bart.& communiter doct. ſuprà citati, in prin.huius membri octaui tenẽt, ꝙ licet†regulariter fideiuſſor nequeat in plus obligari,quàm principalis.l.gręcè.§ illud.& §.fin.ff.de fideiuſ.& §.1.& 2.Inſtit.eodem.tit. tñ per interuentum iuramenti poteſt etiam in plus obligari. Intellige primò cõem cõcluſionem, ꝙ de facto in plus ſe obligatum voluit,tunc remanet obligatus non ſolũ in eo, quod principalis promiſerat,ſed ẽt in eo, quod ipſe vltrà promiſerat.Secundò intellige, ꝙ pro concurrente quantitate, qua tenebatur principalis, tenebitur tanq̃ fideiuſſor. Sed in eo,quod plus erat in fideiu.obligatione q̃ in oblõne principali,tenebitur,vt principalis, ſicq; gaudebit beneficijs fideiuſſorũ pro concurrente quantitate principalis obligationis,non aũt in eo, quod plus erat.Quæ oĩa ſunt ex mente & ſentẽtia cõis op.vt opportunè annotauit inſignis Còuarru.vbi ſuprà.Et ita debet cõponi,& ſedari illa cõtrouerſia noſtrorũ,dũ alij volũt, ꝙ teneatur tãquã fideiuſſor, alij verò ꝙ tanq̃ principalis.Qua de re latius per Alciat.in d.c.cum contingat.nu.172.vbi per Bal.& Abb.Alex.con. 31.li.4. Andr.Sicul.conſ.43.col.pe.cum ſeq.

6 Dum autem Bar.& cõiter doct. in hoc octauo mẽbro tenent, ꝙ iuramẽta.†vbi defuit conſenſus.nõ obligat, hæc concluſio recepta eſt per omnes indifferenter ſuprà relatos.vt & firmat Couarr.vbi ſuprà.& Alciat.in d.c.cum cõtingat.nu.175.per l.fi.C.de non numera.pecu. Vnde infertur,an in terminis,d.l.fi.ſi cum iuramento quis renuntiet, exceptioni non nume.pecu.poſsit poſtea retroducere, nã renuntiatio ſimplex proculdubiò in terminis iuris cõis nõ valeret, quia facilitate quis inducitur ad promittẽdum eadem etiam inducitur ad renuntiandum ſecundum Bart.in d.l.fin.quem omnes ibi ſequuntur ſecundum Alciatum in dicto nu. 175. licet de iure regio talis renuntiatio valeat. Et ita obſeruat noſtra Hiſpanorum conſuetudo per leges partitarum.

Sed in terminis iuris cõis quando interfuit iuramen.dubium eſt. Et Bar.in d.l.fi.tenet virtualiter & in effectu talẽ renuntiationem non valere,quia iurans (inquit) tenebitur pecuniam numerare,ſed ſtatim eam poteſt repetere.vt in ſimili conſuluit tex.in cap.debitores.de iureiur.Et cum Bar. eſt communis opinio ſecundum Alciatum in dicto. nu. 175. & ſecundum egregium Acoſtam in l.ſi ex cautione.C.de non nu.pecu.

Sed ipſe Acoſta, & alij quamplures,quos ipſe refert, tenent referre,vtrum iurem me mutuam pecuniam recepiſſe,vt tunc nequeam opponere exceptionem non numeratę pecunię,an verò me ſoluturum iurem,vt tunc excipere poſſim,quaſi primò caſu non poſsim citra periurium iurare me recepiſſe,niſi re vera receperim. Vnde cùm periurium,& ſic delictum pręſumendũ non ſit l.meritò.ff.pro ſocio.taliter iurãs præſumitur pecuniã mutuã recepiſſe,neque admittitur ad allegandũ contrariũ, tũ quia allegaret ſuã turpitudinẽ,& ſic non eſſet audiendus.vt ff.de condi. ob turpem cãm.per totum.tum ẽt, quia per illam ſortem, præſumptionem ne quis peieraſſe,& deliquiſſe videatur, recedimus ab illa præſumptione, ꝙ ſpe futuræ renuntiationis promiſerit.Secundo verò caſu,quãdo iuraui me ſoluturum,poteſt intelligi iuratum fuiſſe ſpe futu.nam. neq; per hoc argueretur neceſſariò periurium.

Quid dicendum? Totum huius controuerſiæ fundamẽtum deſcendit à l.fi.C.de nu.pe.ex qua non apparet, vtro ex iſtis duobus modis ſuprà relatis fuerit interpoſitum iuram.& loquitur inſpecto iure ciuili,quo iure per interuentum iuramenti actus non ſaluatur.l.non dubium. C.de legi.l.ſi quis inquilinos.§.fi.ff.de leg.1.Sed de iure canonico periurium ſummoperè,vel etiam periculũ periurij vitandum eſt d.c.quanuis.& d.c.cum cõtingat.d.c.licèt mulieres.Vnde ſi iuraui me recepiſſe,nõ dubito,quin nequeã opponere excep.non numeratæ pecuniæ. Quod ſi iuraui me ſoluturum,adhuc idem arg.l.cum pater.§.filius matrẽ. ff.de leg.2.Ad c.debitores.reſponde ꝙ ibi iuraui me ſoluere vſuras,quæ indubitanter ſunt indebitę, hic autem iuro me ſoluturum pecuniam mutuam, quam certum non eſt numeratam non fuiſſe.Qua de re diſſoluimus alibi.in §.9. numero. 19.

7 Nonus caſus Bar.eſt,quando†contractus deſinit valere,eo ꝙ res in contractũ deducta non eſt in commerciò,& tunc ſit prima concluſio.Is contractus non firmatur iuramento.Secunda concluſio.Is contractus videtur continere impoſsibile de facto,vel de iure.Tertia concluſio. Cõſenſus partium non poteſt ſupplere defectum rei.Ex prima concluſione infertur, ꝙ ſi vendidi,donaui,legaui rem,principis cum iuramento,nihilo magis valebit vẽditio,donatio, vel legatum,quàm ſi iuratum non eſſet.quod planè voluit Bar.dum allegat.l.apud Iulianum.§.conſtat.de leg.1. Teneo contrarium,quia negari non poteſt, quin iuramentũ faciat,vt diſpõ valeat eo meliori mõ,quo de iure põt.l.cũ pater.§.filius matrẽ.de leg.2.tradit Bar.in 7.& 8.caſu.Sed iſta diſpoſitio põt valere quo ad ęſtimationẽ rei.l.nõ dubiũ de leg.3.quod in ſpẽ probat l.ſi quis inquilinos in prin. de leg.1.vbi gl.ergo ſi concederẽ exprimẽdo me velle æſtimationẽ dari,ſe redimi res non poſſet,ita & ſi iuraui, eodem mõ valere debet. quod ſatis probatur per id,quod tenet Bar. ſuprà in caſu.7. & in caſu.8.Nec me mouet,quod ait Iaſ.nu.16.in l.cætera.in princ.de leg.3.Nam cõſidera quòd

ꝙ aut expreſsim teſtator,vel promiſſor concedit æſtimationem rei,quæ in commercio non erat, & tunc in certis, non eſt locus coniecturis,quo fit,vt talis æſtimatio (ſi res redimi nequeat)debeatur,nam licet res ipſa in cõmerciò non ſit,& ideò non debeatur,quia impoſsibiliũ nulla obligatio,tñ eius æſtimatio in commerciò eſt, & poſsibilis,ergo,&c.Aut expreſsim de æſtimatione mẽtio facta nõ eſt, & tunc ſunt opinio.de quib.ibi. Sed noſtra opinio verior & tutior quo ad animarũ ſalutem eſt,& conſequenter idẽ tenendũ eſt,in eo,qui promittit cum iuramẽto rem ſacrã. Idem & tertiò ſi rem religioſam promittat.Idem & 4. ſi promittat,cum iuramento rem vſibus publicis deſtinatã, quibus caſibus nec deficit voluntas obligãdi, nec poteſtas. ergo.&c.l.multum.C.ſi quis alteri vel ſibi. Quod nõ deficiat voluntas,patet; quia licèt contrahentes aliquando iocari,videantur. l.non ſolùm.ff.de actionibus & obligationibus.l.obligationum ſubſtantia.ff.de actionibus &obligationib. tamen per interpoſitionem iuramenti inuiolabiliter præſumuntur voluiſſe rem ſeriam,non ridiculã,&otioſam agere d.§.filius matrem.& capitulo quanto.de iureiuran.& c.cùm contingat.eod.d.cap.quanuis. dicto capit.licet mulieres.authentica.ſacramenta puberum. C.ſi aduerſus vendit.facit.l.ſi quando.in principio.ff. de leg.1.l.3. ff. de militis teſtamento.

Quòd autem poteſtas nõ defuerit,patet, quia lex interpretatur,vt loco rei tunc detur eius æſtimatio.l.nõ dubiũ. ff.delegatis.tertiò, & omnis conceſſio , quæ impoſsibilis eſt, ipſi concedenti valet, ſaltem in eius præiudiciũ.argumento.l.rem alienam.ff.de contrahenda emptione. Fateor tamen,ꝙ in oĩbus his caſibus in contrarium ſe habet communis opi.vt per Alcia.in d.c.cum contingat.nu.179.Couarru.vbi ſuprà.Corneus in d.authen.ſacramenta. nu. 67. Sed pro nobis fortiter facit, ꝙ licèt ſi ſcienti vendidi rem alienam,non teneat de euictione.l.ſi fundum. C.de euict. tamẽ ſi expreſsim tunc euictionem promiſi,teneo, vt ſuo loco differuimus.Sic & in propoſito, per interuentum iuramenti eo modo,quo plenius poſſum,videor me obligatum velle,& conſequenter vt cum rem tradere nequeam, præſtem eius æſtimationem,quæ loco rei,ſuccedit. l. non dubium.ff.de de legatis.3.l.Imperator.§.fi.ff.de legat. 2.l. propemodum.ff.de verborum ſignific.l.non amplius.§.fi. vbi Aret.ff.de legatis.1.Et cum concedens rem alienam, in defectum rei videatur eius æſtimationem concedere, vel intereſſe.vt d.l.non dubium.& per totũ.C.& ff.de euictio.longè magis qui concedit rem , quæ in cõmerciò nõ eſt,eius rei,æſtimationem ex legis interpretatione cõceſſiſſe videtur,cum certiùs ſciat eam rem ſe præſtare nõ poſſe,q̃ ſi alienã rem,quæ tñ in cõmercio eſſet, conceſsiſſet , ne actũ otioſum,& nugatorium agere interpretemur.cõtra.l.hęc ſtipulatio.§.diuus.ff.vt legat.no.cau.l. ſtipulatus. ff.de vſur.l.ſi qñ.in princip.ff.de leg.1.l.ſi qñ in princip.cũ glo.vbi multa diximus.C. de inoffi.teſtam.l. fundus qui locatus.ff.de fund.inſtructo.l.quibus diebus.§. dominus. ff. de conditio.& demoſtratio. Neque ad rem pertinet,ꝙ impoſsibilium nulla ſit obligatio. Nam reſpondeò, ꝙ illa impoſsibilitas ex legis interpretatione reducitur ad poſsibilitatem .

Nec quenquam mouere debet,ꝙ debitor ſpeciei , eius interitu liberetur.l.ſi ex legati cauſa.ff.de verborum obliga.l.mortuo.ff.de leg.2.neque tunc debeatur æſtimatio.vt dictis legibus,& ſatis perempta.eſſe videtur res,quę in cõmerciò noſtro non eſt.Nam reſpondeo,quòd per interuẽtum iuramenti videtur is,qui promittit,cogitare de implẽda promiſsione per æſtimationis pręſtationem,quãdoquidem alio modo impleri non poteſt. argumen.dicto. §. filius matrem,

Poſtremò qui iurat quid impoſsibile,de iure vel facto ſtatim periurus eſt veluti ſi hominem me necaturum, aut cęlum digito tacturum iuraui. quia his caſibus implementũ æquipollens nullum eſt.Ergo ſimiliter qui iurat ſe daturũ rem ſacram,aut religioſam,aut publicis vſibus deſtinatam ſtatim periurus erit,niſi interpretemur eũ ſenſiſſe de implemento æquipollenti,& ſic de æſtimatione pręſtanda. Hæcq; interpretatio oĩno facienda eſt,ne ille periurij fœdiſsimi criminis reus videatur. contra.l.& magis. ff.pro ſocio.l.ſunt perſonę,ff.de reli.Et hac ſola rõne,etiã ſi reliquę oẽs deficerent,cogeremur ita conſulere,& iudicare niſi ipſe iurans putas & rem promiſſam eſſe in commerciò tũc enim procederet op.communis.

Decimus caſus Bar.eſt qñ propter varias ſubiectorum vtilitates fit prohibitio cõtractus.Et iſte eſt caſus differt. à 3.& 5.caſu,ut differt ius cõe à iure ſingulari,& tunc ſit prima concluſio,ꝙ firmatur iuramẽto.Infertur primò,ꝙ pactũ de non ſuccedendo firmatur iuramẽto.Quod intellige,niſi interponatur ſine notitia eius, de cuius hæreditate agebatur.vt dixi ſuprà in §.illud.l.ſi qñ.de inof.Infertur ſecundò ꝙ renuntiatio alimentorum ẽt futurorũ firmatur, iuramento.Infertur tertiò,ꝙ donatio ĩnter vir. & vxorẽ. firmabitur iuramento.Infertur ad ſex qõnes , quas ponit Imo.in c.cum contingat.de iureiu.co.85.cum plu.ſequen. in quibus omnibus magis eſſe videtur , vt per interuentũ iuramenti actus firmetur.Ergo in primis ſit firma cõclu-
8 ſio,ꝙ†actus à lege ciuili vetitus licèt lege ciuili per interuentũ iuramẽti nõ firmetur nõ magis q̃ ſi iuram. nullũ interfuiſſet.vt in l.nõ dubiũ.C.de legib.l.ſi quis inquilinos.§ fi.ff.de leg.1.tñ de iure canonico firmatur.arg.d.c.quanuis d.l.cum contin.d.c.licet mulieres.& c.ſignificante. ſecundum noſtrum intellectum.de pignoribus.

Et iſta eſt communis opinio.quam tenent Bar.vbi ſup. in vltimò membro.quem ſequuntur oẽs.& Imol. in d. c. cum contingat.in decimò caſu.Alc.ibid.nu.192.cum pluribus. ſequentibus. Corn.in d.auth. ſacramenta puber. C. ſi aduerſ. vend.num.69.

9 Vnde infertur,an valeat tranſactio ſuper†alimẽtis de futuro debitis per interuentum iuramenti? Quam citra iura.nõ valere,certum eſt.vt in l.cum hi.ff.de tranſa.& Bart. & Fulg.in d.l.cum hi.& idem Fulg.in l.qui fidem. eod.tit. tenent talem tranſactionem etiam iuratam non valere. & idem Bal.in d.l.pactum.

Contrarium tenuit Bar.in d.l.quis pro eo in fi.tenent cõmuniter doct.in d.c.cum contingat,ſecundum Alci. ibid. nu.192.& Imo.in 10.caſu Iaſ.in d.l.cum hi.

Et hanc vltimam partem veriorẽ puto,arg.d.c.cum cõtingat,& d.c. licet mulieres,& d.c.quanuis pactũ.Nam filius,qui futuræ partis hæreditati renunciat cum iuramẽto in neceſsitatem & periculum famis incidere poteſt, nõ ſecus q̃ ſi futuris alimentis ſibi in teſtamento alicuius relictis,renuntiaret,vnde pariter vtroq; caſu renuntiatio debet firmari per interuentum iuramenti.Sed & mulier ſimiliter,quæ alienationi rerum dotaliũ cum iuramẽto cõſenſu,ſimiliter põt in periculũ famis incidere,& nihilominus ea alienatio per iura. validat,ergo. &c. Sed & in illa patris hæreditate renuntianda cum iuramento adeſt aliud vitiũ, quia contra bo.mo.ciuiles facta intelligitur,vt in d.l. ſi qñ §.illud.C.de inoffi.teſt.ibi ſecundum Papiniani reſpõſum quo definiuit , meritis magis filios ad obſequia paterna prouocandos, q̃ pactionibus adſtringendos,quod vitium non eſt in renuntiatione alimentorum futurorum facit, text.hic ibi enixe.

10 Secundò infertur,an renuntiatio, vel†tranſactio nõ cognitis verbis teſtamentis per interuentũ iuramenti firmetur? Mouet qõnem.l.de his.ff.de tranſac.vbi regulariter talis tranſactio vetit eſt.ſecundum Bar.& doct.ibi ea prohibitio fit in odiũ occultantium teſta.facit.l.1.ff. quemadm. teſt. aperi.Et tale iura.ꝙ non valeat,vel ſaltem ſit concedenda abſolutio, tenent Alex. in l.qui Romę. §. duo fratres quæſtione.5.ff.de verb.oblig.& Ang.conſil.84.Cum lis & quæſtio.

In contrarium tamen eſt vera & cõis op.vt talis tranſactio per interuentum iuramenti firmetur de iure canonico.Ita tenent Anto. Abb.& Imo.in fi.in d.c.cum contingat,Cumanus.in d.l.ſi quis pro eo.Cor.in d.authen.ſacramenta

menta puberum.quæstione.17.versi.4. Alex.cons. 11.in 2.lib. Alciatus in d. c.cum contingat.nu.194. qui hanc dicit communem opi.& Ias.in d.l.de his.

Ratio est,quia hęc prohibitio est de iure positiuo inducta propter vtilitatem ipsorummet, quibus hæc in testamentis relinquuntur,cui prohibitioni licèt nō derogetur, per simplicem renunciationem,derogabitur saltē per renuntiationē iuratā,cum hoc casu id iuram.possit seruari si ne interitu salutis, æternæ.& citra alterius pręiudicium.vt in d.c.quanuis.& d.c.cum contin.& d.c.licet mulieres. & in quolibet eorū capitulorū si aduertis est fortior prohibēdi,ratio,q̄ in hoc casu, & tamen ab ea prohibitione receditur per interuentum iuramenti facit tex.noster ibi enixe.

Neq; ad rem pertinet,quòd talis prohibitio à lege ciuili facta fuerit odio eorum,qui occultant testam. ne hoīes, ad ea occultanda inuitentur.Nam imputandum est,ei,qui facilè transegit,& temerè. Quinimò si dolus aduersarij arguatur,nunc iuramen absolutione rescindetur argum.d.c. cum contingat d.l.quamuis.d.c.licèt mulieres.aliud est. n. quærere,an trāsactio valeat,aliud verò an ritè facta ex dolo aduersarij rescindatur.vt in simili ait tex.in l. Titius. ff. de libe.& posth. ergo regulariter iure canonico id iuram. tenebit,licèt iure ciuili non vtiq; vt d.l.non dubium.& d.l. si quis inquilinos.§.fin.

11 Tertiò infertur,an valeat donatio†inter cōiuges? Quia in re Bar.in l.si quis.pro eo.in 10.casu.& idē Bar.in l.Seuius.& Augerius.ff.ad leg.Falc.Cumanus in d.l. si quis pro eo.Gulielm.de Cuno & Alberic.in l.sed & si possessori.in §.item si iurauere.ff.de iureiuran.Federi.de Senis. consil. 140.Punctus.Anton.Ancha.Abbas.& Imol.in d.c.cū cōtingat.in 10.membro.Abb.cons.95.Factum li.2.Domini Pręposit.& Abb.in c.fi.de donatio.inter virum & vxorē. Bal.in repet.l.2.ff.de iureiu.col.17.cū seq.And.Sicu.Imol. & Ioann.de Ligna.in clemen.Roman.de iureiu.Imola.& alij in l.si quis inquilinos.§.fi.ff.de leg.1.&in l.non dubiū per moder.C.de legi.Pau.& Ias.in l.pacta quæ cōtra C.de pac.Pau.cons.98.in fi.Roma.con.44.&cons.295.Bartho. Veron.c.112.Cor.in auth.sacramenta, pube.qōne, 19.Feli.in c.cum.m.col.26.de const.Cor.cons. 118.li.1.& con. 41.li.3.idem Cor.cons.224.li.4.Dec.cons.202.& est cōis conclusio,secundum Alc.qui eos allegat in d.c.cum cōtingat. nu.197.licèt ipse contrarium teneat.hi omnes tenent talem donati.iura.firmari.

Contrariam partem,vt talis donatio inter virū & vxorem nō firmetur iuramento,tenuerunt Alciat. vbi suprà. Bart.Bal.Sali.& Fulg.in l.1.ff.de donat.inter vir.& vxorē. Bart.in l.cum quis decedens.§.Titia.ff.de leg.3.vbi etiam Ang.Anto.& Ioann.And.in add.Specul.in rubr. de dote, post diuor.resti.Cinus.in l.fi.C.de sacros.eccle.Bal.in con. 29.Casus vir donauit.lib.1.Ang.hic.Bald.in l. cum multa c.de donat.ante nupt.idem Bald.in d.l. si quis inquilinos, §.fin.Sali.in l.2.quæstione.5.C.de resci.vendi.& in d. l. cū multa.Cardi.& Guil.de Monte laud.in clemen. 1. de iureiu.Pau.cons.64.Super isto.& cons. 384. Circa primum. lib.2.Henri.Boi.in d.c.fi.de donat.inter virum & vxorē. Roman.in rep.rub.ff.de iureiu.Socin.cons.65. col. pen. in vol.1.& cons.66.eod.lib.Franc.de Curte.cons.66.Sapienter.Corn.cons.103.Circa primum.in fi.& ita consuluerūt Ioan.de Fer.& Rain.de Perus.& Rain.de Monte. secundum Cepolam in d.cautela.112.secundum Alciat. vbi suprà.qui eos allegat.

Quid dicendum? Teneo priorem partem,vt talis donatio firmetur iuramento. Quia hæc prohibitio iure positiuo Romanorum inducta fuit per tacitum consensum populi Romani perq; eorum mores.vt in l.1.ff.de don.inter vir.& vxor.& consequenter non debet impedire vim & potestatē iuramenti.arg.d.c.quanuis.&d.c.cum contingat. Deinde quia negari non potest,quin prohibitio d.c. quāuis.tā fortis,vel fortior esset,q̄ prohibitio inducta per d.titulū de donat.inter vir. & vxor.patet in d.l. si quando. §. illud.C.de inoffi. test. ibi meritis magis filios ad obsequia paterna prouocandos,q̄ pactionibus astringendos. vbi cōtra bonos mores ciuiles esse videtur pactio de non succedendo inter patrē & filiū, & nihilominus admittitur per interuentū iuramenti.Tertiò,quia negari nō pōt,quin donatio hæc mores,vel leges, tm̄ ciuiles, & positiuas vetita sit,vnde cum actus vetitus eo ꝙ sit contra bonos mores, ciuiles firmetur iuramento,si non repugnet bonis morib. naturalib.vel diuini,vel canonici iuris,vt diximus suprà esse communem opin.sequitur.&c.

Quartò,quia vt talis donatio valet in quibusdā casibus, etiam de permissione iuris ciuilis.l.si sponsus.§.si concessa & §. fi.ff.de dona.inter virum & vxor. ita per interuentum iuramenti generaliter potest admitti. Quintò, quia obseruatio huiusmodi iuramenti pertinet ad salutem animarum vt d.c.cum contingat.& d.capitulo,quanuis. & d. c.licet.quę salus cunctis rebus caducis, terrenisque præferenda est.l.sunt personæ.C.de relig.& sump.funerum.Pręterea iuramen,debet obseruari quoties seruari potest citra præiudicium tertij,vel reipublicæ,vel citra periculum animarum.dicto capitu.quanuis dicto capitulo licèt mulieres.dicto cap. cum contingat.sed id iuramen.citra hęc mala obseruari potest, quia neque anima,læditur, neque cuiquàm damnum infertur,præterquàm ipsi donatori.ergo, & cætera.

Postremò,si rectè aduertis,oēs prohibendi rationes, q̄ militabant de iure ciuili,cessant de iure canonico. Nā in l. 1.& 2.ff.de donatio.inter virum & vxorem.in l.3. eod.tit. ea potissima ratio est,ꝙ matrimonia essent venalia,vel sæpe dissoluerentur,si talis donatio fieri posset.Nam quæ donationem à coniuge suo captaret nisi ille cupiditati istius faceret satis,à matrimonio diuerteret,quia illo iure resolutio,seu diuortium matrimonij liberrima,esse debebat,nō secus,q̄ primordialis ipsius matrimonij contractus,& coitio.vt in l.neq; ab initio.C.de nuptijs,& in l.Titia.vbi per omnes.ff.de verborum obligatione quæ ratio cessat de iure canonico,quod talia diuortia non admittit. Sicq; qui à coniuge suo donationem improbè captat,licet impetrare eam non possit,nō per hoc recedere posset à marrimonio quod re vera venale foret, si recedere posset à matrimonio,quia alter ne iste diuerteret,necesse haberet istius improbam cupiditatem explere, eaq; expleta, id matrimoniū venale quodammodo videretur, quę rō cessat inspecto iure canonico.Illa aūt prohibendi ratio,ꝙ melior pauperior,& deterior ditior fieret,neq; inducit animarū lęsionē,vt patet,neq; pręiudiciū tertij,neq; principaliter obest reipublicæ;quia reipublicæ nihil interest, vtrū bona sint, potius apud vnū ciuē,q̄ penes alterum. Præterea id malū in omni contractu commune est,quia contrahentium alter semper studet,cupit,conatur cōditionē suam meliorē, illius verò,quo cum contrahit,facere deteriorem.l.si voluntate.C.de rescin.vendi.

Limitatur communis op.secundum Alcia.vbi suprà. vt non procedat,quando interfuit absolutio iuramenti,quod modò non examino.

12 Limitatur secundò vt non†procedat in cōfessione iurata de dote recepta,quæ videtur facta in fraudem prohibitionis legalis.Ita etiam tenent doct.cōmuniter. qualis est, Dec.d.cons.202.Bar.&Ang.in l.cum quis decedens.§.Titia.ff.de legat.3.Cinus in l.1.C.de sacros.eccle.Roma.cōs. 44.& cōs.293.Aret.cons.74.And.cons.59.lib.2. Alex.in l. si donatione,4.col.C.de coll.Signorolus cons.106.In quæstio.col.fi.& Alc.vbi suprà.n.201.qui tamē variat,&multi ex mente & sententia & generalitate communis opinionis suprà relatæ contrarium tenent.

Tu considera.Nam aut maritus confessus est cum iuramento se centum titulo donationis ab vxore recepisse, quod similiter ipsa vxor iurauit, & tunc stante communi opinione,quam sequuti sumus siue tales confessiones iuratæ veræ fuerint,donatio vera interfuit,& valida propter interuentum iuramenti. Siue re uera falsum iurauerint, quia maritus nihil recepit, & tunc confessioni standum est,

est,quia nulli hominum præiudicat, nisi animis ipsorum peieráтiũ.Quòd si solus maritus iurauit se titulo donationis ab vxore centũ recepisse, tunc siue id verũ fuerit, donatio non valet, quia vt valeat, oportet ex parte donantis & concedentis interuenisse iuram.non aũt ex parte donationem accipientis.vt d.c. cũ contingat.d.c.licet mulieres. d.c.quanuis.& c. significante. de pignoribus. & authenti.sacramenta.C.si aduer.vendi. sicq; maritus id,quod re vera accepit,vxori restituit vt per totum.C.de dona. inter virũ & vxor.ff.eod.Siue id falsum fuerit,quia ab vxore recepit nihil,sed id cũ iuramento confessus fuit.quia totidem vxori donare volebat, & tunc si ipsa erat præsens, inducitur, acceptatio illius cõfessionis,sicq; donatio per interuentũ iuramenti firmatur,arg.l.absenti,ff.de dona.l. qui absenti.ff.de acq.posses.Quòd si mulier erat absens,tunc ante eius acceptationẽ tacitã,vel expressam non est donatio.In dubio aũt credã verum esse,quod maritus contra se cũ iuramento confessus fuit.arg.auth. quod obtinet. C. de prob. Aut maritus confessus fuit se centum mutua ab vxore recepisse,seq; illa centum restituturum,& si id ita factum iurauit,standum est eius confessioni,non secus,q̃ staretur inter extraneos,quia prohitio legis tollitur per iuramentum vnde integra confessio manet,& an tunc possit opponere excepti.non numeratę pecuniæ infrà bienniũ, pendet ab intellectu.l.fi.C.de non num.pecu.de quo suprà latè disputauimus. Quòd si iurauit se centum depositi causa ab vxore recepisse, vel aliquam rem commodati causa ab eadem recepisse,quo casu cessat exceptio non numera.pecu.secũdum modernos, & communem opin.in l. si ex cautione. C.de nume.pecu.tunc eius confessioni standum est,nõ secus,q̃ si inter extraneos interposita esset.Quia ea suspicio, ꝙ confessio in fraudem legis emanauerit,repellitur,& cessat per interuentum iuramenti.vt dictis iurib.& quia talis, maritus non est admittendus ad suum periurium & turpitudinem allegandam,si fortè peierauit.

13 Tertiò limitatur communis op.vt non procedat, qñ †coniux,qui donationem à coniunge recepit, viuo donatore decessit.Quia cùm talis donatio hanc tacitã cõditionẽ habeat,si donator prior decesserit,q̃ donatarius, & in eadẽ voluntate perseuerauerit.l.si inter.ff.de reb. dub. l. à marito.C.de dona.inter vir.& vxor. & iuram.reguletur secundum naturã actus super quo interponitur.certè iuxtà.l.fi.C.de nõ nu.pecu. videtur talẽ donationem ẽt iuratam infirmari,sed donatarius prior q̃ donator decesserit, quasi illa donatio eo viuo nec confirmata fuerit, nec cõfirmari potuerit.Et ita in specie tenent Bal.consi.29.lib. 1.& Dec. cons.240.post plures,quos ipse allegat.

Contrarium tenet Alciat.in d.c.cum contingat. nume. 204. motus,quia non est verum,ꝙ donatio inter virum, & vxor. quando valida est,habeat hanc tacitam,insitamq; conditionem,si donator prius,q̃ donatarius decesserit, quinimò nullam tacitã conditionẽ habet,sed tunc demũ conditionem habet,cum infirma est, tunc.n. conualescit per ipsius donatoris perseuerantiã vsq; ad mortẽ.d.l.à maritò d.l.si inter.idẽ in donatione inter patrem & filiumf.l.donationes quas parentes.C.de donat. inter vir. & vxor. ergo huiusmodi donationes simplices habent hanc tacitam cõditionẽ,si donatarius superuixerit donatori,& etiam illam tacitam conditionem,si in eadem voluntate perseuerauerit donator,vsq; ad mortẽ.simile in l.fi.C.de pact.Cæterũ si talis donatio inter virum & vxorẽ iurata fuerit, tunc nõ dubito,quin statim firma sit,pura,solida,carens omni cõditione,vt tenuit superiùs relata cõis opi.quæ re vera aduersatur, repugnatq; huic limitationi. Alias limitationes, vi.per Alcia.vbi suprà.& l.cum hic status.in pr.ff.de dona. inter virum & vxorem.

14 Infertur primò,an valeat donatio, quam cũ iuramento facit pater† filio in potestate? Qua in re cõmunis opinio. est secundùm Alciatum in d.c.cum contingat.nu.206. ꝙ talis donatio valet. Hanc opinio.tenet & dicit communẽ Dec. consi.239.col.1. Alex.in l.si donatione. C.de collat, Ias. in l.fratre. columna pen. & fin.ff.de condit. indebit Bald. in l.fi. C.de vsucapi.pro donato.Bal.in l.2.colum.60 versic. idem credo quando pater donasset.ff.de iureiu.idẽ Bald. consi.372. lib.3. Alex. consi. 8.lib.2.& consi.20. Põderatis.lib. 3. & consil. 156. Viso instrumento. col.fi.lib. 2. Aret.consi.17.

Contrarium tenent Pau.cõs.345.Circa donationẽ. Fulgo.cons.199.Visis. Corn.cons.238.li.1.idem Corn.con.9. lib.2.& con.289.col.10.lib.4.& in authen.sacramenta puberum.quęstione.17.C.si aduer.vend.

Quid dicendum? Et teneo priorem partem, quę cõis est.Nam oẽ iuramen.quod potest seruari citra interitum salutis,æternæ,vel præiudicium tertij,seruandum est, dicto capitulo.contingat.dicto cap. quanuis.dicto cap. licet mulieres.sed id iuramentũ seruari potest à patre, citra præiudicium alterius, & cum salute animæ suæ,quinimò huius iuramenti trangresio saluti animæ iuratis obesset, ergo seruandum est.

Neque ad rem pertinet, quòd quicquid acquirit filius, id statim patri acquiratur.l.placet.ff.de acquiren.hæredita. in princ.& §.1.Insti.per quas personas nobis acquira. præsertim in profetitijs,l.fi.in princ.C.de bonor. quę libe. Nam respondeò,quòd donatio inter patrem & filiumfa. non valet statim,sed demum sub hac, conditione, si filius donatarius superuixerit patri,& pater in eadẽ volũtate,perseuerauerit vsq; ad mortẽ.l.donationes quas parentes. C. de donation.inter virum & vxorẽ.facit l.si inter.ff. de reb. dub.l.à maritò, C.de donatio.inter virum & vxorẽ. Vnde pater,qui filiofam.donauit, & iurauit illam donationem se non reuocaturum,licet si nõ iurasset,liberè pœnitere posset,tamen post interuentum iuramenti ampliùs pęnitere, non poterit.In hoc ergo vtile erit iuramentum, vt pater pęnitere non possit,Item in hoc etiam,vt licèt regulariter talis donatio non firmetur,morte,nisi incęperit à traditione.vt tradunt omnes in d.l.donationes.tamen hæc donatio per interuentum iuramenti firmabitur morte citra interuentum traditionis,arg.d.l.cum pater.§. filius matrem ff.de leg. 2.Ergo hæc donatio similis erit illi donationi, q̃ post mortem suam extraneus extraneo facit,vt per totum C. de donat. quæ sub modo. Quinimo statim fortè ea donatio valebit, quasi id aduentitium reputetur, arg. l. cũ oportet in princ.C.de bon.quę liber.iuncta.l. neq; adiicit. ff.pro socio.

15 Quid autem econtrà,an valeat donatio†iurata, quã facit filiusfa.patri? Et communis veraq; opinio est valere, etiam si simplex sit.Nam quicquid olim esset per text. in l.lis nulla.ff.de iudic.& §.hi qui.Inst.de oblig. quæ ex deli. mas.tamen hodie cum filiusfam.sit capax maternorũ bonorum,vt per totum.C.de bo.mater.& etiam aduentitiorum,vt in l.cum oportet, & in l.fi.C.de bo. quæ lib. nulla res impedimento est, quin is filiusfamilias patri donare possit,quod cuilibet extraneo posset concedere. Et ita tenẽt in specie Io. And.in addit. ad Specul. tit.de testa.§.1 ver.pone filius.Corn.in d.auth.sacramenta,quæst.17. Bal. in l.si quando.§.1.C.de inof.testam.Alcia. in d.c.cum contingat,num. 114. Ang. Cuman.& Alex. in l.1.§.fuit quæsitum.ff.ad Trebelli.Cin.Fulg.& Pau. & alij in l. senium. C.qui testam.face.poss.facit tex.in d.c.quanuis,nam in terminis illius tex. illa renuntiatio imaginem quandam habet donationis.

17 Infertur secundò,an fideiussor pro dote † cõseruanda, vel restituenda per interuentum iuramenti vtiliter dari possit,nam citra iuramentum dari non posse, expeditum est,vt per totum.C.ne fideiuss.dot.dentur.Qua in re Barto. tenet,vel saltem innuit in tertiò membro.dict l.si quis pro eo. quòd datio fideiussoris firma non erit. licet interueniat iuramentum.Sequitur Antonium in dicto cap. cum contingat,& Bald. in l. secunda. columna. 48. versi cul.sed contra.ff.de iureiur. Imol.verò in capi. cum contingat, in decimo.casu.variat.Sed Alciat. ibi nume. 218. hanc partem.sequitur.

Contrarium tenent Abbas,.& Imol. in decimò casu.in d. c.cum contingat.& Corneus in d.auth. sacramenta.quæstione decimaseptima.vers.3.Paulus verò mediam elegit viam,vt fideiussor obligetur,sed possit petere absolutionem.Ita Paul.in d.l.si quis pro eo.

Quid dicendum? Et nobis semper visum est hãc prohibitionem non respicere principaliter publicam vtilitatẽ, cũ nihil reipublicæ intersit vtrũ ex ciuibus alter possideat bona potius q̃ alter.Et licèt mulieres esse dotatas reipublicæ expediat.l.1.ff.solu.matr. tamen id impedimento non est,quin ipsæ mulieres teneantur etiam cum interitu dotium suarum seruare iuramentum.d.c.cũ contingat. & d. c.licèt mulieres.Et ꝙ permittatur dotis alienatio per interuentum iuramenti,id longe durius est,& mulieri perniciosius,q̃ ꝙ per interuentum iuramenti fideiussor admittatur.Et licèt id quodammodo contra bonos mores ciuiles, esse videatur.arg.l. alia §.eleganter.ff.solut.matr.tñ id impedimento esse non debet,quin iuramento obseruetur cũ & pactũ,per quod filius patris hæreditati futurę renuntiat contra bo.mo. ciuile esse intelligatur.vt d.l. si qñ §. illud. vers.secundum Papin.C.de inof.test.& nihilominus id pactũ iure canonico firmetur iuramento.Ergo si is qui pro marito dotis conseruandę & restituendæ cã apud mulierẽ cum iuramento intercessit,id fecit citra voluntatem mariti, puto eũ non obligari,neq; ex vi contractus propter legis ciuilis prohibitionem,neq; ex vi iuramenti propter dãnũ tertij.i. mariti cuius re vera interest talẽ fideiussorẽ nõ admitti.ergo,&c. arg. d.c.quamuis & d.c.cum contingat. d.c.licet mulieres.ibi,in alterius detrimentũ. Quòd si ipse vir præstitit consensum si mulier iuratum,tunc nõ video vt retrocedere possit, ꝙ si simpliciter,non cum iuramento consensisset,cogita an pœnitere posset,vt ex eius pænitentia fideiussio etiam iurata infirmaretur.vt dicimus in simili in terminis. l.fi.C.de pact. Et per hanc distinctionẽ, possent componi nostrorum controuersiæ.Sed magis est, vt maritus hoc casu pænitere non possit.

17 Infertur tertiò,an valeat per†interuentum iuramenti renuntiari beneficium cessionis bonorum ? Et ꝙ valeat,tenet Imola in dicto capitulo.cum contingat, in principio, & in decimò.casu.& ibi Anto.in tertio casu & Alciatus ibidem.nu.220. Corne. in dicta authentica.sacramenta.quæstione.16.& communiter docto.in l.alia.§.eleganter.ff.soluto matrimonio.& Feder.consi.60.Henricus in capitulo Odoardus.columna.1.de solutio. Capel.Tolos. quæstio. 61.Marian.Socin.in tract.de citationibus. articul.17. nu-18.Rip.in l.obligatione nu.33.ff. de pignori.Et hæc videtur cõis opi.licet contrarium,teneat Carol.Moli. de cõtractibus.qõ.37.& Guido Delphinatus q.211.

Simpliciter autem beneficium cessionis bonorum citra iuramentum renuntiari non posset secundum magis communem opinionem,quàm tenet Richard. Malumb. Bar. Alberi.& Imol.in dicta l.alia.§.eleganter. ff.soluto matrimonio.Cin.quæstio.6.& Salice.in l.1.C.qui bon. cedere possunt. Ioan.Fab.in §.fin. Institu.de actio. idem Fab. in l.fin. C.qui bon.cedere possunt Alexand.consi.37. li.2.numero. 6.Abbas in dicto capitu. Odoardus. & est communis opinio. secundum Alberic.in rubri.C. qui bono.cedere possun.& secundũ insignem Couarru.in libr. 2. variarum resolut.c. 1.nu.7.& secundum eundem in ca. quãuis, de pact.in.6.parte.2.in princ.Henric.in c.Odoardus. col. 1.& Capel.Tollo.quęstio.61.

Contrariam partem tenent Ange.Roma.& Alexan.in dicto §.eleganter,Imol.in d. cap. cum contingat.nu. 32. Felin.in cap.si diligenti. de foro competen.col.2.Rip.in l. obligatione.ff.de pignoribus n.33.Fede.cons.60. Rota antiqua.565.Felin.in c.ex rescripto.nu.11.de iureiur. Sed cõmunis opinio verior videtur in simplici renuntiatione; licet in iurata sub dubium sit, propter authoritatem eorum qui contra communem tenent.

Quid dicendum? Et sanè hanc posteriorem partem cõtra magis communem opinionem veriorem puto. Moueor,quia omne iuramentum,quod citra pręiudicium tertij, aut interitum salutis æternæ seruari potest, seruandum est dicto capitulo, cum contingat,dicto cap. licèt mulieres. dicto capitu. quamuis, sed obseruatio huiusmodi iuramenti nulli hominum nocet, nec saluti animarum ob est vt patet, ergo seruandum est iuramentum. Neque ad rem pertinet,quòd quodammodo libertati humanę aduersari videatur . contra. l.Titio centum.§. Titio centum 2.ff.de conditione.& demonst.& l.1.& 2.ff.de liber.hom. exh.Nam respon. ꝙ etiam si dictis legibus per obseruationem iuramenti,pręiudicium fieret, nihil obesset. Nam & obseruatio iuramenti in terminis dicti capituli. quanuis. dicti capituli cum contingat . cum similibus. legibus ciuilibus aduersa, pugnans, & contraria est. Præterea hæc iuramenti obseruatio dictis legibus non præiudicat, saltem principaliter. Qui enim renuntiat beneficio cessionis bonorum , id principaliter agit , vt fidem suam inuiolabiliter circa æs alienum exoluendum absque vlla tergiuersatione seruet. Nec ad rem pertinet, si incidenter aliqua durities contra ipsum iurantem inde resultet. argum. l.si quis neque causam. cum ibi latè traditis per modernos ff. si certum petat. Præterea hac in re non videtur valere argu. de vltimis voluntatibus ad contractus. vt in l. non solum.ff.de actio.& obligatio. iuncta.l.1. ff.de condition. institut.& l.2.ff.de conditio. & demonstrati. & sic parum oberit. dicto §. Titio centum tene communem opin. vt suprà.§. 22.nu.80.

Ex superioribus infertur,an nobilis quem hidalgũ vocamus,possit renuntiare beneficio, ne pro debito in vinculis detineatur ? Et quod possit . tenuit insignis Didacus de Couarru. in dicto cap. quamuis. in secunda parte in princip. vbi latissimè hac de re. Sed dic vt in §. 22. numero. 74.

18 Quæro an renuntiari possit cum †iuramento solennitati insinuationis? Abbas,quòd sic. num.17.in dicto capitu. cum contingat.post Ioan. Andr.Mouetur,quia ea solẽnitas fauore donatoris recepta est,ergo ipse potest eam renũtiare. Teneo contrarium.per l.data.C.de donat. vbi inducta est insinuationis solennitas propter vitandas fraudes, & falsitates,ergo non potest remitti per partes.Bar. vbi suprà in 7.casu.Confirm. Nam vt solennitati testium renũtiari non potest,etiam iuramento,secundum Bart.ibi. per l.fin.C.de fidei.ita & c.nam vtrobiq; est eadem ratio vitãdæ falsitatis,& delicti.Tertiò facit conclu.app.in l.scire.C. vt in posses.legat.Quartò.l.2.§.sed quia veremur.& quod ibi notaui.C.de iuram.calum.& in omnibus his casibus tenerem non prodesse iuramentum . Quintò, non solum, quando ex iuramenti implemento sequeretur necessariò delictum,non est seruandum.l.si plagij.l.generaliter. ff.de verb.sed etiam quando ex ipsius validitate potest sequi occasio delinquendi,non est seruandum.Abba.vbi supra.nu. 22.ergo.&c.Sextò adduco,ꝙ per solam occasionem delicti remouendam receptum est ne valeat pactũ de succedendo etiam iuratum. secundũ omnes.in l.fi. de pact. per c. ne captandæ.& c. detestanda.de concess.pręb.lib.6.c.cõsti.& c.fi.de conces.pręb.Et vide per Imol.in d.c.cum cõtingat.nu.85.cum seq.in 10.casu.

Et tandem verius esse videtur,quòd per interuentũ iuramenti renuntiari possit solennitati insinuationis, saltem si ipse donator agnoscat donationem factam fuisse, quòd si neget donationem interfuisse,tunc per instrumentum donationis,vbi defuit insinuatio,in quib.casib. requiritur, ipsa donatio,nõ videtur sufficienter probata,licet tabellio firmet iuramentũ affuisse. Quemadmodum testamentũ, non videretur probatum, licet instrumentum diceret iuramentum interfuisse,si quidem in eo solennis testium numerus non affuisset.

19 Quero.statutum est,ꝙ cõtractus præsumatur†dolo initus,nisi fiat cum consilio duorũ consanguineorum mulieris, vel minoris contrahentis,an is contractus firmabitur iuramento, etiam si ea solennitas non interfuerit? Abbas ꝙ non

ꝙ non nume.12.in d.cap.cum contingat. nisi interueniat aliqua probabilis doli coniectura, vtputa, quòd in regione illa frequenter circumueniebantur mulieres, vel minores contrahentes, & ita ait procedere communē opin. de qua per Ias.col.fi.in auth.sacramenta.C.si admonendi. Teneo indistinctè communem, quia de potestate legis circa præsumptionem inducendam: dubitandum nō est. vt per Alciatum in princ.tract.de præsumptionibus. præsertim cū negari non possit, quin sit iustissima causa doli præsumendi contra eum, qui contra iura mercatur, c. qui contra. de reg.iur.in 6.l.queadmo.C.de agri.& censi.& minores, mulieresq́; facilè deducantur. Deci.consi.181. Nec me mouet quod dixi supra. Nam illud quando statutum simpliciter prohibebat, hic autem quando vltra procedit fingendo, vel præsumendo fraudem. Cogita tamen, & dic vt supra.

12 Quid si te institui, & iuraui non† mutare testamentū? Vide quod dixi suprà. Et præterea ēt Imo.vbi supra n.25. Alex.col.2.in l.stipulatio hoc mō.ff.de verbo. obli. cōiter tenent, ꝙ possit testamentum mutare, non obstante iuramento. Ratio (si non fallor) cōis est, quia id iuramentum est contra bonos mores l.stipulatio hoc modo.ff.de verb. Sed resp. ꝙ virtus iuramenti nō impeditur ex eo, ꝙ quid sit contra bonos mores ciuiles, quales sunt isti. Abb.vbi suprà col.3.& col.fi.Imol.col.26.Sed & si sint boni mores canonici, adhuc idē, nā si inde nō sequatur peccatū, nō impediunt vim iuramenti. Abb.in d.co.3.ad fi. Tñ in foro exteriori tene cōem alia ratiōe. Quia negari nō potest, quin ipsemet testator, cuius de successione agebatur, periclitetur, si re uera is, qui ad eius hæreditatem aspirabat ei parabat insidias, & quo ad forum exteriorem & contētiosum satis est, ꝙ licet non in actu, saltem in potētia tales insidiæ parari possint contra eum, cuius de hæreditate agebatur, nec verisimilitudo necessario quærenda est.

Præterea circa istam rem adde, quòd si interfuit iusta cā suspicionis tunc iurās nec tenetur ad obseruantiā, nec ad periurium. §.accessit. vbi Viglius Inst.de testa.hoc primò Si nō interfuit iusta (secundum cōem æstimationem) sed iusta fuit secundū opinionē iurantis, tunc idē. hoc secūdò.

Quòd si nec secundum ipsum iusta fuit, tūc fit periurus vt der Alex.col.2.in l.stipulatio.supra alleg. Quòd si quæratur, an in foro contentioso possit compelli seruare iuramentum? Respondeò minimè, cum possit ipse dicere se malè suspicari de iuramentum recipiente arg.d.§.accessit. & quod ibi Theophi.& Viglius.nec cā suspicionis quærēda est d.l.quia poterat.& arg.l.filius matrē in prin. C.de inof.testam.l.si emancipatus.2.de contratab.ff. Idq́; non ita expeditum in eo, qui vxorem dicere promisit, cū eā suspicionē allegare non possit, nec allegatio sine probatione releuet, ex quo agitur de præiudicio, & honore puellę, at isto casu nullum fit damnum ei, cui denego hęreditatem meā Sicq́; apparet esse harū rerum non obscurā differentiam.

21 Quid in contractibus innominatis, an firmētur† per interuentum iuramenti? Et Corne.in d. authē. sacramenta. q.14.C.si aduer.ven.tenet, ꝙ firmentur, & producāt actionem, Contrarium tenet Alciatus sub quadam distin.in d. c.cum contingat in fi.

Sed Cornei opinionem veriorem puto. Nam si cōueni tecum, vt mulam pro equo acciperes, & ita futurum vtrinque iuratum est, tunc licet iuramento non adhibito vtriq; pœnitere ante implementum liceret. vt in l. si pecuniā in princip.ff.de condit.ob cau.l.3.eodem titu.per totum. C. eodem. tamen modo non licebit, quinimò si offero mulā, eam inuitus teneris accipere, & equum pręstare. Similiter si mulam tibi dedi, deinde antequam tu equum dares, pœnitui, volo mulam repetere, tunc licet id possem, si iuramentum non interfuisset dicta l.si pecuniam.l.naturalis.§ 1.ff.de prescr.verb.tamen modo non potero post interuē tum iuramenti, pænitere, quia & tale iuramen. potest seruari absque animarum & alicuius tertij pręiudicio, & iuramen. Ad hoc interpositum videtur, vt conuētio omnino, firma sit, & sortiatur effectum, ergo. Vt d.c.quamuis.d.c. cum contingat d.c.licet, mulieres, per gl.& Moder.in d.l. si pecuniam verb.necesse.

1 *Stipulatio quare inuenta, et cōtractus quare inuentus numero.* 3.

2 *Formæ omissio non semper nocet.*

5 *Obligatio naturalis an oriatur quando alteri stipulamur, Et oblig na.oritur ex contractu qui fit lege resistente cū Ias.contra communem nu.*7.

8 *Obligatio naturalis quæ oritur ex stipulatione alteri facta caret effectu in foro contentioso contra communem opi.*

*Obligatio naturalis quæ ex stipulatione alteri facta oritur utilis est in foro animę noua declar.nu.*8.

9 *Obligatio naturalis oritur ex contractu lege resistēte facto & est in foro animæ præter doct. sententias.*

10 *Sipulatio alteri facta iuramēto non conformatur in vim stipulationis, sed in vim nudę conuentionis noua decla.*

11 *Stipulationi de alteri dando lex resistitur contra communem opinio.*

12 *Obligatio naturalis oritur ex cōuentione cui lex resistit ea tamen vtilis est solum in foro animæ contra communem opin.*

13 *Obligatio naturalis oritur ex alienatione rerum quæ à lege vendi vetantur contra communem op.*

14 *Obligatio naturalis oritur ex venditione rerum ecclesiasticarum contra communem.*

15 *Obligatio naturalis oritur ex venditione marmorum ædib. fixorum contra communem.*

16 *Obligatio naturalis oritur ex venditione prędij retentis colonis contra communem.*

17 *Obligatio naturalis oritur ex stipulatione vsurarū facta vltra carum legitimum modum contra cōem opi.*

18 *Obligatio naturalis oritur ex contractu prodigi cui bonis interdictum est contra communem.*

19 *Obligatio naturalis oritur ex cōtractu inito sine consensu consanguineorum qui ex forma statuti interuenire debebant contra communem opi.*

29 *Lex dicat talis cōtract. fieri nō potest siue an vero talis contractus fieri non possit, nihil interesse contra Bart.& seq.*

21 *Obligatio naturalis oritur ex fideiussione mulieris contra cōmunem opin.*

22 *Obligatio na.oritur ex contractu vetito etiā cum clausula annullante contra communem.*

23 *Oblig. na.oritur ex alienatione facta a minore non ritè contra communem.*

24 *Insinuatio requisita cum clausula irritante impedit actionē oriri contra communem.*

25 *Obligatio natu.oritur ex contractu alienationis fundi dotalis.contra communem.*

*Iuramentum non firmat actum ex quo obligatio nulla oritur contra communem nu.*25.

26 *Stipulatio de alteri dando non valet iure regio contra Couarru.*

27 *Stipulationi de alteri dando lex resistit, contra Couarruuias.*

28 *Stipulatio nullam producit actionem etiam de iure canonico cum communi contra Panormi.& Fortuni.& declara.l.Tauri 54.& 55.& 56.& 57.& 58.& l.13.tit. fin.lib.3.fori,*

33 *Stipulationi de alteri dando lex resistit cum multis contra communem.*

34 *Pœnæ adiectione non firmatur actus, cui lex resistit. cum communi.*

37 *Stipulatio de alteri dando non valet etiam de iure canonic cum communi contra alteram communem.*

39 *Confessio facta in absentia patris non producit plenam probaotionem etiam de iure canonico contra communem.*

41 *Pollicitatio an iure canonico firmetur iuramento.*

42 *Sola ciuilis obligatio ſine conſenſu oblig. na. nunquam reperitur.*
47 *Liter ar um obligatio requirit conſenſum teſtamentum iure regio eſt informe.*
50 *Teſtamentum iure regio ſolennia requirit ad probationem, tantum op. noua.*
52 *Forma non impletur æquipollenter.*
54 *Teſtam. valet iure regio licet teſtes non ſint præſentts noua opinio.*
55 *Cæcus poteſt eſſe teſtis in teſtamento. noua opi. de iure regio, tamen.*
Cęcus poteſt eſſe teſtis in actibus inter viuos. nu. 55.
60 *Teſtamentum per notas iure regio ſcribi poteſt.*
61 *Rogitus tabellionum iure regio ceſſat in teſtamento.*
67 *Teſtis compulſio non vitiat teſtamentum iure regio noua opinio.*
71 *Teſtamentum vnico contextu fieri iure regio non requiritur.*

SEXTVS caſus Bar.in d.l.ſi quis pro eo,re
ſeruatus fuit ad vltimam partem huius re-
lationis: quia longiorem aliquantulum ma
teriam continere videbatur.Et verſatur cir
ca iuramentum his actibus appoſitum qui
improbantur ex defectu vtilitatis agentiū.
Quale eſt cum alteri ſtipulamur, & in ſimilib. ſpeciebus.
Ad quarum cognitionem pręmittēdum eſt quod vltimus
1 finis effectus cauſaq́; finalis† inueniendarum ſtipulationū
fuit vt vnus quiſque ſtipuletur quod ſua intereſſet.Quo fi
ne ſeu cauſa finali ceſſante, ceſſat legis diſpoſitio & virtus
his ſtipulationibus attributa.conc.§.alteri.inſtit.de inu.ſti
pu.eod.tit.ff.l.ſtipu.§.alteri.quod obtinet non ſolum in le
gibus permittentibus.vt ibidem.Sed & in legib.punienti-
bus.vt l. adigere.§.quanuis.ff.de iure pacto. Nec mirū cū
parem virtutē lex habeat in imperando vetādo permitten
do,& puniendo.l.legis virtus.ff.de legib. Idēq; in hominū
diſpoſitionib. ſiue inter viuos fiat.vt l.generaliter ad fi. de
epiſc.& cler.ſiuę in vltimis voluntatib.l.cū.pater.§.dulciſ
ſimis de leg. 2.ff.facit optimè nā licet forma legis ſit ad vn
guē ſeruanda.l.cū his.§.ſi præter.ff. de tranſactionibus. l.
ſi vnus.C.de teſtamētis. l.nemo pōt de leg.1.ibi Bar.col.1
& latè oēs moderni. At ab ea receditur, & eius omiſsio
2 non nocet† qn̄ ceſſat cauſa finalis, & potiſsima ad quā for-
ma illa inuēta fuit.ita procedit.l.filio pręterito.ff.de iniuſt.
rupto.c.ſtatutū.§.de illo.de reſcriptis.in 6.id quod plenius
ſuo loco,& notat Aretinus in rubr.ff.de liberis,&poſthu-
mis,facit quia ex expreſſa vel etiam præſumpta voluntate
teſtatoris recedimus ab omnibus regulis in vltimis vo-
lunta.loquentibus,idq́; fit,eò ꝙ illæ regulæ inuentæ fue-
runt ad ſeruandam teſtatoris volūtatem pręſumptam, vn
de ſi conſtet,vel magnopere præſumatur in aliud tendere
teſtatoris volūta.diſpoſitio,& virtus legis eo caſu loquen-
tis ceſſare debet.vt per plura,q̈.20.exēpla probauimus ſuo
loco facit.l.pater Seuerinam.§.1.ff.de condi. & demonſt.
l.conditionibus pupillus,eod.tit.& in l.in conditionib.pri
mum locū eodē tit.dixi in materia pupillaris ſubſti.infrà.
3 Adde,quòd vt ſtipulationes inuentę ſunt, vt quiſque
ſtipuletur quod ſua intereſt,quo fit, vt intereſſe ceſſante,
ſtipulatio nulla fit,vt ibid.ita & alij†contractus iuris gen-
tiū propter vſum intereſſe vtilitatem, & neceſsitatem ho
minū inuenti.ſunt.vt §.ius autem gentium.Inſtitu.de iure
natu.verſ.nam vſu iuncto verſ.ex hoc iure.quo fit, vt vtili
tate ſeu intereſſe contrahentis ſuo nomine ceſſante, cōtra
ctus quoq; fit nullus,& poteſtas talibus cōtractibus attri
buta nulla eſſe debeat ita intelligo l.quęcūq; gerimus. ff.de
act.obl.l.quæ tutela.in fi.ff.de reg.iur.& d.l.ſtipulatio.iſta.
in d.§.alteri.cum infinitis concl. Qua ratione idem dicen
dū in pactionibus,cum ſint iuris gentium.l.1.de pact. ff.l.
conuentiones; eodem.l.iuris gentium,§. prætor ait.eodē
l.1. de conſtit.pec.l.non minorem.C.de iuriſdictio. quod
ſpecie probat dicta.l.quo tutela in fi.& d.l. quęcunq; geri-
mus in verb. contrahere. ꝙ fortius probatur per l.ex con
uentione,C.de pact.& l.1. C.ſine cēſu,vel reliquis.vbi eſt
pacto quod inuito valuit, agere nō poſsū, qn̄ deſinit mea
intereſſe,ergo lōgè minus ſi nec intereſt,nec interfuit un
q̈.argum.l.patre furio.ff.qui ſunt ſui.vel alie.iur.Infero in-
tell. ad l.pen.in fin.ff.de pact. Nam iō ibi pactum de non
alienando non valet,cum ſimpliciter, & generaliter factū
fuit,quia mea nō intereſt, ꝙ tu fundum tuum alienes, vel
non. Et ꝙ vera ſit ratio quam dedi ad dicta iura, adde Ia-
cobum Butrig.quem refert Bart.in l.non dubium.colum.
3.in fi. C.de legibus.& adde Iaſ.in l.Gallus.in princip.nu-
me.108. de liber.& poſth.Et ex.d.§.alteri.ex glo.nil inter
4 eſt.in prin.ipſius† nota tria ſingularia.Primum,quòd ſi al-
teri ſtipulor,inde licet ciuilis obligatio non oriatur,oritur
tamen naturalis.Secundum,quod illa naturalis non ei, cui
ſtipulor, ſed mihi quæritur. Tertium quòd talis obligat.
nat. mihi quæſita non id continet, quòd mihi detur, ſed
vt videtur ei,cui ſtipulor. Vnde infertur, quod ipſo iure
tolleretur,ſi ei,cui ſtipulor,ſolutum eſſet,etiam me vetan-
te,ſeu ignorante.
5 Prima concluſio,quod oriatur†natu.oblig. tenetur per
Bart.ibidem,& vbique,vt patet ex relatione Alexan.ibid.
ſuper glo.qui etiam eā ſequitur & eand.ſequitur Iaſ.ibidē
dicens eam cōiter app.quam etiam ſequitur,&dicit cōem
in alijs locis infrà allegandis. Sunt tamen plures authores
non leuis authoritatis,qui tenent cōtrarium:ſcilicet, quod
ſi alteri ſtipulor,inde nec nat.oriatur oblig.nec ciuilis.pro
quibus vrgent infinitæ.ll.quas allegant Alex. & Iaſ. ibid.
propter quas olim tenui contra communem.
6 Modo tamen ſum in opinione† & nouiſsima,& (vt ar
bitror)veriſsima,ſcilicet,quòd oriatur oblig. natu. & ita
procedat gloſſ.& communis opinio.effectus tamen huius
nat. oblig.ſemel ortæ impediatur per legem,& ita proce-
dat op.contraria.Primum,ſcilicet,quod oriatur oblig.nat.
probatur ineuitabiliter tali ratione. Certum eſt,quod nat.
oblig.oritur ex conſenſu.ff.de act.& oblig.l.ex conſenſu,
§.1.Inſti.de obl.ex conſenſu.l.3.C.de poſtu.facit l.fi.C.de
non nu.pe.l.1.§.ſi legatarius.ff.ad leg.Falc.cum ſua glo. &
glo.l.ſi per errorem.vbi doct.ff.de iuriſ.om.iud.l.3.§.ſub-
tilius.ff. de cond.ob cau.quo fit,vt ſi tibi promiſi me Ti-
tio daturum.(ita enim formari debet qō,vt verba obligati
ua in ſtipulantem,executiua in eū cui ſtipularis, conferan
tur)tunc conſentire videar me tibi obligari ad Titio dan-
dum,quia id importāt hęc verba,quę ſunt paſsionum ani
mi,voluntatis,conſenſusq́; teſtes certiſsimi.l.quod Labeo
de ſuppel.lega.l.non aliter.de leg.3.& cū conſenſerim, na-
turaliter me obligatum conſtat.Sed obſtat, quod cū alteri
ſtipulor,non ſum huius propoſiti. vt mihi obligeris,ſed il
li,vn̄ extra propoſitum meum obligationē acquirere non
poſſum.arg.l.nō oēs.ff.ſi cer.pet.l.abſenti.de don. Reſpō.
ſecundū Ale.in d.§.alteri.ſuper gl.ꝙ hoc arg.quod fuit Ra
pha.nō obſt.Nam cū verba obligatiua in me conferantur
patet,me huius fuiſſe propoſiti,vt obligatio mihi quærere
tur non in meam,ſed in illius,cui ſtipulor,vtilitatem. Nec
repugnat, quod mihi obligationem ad alterius vtilitatē ac
quirere voluerim,ſicut fit,quando alteri,nomine ipſius ſti
pulor,quo caſu non ſolum naturalis,ſed etiam ciuilis obli-
gatio oritur,vt glo.approb.in l.huiuſmodi.in princ.de leg.
1.ff.& alias in l.ſi ſeruus ea lege.ff.de ſerui.expor.Secundo
quòd oriatur naturalis obligatio,probatur euidenti ratio-
ne.Nam conſenſus,& voluntas,ex qua vt probaui, natu.
obligatio oritur,eſt quid facti,non iuris l.bonę fidei.§.ȷ ff.
de acquiren.rerum dominio.l.pro hærede.in prin.ff.de ac
quiren.hære.l.ſi ita legatum.§.illi ſi volet.de lega.1.l.fina
cum glo.quando dies leg.ce.ff.iuncta.l.ñ.ff.de condi.inſti.
probaturq́; in l.fin.C.de inſti.& ſubſti.ibi voluntatis eſſe
quęſtionem.cum infinitis legib.dicētib.voluntatis eſſe nō
iuris quæſtionem,ſed res facti iuri ciuili infirmari non po
teſt,ait formaliter,l.1.§.ſi vir.de acquir.poſſeſſ.& quod ſe
mel factum eſt, iuſectū fieri iure ciuili non poteſt.l.in bel
lo.§.

lo §.factę.ff.de capt.adeo.vt fictiones ad ea,quæ sunt facti (veluti possessionem)non trahantur.l.denique.ff.ex quib. cau.maiores.Cum ergo in proposito interfuerit consensus qui est facti,cumq; semel factum,infectum iure ciuili non possit fieri,nullaq; lege infirmari possit,superest.&c.Tertio confir.nã cõsensus est iuris naturalis.l.libertas.ff.de statu hom.&,naturali æquitati nil conuenientius,q̃ voluntatem cuiusq; se obligare volentis ratam esse.§. per traditionẽ.Inst.de rerũ diui.& hominis voluntatis nec per legem, nec per ipsum hominem terminis imponi possit.l.si quis in prin.testa.de leg.3.ff.facit l.pacta nouissima.C.de pac.§. posteriore,Inst.quib.mo.testa.infir.sed iura. naturalia iure ciuili perimi non possunt l.eas.causas.de cap. dimi.ff.l.iura sanguinis de reg.iur.§.fi.inst.de leg.ag.tut.ergo &c.Quarto id euidẽter probatur.Quid enim si alteri stipulor,ignorans id à lege prohibitum esse?nonne tunc absurdum esset dicere promissorem naturaliter non obligari? cũ omnino consenserit,nec ignorantia iuris talem naturalem obli.impediat,cum lege naturali non teneamur scire leges positiuas,licet lege ciuili teneamur.vt l.leges sac.C.de lega.

Probatũ est rationibus,ꝙ oritur nat.oblig.idq; & 5. probatur † authoritate Ias.qui in alio proposito ait,ꝙ qñ.l.resistit alicui contractui puta iubet,ne aliquis audeat cõtrahere cũ minore nisi seruata certa solennitate,tunc licet secundum cõem op.impediatur ẽt nat.obl.ortus,tñ secũdum ipsum,ortus eius non impedit,licet eius iã ortæ effectus impediatur.ita Ias.in l.si non sortẽ.in pr.ff.de cond.inde.& in l.Iul.eo.ti.n.3.Sic ergo & in proposito dico ortũ obligationis nõ impediri,licet obligationis naturalis iã ortę effectus impediatur.Stringo.Nã si illud fit,quãdo lex resistit,& cõtractus est cõtra legẽ quãto magis in proposito vbi lex nõ resistit,sed ẽt nõ assistit,vt sic cõtractus iste præter legẽ,nõ cõtra legẽ videatur?secundũ gl.appro.in d.§. alteri.in verbo conuenit.Sexto pro me est tex.in l.iul.ff.de cond. inde. in verb.natura.vbi sententia non põt tollere natur.oblig.licet tollat ciuilẽ.& ita perpẽdit Ias.ibi nu.2.& 3.Ratio quia ciuilis ratio iura ciuilia perimere põt,naturalia non vtique §.fi.Inst.de leg.ag.tut.& d.l.eas causas & tñ lex ciuilis summam authoritatem præbuit sententię.Patet quia dixit l.rẽ iudicatam, pro veritate esse vt l.res iudicata ff. de reg.iu.de quo per Ias.in d.num.2.& 3.& in l.ex hoc iure ff.de iust.& iu.Adde.& 7.secũdum Alex.in d.§.alteri.col.2.in pr.ꝙ negari non põt,quin hic interfuerit pactum & cõsensus duorum ergo natur.obli.oritur l.5.§.Imperator in verb. naturaliter ff.de solut.l.Stichum.§.naturalis eo. tit.Octauò per l.contra iuris ciuilis.ff.de pact.iunct.l.1.in fi.ff.de nouat.in quibus probatur ꝙ licet pactum,seu conuentio, qua pupillus sine tutoris authoritate cond. suam deteriorem facit,sit contra regulas iuris tamẽ ex eo oritur nat.obli. dummodò pupillus esset doli capax.& per hoc consentiendi. Ad quas ll.vi.Ias.in l.si non fortem.in pr.nu.3.de condi.inde.ff. Nonò,quia negari non potest,quin stipulatio ista non sit contra legem,sed tantum præter legem.vt ait gl.in verb. conuenit.supra.all.quam sequuntur omnes & etiam Alexã.& Ias.super gl.ergo inde debet oriri natu.obli. Sat. ergo probatum est ortum nat.oblig.non impediri hic.

8 Quòd autem eius effectus † impediatur,probãt infinitę ll.quas allegant Alex.& Ias.in d.§.alteri super gl. conuenit. In primis est tex.in §.si quis alij.Insti.eod.in verb.nil agit. nam si nil agit,ergo naturalis etiã effectualiter non oritur. Secũdo est tex.in l.si ita stipulatus fuero,si Titius.§.Chrysogonus.ff.de verb.in verbo nullam vbi dicitur nullã prorsus oriri obligationem,ergo nec naturalem,nec ciuilẽ Tertiò est tex.in l.certi condi.§.quoniam.ff.si cert.pe.in verb. nulla vbi hanc stipulationem nullã appellat.ergo inde nulla prorsus effectualiter oritur obligatio.Quartò est tex.ibi. in verb.inutiliter,vbi hanc stipulationem inutiliter interpositam tex.ait,ergo nec ad naturalẽ obli.effectualiter prodesse potuit.Quinto est tex.ibid.in vers.idem quæri.iũcto versi.numeraui,vbi cum post numeratorẽ stipulor sub impossibili conditione mihi reddi,quo casu stipulatio absque dubio nulla est,vt exprimit ibi.& l.impossibilis.ff. de verbo.ita quoque & si stipuler alteri dari: itaque æquiparãtur isti duo casus quòd sub cõditione impossibili stipuler, vel ꝙ alteri dari stipuler, ergo vt illo casu stipulatio est procul dubio nulla,vt nec inde effectualiter oriatur natu.obli. ita & isto casu.Sextò est tex.in l.quo tutela.ff.de reg.iur.§.fin. vbi nec stipulari,nec pacisci alteri possumus,nec etiã emere,vel vendere.ad eund.est etiã tex.in l.fundus ille.ff.de cõtrahen.emp.Septimò per l.quęcũque gerimus.ff. de actio, & oblig.eod.modo põderãdo,maximè in verbo,cõtrahere,quod trahi potest non solum ad pactiones vestitas, sed & ad nudas.Octauo per d.§.alteri.d.legis.stipulatio. & p. §.alteri insti.eod.vbi dicitur, alteri stipulari nemo potest. & sic omnino denegatur potentia, vt nec id fieri possit ad effectum producẽdę obligationis ciuilis simul & natu.nec ẽt naturalis tantùm:nã si fieri posset ad effectum obligãdi saltem naturaliter,iam tũc illa vniuersalis negatiua, scilicet (nemo potest) redderetur in parte falsa, & consequenter in totum textus assertio falsa iudicaretur.l.si is qui ducenta.§.vtrum vbi omnes.ff.de reb.dub.Et ꝙ hęc verba denotant omnem impotentiam,tradit Ias.in l. non dubiũ n.30. C.de legit.Nonò per l.non dubium.C.de legibus. vbi prohibitio legis non solum reddit actum nullum,sed etiã facit eum haberi pro infecto.Cũ ergo d.§.alteri & etiam §.alteri.Institutio.eod.dicant fieri non posse, & sic non solũ in futurum,sed etiam in præteritum prohibeant interpositionem huius stipulat.sequitur eam & nullam esse,& pro infecta habendam. Nam sit id verũ quãdo lex diceret,quòd talis stipu.in posterum non fieret, quantò magis si loquatur per verb.præsentis temporis,dicendo,fieri non potest? Nam alias habetur differre dicat l. irritetur contrafactum an vero dicat,irritum fit. vt hoc secundo casu intelligatur ipso iure,illo autem casu demum sequuta sententia declinatoria. vt habetur in authe.cassa,& irrita.C.de sacros.eccles.Decimo per l.1.§.seruus meus versi.nullius momenti ff.de stip.seruo.Vndecimo per l.rescriptũ.§.fi.l.si tibi decẽ §.si pactus.ff.de pact.vbi si paciscor tecum ne à Titio petas,ex tali pacto nulla exceptio quæritur Titio.Duodecimo per l.1.§.1.in verb.nil agit.ff.de stipula.seruo.Decimo tertio si natu. oblig.hic efficax nasceretur, vt vult gl.nostra cõiter appr.sequeretur,quod si id,quod mihi quauis ratione debes alteri dari stipularer, tunc prioris obligationis nouatio fieret,cũ hic interueniat noua persona.& sola natu.oblig.sufficiat ad inducendã nouationẽ,l.1.§.fi.ff.de nouati.§.præterea.Inst.quib.mo.toll.ob.sed hoc ẽ expressim contra l.certi condi.§.quoniã.ff.si cer.petatur.ergo sequitur quòd ex ista stipul.vel minime oritur natu.obli. vel illa est iuri ciuili eneruata.Et hoc argu.vtitur Ias.in d.§.alteri.super glos.conuenit.Decimoquarto fund.collige ex Ias.in d. §.alteri dum refert Rapha.Decimoquinto pro me est tex. not.in l.eum qui §.item si mihi.ff.de consti.pecu.quẽ allegat,& inducit Ias.in d.§.alteri.& resp.Iasonis non euacuat difficultatem ei enim,quòd licèt prętor ex æquitate dederit actionem ei,cui cõstituitur, ex eo quòd sibi naturaliter obligatur constituens,tamen istud fit,quando ius, cui constituitur,interest constituẽtem naturaliter obligari, veluti si debebatur ipsemet,cui constituitur.Cæterũ si ei non debebatur,sed alteri,tunc frustra sibi natu.oblig.quæreretur cũ cõmodũ eius nõ respiceret,sed alterius, vnde naturalis oblig.tunc non oritur,quia eius cui constituitur, nõ interest eam oriri. Sed certè idem punctualiter & in proposito dicendum esset,vt licet aliàs ex stipulatione leges polliceantur act.ciuilemq; & natu.obligationem oriri,quando interest stipulantis,tamen cum eius non intersit,tunc nec ciuil. obligatio oriatur, vel si oriatur propter mutuum consensum stipulantis & promittentis, tamen ipsa iam nat.oblig. orta debilitetur,& eneruetur iure ciuili, vel rectius per ius ciuile nulla sibi vis,& potestas,nullusque effectus atribuat. Decimosexto adduco.Nam etiam ad quod pactum ab initio valuerit,si tamẽ ex post facto desierit interesse paciscẽtis,tunc ex eo agi non potest.l.ex conuentione.C.de pact.

l.1.C.

l.1.C.ſine cenſu vel reliqui.Si ergo pacto, quod ab initio continebat vtilitatem,& intereſſe paciſcẽtis,& de hoc valebat,nullam vim,nullam poteſtatem ſeu effectum tribuit l.ex eo,ꝙ ex poſtfacto deſit vtilitatẽ,ſeu intereſſe paciſcentis continere.vt dd.ll.quãto magis in propoſito, vbi etiam ab initio nullam continebat vtilitatem,dicendum eſt huic pacto nullam uim & poteſtatem per l.attribui?Stat ergo ſatis probatum,ꝙ ſi alteri dari ſtipulor, tunc inde oritur nat.obli.propter mutuum conſenſum ſtipulantis,& promittẽtis,hoc primo.quæ quidem nat.obl.attento iure ciuili,& prętorio nullius eſt momenti.Nam ius,quod dedit vim & poteſtatem naturali obligationi vt prodeſſet ad opponendam except.& ad retentionẽ.vt late habetur per gl.& doc. in l.cum quis.C.de iur.& fact.ign.& interdum etiã ad act. intentandam,veluti ſi poſt aliam nat.obl.hęc nat obli.orta fuit.l.j.§ debitum.ff.de cõſt.pec.l.fi.C.ad legem Falcidiã. iſtud inquam ius noſtrum hanc naturalem oblig.quæ orit̃ ex ſtipulatione de alteri dando factam, eam noluit ad effectum perducere,quo fit,vt iſte promiſſor in foro contentioſo tutus ſit,non ſecus,quàm ſi nunquam promiſiſſet,in foro autem animę promiſſa ſeruare teneatur propter nat. obli.quæ orit̃ ex mutuo conſenſu ſtipulantis,& paciſcẽtis. Et iſte eſt effectus magnus huius meę opinio.ſuntq́ue iſta & nouiſsima,& notatu digniſsima,& cõtra mentem tam tenentium communem opinio.quam contrariam.Nã contra tenentes communem opinionem infertur, quòd hæc natu.oblig.quæ oritur hac ex ſtipulatione,de qua hic, non prodeſt ad excep.opponendam,nec prodeſt ad retinendũ, nec prodeſt vnquam ad agendum, vt in foro contentioſo inutilis omnino ſit.Item contra tenentes communem opinio. infertur, quòd actualiter obli.na. orta fuit propter mutuum conſenſum,quod ipſi negarẽt,ſcilicet, promiſſorem cõſenſum præbuiſſe.vt patet ex fund.Raph. ꝙ refert & diſſoluit Alex.in d.§.alteri ſuper gl.iam alle.Itaq; cõtra eos teneo hic mutuum conſenſum interfuiſſe.hoc.primo. Et conſequenter nat.obli.natã realiter fuiſſe.hoc ſecundò. Et conſequẽter promiſſorẽ in foro animę obligatum eſſe. hoc tertiò. Vnde ſubinferri poſſet,quòd ſtipulatori licet rẽ promiſſam furari,vt ei daret,cui ſtipulatus eſt. Quæ omnia,quę a me dicta ſunt poſſunt cõprobari per Iaſ.vbi pulchrè contra communem tenet in l.ſi nõ ſortem.in pr.ff.de cond.indeb.ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ cum minoribus nullus cõtrahere audeat niſi certa ſolennitate ſeruata ꝙ ſi cõtra formam ſtatuti aliquis cum minore cõtrahat,ex illo cõtractu ẽt natu.obli.non oritur ſecundum communem.Iaſ.contrà nã vult naturalẽ obli.oriri propter mutuũ cõſenſum pupilli,& alterius(quod intellige,qñ pupillus ſeu minor erat doli.capax,& ſic conſenſit.iuxta glo.magiſtrã in l.1.ff. de nouatio)illam tñ omnino inefficacem eſſe. Quod vltimũ verũ eſt quo ad forũ contentioſum,aliud tñ quo ad forũ aĩę.

9 Subdit tamen Iaſ.quòd ſi lex vltra †procederet,dicẽdo, ꝙ ſi contra illam formam contractus eſſet celebratus tunc eſſet ipſo iure nullus,tunc etiam actualiter impediretur ortus nat.oblig.non ſolum eius effectus. quod etiam tenent glo.in verb.ob id.& ibi Bart.& omnes in l.nõ dubium.C. de legib.Sed id etiam falſum puto. Nam omnia fund.quæ adduxi ſuprà,concludunt,quòd lex non habet potentiam ad impediẽdum ortum nat.obliga.licèt poſsit eius effectus impedire,effectus inquam.quos natu.oblig.ſortiũtur in foro contentioſo.Itaque & in iſto caſu puto nat.oblig.cõtra oẽs naſci,quæ deducitur ad effectus,qui ſunt in foro animę quod eſt & contra communẽ,& contra Iaſ.maximè in minore,quem præſumo cõſenſiſſe ex ignorãtia legum.vt vi. Bar.in l.cum lex.de fideiuſſ.& in l.ſi quis pro eod.col.pen. eod.& in l.1.de nouat.& in l.ſi non ſortem.in prin.de cõd. indebit.tenentem,quòd ex omni cõtractu,cui lex reſiſtit, nõ oriatur obligatio naturalis.Bal.in l.non dubium.de leg. col.pe.in fi.& Bar in l.cum quis col.2.in princ.C.de condi. indeb.cum,quibus vbique eſt communis opin.

Ex ſuperioribus infertur,an ſit vera opi.Bart.in l.ſi quis
10 pro eo in 6.caſu.ff.de fidei.dum ait,quod ſi quis † alteri ſtipuletur,hæc ſtipulatio licet regulariter nulla ſit,tamen firmatur per interuentum iuramenti.Et cum Bart. eſt cõmunis opi.ſecundum Alciatum in d.c.cum contingat.nu.221. extra.de iureiu. & ſecundum Imolam ibid.in 6. membro vbi Abb.num.31.& Corneus in authen. ſacramenta puberum.num.58.C.ſi aduerſ.vend.idem Bart.in l. cũ lex.ff.de fideiuſſ.Didacus de Couar.in c.quanuis pactum de pactis. in 6.in 2.parte.§.4.gl.in c.quoties cordis oculus.1.q.7.Anto.in d.c.cum contingat.Alex.& Iaſ.in d.§.alteri poſt alios quos ipſi referunt Bald.in l.nam & poſtea.§.iuſiurandum de iureiur.

Contrarium tenent Romanus con.440. col.fi.Faber.in §.ſi quis alij.Inſti.de inut.ſtipu.& Bald.in d.c. cum contingat.in 5.concluſione.& Corneus tentat in d.auth.ſacramẽta impuberum.C.ſi aduer.vend. num.35.

Contra iſtam concluſionem communem fortiter facit quia qui alteri ſtipulatur,non id agit,vt ſibi obligatio acquiratur ciuilis,aut naturalis,ſed vt acquiratur ei,in cuius fauorẽ,& vtilitatem fiebat ſtipulatio.vt tenuit glo.ab omnibus indifferenter app.in d.§.alteri, vnde per interuentũ iuramẽti nulla obligatio acquirit̃ ipſi ſtipulanti,quia id ab ipſis contrahentibus nõ agebat̃.ergo &c.vt in l.non oĩs.ff.ſi cer. pet.l.obligationũ ſubſtantia.ff.de acti.& oblig.l.fi.C.de nõ nu.pe. Nõ quoq; illi abſenti vlla acquiritur obligatio,quia ipſe nõ agnouit,aut acceptauit,ſicq́; hæc res ſimilis eſt donationi,quæ abſenti non quæritur.l.abſenti.ff.de dona.l.q abſenti.ff.de acqu.poſſ. vel ſimilis eſſe videt̃ pollicitationi, quæ cum fiat abſenti,regulariter ei nulla ẽt naturalis acquiritur obligatio ſecundum communẽ opi.de qua per Iaſ.& Ripam poſt alios in rubri.ff.de verb.obli. qua in re deficit poteſtas ex parte ipſius promiſſoris.Licet.n.ipſe velim me abſenti & ignoranti ex cauſa contractus vel actus inter viuos obligari, tñ non poſſunt vti dd.iuribus. Et licet virtus iuramẽti faciat, vt voluntas ſeſe extendat quatenus ſe extendit eius poteſtas, tamẽ cum hic etiam poteſtas deficiat, nõ videtur quòd poſsit ſuppleri per interuentum iuramenti & ſic ceſſat ratio tex.in l. cum pater §. filius matrẽ.ff.de leg.2.& quæ ibi habentur per Bar.& omnes.

Sed certe pro communi opi.ſtringit,quia ex iſta ſtipulatione,ſeu conuentione negari non põt,quin contrahẽtes voluerint ſeſe aliquid agere.arg.l. ſi quando.ff. de leg.1.l.ſi quando in prin.cum gl.C.de inoff.teſta.l.3.ff. de mil.teſta. Ideoq́; diximus late ſuperius,quòd exinde naſcitur obligatio naturalis, licèt ipſa careat effectibus:& donationis,quę regulariter accommodauit lex ciuilis obligationibus naturalibus.Ergo id ab ipſis actum eſſe intelligo,vt promiſſor ſtipulatori obligetur ad dandum aliquid ei, in cuius commodum fiebat ſtipulatio,quòd licet iure ciuili fieri non poſsit tamen per,interuentum iuramẽti de iure canonico executioni & mandabitur, & fieri potuit: etenim iuramentum reducit nos ad terminos iuris gentium, quo iure attento, antequàm lex poſitiua fieret, talis conuentio valeret neq; erat nulla prohibitio,ergo iuramẽtum id obſeruãdum eſt, argum.c.cum contingat de iureiu.ca.licèt mulieres eodem titu.lib.6.c.quanuis de pact.in 6.c.ſignificante. extra de pignori ſecundum noſtrum intellectũ.Quę cõcluſio primò intelligitur vt procedat de iure canonico,& ita caute loquitur Bart. Sed an etiam valeret de iure ciuili talis ſtipulatio? Mouet quęſtionem, quia etiam de iure ciuili iuramentum facit,vt actus valeat in omnem euentum,& in omnem caſum.quo melius,& plenius valere poteſt.d.§. filius matrẽ. vbi Bar.& omnes in d.l.ſi quis eo.nu.6.caſu Bart.col.4.vbi omnes in l.non dubium.C.de legib.Cogita,nam cum infinitis legibus ſuprà oſtenderimus legem ciuilem huic ſtipulationi reſiſtere,eiq́; actionem denegaſſe:ſupereſt, vt cum ceſſet poteſtas contrahentium.nil operetur iuram.vt in d.l. non dubium.& l.ſi quis inquilinos.§.fi.ff.de leg.1. Ad l.cũ pater §.filius matrem.reſpon.quod ibi non defuit poteſtas agentis.teſtator enim poteſt legare,& fideicommittere nõ ſolum ab hæredibus ſcriptis, ſed etiam à legitimis.l conficiuntur.ff.de iur.codi.l.1.§.pen.ff.de leg.3.ſi fundum per fideicommiſſum

deicōmissum.aliàs incipit,si Titio pec.§.sicuti.ff.de leg.1.

Vnde infertur,ꝙ cum contractus stipulationis sit excellentior,& efficacior reliquis omnibus contractibus, hæc stipulatio non valebit in vim stipulationis, sed in vim conuentionis validę de iure gentium,sicq; licet per interuentū iuramenti mandabitur de iure canonico executioni, tamē carebit priuilegijs,quæ lex ciuilis contractui stipulationis supra reliquos contractus accomodauit. lex enim ciuilis habuit potestatem adimendi huic contractui, quod ei dederat.c.omnis res de regulis iuris.l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.nam cuius est dare,eius est adimere.l. quidam referunt.ff.de iure codicill.l.1.§.pen.ff.de lega.3.per totum.ff. de adim.lega.& Insti.adempt.leg. Et re vera ista fuit mēs Bart.dum in d.l.si quis pro eo.in 6.casu. ait cōuentionē de iure canonico valere licet cōiter doct.suprà relati simpliciter teneāt stipulationem valere.Qui ita intelligēdi sunt ne scio an ita senserint, sed si eorum sensus diuersus esset verus non esset.

Item ex nostra principali opinione infertur veram non esse opi.Bar.vbi suprà in d.6.casu,dicentis,quòd stipulatio
11 ni alteri † factæ lex non resistit secūdum quosdam,licet eā sequantur communiter docto.vbi suprà adeò, vt Couarr. in d.cap.quanuis 2.parte.§.4.in prin. dicat nullam esse hac de re controuersiam.

Pro qua communi opinione facit, quia sic videmus legem ciuilem non punire huiusmodi contractū facientes, sed solum denegat actionē,suamq; opem, suumq; auxiliū. Simile in eo,qui vxorem adulterantem interfecit,qui non lege iubente,sed tantum lege tacente fecisse videtur, quæ quidē lex licet homicidia regulariter soleat punire, tamen hoc casu tale homicidium punire negligat.Sed adhuc magis est,vt lex ciuilis resistere videatur.Nam olim oēs conuentiones,quæ improbatę non erant iure gentium,& manu regia exequebātur.l.2.circa princip.ff. de origine iuris, loco illius manus regiæ successerunt actiones, vt ibidem, recessitq; illa executio, quæ per manum regiam fiebat, vnde quando lex ciuilis actionem denegat,conceditq; soluto rum repetionem,non dubito, quin satis videatur resistere, quandoquidem conuentionum eas tātum desinit exequi lex ciuilis,quæ sunt improbatæ.Cogita tamen pro nobis, quia omnis conuentio est permissa,quę non reperitur prohibita.l.nec non.§.quod eis.ff.ex quib.ca.mai.

Ex nostra principali opinione similiter infertur veram non esse illā cōem opinionē,quam tenuit Bar.in d.l.si quis pro eo.col.pe.& in l.cum lex ff.de fideiusso.& in l.non dubiū.co.4.C.de leg.& Fortunius in l.veluti.col.7.ff.de iust. & iur.& Didacus de Couarruuias in d.§.quanuis.2.par.§.
12 4.nu.6.aiunt enim,quòd quando †lex resistit alicui cōtractui,impeditur ortus naturalis obligationis.Nam si lex(inquiunt)iusta est,ergo non aduersatur rectę rationi,& principijs iuris naturalis,& consequenter pōt effectus, qui à lege naturali descendunt remouere. Quę opinio dubia est, & vix est,vt vlla ex parte defendi possit, vixq; vllus casus, in quo defendatur,reperiri potest, cùm in quāpluribus indubitanter vera non sit. In primis ergo si lex ciuilis vetat homicidium.furtū,rapinā,adulteriū,& similia,vetatq;conuentionē de huismodi facinoribus perpetrandis initā valere,tunc indubitāter hoc casu cessat obligatio naturalis, vt qui conuenerunt de facinore perpetrādo, inter se nec ciuiliter obligentur,nec etiam naturaliter. Cæterum hic obligatio naturalis non per legis ciuilis prohibitionem oriri definit,sed magis propter prohibitionem iuris naturæ, diuini,& gentium.Licèt enim huiusmodi facinora.l.etiā ciuili & positiua vetita sint,tñ longè antea per ius diuinum,naturale,& gentiū vetita fuerunt : hinc prohibitionem iuri naturali,& gentium acceptā ferre debemus,nō iuri positiuo, & ex iure naturali,diuino,& gentium,nō ex iure ciuili descendere id pręceptum videtur.Nam in simili licèt facultas abstinendi mille legibus ciuililibus liberis concedatur, qui suitatē habent.vt in l.necessarijs.ff.de acquirenda hęreditate.§.sui.Inst.de hęr.qual.§.sui.Inst.de hær.ab.l.Cornelius. l.iam dubitari ff. de hæredibuis instituendis.l.verba.l.fi.ff. de cond.inst.l.fi.C.de rep.hæredi.tamen quia hæc facultas per prius inuēta fuit à lege prætoria,dicitur esse de iure prętorio, nō de iure ciuili. vt est vera & communis opinio,ꝗ tenent omnes doctores, vt diximus suprà.§.1.numer.5.

Ergo aut conuentio & contractus iure tantū naturali & gētium improbatur,& tūc sine dubio desinit oriri obligatio naturalis:quia quicquid iuri naturæ & gentium aduersum pugnans,cōtrariumq; est,id impossibile reputatur,& consequenter inde nulla etiam naturalis oritur obligatio. vt in l.nepos Proculo.ff.de verb.sign.& in l.filius.ff.de condi.insti.& in l.impossibilium.ff.de reg.iur.in l.in illa stipulatione si calendis.ff.de verb.oblig.facit.l.inter stipulātem. §.sacram.ff.de verb.oblig.§.1.Instit.de inutil.stipu.l.apud Iulianum.§.constat.ff.de leg.1.l.obtinuit.ff.de condi.& de monst.l.non solum,ff.de actio.& oblig.l.1.vbi latè Bart.ff. de condi.insti.sed hoc casu ortus naturalis obligationis impeditur iure naturali,vel gentium, non autem iure ciuili: vel non tam iure ciuili impediri videtur,quàm iure naturali,vel gētium .Et ita etiam est intelligendus tex.in l.conuenire.ff.de pact.dot.& in l.iuris gentium.§. si vt maleficiū. vbi per omnes.ff.de pact.& in l.si plagij.ff.de verb.obli.& in l.si vnus.§.illud.& §.pacta quæ ff.de pac.Licèt.n.mille legibus ciuilibus,& positiuis vetita sit conuentio,quæ læsionem tertij,vel reipublicę,vel delictū sapit, vel inducit, tamen cum id per prius antequam leges positiuę fierēt,similiter iure naturæ,vel gentium vetitum esset, id nō tam à lege positiua,quàm naturali, vel gētium dicitur inductū vt in l.veluti.in fine.cum materia.ff.de iust.& iure.

Aut & secundo conuentio solo iure ciuili improbatur non autem iure naturæ,vel gentium explicitè,nec implicitè,vetitum reperitur,& tunc vtcunque lex resistat,non desinit oriri naturalis obligatio ex tali cōuētione, idq; ex defectu potestatis legis uetantis,quæ voluntatem,liberum arbitriū consensumq; paciscentium non potuit impedire.cōsensus.n.& voluntas res facti est,quod nō subiacet legibus positiuis.Vnde Ouid.lib.3.eleg.siue amo.sic cecinit.

Dure vir imposito teneræ custode puellæ
Nil agis, ingenio quæq; tuenda suo est.
Si qua metu dempto casta est ea denique casta est :
Quæ quia non liceat,non facit,illa facit.
Vt iam seruaris bene corpus adultera mens est.
Nec custodiri,ni velit,vlla potest.
Nec mentem seruare potes,licèt omnia claudas.
Omnibus exclusis intus adulter erit.

Id quod ad saturitatē vsque in fundamentis nostræ principalis opinionis probatum habuimus.Ergo lex ciuilis vtcunque contractui resistat,impedire nō potuit, quin ex tali contractu oriatur naturalis obligatio:nisi & is cōtractus lege naturæ,vel gentium prohibitus explicitè,vel implicitè esset,quo casu non legis ciuilis,sed legis naturæ,vel gentiū prohibitione ortus obligationis naturalis videt impeditus.Est tamen verum,quòd(vt nō semel admonuimus)licèt ea obligatio naturalis cōtra legis ciuilis prohibitionem oriatur tamen ea orta,carebit effectibus, quos obligationi naturali ciuilis lex accōmodauit & cōsequenter tali obligationi naturali non poterit accedere fideiuss. iuxta.l.cū lex. ff.de fideiuss. Nec poterit accedere, vel fieri nouatio,licèt regulariter contrà.vt in l.1.ff.de nouati. Nec poterit fieri constitutum super tali naturali oblig.vt.ff.de const.pec.l.1.

Nec ex ea orietur exceptio,licèt regulariter contra.vt l. iuris gentium.§.igitur nuda cum seq.ff.de pact.§.pręterea Insti.de excepti.Nec ex vi huius naturalis oblig. impedict repetitio,licèt regulariter contrà.vt d.§. præterea.cum ibi notatis.Hos.n.& similes effectus, quos lex ciuilis regulariter obligationi naturali accommodauit, hæc obligatio naturalis,quæ contra legis expressam prohibitionem, & resistentiam oritur,non habebit: vtilis tamen erit in foro animæ,habebitq; alios effectus, quos postea enumerabimus.

Nec ad rem pertinet,ꝙ si opinio nostra vera esset,tunc

sublata,impeditaq; videretur facultas reipublicę competēs legum condendarum, quæ summoperè necessariæ sunt ad bonum reipublicę statum,& incolumitatem. Nam imò nihilominus lex positiua poterit similes leges cōdere,quæ effectum suū habebunt in foro cōtentioso.Nec ꝙ careant effectu in foro animę,id obest reipublicę,quinimo sanctissimum,vtilissimumq; ei est. Nam cum licet in cōmuni & possit & debeat esse salutaris reipublicę,& coducibilis.cap. erit autem lex 4.distinct.tamen de indiuiduo in omnibus casibus proficua,fructuosaq; esse nequeat,hinc euenit, vt fideiussionē mulieres vetauerit,propter imbecillitatē intellectus ipsius,& facilitatem , & tamē in aliquo casu reperiri potest mulier fideiubens longè maturiore consilio, quam aliquis uir.Similiter idem in minore.25. annis contrahente,vel alienante idē posset reperiri , & sepissimè reperitur. Quibus casibus,siue dicas, ꝙ oēs isti prohibiti contrahere obligantur saltem naturaliter,id perniciosum erit regulariter.quia a communiter accidentibus ipsi lęderētur, & qui cum eis contraherent , animarum suarum detrimentum paterentur.Siue etiam dicas, quòd nunquam obligantur, tunc similiter absurdum & incommodum esset, quia aliquando plenum consilium in similibus personis reperiretur vnde ne vel illa conueniantur,vel isti desināt naturali debito,& fidei satisfacere,tutior,consultiorq; est media via vt ipsi in foro contentioso nunquam obligati videātur in foro autem animę tunc obligati sint cum integrum cōsensum præstiterūt vt sic saltem metu diuini numinis promissis acquiescant:& a fidei.conuentionisq; violatione desistant,vt in simili ait tex in l.quæ sub conditione in princ. ff.de condi.insti.

13 Infertur etiam,quòd res,quæ vendi † non possunt si de facto vendantur,licet secundum Bar.& communiter doctores in d.l.cum lex col.1.ff.de fideiussor.non oriatur obligatio ciuilis,nec etiam naturalis,tamen verius est,ciuilē non oriri naturalem vero vtique,hæc tñ naturalis carebit effectibus, quos lex ciuilis obligationi naturali accōmodauit. Et ita intelligo.l.1.& 2.C.quæ res vendi.non possunt.

14 Infertur etiam,ꝙ cum ecclesiastica † res venditur, tunc licet secundum Bar.& communiter doct.in d.l. cū lex.col. 2.naturalis oblig.nō oriatur,tñ verius est naturalem oblig. oriri,quę tñ carebit effectibus,quos lex ciuilis obligationi naturali accōmodauit,licèt quo ad forū animę vtilis erit. Ita intelligo tex.in l.iubemus,& in auth,hoc ius porrectū, & in corpore vnde sumitur C.de sacrosf.eccle.

15 Infertur similiter,quòd si quis emerit † marmora alicuius domus tunc licet secundum Bar.& communiter doc.in d. l.cum lex nō oriatur inde naturalis obligatio,tamē verius est eā oriri :& licet carebit effectibus,quos lex ciuilis ei accommodauit,tamen habebit effectum in forò animę saltē quo ad iustam æstimationem argum.l.non dubium.ff.de lega.3.Ita intelligo tex.in l.senatus.ff.de conrahen.empt.l.cętera.in princip.ff.de leg.1.& l.2.C.de ædifi.pri.& l.13.titu. 9.part.6.

16 Infertur etiam,quòd si quis emerit † colonos,vel inquilinos prediorum,tunc licet secūdū Bar.& cōmuniter doc. vbi suprà col.2.naturalis obligatio non oriatur, tamen verius est eam oriri:quę tamen carebit effectibus,quos lex ciuilis ei accommodauit regulariter,licèt quo ad forum animæ vtilis erit.Ita intelligo l.quemadmodum.C.de agrico. & cens.lib.11.l.si quis inquillinos.ff.de le.1.& l.1.nō licere habit.metrop.lib.11.& decupres. ex luco dand.l.1.lib.11.

17 Infertur etiam,quòd si quis vsuras † vltra legitimū modum stipulatus sint,tunc licet secundum Bar.& communiter doct.vbi suprà.non nascatur inde naturalis obligatio.tñ verius est naturalem obligationem oriri,inutilem quidem quo ad forum contentiosum,vtilem tamē quod ad forum animę.Ita intelligo tex.in l.eos.§.1.C.de vsuris.Quod intellige in quibus casibus tales vsuræ possunt recipi absque peccato,aliàs secùs.

18 Infertur etiam,quòd cū obligatur † prodigus, cui bonis interdictum est,tunc ex tali contractu etiam naturalis obligatio non oritur secundum Bar.vbi suprà.num.5. quem reliqui sequuntur.sed tamen verius est obligationem naturali,quæ licet inutilis erit quo ad forum contentiosum,vtilis tamen erit quo ad forum animę.Ita intelligo l.is cui bonis. ff.de verb,oblig.

19 Infertur etiam,ꝙ si statuto caueatur,ne † minor,aut mulier possint contrahere sine consensu duorum consanguineorum,tunc licèt secūdum Bart.& communiter doc.vbi suprà ex contractu citra consanguineorū consensum à minore,vel fœmina facto non oriatur naturalis obligatio, tñ verius est naturalem obligationem oriri,quæ quo ad effectus iuris ciuilis,forumq; contentiosum inutilis erit,vtilis tñ erit quo ad forum aīæ.Ita intelligo hunc articulum.De quo etiam per Ias.in l.si non sortem.in pr.ff.de cond.inde.

20 Infertur etiam,quòd dum Bart.& communiter alij vbi suprà,faciunt differentiā,vtrum † lex dicat talis contractus fieri non potest.an verò dicat,talis contractus fieri nō possit.vt primo casu valeat contractus,saltem quo ad producēdam obligationem naturalem,secundo verò casu minimè valeat nec etiam quo ad producendā obligationem naturalem,tñ uerius est utroq; casu obligationem naturalē oriri quæ licèt inutilis erit quo ad effectus iuris ciuilis,& quo ad forum contentiosum,vtilis tamē erit quo ad forum animę. Et de hoc etiam per Ias.in l.Gallus.in pr.num.21.ff.de liber.& posth.Et præterea quòd hęc differentia.Bar.est verbalis,& processit ab intellecto d.§.alteri malè percepto,tamen si quę differentia facienda esset potius econtra dicere deberemus,ut prohibitio temporis præsentis lōgè fortior sit,quàm illa,quæ confertur in futurum.argu.l.cum ad pręsens.ff.si cer.pet.cum ibi latè traditis per moder.

21 Infertur similiter,quòd si mulier † fideiussit citra solennitatem legis antiquæ.§.fi.C. ad Velleia. tunc licet secūdū Bar.& communiter doc.ubi suprà.etiam naturalis obligatio non oriatur,tamen uerius est obligationem natu.oriri: quę licet inutilis sit quo ad effectus iuris ciuilis , & quo ad forum contentiosum , utilis tamen erit quo ad forum animæ.Ita intelligo dict.§.fina.per fundamenta nostræ principalis opin.

22 Infertur.12.ꝙ si lex dixit,talis † contractus non valeat. tunc licet secundum Bar.& cōmuniter doct.vbi suprà.nō oriatur ex illo etiam naturalis obligatio , tamen verius est eam oriri:quę licet inefficax sit quo ad effectus iuris ciuilis & quo ad forum contentiosum,vtilis tamē erit quo ad forum animæ.Ita intelligo.l.5.§.si vxor viri. iuncta.l.1.ff.de don.inter virum & vxorem.Vnde sub infertur,quòd licet ex donatione inter virum & vxorē nulla etiam nat oblig. oriatur secundum Bar.& do. communiter vbi suprà tamē verus est naturalem obligationem oriri:quę licet inefficax sit quo ad effectus iuris ciuilis,& quo ad forum contentiosum vtilis tamen erit quo ad forum animæ.

23 Infertur.13. quòd si pupillus alienet † immobilia citra tutoris authoritatē, tunc nullius momēti est talis alienatio vt inde etiam naturalis obligatio non oriatur secūdū Bart. vbi suprà.colum.fi.in fi.quem omnes sequūtur.Sed verius est,vt secundum nostram sententiam obligatio naturalis oriatur,quæ licèt inefficax sit quo ad forum cōtentiosum, effectusq; iuris ciuilis , tamen vtilis erit quo ad forum animæ . Et ita intelligo totum titulum.ff. de rebus eorum & C.de præd.minorum.Nec ad rem pertinet,quòd cum lex dicit aliquem non posse obligari,tunc non impediatur ortus naturalis obligationis.Patet, quia lex ait pupillum non posse citra tutoris autoritatem obligari. vt in l.pupillus.in princ.& in l.obligari.in pr.ff.de autori.tutorum & in §.pupillus.Insti.de inuti.stipu.& in.l.si curatorem habens.C.de in integ.restit. & tamen is pupillus contrahens citra tutoris interuentum,obligatur,saltem naturaliter.vt in l.1.in fi. ff.de nouati. Solue. Nos loquimur in casu dubio,cum lex dixit aliquem non obligari ex aliquo contractu , nec ultra processit tunc enim contractus contra factus non producit ullam obligationem,etiam naturalē,quę sit efficax quo ad effectum & forum cōtentiosum iuris ciuilis, licèt naturalis

ralis obligatio oriatur efficax quo ad forum animę.Cęterũ si postquàm lex dixit aliquem ex aliquo contractu nõ obligari,processit vlterius limitando,& declarando,vt illud intelligatur,quo ad ciuilem tantùm obligationem, non quo ad naturalẽ,tunc stabimus declarationi, & interpretationi legis cũ iã nõ simus in casu dubio. Ita procedit d.l.pupillus,& d.l.obligari.ff.de authe.tut.iuncta.d.l.1.ff. de nouat.

24 Infero.14.quòd si lex vel statutum dixit,quòd † instrumenta donationum debeant insinuari, aliàs non valeant, tunc,licèt secundum Bar.& communiter doct.in d.l.cum lex.col.fi.donatio valeat ipso iure,& producat actionẽ,licèt competat exceptio deficientis insinuationis, tñ verius est, ꝙ inde nec obligatio ciuilis,nec actio oritur,nec etiam obligatio naturalis,quæ vtilis sit quo ad forum contentiosum,licèt oriatur obligatio nat.vtilis quo ad forum animæ Moueor per tex.expressum in l.antiquæ.§.fina.C. ad Velleianum.& per rationem Bar.& doct.cõiter in d.l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.col.penult.dum in 8. casu tenet,quòd quando deficit solẽnitas probatoria, tũc actus definit omnino valere.quia ex non existentibus,& non apparẽtibus, idem est iudicium.l.duo sunt Titij.ff.de test. tute.l.ea lege ff.de contrah.empt.& licet non deficiat ius, deficit tamen probatio vt in d.l.duo sunt Titij.Ergo licèt donatio re vera interfuerit,cum tamen secũdum formam statuti probata non existat effectualiter,nihil valet,non magis, quàm si re uera in rerum natura non interfuisset:sed tamen quia licet deficiat probatio,non propterea deficit veritas & iustitia iuris naturę,diuini,& gentium.argu.l.fin.ff.de rebus eorum.ideo in foro animę donator tenebitur.

Et in omnibus his casibus,in quibus diximus, quòd licet oriatur naturalis obligatio, inutilis tñ est quo ad effectũ,forũq; iuris ciuilis,licèt vtilis sit quod ad forũ aĩę intelligo,ꝙ si interfuerit iura.aliqñ actus valet, aliquando non valet vt diximus in dict.l.si quis pro eo & s.§.28. & §.29.

25 Infertur.15.quòd licèt per legẽ.1.ff.de fundo dotali,alienatio fundi dotalis sit † expressim vetita,tamen si fundus dotali de facto contra legis præceptũ alienetur, tunc licèt ex mente & sententia Bar.in d.l.cum lex.obligatio naturalis non oriatur.quod & sequitur Couarru.in d.c.quanuis. in 2.par.§.4.num.7.tamen verius est naturalem obligationem oriri:quæ inefficax erit quo ad effectum iuris,forumque contentiosum efficax.tamẽ erit in foro animæ.nec.n. lex potuit nostrũ consensum adimere, ex quoquo ad Deũ obligamur.Neq; verũ est,quod Couarruuias ait.oritur naturalis obligatio,ergo dabit exceptio & similia. Hi enim essent effectus iuris positiui,quos ipsum ius positiuum potuit impedire, non ita eos effectus, quibus obligamur quo ad Deum.Sic & per Bar.in l.Centurio.in pr.quem omnes sequuntur(vt diximus in materia pupillaris substi.infrà. lib.5.)ff.de vulgaris.vbi tradunt ꝙ qñ mater est in medio, tunc licèt sub vulgari expressa contineatur tacita pupillaris tñ est sine effectu, licet matre moriẽti illa tacita pupillaris quasi liberata ab impedimento videatur,suosq; incipiat effectus operari.Sic ergo & obligatio naturalis ẽt cõtra legis humanæ prohibitionem oritur, licèt dũ viget lex humana quasi colligata,& impedita sit, sed quo ad Deum nõ vtiq;.

Infertur.16.suspectum esse quod Couarru.vir apprimè doctus vbi suprà ait,dum contendit non † esse necessariũ, vt per interuentum iuramẽti actus à lege positiua vetitus firmetur, quòd ex tali actu oriatur obligatio naturalis. nã in terminis(inquit)d.c. cum contingat.& d.c.quanuis pactum.& cap.licet mulieres.de iurei.in 6.nulla oritur naturalis obligatio,& tamen actus illi firmatur iuramento.Sed errat. Nam re vera in terminis illorum iurium naturalem constat obligationem oriri,cuius ortus lege positiua impediri non potuit vt suprà fusius probauimus.Licet nõ abnegem,obligationem illam quo ad Deum tantum, non etiã quo ad forum contẽtiosum,vtilem fuisse: quinimò quo ad Deum an vtilis fuerit,nec ne,id Deo,& ipsi alienanti duntaxat notum esse,nobis autẽ,& nostris legibus positiuis notum minimè esse potuit,cum pendeat ab hac notitia, vtrũ ille plenè consenserit,nec ne,pleneq; intellexerit quod agebat,nec ne:etenim contrahentes aliquando non tam seriũ & vtile quicquam agere,quam iocari,& nugari à lege præsumuntur ut ait lex nõ solum.ff.de act.& oblig. Vnde qui contractuum à lege prohibitum iniuit, incertum est apud nos,& apud legẽ positiuã,an consensum præbuerit, cũ potuerit animum iocandi,& nugandi habere.vt in simili aduertunt moderni in l.1.§.si quis ita.ff.de verb.oblig.

26 Infertur.17.suspectũ esse,quod insignis Didacus de Couar.vbi suprà ait.Iure(inquit(canonico,& † regio valet stipullatio de alteri dando.Nam si pactum nudum iure canonico producit actionẽ.vt in c.1.extra. de pact. vbi per oẽs. ergo,& hic actio producitur, qa ĩuenimus virtualiter hac in specie inesse pactum: quia cum primum ille tertius, cui stipulabamur,agnouerit stipulationem,& ratam habuerit, iam incœpit consentire, vnde si consensum illius cum cõsensus istius iungas,habebis duorum cõsensum, qui pactũ inducit.l.1.ff.de pact.l.3.titu. de las exceptiones.lib.3.ordi.

Sed certe hac ratione attẽta,idem quoq; in pollicitatione admittendum esset,quod oĩo est contra cõem opinionem.vt per Ias.Ripam,& alios in rubri.ff.de verb.obliga.

Vnde vtroq; casu,tam in pollicitatione,quàm in stipulatione de alteri dando subtilius, veroq; proximius esse videtur,vt iã si postea illius absentis ratihabitio superueniat nihil actum esse intelligatur.Nam qui contra legis pręceptum aliquid promittit,& agit,is non tã quicquã seriũ agere,quàm iocari,& nugari & potest,& præsumitur.argu.d. l.non solum.ff.de actio.& oblig.& eorum,quæ aiunt moderni in d.§.si quis ita.vnde licèt superueniat postea illius absentis consensus,non habemus duorum,sed vnius tantũ consensum.Nec quicquam oberit.d.l.3.tit.de las exceptiones.quæ si rectè inspiciatur,nihil adijcit circa voluntatem sed tantum circa potestatem contrahentium:nos autẽ contendimus huiusmodi contractus magis ex defectu voluntatis,quàm ex defectu potestatis euanuisse.

27 Infertur.18.similiter suspectum esse,quod insignis Didacus de Couar.vbi suprà ait dum contendit,quòd † lex ciuilis nõ tam aduersari,aut resistere videtur stipulationi de alteri dando,quàm non assistere: vnde(inquit)inde oritur obligatio naturalis,quæ habebit omnes illos effectus,quos lex ciuilis obligationi naturali accommodauit. Nã secũdũ eum lex ciuilis uetat,& resistit obligationi tãtum ciuili, de qua agebat,non etiam naturali,de qua non agebat:nam & obligationi pupilli sine tutoris authoritate factæ præcipuè resistit.l.pupillus.l.obligari.in prin.ff.de auth.tut. & tamen inde oritur naturalis obligatio.l.1.ff.de nouat.

Sed verius, & subtilius est tenere,ꝙ vtrique obligationi resistat,ne fiat violentia,& restrictio legibus, quas superius adduximus. Nec ad rẽ pertinet.d.l.1.de nouationibus, quæ loquitur non in casu dubio,sed in casu claro, quando lex ipsa vlterius processit,sese declarando,& limitando.vt diximus suprà illatione.13.

28 Infertur.19.verã esse illam communẽ opinionem,quæ habet, quòd ex pollicitatione † nec iure ciuili, nec canonico datur vlla actio,nec vlla oritur obligatio.quã latè defendunt Alci.Iaso.Ripa. Lancelotus Galiaula in rubr.ff.de verb.obli.licet Ripa ibi quãdam moderationem assignet: quæ non ex toto placet.Defendit latè Coua.vbi suprà.Licèt contrarium tenuerit Abb.in ca. qualiter extra.de pact. & Fortunius in l.1.ff.de pact.col.2.& 3.

Cuius rei illa efficax ratio est,quia nullus videt sese obligatum voluisse quo vsque obligatio alteri acquireretur.argu..l.si me in uacuam.ff.de acqu.possess.sed absenti obligatio per actus inter viuos nõ quærit. l. absenti.ff.de donati. nisi per nuntiũ,vel epistolã certiot fiat in prin.Inst.de obl. ex consensu.ergo interim nulla obligatio est,nec voluntas ẽt obligãdi,cum ei,qui promisit,pœnittere liceat.l.naturalis.§.1.ff. de pręscri. verbis quinimo cũ promittat absenti, magis est,vt animum ab initio sese obligandi habere non videatur.Solent enim in absente verba volitare velut vmbræ.argu.l.diuus.ff.de testa.milit.§.planè.Instit.eod.titul. sit,

Infertur.20.neceſſaria declaratio ad.l.54.Tauri quę iuſſit,prohibuitq; ne mulierum vlla ſine viri ſui licentia poſſet vllam hæreditatem repudiare:nā ſi aduerſus ea fecerit talis repudiatio nullius erit momenti,quaſi lege reſiſtente feciſſe videatur. Vnde hæreditatem ſic repudiatam rurſus adire poterit,non ſecus,quàm ſi nunquam repudiaſſet, vt in l.qui ſuperſtitis.ff.de acq.hær.l.is qui hæres §.ſi.ff.de ac quir.hęr non aliter atq; poſſet pupillus,qui citra interuētū tutoris repudiaſſet,ut in §.ſed neque, Inſt.de auth.tutorū. Nec dubium eſt,quin ex mente,& ſentētia illius legis.licèt eius verba deficiant ſimilitet nequeat legatum repudiare. quia eius emolumentum longe expeditius eſt quam emolumentum hæreditatis,l.quia aūt §.1.& 2.ff.quæ in fraud. cred.l.hæreditatem.ff.mand.plenè per Iaſ.poſt alios in l.1. C.qui admitti. Vnde tale legatū,quaſi merū lucrū cōtineat quæritur ipſo iure ſine facto legatarij: nō ſic in hæreditate q̃ ſine aditione regulariter nō acquirit l.vn. §.inouiſs.C.de cadu.toll.l.cū pater.§.ſurdo.ff.de leg.2.l.a Titio.ff.de ſurd.

Vnde ſimiliter per d.l.54.non poterit talis mulier agnoſcere fideicom.vni.qua in fideicomm.transfeunt onera hæreditatis,nō ſecus quàm in hęredē vniuerſalem,l.1.§.ſublata.l.quia poterat.ff.ad Treb. etiam ſi ſit opulenta hęreditas arg.§.ſed.neq; Inſt.de autho.tu.iūcta d.l. quia poterat. Quod intellige vt ibi.niſi faciat inuentarium, vt dict.l.54.

Vnde ſi ea mulier a patre ſuo fuiſſet non rectè exhæredata,ritè tn̄,vt ſic querelę inofficioſi teſtamenti locus eſſe poſſet,vt in l.pe.& fi.ff.de inof.teſt.l.parētibus.C. eo.ti.nō poſſet legatum eo teſt.relictum agnoſcere ſine licentia viri,vel alias querelam inofficioſi teſtamenti amittere.argu. d.l.54. Eſtq; nouiſsima declaratio.

Qua ratione nullum legatum,aut fideicomm.ſiue illud eſſet ſingulare; ſiue vniuerſale,agnoſcere poſſet,ſi onus haberet annexum,& iniunctum. Quia cum agnoſcens legatum onus ibi iniunctum ſubire teneatur.l.proinde.ff.ſi certū pet.ꝑ hoc ea mulier periclitaretur,& obligaretur,quod ſine materia licentia facere nequit.

29 Denique in his caſibus † prohibitorijs cum intelligamus legem reſiſtere,infertur,ꝙ mulier, quæ contra illā legem faceret,nō obligaretur etiam naturaliter, vel ſi naturaliter velis eā obligari ea obligatio carebit oībus effectibus,quos lex poſitiua obligationibus naturalibus accommodauit,vt ſic in foro cōtentioſo ex toto inefficax ſit,licet in foro aīę vtilis eſſe poſſet.Quod tamen intellige,ſi ipſa mulier,quæ hęreditatem,aut legatum,quod onus habebat iniunctum, quodq; ſine licentia viri,& ſine inuentario agnouit, poſſidet:nā ſi nō poſideat, ſed res ſtetit in meris,& ſolis terminis agnitionis,tunc ēt in foro animæ non tenebitur, quia ſub hac conditione quiſq; agnoſcens ad onera ſe obligatū voluit,ſi ea hæreditate,aut legato patiatur. Cęterum ſi per legis & mariti prohibitionē ea gaudere, & potiri nequeat non eſt cur ad onera,etiā in foro animæ,obligata videatur.

Illud autē dubium eſt,an legatum, quod onus habebat iniunctum,poſsit cum beneficio inuentarij agnoſcere,non ſecus,quàm hæreditatem? Et puto,quòd non poſsit,quia nuſquam reperitur per interuentum,aut confectionem inuentarij quenquam liberari ab oneribus legatorum: vnde cum talis mulier poſsit periclitari,ſupereſt, vt ibi iuteruentum,aut conuentio inuentarij non ſufficiat ſine viri licētia. Eſtq; nouiſsima conſideratio.

In ſumma in his oībus caſibus,ī quibus abnegamus mulierem citra viri ſui licentiā poſſe obligari,ſimiliter intelligimus ēt iure canonico obligatam non videri.arg.c.1.& 2. de no.ope.nunc c.cum expediat.de elect.in 6.Neq; ad rem pertinet.c.1.de pact.cū ibi traditis per nouiſs.nā procedūt regulariter,ſecùs qn̄ in ſpecie obligatio vetita eſſet per legē quę iuxta præſumitur.c.erit aūt lex 4.diſt. vnde oēs ei obedire tenentur,l.1.& 2.ff. de legib.l.veluti.ff.de iuſti.& iure. c.2.de maiorit.& obedi. & in ſimili dicemus infrà.nu.59.

Poſtremò tenendum eſſe videtur,vt neque per interuētum

30 tum iuramenti † obligatio vxoris his caſibus firmetur,qđ ab vxore citra mariti licentiam factum fuerit. Quia cum iuramentum,non firmet quod alteri præter iurantē nocet c.2.de pact.in 6.c.cum contingat de iureiur.eaq; prohibitio etiam mariti vtilitatem reſpiciat,ſupereſt,vt iuramētū vxoris,in præiudicium mariti obſeruari non debeat, ſaltē conſtante matrimonio.Eo autem ſoluto, an ab vxore ob ſeruandum eſſet, cogitabitis.

Infertur vigeſimoprimò neceſſaria declar.ad l.55. Tauri.& l.13.titu.ſi.lib.3. fori dum ſanciunt vxorem cōſtante matrimonio non poſſe facere contractum,aut quaſi cōtractum,aut diſtractū,nec poſſe eſſe iudicio ſine licentia mariti, vt ſi mulier contractum fecerit ſine licentia mariti, quo ſe ipſa obliget, obligatio in foro contentioſo tā canonico,quàm ciuili nullius momenti ſit,quaſi lege reſiſtente factus videatut. Vnde illinc etiam obligatio naturalis non orietur,vel(vt rectius loquamur)orietur obligatio naturalis ex conſenſu à muliere præſtito, ea tamen carebit omnibus omnino effectibus, quos lex poſitiua obligationibus naturalibus condonauit quo ad forum cōtententioſum tā canonicū quàm ciuile:ipſa tamen mulier ſoluto matrimonio tenebitur in foro animę,propter cōſenſum ſemel pręſtitum. Quod ſanè intelligo,dummodò ipſa conſequuta fuerit per prius, quod ab aduerſario dandum erat, vel per eum non ſteterit,quominus id cōſequeretur. Cæterum ſi per aduerſarium etiam ſteterit, etiam in foro animæ ipſa quoq; libera erit.Quia etiam in quibus caſibus contrahentes ciuiliter,& naturaliter quo ad forum tam cōtentioſum quàm animę obligātur,in neutro foro quiſquam tenetur, ſi aduerſarius ex parte ſua implere nō vult. vt in l.Iulianus. §.offerri.ff.de actio.empt.& vendi.l. cum proponas,C.de pactis.l.naturalis.§.1.ff.de præſcrip.verb.

31 Vnde etiam per interuentum † iuramenti mulier,quæ ex contractu ſe obligare voluit non tenebitur in terminis d.l.55.& d.l.13.ne eius iuramentū marito noceat.contra d.c.quanuis.& d.c.cū contingat.quod obtinet conſtāte matrimonio,ſoluto autem matimonio,ſimiliter nō tenebitur in foro contentioſo,ſaltem ciuili, in foro autem animæ diſtinge,vt ex ſuperioribus colligitur.

Cum autem d.mulier facit diſtractum, putà pactum de non petendo,vel liberationem, tunc ea res cōſtante matrimonio,nullius momenti erit in foro contentioſo,tā ciuili, vt ibi,q̃ canonico.argu.c.cum expediat.de electione.lib.6. c.1.& 2.de no.ope.nunti. nec per interuentum iuramenti ea res firmabitur, ne iuramentū vxoris marito noceat.cōtra d.c.quanuis.d.ca.cum contingat. & c.licet mulieres.de iurei.in 6.Quid intelligo.conſtate matrimonio,nam eo ſoluto licèt in foro cōtentioſo adhuc idem ſit,tn̄ in foro aīæ diſtingui pōt,vt ex ſuperioribus colligitur. Et cū ex remiſſione,vel pacto de non petendo oriatur exceptio pacti, & elidat obligatio ciuilis,& oriatur obligatio naturalis ad nō petendū.vt tradunt gl.& alij in §.pręterea.Inſt. de excep. & illi naturali obligationi,qua tenet,qui tale pactum fecit, poſsit accedere fideiuſſor.vt in §.1.Inſt.de fideiuſ.& ſuper ea poſsit fieri nouatio.vt in §.præterea.Inſt.quib mod.tollitur obli.l.1.ff.de nouatio. & poſsit fieri delegatio.vt.d.§. præterea tn̄ in terminis d.l.55.& d.l.13.adeò nullius momēti erit remiſsio, pactamue de non petēdo,quod mulier vxorata citra mariti licentiam fecerit, vt exinde in primis obligatio ciuilis,qua aduerſarius tenebaē,non elidatur. Deinde illinc non orietur obligatio naturalis ad nō petendū. Tertiò,nulla orietur exceptio pacti cōuenti ad excludēdā mulierem. Quartò, illi conuentioni non poterit accedere fideiuſſor. Quinto ſuper illa cōuentione nouatio fieri non poterit.Poſtremò,non quoq; fieri poterit delegatio.Quia omnes effectus,quos lex poſitiua obligationibus, & conuentionibus accomodauit(quales ſunt,duos modo retulimus,) eadem lex poſitiua & potuit adimere huic conuentioni.§.ſed naturalia. Inſt.de iur.nat.l. omnes populi.ff.de iuſt.& iur.l.nihil.ff.de reg.iur.c.omnis res de reg.iur.extra. & adimere voluit.vt patet.in d.l.55.

Illud aūt notandum eſt, quòd ſi maritus dederit mandatum,ſeu licentiam generalem vxori vt faciat ea omnia ſi ne li-

ne licentia ſua ſpeciali,quę fieri non poſſunt citra eius lice-
tiam talis licentia generalis valet, non ſecus, quàm ſi eſſet
ſpecialis.vt in l.56.Tauri Verum ſi dixi, Do tibi mandatũ
ad omnia negotia mea,niſi ꝙ in iudicio eſſe nõ poſsis ſine
ſpeciali licentia mea.an per hoc,contractum, diſtractũ, &
quaſi contractum facere poſsit,& reliqua oĩa, quæ mariti
licẽtiam requirunt,quale eſt ẽt adire hæreditatem ſine in-
uentario,vel eam repudiare?vt in l.54.& 55.Tauri.Mouet
quæſtionem,quòd illa verba, Do tibi mãdatum ad omnia
negotia mea non videntur cõprehendere ea negotia, quæ
mariti ſpecialem licentiam requirunt,arg.c.qui ad agendũ,
de procur.Adhuc tamen puto,quòd hoc caſu etiam com-
prehendantur ea omnia, quæ mariti licentiam requirunt
(qualia ſunt,hæreditatem repudiare,vel eam ſine inuenta
rio adire,cõtrahere,quaſi cõtrahere,diſtrahere,liberare,ac
ceptilatione,vel pactione recedere ab omni contractu, &
ſimilia.) Moueor quia hoc caſu illa exceptio (ita tamen,
vt nequeas eſſe in iudicio ſine ſpeciali licentia mea) augẽt
ipſum mãdatum,vt reliqua omnia, quę ſpecialem licentiã
requirunt.comprehendiſſe videãtur,excepta duntaxat ſtã
di in iudicio licentia. vt in ſimili diximus in §.9.n.8.quod
in vſu forenſi dabit honorem.

Illud autem nõ eſt pretermittendum, quòd licèt ad vo
lendum, aut nolendum nullus regulariter compellatur,ne
que huius rei ſit vlla compulſio.l.3.C.de hæ.inſt.l.quia po
terat.ff.ad Trebel. Vnde illud.

Velle ſuum cuique eſt,nec voto viuitur vno.

Et alibi ſupra lib.1.pleniſsimè diximus de animorũ no-
ſtrorum omnimoda libertate,tamen maritus per iudicem
ex cauſa compellitur licentiam vxori dare ad ea oĩa, quæ
citra eius licẽtiam fieri non poſſunt,vt in l.57.Tauri.ea aũt
cõpulſio præciſa non eſt,ſed cauſatiua, vt ſi maritus vxori
licentiã præſtare iuſſus,aut admonitus noluerit,tunc libe-
rum fit iudici eam præſtare, vt ibidem.neq;.n. regulariter
homo liber in ijs,quæ in facto conſiſtunt,cõpellitur pręci
ſè vt in l.ſtipulationes non diuidũtur.§.Celſus vbi pleniſ-
ſimè.per Bart.& alios.ff.de vèrb.obli.Simile in l.fi.§.neceſ
ſitatẽ.C.de bo.quæ lib.Cęterum ſi ẽt iudicis copia nõ eſſet
tunc actus citra licentiam mariti,aut iudicis,ſi modò vtili
eſſet,valeret,arg.§.pupillus.Inſt.de inu.ſtip.l.non ideò mi
nus C.de procur.iunctis his,quæ diximus ſuprà.§.24.n.5.

32 Deniq; licèt iuſſus ſui natura † præcedere debeat.l.ſi quis
mihi bona.§.iuſſum.ff.de acq.hęr.tñ non ſic eſt in dicta li
centia, quæ ſubſequi.põt.arg.d.l.13.ti.fi.lib.3.fori.& l.58.
Tauri.l.8.tit.11.l.1.fori.Sed licèt quidã ita intelligant ea iu
ra,tñ magis eſt,vt licentia ſubſequens poſt contractum ce
lebratũ nõ ſufficiat ad cõtractũ inualidũ, qui præceſsit, cõ
firmandũ.d.l.42.Tauri.vbi de natura licentiæ eſſe vr̃,vt p̃
cedat actum.ait.n.lex illa maioratũ de licentia principis fie
ri non poſſe, niſi licentia præceſſerit: vt licentia principis
maioratũ antea factũ non confirmet,niſi expreſsim in tali
licentia diceretur principẽ approbare maioratum antea fa
ctũ.Sic ergo & in propoſito, ſi maritus,dũ licẽtiã præſtat
vxori, poſt contractũ celebratũ expreſſerit ſe approbare
contractũ antea factũ,bene erit. Quòd ſi ſimpliciter præ-
ſtet vxori licentiam ad fundũ vendendũ,donandũ,permu
tandũ,hæteditatẽmue repudiandã,aut ſine inuẽtario adeũ
dam,liberandũmue deditorem, eaq; ante talem licentiã fa
cta erant,non confirmabuntur per interuentum talis licẽ-
tię, niſi noĩatim adiecerit maritus ſe antea geſta ratificare.

Redeundo ad ſtipulationem de alteri dando,& iuxta ſu
periora videndum eſt.Primum,an ſtipulatio alteri facta ſit
cõtra legis reſiſtẽtiã,qđ & ſuperius obiter attigimus.De-
inde an ex ea oriat̃ obligatio naturalis, Tertiò,an firmet̃ ꝑ
appoſitionem pœnæ.Vltimò, an ſit valida de iure canoni.

Quo ad primũ,cõem ſententiã eſſe diximus,ꝙ ſtipula-
33 tioni alteri factæ † lex nõ videat̃ reſiſtere,ſed tantũ non aſ
ſiſtere.ita tenent Bar.d.l.ſi quis pro eo.in 6.caſu principali
col.pe.idẽ Bart.in l.cũ lex.col.2.ff.de fideiuſſ.gl. conueniat
in d.§.alteri.quę communis eſt.vt patet ex relatione Alex.
& Iaſ.& modernorũ ibi.gl. ob id.in l.nõ dubiũ.C.de legi.
quã ſequuntur Bar.col.4.& cõiter doc.ibid. vt patet ex re
latione Iaſonis ibi.ſuper l.glo.gl.in l.cũ principalis. vbi per
modernos.ff.de reg.iur.Didacus de Coua.in c.quanuis de
pact.in 6.2.par.§.4.nu.3.

34 Mouẽtur quia talis ſtipulatio firmatur per † pœnæ adie
ctionẽ.vt d.l.ſtipulatio eſt.§.ſi quis inſulã.ff.de verb.obli.
ergo huic ſtipulationi lex non reſiſtit:q̃a qñ lex reſiſtit cõ-
tractui tunc is cõtractus,vel cõuentio nõ firmat̃ per pœnę
adiectionẽ vt in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de ver.
obli.& in lege Seus & Augerius.& l.qđ de bonis.ff.ad leg.
Falc.col.fi.in c.ſignificãtibus.de offi.deleg.per tex. in c.pe.
& fi.eo.tit.l.ita ſtipulatus.magna.ff.de verb.obli.vbi Ripa
nu.35.cũ ſeq.& l.ſi homo mortuus.ff.de verbo.obli.Bald.
Abbas & Barba.in d.c.ſignificantibus. Felinus.in c.nobis.
de ſimo.idem Fel.in c.tua extra.de iurei.Alex.con.32.lib.
2.Iaſ.in l.impoſsibilis.ff.de verb.obli.col.fi.gl.in l.ſi patro
nus.§.patronũ.ff.ſi quid in fraudem patr.Sequitur,& dicit
communem opi.Didacus de Couarr.vbi ſuprà.qui allegat
gl.idem tenentem, vt ſtipulationi de alteri dando lex non
videatur reſiſtere.in l.pacta quæ contra.C.de pact.& gl.in
c.acceſſorium.de reg.iur.in 6.& Innocen.in c.pe. de pact.
& Henric.in c.fi.eo.tit.

Sed hoc vnicũ fund.cõis op.parũ vrge.quia vt ſuperius
attigimus & dicemus in ſim.huius materiæ,negari nõ põt
quin hic ipſa ſtipulatio de alteri dando non firmet̃ per pœ
nę adiectionẽ,licèt pęna debeat̃ quaſi ex noua,diſtincta,&
ſeparata alia ſtipulatione quæ ꝑ ſe principaliter ſubſiſtit,
& cõcipit̃ in fauorẽ ipſius ſtipulantis, licèt prior ſtipulatio
de alteri dando conciperetur in fauorẽ alterius non ipſius
ſtipulantis.Et hæc eſt longe melior reſpõſio,q̃ ea, quę tra
dunt Bart.in d.l.ita ſtipulatus in magna.in 12.oppoſitione.
ff.de verb.obli.& Curt.iunior in d.l.pacta quę cõtra & Di
dac.de Couar.vbi ſuprà.nu.4.& Bal.in d.l.nõ dubium.14.
oppoſitione.vbi Iaſ.col.pe.licèt nõ abnegarim quin & eo
rum reſponſio in noſtram reſponſionem inclinet.

Sicq;cum cõis opinio vnico ſuo deſtituatur auxilio, te
nenda eſt opinio noſtra quę cõi pugnans,& aduerſa eſt,vt
35 tali ſtipulationi † lex reſiſtere videatur,quã in ſpecie tenue
runt Couar.vbi ſuprà & Iaſ.in l. non dubium col.pe.C.de
legib.idem Iaſ.in d.§.alteri.nu.15.cum ſeq.poſt alios quos
ſuprà enumerauimus.

Vnde ſecundum eoſdem infertur, ꝙ ex ea ẽt naturalis
36 † obligatio non oritur.quod & tenent Rainerius.Pau.Cul
ma.& Alex.in d.§.alteri à quarũ ſententia nos diſceſsimus
non ſecus, quàm à communi,vt iam vidiſtis.

Infertur & ſecundo,ꝙ per pœnæ adiectionẽ hæc ſtipu
latio de alteri dando non firmatur,vt iam monſtrauimus.

37 Et conſequenter infertur, quòd talis † ſtipulatio iura-
mento non interueniente,nõ valebit de iure canonico,nõ
magis,q̃ de iure ciuili.Quam partem vr̃ ſequi Dida.de Co
uar.vbi ſuprà.Ioan.Faber.in§.ſi quis alij.& in §.alteri In-
ſtit.de inutil.ſtip.Abbas in c.ſi cautio.col.3. de fide inſtru.
Sentit Alciatus in d.c.cũ contingat.n.228.Antonius,Abb.
& Felin.in procem.Gregoriano.Abb.in ca.conſtitutus.de
procur.idẽ Abb.in c.fi.de confeſsis.col.7.Imol.Rom.Ale.
& Iaſ.in d.l.ſtipulatio iſta.§.alteri Romanus in auth.ſimi-
liter in 5.ſpeci.piæ cauſæ.C.ad leg.Falcid.& hæc opin.ma
gis communis eſt ſecundum Didac. de Couarr.vbi ſuprà.

Contrariam partem,vt de iute canonico ex tali ſtipula-
tione detur actio,tenent gl.in c. quoties cordis.1.q.7.

Antonius in c.ſi cautio.de fide.inſtr. Bal.in l.illud.C.de
ſacraſ.eccleſi.Fortunius in l.1.nu.23.ff.de pact.

38 Sed prior opinio verior eſt, vt hæc ſtipulatio † de iure
canonico non valeat.non magis,quã de iure ciuili.Primò,
quia non debet induci diſcordia inter ius canonicũ, & ci-
uile,vbi expreſsim non reperitur inducta.vt in.c.1.& 2.de
noui.ope.nunti.c.cum expediat de elect.in. 6. Deinde q̃a
tm̃ abeſt,vt iure canonico contrarium diſpoſitum videat̃,
ꝙ potius iure canonico idem expreſsim diſpoſitum inue-
nimus.vt eſt tex.in c.quanquam extra.de viuris. vbi ſtipu
latio de alteri dãdo nõ valet,niſi agnita,& acceptata ſit per
publicam

publicam personam, qualis est tabellio, & similes, quo casu etiam iure ciuili talis stipulatio valeret, vt differimus in limitationi.huius materiæ. Tertiò, quia ex tali stipulatione nõ oritur naturalis obligatio, quę efficax sit, quo ad forũ contentiosum, tam canonicum, quàm ciuile, licèt oriatur quo ad forum animæ. vt iam latè differuimus: sicq; cessat vnicum fundamentum communis opinionis. Postremò, quia qui alteri stipulatur, nec sibi acquirit, quia id noluit, nec alteri, quia id non potuit. vt in simili dicit.l.multum interest C.si quis alteri, vel sibi. Sicque nullus est, qui posit videri promissorem obligatum habere.

39 Ex superioribus infertur. suspectam esse illam communem opinionem, quę habet, iure canonico ex † cõfessione facta, parte absente produci plenã probationem, quę sufficiat ad dandam actionem. quam tenuerunt Alciatus, num. 228. in d.c.cum contingat. Sequitur, & dicit communẽ op. Didac.de Couar.in d.c.quanuis in 2.par.§.4.in prin. Antonius, Imol. & Felinus numero.27.in dict.capitul.si cautio. extra. de fide.instrument. qui firmat a plerisq; nostrorum hanc opinionem receptam. Hippolytus nume.92.in rubr. C.de probati. post gloss. in dicto capitulo quoties cordis. prima quæstione septima, quę licèt ad hoc allegetur id non apertè dixit.

40 Mouentur tenentes hanc partem, quia iure † canonico ét absenti ius queritur, vnde si præsenti fieret confessio in iudicio, ei ius acquireretur de iure ciuili, ita & si fiat absenti, acquiritur ei ius de iure canonico. Quod apud me vehementer suspectum est: nam cum confessio nõ habeat vim obligationis inducendæ, sed tantum probationis. vt in l.Publia vbi notat Paulus.ff.depositi. & licèt circa obligationẽ producendã sint qui inter ius canonicũ, & ius ciuile cõstituant differentiã (vt iam diximus) tñ quo ad modũ, & vim probationis nullo colore talis differentia & discordia constitui põt, nec vllibi vsq; scriptum reperies. Etenim probationes legitimę in rebus agendis ad eruendã veritatis fidẽ, falsitatẽq; vitandã desiderãtur.l.fi.C.de fideic.§.fi.Inst.de fideic.hęr.l.iubemus C.de test. cuius facultatis remotio iuri canonico curæ esse debet non secus q̃ iuri ciuili. sicq; in re canonico pro probato non debet haberi, quod nõ satis legitimè probatũ est. Etenim ioci causa sæpè verba tam in iniuriam, q̃ in fauorẽ absentiũ proferuntur. arg.l.diuus.ff. de mili.testa. §.plane Inst eo.ti. nec expedit illud per leges ratum haberi. Ideo lege ciuili consultissimè inductũ fuit, tales confessiones ratas nõ esse, si absente parte, extra iudiciũ emittantur, & circũuolitent. vt in l.certũ.§.si quis absente.ff.de confessis. id quod iure canonico immutatũ nõ reperitur, nec immutari absque leuitate posset. Postq̃.n.de obligatione constat, tunc lex canonica efficacior est q̃ ciuilis in eius executione, vt hominum perfidiæ occuratur. Cęterũ in modo legitimę probationis à lege ciuili nõ differt.

41 Iuxta superiora tamen videndum est, an saltem † ex pollicitatione per interuentum iuramẽti oriatur actio? Et q̃ oriatur, firmat insignis Couarr. vbi suprà quod satis dubiũ est: nam quòd ex pollicitatione ius absenti nõ quęratur, id non tam descendit ex defectu volũtatis promissoris, q̃ ex defectu potestatis. Lex enim cũ non ignoraret quàm facilè verba in absentium fauorẽ proferantur, quamq; temerè atque indiscretè, noluit vllum fomentum his pollicitationibus accommodare. Et licet voluntas agentium extendat sese, quatenus se extendit eorum potestas, cum interfuit iuramẽtum.l.cùm pater.§.filius matrem. vbi Bar. & oẽs ff.de leg.2.tamen cum hic deficiat potestas, id non videtur sufficere: nisi dicas id procedere de iure ciuili. Cæterum de iure canonico, cum promissor posit hoc iuramentum seruare sinelæsione tertij, & interitu salutis æternæ non video vt posit exceptionem vllam contra agentem opponere.arg. c.cum contingat.de iureiu. & d.c.quanuis pactum.de pact. & d.c.licet mulieres.de iureiur.lib.6.

Ex superioribus constat plures esse casus, in quibus oritur obligatio naturalis, licèt ciuilis non oriatur. An autẽ per contrarium posit aliquando oriri obligatio ciuilis sine naturali, pulchrum est videre. Et facto talem conclusionem.

42 Solam ciuilem obligationem absque † concursu obligationis naturas nullo vnquam casu reperiri.

In primis animaduertendum est in tribus principaliter speciebus reperiri obligationem ciuilem absque concursu naturalis obligationis iuxta cõmunes traditiones nostrorũ. Primus est, in confessione mutui recepti ante bienniũ. Alter in sententia cõdemnatoria lata in actione personali. Vltimus est, cũ debitori ciuiliter, & naturaliter obligato, fit pactũ à creditore de nõ petẽdo. Ita Bar.in l.Iulianus verum debitorem.ff.de cond.ind. Alex.nu.11.& 12.in l.1.ff. eod.& Ias.nu.23.& 24.glo.in §.præterea.Inst.de excepti. glo.in §.1.Inst.de fideiu.gl.in prin.Inst.de literarum obli. in verbo, oblig.glo.in prin.Insti.de oblig.titu.generali glo. in l.1.C.eod.glo.in l.1.ff.de condi.indeb.gl.in l. fideiussor, obligari.§.fideiussor.ff.de fideiusso.glos.in l.quod enim.de fideiusso.glo.in l.1.in verbo, ciuilem.ff.de nouatio.gl.ciuilis.in d.l.1.glo.consensum in l.1.ff.de pact.glo.notabilis in l.si vnus.§.pactus ne peteret in verbo, ipso iure ff.de pact. gl.omnis in prin.Inst.quib.mod.tollitur oblig. Bar.in l.cũ quis.C.de iur.& facti ignoran.& in l.1.de condict.indebi. glo.in c.fi.extra de solutio. Omnes ergo vno ore conueniunt, quòd reperitur sola obligatio ciuilis, & id potissimũ in tribus superioribus exemplis. Et licèt nonnulli doctorũ à quibusdam ex superioribus exemplis desciuerint, tamen nullum vnquam declinatum inuenies ab illa cõmuni opinione, quæ habet saltem in aliquibus casibus solam ciuilẽ obligationem reperiri. Nos ergo sumus in proposita opinione. vt existimemus solam ciuilem obligationem nullo vnquam casu reperiri.

43 Pro qua in primis mouemur per rationẽ apud nos peremptoriam. Nam omnis † obligatio cõtrahitur re, verbis literis, aut consensu. vt in §.fi.Inst.de oblig. facit prin.Insti de obligatio.ex consensu.l.obligamur.ff.de actio.& oblig sed in his omnibus obligationum specieb. oportet interuenire consensum, vt de obligatione, quæ re contrahitur, est tex.in l.si ego ff.si cert.pet.in l.obligationum substantia §.1.ff.de act.& oblig. Et de verb.oblig. est tex.in d.l.obligationum substantia.§.fi.& in l.1.§.adeo.ff. de pac. In literarum obligatione est tex.in l.3.C.de postul. Et in obligationibus ex consensu, est tex.in l.consensu.ff.de acti.& oblig. & in pr.inst.de obli.ex consensu.

44 Cũ ergo in omni obligationis specie † cõsensum adesse oporteat, positoq; cõsensu necessariò interfuisse obligatio naturalis videaẽ, euincit nullã esse obligationis speciẽ, quæ sola ciuilis videaẽ, sed semper inest & naturalis obligatio.

Deinde moueor. Nã omnis obligatio naturaliter oriatur ex facto id est, ex animo, consensuq; nostro, licèt approbatione à iure descendere videatur. text. est in §.1.Instit.de oblig.ibi, comprobatę.iuncta l.bonę fidei.ff.de acq.rerum domi.& d.l.consensu.cum simílib. proximè allegatis. tunc sic Ius positiuum, quod ad obligationem habet se nõ inductiuè, sed tantum approbatiuè, nõ potuit approbare quòd erat nullũ, sed per prius esse oportebat naturalẽ obligationẽ, quę à lege ciuili approbaretur, veltimẽtoq; indueretur.

45 Denique sentẽtia pertinet, non ad quid denuò inducendũ, sed ad illud, quod est † declarãdum.l.eos.in pr.C.de appel. qui autẽ declarat, is nihil agit, nihilq; inducit.l.hæredes palam.§.sed si notam.§.si quis post.ff.de test.l.adeo.§.quis quis.ff.de acq.rerũ dom. ergo sententia iudicis me condemnantis nihil denuo inducit, sed obligationẽ, qua ego prius tenebar, eam deterit: quo fit, vt si aduersarius me ex causa emptionis obligatum dicebat, tunc post cõdemnationem exempto videar obligatus, non ex sententia. Neq; me mouet, quòd ex sententia oriatur actio in factum: nam illa est generalis, estq; non natiua, sed datiua, datur enim à lege, vt cum alijs specialibus actionibus concurrat, siue aliæ specia les actiones ex vera obligatione, siue tantum ex præsumpta nascerentur. not.in simil.in l.1.§.1.ff.de præscript. reis

46 Enimuerò eo.spectat.§.pręterea.Inst.de excep. vbi qui vero debitori † facit pactũ de nõ petẽdo, is nõ cõsumpsit obligationem

obligatione naturalẽ,qua ille tenebatur, non magis quã ciuile,sed ille efficaciter remanet obligatus,vt si nõ excipiat condẽnetur,cũ verò exceperit,tunc ea obligatio, quæ integra,& cũ vtraq; radice tã naturali, quam ciuili manebat eneruetur,vt neque illo casu sola ciuilis obligatio reperiatur. Neq; ad rẽ pertinet,l.Stichum,§.naturalis,ff.de solu.ꝑ quã contrariũ docuit gl.in l.si vnus.§.pactus in gl.magna, ff.de pact. Nã illa loquitur, qñ sola naturali obligatione tenebatur is,cui fit pactũ de non petẽdo,tunc per tale pactũ ipso iure consumitur.Secus,si ciuiliter,& naturaliter obligatus erat, tunc.n. non liberaretur etiã à naturali regulariter,& quo casu à naturali liberaretur,tunc & à ciuili liberaretur,licet maneret,vt in terminis d.§.pactus,quia vt sola naturalis nudo consensu contrahitur,ita & dissoluitur, sed postquã naturalis iungitur cũ ciuili,iã ita iunctæ esse cœperant,vt vna ab altera abscedere nequeat. Simile in le.sed si plures,§.si filio impuberi,ff.de vulg. Simile in l.fi.ff.de acceptil.§.si.Inst.quibus modis tollitur oblig.Simile in l.ius autem,ff.de iusti.& iure.

47 At hæc literarũ obligatio absq; † consensu nõ subsistit, nã neq; ante bienniũ in esse producitur,& post biennium interfuisse consensus videtur,ex quo & naturalis orit̃ obligatio,& ciuilis ex legis approbatione,itaq; ante biẽniũ neque ciuilis propter deficientẽ legis approbationẽ, neq; naturalis ꝑꝑ defectũ animi,consensusq; præsumptã.Post biẽniũ autẽ adest naturalis ꝑꝑ præsumptũ cõsensum,& ciuilis ꝑꝑ,l.approbationẽ,l.3.C.de postul.iuncto §.sic fit.Ins. de literũ oblig.Idq; latius docuimus in q.superiore,vt neque isto casu sola ciuilis reperiatur.

Postremò vrget tex.in l.si duo patroni,§.si quis iurauerit,1.ff.de iniur.vbi ex iuramento litis decisiuo nulla oritur obligatio,sed probatur ea obligatio quę in iudicio deducta fuit,vt si petebas à me ex causa emptionis,& iurasti me deferẽte,tunc ex causa emptionis nõ,iusiurãdi videar obligatus,tunc sic iuramentũ litis decisiuum, & sententiæ æquiparantur,l.2.ff.de iureiur.ergo.&c.

48 Ad l.obligamur,in fine,dum ait,ꝙ† ex lege oritur obligatio,respondeo,ꝙ obligationes,quæ ex legum præceptis vel etiam superiorum iudicium, principúmve descẽdunt illæ dicuntur oriri ex iure gentium, eo quòd principibus obedire à iure gentium descendit,argumen.le.veluti, ff.de de iustit.& iure,c.2.de maiorita.& obedien.Bàr.in l.Iulianus,ff.de conditio.indebi.obligatio,quæ à iure gentiũ descendit,dicitur esse naturalis,vt per omnes in locis superioribus.

49 Superior sententia expeditior est in obligatione† ciuili, quam aiunt ex sententia oriri,& in ea quam aiunt oriri ex contractu literarum,quorum vtrunq; facile est confutare At in ea obligatione ciuili, quam aiunt solam manere post interpositum pactum de non petendo,licèt sit subdifficile eam refutare, tamen constat,quòd non est sola ciuilis,sed tam ciuilis,quàm naturalis,quia paciscentes,nec potuerũt nec voluerunt tollere naturalem , sed efficere,vt vtraque obligatione manente exceptio daretur, qua interim impediretur effectus vtriusq; obligationis. Quòd naturalẽ tollere nõ potuerint,patet per totum titulum.quib.mod. tollitur obligatio.Insti.vbi enumerantur omnes modi,quib. tolluntur obligationes, inter quos non est pactum de non petendo.ideoq; dit,l.obligationũ ferè,§.placet,ff.de actio. & obligation.quod semel deberi cœpit, certis modis deberi desinit, quasi alijs modis non possit desinere deberi, vel tolli obligatio(sunt certi denique fines,&c.) Et ꝙ contrahentes voluerint tollere obligationem naturalẽ, patet, quia sciunt modos,quibus tollitur obligatio,& nisi aliquo ex eis vtantur,ergo noluerunt,quòd tollerentur,nam non præsumuntur elegisse viam,per quam eorum voluntas desinat sortiri effectum,l.3.ff.de testamen.mili.ergo quando elegerunt viam,per quam non tollitur obligatio,sequitur quòd non habuerunt voluntatem, vt obligatio tolleretur. Præterea postquam fecerunt pactum de non petẽdo,rursus potuerunt facere pactum de petẽdo,l.si vnus,§.pactus ff.de pact.quo interposito.ait d.§.pactus, ꝙ prior obligatio intacta manet,ergo nulla fuit sublata obligatio,nam si esset,per talẽ pactum non renasceretur.l.iuris gentium,§. igitur nuda,ff.de pact. Præterea si volunt trahentes,ꝙ tollatur obligatio,pñt eligere viã,per quã cõtractus rescindatur,quo rescisso,euanescit obligatio,& consequenter acti. l.licet,§.ea obligatio. ff.de proc.cũ ergo ipsi non dederint operã,vt contractus rescinderetur,sequitur, ꝙ noluerunt obligationẽ perimi, vnde hac in re tenendũ est per pactũ de non petendo non extingui obligationẽ naturalem,quę ciuili obligationi iuncta esse cœpit, idq; ex defectu tã voluntatis contrahentium,quàm etiam potestatis.

50 Trigesimotertiò,& principaliter regularis testãdi solẽnitas limitatur,vt non procedat de iure regio in † testa.nũcupatiuo,licet.n.testam.in scriptis formale esse videatur,vt dixi suprà,§.21.nu.10.tamen testam. nuncupatiuum iure regio informe esse videtur nam ¦iure communi non solũ ad probationem, sed & ad formam solennia desiderantur in testamentis,ideò ea testamenta,& nomine,& substãtia solennia intelliguntur esse,& formalia vt dixi suprà,§.11. nu.17.

51 Sed iure regio ad firmitatẽ testamenti,& eius† formam non videntur desiderari solennia testamentorũ,sed tantũ ad probationẽ tex.excessus in l.1.ti.2.lib.5.ord. ibi emãdamus otio si que vala el testõ que fuere hecho con buenos testimonios,nec dubiũ est quin quæ desiderãtur pro probatione tantũ possint prætermitti, nec vitietur dispositio si aliter de re illa constare possit vt ex cõi op.resoluũt Ias. & Alex.post alios in l.1.ff.de lib.& posth.per l.1.§.fi.ff.de dote pręleg.l.certũ,ff.si cer.pe.dixi in §.2.in pr.& in §.11 nu.17.

52 Licèt qñ solennia desideramus in testamentis † pro forma(vt est in terminis iuris cõis)tunc ęquipollenter nõ possint impleri,vt dixi in dictis locis, & cõcludunt cõiter doctọ.in d.l.1.ff.de lib.& posthu.vt per Alex.& Ias.ibi. Facit pro nobis, quia licèt de iure cõi testamentum non valeat sine hæredis institutione,l.1.in fi.ff.de vulga.l.proximè.ff. quæ in testam.delẽ.tñ iure regio valet,vt d.l.2.Idem licet de iure cõi testamentum non valeat nisi adita fuerit hæreditas,l.si nemo,ff.de reg.iur.l.si nemo.ff.de tistam.tut. l.eã quam,C.de fideic.tamen de iure regio valet,vt d.l.1.Item licet de iure communi fideicom.vni.euanescat,quãdo hæres restituere rogatus decessit antequam hæreditatem adiret,vel constitueretur in mora adeundi, vel decretum cõpulsionis à iudice esset interpositum l.ille à quo §.si de testamento,ff.ad Trebellian.l.eam quam,C.eod.titu.tamen non sic de iure regio,vt d.l.1 . Quæ omnia illinc euenire intelligo,quòd solennia testamentorum,quæ de iure communi desiderãtur pro forma,& sic æquipollẽter nequeũt impleri, tamen de iure regio ad probationem tantum desiderantur,sicq; & æquipollenter impleri possunt, & eorum prætermissio nihil nocet,quando alias sufficienter cõstat de veritate,vt diximus.Vnde dicebã, Scis quòd testes

53 † testamentarij esse debent in conspectu testatoris, neque aliter quicquam valet testamentum,vt est cõis op.quã tenent Dec.consi.354.In casu proposito,nu.1.Bal.in l.si nõ speciali,C.de testam.vbi Ias.in prin.& rursus in tertio no. Bar.Salice.Fulg.Paul.Benedict.de Plumbi in d.l.si nõ speciali.Corn.consil.18.In nomine domini lib.2.nu.4.Cinus & Alexan.in d.l.si non speciali.vbi etiam Alber.per textus ibi,in verbo,in conspectu testatoris,& in l.si vnus,in verbo.coram testatore,C.qui testam.facit l.qui testamẽto,§. veteres,ff.eod.titu.Imo.& Abb.in c.2.de consue.estq; cõmunis opi.secundũ Cor.vbi suprà,nu.6.Par.consi.33.col. 1.lib.2.

54 Licèt in actib. inter viuos non sit† necesse testes esse in conspectu contrahentium,si aliter percipiunt quę agũtur ab ipsis, secundum communem sententiam,quam tenet glo.in l.2.§.idem Labeo,ff.de aqua plu.arcen. quam communiter app.dicunt Alexan.nu.6 .& Ias.nu.9. in d.l.si non speciali,per cano.in c.præterea de test.& in c.ex literis,de consuetu.

consuetud.Bar.Imol.& Paul.in d.§.idẽ Labeo,Bal.in l.cõuenticulã,col.7.de episcopis & cler.Inno.& Io.And.in d. c.preterea.Abbas in c.cũ causam,de testibus.Ergo de iure regio cũ testamentorũ solennia ad probationẽ tñ,non ẽt ad formã desiderentur,si testamentarij testes sufficiẽter intellegerint,quod à testatore agebatur, valebit testm̃ nũcupatiuũ per prædicta,licet non sint, in conspectu testantis, quod nota,quia non minus vtile,quàm nouum.

55 Qua ratione & alia differentia erit inter ius †regium & cõe. Nã licet cæcus nõ possit esse testis regulariter in testõ de iure cõi secundũ veriorem, & receptiorẽ sententiam, Corne.consi.18.nu.5.lib.2.Dec.consi.354. In casu proposito,col.1.Cin.Alberic.Butrig.Bar.Bal.Sal.Fulg.Pau.Corn. Ale.& Ias.in d.l.si nõ speciali,per text.ibi in verb.in cõspectu testatoris,& in l.si vnus,eod.titu.de testamentis, C. in
55 verbo,corã testatore,qui quidẽ cæcus † in actibus inter viuos non reperitur prohibitus testificari,quinimò eius testimoniũ expressim in his actibus reperitur approbatum & admissum secundũ plerosq; eorũ,quos supra retulimus,& est vera & cõis opin.vt per Alex.in d.l.si non speciali, vbi Corneus,nu.6.Ias.nu.7.gl.in d.l.2.§.idẽ Labeo,ff.de aqua pluuia.arcen.vbi Bar.Paul.& Imo.Paris.cons.33.col.1.lib. 2.per doc.in l.testiũ,C.de testib.per tex.ibi, vbi testis põt deponere de his, quæ percepit per quẽlibet sensum corporeum,nec dubium est,quin cæcus,licet careat sensu videndi,non tñ careat sensu audiẽdi,per doctores in c. preterea de test. Panormi.& alij in c.cùm causam,eodem ti. tamen de iure regio etiam in testamento nuncupatiuo cæcus po-
56 terit esse testis. Vnde infertur, ꝙ licèt de iure † ciuili ijdem testes testamento adhibiti oporteat vt toti testamento fuerint præsentes,vt in l.cùm antiquitas,& in l.casus, C.de testa.& in l.qui testamento,§.veteres,ff.eod. tit.& est communis opin.vt per Paris.consi.33. Et si prima facie nu.28. cum sequen.lib.2.Alex.Corn.& Ias.nu.8.& nu. 12.in d.l. cùm antiquitas,C.de testamen.vbi Cin.Bald.Salic.Paul.& alij.Cor.consi.238.Reperio nu.3.lib.4.per Cinum & Bal. in l.si præsidi.C.de dona.ante nupt.per doct.in l.furiosum per text.ibi C.qui testam.face.pos. Vnde vna pars testamẽ-
57 ti non potest probari per † septem testes, dicentes se scire partem tantum eorum,quæ testamento ordinata fuerunt, & per alios septem testes,dicentes se scire aliam tantũ partem eorum quæ in eodem testamento ordinata fuerũt, vt est communis opin.Bal.Paul.Alex.& Ias.nu.9. vbi alij in d.l.cũ antiquitas.Alex.consi.177.Viso themate,lib.2.Roma.consi.80.Visis quam doctrinam vehementer commẽdat Ias.vbi suprà.Alex.& alij in d.l.cùm antiquitas. Tamẽ de iure regio,testes eosdem totum testamenti tenorẽ probare non erit necesse, quinimò sat erit, si pars testamenti per septem testes probetur,& alias pars eiusdem testamenti probetur per alios testes diuersos,licet eorum nullus sit, qui totum testamenti tenorem cognitũ habuerit. In actibus autem inter viuos non sic erit,etiam in terminis iuris communis.

58 Quinimò in actibus inter viuos ẽt de † iure ciuili admittitur,vt membratim fiat probatio,vt sic vna pars contractus possit probari per duos testes, alia verò pars per alios duos testes,arg.text.in l.Gall.§.ille casus.ibi,duobus quasi capitibus legis cõmixtis,ff.de lib. & post. vbi in simili per oẽs,& in c.licet ex quadã,per tex.ibi de testi.docet Ias.nu, 11.in d.l.cũ antiquitas Bal.in simili in l.testium C.de testi. col.5.idem Bal.in simili,in l.1.q.8.C.de testam.Ergo probatio membratim facta admittitur in actibus inter viuos iure tam cõi,quàm regio, at in vltimis voluntatibus idem erit iure regio, non sic de iure communi, cogita nã hoc in solo testa.nuncup.

59 Vnde erit & alia differentia inter nostrũ † ius regiũ, & ius ciuile,vt licet de iure ciuili oporteat,ꝙ omnes testes intelligant omnia in testõ contẽta, ita vt nullam particulam etiam minimam desinant intelligere singuli testes, nec.n. satis est,ꝙ fuerint præsentes,vt proximè dicebamus, nisi præterea omnia,quæ ibi agebantur,plenè intellexerint,vt ex cõi opinione resoluunt Cor,consi.304.Circa hanc cõsultationem,nu.20.lib.1.in simili per Bal.& Paul.in d.l.cũ antiquitas,Corn.consi.226.Licet in hac lib.3. nu.5.& cõsil.77.nu.3.& nu.11.lib.4.& Guil.Bened.in c.Rainu.de testam.par.1.in ver.in extremis positus,nu.40.Bar,in l.fidei commissi,§.quoties,ff.de leg.3.Corn.consil.307.Videtur prima facie,nu.1.lib. 3. vt sic de iure ciuili, licet testes sint præsentes toti testõ, id non sufficiat, nisi totum intellexerint,& sensu perceperint, nec per contrarium sufficiat, ꝙ totum intellexerint, nisi præsentes fuerint, potuerunt.n. ante,vel post actum testandi ab ipso testatore de contẽtis in testamento certiores fieri, id quod minimè sufficeret de iure cõi,tamen de iure regio magis esse videtur,vt sufficiat testes ab ipso testatore certiores fieri de contentis in testamento,non solũ in ipso actu testandi,sed etiã ante, vel post testamentum nuncupatiuum quasi sufficiat sufficienter probari,nec opus sit formaliter probari,quod vtile & nouum est.

60 Vnde infertur differentia, ꝙ licet de iure † ciuili vitietur testamentum,si scribatur per notas, seu abbreuiaturas insolitas,vt ex communi opinione disserunt Ale.cõs.153. Videtur prima consideratione nu.6.lib.2. Barto.in d.l.sed cũ patrono,§.fi.& in l.2.C.de veteri iure enuc.Bar. & oẽs in auth.quod sine,per tex.ibi, C.de testam.text.in l. sed cũ patrono,§.fi.ff.de bon.poss.& in l.vnica,ff.si tabulæ testamenti stabunt,ibi,quia ex coniectura,nõ propriè scriptus videtur.Guiliel.Bened.in c.Rainutius de testamen.par.1. nu.61.verb.testamentum,j.in simili per Speculatorem,de instrum.editione §.ostenso,versic.quid si abbreuiatura. Speculator de instrumentorum editione,§.instrumentorum,versiculo,item opponitur,ꝙ instrumentum est factũ per notas tamen de iure regio magis esse videtur, vt id testamentũ valeat,si modò exinde verus sensus percipi possit, quasi eo iure voluntatem testatoris sufficienter probari satis sit,nec oporteat formaliter probari in testam. nuncupatiuo.

Vnde infertur differentia octaua,ꝙ licet in testõ in scri-
61 ptis † oporteat tabellionem,qui illud cõficit,fuisse rogatũ, vt ex vera & cõi opinione resoluit Alex.consil.152.lib.2. col.2.per tex.in auth.de tabel.§.nos autem,vbi Accurs.& alij gl.& alij in c.cùm.P.tabellio.de fide instrumentorum, nec tabellionis rogitus præsumitur,nisi vel probetur,vel ipse id in ipso instrumento attestetur.Innoc.& alij in c.1.de fide instrum.Specul.& Io.And.de instrumentorũ editio, §.breuiter,Bar.& alij in l.sciendum,ff.de verbo.obl.& est cõis opi.secundum Alex.vbi suprà nu.9.idem in l.sciendũ nu.42.vbi Imo.Ang.in l.quæcunq;,§.fi.ff.de publ.tñ iure regio vt in testõ in scriptis rogitus tabellionis non desideretur, verosimilius est, cũ eo iure solennia testatorum nõ pro forma,sed tantũ pro probatione desiderentur.Cogita tñ,quia in hoc aliquantulũ vr̃ aduersari l.3.Tauri. Quod
62 autem diximus † oportere tabellionẽ fuisse rogatũ, id procedit qñ tabellionem interuenire iussit testator,nã si id nõ iuberet,verius est, ꝙ tale testm̃ citra tabellionẽ conscribi põt manu propria testatoris, vel alterius,vt ex receptiore sententia resoluit Cor.consi.226. Licet in hac, nu.2.lib.3. per §.sed cũ paulatim.Inst.de test.l.hac consultis. C.eo.ti. vbi inter reliqua testatorũ requisita non adijcitur tabellionis interuentus, quæ omnia ẽt procederent vbi esset statutũ præcipiens valere test.cũ bonis probationibus. Ex supe-
63 rioribus infertur noua dr̃ia inter ius † regiũ,& cõe, nẽpe, ꝙ licèt de iure ciuili in testõ nuncup.requiratur, ꝙ testator proprio ore nuncupauerit nomẽ hæredis,vel illud propria manu scripserit,vt in l.iubemus,C.de test. adeò,vt si testator alio hr̃de noĩante agnouerit nutu capitis, vel ꝑ verbũ sic vel ita, licet non pauci scribentiũ teneant talẽ hæredis instõnẽ valere,vt firmãt gl.& oẽs in d.l.iubemus, vbi Ias. nume.10.Bart.& omnes in l.hæredes palam,in prin. ff.de testamen.Ange.in l.in fraudem,§.1.ff.de mili.testa. Anto.& Imo.in c.cum tibi,de testa.Roma.conf.306.Proposita idem in l.1.§.si quis ita,ff.de verbo.oblig.est cõis opinio, secundum

secundũ Ale.conſ.33. Põderatis verbis,li.3.Cin.Bal.Ang. qui hãc dicit cõem & vſu approbatã in d.l.iubemus.Ang. in pr.Inſt.de reſt.Alex.in d.l.iubemus,per tex.in l.q̃m indignũ C.de teſt.Coua.de teſta.in c.cũ tibi,nu.4.& 5.Dec. conſi.489.In caſu occurrenti,nu.3.Iaſ in l.vbi aũt nõ apparet,§.illud,ff.de ver.obl.Alex.conſi.12. Viſo inſtrumẽto, lib.1.nu.6.Ale.conſi.47.Abundẽ,lib.2.nu.7.Par.conſ.19. Cõſideratis,nu.13.lib.3.Cor.in l.hac conſultiſsima, §.per nuncupationẽ,C.de teſt.Alex conſi.176.col.2.lib.5.idẽ in conſi.14.Viſis nu.15.lib.6.Soc.in l.ſi ita ſcripſero,col.1.ff. de cond.& dem.Tñ cõtrariã op.vt de iure ciuili inſtitutio
64 hęredis facta †ad interrogatiõẽ alterius,nõ valeat,teneat Iac.de Aret.in d.l hæredes palam,in pr.poſt plures relatos per Cor.vbi ſuprà,& per Iaſ.qui tenet contra cõem in d.l. iubemus nu.10.Cor.con.77.Viſo d.themate,li.4.n.j.quaſi pro forma requiratur, vt non ſolũ teſtator hæredẽ nuncupet ore proprio,ſed ẽt ꝙ id faciat vltrò,nõ ad interrogationẽ alterius. Verũ de iure regio (vt nos nouiſsimè interpretamur)magis eſt,vt hęredis inſtitutio, q̃ proceſsit ex libera voluntate teſtantis, valeat,ſiue hæredẽ teſtator vltrò nũcupauerit,ſiue ẽt ad ĩterrogationẽ alterius, quinimò fortè valebit, ẽt ſi illũ teſtator nullo mõ nuncupauerit, ſiquidẽ alio legitimo probationis genere apparuerit de illo hærede inſtituendo teſtatorem ſenſiſſe,arg.ſupra dictorũ, idq; in teſt.nuncupa.

65 Infertur ẽt & decima differentia, ꝙ licet de † iure ciuili nullus poſsit per aliũ teſtari,ſed tñ per ſemetipſum l.captatoriæ,ff.de leg.1.l.captatorias,C.de teſt.mili.l.ſenatus,§.legatũ,ff.de leg.1.quod & iure can.procedit regulariter,niſi fauore piæ cauſæ,vt tradunt pleriq; eorũ, quos ſuprà proximè retulimus,ſequitur,& dicit cõem opi.Dec.in d.l.captatorias, vbi ẽt Corn.Alex.& Iaſ.poſt alios,Cald.conſ.ſi. de conſt.Couar.in c.cũ tibi,per textum ibi, de teſtamẽtis. Abb.conſ.32. Circa duo,lib.2.col. 2. vbi hanc dicit cõem ſententiã,idẽ Abb.conſi.110.lib.2.In cauſa,col.pen.Abb. conſ.26.Videtur lib.1.tñ de iure regio magis eſt,vt valeat teſtm̃,quod quis per aliũ facit,non ſecùs,quã valeret quęlibet alia diſpoſitio inter viuos per aliũ facta, ex notiſsimo iuris elemento dictante, vt qui per aliũ facit,per ſe ipſum facere videatur.Nã ſecundum nos omnia teſtamentorum ſolennia remittuntur quo ad formã,licẽt eorum quædam quo ad probationem deſiderentur. Id quod hodie in hac ſpecie deciſum eſt per l.Tauri,31.cum ſeq. cogita in hoc.

66 Ex ſuperioribus ẽt infertur differentia 11.inter iuſt noſtrũ,& ius cõe,ſ.ꝙ licẽt de iure ciuili per prætcritionẽ filij fam.vitietur teſtm̃ ipſo iure,l.inter cætera,l.pen.& ſi.ff.de lib.& poſth.l.1.ff.de iniuſt.rupt.l.ſi.C.de contra tab.in pr. Inſt.de exh.lib.quinimò hodie licet eſſet exhæredatus, teſta.foret nullũ ipſo iure,niſi iuſta cauſa exhæredãdi expreſſa eſſet,vt eſt cõis opi.quã tenent gl.in auth. de hær.& fal. §.exhæredatos,verb.noluit,eſt cõis opi.ſecundũ Iaſ.in authẽ.non licet,col.3.gl.2.in pr.inſt.de inof.teſt.& vtrobiq; cõiter doct.Greg.Lup.in l.5.ti.8.par.6. idẽ Iaſ.in auth. ex cauſa,col.3.C.de lib.præt.idẽ in l.in ſuis,col.ſi.ff.de libe.& poſt.idẽ in l.ſi mater,in pr.ff.de vulg.idẽ in l.ſi.nu.18.C.de contra tab.Cro.in l.Gallus, §.& quid ſi tñ nu.52.ff.de lib. & poſth.Ang.de Perig.in tract.ſuita.q.ſi.Ale.in d.l.in ſuis nu.12.Bar.in d.auth.ex cauſa,nu.12.vbi per Alb.Odoſ.Petrum,Cin.Bald.Ang.Salic.Fulg.Paul.Corn.Alex.Iaſ.Cur. Iun.& alios Bar.nu.10.in l.in quartã,ff.ad legem Falci.vbi Picus n.6.& Ripa n.143. Licet hoc vltimũ ſolitus ſim impugnare tñ aliud fortè erit de iure regio.Sed hoc vltimum nõ firmo,quia in cõtrariũ facit par.6.ti.7.& ti.8. per totũ.

Ex ſuperioribus etiã infertur & 12.differentia inter ius
67 †noſtrũ regiũ,& ius cõe,vt licet de iure cõi ad validitatem teſtĩ requiratur teſtes teſtamentarios nõ fuiſſe cõpulſos, l. qui teſtõ §.ſi.in fine,ff.de teſtamẽtis,nõ ſic erit de iure regio,quo nihil aliud deſideratur,pręter legitimã probationẽ volũtatis teſtatoris,quæ per teſtes ẽt cõpulſos probari poſſe nulli dubiũ eſſe poteſt,quod tam vtile eſt,quàm nouũ.

Qua ratione colligitur ẽt & 13.differentia,vt licẽt de iu
68 re cõi olim † teſtm̃ ab hæredis inſtitutione deberet incipere,§.ante hæredis,inſti.de legatis,l.2.§.prius,ff.de vulgari, l.1. ff. de hęredibus inſtituẽdis quod ius hodie abſceſsit d. §.an hæredis,l.ambiguitates,l.prępoſteri,C.de teſtamẽtis tñ iure regio magis eſſe videtur, vt nunquã id neceſsũ fuerit,cũ eo iure ſolẽnia ab probationẽ tm̃,non etiam ad formam deſiderarentur,nec dubiũ eſt, quin quo ad probationẽ nihil referat, vtrũ teſtamentum incipiat ab hęredis inſtitutione,an aliunde,idq; in nuncupa.

Deniq; ex eadẽ ratione infertur & 14 differentia.Nam
69 licet de iure cõi ſignacula † teſtium neceſſaria eſſent ad firmitatẽ teſtamenti, §.ſed cũ paulatim.Inſt.de teſtamentis,l. hac conſultiſsima,in pr.C.de teſtamẽtis,l.1.& 2.t.1.par.6. tamen non ſic poſt d.l.1.ti.2.lib.5.ord.& l.3.Tauri.cogita idq; in teſtam.nuncupa.

Hinc etiã infertur & 15 differentia.Nam licet teſtiũ ſub
70 ſcriptiones iure cõi † deſiderarentur in teſtõ in ſcriptis, vt in d.l.hac conſultiſsima,& d.§.ſed cũ paulatim l.1.& 2.ti. 1.par.6.tñ nõ ſic erat de iure regio per d.l.1.tit.2.lib.5.ord. Licet agnoſcam eã legem abrogatam eſſe hodie hac in parte per d.l.3.Tauri.cogita quia non firmo.

Vnde infertur & 16 differentia, ꝙ licet iure cõi oporte
71 ret† teſtm̃ fieri vnico contextu l.hæredes palam,§.ſi.ff.de teſtamẽtis,l.cũ antiquitas,C.eodẽ l.furioſum, C.qui teſta. facere poſſunt,tñ non ſic eſſet de iure regio,quo iure ſolennia formæ abſceſſerunt, & legitimæ tantũ probationes in vſu,& in cõſideratione eſſe cœperunt,idq; in teſt.nũcupa.

In ſumma illinc etiam infertur,& 17 differẽtia, vt licet
62 de iure cõmuni † fœmina non poſſet eſſe teſtis in teſtõ, le. qui teſtamento,§.mulier,ff.de teſtam.d.l.hac conſultiſſ.& §.teſtes autem,inſt.eodem l.1.& 2.tit.1.par.6.tamen non ſic de iure regio poſt d.l.1.tit.2.lib.5.ord.quę omnẽ ſolennitatem teſtandi ademit,contenta legitima tantum probatione,legitima autem probatio teſtimoniũ mulieris nunquam repulit,vt d.§.mulier,quod & in teſtamento in ſcriptis admittendum dicerẽ, quia Tauri lex tertia hac in parte nihil innouauit.Facit,quia & iure canonico fœmina teſtis eſſe poteſt in teſtamento, vt concluſimus ſuprà ex receptione ſententię.Et omnes has differentias inter ius regium & ius cõe notabis, quia à noſtrorum nullo fuerunt vnquam præuiſæ, licet hæc materia ab eorum pleriſq; nõ oſcitanter fuerit elaborata. Iſtorum autem pleraq; non tã facilè aptantur teſtamento in ſcriptis, quàm teſtamentis nuncupa.in quibus ſolis hoc firmo.

Iuſta ſuperiora videndum eſt de iure regio,quid eſſet,ſi
74 †teſtator ipſe teſtamentum cancellauerit? quo caſu ſimiliter teſtamentum iure ciuili infirmatur,vt per totum, ff.de his quæ in teſt.delẽ.Et ſimiliter quod ſi teſtator fuerit coactus? quo caſu teſtamentum iure ciuili non valet, vt ꝑ totum ff.& C.ſi quis aliquem teſtari prohib.Aut quid etiam ſi teſtator ſe in arrogationem dedit? quo caſu iure ciuili teſtamentum infirmatur,l.pen.§.pen.ff.de ſecun.tab. §. nõ tamen inſti. quib.mod.teſ.infir.Et præterea quid etiam ſi præceſsit clauſula derog.quo caſu ſimiliter iure ciuili teſt. infir.eſt,vt in l.ſi quis,in prin.teſtamenti,ff.de leg.3. cum ibi not.per Bar.& alios,& in l.ſi mihi & tibi,§.in legatis ff. de leg.1.vbi per Aret.Alex.& alios.

Aut quid etiam ſi teſta.id eſt, hæredis inſtitutio fiat in bonis alienis? quo caſu non valet vt docemur ſuprà, §.17. nume.21.

Et proinde quid ſi voluntas conſũmata non fuerit? quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtm̃ nullum eſt l.ſi quis cum teſta.ff.de teſt.Aut quid ẽt ſi teſtator errauerat circa perſonã hæredis ſcripti ? quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtm̃ nullũ eſt l.ſi pater,l.neq; apud,C.de hær.inſti.l.ſi.ff.eo.l.ri.l.t in omnibus his caſibus, & ſimilibus magis eſt teſtm̃ infirmũ eſſe de iure regio,non ſecus quàm de iure ciuili, quia iure regio ſolennitates remiſſę ſunt, voluntates autẽ teſtantiũ eo iure integras eſſe oportet,nõ aliter atq; de iure cõi, nec dubium eſt quin iſthæc omnia,& ſimilia ad teſtatorũ voluntates,non autem ad teſtandi ſolennia pertineant.

75 *Supplementum non impeditur à testatore, et eius fauore inductum fuit, cum communi.*
76 *Turpis conditio adiecta in testamentis reijcitur, et in contractibus vitiat contractum.*
77 *Supplementum datur, cui legitima deficit.*
78 *L.5.ti.8.par.6.*
79 *Supplementum succedit loco querelæ.*
80 *Supplementum legitimæ olim vigebat in legitima patronorum.*
81 *Supplementũ legitimæ per l.omnimodo nepotibus suis non cœpit competere, sed longè postea, contra communem.*
82 *Nepos suus olim impunè poterat preteriri, contra communem cum nouiss.*
83 *Supplementum procedit in illis casibus, in quibus olim testamen. expugnari poterat.*
84 *Supplementũ legitimæ per l.omnimodo nõ cœpit competere filiabus, sed longè postea, contra communem.*
85 *Supplementum datur parentibus, cum communi.*
86 *Supplementum datur fratribus, cum cõi, contra Aretin.*
86 *Supplementum non datur patrono per hanc l. sed per alias leges, contra communem.*
87 *Supplementum legitimæ datur liberis in testamẽto matris cum communi.*
88 *Supplementum datur liberis adoptiuis in quibus casibus legitima debetur.*
89 *Supplementum datur emancipatis cum Roder.*
90 *Supplementum non procedit iure, ff sed nouo iure, cum communi.*
91 *Supplementum datur eo casu, quo olim cõpetebat ius dicendi nullum si aliquid fuit filio relictum cum glo. Paul.& communi.*
92 *Supplementum datur in quibus casibus competebat bo.pos. contra tab.emancipatis, cum gl.& commu.*
93 *Supplementum datur quo casu olim querela dabatur, cum communi.*
94 *Supplementum datur quibus casibus, competere bon.posses. parentibus.*
95 *Supplementum petitur infra 30 annos, secundum cõem.*
96 *Supplementum datur exhęredatio cui aliquid relictum sit cum communi.*
97 *Supplementũ puto non dari, sed querela non expressa causa exhæredationis à testatore, neq; ab hęrede probata.*
98 *Filius in minore portione, quã legitima institutus, olim solã querelam habebat contra Bald. Sal. Aretin.*
99 *Supplementum non petitur à legatarijs iure regio, nec etiã iure communi, cum Ang. contra commu.*
100 *Supplementum etiã à testatore prohibitum procedit. Secus si amplius petere vetuit. Et si filius, qui supplementũ peteret, eo quod ei reliquerat priuabitur, cum Bald. contra Paul.& Roderic.*
101 *Supplementum legitimę quibus non datur, nec datur ei, cui nil relictum fuit, cum communi.*
102 *Supplementum non datur ingrato, lim.2. cum communi.*
103 *Supplementum legitimæ etiam hodie viget cum Ias.*
104 *Supplementum legitimę an cesset, quando quod datum erat, ademptum fuit.*
105 *Supplementum etiam in codicillis ademptum datur, cũ cõi.*
106 *Supplementum datur filię paciscenti cum patre ne amplius peteret, contra communem.*
107 *Supplementũ datur turpi persona instituta, cum Bal. Pau. & Ias. contra eundem Pau.*
108 *Supplementũ ad hæredes transit cum Ias Sal.& Bal cõtra eundem Bald.*
109 *Testamentũ in quo filius est præteritus, est ipso iure nullum cum communi contra Are.*
109 *Supplementum apud me cessat, vbi filius nihil habuit à patre, licet acquieuerit testamento contra Fulg.*
110 *Supplementum legitimæ datur ad excludendum ius dicẽdi nullum, & bon.poss. contra tabu. & querelam cum Rober. contra Ias.*
110 *Intell. l.omnimodo, ibi vel alio modo subuertendis.*
111 *L.quoniam in prior. an procedat, quando testa. poterat subuerti querela tãtum, an etiam per contratab. vel ius dicendi nullum.*
112 *Cond. casualis, vel iuxta nõ vitiat hodie filij institutionem cum communi, contra alteram communem.*
113 *Intell. § cum autem.*
114 *Conditio etiam casualis reijciebatur per l.quoniã in prio. cõtra Ale.& Roder.*
115 *Intellect. l.scimus, §. cum autem C. de inoffic. testa.*
116 *Contra Alex. quòd l.quoniam, potest intelligi etiam quãdo testamentum sub potestatiua condi fuit factum.*
117 *Intel. l.quoniam in prior. per quam nunquam reijcitur cõd. potestatiua.*
118 *Cond. casualis, vel mixta ex toto reijcitur, quãdo filius fuit ex asse institutus.*
119 *Condi. potestatiua facilis etiam hodie non reijcitur de filij institutione contra communem.*
120 *Cond potestatiua cõsistens in dando, si legitimæ filij, qui ex asse fuit institutus, noceat reijcitur quatenus nocet, nõ vltra opi. noua.*
121 *Cond. casualis, vel mixta dato cohærede reijcitur vsque ad legitimam tantum op. noua.*
122 *Condi. potestatiua facilis non reijcitur hodie de institutione filij, contra communem.*
123 *Cond. si voluerit, non reijcitur hodie institutione filij cõtra communem.*
124 *Filius substitutus nõ cõcurrit per leges nouas cũ institutio.*
125 *Filius cohæredi substitutus petit legitimæ supplementũ, & in residuo spectat conditionẽ substitutionis, noua opinio.*
126 *Filius exhæredatus, & hæredi vniuersali substitutus, põt testamentũ querelare nec reijcitur cond subst. noua opi.*
127 *Filius hæredi vniuersali substitutus, statim occupat totam hæreditatem, quia primus gradus à quo filius preteritus fuit, nil valuit, noua opinio.*
128 *Filius primo gradu præteritus, & hæredi vniuersali substitutus totam hæreditatem occupat statim, quia primus gradus fuit nullus noua opi.*
129 *Intell. l.quoniam in prioribus.*
130 *Intell. l.si non mortis.*
131 *Legitimæ supplementum an iure, ff esset inuentum, quòd nõ contra quamplures.*
132 *Querela impeditur pacto interposito de non petendo, secus si non interponatur.*
133 *Querela in quibus excludatur, vel non.*
134 *Imputatur simplex donatio, quæ morte confirmatur filio famil.*
135 *Testamentum in quo filius est præteritus, non rumpitur, si aliquid receperat, & datur supplementum.*
236 *Parentes præteriri habentur pro exhæredatis, cum cõi.*
137 *Patri quando detur querela, contra communem nouæ declarationes.*
138 *Intel. l.1.& l.nam & si, & l.pater filium, ff. hoc titu.& l. istius, & §. non autem Inst. eo. ti.*
139 *Intell. 2. ad d l. pater, improbatur.*
140 *Intell. 3. ad d. l. pater, improbatur.*
141 *Intell. 4 ad d. l. pater, improbatur.*
142 *Querela an detur patri contra filij testamentum.*
143 *Patri siue præterito, siue exhæredato datur querela iure regio.*
144 *Bo.pos quot sint, & an hodie sint necessariæ.*
145 *Bon.poss. quæ non tribuunt ius, sunt tres secundum communem opin.*
146 *Bo.pos. gratia litis agnoscendæ, quæ dicatur.*

147 Bo-

147 *Bonorum possessio gratia litis agnoscendæ eò pertinet, vt si emancipatus in querela obtinuerit, ab hęreditate patris nequeat abscedere, secundum communem, contra alterã communem.*

148 *Querela non antè ab emancipato proponitur, quàm certum sit eum hæredem futurum.*

149 *Querela perlata filiusfa. ab hæreditate patris abstinere nõ potest, contra Cin. Alex. & Ias.*

150 *Bo.pos. datur filio emancipato, non autem exhæredato.*

151 *Emancipatus exhæredatus cognitus est à iure ciuili, contra gl. communiter appro.*

152 *Bo.pos. agnita quid operetur.*

153 *Querela non est sufficiens ad acquisitionem hęreditatis inducendum.*

154 *Bo pos. agnitio in quibus necessaria sit.*

155 *Bonorum possessio gratia litis agnos. non factum tantũ, sed etiam ius tribuit sub conditione, contra communem, cum altera communi.*

156 *Bono. poss. gratia litis agn. necessaria est emancipato ad hæreditatem transmittendam, noua opinio. contra mentem Doctor.*

157 *Idem in filio à matre pręterito, noua opi. contra Doct.*

158 *Idem in matre à filio præterita, noua opi. contra Doct.*

159 *Idem in fratre, noua opi. præter mentem doct.*

160 *Bo.pos. secun. tab. quæ pẽdente condi. datur, ius etiã tribuit, vt existente cond. hæreditas postea nequeat omitti, cõtra communem.*

161 *Querela perlata à filio suo, ab eodem declaratur velle se hæredẽ patris esse. Secus in emancipato. Vel sic testamẽto per querelã perlatam rescisso, suus statim iure suitatis fit hæres. Secus in emancipato.*

162 *Bonorum poss. quomodo intelligatur dari exhæredatis, noua opinio.*

163 *Querela quando cessat, vel non, per interuentum alterius remedij, noua decla.*

164 *Arenarius quis dicatur.*

165 *Legitima successio quę propriè dicatur.*

166 *Arenarius est infamis, ipso iure.*

167 *Intell. l. in arenam, C. de inof. testa.*

168 *Infamis licet succedat ab intest. tamen non succedit contra testamentum, cum communi.*

169 *Infamia potentius excludit ab hæreditate, quàm ingratitudo, cum communi, contra Ful.*

170 *Pœnitentia non purgat vitiũ ingratitudinis, contra Alex. & Ias.*

171 *Successio ab intestato facilius conseruatur, quàm contra testamentum.*

172 *Mores, quos quis in se probat, in alijs non potest reprobare.*

173 *Meretrix meretricem filiam exhæredare non potest, cum communi. Aliud in patre.*

174 *Infamis infamem testem repellere potest, contra cõem.*

175 *Testamentum an vitietur præteritione filij, cuius ingratitudo à patre expressa, & ab hærede probata fuit. Et si vitiatur testamentum, an repellatur à successione ab intestato.*

176 *Testamentum præteritione filijfam. vitiatur, licèt iusta causa expressa esset, cum communi.*

177 *Testamentũ de iure ciuili non conualescit, cũ filius ex iusta causa etiam expressa præteritur, licet ab hæredib. ea probetur, contra commu. cum quampluribus.*

178 *Testamentum in casu præcedenti non conualescit etiam de iure pretorio, contra Acost.*

179 *Successio ab intestato non perditur per ingratitudinem filij etiam exhęredati sine causæ expressione, licet postea iustam causam hæredes testamentarij, vel legitimi probare velint, cum communi, contra Ang. & Ias.*

180 *Legitimæ supplementum petit etiam exhæredatus, nisi & plus petere expressim vetitus sit, & iũcta causa exhæredationis probata fuerit.*

181 *Ingratitudo non excludit à successione.*

181 *Ampliatio. 1.*

182 *Ampliatio. 2.*

183 *Ampliatio. 3.*

184 *Ampliatio 4.*

185 *Ampliatio. 5.*

186 *Ampliatio. 6.*

187 *Ampliatio. 7.*

188 *Ampliatio. 8.*

189 *Ampliatio. 9.*

190 *Ampliatio. 10.*

191 *Ampliatio. 11.*

192 *Exhæredatio inducitur per hæc verba, Filium prætereo, quia me verberauit, cum commu.*

193 *Exhæredationis causa eneruatur per simplicem reconciliationem, contra Alciat. ex mente communis opinio.*

194 *Exhæredatio eneruatur offensæ remissione, cum Alc. & cõmu. contra Picum.*

195 *Intel. l. filio quem, ff. de lib. & posth.*

196 *Exhæredatio eneruatur per adoptionem filij postea factum contra commu.*

197 *Ciuitas bannita si in gratiam domini recepta sit, bannum cessat, cum communi.*

198 *Exhæredatio an eneruetur reconciliatione, noua opinio præter omnes.*

199 *Testamẽtum licet in sui creatione requirat iustam causam exhæredationis, tamen in sui conseruatione id non requirit, noua opi.*

200 *Intellect. §. aliud quoque, in authent. vt cùm de appellatio. cognosc.*

201 *Exhæredatio vtcunq; velit testator, eam reuocare non potest, contra Ias. nisi fiat aliud testamentum.*

FALLIT tricesimoquartò solennis testamentorũ obseruatio de iure nouo. Nã olim liberis præteritis testm̃ ipso iure vitiabatur, per totũ inst. de exh. lib. & ff. de libe. & posth. & ff. de iniu. rupt. & C. de lib. præt. postea secus per l. omnimodo, C. de inof. testa. item olim ad testamenti validitatem requirebatur ꝙ liberi, vel parentes ex integra legitima instituerentur alias querela rescindebatur testa. per totũ tit. ff. C. & insti. de inoffi. test. ꝙ requisitum hodie cessat per d. l. omnimodò. Cuius interpretationem aggredior, & eius verba ita habent.

Omnimodò testatorũ voluntatibus prospicientes, magnã & innumerabilẽ occasionẽ subuertendæ eorũ dispositionis amputare censemus, & in certis casibus, in quib. de inofficiosis defunctorũ testamentis, vel alio modo subuertendis moueri solebat actio, certa, & statuta lege tam mortuis consulere. quã liberis eorũ, vel alijs personis, quibus eadẽ actio cõpetere poterat, vt siue adijciatur in testõ de implenda legitima portione, siue non firmũ quidẽ sit testm̃. Liceat verò ijs personis, quę testm̃ quasi inofficiosum, vel alio modo subuertendũ queri poterãt, id quod minus portione legitima sibi relictũ est, ad implendã eã sine vllo grauamine, vel mora exigere. Si tñ non ingrati legitimis modis arguantur, cũ eos, s. ingratos circa se fuisse testator dixerit, nã si nullã eorũ quasi ingratorum fecerit mentionẽ, non licebit eius hæredibus ingratos eos nominare, & huiusmodi quæstionẽ introducere. Et hæc quidẽ de ijs personis statuimus, quarũ mentionem testãtes fecerint, & aliquam eis quantitatem in hæreditate, vel legato, vel fideicommisso, licèt minorem legitima portione reliquerint. Si verò vel præterierint aliquam eorum personam iã natam, vel ante testamentum quidem conceptam, adhuc verò in ventre constitutam, vel exhæredatione, vel alia eorum mentione facta nihil eis penitus reliquerint, tunc ve-

tera iura locum habere sancimus nullā ex præsente promulgatione nouationem, vel permutationem acceptura.

In hac l. omnimodò, in princ. ibi, omnimodò testatorū voluntatibus prospicientes, not. secundū Paul. Aret. & Ias. hic, ꝙ supplementū legitimæ non tā fauore liberorū, quā ipsorum testatorū, testamentorumq; gratia inductū fuit, & sic principaliter fauore testatorū, secundariò verò fauore eorū, quibus legitima debetur. Et huic conclusioni non inuenio vllum contradictorem.

75 Sed in contrariū fortiter facit, quia quod fauore † testatoris, vel alterius inductū est, de eius voluntate prætermitti pôt sed tñ supplementū legitimæ testator impedire non pôt, secundum verā & cōem sententiā quam tenuit Bald. Sal. Paul. Ang. & Ias. hic, Iaco. de Bellou. in §. ceterū, in authen. vt cū de app. cog. Dec. con. 346. Bar. Bald. & Ang. & cōiter doct. in l. si qñ, §. & generaliter, infrà, hoc titu. & ibi etiā Paul. idē Bart. in l. Papin. §. si conditioni. ff. hoc ti. Ale. consi. 69. Super 1. lib. 1. & in cons. 8. Visis subtilissimis, col. pe. lib. 3. idem Alex. cons. 88. Vtrū emphyteusis, col. fi. lib. 4. Ioā. de Ana. consi. 99. Visis & ponderatis, col. fi. Roderi. Xuarez in l. quoniā in prior. circa prin. hoc tit. infrà hoc ti. Id quod efficaciter probatur in d. §. ceterū. ibi, & si certis rebus iussi fuerint esse contenti.

160 bentium falsò opinatur) sed etiam ius † tribuere dicatur, vt ex vi illius agnitionis,& interim sub condi.bonor.possessio.delata transmittatur,& existente postea condi. noua agnitio necessaria non sit.Licèt aliter intellexisse videãtur docto.in l.fi.C.vnde leg.pręsertim Alex.Ias.Corn.& Decius ibid.

Pro conf.istorum adde quod Bart.in simil. cum quo est cõis opinio in l.1.col.2.de pact.C.ait hæreditatem nondũ delatam posse non purè repudiari,sed sub condi.hac,si q̃n delata fuerit. Vnde infero, ꝙ similiter eandem posset adire,per regulam,l.is potest,ff.de acquir.hære.& exemplificat ipse in hęred.sub condi.delata.Sic & in specie nostra is filius nondum delatam bono.poss.agnoscere posset, cùm agnitio conferatur in tempus,quo ipse victor euaserit,adireq; possit.Sed certè illud Bar.aliàs impugnaui, & hoc ex causa necessitatis iure quodam singulari receptum esse videtur.Sed an in terminis text.d.l.2.vt agnosci bon.posses. (quæ agnitio vt dixi ita rata est, vt secuta postea victoria, noua agnitione opus non sit) potest antequam hæreditas deferatur,ita & repudiari posset? Et puto non posse ex regula,ff.de acq.hæ.l.is qui hæres,in pr. Non obst.d.l.2.nam vtilitas, quæ sequitur ex tali agnitione, non sequeretur ex repudiatione. Itaq; licèt propter iustam vtilitatis causam (quæ iusta oritur ex impedimento,dilatione, & ambagib. litis)permittatur contra regulas nondum bon.posses.delatam agnoscere: tamen cùm ea iusta causa ad repudiationẽ allegari non posset,nulla est necessitas,quę nos ad regulas violandas cogere possit,præsertim cùm si hæreditatẽ nolim, possim querelam non proponere,propositámve repudiare,vt l.si quis filium,in fin.C.de inoffic.testam.Et dũ dixi,quòd qui potest agnoscere,nõ posset repudiare, hinc conf.quod doctor.communiter secundùm Ias.in l.legatũ 1.de leg.1.& in l.is.qui hæres,§.fi. ff.de acquiren.hæredit. tenent,scilicet,quòd licèt bono.posses. seruo delatam solus dominus agnoscere non possit, posset tamen eam repudiare,per l.1.§.per seruum,ff.de suc.edict.Et ad l.is potest,ff.de acq. hær. resp. vt per eos,scilicet,non semper,id arg.valere,quod hinc satis cõfirmatur.Sed illud falsum esse,aliàs probaui.

161 Deniq; simul ac filius† suus declarat velle se querelare, in necessariam consequentiam declarat velle se hæredem patris esse,cũ si in querela vicerit, abstinere non possit ab hæreditate per illam victoriam ipso iure quęsitam,l.suus, C.de rep.hæredi.iuncta l.Papin.glosi ex causa, in verbo. suus,ff.de inoffi.testa.Sed licèt emancipatus declaret velle se querelare,nõ ideo declarat velle se post victoriam hæres effici,neq; ipso iure fit per legem.Ideo oportet,ꝙ non aliàs ad querelam admittatur, quàm si indubitatũ fuerit post victoriam hæredem futurum, quod certum esse nõ posset,nisi agnosceret bon.pos.gratia litis ag. Verùm quia in suo certum erat post victoriam hæredem futurum ex suitate absq; vlla noua aditione, ideo in eo necessaria non fuit illa bon.pos.

Ergo ex omnib.superioribus habes tria satis notanda. Primũ,ꝙ hæc bo. pos.gratia litis agnoscendæ non est necessaria,nec inuenta ad hunc effectũ, vt per eã filius emãcipatus cognoscatur à lege ciuili:quinimò per solã exhæredationẽ is emancipatus satis cognitus fuit tam à patre, quàm à lege ciuili.Secundũ,ꝙ per talem bo.pos.is emancipatus si moriatur pendente lite,seu querela inoffic.testa. trasmitteret hæreditatẽ ad suos hæredes, vt si vicerint in lite querelæ,illam hæreditatẽ acquirere possint,quã quęrere aliàs nullo modo poterant,vt l.emãcipata,vbi doct.cõmuniter,C.qui admitti.Tertiũ,ꝙ is emãcipatus, qui querelabat, licèt post victoriam non efficeretur hæres necessarius ex vi solius querelæ propositæ.argum.l.1.ff.de condi. ob caus.tamen secùs est post agnitionem huius bon.poss. gratia

gratia litis agn.quæ habet effectũ,vt si is emancipatus vicerit,non posit ab hac hæreditate abstinere, quã per agnitionẽ huius bo.po.videtur iã quæsiisse, & adiuisse sub hac cõditiõe,si vicerit in querela. Quartò habes hãc l.2.vtilissimè extensam,vt vtilis sit,non tantũ in emancipato,sed etiã in omnibus personis,quæ ad querelã admitti possunt,preter eos,qui habent iura suitatis.Et sic seruatur generalitas huius l.quæ alias miserè ad solum emancipatum restringeretur,cùm de emancipatione ibid.verbum nullum.

162 Sed opponitur,ꝙ bo.poss.non datur † exhæredatis, l.1. in prin.& l.non putauit,in princ.ff.de bo.poss.contratabu. ibid.autẽ dicitur exhæredatis,vel ijs, qui pro exhæredatis habentur dari.bon.poss.Respondeo,ꝙ hæc bon.poss.cõfertur in tẽpus, quo talis exhæredatio fit per querelã inof. testa.eneruata,& infirmata,vt ibid.expressum est,dũ ait ꝙ per hanc bon. poss.non statim aufertur possessio bonorũ hæreditariorũ scriptis hæredibus, sed demum postquã vicerit is,qui querelã proposuit, sicq; hæc bon.poss.confertur in tẽpus,quo illa exhæredatio ad nõ causam,vel ad nihilum redacta fuerit,quo casu habetur perinde, ac si re vera talis exhæredatio facta non fuisset,arg.l.1.& l.quod spõse,C.de don.ante nup.Etenim ea exhæredatio,quę vel primordialiter inutili vtiliter facta fuit,vel ex post facto euanuit,pro præteritione habenda est,nec impediet bo..poss. non magis,quã ipsamet præteritio arg.l.non putauit; §.nõ quæuis,cum ibi notatis,ff.de bo.po.cotratab.

163 Item opponitur,ꝙ quandiu superest † aliud remedium cessat querela inoffi.testa.§.tam autem.Inst.de inoffi.test. l.maximum.C.de lib.præ.Solue.Illud verum,quandiu est remedium aliud ad rescindendũ.Secus si ad impugnandũ, vel rescindendum testam. nullum aliud remedium sit : nã tunc licèt competat aliud remediũ ad alium effectum , tũc nõ est cur denegemus remedium querelæ ad testam.illud rescindendum,quod nullo alio remedio rescindi poterat, quale est in terminis d. l. 2.vbi testam. nullo alio remedio quàm querela rescindi poterat,& bon.pos.de qua ibid.nõ pertinebat ad testam.rescindendum,sed ad hoc, vt si pendente lite querelæ is.qui querelabat,decederet,hęreditatẽ, qua de agebatur,transmitteret,vel ad hoc, vt si vicisset in querela,tunc hæres etiam inuitus futurus esset.

Item oppono,quòd effectus bon.poss.est,quòd auferatur possessio bonorum hæreditariorum scriptis hæredib. & applicetur ei,qui querelam proposuit,postquàm vicerit cuius contrarium dicitur ibid.Solue.Nego contrarium,nã post quàm vicerit,bene habebit possessionem bonorũ hæreditariorum,licèt pendente lite non ita : quia commodũ possessionis est,quòd lite pendente possessio reo non auferatur l.2.C.de edict.diui Adri.cum gl.§.commodum.Insti.de interdict.

Quæro,quid si filius esset † arenarius, sicq; infamis, an si in minore portione quã legitima esset institutus,de ipsius institutione reijceretur cõditio per l.quoniã in prioribus, hoc tit.& suppleretur legitima per hãc legẽ,vt sic nec querelã mouere posit pretextu minoris portionis,vt hic, nec etiam eo prætextu,ꝙ sub conditione hęc portio sibi relicta esset? Quę quidẽ controuersia illinc pendere videtur, vtrum hæ leges nouæ ijs duntaxat casibus prospectũ velle videãtur,quibus olim occasione minoris portionis testamẽtum illud,quo de agitur,euerti posset. Qua de re fusius docemur in §.10.super interpretatione l.quoniã in prioribus,hoc tit.Pendet etiã illinc,vtrũ insuccessibilis sit, nec ne:nam si esset insuccessibilis contra testamentum,vel ab intestato,tunc ad eum le.nostra non pertineret, verùm si vtroq; modo posset succedere,tunc ad eum pertineret, id quod traditur per l.in arenam,hoc tit.

Ex quo text.ibi arenam , dic,quòd arena ibidem sumitur pro amphitheatro,quo in loco bestię conficiebantur, sic appellatus,quòd arena eo in loco spargebatur,quæ sanguinem siue hominum,siue ferarum effusum ebiberet, bibula enim arena est,vt patet.Ita Vlpianus in l.qui iudicio , ff.de accusatio.qui cum bestijs (inquit) depugnandi causa in arenam intromissi sunt,&c.

Illi ergo accusare vt infames prohibentur,vt ibi ꝑ text. & per gl.& alios,quasi infamis intelligatur ipse.Et dum ille tex.d.l.in arenam,loquitur de arenario, ibi arenarius ille

164 dicitur,qui cũ bestijs† pugnandi causa in amphitheatrum prodibat,siue his in hoc operas suas locaret , siue virtutis exercendæ causa sui spectaculũ pręberet.Licèt vilior,abiectiorq; videretur,qui in hoc operas suas locasset, sicq; turpis is videretur,vt in l.hæ demum,ff.de oper.lib.ibi, turpitudine,facit tex. in l.2.in fi.cum duabus legibus sequentib. ff.de ijs qui not.infamia.

165 Et dũ in d.l.in arenam dicitur,legitimę † successiones , ibi,legitimas successiones,intellige propriè de illis,quę deferuntur ab intestato. Sed & illæ quæ ex testamento deferuntur,largo sumpto vocabulo dicuntur legitimæ,secũdũ Alciatũ in l.lege obuenire de ver.sign.per tex.ibi.& l.verbis legis,eod.& per pri.Inst.de leg.Fal. Vnde si emphyteusis ex causa contractus debetur mihi & hæredibus meis legitimis,decesseroq; institutis extraneis , etiã illi succedent in emphyteusim secundum Alcia.vbi suprà.Quia licèt hi ex testamento sint hæredes,tñ etiam hæredes testamentarij continebuntur appellatione legitimorum hæredũ.Cuius contrariũ tenent Alex.consi.56.vol.2.& Ias.in l.vn.C. quando non peten.par.nu.4 cum seq . Tamen nouissimè conc.vt si alias ab intestato successuri sint scripti,tunc hæredes illi licèt testamentarij sint, succedant in emphyteu. quia nõ minus legitimi sunt,eò ꝙ instituti,quàm si ab intestato succederent,imò plus, cũ legis dispositioni accedat hominis dispositio.Quòd si extranei sint instituti, tũc secùs,quia in cõtractibus fit stricta interpretatio,l. quicquid astringendæ,ff.de verb.obli.Vnde appellatione successionis legitimę,in quibus casibus fit stricta interpretatio sicut in contractibus,non continetur testamentaria successio. Infero,ꝙ si actũ est inter socios,ꝙ legitima hæreditas cõmunicetur, tunc si vnus ex socijs ab extraneo sit scriptus , nil communicabit,sed sibi habebit,ꝙ si ab eo, cui aliàs ab intestato successurus erat,tunc cõmunicare tenebitur. Licet aliter,& malè velit communis,de qua per Bart. in l. 3. nu.7.cum sequentib.de leg.1.vbi Ias.col.fi. contra quã tenet ipse Ias.post Vexu.& Aret.quæ opiniones sunt cõcordandæ secundum superius relata.

Ergo ex superioribus habes illum tex. dupliciter intelligere. Primò in successionibus ab intestato. Secundò etiã in successionibus ex testamento.Quod vltimũ in specie tenuit ibid.Paul.& Sali. & benè. Et Paulus, dum tex. loquitur de arenario,ita exponit.

166 Ibi arenario,qui ipso† iure est infamis.ita Paul. Cast. & Pet.de Bellaper.&alij vbi suprà.quia spectaculum sui prębet populo.vt l.1.post pr.ff. de his qui no.infa. Et similiter intellige in tex.ibi bo.po.s. gratia litis agnoscendæ, secundum Ias.ibid.qui contendit text. illum necessariò intelligendum non in bo.po.contratab.sed in bo.po. gratia litis, agnoscendæ.de qua supra eod. l.2.q̃ ad querelam præparãdã necessaria est emãcipato. secundum primum intellectũ gl.d.l.2.qui intellectus cõis est secundum Ias. vbi supra.& ibi dixi. Mouetur Ias.quia(inquit)in hoc titu. Imperator tractat de querela,non† de cõtratab.bon. poss.Vnde illud verbũ,bo.po.magis est vt referatur ad bo.po.gratia litis agnoscendæ, q̃ ad bo.po.cõtratab.quia illa exhæredatis,vel ijs,qui pro exhæredatis habentur,datur.vt in d.l.2. vbi diximus.hæc aũt nõ datur nisi præteritis.l.nõ putauit. in pr. & l.1.in pr.ff.de bo.po.cõtratab. Sicq; si intelligamus tex. illũ in bo.po.gřa litis agn.tũc cõueniet huic legi, & totius, huius tit. materiæ,secus si intelligerẽt de bo. po. cõtratab.

168 Vñ secundũ Ias.infertur,ꝙ si filius†arenarius esset præteritus,haberet& ius dicendi nullũ, & contratab.bo.po.nõ secùs,q̃ si arenarius nõ fuisset.ita Ias.in d. l. in arenam Fulgosius aũt ibi fuit in alia opinione loquatur in bo.po. con tratab.que datur emancipatis, vt per totum.C.& ff.de bono.poss.contratab.non autem in contratab.bo.po.quæ datur suis, vt in l. maximum vitium.C.de libe.præt. §. sunt

autem Inst.de bo.po.Nã si filius(inquit) in potestate fuisset præteritus,tunc testa.diceret nullũ:secùs in emãcipato, cuius præteritio non reddit testa.nullũ, saltem inspecto tẽpore huius legis: vnde præteritus non ita posset testa.expugnare,sicut is,qui est in potestate.

Est ẽt tertius verus & cõis intell.ad d.l.in arenam existimãtium,ꝙ iste tex.loquatur generaliter, & intelligatur de bonorum poss.contratab.idq; tam in suo, quam emancipato,vt siue suus,siue emancipatus sit præteritus, cũ esset arenarius,contratab.bo.po.denegetur emancipato: suo verò & contratab.denegetur, & etiam ius dicendi nullum. Ita vult gl.ibid.in verb.bo.pos.quam sequuntur Odofredus,& Alber.& Pau.& Aret.& Ias.ibid.& alij cum gl.simpliciter transeunt.Et is intellectus apertè probatur per illũ text.si non violetur.

Ex quo tex.secundũ hunc cõem & verum intel. no.ꝙ
169 ad filiũ † repellendum à successione paterna longè potentior est infamia ipsius, quã ipsius ingratitudo erga patrem commissa.Quia ingratitudo sola non excludit eũ a successione contra testa.vt in l.3.si emancipatus ff.de contratab. & per totũ,C.& ff.de bo.po.contratab.nisi præterea fuerit expressim a patre exhæredatus nominatim, sicq; ab eius hæreditate expressim, & nominatim remotus,& certo iudicio,vt in pr.Inst.de exh.liber.l.1.2.& 3.in §. purè, ff.de lib.& post.Et tñ sola infamia excludit eũ filiũ à successione patris testantis,ẽt si expressim, & nominatim non fuerit à patre remotus ab hæreditate per exhęredationẽ,vt dixi,sed tacitè tantũ per præteritionem,nã præteritio, est tacita exhæredatio secundũ Pau.vbi suprà,& Bar. in le.filio præterito,ff.de ini.rup.Pro quo bonus tex.quẽ ipsi nõ allegant in l.si cùm vel in vtero,in fi.C.de testa.mil.

Hinc apparet incautus error Fulg.hic, dicentis in d.l.in arenã,ꝙ ibid.probatur, ꝙ licet ingratitudo regulariter nõ impediat bono.poss.arg.d.l.3.§.si emancipatus, 1.ff.de cõtratab.bon.poss.tamen illinc secundũ eum probatur contrariũ in verb.bon.poss.Sed grauiter errat, nam (vt dixi) ibi non loquimur in ingratitudine filij arenarij,sed in eius ignominia,quæ lõgè potentior est,quã ingratitudo.Et potest esse ratio,quia ingratitudo filij per dissimulationẽ patris aboletur,argu.§.pen.Institu.de iniu.& in l.filio quẽ.ff. de libe. & posth. filij autem infamia per patris remissionẽ non potest cooperiri,vel deleri.

Vnde colligo supinum fuisse errorẽ Ias.in d.l.in arenã,
170 & Alex.In l.1.ff.solu.matri.aiunt.n.ꝙ † si filius commisit causam ingratitudinis aduersus patrẽ,si quidem pœnitentiam egerit,non poterit exhęredari,arg.eius,quod ait Bal. in l.filiã,hoc tit.vbi tenuit,ꝙ filia,quę propter flagitiosã, turpemq; vitã potuit exhæredari,si emendata fuit, iã exhæredari non poterit.Sed errant,quia longè refert, vtrum propter sui infamiã,& turpitudinem possit exhęredari,vt tunc acta pœnitentia,exhęredationis pœnã possit effugere,an verò propter delictũ,ingratitudinemq; aduersus parentem commissam,vt tunc pœnitentia nihil prosit ad tollendum ius patri quæsitum,argu.d.§.fi.Inst.de iniur. nãq; in delictis consummatis non est locus pœnitentiæ.

Item nota secundum Ias.in d.l.in arenam. ꝙ longè faci
171 lius remouetur quis à successione †contra testam.quam à successione ab intestato. Nam ibi filius arenarius,qui à successione ab intestato non remouetur, remouetur tñ à successione contra testam.Ad idem tex.melior de iure,quem Ias.non allegat in §.eadem hæc. Inst.de hære.ab.ibi,vt ab intestato,ita longè minùs contratabu.&c.de quo text.per Fortunium in l.Gallus,§.quidam rectè,num.47.ff.de libe. & posthum.

Hinc infertur secundum Ias.vbi suprà,ꝙ si filius ingratus præteritus sit in patris testamento,tunc nihil proderit hęredibus probare eius ingratitudinem, quasi tũc deferatur hæreditas ab intestato, cuius successionis ab intestato filius pp sui ingratitudinẽ capax nõ desinit esse,vt ibib.qđ & vult Ang.in l.1.in fi.ff.hoc tit.contra gl.in §. ingratitudinẽ,in authen.de nupt.quã Angelus sibi cõtrarius sequutus fuit in d. §.ingratitudinẽ. Sed certè Iaso. æquiuocauit, Nã tex.d.l.in arenã, non loquitur in ingratitudine, sed in infamia,& turpitudine.Sed an conclusio Angeli & glossæ vera sit,pendet ab intellectu,l.filio præterito, ff.de iniust. rupt.de quo infrà subijciã.Est tñ verum, ꝙ Bald.& Bart. in l.fratres,suprà eod.& Ias.vbi suprà,tenent, ꝙ causæ ingratitudinis, quæ repellunt fratrẽ à successione fratris turpi persona instituta,pro sunt ad repellendum eum à querela inoffi.testam.non à successione ab intestato.

Item ex fine tex.d.l.in arenam, notatur ꝙ nihil Iudeus Iudæo,nihil Catilina Cethego. Vnde Sallust.ait,Qui in alterum dicere paratus est,vitio carere debet.Et vt aiunt.

173 † *Tollere festucam si vis de fratris ocello.*
Quæ tua conturbat lumina tolle trabem.
Nam vt Horatius Satyra 3.lib.1.ait.
Vitijs nemo sine nascitur optimus ille.
Qui minimis vrgetur.
Rursus propertius ait lib.2.Eleg.ad Herennium.
Vnicuique dedit vitium natura creato.
Qua de re multa per Alberi.in d.in prin.Et Horatius.
Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis.
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum.

Hinc etiam inferunt doct.communiter in d.l.in arenã, quales sunt Bar.Bal.Ange.Petrus de Bel.Fulg.& Ias.quòd mater meretrix filiam meretricem non per hanc similem causam poterit exhęredare.Idem Curt.iuni.in authen.nõ licèt,C.de lib.præt.

173 Limit.in patre † meretricatore,qui nihilominus põt filiam meretricẽ exhæredare,secundum Ias. vbi suprà in fine,& Fulg.in authen.sed si post.suprà eod.Cinus in l.filiã, suprà eod.Ratio,quia secundum mores hominum maior castitas desideratur in fœminis,quàm in masculis,glo.in l. palàm,§.quæ in adulterio,ff.de ritu.nupti.

174 Hinc etiam inferunt doc.ꝙ † infamis non potest repellere testem infamem à testimonio in causa dicẽdo.Ista est cõis opin.quam tenent gl.in l.3.§.lege Iulia.ff.de testibus. Guiliel.ibi & Bar.Bal.Paul.Fulg.Areti.Ias.& Salic. & Ange.per illum tex.d.l.in arenam.Limita.secundùm eosdem cõiter,vt de officio possit iudex talem testẽ repellere, per tex.in l.quos prohibet,ff.de postul. Sed teneo ꝙ non solũ iudex talem testem repellere de suo officio possit, sed ꝙ ad id teneatur etiã ad petitionẽ partis,nam in pari causa potior est conditio possidentis c.in pari.de regul. iur.lib.6.l. mercalem C.de cond.ob.turpem cau.sed is contra quẽ infamis testis producitur, in sua domo quietus stat, potestq; repellere testẽ infamem,qui eum aggreditur.Præterea certat de vero damno vitando,ergo,&c.l.fi.C.de codic.Prętерea calumnias,mendacia, periuria similium testiũ vitari interest reipublicę etiã principaliter ad portionem cuiuslibet de populo,argu.le.si quis ingenuã,§.in ciuilibus, ff.de capt.l.fi.C.de fideic.l.2.C.de indi.vid.l.properandũ,per totam,C.de iudi. Deniq; hæc res summam habet æquitatẽ, facit l.2.§.sed quia veremur,C.de iuram.calum.

Confirmatur,quia testi possum opponere inimicitiam, cui inimicitiæ causam dedi,vt est cõis opi.quam tenẽt Ias. & alij in authen.sed si post viginti C.de inof.testa.ergo similiter potero testem infamem repellere, cum ei nullam ego infamiam irrogauerim.

175 Illud tamen multum notandum est,quod Barto.in authentica,ex causa,numero 12.de lib.præt.cum quo est cõmunis op.secundum Emanuel de Acosta in l.Gallus,§.& quid si tantum,num.165.ff.de liber.& posthum.pag.128.
175 vult,ꝙ testamen.in quo filius in † potestate præteritus est expressa ita iusta causa,quæ sufficeret ad exhæredationem quæ etiam ab hęrede probata est,valet. Vnde infertur not. limit.ad glo.app.in auth.de hęre.& fal.§.exhæredatos,dũ vult testam.filij in potestate præteritione etiam hodie nõ valere,licèt exprimatur iusta causa præteritionis.nã id verum,nisi causa probata sit per hæredẽ.Sed opp.tenẽt multi per d.Emanuel relati,quorum opin.sequor. Primò,quia testam.

testam.infirmum esse constat,& per hoc delatā hæreditatē ab intestato, hæreditatis autē ab intestato delatę capax est filius quantumcunq; ingratus secūdū cōem de qua per eundem ibid.nu.166.cum seq.Secundò,quia ad validitatē testamenti tria copulatiuè exiguntur.Primū,ꝙ filius si nō instituatur,exhæredetur.Secundò,ꝙ causa exhære.exprimatur.Tertiò,ꝙ per hæredem probetur,§.aliud quoque capitulū.in auth.vt cū de appe.cog.ergo concursus duorū non sufficit,l.qui hæredi.de condi.inst.ff. Tenendo hanc partē,non obs.l.filio præterito,ff.de ini.rupt. quia solennitas exhæredationis, vel institutionis non propter vitandā falsitatem,sed propter filiorū vtilitatē recepta est.Aret. in rub.ff de lib.& post.quò fit,vt filij voluntate præstita legitimo tpe(id est,post mortem patris)huic solennitati possit renunciari,cum fauori suo quisq; possit renuntiare, ita procedit d.l.filio præterito sed in specie nostra filius non approbat testam.patris ergo,&c.l.e.cùm hi, §.si prætor,ff. de transact.l.nemo potest,de leg.1.ff.Nec obst.l.codicillis §.Lucius,de leg.2.quā nouissimè inducebā aliàs pro cōi, quia minus solennis vol. de qua ibi,sustinetur in vim codicillorum ab intestato,qn̄ vel testator sciebat in vim testamenti valere non posse, vel suspicabatur posse fieri, vt in vim testamenti non valeret,deq; ea suspicione liquebat ex expressione verborū,ita procedit,l.1.ff.de iure codic.d.§. Lucius,& doctrina Bar.in l.1.§.si quis ita,de verb.obli.ff. Sed nos loquimur, qn̄ non constabat ꝙ sciret non valere in vim testam.nec ꝙ suspicaretur fore, vt in vim testa. nō valeret,sed qn̄ simpliciter testam.fecit,ideo tenendum est ꝙ is casus tāquā omissus à testatore,qui (vt verisimile est) putauit de iure testari, remanet in dispositione iuris cōis, quod habet id testam.nullum esse propter filij prеteritionē.Extat ergo id testam.non valere,hoc primò.Sed valere filio approbante.hoc secundò.Etiā si iniustè filius præteritus fuisset,hoc tertiò.per d.l.filio præterito. Quartò eā approbationem ipsi filio,non cęteris fratribus similiter iustè præteritis nocere:quinimò poterunt dicere testa. nullum,quia factum vnius,&c.vt per totū,C.res inter alios.l. non debet,ff.de iureiur.Hæc intelligenda de iure ciuili, nā de iure prætorio quid iuris,alibi docemur.

Præterea pro nobis bonus tex.in l.3.§.si emācipatus, ff. de bon.poss.contratab.versi.Nam si tā ignominiosam vbi probatur,ꝙ filius testatoris, qui tam ignominiosam duxit vxorem,vt propter hoc posset exhęredari,viuo patre decessit,qui reliquit filium testatoris nepotem,text.ait, ꝙ is nepos ab auo potuit exhæredari odio patris.argu.l.si quis in suo, §.legis,hoc tit.Si tamen exhæredatus non fuit, sed præteritus, admittitur per contratab. ad impugnandū aui testa. Ecce ergo vt qui exhæredari potuit odio patris non secùs quàm si ingratus existeret,is si præteritus fuerit, impugnat testam.Sic ergo & in proposito filiusfa.qui per exhæredationem potuit iustè à patris hæreditate remoueri, si præteritus fuerit,non impeditur impugnare testam.

Ergo vt plenè liqueat materia nostra,plura sunt examinanda.Primū,an hodie si † filiusf.pręteritus sit à patre,ex 176 pressa iusta causa,quæ ad exhæredationem sufficeret,id testa.valeat,nō secùs,quā si is filius expressa iusta causa exhæredatus fuisset? Et vera & cōis opinio est testam.non valere,non magis,quā olim.Ita tenent Bar.nu.12.in authen. ex causa,C.de lib.præt.vbi per Pau.& alios,sequitur,& dicit cōem opi.Alex.nu.9.cum seq.in authen.non licet, eo. tit.gl.in §.exhæredatos,in authen.de hæred.& fal.in verb. noluit,sequuntur,& dicūt cōem op.moderni,vt per Cor. in d.authen.ex causa,nu.18.& nu.19.& nu.20. vbi Curti. iunior,nu.17.Areti.in l.3.§.filius.ff.de lib.& posth. Egregius Emanuel in l.Gallus,§.& quid si tantū,pag.129.eod. tit.Ias.in l.posthumo nato nu.18.C.de bo.pos.contratabu. Alex.nu.12.in l.in suis,ff.de lib.& posth.& ibi Ias.col.fi.in fi.idem Ias.in d.authen.non licet,col.pen.versi.7.idē Iaso. in d.authen.ex causa,col.3.idem Ias.in l.si mater,in princi. nu.5.ff.de vulg.vbi etiam Paulus,qui d.glo.dicunt communem,& est communis secundum Crottum in d.§.& quid si tantum,nu.52.Ange.de Perigl.nu.5.in l.in suis.suprà alleg.quæstione fi.Probatur hæc cōis opinio.lege, & ratione.Nā eam probat tex.in §.aliud quoq;,& in §.siue igitur in authen.vt cum de appe.cog.Et patet ratione peremptoria.Nam d.authen.vt cùm de appel.cog.facta fuit,quo magis,non quo minus liberis subueniretur.Ergo vt olim per præteritionem filijfam.vitiabatur testam.ipso iure, etiā si expressa iusta causa esset præteritus,vt per totum Insti. de exhæred.lib.per totum,ff.de lib.& posth.per totum,C.de liber.præt.l.1.tit.8.part.6.ita quoq; & multò magis hodie tale testam.vitiabitur, post d.authentica, quæ ad liberorū vtilitatem,quo magis contra testam,parentum admitterētur,facta fuit,non quo minus. Quo argumento vtitur in simili Iureconsultus in l.3.§.si emancipatus ff.de bon.pos. contratab.Hæc intellige quando dixit testator,filius verberauit me,nec vltrà processit: quòd si adijceret,ideò eū prætereo,tunc virtualiter exhæredatus videretur, & sufficeret,vt infrà dicemus.

177 Secundus articulus est.an dato, ꝙ † tale testam. ab initio in sui origine vitiosum sit possit saltem ex post facto conualescere,si fortè causa præteritionis,quæ & iusta erat & à testatore expressa fuit, ab hærede probetur? Qua in re communis opin.est,quòd per probationem illius causę testam.valere incipiat.Quam cōmunem opi.tenent Bart. in d.authē.ex causa nu.12.vbi Salicetus nu.6.& Pau.col.2. Ias.nume.1.Curt.iuni.nu.39.egregius Emanuel in d. §. & & quid si tantùm,pag.128.Ang.in authen. non licèt in fi. Lancelotus Galiaula nu.46.in d.§.& quid si tantū.Iacob. de sanct.Georg.& Ang.in d.authen.non licèt.Ripa in l.fi. C.de reuocandis donationibus,quæstione 47. per Guiliel. Benedict.in c.Rainutius,§.in eod.tit.relinquens,2.nu.47. de testamen.

Contrarium tenent Cin.& Alexan.colum. pen.in d.authen.non licèt.Dinus in l.Gallus,in prin.ff.de lib. & post. post Iacob.de Areti.quem refert Cin.vbi suprà, & in contrarium inclinant Curt.iuni.in d.authen.non licèt, nume. 15.vbi Corn.idem sentit num.28.

Quid dicendum? In primis indubitanter teneo nō vare tale testam.de iure ciuili per totum, ff.de liber. & posth. per totum,C.de lib.præt.per totum Insti.de exhæ.lib.quę iura per authen.vt cùm de appe.cog.nō reperiuntur in aliquo quò magis,sed quò minùs testamen.valeat,immutata Quod & nominatim probat,§.siue igitur,in dict.authē.vt cùm de appel.cog.ibi,suam habere firmitatem, vbi satis significantur,quòd per illam authen:testamenta, quæ iure vetere valebant,sub hac demum conditione confirmātur & approbantur,si forma ab illa authentica adiecta,& inuēta adhibeatur,non autem per illam authen.validitas testamentorum inducitur eo casu,quo olim non valebat testamen.sed hoc casu olim saltem de iure ciuili non valeret testamen.ergo hoc hodie.

Sed an de iure saltē prætorio hoc casu simul ac illa causa pteritionis,quæ à testatore expressa fuit,ab hęrede probatur,incipiat valere testam. Et egregius Acosta vbi suprà tenet valere,argu.l.filio præterito,ff.de inius.rupt. vbi testam.quod per filij præteritionem erat ipso iure nullū, inspecto iure ciuili,valet de iure prætorio filio abstinente,& 178 iuri suo renūtiante.Sic & in proposito,si† filius in potētia excludatur,argu.l.2.C.de hær.Inst. sed certè nullibi efficaciter probatur.ꝙ filiusf.qui causa expressa præteritus fuit, sit priuatus potentia succedendi patri suo, licèt causa illa ab hærede probata fuisset. Itaq; eius fundamen. dupliciter suspectum est.Primò,quia legem,filio præterito, quæ satis ēt in suis terminis peregrina est, vult extendere de casu voluntatis ad casum impotētiæ.Secūdo(& fortius)quia ēt si eā extensionē admitteremus,adhuc filij impotentiā ipse nō probat,quinimò probatur contrariū,quia secundū veras & cōmunes opin.proximè relatas id testamen.constat vitiosū esse ex regula generali,nec exceptio probatur,vt dixi,quinimò in indiuiduo pro nobis videtur tex.in l.3. §.si emancipatus, 1. ff.de bonorum possess.contratab.vbi nepos,

pos qui odio patris ab auo potuit exhæredari iuxta le. si quis in suo §.legis infrà eod.is si prçteritus fuerit,pôt infirmare testam.per contratab.& tex.ait,ꝙ imputandũ est testanti,qui cum posset vti iure suo,nepotem exhæredãdo, id omisit: sicq; qui exhçredatus nõ posset aduersus testamen.quicquã dicere, is quidem præteritus contratab.habebit.Sic & in specie nostra,is filius,qui iustè potuit exhçreuari, licèt exhæredatio causa à testatore expressa, & ab hçrede probata ei noceret,tñ si testator noluit vti iure suo eũ exhæredando,tunc eius præteritio,ẽt causa expressa,ei non nocebit,licèt ab hærede probata sit, & imputandum est testatori,qui cũ posset vti iure suo,id omisit. Nec ad rẽ pertinet,ꝙ in terminis d.§.si emãcipatus non fuit expressa iusta causa præteritionis,prout in nostro casu. Nam respond.ꝙ illo iure,ff.expresio causæ nõ erat necessaria, vnde illo tempore sola præteritio, vel sola exhæredatio non minus non nocebat,quàm hodie prçteritio,vel exhæredatio cum causa expressa. Vnde vt in terminis illius tex. prçteritio sine causæ expressione non docebat præterito, ẽt si ritè odio suo,vel alieno potuit præteriri,vt ibi:ita & hodie præteritio ẽt cum causæ expressione præterito nõ nocebit.Et re vera ille tex.decidit hanc quæstionem, ad quã a nullo vnquam eorum,quos mihi legere contingit, eum allegatum inuenio. Et deniq; nullibi vnquam legitur, ꝙ causæ expresio augeat vim,potestatem virtutemq; præteritionis,nisi in quibus casibus prçteritio habetur pro exhæredatione,quod hic non est. Vnde vt si absq; causæ expressione filius in potestate præteritus reperiretur,tũc hçredibus nõ prodesset probare filiũ ingratum,vt proximè cum cõi opinione diximus & probat,l.omnimodò, versi. cùm eos,& versic.nam si nullam,& l.si quis filium, infra hoc titu.ita quoque id probare non prodest, etiam si filij præteritio facta esset cũ causæ expressione. Præterea pro nobis facit d.l.omnimodo.& l.si cognatis ff.de rebus dub. & l.fi.C.de secund.nupt.& d.l.in arenam,primo resp. Licèt 2.resp.illius legis in contrarium fortiter facit,dum ait, ꝙ arenarius etiam prçteritus non habet contratab.nec ius dicendi nullum.Sed resp.aliud esse,quando filius excluditur propter sui infamiã, aliud verò qñ excluditur propter sui ingratitudinem,vt suprà docuimus. Deniq; pro nobis est tex.expressus in l.filium,§.sed cum exhæredatio,ff.de contratab.vbi exhçredatio si quacunq; causa,vel colore testam.infirmatur,perempta,extincta,deletaq; ex toto videtur,vt filius perinde habeatur,ac si re vera exhæredatus nũquam fuisset,etiã si per hoc alter filius testatoris parte hçreditatis ab intestato priuetur,cui non licuit docere de indignitate huius filij exhæredati.

Rursus ille tex.fortissimè,bellissimeq; stringitur.Nam ibi dicitur,ꝙ ille filius sic exhæredatus habet bonorũ poss. contratab.libertorum sicq; habet integras,intactas,illibatasq; successiones legitimas,non secùs,quã si reuera exhçredatus non fuisset. Nam inter successiones legitimas est successio libertorũ,vt in §.nostra.& per totũ Insti.de success.libertorum,& per totum ff.& C.de bon.lib.& de iur. patron.& per totum Inst. de leg.patronorum tutel. iũcta l.quo tutela,ff.de reg.iur.Neq; ad rem pertinet, ꝙ in d.§. sed cùm exhæredatio.non fuerit expressa causa exhæredationis.Nã respon. ꝙ olim in exhæredatione causæ expressio non desiderabatur,sed simul ac filius exhçredatus erat statim præsumebatur ingratus.l.liberi,hoc titu.l.3.& 4.ff. eod.vnde eo tempore sola exhçredatio tantũ operabatur, quantum hodie exhæredatio cũ causæ expressione:quinimò longè plus operabatur,qui operabatur tantum, quantum hodie exhæredatio cum & causç expressione,& etiã hçredis probatione.Ergo si iure,ff.per talẽ exhçredationẽ non auferebantur filio legitimæ successiones tã respectu patris,quàm aliorum,multò minùs hodie auferrentur, licèt præteritio fiat cum causç expressione,cùm ista prçteritio hodie non tã fortis,efficax,potensq; sit,quàm olim illa,quæ fiebat etiam sine causç expressione. Astringe,nã si illud in exhæredatione,quæ arguit certam,indubitatamq; voluntatem testatoris filium ab eius successione remouere volentis,multò magis procedit in proposito, vbi præteritio non tã indubitatam arguit voluntatem.Pro quo etiã optimè stringit ratio expressa in d. §.sed cũ exhçredatio. Quæ procedunt,retenta cõi opinione,quæ vult filiosq; prçterito,testamentum vitiari iure prçtorio,non secùs,quàm iure ciuili.Cuius contrarium alibi tuemur.

Adde ad Emanuelẽ in loco suprà alleg.ꝙ omnes cõsentire videntur in specie,de qua ipse loquitur, testm̃ non valere.Iã ergo in eo solum conclusio manet,an ex bono, & çquo prçtor tuebitur hçredẽ scriptũ.Quod putat noua ipse ratione.Nã si legitimis licèt docere de indignitate, & ingratitudine filij,moltò magis scriptis licebit.Itẽ si eo probato,hæreditas filio,vtpote indigno adempta,legitimis deferretur,multò magis est & scriptis deferenda.Itaq; admissa superiore opinione,& ista recipienda est. Sed de vtraq; dubito.Nã in casum indignitatis fisco locũ esse magis,quã sequentibus in gradu legitimis,vel scriptis videretur.

Sed considera,ꝙ licèt.Angelus post gl.ibi in authen.de nupt.§.ingratitudinẽ,col. 4. quem sequitur Ias.in authen. non licèt,C.de lib.præte.tenuerit,ꝙ causa, quæ inserta in
179 testamento est† sufficiens ad repellendum aliquem ab impugnatione testamenti,ea causa, si in testamento non fuerit inserta,sed tantũ ab hæredibus probata,est sufficiẽs, vt ipse excludatur à successione ab intestato.Tamen in contrarium est magis cõis, & vera cõclusio quam tenent Ias. in prin.d.l.in arenam,& idem Ias.in l.fratres,isto tit.Curt. iuni.in d.authen.non licèt,nu.17.C.de libe.præte. & Ang. in l.1.in fi.ff.hoc tit.Bart. Bald.& Ange.in d.l.fratres,post Guiliel.ibi contra Salic.ibid.& Paulus in l.fratres,Alexan. col.pen.in d.authen.non licèt.Areti.in l.3.§.filius,col.2.ff. de lib.& posth.Egregius Acosta in d.§.& quid si tantùm, pag.129.nu.168.Ripa in l.fi.C.de reuo.dona.q.47.Ioã.de Garro.in repetitione authen.ex testamento.nu.4.C.de secund.nup.Pro hac vera,& communi opinione est text.in l.si cognatis,ff.de reb.dub.& in l.fi.C.de secund.nup.& in l.omnimodò,& in l.si quis filium,infrà hoc tit.& etiam in d.l.in arenam. Quod retenta nostra superiore opinione, indubitatum est.

Ergo aut loquimur in filio exhçredato,aut in prçterito, In præterito dicimus testamentum non valere, nec filiũ repellendũ ab intestati patris successione legitima per hæredes scriptos,nec etiam per legitimos,siue cum iusta causa præteritus fuit,quæ & à patre expressa,& ab hæredibus probeta fuit: siue expressa tantum fuerit,& non probata: siue probata tantùm fuerit,& non expressa.

Quòd si filius fuit exhçredatus, tũc aut iusta causa fuit & à testatore expressa,& ab hçredibus probata, & indubitãter excluditur filius d.§.aliud quoq;. Aut expressa fuit à testatore,sed ab hçredibus non fuit probata,& oẽs similiter tenent,testamẽtum non valere per d.§. aliud quoque. Aut expressa non fuit,sed tantũ ab hçredibus probata, & similiter secundum veriorem,& receptiorem sentẽtiã testamentum non valebit,contra Ange.Ias.& sequaces.

Quid si fecit testamẽtũ,vel codicillum, in quo minus legitima portione filio ingrato reliquit,reliquumq; hçreditatis distribuit, an poterit petere supplementũ secũdum ius nouum, vel olim an posset querelare,quasi pater indignationem,& iniuriã remisisse videatur,ex quo ei aliquid reliquid,quasi iniuria per remissionem sublata,sit perinde ac si facta nunquam fuisset ? Respon.nõ poterit,per l.omnimodò,C.de inoff.testa.nam non ex toto,sed vsq; ad relictum tantùm iniuria missa videtur. Quòd si testamẽtum sit destitutum,teneo venientes ab intestato non aliter posse filium excludere,quàm si ei dederint,quod testamento sibi relictum fuerat.

180 Sed certè si is filius aliquid à patre recepit in † testõ, tũc siue à patre fuerit institutus,siue exhçredatus,siue prçteritus potest agere ad supplemẽtum,nisi causa ingratitudinis & à patre expressa,& ab hçrede probata fuerit,vt est vera, & cõmunis opinio per text.hic,vbi est text.elegans.

Quòd

Quòd si filio quantuncunq; ingrato aliquid,minus tñ legitima portione reliqui,tunc is filius ad supplementũ agere poterit.Intellige tripliciter. Primò, qñ filius fuit minore portione,quã legitima ĩstitutus, vt hic in verb.in hęreditate.Secundò,ẽt si sit præteritus.i.neq; institutus neq; nominatim exhæredatus,qui prę̄teritus,dicitur,vt in §.eadem. Inst.de hær.ab int.l.fi.vbi Ias.nu.5.C.de contratab. l.ita tñ §.si quis,ff.ad Treb.Ergo ẽt si sit præteritus, agitur ad supplementũ,si quid minus tñ legitima iure legati accedit,vt hic in verb.vel legato,vel fideic.Tertiò,ẽt si sit exhæredatus,vt ibid.in verb.vel exhæredatione vel alia eorũ mentione facta.Quod verũ, qñ is filius non fuit ingratus à patre appellatus:ꝙ si fuisset,ad supplementũ legitimę agere non posset,si tñ legitimam ingratitudinis causam hęredes probassent,vt ibid.idq; siue institutus esset,siue prę̄teritus, siue exhæredatus.Nam in omnibus his casibus potuit testator dicere,Filium,quia extitit mihi ingratus, in hac paruula portione instituo,vel exhæredo,vel prætereo. iubés, vt tali legato sit contentus,nec tunc aget ad supplementũ, licèt agere posset, si nominatim à patre ingratus non esset appellatus,licèt reuera ingratus existeret, vt ibid. Verùm sola exhæredatio, cùm aliquid relictum fuit.non impedit supplementum legitimæ,per tex.in l.fi.versicu.& si secundum,C.de liber.prę̄ter.vt diximus.Quod intelligo,etiam si hæredes iustam exhæredationis causam probassent.

181 Ergo cum quæritur, an † ingratitudo filij remoueat eũ à succesśione patris, ex superioribus fac regulam negatiuam,quòd eum non excludit.

Hæc conclusio intelligitur multipliciter.Primò, ꝙ nõ 181 excluditur,qñ habet expressam† volũtatẽ testatoris,quale est,cũ ab eo fuit hæres scriptus,ita procedit nostra,l.omnimodo,versic.cum eos,& versic.nã si nullã, & d.l.si quis filiũ,hoc tit.& authen.vt cũ de appell.cogn.§.aliud quoq; expresśius in l.filio quẽ,ff.de lib.& posth.& l.non putauit, §.si quis emancipatum,ff.de contra tabul.Ratio,quia iniuriam,vel offensam à filio acceptam per hoc pater remisisse videtur,quæ quidem iniuria facilè omitti,& aboleri solet,§.fi.Insti.de iniur.Bart.not.in l.3.§.fi.ff.de adim.leg.

182 Secundò intellige,qñ filius non † expressam, sed tantũ tacitam voluntatem testatoris habet,quale est, cũ paterfa. nullũ omnino testamentum fecit,tunc.n.legitimos hæredes ad suã succesśionem inuitasse videtur,eò ꝙ hæreditatem suam,quã eis adimere potuit,non ademit,argu. l.conficiũtur,ff.de iure codicil.l.1.§.pen.ff.de leg.3.Ita in specie probat text.hic,& text.in d.l.si cognatis,de rebus dub.ff.l. fi.C.de secun.nupt.& ita procedit cõis opin. de qua suprà.

183 Tertiò intellige, ẽt si is ingratus † filius non fuerit inuitatus ad hæreditatẽ patris expresśim,vel tacitè,vt in superioribus exemplis,sed potiùs tacitè per eũ fuerit à sua succesśione remotus,quale est, cũ simpliciter prę̄teritus fuit in testamento, tunc.n.tacitè remotus ab eius succesśione videtur,vt in l.si cùm vel in vtero,in fi.C.de testam.milit. & nihilominus is filius,qui est in patris potestate, ad eius succesśionem admittitur,vt in prin.Inst.de exhęr.lib.l.inter cætera,ff.de lib.& post.§.aliud quoq; in authen. vt cũ de appel.cogn.& d.l.omnimodò, & d.communis opi.

184 Quartò intellige, ẽt si expresśim † à succesśione patris fuerit remotus per sui exhęredationem,si tñ in tali exhęredatione non fuit causa inserta, vt probatur in d. §.aliud quoq; & in §.siue igitur,in authen.vt cum de appel.cogn. Nec.n.hoc casu ingratitudo ab hæredibus probata, quicquam filio noceret,vt in d.l.omnimodò, versic. cũ eos, & versi.nam si nullam,& d.§.aliud quoq;,& d.§.siue igitur, & tenet in d.l.in arenam,Ias.idẽ Ias.& Bart.Bal.Ang. Pau. & Guiliel.in l.fratres,hoc tit.Curtius iuni.in authen. non licèt,C.de libe.præte. Estq; communis opinio contra Ias. sibi contrarium in d.authen.non licèt,& Ange.& gl. in authen.de nup.§.ingratitudinem.

185 Quintò intellige, etiã si filius † cõtra se haberet & expressam patris voluntatẽ,& legitima ingratitudinis causa à patre expressa in testamento esset,quale est, cùm paterfa. dixit se filium prę̄terire,quia eum verberauerat,vt probat tex.in l.3.§.si emancipatus,ff.de contra tab. secundum ꝙ eum tex.contra magis communem opinionem suprà induximus,quia pater minùs ritè eum voluit excludere à sua succesśione.Quod non firmo.

186 Sextò intellige, etiam si filius † exhæredatus esset, expressa iusta causa,si tamen exhęredatio fuit conditionalis, vt ff.de lib.& posthum.l.3.§.purè,& l.sub conditione, ff. de bon.pos.contratabu.

187 Septimò intellige,etiam si exhæredatio † ritè, & rectè facta esset,si tñ hæres hæreditatem repudiauit,text.not.in l.filium, §. sed cùm exhæredatio,ff.de bo.poss.contratab.

188 Octauò intellige,vt filius per sui † ingratitudinem, expressamq; exhæredationem non remoueatur à succesśione patris per mediam personam filij sui, qui testatoris nepos est, veluti si paterfa.filium exhæredauit ritè, & rectè, nepotemq; ex eo hæredem scripsit,tunc.n.is filius nõ excluditur, nec priuatur à succesśione patris, quam acquirit ex persona nepotis hæredis scripti,tex.vni.in l.qui in aliena.§.interdum,ff.de acq.hær.

189 Nonò,idẽ intelligo,quando filius † exhæredatus acquireret hæreditatem per mediam personã serui sui,qui à patre hæres scriptus esset,argu.l.placet.ff.de acq.hęr.facit l.3. §.1.ff.de leg.præst.

190 Decimò intellige,quòd filius ritè,& rectè † exhęredatus nunquam excluditur à supplemẽto legitimę,nisi prę̄ter exhæredationem expresśim fuerit ingratus à patre appellatus,& ab hærede probatus, vt in d.l.omnimodò, vbi dixi latè,& suprà tetigi.

191 Vndecimò intellige,qñ filius ingratus† fuit cũ patre reconciliatus,vt tenẽt Ias.hic.Bar.in l.3. §.fi.ff.de adim.leg. cũ quo est cõis opinio.vt per Imolam,Cuma.Aret.Alex. & Ias.col.2.in l.filio quẽ pater,ff.de lib.& post.per tex ibi. Emanuel in l.Gallus,§.& quid si tãtũ.pag.132.nu.180.ff. de lib.& posth.Ripa in l.fi.C.de reuo.dona.q.61.Cur. iuni.in l.fi.C.de pact.nu.32.Ias.nu.13.in auth.nõ licèt, C.de lib.præte.Bal.con.112.nu.fi.lib.5. Hæc quo ad ingratitudinem,cæterùm de turpitudine, dic vt in superioribus.

192 Hæc,qñ filius causa expressa † præteritus fuit,cęterùm videndum est,qñ causa expressa præteritus videatur. Nã si testator dixit,Filiũ prę̄tereo, quoniã me verberauit,tũc non tam præteritus, quã exhæredatus videtur, vt tenent Aret.in l.Gallus,§.& quid si tantũ,nu.20.ff.de lib.& post. vbi egregius Acosta pag.128.nu.165.vbi Crotus nu.52.p l.3.C.de libe.præt.Expresśius in l.qui volebat, ff.de hære. insti.per quẽ tex.tenent ibi gl.Bar.& Imol. ꝙ si pater expresśit,vt filia cũ dote recepta esset tacita,& contenta,nec plus peteret,tunc virtualiter,ritè,& formaliter eã videtur exhæredasse.optimus tex.in l.si cũ vel in vtero, in fi.C.de testa.mili.& in l.sicut certi.ibi,ademptã,eo.titu.Optimus tex.in l.fi.C.de hær.inst.Nã institutio hæredis coniecturis fieri non põt,sed per statutã formã verborum,l. iubemus, C.de testa.& tñ ibi dubia illa institutio sustinetur. Sic & in proposito in exhęredatione.Ad idẽ l.certum,ff.si cer. pet.

Quòd si dixit testator,Filio decẽ lego, quoniã me verberauit.tunc oẽs admittunt,secundũ Acostam, vbi suprà, filium prę̄teritũ tantùm,non ẽt exhæredatũ videri Bar.in l.1.in fi.ff.si quis à paren.fuerit manu.Alberi.nu.26. Salic. nu.6.in d.auth.ex causa.Est.n.longa differẽtia inter hũc casum,& superiorẽ:quia superiore casu,certo iudicio exclusus fuit,dũ dixit,Filium prætereo,quia me verberauit,nec aliud desiderari videtur,vt in l.sub conditione,ff. de cõtra tab.Quia in exhæredatione nulla certa forma, aut conceptio verborũ desideratur, nisi ꝙ fiat verbis specifica mentio filij,vt sic appareat cũ non fuisse silẽtio prę̄termissum à testatore,qui turbatus prę̄sumitur mortis cogitatiõe,l.hac cõsultissima,§.at cũ humana. C. qui testa.fac.poss.authẽ. de triẽte,& semis.§.illud.ita in specie probat l. 3. C.de lib. præt.l.1.ff.de lib.& post.l.2.eo.ti.& §.nominatim.Inst.de exh.lib.At si dixi,Filio cẽtũ relinquo,quia me verberauit. hæc verba non tã sapiũt vindictã,quã iniuriæ remisśionẽ.

193 Adde,quod Alc.in l.fi.C.de pac.in gl.adhuc † superstite
tenet,ꝙ ex simplicē reconciliatione non videtur, remissa
iuiuria,propter quā filius exhæredatus fuit, & consequen
ter non cessat virtus exhæredationis,quo fit,vt is filius ne
queat amplius querelare,si iustè fuit exhæredatus. Tene
contrariū.Primo per §.fi.Inst.de iniur.Secundò,per l.3.§.
fi.cū l.seq.de adim.le.Tertiò,per l.in ipsius,C.fa.her.Quar
tò,quia ꝑ ingratitudinē ēt secuta exhæredatione non ami
sit filius ius succedendi,cū posit postea pater ex pœniten-
tia mutato testō eū instituere,vt l.his verbis.§.1.ff.de hęr.
inst.Ergo remissa ꝑ reconciliationē,(vt probant dictę le-
ges ingratitudinis iniuria,remanet exhæredatio iniusta,&
sine causa,quia prima causa redacta est ad non causam, &
consequēter poterit querelare.Facit l.si posth.§.fi. de lib.
& post.ff.l.1 §.idē ait,de vētre imposs.mit.Nā fateor exhę
redationē ipso iure nō infirmari ex defectu ptātis,vt docēt
Ias.col.1.& 2 & Aret.in l.filio quem,ff.de lib. & posth.

Deniq; contra Alc.est vera,& cōis op.q̈ tenent in d.l.in
arenā,Ias.& Bar.in l.3.§.fi.de adim.leg.ff.cū concord.quas
suprà proximè dedi. Quinimò nō solū virtus ipsius exhæ
194 redationis † eneruatur,extenuatur, & debilitatur per talē
reconciliationē,vt dictū est, sed etiā ipsa exhæredatio tol
litur ipso iure,secūdū Bart.& alios,vbi suprà.De cuius rei
veritate illicò videbimus.Sed quid si expresim pater filio
remisit ingratitudinē? Et tunc Alciatus bene fatetur exhę
redationē eneruatā,vt licet initio iusta interfuerit causa,ea
iā videatur abolita & redacta ad non causam,quod ex legi
bus suprà alleg.planè probatur,licèt Picus tenuerit contrà
in d.l.fi.C.de pact. cuius opinio nullo colore defendi pōt.
Cōstat,n.ꝙ exhæredatio fit,vel fieri permittitur nulla alia
ratione,nisi vt iusta patrisfa.offensa, iniuriáve accepta de-
bitè puniatur,vt in §.aliud quoq;,& in §.causas, in authē.
vt cū de appell.cogn.& in l.cū ratio,ff.de bo. damnatorū,
& in l.1.2.3.& 4.ff.isto titu.in l.si quis in suo, §.legis,infrà
isto tit.in l.3.§.si emancipatus,1.ff.de bon.poss.contratab.
Hæc autē iniuria,non dubiū est,quin facillimè per recon-
ciliationē,vel ēt disimulationē tollatur,d. §.fi.Inst.de in-
iur.ēt si factū remisionis tacitū tm̄ interuenisset,vt d.l.fi-
lio quē ff.de lib.& posth.Ergo longè magis,si expressa in-
terfuit reconciliatio.Non obstat, ꝙ factū legitimè retra-
ctari non debeat,licèt casus postea euenerit,à quo incipe-
re non potuit,vt in c.factū legitimè,de reg.iur. in 6. Nam
illud,qn̄ actus erat iā perfectus,& cōsummatus,suumq́; ef
fectum sortitus:secus,si nō erat,vt in exhæredatione,quæ
secundū cōes opin.vltimam confirmationem non recipit
vsq; ad aditam hæreditatem,l.filium, §.sed cùm exhære-
datio.ff.de contratab.& ff.ad Silliania.l.si exhæredatus.

195 Sed quid si pater filiū † exhæredauit, deinde emancipa
uit,& rursus eū adoptauit, an per adoptionē videatur iniu
riā exhæredationis remisisse? Et Alc. ibid. ꝙ non per d.l.
filio,& Ias.col.1.& 2.ibid.& Alex.Aret.Pau.Cuma.Imo.
post Bal.& Ang.nec offendi contrà dicentē.Mouētur oēs
per d.l.filio.quā ita intellectā,vt ipsi intelligunt, durisimā
vocitat ibi Ias.col. 2.in pr. Teneo contrariū per tres leges
suprà alleg.Nec obstat d.l.filio quē. nā ibi traditur exhęre
dationē filio nocere.Id intelligendū quo ad hunc effectū,
196 ne ipse propter adoptionē quasi agnoscendo ipso iure rū
pat testm̄.Non tn̄ impedit,quin ipse posit querelā propo
nere,perq́; eam testm̄ rescindere. Et si excipiatur de iniu-
ria per ingratitudinē, replicabitur de remisione tacita. Et
ꝙ ibi de nocumento exhæredationis reuocabili quærere-
tur tm̄,an saltē ab initio mero iure noceret,patet: quia ibi
testator videns filiū ingratum, & deperditū exhæredauit
eum.Et quia fortè domi eū habere suspectū putabat.argu.
§.pen.Inst.quod cū eo.ēt inuitum propter eandē ingrati-
tudinis causam emancipauit(potest.n.paterfa. filiū etiā in-
uitū emancipare,propter eas causas, quæ præbent iustam
exhæredandi occasionē l.quidam cū filium, versic.quare
vbi Bart.& Ias.nu.14.ff.de verb.oblig.)deinde eundem fi
lium volebat in domū reducere,atq; secū conciliare, pœ-
nitens iam eū exhæredasse,ꝙ fortè illi emendatus fuerat,
atq; ita eū rursus adoptauit,dubitabat is filius,an præterita
exhæredatio sibi noceret,an verò per ipsam adoptionem,
quasi agnoscendo rūperet patris testamentū, quod videba
tur,argu.l.posthumorum ff,de iniu.rup.§.posthumorum,
Inst.eod. Respon.contrarium per rationē,de qua ibid.nō
tn̄ ibi negatur, quin postea in querela propositus victurus
sit,cū sibi fuerit iam iniuria remissa, nec.n.id ibi explana-
tū fuit.Primò, quia aliud principaliter agebatur. Secundò
quia ea inspectio non pertinebat ad illū tit.de lib.& post.
sed ad tit.de inoffi.testa.nam ad tit.de lib.& posth.solùm
spectabat tractare,an ipso iure testm̄ quasi posthumi agna
tione rūperetur. Quo fit, vt consultus de exitu querelæ,
nil dicendo,diminutus non fuerit. Simil.in l.ex tribus,C.
de inoffic.Simil.in l.humanitatis,C.de impub.Simil.in l.si
non mortis,ff.de inoffi.testam.Simil.in l.non putauit,§.si
quis sua manu,de bon.posses.contratab. ff. Et ꝙ ea fuerit
mens illius legis,patet.Primò, per rationē superiorem ar-
gu.l.Imperatores,ff.de in diē adiect. Secundò patet ibi,ne
imagine, &c.quæ ratio planè ad effectū adoptionis refer-
tur.Tertiò ibi,nō translatus,sed redditus.Cuius sensus est,
ꝙ si in extraneum reuera fuerat translatus,& per hoc non
idē homo redditus videtur,sed alius denuò agnatus, tunc
statim rūperet ipso iure:sed quia idē homo redditus vide-
tur,non magis rūpit,quā si nec emancipatio, nec adoptio
factæ fuissent.Hæc ergo ratio simpliciter rupturā testamē
ti respicit,nō exitū querelę.Idē quarto loco probatur ibi-
dē,ibi,nec multū, &c.nam & id pertinet ad rupturā testa-
menti.Sed dicet,quis,secūdum hoc nō verificabitur text.
dicens non nocere filio exhæredationē,cùm leue sit nocu
mentū,ex quo nō pōt nō vincere in querela. Resp.adhuc
nocet.Primò,quia si moriatur ante aditam hæreditatē,nō
transmittebat,inspecto illo iure l.4.vel 5. C.de inof.testa.
nec poterat proponere querelam ante aditam,l.scimus,§
illud,de inoffic.testa.C.l.Papinianus,§.sed si conditioni,ff.
eodem.Secundò,quia ēt si ante aditā vellet preparare,non
poterat,vt dict.legib.vnde interim moriens nil transmitte
bat,l.si quis filiū,C.de inof.testa. Tertiò, quia hæreditas iu
re suitatis non transmittebatur. Quartò,quia deniq; non
poterat non esse lis cū hęrede,ergo,&c.l.quia poterat,ff.ad
Trebel.& dubius est euentus litis. Et quod ibi aiunt Paul.
Aret.& Ias.nu.5.f.ꝙ pater non videtur elegisse viam, per
quā eius testamentum euertatur l.3.de mili.test. respond.
in certis non esse locū coniecturis.Præterea fateor,ꝙ non
adoptauit,vt testamentū subuerteret,sed vt filiū iam quasi
perditū recuperaret, tn̄ illinc incidenter resultat testamēti
expugnatio,non ipso iure,& in actu,sed in potentia,quod
absurdū non est,quinimò benignè credendū,id patrē vo-
luisse,qui credendus nō est,filiū quem restitutum sibi vo-
lebat,paternaq́; pietate souebat,velle succesione sua alie-
nū esse,l.1.C.qui ante aper.l.cū acutisimi C.de fideicom.
Adde Curt.iuni.nu.8.in authen.non licèt,C.de libe.præt.
qui reliquit cogitandū super intellectu,d.l.filio quē pater.
qui,vt diximus,habet expeditisimū,planū,lucidum,per-
spicuū,adde ēt æquisimum intellectum,& sensum.Nam
cū paterfa.qui testamentū fecit, deinde aliquē adoptauit,
per talē adoptionem quasi posthumi agnatione rūpatur te
stamentū,vt in l.certū,ff.si cert.pet.non secùs, quā si verus
posthumus præteritus nasceretur, vt ibi.videbatur, quod
in d.l.filio.simul ac filius exheredatus,& emancipatus,ite-
rū post factū testm̄ readoptatus est,rumperet testm̄, cùm
extraneus ēt adoptatus illud rumpere,idq́; ibi negatur per
rationē.de qua ibi.Sed licèt testm̄ nō rumpatur ipso iure,
non tn̄ negatur,quin per talem adoptionē inducatur recō
ciliatio,& per reconciliationē inducatur offensę remisio,
& per offensę remisionē,exhæredationis eneruatio, quæ
iustam reddit querelam inofficiosi testamenti.

Adde,ꝙ opinio nostra confirmatur per doct.Ias.qui in
l.filio quē col.3.post.Alex.& Aret.ibi.Pau.Cuma.& Imo.
197.ait,ꝙ licèt † ciuitas,quæ redijt ad obedientiā, non desinat
esse bannita ipso iure:tn̄ si in gratiā dn̄i recepta est,sine du
bio bānita esse desinit, quasi iniuria remissa sit, &c.Nā &
in specie

in specie nostra, simul ac filius ĩ grãm patris redierit(quod accidit, cũ ab eo voluntariè adoptatus est)statim desinit esse iniurius, exorsusq; patri suo, nõ secùs, quã ciuitas bãnita, cũ redijt in gratiam domini, desinit esse bannita, & inimica. Et cũ per hoc filius inimicus, & odiosus patri, inspecta legis censura, esse desierit, inde sequitur remissio iniuriæ, & offensæ: ex qua offensæ remissione sequitur exhæredationis eneruatio, & iniustitia, quasi iusta cã exhæredationis, quę ab initio interfuit, redacta sit ad non causam, vt in l.si fullo, ff.de condi.sine caus.& proinde non noceat filio, non magis, quàm si ab initio nulla iusta causa offensæ, & exhæredationis interfuisset.

Infero errasse Ias.qui in d.l.filio.2.col, ait verã non esse
198 opi.Bar.qui in l.3.§.fi.in fi.ff.de adim.leg.tenuit, ꝙ † si pater recõciliauit se cũ filio exhęredato, per talẽ reconciliationẽ exhæredatio videtur adẽpta, nã ex suprà dictis adem ptã videri patet, quod & sentit Alci.expresse, vbi suprà. & ipse Bar.in l.fi.C.de pactis, & est cõis, vt per Ias.in l.arenã, C.de inof.test.per suprà alleg.leges. Licèt Aretinus ẽt in d. l.filio quem pater, similiter reprobet Bar.opinionem.

Sed cũ opinio Bar.in d.l.3.3.§.fi.ff.de adim.leg.cõis, & receptissima sit, vt suprà docuimus, multisq; probetur legibus, rationibusq;, & multis similibus iuris speciebus, nec Ias.& Aret.vllũ pro se habeant fundamentũ præter d.l.filio quẽ, quæ vt diximus contra Bar.sententiam vrget, nihil superest, vt Bar.sententia tenenda sit. Licèt, si verum amamus, intelligemus harũ opi.neutrã ex toto verã esse, vtrãq; aũt aliqua ex parte saluari posse, quas sic ad cõcordiã reducimus, vt opinio Bar.& cõis, dũ vult, ꝙ per reconciliationẽ exhæredatio videatur adẽpta, nõ procedat. Quia exhæ
199 redatio † est caput, & fundamentũ testamenti, non secùs, quã institutio, ideò quæ testm̃ ab exhæredatione põt incipere, non secus, quã ab institutione, licèt à legatis, & reliquis dispositionibus incipere nõ possit, l.1.ff.de hęr.insti. iuncto §.ante hæredis.Inst.de leg. Ergo, vt institutio hęredis nuda voluntate tolli non põt, §.ex eo.Insti.quib.mod. testa.infir. ita quoq; nuda voluntate exhæredatio tolli nõ poterit, presertim cũ ea voluntas non sit expressa, certa, & indubitata, sed præsumpta, ergo per reconciliationẽ ipsa exhæredatio non tollitur de testõ. Et ita procedat opinio Ias.& Aret.licèt iniusta reddatur, & sine causa, & ita procedat opinio cõis. Estq; nouissima, & inaudita concordia.

Confirmatur, quia exhæredatio quasi sit caput testamẽti, eiusq; fundamentũ, nõ secùs, quã hæredis institutio, regulariter codicillis fieri nõ põt, non magis, quã ipsamet hęredis inst.tex.in §.pe.Inst.de cod.& diximus plenè suprà.

Qua ratione talis exhæredatio testõ scripta codicillis similiter adimi non posset, quia de datione ad ademptionẽ bonũ est regulariter argumentũ, le.quidam referunt, ff.de adim.leg.l.1.§.pen.ff.de leg.3. Vnde fit, vt ẽt per expressã testatoris voluntatẽ talis exhæredatio codicillis adimi nõ possit, non magis, quã tolleretur hæredis institutio. Confirmatur per ea, quę plenè, & signanter disseruimus suprà. Ergo qua ratione exhæredatio semel testamento scripta adimi expresim non posset, nisi per aliud testamentũ: ita & multò minùs ipso iure adimi poterit per tacitam voluntatem, licèt eneruari possit, & iusta reddi.

Infero nouissimũ intellectum, & declarationẽ necessa-
200 riã ad d.§.aliud quoq;, vt licet ab initio † iniusta causa exhęredationis iure nouo vitiet testamentum, tñ si ab initio fuit iusta, licèt ex post facto iniusta esse incipiat, testamentum non vitiabitur ipso iure.

Infero errasse eundem Ias.in d.l.filio dum tenet, ꝙ si pa
201 ter † videretur reuocasse exhæredationẽ, tunc testm̃ infirmaretur ipso iure, idq; tenet nu.5.sed est falsum. Nã licèt adsit voluntas deest potestas reuocandi ipso iure, vt ꝑ eũdem ibid.col.2.post Areti. Itaq; si rectè intelligis, non inconuenit, ꝙ pater f.simul ac cũ filio in gratiã redijt, videatur reuocasse exhæredationem.i.reuocare voluisse, remisisseq; iniuriam & offensam. Sed licèt huius fuerit voluntatis, ei tñ defuit potestas, vt exhæredatio ipso iure tollere tur. Quinimò exhæredatio ẽt per expressam voluntatem in codicillis, neq; fieri posset, neq; adimi. vt in §.pen.Insti. de codicil.& in l.2.C.eod.ti. Itaq; licèt agnoscamus, quòd per talem reconciliationẽ pater voluit abolere exhęredationem, tamen cum id ipso iure efficere nõ potuerit, eius tantum voluntas in hoc proderit, vt talis exhæredatio iniusta reddatur: quia vt iniusta esset, si nulla iniuria vnquam reuera interfuisset: ita quoq; iniusta redditur, cum iniuria, quæ interfuit, ex toto effugit, euannuit, euasit, abolita est. Et vid.Alc.in l.fi.in glo.adhuc, C.de pact.& Ripam in l.fi. C.de reuo.dona.q.61.qui sunt eiusdem opinionis, & erroris, cuius fuit Ias. Facit pro nobis l.1.ff.de hęr, inst.l.si fullo, ff.de cond.sine caus.& quæ plenè diximus suprà.

Ex quibus accipies verã, certã, & nouam declarationẽ ad illam cõem opinionẽ Bar.qui in l.3.§.fi.de adim.leg.tenuit per reconciliationẽ, exhęredationẽ filij ademptam videri, vt intelligẽdũ sit, ademptam videri ope exceptionis, non ademptã reuera, ipsoq; iure esse, quod expressissimũ in d.l.filio quẽ. Nec.n.ea dispositio, quę alibi fieri non põt quã in testõ(qualis est exhæredatio, vt §.fi.Inst.de codici. l.non codicillum, C.de testa.)alibi adimi ipso iure põt, quã in testõ, argu.d.§.fi.& l.quidã referunt, ff.de iure codicill. expressius in l.3.§.fi.de adim.leg.iuncto §.præterea.Insti. de fidei.hæred.& in hoc consistit virtus d.l.filio. Nam siue quæras, an exhæredatio tollatur ipso iure ex vi remissionis, id negatur ex defectu potentiæ, §.ex eo.Instit. quibus mod.testa.infir.siue quæras, an tollatur ipso iure ex vi pręteritionis, quasi adoptatus nouus filius intelligatur, qui post quàm adoptatus fuit, nec fuit institutus, nec exhæredatus, id similiter abnegatur, quòd non videatur nouus homo ex dictis suprà, & vid.Ripam in l.fi.q.61.C.de reuoc. dona.& Emanuelem de Acosta in le.Gallus, §.& quid si tantùm, ff.de lib.& post.pag.132.nume.180.

§.30.pars 3.

202 *Militia quid dicatur.*
203 *Legitimæ imputatur officium emptum ex pecunia patris, tribus modis, cum communi.*
204 *Legitimę nõ imputãtur libri à patre filio donati multis modis. Et procedit in septẽ casib. qui oẽs sunt cõiter recepti.*
205 *Declaratio 1.*
206 *Declaratio 2.*
207 *Declaratio 3.*
208 *Declaratio 4.*
209 *Declaratio 5.*
210 *Declaratio 6.*
211 *Declaratio 7.*
212 *Libri à patre filio donati regulariter in legitimam non imputantur. contra communem.*
213 *Legitimæ non imputantur libri, si simpliciter traditi essent à patre filio, cum communi.*
214 *Legitimæ non imputantur expensæ a patre factæ in filij doctoratu, cum communi contra Ruinum.*
215 *Legitimæ non imputantur equi, & arma, cum communi.*
216 *Legitimæ non imputantur expensæ factæ in sacerdoti, neq; in salarium aduocandi, cum communi.*
217 *Salarium pecunia patris filio quæsitũ nõ imputatur in eius lemam, cum communi.*
218 *Legitimæ imputatur scriptoria apostolica, cum communi, contra Nicol.*
219 *Legitimæ imputatur, quod pater f.filio errogauit in scriptorijs publicis emendis, cum communi.*
220 *Legitimæ an imputetur quod pater pro filio dãnato ex maleficio soluit.*
221 *Legitimæ imputatur solutum à patre pro filij condemnatione, cum communi, contra alteram communem.*
222 *Intellect. l.quæ pater, ff.fami.her.*
222 *Legitimæ imputatur dos, & donatio propter nuptias.*
223 *Legitimæ filij imputatur, quod pro eius condẽnatione pater soluit.*

soluit, coactus statuto, vel fideiussione. cum communi.
224 Legitimæ nõ imputatur solutum à patre pro filij maleficio, suo consensu facto.
225 Legitimę patris imputatur, quod pro eius delicto filius soluit. noua opinio.
226 Legitimæ fratris imputatur, quod frater pro eius delicto soluit. noua opinio.
227 Idem in legitima adoptiuorum, noua opinio.
228 Idem in quarta, quæ arrogato debetur. noua opinio.
229 Idem in legitima patronorum. noua opinio.
230 Legitimæ imputari puto, quæ debentur patri emãcipatori, & econtrà filio emancipato. noua opinio.
231 Legitimæ an imputetur fructus.
232 Legitimæ non imputatur, quod, vt est æs alienum, capitur. cum communi.
233 Legitimæ non imputetur quæsitum ex pactis dotalibus. cũ Ripa, & Corasi.
234 Legitimæ an, & quãdo feudum imputetur, quòd regulariter imputetur. cum communi.
235 Legitimæ imputatur feudũ patri meo pro se & liberis eius cõcessum. cũ Pau. et Sal. cõtra Ang. Bal. Cuma. et Pau.
236 Legitimę imputatur feudum quali patris opera quæsitum, cum Paul. Salic.
237 Maioratus quando in legitimam imputatur. noua opinio.
238 Legitimę, an & quando lucrum factũ ex pecunia patris imputetur. cum communi.
239 Legitimæ vt imputetur quod datur à patre.
240 Legitimæ imputetur dos data iam nuptæ, & donatio propter nupt.
241 Legitimæ nõ imputatur, quod capitur extra patrimonium patris.
242 Legitimæ filij imputatur legatum rei alienæ, contra cõem. Idem institutione facta in re aliena. contra cõem. Idem in dote facta de re aliena. contra cõem. Idem in donatione propter nupti. facta de re aliena. contra communem.
243 Legitimæ imputatur relictum in vltima voluntate.
244 Legitimæ imputatur legatum cõditionale per remotionem conditionis. noua opinio.
245 Limita. l. quoniam.
246 Legitimæ filij imputatur, quod datur conditionis implendæ gratia, contra communem.
247 Limit. l. quoniam.
248 Intellectus l. scimus, §. repletionem, C. de inoffi. testam.
249 Legitimę filij imputatur, quod capitur ab extraneo, conditionis implendæ causa, contra communem.
250 Legitimæ imputatur, quod inter viuos ob causam datũ est, cum communi. Et sunt plures nouę declarationes.
251 Legitimæ imputatur, quod dotis contemplatione, & loco datur, cum communi.
252 Donatio inter patrẽ & filiam dotis causa, vel earũ rerum, quæ dotis, vel eius contemplatione fiunt, valet, cum cõi.
253 Legitimę non imputatur, simplex donatio, quæ ab initio valuit, & sic non habuit vim relicti, cum communi.
254 Legitimę nõ imputatur simplex donatio, quæ initio valuit, licèt æquiualeat legitimæ, contra communem.
255 Legitimę imputatur, quod simpliciter datũ est, non expresso titulo donationis, cum communi.
256 Legitimæ an imputetur donatio remuneratoria, quòd non, cum communi.
257 Legitima filij non lęditur ex confessione patris.
258 Legitimę imputatur simplex donatio ex iussu donantis, cũ quibusdam declarationibus, cum communi.
259 Legitimæ an imputetur donatio, quæ fit ex causa emancipationis, quod non imputetur, cum cõi, cõtra alterã cõem.
260 Donatio ob causam dicitur, quæ fit ob causam necessariam, cum communi.
261 Donatio simplex, quę morte confirmatur, an in legitimã imputetur, quod non, cum cõi, contra alteram magis cõem.
262 Legitimæ an imputetur, quod in peculium conceditur, quòd sic. cum communi.
263 Legitimæ, vt aliquid imputetur, an requiratur filium esse institutum, communis, quòd sic.
264 Legitimæ quid imputandum. Et institutus ex integra legitima non tenetur imputare dotẽ, vel donati, propter nupt. in legitimam, sed tenetur conferre contra Picum.
265 Legitimæ imputatur dos, cum communi.
266 Legitimæ imputatur iocalia, quæ filiæ dantur cùm nubit, si sunt virginibus non apta, cum communi.
267 Legitimę imputatur donatio, propter nuptias, cũ communi.
268 Legitimæ an imputetur donatio ob causam, & non simplex quæ sit ratio noua.
269 Altera noua ratio.
270 Legitimæ an imputetur, quod filio datur, vt inde emat officium vnde viuat, quòd sic. cum communi.
271 Dos à filio matri data, imputatur in eius legitima cũ Pico.
272 Idem in dote sororis.
273 Idem in donatione propter nup. data fratri.
274 Legitimæ nepotum an imputetur dos, vel donatio propter nupt. eorum parentibus data.
275 Legitimę nepotum, vt imputetur, quod filio datum fuit.
276 Necessitas, onusue imputandi, an transeat ad hæredes.
277 Militis in testamento cessat legitimæ supplementum.
286 De ead. re.
287 De ead. re.
288 Militis testamento non dispensatur cum solennitate voluntatis.
289 Militia multiplex.
290 Hidalgus datiuè, non natiuè, an Commendatarius esse possit, quòd sic.
291 Aequatur cùm scholares nobilibus, quid iuris quo ad priuilegia pręterita, & futura.
292 Lex facere potest, vt vnus homo alteri homo videatur, vel regenerari, aut renasci videatur.
293 Legitimati etiam in rescissione testamenti ęquantur legitimis, cum communi.
294 Principis voluntas qualis videatur in quęstione proposita.
295 Nobilitas an renuntiatione eneruetur.
296 Scholares, si pro ciuibus habentur, intelligitur in honoribus tantum cum communi.
297 Nobilis à Principe factus, etiã nobilis intelligitur ex mente communis opin.
298 Ciuis denuò factus, ita vt suæ ciuitatis ciuis esse desinat, et in oneribus ciuis sit. cum communi.
299 Nobilis à Principe factus gaudet priuilegijs postea nobilitati concessis, ex mente communis opin.
300 Ordo diui Georgij an exæquatur ordini Calatrauensi.
301 Cõmendatarij Montesa, an possint nubere vt Calatrauẽses.
302 Aequiparatio vniuersalis trahitur etiam ad onera. cũ communi.
303 Religionis tria substantialia vota, vt possint per Papam modificari.
304 Papa laicum à iurisdictione Regis quando possit eximere.
305 Iurisdictionem mutare cuique licet.
306 Commendatarij à vectigalibus an sint immunes.
307 Legitimæ imputatur, quod occasione militia à patre empta filia acquiritur, noua opinio.
308 Occasio quid.
309 Occasionis descriptio.
310 Legis transgrediendæ occasio.
311 Præsulum à Regum familiaritate separandorum occasio.
312 Episcopi regendæ Reipublicæ apti.
313 Grauis sententia Cleonis.
314 Grauis Philosophi sententia.
315 Leges Hispanorum inconsulta.

GLO.

GL o. omnimodò. §. imputari. cui nil ferè visum fuit adendum, habes, quid imputetur in legitimam cuiuslibet, & quibus in rebus legitima assignetur per testatorẽ & per l. & per iudicem, & per partes. Et huius textus annotatio similiter pertinet ad liberos, parentes, vel transuersos ex minore portione, quàm legitima hęredes institutos. Et eius verba ita habẽt.

Imputari vero filijs, alijsq; personis, quæ dudum ad inofficiosi testamenti querelam vocabãtur, in legitimã portionem, & illa volumus, quæ occasione militiæ ex pecunijs mortui, ijsdẽ personis acquisitæ posse lucrari eas, manifestum est: eò ꝙ talis sit militia, vt vendatur, vel mortuo militante, certa pecunia ad eius hæredes perueniat, ita tñ, vt ille gradus eiusdem militiæ inspiciatur, quem in morte, testatoris militans obtinet, vt tanta ei pecunia in legitimã portionem cõputetur quantã dari statutum est, si in eo gradu mortuus esset is, qui militiã ex pecunijs testatoris adeptus est, exceptis solis viris spectabilibus silentiarijs sacri nostri Palatij, quibus pręstita iam specialia beneficia, tã de alijs capitulis, ꝗ de pecunijs super memorata militia à parentibus eorum, datis ve in legitimam portionem eius cõputentur, rata esse præcipimus. In cæteris verò personis, prædictam obseruationem tenere volumus, D. Cal. Iun. Constantinop. Iustiniano. à 2. Con.

202 In hoc. §. imputari. ibi, militia hac in re. Militia † dr̃ quoddã officiũ seu ministerium, vnde redditus percipiũtur, dictũ ex eo, ꝙ militet, & exerceat se quis in eo, vel ꝙ huiusmodi officia ad milites præmiandos, inuenta fuerunt. secundũ Bal. Sali. & Ias. hic. Ripa in l. in quartã. nu. 163. ff. ad leg. Falc. arg. l. Lucius. 1. ff. de leg. 2. l. patronus. in prin. l. his verbis. §. alumno. ff. de leg. 3. l. fideic. §. si seruo. ff. de leg. 3.

203 Et ex isto tex. nota, ꝙ filius † tenetur in legitimam imputare officium emptũ ex pecunia patris. Ista est vera, & & cõis. op. quam tenent hic odofr. Alberi. Iaco. Butri. Guiliel. de Cuno. Ioan. Fab. Petr. de Bellaper. Cin. Bal. Ang. Sali. Fulg. Aret. & Ias. Bar. in l. 1. §. nec castrense. vbi oẽs. ff. de colla. bonorum. Bar. in l. in quartã. ff. ad leg. Falc. vbi latè per Ang. Imo. Alex. Ripam, Pau. Picum, & Caro. Ruinum, & Fernandum Berengarium.

Hęc conclusio secundum eos intelligitur tripliciter, secundumq; cõem opinionẽ suprà relatam. Primò, qñ tale officium erat vendibile, licèt non esset transmissibile ad hæredes. vt probatur hic. ibi, eo quòd talis sit militia, vt vendatur. Secundò intelligitur secundum cõiter doctor. suprà relatos, quando talis militia erat ad hæredes transmissibilis, licèt vendi non posset, secundũ doct. cõiter hic per hunc tex. ibi, vel certa pecunia ad eius hæredes perueniat. Tertiò intelligitur secundum omnes doctores suprà relatos, quando talis militia & vendi poterat, & ad hæredes transmitti per hunc tex. Nam si harum qualitatum alterutra sufficit, vt talis militia in legitimam imputetur, lõgè facilius vtraq; simul astringitur, nam sub simplicibus comprehenditur casus mixtus. l. 2. §. 1. cum gloss. vbi latè per Ias. & Alcia. post alios. ff. de verb. obli. Quartò aũt casu qñ nec vendi, nec transmitti talis militia poterat, tunc secundum omnes docto. suprà relatos nõ imputatur in legitimam per hunc tex. à contrario sensu. l. 1. §. si impuberi. ff. de colla. bonorum. Varia exempla horũ quatuor casuum tradunt doct. suprà relati, præsertim Bar. in d. §. nec castrense. Bal. Salice. & Paul. hic & Guili. de Cun.

204 Iuxta hoc quęritur, an libri, quos pater filio dedit, vt † literis operam daret, in eis legitimam imputentur? Et cõis opinio est, ꝙ nõ imputantur ita sentit Bar. in l. 1. §. nec castrense. ff. de colla. bo. dum generaliter ait, quòd studij causa data generaliter in legitimam non imputantur. Sentiunt hic Ang. & Bal. nu. 7. & Sali. n. 8. & Paul. Alex. in d. l. in quartã, n. 20. & 21. & 22. Dec. in l. si donatione. nu. 40. & 41. C. de collatio. Ripa. in d. l. in quartam nu. 168. Corasi. in l. filiũ quem. nu. 92. C. fam. hęrcil. & nu. 110. Ruinus tamẽ tenet cõtrarium nu. 18. in d. l. in quartam. gl. & doct. in l. filiæ cuius C. famil. herc. gl. & doct. in l. quæ pater, ff. eo. ti. Oldral. Bal. Ang. Sali. & Pau. in d. l. filiæ cuius. Latè per Ias. in l. filiæ licèt de colla. Latè per Dec. in l. si donatione, vbi ẽt Alex. C. eod. ti. & hanc esse cõem opi. testantur Alex. in d. l. si donatione, & Ias. in d. l. filiæ licèt; & Ripa vbi suprà, cum distinctione tamen, de qua per Bar. vbi suprà.

205 Hæc cõclusio, ꝙ liberi à patre filio † donati in legitimã eius non imputentur intelligitur multipliciter. Primò, qñ donati fuerunt filio emancipato, arg. d. l. quę pater, ff. fami. herc. cùm glo. Ratio, quia tunc ab ipso initio valuit donatio, nec eget mortis confirmatione, & consequenter in legitimam non imputantur, ita probat tex. in l. si quando, §. & generaliter, infrà hoc ti. illud, C. de colla. & est cõis opi. vt per doct. vbi suprà.

206 Secundò intęlligitur, qñ pater † tales libros donauit filio iam doctori, quia is filius tales libros habet quasi peculiũ quasi castrense, arg. l. 1. §. nec castrense, ff. de colla. bon. iũcta l. aduocati, C. de aduo. diu. iud. & l. fi. infrà hoc ti. estq; vera, & communis opi. secundùm doct. suprà relatos.

Tertiò intelligitur, qñ tales libros pater donauit filio
207 † Licentiato, secundum Ias. in d. l. filiæ licèt, sentit Bar. in
d. §. nec castrense, dum loquitur tam de doctore, quàm de
aduocato. Sequitur Ripa vbi suprà, nu. 170.

208 Quartò intelligitur, qñ donauit filio in sacris † constituto, qui hac in re doctori exęquatur, potestq; habere castrẽse peculiũ, arg. l. sacrosanctæ, authen. presbyteros l. cũ lege leoni. C. de episc. & cleri. secundũ Ias. & Ripam vbi suprà.

Quintò intelligitur secundũ Ias. ibid. ẽt in clerico pri-
209 mæ † tonsuræ, qui secundũ eum põt habere peculiũ quasi
castrense, non secùs, quã si esset in sacris initiatus. quod &
Albe. in d. l. si donatione, & Beltran. consi. 201. in fi. quod
tamen impugnat Ripa vbi suprà, dic vt per eos, & per Di
da. Couarru. in c. quia nos, de testam. in prin.

210 Sextò intelligitur, ẽt si tales libros donasset filio † laico, id ẽst, non scholari, si quidem pater iuramẽto firmauit donationem, quia tunc statim ex vi iuramenti valet donatio, & consequenter in legitimam non imputarentur, secundũ veram & communem opi. de qua infra.

211 Septimò intelligitur, quando sine iuramento † donauit filio scholari nondum doctori, aut licentiato, qui tamẽ postea viuo adhuc patre factus fuit doctor, aut licẽtiatus: nam tunc iure quasi castrẽsis peculij eos libros habere incipit, & consequenter cessat imputatio. argu. d. §. nec castrense. iuncta l. siue emancipatus C. de donatio. & l. donationes §. pater, ff. eod. Hæc est communis opi. ex mente doct. vbi supra. Et expressim hanc firmat esse communem opi. Ripa vbi supra. & Alex. consi. 142. Circa primum, colum. penultim. libro 2.

Hę septem conclusiones, quæ cõmuniter receptę sunt, apud me sunt indubitatæ: quia (vt inferius videbimus) simplex donatio inter patrem & filiũ in potestate licèt ab initio non valuerit, sed morte tantum cõfirmata fuerit, iuxta l. antep. C. de don. inter vir. & vxo. non imputatur in legitimam filij, & consequenter in casibus superiorib. vbi donatio ab initio valuit, res indubitata est.

212 Extra casus superiores donatio † talium librorum, quia nec ab initio valeret, sed morte tantum cõfirmaretur, nec iure quasi castrensis peculij haberetur, imputaretur in legitimam, secundum communes opin. vt per doct. vbi su-supra. Nos contra, quia simplex donatio etiam morte conmata, non imputetur in quartam.

113 Quid si tales libri nõ donati, sed simpliciter a † patre filio traditi essent? Et tunc secũdum Bar. & doct. vbi supra, regulariter in peculium concessi viderentur, & consequenter imputarentur in eius legitimam, vt in l. filium quẽ habentem, secundum vnum intel. C. famil. herc. Fallit si filij nomine tales libri essent empti. vt in l. filiæ cuius, C. famil. her. & est communis sententia vbi supra.

214 Expensæ autẽ factæ a patre in † doctura, seu doctoratu filij sui, an imputentur in eius legitimã? Et doctores cõmuniter tenent ꝙ non, quia castrensia, & quasi castrensia in

sia in legitima non imputantur, vt in l.1. §.neq; castrense, ff.de coll.bo.iuncta l.fi.infrà hoc ti.& l.aduocati, cũ glo.C. de adu.diuer.iudi. sed talis doctura pro quasi castrẽsi peculio est, vt in d.l.aduocati, cũ gl.ergo non imputabitur legitimã. Deinde, quia dignitas adépta patris pecunia, quæ nec vendi potest, nec ad hæredes trãsmitti, nõ imputatur in legitimã, vt hic, & l.1.§.sed an id.ff.de col.bo.sed doctura est dignitas huiusmodi, ergo nõ imputabitur. Tertiò, quia secundũ nos quælibet donatio simplex à patre filiof. facta licèt ab initio nõ valeat, sed firmetur morte, adhuc in legitimã non imputabitur, vt in l.si quãdo §.& generaliter, infrà eod.l.filiæ cuius, C.fam.her. Et ꝙ talia doctura non imputetur, tenent Cora.in l.filium quẽ, nu.110.C.fam.herc. Ripa in d.l.in quartam, nu.166.& ibi Ruinus, nu.18.tenet ꝙ imputentur. Sed cõem opi.negatiuam, vt non imputentur, tenet ibi.Alex.nu.21.& 22.Bart.in d.§.nec castrense. Bal.Ange.Paul.& Salic.nu.8.hic.

215 Sed an equi, & arma à patre † filio dati, in legitimã imputentur? Et cõis opi.est ꝙ non imputentur. Ita tenẽt gl. & doct.in l.quæ pater ff.fam.her. Ripa in d.l.in quartã, nu. 167.vbi Salic.nu.8.sentiunt Bal.& Ang.hic. Quæ conclusio secundum oẽs indubitanter procederet, quando filio militi ad bellũ pergenti data essent, ꝙ si filio pagano, tunc distinguendum esset, vt in superioribus membris.

216 Deniq; an expẽsæ factæ à patre, vt filius † nãcisceretur beneficiũ ecclesiasticũ, seu (vt rectiùs loquar) sacerdotiũ, sint in legitimã imputandæ? Et cõis & vera cõclusio est, ꝙ non secundũ Cora.nu.92.in d.l.filiũ quem, C.de fa.her. & Ripã in d.l.in quartã, nu.166.vbi Alex.nu. 22. cum seq. Paul.hic. Sali. Fulg. Ang. Bal. Ioã. Faber. Cinus, Alber.in fi. & Odofre.& Bar.etiam in d.l.1.§.nec castrense, ff.de coll. bonorum. Beltrandus consi.201. Consideratis lib.1.

Ratio est, quia tale sacerdotiũ habetur loco peculij quasi castrensis. l.sacrosanctæ, C.de episc.& cler.& consequẽter in legitimã non imputatur l.1.nec castrense, ff.de collatione bon. Secunda ratio, quia habetur loco dignitatis, vt in l. suprà allegata, & consequenter cessat imputatio, arg.l.j.§. sed an id, ff.de coll.bon. Tertia ratio, quia secundũ nos indistinctè donatio simplex etiã filiofa.facta à patre, nõ imputatur in legitimã, vt est tex.expressus in l.si qñ, §.& generaliter, & §.illud, infrà eod. de quo infrà latiùs, & quia id nec venditur, nec transmittitur, ergo non imputatur, vt hic.

217 Enimuerò si paterf.sua pecunia, & expensa filio † salariũ aduocandi quæsiuit, cessat imputatio. secundũ communẽ & veram opi.quam tenent hic Ioã.Faber, Cinus, Odofredus, & Alberi.hic in fi.& Pau.& Fulg.& Salic.& Ang.quia tale salarium nec vendi potest, nec ad hæredes transmitti, & consequenter cessat imputatio, vt hic. Idem ergo ead.ratione in similibus salarijs.

218 Vnde inferri videtur, quò scriptoria apostolica † nõ imputetur in legitimã, quia nec transmittitur ad hęredes, nec vendi potest, nisi id à principe impetretur, quod reputatur impossibile, argu.l.apud Iulianum, §.constat, ff. de leg.j.& ita tenuit Nico.de Vbaldis in tract.de succes.ab in.col.17. in contrarium est vera & cõis opi. quam tenent hic Paul. & Ias.& Ripa nu.163.in.d.l.in quartam.

Ratiꝰ huius cõis opinionis est, quia quæ pendẽt à sola principis voluntate, vel alterius superioris, non reputãtur impossibilia, sed facilia, & plana, qñ sunt concedi assueta, vt in l.1.§.permittitur, ff.de aqua quo.& æsti.l. quidã relegatus, ff.de reb.du.l.intercidit, ff.de cond.& dem. sed resignationes in tali scriptoria apostolica facillimè solẽt à Papa cõcedi, ergo perinde haberi debent, acsi vendi possent absq; vlla Papę cõcessione, quo casu ĩputarẽtur, vt hic, ergo, &c.

Vnde vtilissimè infertur ad rẽ quotidiè in praxi versantem. Sic enim, ꝙ in omnibus populis, ciuitatibusq; Hispanitrũ est deputatus certus numerus tabellionum, quorum officia nec transmittuntur ad hæredes, nec vendi possunt liberè, sed mos est inuiolabiliter obseruatus, vt resignationes, quas gratis, vel pretio huiusmodi tabelliones de his officijs faciunt, seu de his militijs, confirmentur ab inuictissimo, pijssimoq; principe nostro, an quod pater in tali mi-
219 litia filiofa.emenda erogauit, id filio † in legitimã imputetur? Et teneo imputari, quia cũ huiusmodi resignationes facillimè quinimò indifferenter, semperq; à principib.nostris confirmetur, imputari debent, vt hic, non secus, quã si liberè & absq; vlla principis concessione vendi possent, secundum Pau.Ias.& Ripam vbi supra.

220 Quid autẽ, si pater soluit pro filij † maleficio id, in quo filius condẽnatus fuit, an id in legitimã filij imputetur? Et regulariter cõis opin.est ꝙ non. Quam tenent Bar. in l.Stichus, ff.de pecu.leg.cuius op.cõis est secundum Alex.in d. l.in quartam, ff.ad legem Falc.nu.23.de quo per Imolã ibi. qui Bar.op.sequi videtur quia se remittit ad dicta per Bar. vbi suprà, & sequitur Bal.hic col.2.in fi.Bal.in auth.ex testamento versi.quintumdecimum cap.cum seq.vbi etiam Romanus, C.de colla.Bal.in authen. contrarogatus, C.ad Treb.& in authen.si captiui, C.de episc.& cleri.idem Bal. in l.filię, col.pe.& in l.certum, C.fa.her.& in additi.& trac. Bar.de duobus fratri.& in l.liber captus, C.de capt.& in l. 1.in fi.C.ne filius pro patre, Imola in c.lator.de pign. Romanus in l.quæ dotis, ff.sol.matri.

Contrariam partem tenent quamplures, quos refert Fabianus in repetitione authen. nouissima, suprà eod.in 8.q. nu.9.quæstionis principalis, nu.89. qui hanc partem affir-
221 matiuam ait esse communiter receptam, vt solutum † a patre pro filij condemnatione, in eius legitimam sit imputãdum. Quam etiam opi. sequitur & dicit cõem Franciscus de Ripa præceptorum nulli secundus, in d.l.in quartã, nu. 185.ff.ad leg.Falc. Quam opi.licèt ab ipsis parum viriliter defensam, ausim tamen verissimam dicere.

In primis pro hac parte est tex.hic satis expressus. Nã si datum à patre filio ob causam militiæ emendæ computatur ei in legitimam, vt hic, quantò magis computabitur, quod pro eius condemnatione exoluenda datur? Etenim quod à patre filio inter viuos datum est, quò magis eius filij vtilitatem respicit, eò magis in eius legitimam imputatur, argum.l.si non mortis, ff.hoc titu.l.scimus, in princi. infra eod.l.quoniam nouella, supra eod.& infra dicemus ex professo. sed nullus sanus negauit, quin lõgè magis filij vtilitatem respiciat, quod pro eius condemnatione soluẽda a patre datum est, quam si datum foret pro eius militia emẽda, ne illo casu cogeretur luere ĩ corpore, vel perpetuo carceribus detineri, vel a dulci patria profugũ, exulemq; mitti, præsertim cum inspecta legis cẽsura, quelibet pęna corporalis sit omni pecunia maior, argu.l.in seruorũ, cum sua gl.ff.de pœnis. Deinde facit, quia datum ob causam, quo magis ea causa necessaria, & coacta est, eo magis in legitimam imputatur, vt tenent omnes per tex.ibi in le.quoniã nouella.supra eod.& latius infra dicemus, sed dubium non est, quin ipse filius longè magis egeat pecunia ad condemnationem exoluendam, corpusq; suũ, caputq; liberandũ, quàm egeat militia, vel donatione propter nuptias: vnde si acceptum militię, vel donationis propter nup. nomine in legitimam imputare tenetur, longè magis acceptũ corporis sui liberandi causa pro salute, pro incolumitateq; sua in legitimam imputabit. In summa quod quisq; pro condemnatione cuiusq; exoluenda dedit, id ab ipso condemnato debitũ esse intelligitur, tex.est elegans in d.l.Stichus, ff. de pecu.leg.sed omne id, quod filius patri debet, tenetur in legitimam imputare, l.filium quem, C.famil. her.d.l.quoniã nouella, ergo id in legitimam imputandum est. Postremo quo magis naturali ratione liberis nostris subuenire cogimur, adducimur, impellimur, eo magis id, qđ hac occasione expensum est, in legitimã imputate tenentur liberi no-
222 stri, ideoq; tenẽtur imputare † dotẽ, & donationem propter nupt.licèt simplicem donationem non ita, quia dos a parentibus maiore naturæ impulsu, quam simplex donatio proficiscitur. Ita tenent cõmuniter doct.vt per Corasi. in l.filium quem, num.128.C.famil.her. Ripa in l.in quartam, num.148.ff.ad leg.Falci.vbi Carolus Ruinus nu. 13. & Bal.hic elegãter & infra latius dicemus. Sed nullus (modo

dò sanus)negabit,quin liberis propter condemnationẽ periclitãtibus vehementiore naturę impulsu subuenire cogamur,quã ad ipsis dotem,vel donati.propter nup.vel militiam præstandam,ergo quod illo casu expensum est,lōgè magis,quàm quod hoc casu expenditur,imputari debet.

Tenendo hanc partẽ,ad l.quæ pater,ff.fami. her.in qua fundantur Bar.& cōis opin.respon.ꝙ ille casus lōgè distat
222 à nostro.Nam ibi studiorũ † causa filio necessaria subministrare ex libera voluntate mouemur ad similitudinẽ simplicis donationis,cũ filius viuere possit,& victum quęrere aliũde,quã ex literis,vel studijs,nec desunt alij modi viuendi:at in nostro casu erat coacta,& summa necessitas,vt probauimus.Præterea in d.l.quæ pater,erat filius emancipatus,cui alimenta non tã debita sunt, quã filio in potestate manenti,vt in l.quidam cũ filium, cũ ibi notatis per gl. & doct.ff.de verb.oblig.vnde quod tali emancipato studij causa pater subministrauit,ex pura,& liberrima eius volũtate profectum intelligitur,& consequenter simplici donationi magis assimilatur,quã donationi ob causam , sicq; meritò imputandum id legitimam non erat.

Deniq; aduertendũ est, ꝙ secundũ Bar.Bal.& alios oẽs
223 vtriusq; partis † fautores,quos suprà retulimus,quãdo pater expendit pro præstanda filij condẽnatione compulsu necessitate præcisa, tunc secundũ oẽs id in legitimam filij imputatur,quia in necessitatib. nemo liberalis existit,nec donare præsumitur,argu.l.rẽ legatam,ff.de adim.lega.l.cũ de indebito.ff.de probati.Vnde infertur,ꝙ si pater extiterat filij fideiussor,tunc absq; dubio,quod ex vi talis fideiussionis præstiterit,in legitimã filij imputabitur,idq; nõ modò cōiter,sed ẽt indifferenter ab omnib.vtriusq; partis fautoribus tenetur.Qui oẽs similiter tenent eadẽ ratione, ꝙ si ex forma statuti pater teneretur filij condemnationem vsq; admodũ,mensuramq; legitimæ præstare,tunc qđ eo nomine præstitum esset, in filij legitimam imputaretur.

Limi.secũdũ Bar.Bal.& omnes cōiter doct.quos suprà
224 retulimus,vt non procedat,qñ pater † delicto à filio perpetrato consensum præbuit tacitũ,vel expressũ,nã tũc qđ pro eius condẽnatione præstitisset,in eius legitimã nõ imputaretur,argu.l.qui originẽ,§.qui filius,ff.de mun.& ho.

Deniq; ꝙ diximus,vt solutum a patre pro filij cōdemnatione in eius legitimam sit imputandum,extẽderem, vt
225 procedat econtrà,etiã si † à filio pro patris condemnatione soluenda expensum esset, vt id in patris legitimam imputaretur.Moueor,quia liberi obnoxij sunt parentib.longè magis,quã parentes liberis.Etenim ꝙ nascimur, quod viuimus,ꝙ deniq; hac luce fruimur,id omne parentib.nostris acceptũ ferrè debemus, parentes autẽ liberis non ita. Ergo liberis de salute periclitantibus, parentes non tã vlla obligatione subuenire tenentur,quã impulsu quodã naturæ adducuntur:parentibus autẽ de salute periclitantib.liberi subuenire summa obligatione antidorali tenentur,idq; officium prætermittere,summum nefas existimaretur, argumẽ. l. veluti,ff.de iust.& iur.& cũ id tam debitum sit,vt in l.si pignore,in princ.ff.de furtis,superest,vt filius necessitate coactus soluisse videatur,non animo donandi, & consequenter,quòd in legitimam patris sit imputandum.

226 Idq; etiã in legitima,quæ debetur fratribus† turpi persona instituta,admitterem.Nam fratrib.de salute sua periclitantibus non subuenire, turpe cuiq; honesto viro reputaretur:sicq; qui aliàs donaturus non esset, simili necessitate,vel saltẽ simili occasione cessante,is tali occasione oblata,talem erogationem prætermittere non potest,vt nullus (modò sanus)negabit. Pręterea onus imputationis inductum fuit in fauorem eius, cuius de successione agitur, & in læsionem,& grauamen eius,qui imputare cogitur, argumen.l.quoniam nouella.ibi, ad excludendam querelã, suprà eod.quod etiam probatur hic,& in princi.huius legis,& in l.scimus,in prin.infrà eod.& le.si non mortis, ff. eod.ergo absurdum esset,vt id onus,quod patitur legitima liberorum,reijceret, & effugeret legitima parentum, vel transuersorum.

227 Qua ratione idem tenendum est in legitima,quę † debetur liberis adoptatis in terminis,l.cùm in adoptiuis, C. de adopti.& §.1.Insti.eod.

228 Deniq; idẽ quoq; admittendũ censerẽ in † quarta, quæ debetur filio arrogato,iuxta l.si arrogator,ff.de adoptiuo.

229 Sextò idem admitterem in † legitima,quæ patronis debetur,eadem ratione,præsertim, quia patronus summoperè benemeritus de liberto intelligitur.vt per totum, C.& ff.de bono.liber.& per totum,C.& ff.de manumiss.& consequenter huius beneficij debitor est libertus,l.si pignore in prin.ff.de furtis.Vnde turpissimũ liberto esset,si patrono de salute periclitanti opẽ ferre distulisset.Vnde qui alias donaturus non esse arg.l.cùm de indebito,ff.de proba.l.cũ quo.§.fi.ff.ad leg.Falci.is hoc casu ob sui turpitudinem vitandam hanc expensam effugere non potest: præsertim cùm id nõ possumus effugere, quod honestè omittere nõ possumus l.filius.ff.de condi.institu.l.nepos Proculo ff. de verb.signifi.Vnde is libertus cũ patrono suo honestè non possit non subuenire,sequitur, ꝙ necessitate coactus fecisse videtur,& consequenter animo donandi non tam fecisse videatur,argu.l.rem legatam,ff.de adim.leg.quã animo turpitudinis vitandæ,& debiti antidoralis persoluendi, & consequenter id in legitimã patroni imputetur, non secùs quàm si re vera verum debitum esset.Quo casu negari nõ posset,quin ex necessitate,nõ ex liberalitate is libertus persoluisset,sicq; talis datio nõ meræ donationi,quę regulariter non imputatur in legitimam,l.si quando,§.& generaliter,infrà eod.sed donationi ob causam,quę regulariter imputatur in legitimam,vt in l.quoniam nouella, suprà eodẽ assimilari deberet.

230 Qua ratione 7.loco idẽ putarẽ in legitima, quę à † filio emancipato debetur patri emancipatori,quia is exęquatur liberto.argu.l. 1.ff.si quis à parent.fuer.manu.

Et idem 8.loco eadẽ ratione in legitima,quę hodie debetur à patre filio emancipato. In his.n.omnibus licèt nõ sit necessitas præcisa,est tamẽ quædam necessitas causatiua ob turpitudinem vitandam, & aliquando debitum antidorale,vt declarauimus. Quæ omnia esse videntur ex mẽte communis opi.quam sequitur contra mentem alterius communis opi.quam impugnauimus.

In tex.ibi,ex pecunijs mortui collige,ꝙ fructus nõ im
231 putabuntur † in legitimam liberorum.Moueor,quia fructus,qui post mortem testatoris percipiuntur,nunquã fuerunt defuncti,sicq; ex eius pecunijs (pecuniæ enim appellatione,omnes res continentur l.2.cum gl.C.de consti.pe. l.pecuniæ,ff.de verb.sign.)tales fructus non percipiũtur, id quod necessum est vt in quartam imputentur,vt hic, & in authen.nouissima,vbi latius diximus,& in l.scimus, in pr.& §.repletionem infrà eod.ita Coras.nu.91. in d.l.filiũ quem,C.fam.her.licet secundum eum iure, ff.aliud esset, arg.l.Papinia.§.vnde si quis,ff.hoc ti.iuncta l.iubemus, C. ad Tre.Sed certè hac in re an sit vila diff.inter ius,C.& ius ff.latius suo loco docebimus.

232 Vnde quod vt æs alienũ capitur, id in legitimam † non imputatur,secundum Bald.consil.57.Quia illud,lib.1.Ripa num.135.in d.l.in quartam,num.93.Vnde si quod matri prędefunctæ pater debebat id filio vel inter viuos donationis propter nupti.nomine, vel in testamento relictum sit,id in eius legitimam non imputabitur secundum eosd. & rectè.

233 Vnde quod filius ex pactis dotalib.† quæsiuit,id in eius legitimam non imputatur,nec.n.id profectitium est, nec ex patris substantia descendit,secundum Cora.nu.94.in d. l.filium quem Ripam in d.l.in quartam,nu.188.

Vnde etiam colligitur,ꝙ feudum ab auo procedens, in legitimam,quam pater filio debet,nõ imputabitur, nec.n. à patre profectum intelligitur immediatè,quod desideratur,vt hic,& l.quoniã nouella & authen. nouissima suprà eod.& l.scimus,§.repletionẽ,infrà eod. Ista est vera & cōmunis op.quam præter alios tenent Paulus,& Alex.in l.si patroni.in princi.ff.ad Treb.Coras.in d.l.filium quem,nu. 94.Alex.

94.Alex.in l.pater filium,ff.ad leg.Fal.Sali.hic,nu.9. Alex. nu.29.in d.l.in quartam,vbi Ripa nu.177.licèt Paulus hic contrarium velit.

234 Qua in re considera,ꝗ aut loquimur in feudo † hęreditario.i.in eo feudo,quod patri meo,siue ab auo,siue ab alio concessum fuit, & indubitanter secundũ oẽs id feudũ imputatur in legitimã. Hæreditarium aũt feudũ accipere debemus illud,quod pro accipiente,& eius heredibus cõcessum est.Ratio quare imputatur est quia capitur iure hæreditario,ergo in legitimã imputatur,vt in le.in quartã,ff.ad leg.Falci.l.quoniã nouella suprà eod.Secunda ratio, quia illud feudũ ab auo patri meo oblatũ posset ipse,si vellet,nõ agnoscere,sicq; hoc emolumento liberi eius carerent,arg. l.quia autẽ,§.1.ff.quæ in fraud.patr.& §.sed neq;. Insti.de aut.tut.l.quia poterat,ff.ad Treb. Ergo satis à patre profectum videtur,quando eius opera quæsitum fuit.

235 Sed si loquimur in feudo concesso patri † meo pro se & liberis eius,tunc dubiũ est,an id feudũ sit mihi in legitimã imputandũ ; Et Salice.& Paul. hic tenent adhuc imputari debere, eo ꝗ possit ad liberos transmitti sequitur Alex.in l.si patroni.ff.ad Treb.& in d.l.pater filium.

Contrariũ tenent Ang.Cuma.& Paul.in d. l. si patroni, & Ang.in §.optimè, in auth.de nupt.Bal.cons.110.Substitutio facta,lib.5.Sed prima opinio affirmatiua,vt imputetur in quartã,verior est eo casu,quo feudũ nouũ erat, quia pater potuit liberis præiudicare, illud feudũ non acceptando,vt in d.l.quia autem,d.§.sed neq;, & d.l.quia poterat. Vnde cũ liberi illud feudum habere ab auo, vel ab alio nõ possent,nisi mediante facto & opera patris acceptantis,satis ab eo accepisse videntur,,arg.l.sed si plures, §.in arrogato,ff.de vulga.& quia per patris acceptationẽ satis videtur id feudum cũ reliquis bonis patris confundi, & vnũ patrimonium effici,arg.d.l.sed si plures,§.filio impuberi,& cõsequenter ex ipsius patris substãtia,& patrimonio acceptũ videtur,& ideo in legitimam imputandum.

236 Quòd si tale feudũ erat antiquũ, & nulla † patris opera quæsitũ,tunc non à patre, qui fuit vltimus possessor illius feudi,sed ab ipso, qui primus id feudũ concesit, profectũ videtur,sicq; in legitimã non imputãdum,arg. l.vnũ ex familia.§.si de Falc.ff.de leg.2.& ita procedit secunda op.suprà relata,quæ hoc casu saluari põt.Quam opi.indistinctè verissi.dixit Coras.vbi suprà,quæ non aliter,quã sub hac distinctione saluari potest. Secundũ quã distinctionẽ infertur ad quæstionẽ,quæ quotidie in praxi versatur, vt si pa-

237 ter meꝰ † habebat maioratũ,seu primatũ,isq; voluit,vt ego illũ primatũ in legitimã imputarẽ,& omnia bona sua præter primatũ alijs reliquit,ꝗ si is primatus non erat hæreditarius,nec diuisibilis,sed ad liberos tantũ transitorius, nec quidẽ ad oẽs simul,sed tñ ad eorũ qui essent in primo gradu,maiorẽ natu,tunc is primatus, vel Baronia in legitimã meã posset imputari, qñ talis Baronia erat noua.i.in patris mei persona denuò creata,& constituta,siue in testõ, siue in vltima voluntate,argu.d.l.quia autẽ,& d.§.in arrogato, & d.§.sed neq;,& d.§.filio impub. Pro quo optimus text. in l.si ita,§.in fideicõmisso ff.de leg.2.si scis ĩducere.Quòd si talis Baronia erat antiqua,& sic nulla patris opera quęsita,tunc secùs esset,nã mihi non imputaretur in legitimã. Nec ad rẽ pertinet,ꝗ tunc posset pater eã repudiare, sicq; me tali Baronia priuare.Nã resp.non potuisse, quinimò si eã pater meus repudiasset,statim ad me, etiã ipso viuente, peruenisset, & præterea post eius mortẽ in bonis eius legitimã haberem,quod mihi consultius esset.Quò nota,quia nullibi ita inuenies declaratũ.Ad l.vnum ex familia,§.j.ff. de legat.2.responde,ꝗ procedit in casu suo,non tñ negat, quin mediante facto meo id filio meo quæsitum sit, licèt ab auo esset profectum,nec me acceptare nolente, certum erat id filio meo datum iri.

Lucrum aũt factũ ex pecunia patris, an in legitimã filij

238 † imputetur,qui quidẽ filius illud lucrũ fecit,dum pecunia patris negotiaretur? Et regulariter in eius legitimã imputatur,non secùs,quã peculium profetitiũ imputatur, argu. tex.in l.filium quem,C.fam.herc.Id quod verũ est, qñ nulla ipsius filij vel industria interuenit, alias pars lucri remanet apud filium,præcipua pars verò imputatur in eius legitimã,argu.Insti.de societ.§.1.& ff.eod.tit.l.si non fuerint. & in dubio dimidia pars pręcipua erit,altero verò dimidia in legitimam imputabitur. Et hæc omnia cõmuniter recepta sunt,vt per Bar.in l.1.§.nec castrense,ff.de coll.bon. Coras.in l.filiũ quem,C.fam.her.Ripam in d.l.in quartã, nu.157.per gl.& doct.in l.cũ oportet C.de bo.quæ lib.Decius num.10.in l.illud,C.de colla.vbi etiam Bar.& omnes doct.& Bal.hic.Soci.cons.92.Circa primum,lib.1.Romanus & alij in authen.ex testamento,C.de collati. Corneus consi.24.Consideratis,lib.1.idem Corn.consi.58.Ad euidentiam lib.4.Bal.in d.auth.ex testamento. Roma.consil. 469. Quo ad primum,Ange..consil.67.Themate.Beltrandus consi.303.lib.3.

Deniq; ad casum in vsu forensi frequentiss.aduertendũ

239 est ꝗ cũ † paterfa.filiofa.dedit,vel donauit,an id in legitimam imputandum sit,consideremus sex casus. Primus, cũ datur ob causam & vtilitatẽ ipsius dantis. Secundus, cũ ob vtilit.accipientis. Tertius, cũ ob vtilit.alterius tertij. Quartus, cũ ob mixtã vtilitatẽ dantis & accipientis. Quintus,cũ ob mixtam vtilitatem dantis, & alterius tertij.Sextus,cum ob mixtam vtili.accipientis, & alterius tertij.Simi.in pr.Inst.mandati.

Primò casu,aut causa,seu vtilitas erat præterito,puta,qa filiusfam.patri magna seruitia fecerat, & nõ imputatur donatio.Tũ,ꝗ remuneratio beneficijq; permutatio,debitiq; benificij solutio videtur magis, quàm gratuita concessio, quod & in personã extranei pater facturus creditur, vnde vt si in extraneo id faceret, id non minueret filiorũ legitimam,ita,&c.Quod intelligendum,qñ de seruitijs non fit mentio,vel fit genericè,non specificè l. Attilius Regulus, de dona.Tiraq.in l.si vnquam,C.de reuocan.don. post pr. Facit l.si qñ,§.& generaliter,in pr.C.de inof.testa.l.si non mortis,ff.de inof.test.l.etiã,§.si debita, ff.de bo.libertorũ. Et hoc est quod Bar.ait in l.in quartã,nu.10.ff.ad leg.Falc. simplicem donationem non imputari in legitimã,facit le. si pignore,post prin.ff.de furtis,ibi,beneficij debitorẽ sibi acquirere, qui enim beneficiũ ab aliquo recepit, in id eius debitor est,vt ibi,vnde qui donationem remuneratoriã fecit,non tam elargiri,vel perdere, quã debitum soluere videtur.Vnde rectè diximus,quod is donator non tã ob accipientis vtilitatem dedisse videtur,quàm ob propriam ipsius dantis vtilitatem,quò magis ab illo debito,ad quod ab antidora tenebatur,liberetur. Vel potest intelligi ob mutuam vtriusq; vtilitatem id profectum, facit l. si seruus ea lege,ff.de seruis export.

230 Secundò casu,siue causa,seu vtilitas † esset præterita(puta,dedi dotem iam nuptæ,quò magis a viro diligeretur,& vt haberet vnde sumptus faceret: vel dedi donat. propter nuptias iam contractas ad eandem vtilitatem) siue etiã vtilitas esset futura (vt si dedi dotem, seu donationẽ propter nuptias contrahendas, vel dedi pecuniam,vt inde militiã filiusfamiliàs emeret vnde honestè viueret)vtroq; casu datum imputatur, quia id in personam extranei facturus nõ eram l.cùm de indebito,ff.de prob.Est ergo euidens,differentiæ ratio inter primum & secundum casum: cum primo casu nil gratiose largiri, videor, cùm id extraneo quasi debitor daturus essem: secundò autem casu gratiosè dare videor,extraneo non daturus.Cùm ergo quod post mortẽ filio relicturus sum,in vita non compellendus,vt l. 1.§. si impuberi,de collatione bonorum,ff.sed volens præuenire possim vlti.iudiciũ l.cũ quo,§.fi.ff.ad legem Falcidiam. Xuarez in l.quoniam,fol.68.col.2.C.de inoffi.testamento cùm(inquam)in vita filio dederim, quod nisi post mortẽ inuitus relinquere non tenebar,idq; fecerim in vtilitatẽ filij,& re vera sibi vtilius videatur esse,superest, vt imputare debeat multò magis,quã si in vltima volũtate titulo fortè legari reliquissem.Ita intellige l.quoniã nouella,& l.omnimodo §.imputari.C.de officio tes.Et hoc est,quod Bar. ait,

ait,datũ ob causam imputari.Bar.est in l.in quartã,nu.10. ad legẽ Falc.ff.Etenim plus & minus dicitur,habita ratione tpis,nõ secùs,quã ratione rei,§.plus,vbi per doctores i. Inst.de actionib.Vnde paterfamiliàs,qui ob similem causam aliquid filio dedit,quod dare nisi post mortẽ non tenebatur,non dubiũ est,quin pleniùs implesse videatur,quã si post mortẽ dedisset: & consequenter vt pleniùs dedisse videtur,ita etiam in legitimam filius id imputare debet,non secùs,imò fortius,quàm si vltima voluntate cepisset.

Tertiò casu imputandũ non est. Nã siue dedi ob meritũ filij,quod iam contigerat erga tertiũ,tũc nec filius gratiosè,& titulo lucratiuo accepisse videtur,sed oneroso, l.j. §.nec castrense,de collatione bonorũ,ff.nec ego dedisse videor,sed ille,propter quem dedi:sicut dicimus,quod datũ contemplatione patris, ab ipso patre profectũ videtur breui manu.facit l.singularia, si certũ petatur, ff.ergo vt datũ & profectũ non à patre,sed aliunde,nõ confertur,ita,&c. Siue etiã dedi ob meritũ,& beneficiũ,quod filium meũ alteri facere volebam,est eadẽ ratio,si causa sequitur, sin minùs,donatio reuocatur ex defectu causę.Itaq; si pater quicquã filio dedit inter viuos ob meritũ,& seruitium, quod in alterũ tertium filius impẽderat,sicq; dedit filio illius tertij contemplatione,tunc magis illi tertio quã ipsi filio dedisse videtur,arg.l.sed si plures,§.infrà arrogato ff.de vulg. & consequenter is filius ab illo tertio id accepisse videtur, vnde fit,vt illud in legitimam imputare non teneatur, nõ magis,quã si re vera id ab illo tertio accepisset,& vi.p Pau. de Monte pico in l.in quartã,nu.59.ff.ad legẽ Falc.p Paul. Castrensem,Salic.& alios in hoc,§.imputari.Sed quia hęc materia pleniùs, & elegantiùs quã alibi traditur per Bart. vbi latè repetentes,ff.ad legẽ Falc.l.in quartam.ideo ex doctrina Bar.ibid.nu.10.fac conclusiones sequentes.

Prima conclusio Bar.in d.l.in quartã,quę cõis est secũ-
241 dũ Picũ ibid.nu.59.quod capitur extra patrimoniũ † defuncti,id in legitimam filio non imputatur, quia legitima debetur de bonis,& substantia patris d.l.scimus, §.repletionẽ,d.authen.nouissima,in verb. ex substantia defuncti & in corpore vnde sumitur l.cùm quæritur,& l. parentib. & auth.vnde si parens,in verb.ex hæred.C.de inoffi.testa. ergo quod filius habet extra bona patris,id in legitimam, vel in supplementum legitimę imputari non põt.Id quod in specie probat tex.quẽ nec Bar.nec cæteri allegant in le. quoniam nouella,in fi.versi.C.de inoffic.testam. Infertur
bilib.ſublimiores,pleniores deferūtur,honores,ꝗ plebeiis
idq; iure humano cōſtitutū ē,aut paulatim introductū. c.
de multa.de pręb.l.nobiliores.C.đ cōmer.& mercatorib.
plene ꝑ Tiraq.de nobili.c.20.Iaſ.in.§.itē Seruiana.n.26.in
ſtit. de act.in ſimili.ꝑ tex.in l.fi.C.de bo.lib.per Ale.&Iaſ.
in l.pe.C.de pa.Dec.in l.venia.co.fi.C.de in ius vo. Rom.
in ſing.480.vñ in varijs regionib.varij,diuerſiq; honores
variaq; priuilegia accōmodata ſunt à legib. humanis, vel
principib. Inter reliquos aūt honores,& priuilegia Hiſpa
niæ nobilib.accōmodarūt,vt cōmēdatarij eſſe poſsēt, ple
beij verò nō poſſent. Vñ princeps hūc quoq; honorē cui
que plebeio particulariter cōcedere poterit, & lōge faci-
lius is honor in talē plebeiū trāſire pōt cū vniuerſitate, cū
qua multa trāſire poſsūt,quæ ſpēaliter nō poſſēt,l.quædā,
ff.de acq.rer.do.Ale.cōſ. 25.col.pe.li.6. Aim.conſ.241.n.
5.li.2.Sicq; in ſpē nr̄a,& his ſimilib.tenēdū ē,nobilē à prī
cipe factū poſſe fieri cōmēdatariū neq; eſſe inexꝑtē,aut ĩ
capacē illius honoris,nō magis,ꝗ ſi natu nobilis foret.

Vñ cū quāplures exterorū Hiſpanię negotiādi cā ver-
ſenē, qui regulariter eos Hiſpanos redditi, quos iura ap-
pellamus hr̄e,nō poſsūt,dicebā hāc ad rē per principē poſ
ſe fieri capaces per illud reſcriptū,ꝙ Hiſpani appellamus,
cartas de naturaleza.Idēq; cōſultus rn̄di quo ad Hiſpaniæ
obtinēda bn̄ficia eccleſiaſtica.Et cū in nouo tributo lana-
rū exteri plus cōtribuere debeāt,ꝗ Hiſpani,dicebā per ſi-
mile reſcriptū nobis natu, Hiſpanis adęquari, Et cū Hi-
ſpali, iudices eſſe nequeāt forēſes, ſed ciues dūtaxat illius
ciuitatis originarij dicebā ēt forēſem poſſe ibi iudicādi mu
nus obire,ſi quidē à principe factus ſit ciuis originarius il
lius ciuitatis. Et cū in Regno Murcię,ciues illius regni im
munes certa ex parte ſint ab illo regali reditu,quēHiſpani
Almoxa rifadgo appellāt,dicebā hac immunitate gaudere
forēſes,qui ciues illius regni facti eſſent,à principe. Et cū
beneficia eccleſiaſti.Palētinæ diœceſis cōferri nequeāt, ni
ſi ijs,qui oriundi ſunt ex illa regione,dicebāt, & forenſib.
poſſe cōferri,ſi quidē facti ſint à principe,cui hac in re ſub
ſunt ciues illius regionis.Et cū in collegio diui Iacobi Ze-
bedæi Salmāticēſis,cuius inſignia olim geſsimus. Caſtella
ni tm̄,nō ēt Aragoneſes,aut Siculi & ſimiles, exteri colle-
gæ eſſe poſsint,dicebā capaces eſſe eos, qui per reſcriptū,
principis hac in re iuriſdōne habētis facti eſſent Caſtella-
ni.Quæ oīa,& ſingula probātur innumeris illis fundamē
tis,legib.& rōnib.quæ ſuprà cōgeſsimus ĩ qōne de nobil.
quæq, eo noīe iō notāda ſunt,ꝙ nihil vnꝗ his frequētius.

296 Hactenus de honorib.Quid aūt in onerib. quæ ſubire
† tenētur ij,qui natu nobiles ſunt,an & ſimiliter ab ijs,qui
à principe nobiles facti ſunt ſubeundi ſint? Et vr̄ ꝙ non.
Quia ſi ſtatutū dicit, ꝙ ſcholares tractētur vt ciues in oī-
bus intelligitur. tñ vt in fauorabilib. tm̄, nō ēt in odioſis,
aut in onerib.vt ciues habebūtur,ne inducta in fauorē ip-
ſorū,in odio,& lęſione eorundē cōuertantur cōtra l. 3.§.
ſi emācipatus,ff.de bo.poſ.cōtra tab.l. legata inutiliter, ff.
de leg.1. l.legata inutiliter. ff.de adi.leg.& ita in ſpē in hoc
exēplo de ſcholarib.tenēt cōiter doc.quales ſunt Bar.in d.
§.ſi emācipatus.cuius op.ſequitur,& dicit cōem Iaſ. in l. ſi
Rufinus.col.2.C.de teſt.mil,Sequiē & dicit cōē opi. Dec.
cōſ.458.In cā Gabellæ,n.10.Ale.& alij cōiter in d.l.ſi Ru
finus.vbi ēt Pau.Cor.& Ale.poſt Bal.ibi.Ro.in l. adopti-
uū.§.patronū.ff.de in ius voc.Pau.in l.ſi duo.ff.de acq.hęr.
ꝑ tex.ibi.Bal.in aut.habita.col.2.C.ne filius pro patre, idē
in l.ea.l.col.3.ad fi.C.de cōd.ob cau.idē in §. hæc autē tria
in procem.ff.idē Bal.in auth.ſed oīno.col.4.C.ne vxor ꝓ
marito.Ang.in l.ſi à milite.§.1.ff.de milit.teſt.Ro.cōſ.92
indubitatiſsimā iuſtitiā.Cum.cōſ.17.Hier.col.2. Ang. &
Imo.ĩ l.talē.ff.de hær.inſt.§.1.ĩ ſimili ꝑ Bar.in l.Alexādri
nus.C.de decu.li.10.pulchre ꝑ.Pau.ĩ l.nulla.ff.đ legib.co.1

297 Quid dicēdū? Et magis eſt,vt tales nobiles † denuo fa
cti ab ipſis nobilib. natu nō differāt ēt in onerib.nō magis
ꝗ ĩ honorib.nā quoad oēs effectus is,qui ex plebeio à prī
cipe nobilis factus eſt,deſinit eſſe re uera plebeius,& inci
pit eſſe nobilis,vt quaſi plebei,nec vlla imago ne dū ſub-
ſtātia retineatur,& quaſi hō nouus creatur,& regeneratur
aut renaſcitur,ūt noīatim probat.d.auth.ſed hodie. C.de
iure,aureo.annulo.& in l.ſi ſeruus.§,fi.ff.de adi.leg.& in l.
2.ff.de natal.reſtituen.& in l.qui res,§.areā,ff.de ſolu.cum
mille ſimilib. ſuprà adductis.quaſi hō ille plebeius trāſfor
maretur, in aliū hoīē nobilē,id,quod iuris intellectu fieri,
nō prohibeē.vt d.iurib.& in l.vni. C.de trāſfor.vſuc. & in
l,1.& 2.C.de ind.vid.& in l.vni.in pr.&§.1.C.de rei vxo.
act.Nec.n.intētio principis eſt,vt is præterea,ꝙ ſit nobilis
reuera,ét plebeius ſimiliter ſit quaſi bifrōs hō, mōſtro nō
abſimilis foret, iōq; cū primū nobilis factus fuit,ſtatim in
ipſius nobilitatis conſequentiā,& quaſi ex ipſius nobilita
tis natura,& annexione † ad onera nobiliū ſubeunda tene
298 tur,nō ſecus,ꝗ reliqui natu nobiles.Nā & ſimiliter qui cū
ciuis eſſet alterius oppidi,oppidi huius, aut ciuitatis ciuis,
denuo factus fuit,ita vt prioris oppidi,aut ciuitatis ciuis eſ
ſe deſinat,indubitanter huius noſtri oppidi ciuis eſſe re-
uera incipit,tā in onerib.ꝗ in honorib. & prioris oppidi ci
uis eſſe deſinit in honorib.nō ſecus,ꝗ in onerib. quaſi ve-
ra cōuerſio,& trāſformatio fiat,vt in ſimili fit in rebus ina
nimatis,§.cū quis ex aliena.Inſt.de rer.diui.l. adeò per to
tā.ff.de acq.rer.do,ita eleganter declarat Pau. in l.nulla co.
1.ff.de legib.Bal.per tex.ibi in l.cū ex oratione.ff.de excu.

tut.idem

tut.idē.Bal.ī l.quod fauore oppoſ.7.poſt Pet.& Guliel.ibi, ibi.C.de legi.vbi ēt Paul.idē Pau.in l.ſi duo.ff.de acq. hær. ꝑ tex.ibi Bal. Pau. Ale.& Iaſ.col.2. in l.ſi Rufinus, vbi ēt Cor.per.tex.ibi, C.de teſt.mil.Sequit̄ Dec. cōſ.458.In cā gabellæ.col.fi. ver.ſed Bar.ibi loquitur Sentit idē Bar. in l. quidā cū filiū in fi.ff.de ver.ob.Bar. in l.ſi is qui ꝓ emp.q. 3.in fi.ff.de vſuc.Ex quib. patet hāc eſſe cōem op.Ergo ꝗ ciuis denuò creatur in hac ciuitate,ita vt deſinat eſſe ciuis, ſuæ primæuæ ciuitatis,is indubitanter tā in onerib. ꝗ̄ ī honorib. aut in rebus indifferētib. ciuis erit. Qui aūt in ciuē admittitur,ita vt prioris ſuæ ciuitatis ciuis eſſe nō deſinat, in honorib. tm̄ admiſſus videtur,nō ēt in onerib.(quale ē in exēplo de ſcholarib.ſuprà memorato) niſi contrarium tacitè,vel expreſsim cautū ſit.Rō differētiæ, quia priore, caſu fit trāsformatio,poſteriore aūt caſu fit cumulatio, & cū retētione prioris ſtatus acceſsio quædā,vel adiectio.In quo caſu nō intrat qō nr̄a de nobili denuo creato, ſed ad priorē tantū caſum reuera pertinet, quia expræſsim iubetur,ꝙ deleatur de numero& catalogo plebeiorū,(quaſi reuera vel mortuus eſſet,vel natus nunquā fuiſſet) & deſcribatur in numero,& catalogo nobiliū,quaſi& natu nobilis editus foret,&progreſſu eundem ſtatū ſꝑ retinuiſſet

Iſthæc faciunt,vt ſi monachus vnius ordinis in monaſterium alterius regulæ receptus fuerit, non teneatur amplius priorē regulā obſeruare,quaſi id contigerit non accumulatiuè,ſed tranſumptiuè, aut trāsformatiuè.Ideq; cum collegij vnius collega in alterum collegium receptus fuit, quod aliquando vidimus.

299 Stat ergo ex ſuperiorib.ꝙ qui ex plebeio† nobilis à prīcipe factus fuit,tā in onerib. ꝗ̄ in honorib.& in reb.indifferētib. nobilis eſt, & cōſequēter pōt eſſe cōmēdatarius, nō ſecus,ꝗ̄ ſi natu nobilis foret quaſi id deſcēdat ex natura ipſi nobilitati inſita, ſiue illa natiua ſit,ſiue datiua, quia iſtud eſt ex priuilegijs,quę retro nobilitati,competebāt.

Quid aūt ſi denuō poſtꝗ̄ ille nobilis à principe factus fuit ipſi nobilitati aliquod priuilegiū cōceſſum eſſet,quo ſine dubio fungerētur,nobiles natu,an & nobilitas iſthæc datiua tali priuilegio fungeretur,nō ſecus,quā nobilitas natiua? Et ſine dubio fungeretur,per l.cum ex oratione. ff. de exc.tut.vbi Bal.& videtur cōis op.ex latè ſuprà relatis.

300 Vn̄ cū ordo,& regula† Cōmēdatariorū diui Geor.in regno,ſeu regione Valetiæ facta fuerit ad ſimilitudinē ordinis Cōmēdatariorū de Calatraua,& poſtea Cōmēdatariis de Calatraua data fuiſſet facultas,vt poſſent vxores ducere

302 an &iſta facultas Cōmēdatarijs diui Geor.(quos† de Mōteſca appellant)cōpeteret,& ad eos ſeſe extēderet, aut ex vi ēt cōprehēſiua eos ēt ea gr̄a,& facultas tāgeret,& teneret,vehemēter olim cōtrouerſum fuit apud auditores Regios in prætorio,quod nos appellamus: Cōſejo de ordenes. Et ēt hodie(vt fertur)petitur diſpēſatio,à Rom.Pōt. in fauorē Magiſtri illius ordinis.Quæ facultas,vt citra diſpenſationē nō cōpeteret,videbat̄.Primū,quia æquiparatio,licèt cōprehēdat oīa iura cōpetētia tꝑe æquiparationis.nō videt̄ trahi poſſe ad facultates denuò cōceſſas,arg.l. ſi ita.ff.de aur.&arg.leg.not.Soc.in l.j.in pr.vbi Rip.n.3.ff. de leg.j.Deinde quia vt religioſi,qui ſunt in vita cōtēplatiua,poſsīt ad vitā actiuā migrare,nō ſat expeditū bn̄ficiū eſt adhuc tn̄ verius videtur,vt ea facultas conceſſa militib. Calatrauēſib.cōpetat ēt militib.diui Georg. quorū ordo, nō ſolū in oīb.& per oīa fuit adæquatus ordini & religioni militū de Calatraua (vt aiūt) ſed ꝙ pluris ē, bulla erectionis,& inſtōnis militū diui Geor.eſt eadē cū bulla, & priuilegio inſtōnis Calatrauēſiū,vt nō altera noua militū, religio priori ſimilis videatur,ſed potius eadē religio,denuo aucta videat̄ ſicq; quaſi vt augmētū cedit rei principali,nec ab ea quicquā differt.l.proponebatur ff.de iudi.l. grege,de leg.2.l.ſi grex.ff.de leg.j.§.ſi grex.Inſt.de leg.ita ēt ordo militū de Mōteſa nihil differt ab ordine militū Calatrauenſiū,ſed ei accedit tāꝗ̄ augmētū,& vnū ideque corpus reputat̄ arg.in ſimili in l.plane,in pr.de leg.j.§ vbi aūt. cū ſeq.C.de cadu.tol.Et vt ridendus eſſet,qui cōtēderet ꝙ ea facultas cōceſſa militib. Calatrauēſib. cōpeteret quoad illud dūtaxat oppida,monaſteria, & ſimilia, ꝗ̄ initio ſuæ inſtōnis ipſis fuerunt deſignata,nō ēt quo ad oppida,& monaſteria,& encomiēdas(vt ſic loquar)poſtea adita,ita quoque ridēdus videretur,qui talē facultatē cōtēderet militib. de Mōteſca,diuiq;Geor.nō cōpetere,qn̄quidē(vt in facto proponitur) ſunt veluti augmentum militum ,ordiniſq;, Calatrauēſiū,nō ordo,aut religio noua.Quod ītellige, qn̄ gn̄aliter,vel indefinitè ea facultas militib.Calatrauēſib.data eſſet,ſecus,ſi cū limitatione,aut p̄finitione loci,puta, ſi militib.Caſtellæ Calatrauēſib.cōceſsū eſſet,tunc.n.ad milites ēt eiuſdē ordinis,in alio regno collocatos(quale ē regnū valētiæ)nō extēderet ſeſe.l.ſi ita ff.de aur.& arg.leg.l. age.cū gemi.C.de trāſ.& vtrobiq; plenè per doc.tradūt in ſimili.nouiſ.in l.5.§.pe.& fi.ff.de leg.1.Quæ oīa expedita ſunt ſi hi milites diui Geor.ſunt augmētū(vt ꝓponebatur)militū Calatranēſiū,ꝙ ſi nō tā augmētū eſſent ꝗ̄ nouus ordo,noua regula nouū corpus,nouū collegiū diſtinctū,& ſeparatū,nō ſecus,ꝗ̄ ſit collegiū diui Iac.Salmāticē. à collegio.S.Crucis Pinciano,licet conſtōnes primordialiter collegij Pinciani& nr̄um collegiū diui Iac.receperit in ſui primæua inſtitutione,tunc magis dubiū.Et quidē ſi in erectione,& inſtōne,oīa priuilegia Calatrauēſib. cōpetētia in oīb.& per oīa Mōteſanis ēt eſſent cōceſſa magis eſt vt hæc facultas Calatrauēſib.poſtea conceſſa, etiā Mōteſanis cōpetere inciperet.ex cōi op.doctorū, qui tenēt, ꝙ ſi ſtudiū Toloſanū factū fuit cū oīb.priuilegijs,& honorib. cōpetentib. ſtudio Parieſi,tunc nouū priuilegiū ſtudio pariſien.conceſsū cōpeteret ēt Toloſano.ita tenent Guil.de Cun.& Bal. in l. oīa.C.de epiſc.& cle.Rip.in l.1.n. 3. ff.de leg.2.vbi Ale.nu.9.& Iaſ.n.16.Abb.in c.fi.ne cle.vel monac.Soc.in d.l.j.in pr. vbi Are.& Caſsio.col.fi.& ita tenetur per moder.ſecūdū Rip.vbi ſup.ex quorū relatiōe hęc vr̄ cōis opi. Facit, ꝗ̄ tradūt Bal.in l.oēs populi,col.pe.ff.de iuſt.& iur.Ale.& Iaſ.in l.ſi Rufinus.C.de teſt.mil.Zaſ. vbi ſuprà,& Iaſ.n.17.&Rip.n.4.in d.l.dū tenēt,ꝙ ſi forēſis in in hac ciuitate nō p̄t eſſe prior,vel Cōſul,vel de collegio, doctorū,vel Decurio, tūc,qui principē adæquatus ſit ciuis,is poterit eſſe Prior,vel Cōſul,vel de collegio doctorū Et hac parte faciūt oīa illa fundamēta,ꝗ̄ ſupra accōmodauimus in.q.de nobili.Hęc quo ad facultatē nubēdi denuo conceſſā,ſiquidē intelligimus,ꝙ beneficij loco vel etiam priuilegij loco habeatur.Cæterū cū cōtrouerſū ſit,an iſta nubēdi facultas nō tā bn̄ficio annumeret̄,ꝗ̄ læſioni, propterea,ꝙ præbeat occaſionē diſcedēdi à vita cōtēplatiua, & migrādi ad vitā actiuā,tunc magis dubiū. Dicēdū tn̄ ē, id parū obeſſe,ꝗa cū notoria, & indubitata eſſet occaſio, peccandi libidinis, & cupidinis voluptatib. & lux cā, quā occaſionē habebāt hmōi milites per orbē vagātes, negari nō pōt,quin illa facultas nubēdi,bn̄ficio, aut ſaltē priuilegio annumerari debeat.Sed & ſi eſſet onus,adhuc idē fo-

303 ret,nā cū ęquiparatio ſit in oīb. tunc ēt† cōicātur.vt tenēt Bal.in l.quod fauore.7. oppo. C.de leg. poſt Petr. & Guil. ibi idē Bal.in l.ſi Rufinus.C.de teſt.mil.Rom. in l. ſi duo. ff.de acq.her.idē in nulla.C.de legib.Dec.cōſ.458.In cā gabellę.col.fi. Bar.in l.quidā cū filiū.in fi.ff.de verb. obli. ex quorum relatione hęc videtur communis opin.

Nā & ſimiliter ſunt,qui putent huiuſcemodi milites immunes eſſe ab oībus onerib. vectigaliū præſtandorū non ſecus,ꝗ̄ illi ēt milites,quorum ad exemplū creati, & inſtituti ſunt,quaſi in vtriuſq; ſuperiora nō impediāt,quin videatur eſſe ſpecies quędā religionis,& monachiſmi.

303 Quibus non obſt.ꝙ ij milites †vxores ducant, & propriū poſsidere videantur,nā id ex diſpenſatione apoſtolica faciūt. Et licèt obſeruatio iſtorū votorū ſit de iure diuino,tn̄ inſtitutio ipſorū eſt de iure poſitiuo.vt no. in c. propoſuit de conceſ.pręb.ꝗ̄ inſtōnē facit Papa in oībus ordinib. Bened.Aug.Franc.& Domi.&ſic de ſing.Ergo ſi noluit approbare hūc ordinē militarē,modificando iſta vota.ſ.ꝙ ſint religioſi,& habeāt ꝓpriū,dū tn̄ poſsideāt& de mobilib.tm̄modo diſponāt cū lnīa magiſtri.Itē, ꝙ ſeruēt caſtitatem

castitatē,dū tñ ista sit cū vxore propria.Itē ꝙ habeant obe dientiam,prout hæc oīa in regula prædicti ordinis cōtinēt, quis dubitabat Papā hoc potuisse facere? maximè ex causis tā arduis,ex quib. hic ordo fuit institutus vt suprà premisimus.Propter cuius fauorē multa statuuntur contra iura cōia,vt in c.in fidei fauorē de hæreticis.in 6. Et papam hoc potuisse facere,cōsuluit. Soc.in d.cō.13. nā dispensat, cōtra votū simplex,& ita cōtra votū cōtinētiæ,vt in c.rursus,& in c.veniens.qui clerici, vel vouen.Ita quoq; potuit dispēsare,& modificare votū castitatis,in castitate cōiugali.Nā inuenimus cautū in iure clericos, Græcianos in sacris cōstitutos,& celebrātes vxores hr̄e.vt in c.cū oli. de cle.cōiug.Castitas vtiq; cū vxore propria reperitur,vt in c. Nicæna.31.dist.Sic,& si laicus eligitur in Papā, & electus inuenitur hr̄e vxorē toleratur in dignitate,& tenetur reddere debitū.vt dicit.glo.in c.si quis pecuniā.99.& Pet. habuit vxorē,etenim ex permissione ecclesiæ oīa ista tolerātur.Nā sicut Papa eximit monachū ab obediētia sui superioris,vt ꝑ tot.tit.de priuil. ita cū obseruātia cōtinētię, & abdicatione proprij dispensare pōt,cū hæc tria sunt substātialia regulæ monachatus, & in propriis terminis dicebat gl.quā suprà retulimus in d.c.duo sunt genera.12. q.1. ꝙ id quod est prohibitum & illicitū personis ecclesiast.& religiosis est licitū ex permissione Pōtificis.nec ꝓpea desinūt esse ecclesiasticæ personæ.Castitas.n.&cōtinētia cōiugalis plurimū apud Deū extollitur,vt legitur de virginitati Ioānis Bapt. & cœlibatu Abrahæ,quęlibet.n.harū virtutū habet suos gradus iuxta euāgeliū.Et dicebat.S. Tho. lib.de regimi.princ.referens Aristotelē,ꝙ milites cōuenit esse cōiugatos.Regula ergo huius militiæ ab exordio nō ꝑmisit nuptias,nec matrimoniū,sed ex quo postea summo Pōti.& regię maiestati, sic placuit,nō est nostrū iudicare,cū authoritas & iudiciū sit apud summū Pont. vt dicebat Augu.cōtra Manichæos in c.quid culpatur 33. q.1. & qō.2.c.iustū.& alibi sæpe.Nec de potestate Ponti. circa ista dubitari pōt,nā eo dubio offendi vr̄ clauiū ptās. vt suprà diximus.

304 Et ita rectè pōt Papa laicū à iurisdōne† seculari eximere sine Regis cōsensu,qñ eis additur aliqua qualitas,seu cā ordinis,vel religionis tit.vt no.Inn.in.c.2.de maior.& obe. & refert,& sequitur Car.in rep. ca. perpendimus de sen.exc.col.3.& Host.& Sicu.in d.c.2.& ibi cōiter scriben.Sic ēt potuit papa familiā Epi eximere,vt gaudere debeat priuilegio ecclesiastico statuēdo,prout statuit,in c. dilecto.de offi.archi. & not. ꝑ doc.in d.c.1.de for.compe. Sic & potuit eximere innumerabiles primæ tonsuræ coniugatos.vt in c.vno.de cle.cōiug.in 6.& nouitiū quoq; laicū infra annū nouitiatus eximit papa à iurisdōe. vt in c. religiosi..de sen.excō.Ecce ergo quō papa statuendo,vel cōcedendo ecclesiasticas efficit personas sine cōsensu principis. pōt.n.papa arduis negotijs instantibus,se inter laicos, intromittere, & exercere ptātem à Deo traditā,vt in c. j. homi. in 6.& in cle. pastoralis.de re iu. & in c.alius.15.q.6 & in c.licet.de voto.& in c.per venerabilē.qui fil.sint legi. in c.quorūdā.de iudęi. & in c.venerabilē,de elec. cū sim. Nam ab ecclesia imperiū,& iurisdictio tꝑalis descēdit. vt tradūt doc.in c.nouit.de iud.vbi cōcludunt,papā hr̄e plenā iurisdōnē,tā in spūalib.ꝗ in tꝑlibus. idem tenet Abb. in d.c.nouit.Et referunt quēdā post mortē fuisse dānatū, de hæresi,ex eo,ꝙ in disputatione,quā fecit,tenuit imperiū ab ecclesia nō descēdere.& facit.l.9.tit.1.par.2,ꝗ dicit, papā habere ptātē creādi Regē.Sic ēt Rex Hungarię, qui non cognoscit superiorē,cogitur, à pontifice ad obseruationē voti. vt in c. 1.& in c.magnæ.& in c. licet.& in c.nō est de voto. Sic & ad obseruātiā iuramēti cogitur, vt dicebat Abb. in d.c.nō est.& not. in c.si. de foro.comp. lib.6. & in d. c. venerabilē.& c.nouit.de iud.& in c. quanto , & in c. intellecto.de iurei. & in c.nos sanctorū.15. q.6. Quę oīa sine dubio procedūt,supponēdo maioritatē pōtificatus,& subordinationē dignitatis Regiæ, & īperialis ad pōtificatū, vt.s.apud papā sit vterque gladius.vt in d.c. nouit de iud.nā. Dn̄i est terra,& plenitudo eius. Ab initio.n.oēs cāæ tractabātur corā sacerdotibus. Deūt. c.7.& in d.c.per venerabilē, & 11.q.3. c. abſit. & ita nulla vr̄ fieri iniuria, principib. ex parte pōtificis, ſ. aliquā religionē approbauit, & ecclesiasticas fecerit personas dū subsit aliqua religionis cā actiuè,vel cōtēplatiuè,prout in pręludijs supra retulimus,&not.in d.c.2.de maio.& obe.cū suprà all.Nec minus prætendi pōt aliquod esse impedimentū ex parte laici,qui se religioni dedit, cū iurisdō principis sit ad regendū , & gubernandū subditos,si tñ subditus velit se subijcere religioni,liberè facere poterit, nec curatur quantum ad hoc de iurisdōne regia. Nā quilibet subditus, pōt mutare iurisdōnē,& cursū vitæ,subijciēdo se ecclesiæ,quia cursus,& via vitæ humanę nō ꝑꝑ iurisdōnē, sed iurisdō, ꝑꝑ ipsā cōstituta est vt habetur apud Marcū,vbi Christus respondit pharisæis,Non est hō propter Sabbatū,sed Sabbatū ꝑꝑ hoīē. Vñ Car.in. c. perpendimus.de sen. excō. in 4. col.dicebat,ꝙ nō eximit papa laicū à iurisdōne seculari , sed laicus ipse se eximit, dū se emancipat aliquibus regulis approbatis.Neq; hoc impedire pōt,alias sequitur, ꝙ nullus posset intrare religionē , si tale preiudiciū cōsiderare-

305 tur. Et inde prouenit,ꝙ pōt quis† mutare domiciliū,& iurisdōnē tā secularē,ꝗ spiritualē.vt probatur in diuersis iuris partib.vt in c. constitutus,& in c. cū dilectus , de relig. do.& in c.dilectus.de capellis monach. & in c.licet,de regular. & in l.si conuenerit,ff.de iur. om.iud. & in l.1.ff. de iust.& iur. & in l.si qui ex cōsensu,C.de episc.aud. & in. l. hæres absens,§.proinde,ff.de iudic.Quinimò presbyteri, curati, & Archidiaconi pn̄t sine superioris licentia ingredi religionem,vt eleganter not.S.Tho. in opusc.19.q. 13. & in c.de monachis 16.q.1.Quamuis.n. Reges Castellæ, non recognoscant in tēporalibus superiorē, vt est vulgare ipsi tñ,& eorū subditi in his,ꝗ cōcernunt,spūm,sunt summo vicario subiecti. vt in c.oēs princeps. de maioritat.& obed.& in c.solitæ.eo.tit.cū suprà alleg. Neq; cōqueri potest princeps,ꝙ laicus subditus ordinē religionis ingrediatur,& ita se ab eo eximat, quia non hō propter iurisdictionē,sed iurisdictio propter hoiem facta est neq; prætendi, pōt in apostolico deficere, ptātem, cū ad eum pertineat, creandorū ordinū potestas,vt ex oībus suprà dictis cōstat. Ex quibus veluti cōsequens necessariū infertur hos mili-

306 tes,eorūq; † bona à gabellis esse soluta.iura sunt clara , & aperta.in c.si.de vit.& ho.cle.& ibi optimè per Abba. bona glo.in c.ecclesia.S.Marię.de cōst. & not. in c.quanꝗ de censib. libr. 6.in cle. pręsenti eo.tit.Et dicebat Ant.in c. 1. de cōsue.ꝙ sicut nō pn̄t collectari res ecclesiæ, ita neq; ecclesiasticorū patrimonia,& facit tex.in c.similiter 15.q.1. & exactores similiū onerū,& īpositionū, secūdū sanctorū patrū decreta peccant mortaliter,& rapinā, & sacrilegiū cōmittunt,ipsoq; facto excōicantur,& ad restitutionē tenentur,vt in d.c.quanꝗ. de censib. facit ēt sing. text. in c.si quis principū.16.q.7.ibi,vt sacrilegus iudicetur, & & 12,q.2.c.prędia.& c.seq. ibi,qui abstulerit patri, aut matri homicidij particeps est. Pater noster sine dubio Deus est,qui nos creauit,mater vero nostra Ecclesia est,ꝗ nos ī baptismo regenerauit.vt ibi habetur, & eleganter,probat in d.c.quanꝗ.vbi dicitur,ꝙ ecclesiasticę persone sunt immunes de iure diuino à secularibus exactionib. & ita manifestissimè d.iurib.comprobari videtur.

In summa hac in re videnda sunt,quæ scripsimus suprà & alibi plenius agemus,an à vectigalib. sint imunes,inter ea nihil firmantes,propter quamplures lites, quas in nr̄o rei dominicæ Prętorio hodie habemus pendentes.

307 Postremò dū in hoc,§.īputari dr̄, occasione militiæ.nō temerè tentari posset,vt in legitimā†filius imputare teneatur,non solū,ꝙ īmediate quæsitis ex militia sibi à parte, empta,sed ēt quod occasione,aut cōtēplatione illius militię acquisiuit nō quæsiturus,si talē militiam aut officium nō habuisset.Quid.n.si ingēs donū cōtēplatione illius militiæ accepit,(vt quotidie cōtingit) non accepturus,si illā militiaā nō habuisset,idq; extra pensiones,aut reditus,qui ex tali, militia procedebant. Et sanè tale donū videtur legitime

gitime imputandũ per hunc tex. dũ ait in legitima impu-
308 tari, quod occasione militiæ quæritur. Nã † occasio non pro cã immediata sumitur, sed magis pro cã remota. Vñ Cicero in orone pro Milone. Quę tũ non modo occasio sed etiã cã illius opprimendi fuit. Vnde qui occasionẽ dan ni dat, damnũ dedisse vr̃, vt in l. qui occidit. §. in hac actio ne. ff. ad leg. Aqui. ibi, nam, & qui occasionẽ dãni prestat, dãnũ fecisse vr̃ & ita est intelligẽdus tex. in c. qui cãm, de reg. iu. in 6. dum ait, Qui cãm dãni dat dãnũ dedisse vide tur. ibi. n. intelligitur de cã remota, quæ peculiariter occasio appellatur. Quibus proximè accedit, quod ait Cicero, de Leg bus. Teneo quam optabam occasionem, neq; remittam A libi tamẽ occasio sumitur pro opportunitate, vt per Iacobum Spiege. in verbo, ccasio. Vnde Ausonius, in Epiger. de occasione sic cecinit.

Sum Dea quæ rara, & paucis Occasio nota.
Quid rotulæ insistis. Stare loco nequeo.
Quid talaria habes. Volucris sum, Mercuriusq;.
Fortunate sole, ardo ego cum volui.
Crine tegis faciem. Cognosci nolo. Sed eus tu.
Occipi caluo es. Ne tene ar fugiens.
Quæ tibi iuncta comes dicat tibi. Dic rogo, quæ sis.
Sum Dea, cui nomen nec Cicero ipse dedit.
Sum Dea quæ facti, non factique exigo pœnas:
Nempe vt pęniteat, sic Metanæa vocor.
Tu modo dic quid agat tecum. Si quando volaui,
Hæc manet, hanc retinent, quos ego prætcrij.
Tu quoque dum rogitas, dum percunctando moraris,
Elapsam dices me tibi de manibus.

Et similiter tali temporis opportunitate solent vti, qui volunt discedere ab amico. Vnde Prouerb. 18. in princ. similis doctrina traditur, dum scribitur, Occasionem quęrit, &c. Et in negotijs gerendis talis occasio pretemittenda non est. Vnde Plautus in Persa.

Virtus est, vbi occatio admonet dispicere.

309 Deniq; ꝙ occasio sumatur pro † cã remota, & nõ imediata, est cõis opinio, quã tenent Corn. cõs. 163. post pri. li. 4. Ale. in l. si patroni. col. 2. ff. ad Treb. Soc. cõ. 156. Pro fũ damẽto. col. fi. li. 3. Ias. cõs. 63. Circa primũ col. 5. eo. li. Pet. & Cin. q. 2. vbi ẽt Sali. in l. gñaliter C. de epis. & cler. Are. cõs. 161. Vetũ est. col. 4. Ioã. Andr. ad Spec. de iniur. & sequitur. Bar. in l. vxo. ff de auro. & arg. lega. per l. cũ de lanio nis. §. asinã. ff. de fundo instructo. Bal. cõs. 136. Proponitur col. fi. li. 2. Ang. cõs. 63. Nobilis miles. col. 13. idẽ cõs. 288. Viso them. col. 2. Sali. in nostro. §. imputari. col. 2. idẽ in l. fori. per illũ tex. C. de aduocatis diuersorũ iudic. per tex. in l. fi. C. de furtis. ibi. ex suæ rei occasione. Imol. in l. 2. §. fi. ff. de donat. Barb. col. 5. & Ias. col. 3. in rub. C. qui admitt. Vñ si occasione militię, q̃ pater filio emerat, is filius donũ gratis oblatũ accepit, aut donationẽ ab eo, qui nõ donasset, ni si talẽ militię, aut officiũ habuisset, tale donũ in legitimã ĩputandũ est, nõ secus, q̃ si id lucrum ex redditib. illius offi cij, aut militiæ contigisset ĩmediatè. nã & similiter in termi d. l. fori. C. de aduocatis diuersorũ iudiciorũ. dũ dr̃, quasi castrense reputari, ꝙ filius quæsiuit aduocatione intelligẽdũ est, nõ solũ in eo, ꝙ ex mercede aduocandi filius quasi ex operarũ locatione quæ fierit, sed ẽt, donũ ab aliquo gratis, oblatũ accepit, ꝙ ille oblaturus, aut daturus nõ esset, nisi filius aduocare ẽt in aliorum negotijs cœpisset.

Confirmãtur isthæc, nã & quæ fortuitò cõtingunt occasione quadã contigisse videntur. vt per Dec. in d. rub. C. qui admit. col. 3. idẽ. in c. fi. de confirmatione vtili. vel inutili. per legẽ rescriptũ. §. 1. ibi, ex occasione. ff. de distract. pignorũ. & l. generaliter. §. proinde. ibi, per testamẽti occasionẽ. ff. de fideic. libertatib. in simili per Bal. cõs. 119. Statuto cauetur ꝙ turbans col. fi. li. 2. bonus tex. ĩ l. Labeo. ibi, magis occasione, ff. de riuis. l. famosi. §. 1. ff. ad leg. Iul. maiesta. & in l. oĩmodo. in pr. ibi occasionẽ. C. de inof. test. & in l. fi. ibi, incolatus occasione. C. de munici. & originarijs, li. 10. l. fi. ibi, occasionis hmõi. C. de conueniendis fisci debitoribus. li. 10. in c. 1. ibi, sumentes occasionẽ. de cõfirmatione vtili. & in c. qualiter & qñ de accusa. vbi Dec. & idẽ Dec. in c. 1. tex. in c. statutũ. §. insuper. ibi, occasionẽ. de rescr. in 6. vbi Dñicus. tex. in c. 1. ibi. peccandi occasio. de iureiu. li. 6. & in c. 2. vers. si aũt. ibi occasionẽ. de officio ordinarij, li. 6. plenè. per Tira. de causa cessante. limita. 13.

Nã & similiter quod vulgo traditur, nõ valere pactũ de futura successione acquirenda, id receptũ est ob vitandã, peccãdi occasionẽ, votũq; captãdæ mortis remouendũ vt in l. fi. C. de pact. & in l. de fideic. C. de transa. in l. pactũ do tali. C. de colla. & in c. nè captandæ & in c. detestanda. de concessione præbendæ. vt in d. locis. ferè per omnes tradi tur. Licet. n. tale pactũ nõ inducat necessario votũ captandæ mortis, adhuc tñ interdicitur, ꝙ occasionẽ, ansamque mortis captandæ præbere videtur. Nec absimile est, q̃ testator nequeat prohibere cautionẽ ab vsufructuario præstandã de vtendo & fruẽdo arbitrio boni viri. vt in l. 2. & ĩ l. scire. C. vt in possessionẽ legatorũ. illud. n. nõ iõ receptũ est, ꝙ ea cautionis remissio certũ inducat, aut indubitatũ, delictũ peccatũve, sed magis ꝙ inducere videatur peccandi ansam, & occasionẽ. Principibus. n. & legibus curæ esse debet, nõ mõ peccatũ iã cõmissum punire, sed etiã peccãdi occasionẽ remouere, ideoq; vetita est ea cautionis, remissio. vt tenet gl. quã oẽs ibi sequun. in l. pe. C. vt ĩ possess. lega. Bar. in l. nemo põt. col. 1. vbi Rip. nu. 36. & Hannibal nu. 212. ff. de leg. 1. Bar. & alij in l. pactũ inter hæredẽ. C. de pact. Dec. cõs. 565. Clarissimi. col. j. Ang. & Christopho. in §. cõstituitur. Inst. de vsufr. Dec. cõs. 418. n. 16. gl. in l. 1. C. de vsufru. Ias. col. fi. in 1. lectio. & in. 2. n. 125. vbi Crot. nu. 14. in d. l. nemo põt. Pinel. in l. 1. par. 1. nu. 75. C. de bo. ma.

Hinc descẽdit rõ ad plerasq; legũ pœnaliũ præsertĩ quæ vltimo supplicio facinora persequũtur, nõ. n. hmõi leges feruntur, vt homicidia, parricidia, adulteria, proditiones, & reliqua id genus facinora semel facta, infecta fiant (id. n. ĩpossibile est. l. in bello. §. factę. ff. de captiuis) sed magis, vt metu pœnarũ reliqui hominũ perterriti, ab hmõi facinorib. abstineãt, sicq; tollatur ansa, occasioq; peccandi, atque delinquẽdi. vt plenè disseruimus in §. 7. nu. 22. & cum lex. quę & sacratissima, & inuentio quædã, atq; donũ Dei merito appellata est. l. 2. ff. de legib. l. leges. C. eod. occurrat, pugnet, aduersetq; quorundã procerũ effrænæ auaritię rapacitati, quorũ magnatũ imperio, nutu, & ditione rerũ, summa voluitur, quibusq; à principib. nostris totius reipu
310 blicæ status, salusq; cõmissa est. cũq; ij nõ † ignorent, stantibus legib. legũq; professoribus, iurisq; peritis, nõ posse, se sua potentia impia, & nefanda liberius fusiusq, abuti, & rempublicã, publicãq; salutẽ pessundare, eò rem perduxerunt, vt tã principibus nostris, q̃ reliquis hoĩbus persuasũ, esset, citra leges, aut iurisperitos orbẽ posse regi, sicq; tam legibus, q̃ legũ professoribus, magistratibusq; bona ex parte authoritas adẽpta est. Et vt resp. publicusq; cẽsus hmõi
311 potentiorũ † tyrãnide citius, liberiusq; deuoretur, nouũ, quoddã inuentũ, nouũq; aucupium excogitatũ est: nẽpè, vt præsules, ecclesiarumq; prælati sanctissimi, quorũ pleri que laudatissimis, innocentissimisque morib. prædití sunt & vitæ inculpatissimæ exulare cogantur, & cõtineant, se-
312 se intra cancellos suarũ † ecclesiarum, quò magis in posterũ resp. inermis pijssimiq; principes nostri sanctissimis, ꝓbatissimisq; tutoribus destituantur, pręsulibusque hunc ĩ modũ segregatis, vt innocens, miserãdusq; ouiũ grex à lupis, ita resp. nostra regiusque cẽsus (quæ nostræ tẽpestatis, infelicitas est) ab illorũ ĩmaniũ potentiorũ tyrãnide absu matur, Nec dubiũ est, quin præsules, & similes, possint es se, versari, & occupari in regijs senatib. posthabita quorun dã insania huic rei aduersantiũ. Quòd aũt prælatus, & clericus possit esse iudex regius, patet in procœmio in ti. Del consejo del Rey. li. 2. ord. ibi. Porende ordenamos y man damos, que en el nuestro consejo esten, y residã de aqui adelante vn perlado, & c. Ad idẽ. l. 1. ti. Del audiençia è chan cilleria, li. 2. ord. ibi. Mandamos, que en la nuestra corte, y chancilleria residan continuamente vn perlado presidẽte. Et in. l.

Et in l.8.eod.ti. ibi. los oydores, o alomenos los dos dellos conel perlado torne à ver.&c. Et iterum ibi, dada per los dichos nuestros oydores con el dicho nuestro perlado. Ad idē.l.1.ti.De los escriuanos de las audiençias. lib.2. ord.ibi.Ordenamos que el perlado, y los oydores, o los oydores non auiendo perlado, & ibi confirmados per el perlado. Vnde cum tot legibus sancitū sit, vt epŝ, aut prælatus posit esse præsidens summi senatus curiæ, vel senatus Vallisoletani, & granatēsis, & similiū, mirādū sanè est, quanta loquacitate, quantaq; temeritate imperitorū nonnulli garrire audeant id ipiū esse religioniq; contrarium, pugnans, aduersum, præsertim cum leges illę, quib.id admittitur, sanctæ, piæ, iustę quoad reipublicę tranquillitatē aīarumq; salutē, vitā, cōgregationēq; politicam præsumātur. vt differimus suprà.§.1.nu. 13.& §.2.nu.8.cū seq. Et.n.tantus prędidiatus à summa dignitate eminētibus teneri debet, neq; à viris secularibus (quales sunt Duces, Comites.& Marchiones,) ne in similium inuidiā prorūpant. Nā vt Accur.ait, & asinum intumescere, si viderit se per comparē cōprehendi. Præterea virorū illustriū seculariū cum nullus inueniatur iuris peritus, hi præsides malè, & ineptè esse poterunt, cū iudices per suam propriā iuris peritiam, non per alienā sententias ferre debeant. iuxta.l.1.ti. de los iuzgadores.lib.2.ordin. Nec dubiū est, quin pręsidū nōnulli sn̄ias dicere debeant. Vt interim omittā ad præsidentiū offm̄.& administrationē pertinere apud principē oratores existere circa promotionē reliquorū iudicū, quibus, præsunt, at iuris imperitus de iuris peritia iudicū dignoscere, aut verba facere nō poterit. Deniq; cū totius reipublicæ status, salus, tranquillitas, administratio, plerunque in ipsis præsidentib. sita, collocataq; sit, inq; eos piisimi nostri principes regiminis totius habenas cōferre & soleāt debeāt, reipublicę aūt administrandæ, tuēdæ, cōsulēdę, & saluādæ ars & disciplina nulla alia sit, q̄ iuris, legumq; peritia, vt poterit, qui talē peritiā neq; summo digito attigerit, rempublicā gubernare? Vt interea omittā, ꝙ hmōi īperiti proceres, legū traditiones, quæ ad reipublicę incolumitatē, tranquillitatemq; ferūtur, nouisse, indecorū, vile, abiectumq; putant, tm̄ abest, vt huius rei notitiā profiteantur. Quibus occurrere deberet non sat laudatus Imperator Iustinia. qui in proœmio Institutionū scriptū reliquit, Rēpubl. Imperatorisq; maiestatē legib. armari. Ergo isti proceres legū nō mō ignari, sed ēt cōtēptores, inermes erunt, inermēq; rēp. hostib. innumeris vndiq; obsitā habebunt, vt qui his remp. administrādā cōmiserit, similis videat oui bus, quæ dum fœdus, cū lupis inire studebant, obsidesque dare ex cōuentione deberent, canes tradiderūt, sicq; canū præsidio destitutę, inermes relictæ perierunt. Vt apud Aesopū cōfabulatur. Atqui nō is mos erat tpribus diui, inuictissimiq; Cæsaris Caroli V. Principis nostri. Nec vllus ignorat, quin melius agatur cū Rep. quę malis morib. constanter vtitur, q̄ cū ea, quæ bonis, sed incōstanter. Vt apud Thucididē ex Cleonis sn̄ia & oratione refertur. Tm̄ abest probanda sit leuitas, inertia, insaniaq; eorū, qui priscis bonis morib. fugatis, suspectos, ineptosq; accrescere, studēt, vt pijssimorū principū nr̄orū substantiam, q̄ ex ditissima, & opulen.tenuē, angustāq; reddiderunt, funditus exhaustā redigant, eāq; depopulātes, ipsimet diuitias, opesq; immensas cōparent. Hoc.n.est signū, hic est scopulus, quem tyrānorū istorū minatur arcus, eo tēdit fallax eorū. rōcinatio & strepitus, nec tā feruet æstu pelagus cū flāma inter nubes corruscat, q̄ feruet eorū ī reb. nouādis cupiditas quæ vt gratissima est, teste Ouidio li.3.de Ponto. dum ait,

Est quoque cunctarum nouitas gratissima rerum.

ita quoq; suspecta, & periculosa est ex sententia Cornelij Galli qui sic cecinit.

Euentus varios res noua semper habet.

Et rerū nouandarū appetētissimi sunt hoīū solertiores
313 teste † Cleōe, quē refert Thucydydes, li.3. belli Pelopon. cuius orōne hac ī parte nihil vnquā grauius, certius, & cōsultius dici, aut moneri potuit. Perniciosissimū (inquit) est si apud nos nihil eorū, quę decreueritis, stabile erit. Nec ītelligimus melius agi cū ciuitate, quæ malis.ll. dum constāter vtitur q̄ peritiā cū īmodestia, ac tardioris ingenij homines administrare cōmodius plerūq; ciuitates, q̄ solertiores. Nā isti tū ll. sapentiores videri, tum sp̄ excellere dicēdo incōsultatione reip. volunt, tanq̄ nulla sit alia materia maior, vbi vim ingenij sui ostendāt vn̄ in multas calamita.ciuita.incidunt, illi suę peritiæ diffidentes, nō abnuūt se ll. esse īperitiores, & cū inualidio.sint, q̄ vt bn̄dicētis orōnē refellant, potius ex æquo sunt iudiçes, quā concertatores, iōq; eis plerunq; feliciter cedit. Hæc ille. Qui cum homines reip. p̄niciosiores quasi indice summo ostendere, vellet, rerum, morū, legūq; nouandarū cupidos hoīes de-
314 signauit. Quib. opportunè concinit consulta, grauisq; † philoso. sn̄ia, dū ait. Sicut aīaliū optimū est hō.l.& rōne fruēs ita oīū aīaliū pessimū est hō à l. separatus. Quales ergo esse dicemus hmōi, tyrānos, qui sacrarū ll. nō mō ignari, sed etiā cōtēptores sunt, qui legū dogma sanctissimarū vile, abiectūq; putāt, & nihil faciūt huius disciplinæ professores eiusq; peritiā cōtēdūt, profitēturq; rē esse otiosā, inanē
315 inutilē, insanā? Atqui leges īmaturo cōsilio † aliqn̄, ferri nō abnegarī, qualis ē, illa, ne aurū, argētūue à nr̄a Hispania regione in exteras exporteē p̄uincias, ēt si xp̄ianorū (quib. cū cōmerciū nobis est, fuitq; sp̄) ditione teneantur. Quæ res, quæq; p̄hibitio planè efficit, vt lōge maior vis auri, argētiq; exportet, q̄ si extrahere aurū, argētūq; cuiq; liberū esset. Nā cū patria nr̄a suapte natura oī auri, argentiq; reliquorū metallorū gn̄e abūdet, & pręterea ab Indorū regionib. īmēsa vis auri, & argēti ab nr̄orū plurimis reportetur, & inuehatur in nr̄ā Hispa. euenit, vt oē merciū genus oēs que res, q̄ alijs ī locis nascūtur, edūtur, aut fabricāt huc cōfluāt, & à mercatorib. cōferātur, qui vice mutua aurū nostrū, argētūq; reportāt. Illi.n.nobis op̄a sua merces vndique collectas, fructus, & reliqua id genus nō gratis offerūt sed cōferūt iusti valoris prætiiue tātundē auri, aut augenti, reportaturi p̄mutantes, nō dono dātes. Ergo q̄ vult cōsequēs, oportet vt velit antecedēs necessarium ad illud.ff. de acq.hæ. Sicq; si Hispaniarū gubernatores, proceres, principes, legislatores volūt ædes suas oī suppellectiliū gn̄e ab exteris gentib. fabricato esse ornatas, decoratas, refertas vice versa vt aurū, argentūq; Hisp, natū in exteras regiones euehatur, educaturq; vt velint necesse est. Neq; ad rē pernet, ꝙ loco merciū, quæ huc inferūtur, aliæ rursum merces hic innatę illuc quoq; referri possint. Nā quæ aliundæ huc cōferunē, lōgè plures, & pretiosiores sūt, q̄ quæ hinc illuc reuehuntur, sicq; qđ deest, auro, argētoq; nr̄o vt suppleatur oportet. Nec aliter nobis euenit, si cū Indorū hoībus cōferamur. Nā mercimonia nostra illuc quotidie, & incessanter, trāsuolāt, suaq; isthuc similiter reducuntur, & tn̄ qa nostra & plura sunt & pretiosiora, Indorū auro, & argēto inæqualitas supplet. Nec absimile est, ꝙ rustici oēs oīa sua vrbanis cōferunt, vt mutua vice aurū, argentūq; vrbanorū referāt. Ergo q̄diu nos Hispani potiri reb. opibusq; exterarū gētiū voluerimus, tādiu illi, vt auro, argētoq; nostro potiātur, secusq; reportēt necesse est. Ecquid si negotia ecclesiastica, & bn̄ficialia, quę innumerata ad Hispa. nostrā spectātia quotidie Romę expediuntur, vitari possent aut quæ Flādriæ, Siciliæ, Aragoniæ, Portug. Anglię, Gallię, Germanięq; fiūt nō temerè diceremus vetito oīū exterarū gētiū cōmercio nostrū aurū, & argētū hic mansurū, tuncq; nullius oīno vtilitatis futurū? Verū cū exterarū gentiū cōmercia vitari, nec possint expediat, futurū necessario est, vt aurū nostrū illis, & bona illorū nobiscū cōicētur. Et leges nostræ, q̄ aurū, & argētū, & pecuniā nume. extrahi vetuerunt, in eo tm̄ vtiles, aut iustius ridendę sunt, ꝙ occasionē præbuerūt, vt plus auri, & argēti extrahaē, q̄ si latæ nō fuissēt. Quia cū innumera Hispanorū negotia ī exteris regionib. necessario expedienda sint, ad quorū expeditionē pecun. num. opus est, quā extrahere ll. pœnalium metu Hispani nō audēt, euenit, vt p̄ medias personas exterorū, puta Ianuēsiū, & similiū, aurū, & argētū ad eā rē exportent

portẽr, & periculũ exportãdi, ingenti redimere cogãtur, vt quid negotiũ Romæ bis 100 aureis (si pecuniã extrahere liberũ foret) expediri posset, hodie ꝓp legũ prohibitionẽ 300 aureis vix expediat, sicq; quò magis ac magis crescit ĩpẽsa, eo magis ac magis crescit auri argẽtiq; extrahẽdi necessitas, qđ in negotijs, tã proprijs, q̃ alienis probe edoctus, & exptus sũ. Ille ergo ll. ꝓhibitiuæ nõ mõ vtilitatis adferũt nihil, sed ẽt damnũ reip. inferũt nõ leue. Vt interea omittã quãtæ vexationes, & molestię illinc nascant̃. Postremò Iurecõsultorũ, & legũlatorũ morẽ sequuti qui vltimò loco titulos de reg. iur. collocarũt quib. veluti epilogo quodã oĩa q̃ dixerãt fuseq; disseruerãt cõplecterẽtur optimũ factu existimaui (ꝙ & à Vergil. docemur dũ, ait Titere coge pecus) testõrũ q̃ informia esse dixim. & à cęterorũ regulis dissidẽtia dr̃ias enarrare. Ergo de iure can. diximus esse informe test. idẽ de iure regio quo ad test. nũcu. idẽ in test. mil. idẽ & 4. vt ĩforme esse possit de iure cõsuetudinariò. 5. idẽ si ita statuto valido cautũ esset 6. idẽ si priuilegio principis ꝓmissũ esset. 7. idẽ si l. gñali cautũ foret. 8. idẽ in testõ fcõ à patre ĩter liberos. 9. idẽ ĩ test. facto. ad pias cãs. 10. idẽ in test. facto ab eo qui hẽbat metũ ĩpiũ in loco vbi testabat̃. 11. in test. facto tꝑe pestis. 12. ĩ test. clerici. 13. in test. facto ĩ tꝑe belli. 14. in test. facto in carcere, tyrãni. 15. in test. facto ĩ angustia, & necessitate. 16. ĩ testa. facto, vbi ẽ penuria testiũ. 17. in test. facto corã prĩcipe. 18 in test. ipsius Principis. 19. in test. facto apud acta iudicis. 20. in test. facto in loco hostili ergo in testõrũ. 20. spẽbus, supra enumeratis solẽnis obseruatio cessat vt suprà disseruimus ꝑ totũ hũc librũ in locis ĩ prin. ipsius signatis, id qđ varie intelligit̃, Prĩò quo ad nume. testiũ, deĩde quoad qualitatẽ masculinitatis. 3 quo ad qualitatẽ pubertatis 4. quo ad qualitatẽ ingenuitatis. 5. quo ad rogitus qualitatẽ. 6. quo ad cõpulsiõis deficiẽtis qualitatẽ. 7. quo ad hoc vt nõ sint heredes ex asse, vel ex ꝑte scripti ĩ eo test. quo de agit̃. 8. quo ad hoc vt non sint filij in ꝑtãte heredis in eo testõ scriptis 9. quo ad hoc vt nõ sint patres hr̃dũ scriptorũ in eo testõ. 10. quo ad hoc vt nõ sint fratres hæredis scripti sub cõi patre cõstituti. 11. vt sint testabiles. 12. vt nõ sint furiosi. 13. vt sint in cõspectu test. quo tꝑe fit testm̃. 14. vt testes non sint cæci. 15. vt testes intellexerint, oĩa in testõ nuncu. contenta. 16. vt testes toti testõ nũcu. fuerint præsentes. 17. vt testes subscribãt sese testõ in scriptis. 18. vt testes suis signaculis signauerint testm̃, 19. vt testes videãt testatorẽ tꝑe, quo fit testm̃. 20. vt testõr nõ fuerit compulsus. 21. vt ꝑ se nõ per alterũ testet̃. 22. vt eius voluntas fuerit ꝑfecta non dũtaxat incepta. 23. ꝙ testm̃ ascribatur ꝑ literas, & notas, nõ insolitas. 24. ꝙ tabellio quo casu eius interuẽtus requiritur fuerit rogatus. 25. ꝙ sit hæredis instõ. 26. ꝙ ea hæredis instõ collocetur in prin. testamenti. 27. vt nomẽ hæredis, vel ꝓprio testõris nuncupet̃, vel eius manu scribat̃ oĩa n. isthæc 27. requisita proximè memorata, q̃ test. formalibus desiderãt, vt remissiue notauimus, suprà, lib. 2. in prin. cessant & nõ necessariò desiderãtur in 20. testõrum speciebus, suprà enumeratis quæ in forma esse diximus, & quẽadmodũ in his, 20. speciebus testamentorũ informiũ sup. memoratis, & in earũ qualibet cessãt oĩa 27. requisita supra relata, an ita, & reliqua testõrum requisita cessent dubiũ est & magis est nõ cessare, vñ illud requisitũ vt testm̃, nõ fuerit cãcelatũ per testõrẽ, itẽ illud requisitũ vt testator non fuerit coactus & illud ẽt requisitum vt non præcedat aliud testm̃ habens clausulã deroga. itẽ illud requisitũ, vt non fiat hęredis instõ in rebus tm̃ alienis, itẽ illud requisitũ vt test. nõ sit captatoriũ quale est, te hæredẽ facio sub hac condõne, si me hæredẽ feceris, hæc quidẽ quinq; requisita proximè enumerata necessaria sunt in 20. specieb. testõrum informiũ suprà memoratis nõ secus, q̃ ĩ reliquis testamentis formalibus & regularib. nã in testamentis informibus solennitas, quidẽ testandi remissa est, sed ꝙ voluntas testantis aliqua ex parte violetur ledaturue permissum non est quinimò quo magis priuilegiata sunt testã eo minus valere debent lęsa testõris voluntate, nec dubiũ est quin læderetur si deficeret quodlibet ex his quinq; requisitis proximè enumeratis quid aũt si test. vnico cõtextu, factũ non esset & quidem in viginti casibus supra enumeratis in quibus testã informia esse diximus non per hoc testa. valere desineret, & in his 20. casib. limitatur, vt nõ procedat, l. cũ antiquitas, & l. casus, C. de test. & l. furiosum, C. qui test. face. pos. Cæterũ isthęc oĩa plenius probauimus ꝑ totũ hunc librum & pręcedentem in locis, quę signauimus in d. li. 2. in prin. & in isto lib. 3. similiter in pr. & istorum oĩum summa rõ est, ꝙ testã informia & priuilegiata, regulantur secundũ ius gentium, ꝙ in dispõnibus inter viuos seruari solet, vñ in quibus casibus actus inter viuos valeret & probaretur, in ijsdem casibus talia informia testamenta valent & in ijsdem modis probantur. Cæterum licet per hoc cessent & dispensetur cũ solennitatib. quæ in testamẽtis formalib. desiderantur non tñ dispẽsatur cũ læsione voluntatis testõris quinimò quo magis priuilegiatũ est test. quale est oẽ test. informe eo magis testatoris volũtas integra & illæsa esse debet sicq; si aliqua ex parte violetur testatoris voluntas facilius testamẽta informia & priuilegiata, quam solennia & regularia intercidunt. vt ex locis ad quæ te remissi plenius apparet.

Quid aũt in testõ facto ad amicũ de quo supra. §. 21. nu. 161. & in testõ facto ad monasteriũ vbi filius testatoris monachus erat de quo supra, §. 21. nu. 166. & in testõ ad legitimos hęredes de quo supra. §. 22. nu. 1. & in test. facto corã presbytero parochiali de quo supra. §. 22. n. 27. & in test. ruri facto de quo in d. §. 22. nu. 29. & in testõ in quo testator oĩa possint in fide hęredis de quo supra. §. 23. in pr. & in test. peregrini de quo supra. §. 24. nu. 4. & quid in testa. facto corã episcopo de quo ibi. nu. 10. & quid si interfuit iuramentũ iuxta. l. cũ pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. & quidẽ secundũ op. eorum qui existimant talia testamẽta esse regularia, nec desiderare iuris ciuilis, sed tm̃ iuris gentium solennitatem dicendum esset in eis cessare, & in quolibet eorũ viginti septẽ requisita quæ pertinent ad solennitatem testandi quæ in testamentis regularibus non etiam in informibus exiguntur. Cæterũ reliqua quinq; requisita supra enumerata, quæ respiciunt & pertinent ad testatoris voluntatẽ illęsam obseruandã in his nouem testamentorum speciebus proxime enumeratis necessaria sunt secus, quàm in reliquis vt in locis supra citatis apparebit quam bis ꝙ istæ nouem testamentorum species sint irregulares mihi quidem non satis certum sit, vt in dictis locis attigimus.

Hactenus de successionum creatione potissimum testamentaria disseruimus in reliquis huius operis partibus quæ desunt peracturi.

F I N I S.

VENETIIS, Apud Hieronymum Scottum.
M D L X X I I I.


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm